
MADE IN SPAIN
2 400 50

B. 5136

Nº

11
6
14
108

Ev-1

Z-a-G-1

15-108

DIVI

DIONYSII

CARTHVSIANI

Del Colegio de la Compa de JHS de Granada

In

SENTENTIARVM

LIBRVM IIII.

Commentarij Locupletiſsimi.

IN QVIBVS DE GRATIA SEPTEM Sacramentorum Eccleſiæ, præmio bonorum, & retributione malorum copioſiſſimè, & Chriſtianiſſimè diſſeritur.

Poſt omnes editiones accuratiſsimè recogniti.

Venetijs, Sub ſigno Angeli Raphaelis.
M D LXXXIIII.

AD TITVM TERTIO.

Apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis &, reuocationis spiritussancti, quē effudit in nos abundè, per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem, uitæ æternæ.

Septem noui testamenti sacramenta hoc patent versu:

Abluo, firmo, cibo, piget, vngit, & ordinat, vxor.

+
Secundo de Orden del Consejo
Rr. Dr. Villavicencio

Distinctionum omnium Libri Quarti Sententiarum, Index seu argumentum.

- In quarto libro Sententiarū agitur
  - De sanatione imperfecta, q̄ fit per sacramentorum susceptionem: ideo agitur de sacramentis
    - In genere
      - Vtriusque legis, nouę & veteris, dist. 1.
      - Nouę legis, & baptismo Iohannis, dist. 2.
    - In specie
      - De baptismo
        - Secundum se, Quid sit, quę materia, quę forma, dist. 3.
        - Quo ad effectum respectu suscipientis, dist. 4.
        - Quo ad effectum respectu conferentis, dist. 5.
        - Quo ad ministrum, & quædam alia, dist. 6.
      - De confirmatione, de eius materia, forma & uirtute, distin. 7.
      - De eucharistia
        - Quo ad institutionem, materiam, & formam, dis. 8.
        - Quo ad modum manducandi, distin. 9.
        - Quo ad modum existendi, distin. 10.
        - Quo ad modum conuersionis, distin. 11.
        - Quo ad accidentia remanentia, distin. 12.
        - Quo ad ministrum conficientem, distin. 13.
      - Pœnitentia
        - In se
          - In genere quo ad
            - Iterationem, distin. 14.
            - Sui integritatem, distin. 15.
          - In specie de
            - Cōtritione et satisfactiōe, dist. 16.
            - Confessione, dist. 17.
        - Quo ad ministrū
          - De auctoritate ministri, dist. 18.
          - De potestate mali ministri, dist. 29.
        - Quo ad suscipientem
          - Gratum
            - In præsenti uita, disti. 20.
            - In futura uita, dist. 21.
          - Ingratum, qui recidiuat, dist. 22.
      - Vnctione
        - Ibi de multiplici unctione, dist. 23.
      - Ordine
        - Quo ad suscipientem, dis. 24.
        - Quo ad dantem, dis. 25.
      - Coniugio quātum ad causas
        - Formalem, inquantum est, sacramentum, dis. 26.
        - Efficientē, q̄ est cōsensus cōtrahentiū
          - Consensus est causa efficiens matrimonij, dis. 27.
          - Consensus qualis esse debet, dis. 28.
          - De defectu cōsēsus ex coactiōe, dis. 20.
          - De defectu cōsensus ex errore, dis. 30.
        - Finalē quæ est, bona matrimonij.
          - In genere, dis. 31.
          - In specie, de bono fidei cuiuslibet matrimonij, dist. 32.
          - In specie de bono fidei antiquorum patrum, dist. 33.
        - Materialem quę est ꝑsonę cōtrahentis, vbi ostēditur, q̄ personæ sunt illegitimę
          - Ex impotentia coenudi, dist. 34.
          - Ratione fornicationis, dist. 35.
          - Conditiouis seruilis, dist. 36.
          - Impedimenti sacri ordinis, dist. 37.
          - Voti solemnis, dist. 38.
          - Disparis cultus, dist. 39.
          - Consanguinitatis, dis. 40.
          - Affinitatis, dis. 41.
          - Cognitionis spiritualis, dis. 42.
  - De sanatione perfecta, quæ consistit in corporum, & animarum glorificatione. Et contingit per
    - Corporū resumptionem per generalem resurrectonem, unde agit de
      - Resurrectione secundū se & per quid, dis. 43.
      - Resurrectione quo ad statum resurgentium, dist. 44.
      - Statu aīarū ī purgatorio, di. 45
      - Statu aīarū in inferno, dist. 46.
    - Iudicialē discussionē, agit ergo de extremi. s. iudicij habitudine
      - Quātū ad iudicij ordinē, dis. 47.
      - Iudicis qualitatem, dist. 48.
      - Pręmiationē bonorū, dist. 49.
      - Pręmiatione malorom, dist. 50.

Locatio in Quartum Sententiarum.

Liber Quartus Sententiarum est de sacramentis ecclesiasticis & signis sacramentalibus, & de resurrectione mortuorum, extremoq; iudicio. Et habet, quinquaginta dist.

Distinc. 1	2	3	4	5
ſ. Dicitur multipliciter & quid ſit.	ſ. ſacramentorū nouę legis eſt baptiſmus.	ſ. fit ex verbo, & elemento.	ſ. eſt baptiſmus.	ſ. baptiſmus a bono, & malo.
Sacramẽtum	*primum*	*baptiſmus*	*triplex*	*aquè datur.*
6	7	8	9	10
ſ. a ſolis ſacerdotibus, ſed ī neceſsitate a laicis	i. pfirmati acipiunt ſacramẽtum a ſolis epis.	ſ. Chriſti nos reficit.	ſ. homines duobus modis.	ſ. corpus Chriſti ẽ ſub ſpecie panis.
Baptizati	*firmi*	*corpus*	*manducant*	*verum.*
11	12	13	14	15
ſ. ſacerdos: trāſſubſtātia tur panis in corpus, & vinū ī ſanguinẽ Chri.	ſ. ſacerdos non corpus Chriſti verum, ſed ſpecies panis.	ſ. ſacerdos conficit ſi cut bonus.	ſ. appropinquat Deo p ſecundam tabulam.	ſ. omnibus vt poteſt agi vera pœnitentia.
Conficiens	*frangit*	*malus*	*pœnitens*	*de peccatis.*
16	17	18	19	20
oportet primò pœnitẽtem eſſe iuxta qualitatem criminis.	eſt hominẽ eſſe neceſſarium in corde. i. proposito confitendi.	ſ. ſacerdos per claues ſpirituales.	ſ. quilibet accipit vtramque clauem in conſecratione.	poteſt quis agere pœnitentiam veram.
Contritum	*confeſſum*	*ſoluit*	*ſacerdos*	*in fine.*
21	22	23	24	25
legimus aliqbus fuiſſe peccata poſt hanc vitam in purgatorio.	ſ. peccata iterum, quo ad magnitudinem.	ſ. ſolo infirmorum.	ordinatis ab epiſcopo ſeptem ordines conſerente.	ſ. an poſſint cōferri ordines, ſunt opiniones.
Dimiſſa	*redeunt*	*vnctis*	*clericis*	*a præciſis.*
26	27	28	29	30
ſ. matrimoniū fuit ī paradiſo ante peccatum inſtitutum in officiū.	ſ. tanquam cauſam efficientem requirit matrimonium.	dico fieri pſēſum p traditionē parētum, & benedictionē ſacerdotū.	ſ. aliquis aliquam ad contrahendum vario metu.	ſ. fortunę, vel qualitatis non impedit, ſed perſonæ.
Coniungum	*conſenſum*	*ſolemnem*	*cogit*	*error.*
31	32	33	34	35
ſ. eſt bonū matrimonii: fides, proles, & ſacrum	ſ. ſibi inuicem in matrimonio debitum.	ſ. vxores poterāt habere antiqui patres.	ſ. fuerunt perſonę aliq ante legē, aliq ſub lege, aliq nunc.	ęqualis ē vir, & mulier ad celebrādum diuortium cā fornicationis.
Tripertitum	*reddunt*	*perplures*	*legitimæ*	*iuris.*
36	37	38	39	40
ſ. cū ancilla, aut libera ptrahere pōt: ſed nō liber cum ancilla.	ſ. in minoribus poteſt contrahere, non in maioribus.	i. votum ptiuatum tm̄ impedit, ſed ſolemne etiam dirimit.	ſ. cultu exiſtente non poſſunt contrahere.	aliquo conſanguinitatis exiſtētes quomodo contrahere poſſunt.
Seruus	*ordinatus*	*vouet*	*diſpari*	*gradu.*
41	42	43	44	45
quis efficit tam in coitu matrimoniali, q̄ fornicationis.	quis efficitur tenēs purum ad baptiſmum, vel confirmationem.	ſ. omnes mortui, & morituri.	ſ. reſurgent homines.	ſ. diuerſa habent habitacula,
Affinis	*& compater*	*reſurgent*	*totique*	*defuncti.*
46	47	48	49	50
ſ. pœnam dat Deus damnatis.	ſ. vltimam dabit Chriſtus Deus.	ſ. apparebit in forma ſerui.	poſt reſurrectionē De us bonis, & malis varias manſiones.	ſ. habebunt mali in inferno.
Iuſtam	*ſententiam*	*iudex*	*tribuetque*	*pœnam.*

ARTICVLORVM MAGISTRI, QVI IAM VVLGO non recipiuntur ab omnibus, Index.

IN PRIMO LIBRO.

¶Primo q̄ charitas, qua diligim⁹ Deū & proximū, eſt ſpūſſanctus, diſtinctione decimaſeptima, §. ſcdo, vel q̄ charitas, q̄ ē amor Dei, & pximi nō ē aliqd creatū.

¶Sdo, q̄ nomina numeralia dicta de Deo dicunt ſolū relatiuè. diſt. uigeſimaquarta, §. Et ſi diligēter. Vel hæc nomina numeralia trinus & trinitas, non dicunt poſitionem, ſed priuationem tantum.

¶Tertio, q̄ ſimile, & æq̄le ſimiliter dicunt de Deo priuatiuè. di. uigeſimaprima §. Et hoc idem.

¶Quarto, q̄ Deus ſemper pōt quicqd aliquando potuit, & uult q̄cquid voluit, & ſcit, quicquid ſciuit. diſ. quadrageſima quarta, §. Præterea quæri ſolet.

IN SECVNDO LIBRO.

¶Primo, q̄ angeli nō meruerūt beatitudinē p̄ gratiam ſibi datam, ſed q̄ pmiū præceſſit meritum, & poſtea meruerunt, per obſequia fidelibus exhibita. diſ. quinta, §. Hic quæri ſolet. Vel q̄ angelis præmium præceſſit, & meritum reſpectu præmij ſubſtantialis habet ſubſequi.

¶Sdo, q̄ angeli ī merito reſpectu eſſētialis pmij, & in ipſo pmio pficiunt uſq; ad iudicium. diſt. 1. §. Præterea illud.

¶Tertio. q̄ charitas eſt ſpūſſanctus, ſilla, q̄ animæ qualitates informat, atq; ſanctificat. diſt. 6. §. Cum ergo.

¶Quarto, q̄ in ueritate hūanę naturæ nihil trāſit extrinſecum, ſed q̄ ab Adam deſcendit p̄ ppagationē auctum, & multiplicatum, reſurget in iudicio. diſt. 3. §. Quod uero. Vel q̄ nihil de cibis trāſit in ueritatem humanæ naturæ, nec per generationem, nec per nutritionem.

IN TERTIO LIBRO.

¶Primo, q̄ aīa à corpore exuta, ſi perſona. diſt. 2. §. Hic apponit à quibuſdam.

¶Secundo, q̄ Chr̄s cōuenienter mortuus, & nō mortuus dicitur paſſus, & non paſſus. diſt. 1. §. Recedente.

¶Tertio, q̄ Chr̄s in triduo mortuus fuit homo. diſt. 22. §. Hic quæritur.

IN QVARTO LIBRO.

¶Primo, q̄ ſacramēta legalia nō iuſtificabant, etiam ſi cum fide, & deuotione fierent. diſtinct. prima. §. Non igitur.

¶Sdo, q̄ hō ſine medio uidebat Deū, ante peccatum. eadem diſt. §. Triplici.

Tertio, q̄ circūſio nō p̄ferebat gratiā ad bene operādū, nec uirtutes ad augmēto: ſed ſolum ad peccata dimittenda ualebat. eadem diſt. §. Duo igitur.

¶Quarto, q̄ paruuli ante octauum diē morientes incircuncīſi p̄ibant, & q̄ cauſa neceſſitatis poterant ante circūdi., eadem diſtinctione, §. Si vero.

¶Quinto, q̄ q̄dā ſacramēta nouæ legis inſtituta ſunt ī remediū tm̄, ut mr̄imoniū diſt. 2. §. Iam ad ſacramenta.

¶Sexto, q̄ baptizati baptiſmo Iohānis non ponētes ſpem in illo, non erant baptizandi baptiſmo Chriſti. diſ. ſecunda, §. Hic p̄fiderandum. Vel aliter. Baptiſmus Iohānis cum impoſitione manuum æquipollebat baptiſmo Chriſti, ita q̄ baptizatus baptiſmo Iohannis, non erat baptizandus.

¶Septimo, q̄ Deus potuit dare potētiā creaturæ creandi, & interius abluēdi. i. peccata dimittendi. diſt. 5. §. Hic queritur quæ ſit. Vel ſic, q̄ Deus poterat dare poteſtatē alijs baptizandi interius, & q̄ creatura potuerit ſuſcipere, & ſimiliter q̄ deus pōt poteſtatem creandi creaturę cōmunicare, & creare per creaturam tanq̄ per miniſterium diſtinctione 5. §. Hic queritur.

¶Octauo, q̄ ſchiſmatici degregati, p̄ciſi ab eccleſia, hęretici, excōmunicari. nō habent poteſtatem conſecrandi corpus Chriſti. diſt. 3. §. Illi uero.

¶Nono, q̄ brutum non ſumit uerū corpus Chriſti, etſi uideatur ſumere. diſt. 3. §. Illud etiam ſanè.

¶Decimo, q̄ ſcientia diſcernendi, ut notat habitum ſcientię, ſit clauis. diſ. decima nona, §. Poſtquam oſtenſum.

¶Vndecimo, q̄ epiſcopi ſimoniaci degradati, non poſſunt conferre ordines. diſ. 25. §. de ſimoniacis.

¶Duodecimo, q̄ ſecundus maritus alicuius mulieris incognitę carnaliter à primo, ſit bigamus per cognitionem illius, & prohibetur ab ordinibus: diſtin. 6. §. Secundum hoc.

¶Decimotertio, q̄ cognoſcens ſororē vxoris ſuæ, non tenetur uxori petenti debitum reddere, diſtinctione 4. §. de his.

¶Decimoquarto, quod ille, qui vxore viuente duxit aliam ī aliena patria: qui rediens ad conſcientiam, vult eam dimittere, & non pōt: ſi cogitur ab eccleſia remanere, & debitum reddere, quia ſibi nō creditur dicit Magiſter, quòd incipit excuſari per obedientiam, & timorem, & tenetur reddere debitū ſi petatur. diſt. 8. §. Hic queritur.

¶Decimoquinto, q̄ pctā deleta non pateſiant alijs in iudicio. diſt. 3. §. Hic queritur utrum electis.

EPITOMAE SINGVLARVM
DISTINCTIONVM LIBRI QVARTI SENTENTIARVM,

CVM VERSIBVS MEMORIALIBVS clarissimi viri Arnoldi Vesalienſis, theologiæ & trium linguarum peritissimi, canonici quondam metropolitanę ecclesiæ Colonienſis: paucis, quos ille morte præuentus non absoluerat, à studioso quodam adiectis.

Liber Sententiarum Quartus complectitur. Distinctiones L.

DISTICTIO. I. QVAE INCIPIT, Samaritanus enim, &c. Epi.

VM in hoc quarto Sentẽtiarum libro de sacramentalibus signis tractãdũ sit, adiecto de finalis iudicij retributione, in primis aduertendum est, ꝙ sacramẽtũ (vt sumitur) est sacræ rei signũ. Neq; verò oẽ signũ, sacrm est: sed ꝙ ex institutione significat, gerens sc3 rei signa tæ similitudinẽ, signũ simul existens & causa. Est ergo inuisibilis gr̃æ forma uisibilis, eiusdẽ gr̃æ gerẽs imaginẽ, & causa existens. Ea propter, & ueteris legis sacramenta, quę solum significabant, nõ dicunt propriè sacramenta: Quanquã autẽ absq; sacramẽtis Deus homini gratiã dare posset, ob humiliationẽ tñ hominis sub sensibilibus creaturis, ac eiusdẽ eruditionẽ, qua per hæc ad inuisibilia cognoscenda proficiat, & ob ipsius exercitationẽ, ne sc3 per ocium ad peiora dilabatur, ĩstituta sunt sacramẽta in rebus, & verbis consistentia. Deniq; cũ nouæ legis sacramenta à ueteribus in hoc distent, ꝙ hæc salutẽ conferunt, illa aũt solum promittebant, inter ea tamen circuncisio egit, quod modo facit baptismus, quo ad culpę deletionẽ, nõ tñ regni appertionẽ. Quæ data Abraæ iam adulto, octauo natiuitatis die cultro petrino posteriùs fieri debebat. sine qua si puer ante diem octauum decesĩt, de eo, ut mõ de paruulis nõ baptizatis, fiebat. Quamuis ĩ casu mortis anticipare forte circuncisionẽ licebat, ante eam tñ datam in fide parentum pueri saluari poterant,

Quid sacramentum, vel sit, uel prosit, abunde
Enodat quarti sectio prima libri.

DISTIN. II. QVAE INCIPIT, Iam ad sacramenta nouæ legis. &c. epi.

¶Septẽ sunt nouę legis sacra, bapisĩmus sc3, confirmatio, eucharistia, pœnitentia, unctio extrema, ordo, & cõiugiũ. Quorũ qdẽ alia remediũ ꝓ pctm̃ ꝓbent, & gratiam cõferunt adiutricẽ, ut baptismus alia uero in remediũ tm̃ sunt, vt coniugiũ: alia uero gratia, & virtute nos sulciunt, ut ordo, & eucharistia. Quæ ideo post Christi aduentum instituta sunt, quia ex ipsius passione efficaciã sortita sunt. Cõiugiũ tñ et olim ante pctm̃ institutum est, in sacramentum scilicet, & officium: post peccatũ, vero etiam in carnalis concupiscentiæ ordinatur remedium. De baptismo aũt sacramentali notandũ, ꝙ ad ipm̃ baptismus Iohannis erat præparatorius, ille enim in aqua tm̃ lauabat, nõ aũt peccata relaxabat, sicq; ad Chr̃i baptismũ homines disponebat. Baptizabat aũt Iohannes ĩ nomine uenturi, scilicet Christi. An verò baptismo illo baptizati, rebaptizandi essent, nec ne. Magister de eis, qui in ipso spẽ nõ ponebant, perfectã de diuinis personis fidẽ habẽtes, negatiuè respondet, q̃uis de alijs ꝑcedat. Sed in hoc ipse Magister nõ tenetur. Nã baptismo Chr̃i baptizari oportebat (secũdũ alios doctores) omnes indifferenter, ẽt baptizatos Iohannis baptismate, qui scilicet baptizabat ĩ nomine uẽturi.

Enumerat septem præsentia dona salutis,
Sacramenta nouæ legis amator homo.

DISTINCT. III. QVAE INCIPIT, Post hæc uidendũ est, &c. epi.

¶Baptismus est ablutio corporis exterior, facta in aliqua sub certa verborum forma præscripta. Nã accedente verbo ad elementũ, fit sacrm̃, sicq; in verbo, & elemento baptismus consistit, quæ sci licet sunt de eius substantia. Cætera uero ad ipsius decorem, & solemnitatem instituta sunt, quæ si ẽt omittant̃, non est minus uerũ, & sanctũ sacramentũ. Quod uero apostoli in nomine Christi baptizasse in Actibus leguntur, dispensatiuè fiebat ad tps ad diuulgationẽ nominis Christi, in quo & tota trinitas intelligit, sc3 pater ungens, & filius unctus, & spiritussanctus, per quẽ unctus est. Quamuis autem, & in nomine unius personæ aliæ intelligantur, quapropter p̃sertim. & in mortis articulo una persona tm̃ expressa, quis baptizari posset, habita intentione baptizandi tutius tñ est, oĩbus expresĩs. Inuocando aũt trinitatẽ, nõ dẽt dici in nominibus, nã tũc sacramenti forma mutaret: sed in nomine, quia tota trinitas simul ibi operat, q̃ & in Chr̃i baptismo apparuit, qñ sc3 Chr̃s tactu mũdissimæ carnis suæ uim regenerationis aquis cõtulit, vbi & ipsum ĩstituit. Sub prędicta ẽt forma apostolos aũ passionẽ Christi baptizasse intelligi põt, quãuis scripũ nõ sit. Est aũt huius sacramenti materia aqua pura, in quali, & Chr̃s baptizatus ẽ, de qua & Nicodemũ instruxit, & ex ipsius latere in cruce profluxit. Et hoc conuenienter pp elemẽti cõmunitatem, & locutionis significationẽ. Põt autẽ bapizandus ter, vel semel immergi, perfundi vel aspergi secundũ morem patrię, licet primum melius sit Christi significans mortẽ, & sepulturam in qua

inqua & legalia terminata sunt. Causa uero institutiõis baptismi est hominis a peccato) quo infectus fuit) innouatio, quam baptismus habet ex domini copassione. Quæ quidem innouatio est etiam reliius sacramenti.

Peccati maculas pura detergit in unda
Baptismus membris integer ipse suis.

DISTINC. IIII. QVAE INCIPIT, Hic dicendum est, &c. Epi.

¶Inter eos, qui baptizantur, quidam simul accipiunt rẽ, & sacrm̃, ut adulti dispositi, & paruuli ritè baptizati. Quidã aũt sacrm̃ tantũ, & non rem, ut adulti, qui ficti & sine fide, & sine contritione accedũt. Colequunt̃ ẽt quidã rẽ baptismi sine sacrõ, ut hi, qui sanguinẽ pro Chr̃o in charitate fundunt nec sacrm̃ habere possunt: aut periti, non potentes habere decedũt. Qđ aũt Apostol⁹ dicit. Quotquot ĩ Christo baptizati estis, Chr̃m induistis, loquit̃ de ritè dispositis, quò ẽt Augustini inquisitio reduci dẽt. Porrò auctoritates, quæ dicere uident̃, ꝙ sine aqua baptismi salus constare non possit, de contẽnentibus sacrm̃ accipiunt̃. Neq; hæc tm̃ ĩfundẽtibus sanguinẽ uera sunt, sed & in alijs fidẽ, & charitatẽ habẽtibus. In paruulis aũt qbus aliena fides oportet suffragerẽt, secus est. Hinc nisi in aqua baptizẽtur, pereũt. Qđ si qs aũ baptismũ mõ ꝓtacto gr̃am & sic pctĩ deletionẽ affecutus sit, nõ ẽ ꝙ hoc baptismus frustra. Nã obligationẽ ad pœnã aufert, & gratiã adauget, fomitẽ quoq; restringit, & ĩ numerum fidelũ expĩsè ponit. imo nec sine baptismi uoto gratiã, qs assequerẽt. Manẽt aũt post baptismũ pœnalitates: tum, ut vitã futurã vbi hæ penitus cessauit, studiosius ingramus tũ ẽt, ut uirtutis exercendæ materiã habeamus. Patet ex his, rẽ sacrĩ sc3 gr̃am, id ipm̃ qñq; præcedere: quòd nec inconueniens reputatur, cũ & quandoq; longè post sequat̃, ut patet in fictè accedẽte, postea pœnitente. Quanquã aũt paruuli vsum arbitrij nondum habeant, gratiam tñ in baptismo habitualem accipiunt: qua & vti poterunt adulti, nisi peccando eam extinguant.

Rempius interdum, fluitio baptismatis absque,
Martyr purpureo sanguine lotus habet.

DISTNCT. V. QVAE INCIPIT, Post hæc sciendum, &c. epi.

¶Aeque uerus, & sanctus baptismus a bonis datur, & a malis ministris, nec plus a bono, nec minus à malo. Neq; eñ hois munus est baptismus, sed Dei q̃ principaliter baptizat. Vnde nec Petri, nec Pauli baptismus dicit̃, sed Christi, qui sibi baptizandi potestatẽ retinuit, ministerio alijs collato. De eis uerò qui baptismũ recipiũt, dicẽdũ, quod hæreticus, vel schismaticus, quãuis baptismũ recipiat, non tñ uirtutẽ eius potest participare. Quod si ecclesiæ se cõiungat, nõ quidẽ recitandus est baptismus, sed ipse in unitate catholicè effectũ ipsius consequetur. Addit eam Magister, ꝙ Christus auctoritatem, sine potestatẽ baptizandi homini communicare potuit si uoluisset, sicut, & potestatem creandi. Sed ĩ his Magister a doctoribus communiter non tenetur.

Quod nihil interfit, baptizet iniquus an æquus.
Fidus an infidus, masculus an mulier,
Dum nisi uerborum seruetur iusta statorum
Formula, dumq; obstans nil aliunde siet.

DISTST. VI. QVAE INCIPIT, Nunc quibus liceat, &c. epi.

¶Extra necessitatis casum baptizare non conuenit nisi sacerdotibus. In necessitate autem permittitur etiam laicis, & mulieribus. Qui si etiam extra necessitatẽ ad baptizandum se intromittant, seruatis alijs seruandis, uerus baptismus est, nec iterandus, licet peccet sic baptizans sicut, nec rebaptizari debent, ab hæreticis ſm formã ecclesię baptizari sed sunt reconciliandi. Quod autẽ Cyprianus in oppositum dixit, ex ignorantia processit, quæ per martyrium in ipso expiata est. Neq; est nisi unus baptismus, qui trina fit immersione propter mysticũ trinitatis. In ueteris aũt maternis ẽt si mater baptizetur, puerum baptizari nõ contingit. Oportet eñ hoĩem priùs nasci, q̃ renasci, nec ualet obiectio de sanctificatis in utero: quia hoc per priuilegium factum est, ubi & an usus rationis acceleratus sit in dubio relinquitur. Neq; ẽt baptismũ impedit incõgrua baptizantis locutio ex ignorantia proueniẽs Quia si quis ignoretur baptizatus, sub conditione baptizari debet: nec reputãdus est tunc baptismus iteratus, cum nesciatur datus. Si quis autem solo iocotingatur, etiam prolata forma, baptismus nõ est ſm sapientes, cum intentio sit necessaria. Quod si paruulus spe commodi offeratur, nihilominus baptismũ recipit. Potest aũt baptismus dari omni tempore, licet conuenientius in sabbato Paschæ, & Pentecostes. Et quidem si adulti sint baptizandi pro se respondeant: si uero paruuli, alij respondent ꝓ eis at paruuli illa responsione tenent̃ cũ adoleuerint. Ea autem, quæ sunt pro baptismatis solemnitate, ẽt si omittantur, baptismum non impediunt.

Forma solœcismo turpi lacerata iuuabit,
Integra uerborum dumnodo sensa manent.

DISTNCT. VII. QVAE INCIPIT, Nunc de sacramento confirmationis, &c. epi.

¶Confirmationis sacramentum, quod institutũ est ad fidei firmitatem, & gratiæ profectum, ab episcopis, & his solis conferendum est, & hoc sub forma determinata scilicet. Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine patris, & filij & spiritussancti. In quo quidem sacramento donatur spiritussanctus, ad roborandũ eos, qui baptizati sunt, qui & datus est in baptismo ad peccati remissionem. Quamuis autẽ presbyteri cõfirmasse legantur, hoc tm̃ fuit tẽporaliter actũ ex speciall cõfessione, nec iam ultra fieri debet. Videtur aũt hoc sacramentũ baptismo maius, utpote a digniore, & in potiori corporis parte, scilicet in fronte datum, quod & forte maius prẽstat uirtutũ augmentũ, q̃uis baptismus plus ualeat ad peccati remissionem. Debet autẽ accipi a ieiunis, si nõ obstet necessitas. Nec iterari debet, sicut nec baptismus, nec ordo.

Mirificum robur tibi confirmatio præstat,
Intrepide Christi, quo fateare fidem.

DISTINCT. VIII. QVAE INCIPIT, Post sacramentum baptismi, &c. epi.

Dominici corporis, & sanguinis sacramentum, quod eucharistia (hoc est, bona gratia) uocatur, ꝙ quod spiritualiter reficimur, in quo, & nedum gr̃ę & uirtutis confertur augmentũ, sed & sumitur ille qui fons est, & origo gratiarũ. Hoc inquam in lege ueteri figurã habuit mãna, quod i deserto patribus Deus pluit, post transitũ maris rubri, per quem ba

ptiſmus eſt figuratus,quem tamen euchariſtia ꝓcel lit,per oblationē ēt Melchiſedec figurata . Eſt autē euchariſtia inſtituta a Chriſto in ultima cœna poſt eſum agni paſchalis , quādo Chriſtus præſentiā ſui corporalē uiſibilem diſcipulis erat ſubtracturus,vt ſic memoriæ diſcipulorum arctiùs infigeretur, quo & ueteris legis ſacramenta terminabantur . Et hoc ſub certa uerborum forma , ad quam fiat cōuerſio panis,& uini in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis ſui.Cætera uero , q̄ in miſſa dicunt , ad laudes Dei pertinent,& orationes.Etſi aūt poſt cœnā inſtitutū ſit hoc ſacrum,ut tn̄ à ieiunis ſumatur, ob ſui reuerentiā rationabiliter ab eccleſia eſt ordinatum , In quo quidem ſacramento tria eſt conſiderare, ſcilicet ſacramentum tantum, quod eſt ſpecies panis,& uini:ſacramentum,& rem, quod eſt corpus Chriſti uerum:& rem tantum , quod eſt myſticum corpus eiuſdem domini Ieſu Chriſti .

Contulit hinc abiens præcepta ſalubria Chriſtus,
Corporis inſtituens myſtica ſacra ſui.

DISTINCT. IX. QVAE INCIPIT, Et ſicut duæ ſunt res, &c.Epi.

¶Duplex eſt huius ſacramenti manducandi mo dus ſacramentaliter ſcilicet,& ſpiritualiter, duplici rei ipſius correſpondens,ſcilicet corpori ipſius my ſtico,& uero,de quibus diſtinctione præcedenti.Su miſ nāq; corpus domini in hoc ſacramento uerè, & realiter a bonis,& malis, ſed à malis ſacramenta liter tantum, a bonis ſacramentaliter ſimul,& ſpiri tualiter , quorum primus conſiſtit in ſuſceptione ipſiusſub uiſibili ſacramento,alter uero in unione ad ipſum ſub ſacramento contentum . Secundum quos manducandi modos diſtinguenda ſunt quæ dam doctorum uerba , qui alioqui ambiguè loqui uidentur,& contrariè .

Corpus idem cunctos æque ſibi ſumere Chriſti,
Nanciſci fructus haud tamen inde pares .

DISTINCT. X. QVAE INCIPIT, Sunt item alij,&c.Epi.

¶Inſana eſt,& execranda hæreſis,qua quidam iu xta ſui obtuſitatem in ſacramento altaris dicunt ue rum Chriſti corpus realiter non contineri,ſed tan tum repræſentatiuè, fruſtra innitentes ei,quod do minus dicit Spiritus eſt qui uiuificat, caro non pro deſt quicquam . Et pauperes ſemper habebitis , me aūt nō ſemp habebitis,&c.Quorū primo dicit cor pus ſuū nō diſcerptū per partes comedendū,altero aūt nō uiſibiliter ſumēdū . Hi aūt nō aduertūt alia, quæ dñs de huius veritate ſacramenti dicit . Caro mea verè eſt cibus,& hoc eſt corpus meum &c. Ve rè igitur,& realiter corpus eius uerum in ſacramē to continetur,inuiſibiliter tamen , & ſub ſpeciebus panis,& uini occultatum.Et qui auctor eſt muneris ipſe eſt teſtis ueritatis,Quod multis exemplis,& au ctoritatibus in textu oſtenditur .

Sub ſpecie panis ſanctiſſima membra teguntur,
Et mutata ſacro uina cruore madent .

DISTINCT. XI. QVAE INCIPIT, Si autem quæritur &c.epi,

Cōuerſio panis in corpus Chriſti,& uini in ſan guinem eius,non eſt formalis remanentibus præexi ſtentibus accidentibus,ſcilicet ſapore, pōdere,figu ra,& colore, ſed potius ſubſtantialis à quibuſdā dr ſeu tranſſubſtantiatio,eo ꝙ ſubſtātia panis , & uini in corpus,& ſanguinē Chriſti cōuertuntur: nec tn̄ hoc fit per nouam corporis formationē,uel præexi ſtentis augmētū,qa quātitas manet,nec panis ſe ha bet,ut materia reſpectu corporis eius, ſic ꝙ ſub ac cidentibus,ſub quibus priùs fuit ſubſtantia panis, tranſſubſtantiatione facta,eſt corpus Chriſti,quod tn̄ illis accidentibus nō affici ē,nec panis annihilaſ, ſed (ut dictū eſt)in corpus Chriſti conuertitur.Oc cultanē aūt idē corpus,& ſanguis ſub aliena ſpecie tū ad uitādū horrorē ſumentiū , tū irriſionē infide lium, tum ēt ob fidei meritum , quæ ſcilicet eſt de his,quæ nō uidenē.Sub duplici ēt ſpecie conficitur vt filiū Dei corpus, & animā aſſumpſiſſe ſignificeſ, & utrunque in nobis ipſe tueatur . Qđ nec vnitatē ipſius tollit,quia ſub utraq; ſpecie totū ſumit.Neq; uerò de aliis ſubſtantijs,quàm panis,& uini confici debet,aut pōt.Cui tn̄ uino aqua miſcēda ē,ad unio nē populi cū capite Chriſto ſignificādū.Et qđē diſcipulis Chriſtus mortale , & paſſibile adhuc cor pus tradidit. Nos aūt tale,quale mō eſt accipim⁹, ꝙ nec ītinctū ī ſanguinē , ſed ſiccū populo tradi dēt.

Mirificus ſermo panem demutat in artus ,
Audeat ut Chriſti ſumere corpus homo ,

DISTINCT. XII. QVAE INCIPIT, Si autem quæritur de accidentibus, &c.epito.

¶Accidentia panis,& uini in ſacramento poſt ꝯ ſecrationē remanentia , non ſunt in corpore Chr̄i quod vc3 eiſdem non eſt affectū:nec ſunt in pane, & uino , quæ tunc nec extāt,ſed ſtant ſine ſubiecto, ea potentia ſuſtentāte diuina,remanent autē ad my ſterij ritū,& fidei ſuffragiū,ac oris guſtum . De frac tione aūt(falſis refutatis opinionibus)dicendū, ꝙ uera eſt fractio in ſacro, nō qđē in corpore Chr̄i,ꝙ impaſſibile eſt,ſed in accidentibus manētibus ad ſi gnificandū diuerſum ſtatū corporis ipſius ueri,ſc3 in mūdo,in ſepulchro , & cœlo:atq; ad ſignificādū corporis ipſius myſtici partes , quarū aliqua in bea titudine cū eo regnat,alia in mundo ambulat , alia aūt in ſepulchro, quieſcit. Eſt aūt totus Chriſtus in ſingulis partibus fractionis,quotieſcūq; fractio fiat ex eodē fundamēto.Deniq; hoc,ꝙ quotidie facit ſa cerdos,& ſacrificiū,& immolatio propriè dici pōt Eſt enim ſignum memoriale, & figura immolatiōis pro nobis ſemel factæ. Hinc & quotidie ſumitur in charitatis augmētū,& medicinam peccatorum .

Subiecto,quod ineſſe ſolet,ſe permanet ipſo ,
Subiectoque datas gliſcit habere uices.

DISTINCT. XIII. QVAE INCIPIT, Solet etiam quæri, &c.epi.

¶Sacerdos quilibet ēt paruus in moribus,in uni tate eccleſiæ exiſtens,euchariſtiæ ſacramentū cōfi cere poteſt,malitia ſua perſonali non obſtante. Nō enim in merito conſecrātis,ſed in uerbo efficiē cre atoris, cuius uirtus ſub tegumēto viſibiliū rerū ſa lutem ſecretiùs operaē . At iuxta Magiſtri ſententiā hæreticus ab eccleſia præciſus ſacerdos , conficere nō pōt,eo ꝙ oblatio illa fit ex pſona eccleſiæ,a qua ille diuiſus eſt &c. Secūdū alios aūt conſecrare po teſt hereticus, ſicut & errās in fide,(quod ultimum & ipſe Magiſter cōcedit)ſi eſt ſacerdos,ſeruata for ma,& intedēs facere,quod & alij faciunt,ſeu eccle ſia facit. Dicit etiam Magiſter , a brutis animalibus corpus Chriſti non ſummi,etiam ſi ſumere uideaē,

ad

ad nec hoc ab alijs tenetur . Hæreticum autē facit praua intentio in intelligentia ſcripturarum . Et in curritur hęreſis ex uerbis inordinatè prolatis.Hinc hæreticus eſt ſecundum Auguſtinum , qui alicuius temporaiis commodi , & maximè gloriæ principatusq; ſui gratia , falſas , ac nouas opiniones gignit, vel ſequitur .

Schiſmaticos placuit non conſecrare Magiſtro ,
Hæreſis,& captos,quos maleſuada tenet .

DISTINCT. XIIII. QVAE INCIPIT, Poſt hæc de qua nunc agendum eſt &c. Epit.

¶Pœnitentia,de qua nunc agendum eſt,neceſſa ria eſt hominibus per peccatum à Deo longe ſepa ratis.Eſt eñ ſecūda tabula poſt naufragiū , ſicut ba ptiſmus prima.Nā poſt baptiſmū lapſi, per pœnitē tiā reparari poſſunt.At baptiſmus eſt ſacramentum tantū:pœnitentia autē eſt & uirtus, ſcilicet ea , q̄ eſt interius,A pœnitentia autē & Chriſtus,& Iohānes præcurſor ipſius prædicationē inceperūt. quæ à pu niendo dicta,à timore initiatur.Eſt igitur pœnitē tia,ꝑterita mala plangere , & plangenda iterum nō comittere , quod cum ſimilibus accipiendū eſt in poſito plangentis.Vnde erroneum eſt,quòd qui dā dixerunt verā pœnitentiā non fuiſſe,ubi plangē gēte contingit iterū peccare. Verum:ñ per peccatū ſequens pœnitētia prior, & alia bona mortificanē, attamen ſi peccator iterum reſurgat per pœniten tiam,opera in charitate facta reuiuiſcunt, quamuis non ea,quæ in peccato facta:nunquā enim uiua fue runt , per quæ & ſanus haberur intellectus eius , ꝙ Auguſtinus dicit,inanē eſſe pœnitentiā, quā ſequēs culpa coinquinat . Similiter & id , quod de relapſis dicit,non eos veniam conſequi &c. Quod ēt dicit, Pœnitentem dolore gaudere debere , de perfecto rū intelligitur pœnitentia . Quod uero Ambroſius ait pœnitentiā nō reiterandā,de ſolemni pœnitētia, accipitur.Hinc cōcluſione tenendū , pœnitentiam toties reiterandam eſſe,quoties quis peccat. Nec ꝯ tra eſt auctoritas, Apoſtoli,cui erronei quidam in nitebantur, ſi rectè intelligatur,vt patet intuenti .

Quiſquis pœniteat,quem iactat criminis unda ,
Comprendet tabulam,qua natet ipſe , leuem.

DISTINCT. XV. QVAE INCIPIT. Et ſicut prædictis auctoritatibus,&c.Epi.

¶A ueritate longè deficiūt,qui putant vnū mor tale ſine altero dimitti,ſeu de uno ſine altero pœni tētiā agi poſſe. Quod aūt ſcriptura dicit Deum nō punire bis in idipſum,intelligēdū eſt de his , qui ex flagellis (quæ quidem quintuplici cauſa infligunē) emendationem accipiunt.Sicut & accipiendum eſt quod Hieronymus adducit aliquos tēporaliter pu nitos, ne in æternum punirentur . Nam extra textū ſciendum,ꝙ in non pœnitentibus etiā leuia æterna liter ſaltem per accidens puniuntur,quia ſcilicet eū eis ſimul,& mortalibus decedunt.Quod etiam dici tur,ciuitatē compuli in una parte, & non in alia,nō eſt in contrariū: quia non quo ad criminis ueniam, ſed alicuius peccati deſertionē quandoq; hoc con tingit.Sed & illud Ambroſij,Si fides deſit,pœna ſa tisfacit,intelligitur de peccato ignorato.Nam fides hic ſtat pro ſcientia.Vnde de uno peccato mortali ſine alio ſatisfactio fieri non pōt. Eſt enim ſatisfac re,peccati cauſas excidere , & earū ſuggeſtionibus additū nō præbere, quod non facit , qui uel in uno remanet mortali . Hinc nec blandiri ſibi debent de eleemoſynis, qui non de omnibus pœnitent , eo ꝙ dicat dominus.Date elemoſynā, & ecce omnia mū da ſunt uobis.Eleemoſynā enim,ſeu miſericordiam oportet ſibijpſi homo primum impēdat.Sc3 de pec catis pœnitendo.Bona autem in ſtatu peccati facta non remuneratione gloriæ,ſed tēporali aliquo cōpenſat Deus . Sed nec bona in charitate facta,per peccatum mortificata,niſi per pœnitentiam reuiui ſcunt. Igitur unum peccatū mortale ſine altero nō dimittitur, ſicut nec Chriſtus hominē niſi totū ali quando ſanauit,aliàs Deus inimico,& ei, qui nō ha bet timorem,veniam daret: nec plenam , ſed dimi diam , quod inconueniens eſſe patet . Deniq; & ad veram pœnitentiam, male ablatorum reſtitutionē fieri neceſſarium eſt, dummodo facultas aſit.

Nec ſceleri credas,alio ſine,parcier uni.
Nec de hoc abſque illo pœnituiſſe uelis.

DISTINCT. XVI. QVAE INCIPIT. In perfectione autem pœnitenti &c. epit.

¶Tres ponuntur partes perfectæ pœnitētiæ,ſci licet cordis contritio , oris confeſſio,& operis ſatiſ factio,nam & corde , ore, & operis conſuetudine ſpiritualiter morimur. In cuius etiam ſinu tres mor tuos dominus ſuſcitauit,unum in domo,alium ex tra portam tertium iam fœtidum in ſepulchro. Eſt aūt pœnitenti neceſſaria diſcretio,ut ſcilicet conſi deret qualitatem criminis, tn̄ & locū,perſonam,& ſic de alijs circunſtantijs,quæ ipſum narrare, & in aliud genus trahere poſſunt: quantumq; in eo per ſeuerauerit,& de oībus doleat, nec cōfeſſionē di uidat,paratusq; ſit ſacerdoti obedire , & tunc tan dē ad cōmunionē euchariſtiæ accedat . Caueat aūt ea,q̄ ueræ pœnitētiæ ſunt impeditiua , qualia ſunt ludi,& ſpectacula,& negotia,uel officia,in quibus peccato permanere non poteſt.In quibus tn̄ exiſtē tes,aliqua bona opera facere cōmonēdi ſunt,vt ſic eos Deus ād pœnitentiam illuſtret. Eſt autem pœ nitētia triplex. Quædam enim peragitur ante bapti ſmum ab adultis, quos ueterum hominem exuere oportet,priuſquam nouum induāt.Alia poſt baptiſ mum pro mortalibus, & alia pro uenialibus : quæ etſi leuia uideantur:multiplicata tamen grauāt, & opprimūt.Quod tn̄ opprimere intelligendū eſt, nō inquantū uenalia manent, ſed inquantū interueni ret contemptus,vel alia mortalis circunſtantia .

Cor dolet, os loquitur, pœnas opus irrogat æquas,
Cura ſalutaris crimina quando lauat.

DISTINCT. XVII. QVAE INCIPIT. Hic ponitur quæſtio &c.epi.

¶ Sine confeſſione oretenus facta , dum tn̄ non aſſit confeſſionis contemptus , ſed ea in toto ha beatur, & ſine operis exterioris pœna peccata de leri poſſunt per interiorem cordis contritionem. Per quod quidē contrariæ opiniones ad ſanum in tellectum reducuntur , & auctoritates,quas addu cunt, rectè intelliguntur . Oportet autem , ut hoc ad effectum perducatur tempore opportuno . Nec ſoli Deo confiteri ſufficit , dummodo copia ſacer dotis haberi poſſit,qui pœnitentiam imponat. Nā ſatisfactionis modus , & peccatoris reconciliatio, ad miniſtros,eccleſiæ pertinent,quæ ſine confeſſio ne fieri non poſſunt . Sed & erubeſcentia in con feſſione , eſt magna pars deletionis pœnæ,debi tæ pro peccatis.Vnde & leproſis dictum eſt, quod oſtenderent ſe ſacerdotibus, unde & expedit,idem

peccatum pluribus confiteri. Quærat autē cōfitens sacerdotē scientem soluere, & ligare. Quòd si sacerdos defuerit, scio interim confiteatur, hoc tamē nō est necessarium, cū auctoritatem absoluendi ille nō habeat. Quod autem Petrum legitur fleuisse, nō tamen legitur eum peccatum confessum esse, prædictis non obstat Non enim omnia facta scriptis mādata sunt. Similiter, & alia, quæ in oppositum facere uidebantur, in textu dissoluuntur. Igitur necessaria est oris confessio pars pœnitentiæ: tum propter peccatoris erubescentiam, tum ob sacerdotis iudicium, tum ad futurorum cautelam, & humilitatē.

Tandem syncerum cordis liquet esse dolorem,
Si quis propositum, vt confiteatur, habet.

DISTINCT. XVIII. QVAE INCIPIT, Hic quæri soret, &c. Epi.

Claues, quibus regnum cœlorum indignis claudit, & dignis apperitur, non corporales sunt, sed spirituales, discernendi videlicet scientia, & potestas iudicādi, à qua scilicet ecclesiasticus iudex dignos habet recipere, & idignos excludere à regno Dei, i. ecclesia, & sacrorū perceptione. Vnde & hoc non hæreticus p̄cisis, sed ecclesiæ ministris cōpetit. Clauiū igit̄ usus cōsistit in discernēdo ligādos, & soluēdo, & illa exequēdo. Quāuis aūt magis probabiliter solus Deus dr animā à peccato suscitare, & pœnam relaxare, & animam à macula purgare, quia solus charitatem infundit, qua hæc fiunt: tū & sacerdos dicitur peccatum dimittere, & peccatorum solutio re: quia hæc facta, uel nō facta ostēdit, & manifestat Etsi enim apud Deū aliquis solutus est, non tñ in facie ecclesiæ talis habetur, nisi per sacerdotis iudiciū Ligare ēt sacerdos dicitur dum pœnitentiæ satisfactionem imponit. Soluere autem dicitur, aliquid de eadem remittendo, & communionem decernēdo. Item & ligare dicitur, contumacem excōmunicando, & soluere pœnitentem reconciliando. Per quā excommunicationē gratia, & Dei protectio homini subtrahitur, & excōmunicatus sibiipsi relinquit̄, & diabolo potestas in ipsum dat̄, nec orationes ecclesiæ prodesse sibi putantur. Sunt autem hæc oīa intelligenda, dum asfit discretio, & claue nō errāte Macula autem de qua dictum est supra est dissimilitudo & elungatio. Tenebrę autem interiores stant in gratiæ ablatione & naturalium debilitate, quæ fiunt per peccatum, à quibus omnibus homo per pœnitentiam purgatur. In qua sacerdos uices habet medici, cuius est uiuentes quidem curare, non autem mortuos suscitare. Hoc enim Dei est per gratiam ipsius facere.

Donat presbytero binas ecclesia claues,
Vt bene discernat, iudicet, utq; bene.

DISTINCT. XIX. QVAE INCIPIT, Postquam ostensum est &c. Epi.

¶Stolis quidē sacerdotibus per ministerium episcopi in promotiōe sua dantur claues, simul eīs cū ordine sacrdotij, & claues recipiuntur. Magistro tamen de claue scientiæ, seu discretionis uidetur, qđ nō oēs eam recipiant. Sed hoc ab alijs nō teneī, nisi limitatū, sc3 ad dignā receptionē eiusdem clauis, quæ scilicet est auctoritas discernendi. Nam & illa stare potest sine actuali cognitione, Sed & qui scientiā habēt, dictā tū discernendi auctoritatem nō habent nisi ordinati, ergo nec scientiæ clauem. Igitur claues illas ligandi, & soluendi sacerdotes omnes, dum ordinantur, accipiunt: sed soli boni eas dignè habent & eis dignè utuntur. Tamesi autē sēti uiri non sacerdotes benedicere alijs possint, non tamē ea benedictione, quę est sacerdotum: quā, & quāuis omnes habeant, soli tamen boni habere dicunt̄, qa hi soli rectè ea utuntur. Neque tamen mala quorūdam sacerdotum uita bonos lędit, dummō in bona ipsorum doctrina ipsis obsequuntur. Quod autē ꝑ phera dicit contra sacerdotes malos, uiuificare scilicet eos, qui non uiuunt &c. intelligitur de præcisis ab ecclesia. Quod etiam dominus per Malachiē dicit Maledicā benedictionibus uestris, quo ad ipsa sacerdotū maledictionē, seu quo ad eos, quos adulando seducunt, intelligi debere dicit Gregorius. Sacerdos igitur alios soluere uolens, & ligare, iustus esse debet in uita, & discretus in scientia.

Sacrifici ijsdem omnes donantur clauibus, etsi
Sola ipsarum usum dictio iuris habet.

DISTINC. XX. QVAE INCIPIT, Sciendum est etiam &c. Epi.

¶ Pœnitentiæ tempus quidem conceditur peccatori usq; ad extremum præsentis uitæ terminū, sed est periculosum usq; adeo eādē differre, pro eo, ꝙ ex timore seruili, sed amore fieri debet ipsa pœnitētia. Hinc & Augustinus serā in tantū difficultate uidetur pœnitentiam. Difficile enim est in ultimo statu uerē pœnitere propter multa impedimenta tūc occurrenda, mundum scilicet, & filios, & uxorē, & mortis dolorem, & similia. Possibile tamē est, & tūc hominē ueraciter pœnitere: sed ablq; condigna satisfactione hinc discedens, acerbissimā purgatorij pœnam se passurum, certū habeat, nisi ob uehementioram contritionē in hac uita ea remittat̄. Deniq; & alij, qui etiā matuere pęnitentes, satisfactionē in hac uita non expleuerint, in purgatorio persoluāt. Vnde per eleemosynas, & amicorum orationes pęnitentiæ eorum pondus est releuandum. Neq; morientibus pœnitentia imponenda est innotescēda, duntaxat, q̄ peragāt, si cōualescant. Neq; alicui morienti recōciliationē petenti ea deneganda est, q̄ ēt si tunc petere non possit, & priùs eam appetierit, sufficit. Hinc & a publico crimine sacerdos simplex in casu mortis, episcopo absente, absoluere pot: ꝙ tñ alias, eo inconsulto, facere non debet, sicut nec uirgines consecrare. Deniq;, si moriens sacerdotem petat, nec habere possit, oblatio ipsios non uenire spuenda.

Inseros dilata dies confessio, prodest.
Vltima raro tamen corrigit hora scelus.

DISTINCT. XXI. QVAE INCIPIT, Solet etiam quæri, &c. Epi.

¶Quædā peccata, uenialia sc3 etiā post hāc uitā, quibusdā remittunt̄, his sc3, qui in hac uita, ut sibi remitterent̄, meruerūt: in gratia uc3 decedētes, & in hac uita lignū, fęnū aut stipulā super fundamēto fidei (ſm Apostolū) ædificātes; hęc tpalia plus iusto, citra tñ auersionē à Deo, diligentes. Nā hi qui aurū & argentū, aut lapides pretiosos, scilicet charitatē Dei, & proximi, ac pia opa ædificāt, ēt ab hoc igne erūt immunes, intelligendo de perfectis in dicta dilectiōe. Qui quidē ignis etsi trāsitoriùs sit, grauis tñ est plurimū. In præsenti enim exhibeī misericordia in futuro uerò iustitia exercebitur. Debent autem in confessione oia detegi, & singula mortalia, quorum aliquis habet memoriam, priùs scilicet legitimè non confessorum alia autem in generali sufficit dicere, sicut, & ipsa uenialia, quæ, & utraq; per confessionem generalem remittuntur. Cauendū est etiam confitenti, ꝙ sicut nullum mortale debet scienter reticere, sic nec confiteri, quod non fecit. Neque enim mentiendum est in confessione ueritatis. Sacerdos quoq; omnino caueat, ne confitentium ullo modo peccata prodat, nec subditi proprium sacerdotem confitendo dimittant. Nec sacerdos alienum ad confessionem accipiat. In casu tamen ignorantiæ proprij sacerdotis, alium quandoque requirere licet.

Criminis horrendi si quos obliuio cepit,
Purgantur tristi dummodo mente dolent.

DISTNCT. XXII. QVAE INCIPIT, Cumq; multis auctoritatibus &c. Epi.

¶ Per reciduum in peccatum per pœnitentiam remissum, peccata priora redire dicuntur. Quod quidem quomodo, uel quousque fiat, auctores diuersimodè, seu sub duplici modo loquuntur, dicētibus quibusdam ea ipsa redire: nec tamen ea per hoc bis puniri, ut apparet, cum peccator pro eis non condignè pœnituisse uideatur, & ingratus quoque exitit recidiuando. Alijs uerò dicentibus ꝙ redeant, quantum ad pœnam per modum circunstātiæ aggrauantis peccata iterum commissa. Quod quamuis Magister sub dubio relinquat, recentioribus ultimum hoc tamen magis placet. Est autem in actione pœnitentiæ (secundum quosdam) sacramentum, id quod fit exterius: res uerò ipsius, est contritio pœnitentis. Secundum alios uero id, quod fit exteriùs, est sacramentum tantum: contritio uerò interior, est res, & sacramē tum: remissio uerò peccatorum, est res eius tantū.

Hoc peccatori cruciatus acerbior instat,
Crimina quo nouit plura remissa sibi.

DISTINC. XXIII. QVAE INCIPIT, Præter præmissa est etiam aliud, &c. epi.

¶Vnctio extrema sacramentum est exeuntium de hac uita, & fit oleo per episcopum consecrato. Nempè inter tres unctiones quibus utitur ecclesia, scilicet chrismatis, & catechumenorum, est illa tertia, quæ dicitur oleum infirmorum. Quod q̄dem sacramentum institutum est ad peccatorum remissionem, & corporalis alleuiationem infirmitatis. Quæ tamen non semper sequitur, cum hoc nec homini semper expediret. In quo etiam ipsa exterior unctio, est sacramentum tantum: res uero ipsius est interior peccatorum remissio, & uirtutū ampliatio. Quod etiam sacramentum ex contemptu uel negligentia omittere nullus debet, nec ēt reiterare, nisi, & morbus redeat; ac per hoc est qui dem reiterabile quo ad susципientem, non tamen quo ad materiæ identitatem.

Hinc decessurus, perfunditur unguine sacro,
Vt valeat superas fortis adire domos.

DISTINC. XXIIII. QVAE INCIPIT. Nunc ad considerationem &c. Epi.

¶Septem sunt ordines ecclesiastici. Nam aliq in ecclesia sunt ostiarij, alij lectores, exorcistæ, acolythi, subdiaconi, leuitę, insuper, & aliqui presbyteri. Quorum singulorum officia, quæ sint, & alia ad ipsos pertinentia, Magister in textu apertè, & prolixè ꝓsequitur. Quos etiam ordines in semetipso Christus exhibuit, & ecclesię seruandos reliquit. Horū autem ordinem ultimi duo sunt sacri scilicet diaconatus, & presbyteratus: alij dicuntur non sacri respectu illorum. Est autem ordo sacrū quoddam signaculum, per quod specialis potestas traditur ordinato. Hinc, & omnibus his nomen ordinis conuenit. Et quia in omnibus sacramentum significatur, ideo, & omnes hoc respectu sacri dicuntur. Sunt insuper, & alia nomina dignitatum, seu officiorum, quæ non sunt ordinum, ut pontificatus, & episcopatus, quæ, & ulterius in textu distinguuntur. debent autem assecuti ordines ecclesiasticos, conari, ut uita eorum dignitati respondeat, ut sic plebs ex eis proficiat, & ipsis gratanter obtemperet, à quibus sacramenta percipiunt, & missarum solēnia audiunt. Quæ quidem missa dicitur, uel quia missa est hostia, quæ ibi commemoratur: uel quia missus cœlestis uenit ad consecrandum corpus dominicum.

Officijs sacer ordo suis discrimina sumit,
In se, quæ uoluit Christus obire priùs.

DISTINCT. XXV. QVAE INCIPIT, Solet etiam quęri &c. Epi.

¶An ab hæreticis tradi, uel accipi possit ordinis sacramentum, diuersæ sunt auctorum sententię dicentibus quibusdam, ꝙ non, pro quo multas inducunt auctoritates, aliis oppositum asserentibus: quod, & tenetur, si in forma ecclesiæ id tradant, quamuis hoc in sui faciant perniciem. Auctoritates autem, quæ oppositum dicere uidentur, ꝓtendentes, ꝙ sacramenta ab hæreticis accepta, falsa sint, & inania &c. intelliguntur quo ad effectū gratiæ inde consequendum. Qui autem pro ordinum collatione aliquid dant uel accipiunt, simoniaci dicuntur, & utrique ueniunt puniendi. Verū tamen qui ignoranter à simoniacis ordinantur, tolerari possunt: scienter autem ab eis ordinati, consecrationem habent irritam. Est autem triplex simoniacæ hęresis species, quo ad ordines. Quidā enim simoniacis simoniacē ordinantur: alii simoniaci simoniacè, sed non à simoniacis: tertii uerò non simoniaci, à simoniacis. Et hi tolerari possunt, dummodo ignoranter hoc fecerint. Quod etiam dicitur, à simoniacis ordinatos damnandos, intelligitur nisi uiolenter ab eis quis ordinetur. Porro in subdiaconum ante annos quatuordecim nō debet quis ordinari, in diaconum non ante uigintiquinque in presbyterum autem non ante triginta. Quæ tamen hodie modificata sunt, ut presbyter quis ordinetur, uicesimum quintum habens seu agens annum.

Si datur oblato sacer ordo nomismate, dantem
Stringit, & emptorem pœna Simonis atrox.

DISTINCT. XXVI. QVAE INCIPIT, Cum alia sacramenta &c. Epi.

¶Matrimonij sacramentū in paradiso ante peccatum primò institutum est pro officio generandi prolem. Nunc uerò est etiam pro cauendi criminis remedio. Quæ & ultima institutio in hoc à prima differt, ac etiam, ꝙ prima fuit necessitatis, illa autem genere humano multiplicato est uolūtatis. Quarum prima facta est in paradiso, altera uero extra. Quidam autem hæretici perniciosè sentien-

tientes,nuptias condemnant:cum tamen,& Christus sui presentia nuptias approbauerit,& eadem Apostolus commendauerit.Significat autem hoc sacramentum coniunctionem Christi cũ ecclesia. Quod etiam per animorum consensum absq; copula carnali perfectum est,quamuis sic à perfecta deficiat significatione.

Nature officio connubia præstita quondam,
Iam sunt,& fragilis carnis honesta salus.

DISTIN CT. XXVII. QVAE INCIPIT,
Post hæc aduertendum &c. Epi.

¶Cum matrimonium sit uiri,& mulieris maritalis coniunctio,inter personas legitimas indiuiduam retinens uitæ consuetudinem, ideo coniuges sine consensu mutuo non separantur,nec vnus sine altero continentiam uouere potest.sed debitum ei reddere tenetur. Fit autem matrimonium per consensum cordium dictarum personarum, per uerba de præsenti expressum, etiam si copula carnalis non interueniat.Estq; differẽtia inter spõsalia,& matrimonium, cum sponsus etiam inuita sponsa monasterium ingredi possit, & ecõtra. nõ autem coniuge cognita hoc potest, quamuis, & sponsi coniuges quãdoque dicantur. Quod si spõsalia cum uidua de futuro contrahantur,per hoc bigamia non inducitur:bene autem, si de præsenti, vt Magister dicit. Sed in ultimo non tenetur.

Præsentis uerbo nubendum temporis,idq;
Durat,quàm coniunx uiuit vterq; diu.

DISTINCT. XXVIII. QVAE INCIPIT,
Hic quæri debet &c. Epi.

¶Consensus de futuro,matrimonium nõ facit, etiam si iuramẽto firmatus fuerit, cum per huiusmodi iuramentum fit confirmatio non de facto, sed fiendo.Hinc si alter contrahentium ad aliam copulam transierit,dissoluta est prima promissio. Lex autem promissio. quæ aliud dicere videtur, intelligenda est, si uerba de presenti interuenerint, aut quod futurum sit matrimonium. Traditio autem parentum ipsius sponsæ,& sacerdotis benedictio,de sacramenti substantia nõ sunt sed ad quandam ipsius pertinent solemnitatem,& honestatem,Sed consensus etiam occultè per uerba de præsenti expressus,matrimonium in conscientia perficit,ut dictum est,quamuis in ecclesiæ iudicio uerba illa non cogant,cum testari nõ possint. Debet autem ille consensus esse in coniugalem societatem, quapp mulier ex latere uiri sumpta scribitur,Vnde,& inter fratrem,& sorores cohabitantes matrimonium non est.fuit autem inter uirginem,& Ioseph.

Copula si fuerit uerbo contracta futuro,
Nondum coniugij fœdera certa manent.

DISTINC. XXIX. QVAE INCIPIT,
Oportet autem consensum, &c.Epi.

¶Consensus per coactionem extortus, matrimonium non facit: nec consensus appellandus est qui sic extorqueretur. Veruntamen si post huiusmodi coactionem liber consensus superuenerit, utpotè si simul cohabitent,& non reclament, consensus iam liber factus videtur, & priorem defectum emendare.Debet autem consensus esse liberedum in nuptiis, sed & in sponsalibus. Dicitur etiam illa consentire,qui manifestè,& euidenter non contradicit:Vnde,& sponsalia talis consensus confirmare dicitur.

Non erit ad sensus peragens connubia,qualem
Præbet.verberibus sæpe grauatus homo.

DISTNCT. XXX. QVAE INCIPIT,
Nec solum coactio &c. Epi.

¶Matrimonium error dissoluit,non quidem omnis,sed,qui conditionis est seruilis, aut personæ: non autem ille,qui est qualitatis, ut probitatis,aut pulchritudinis,aut fortunæ,scilicet diuitiarum.De consensu autem in matrimoniũ Mariæ, & Ioseph sentiendum,q̃ uirgo proposuit seruare uirginitatem,nisi Deus aliter reuelaret,& sine uoto expresso in societatem maritalem,seu coniugalem consensit ex consilio familiari spiritussancti. Postea uero una cum Ioseph uotum expressit,fuitque inter eos coniugium perfectum sanctitate,licet non ita significatione,quia sine copula carnali. Sunt autẽ multæ causæ,cur matrimonium communiter contrahatur.Quædam principales,ut prolis procreatio,& fornicationis uitiatio.Quædam etiam sunt minus honestę,ut diuitiæ, & pulchritudo. Et alii honestæ,ut pax,& reconcilatio, Nec tamen dictæ causę minus honestæ, matrimonium impediunt, vt quidam uolebant,eo q̃ malitia contrahentis sacramentum non maculat Fuerunt autem, & causæ speciales contractus inter uirginem,& Ioseph, ut scilicet uirgo solatium haberet,& sustentamentum:partus autem uirgineus diabolo celaretur, & Ioseph testis esset castitatis coniugis suæ,

Sunt duo,quæ dicant dissoluere fœdera lecti:
Sunt errata duo,quæ temerare negent.

DISTINC. XXXI. QVAE INCIPIT,
Post hæc de bonis coniugii &c.Epi.

¶Tria sunt matrimonii bona,scilicet fides inuicem seruanda,& proles suscipienda, ac educanda,& sacramentum de matrimonii societate non dissoluenda,etiam si quando corporalis fiat diuiũctio Neque hoc tertium deficit in matrimonio, ẽt si prima duo deficere contingat.Coniuges tamen qui prolem uolunt, sed sterilitatem procurrant, potius fornicarii iudicandi sunt, & si fœtus tunc animatus fuerat, sunt homicidę.Dicta autem bona sic matrimonij actũ ordinant, ut si fiat causa prolis,peccatum non sit,aut sit non mortale ut cum seruata fide thori,conueniunt causa incontinentiæ Quod autem Apostolus dicit hoc esse secundum indulgentiam,accipiendum est de indulgentia concessionis, si fiat causa prolis quasi de minus bono,non tamen malo.Si uerò fiat causa incontinentiæ.accipiendum est de indulgentia permissionis;quasi de minus malo,scilicet uenialidũ modo intra limites matrimonij fiat, quos limites si quis excedat,non excusatur.Nec est contra prędicta,q̃ concupiscentia semper mala est. Verum est enim de malo,pœnæ,& non culpę, nisi ut dictum est.Gregorius autem ab ingressu ecclesię prohibet post accessum ad uxorem eum tantum, qui hoc agit incontinentiæ causa, uel quia rarò sit sine huiusmodi concupiscentia.

Quæ tria coniugij bona sint, quibus illud honestũ
Redditur, hocce loco docte magister agis.

Distin-

DISTINC. XXXII. QVAE INCIPIT,
Sciendum etiam est &c.Epi.

¶Quamuis in alijs uir mulieri præest sicut caput corpori,tamen in redditione debiti ius est eis æquale,adeo quòd etiam si non causa prolis mulier debitum poscat,uir ei reddere teneatur,& ecõtra,& neuter,etiam ad continendum, sui corporis potestatem habet,nisi de consensu communi. Attamen licet peccatum non sit,debitum reddere exigere tamen ultra generandi necessitatem, ueniale est. mœchari uerò criminale.Qd̃ si uir uxori consentiat,ut Deo continentiæ uotum offerat,si tñ reuocet priusquam mulier impleat, reuocatũ est: non autem,si iam fuerit impletum.Quamuis autẽ petenti debitum reddi debeat: sunt tamen dies in quibus hoc ipsum petere non licet,ut in textu.Qd̃ autem Hieronymus aliter dicere uidetur,de ecclesię ministris accipiendum est.Sunt, & tempora in quibus nuptiæ celebrari non debent, ut à septuagesima usq; ad octauam paschæ, & tribus septimanis ante festum Iohannis secundum Magistrum. Aliàs autem dicitur de diebus rogationum usq; ad octauam pentecostes.Item ab aduentu usque post Ediphaniam.

Debita certa ligant socialis fœdera lecti.
Quę pariter coniunx debet uterq; sibi.

DISTIN. XXXIII. QVAE INCIPIT,
Quæritur hic de antiquis &c.Epi.

¶A mundi quidem exordio onus unam habuit uxorem,quod & obseruatum esset, si primi parentes non cecidissent.Nam inter filios Iorum, & filias unus uni coniungebatur,cum nec aliæ essent mulieres.Lamech verò primus legitur duas habuisse uxores,& quidem reprehensibiliter, quia carnaliter.Quia tamen processu temporis omnes penè ad idola declinabant, diuinitus consultum est,patres plures ducere,ne Dei cultus & notitia ex eorum paucitate deficeret.Vnde, & maledicta in lege sterilis habebatur.Hinc etiam non imparis meriti æstimatur castitas coniugalis Abraæ, castitati uirginali Iohannis, cum utraque Deo pro tempore militauerit. Nec patres fidem thori per hoc uiolarunt,q̃ Deo uolente plures habebãt uxores:quia suis fidẽ seruabant,Sub lege ẽt de coniugio magis expressum fuit.In noua autem lege fœcunditati uirginitas præfertur,& sacerdotibus castitas indicitur,eo q̃ per totum mundum fides iã est publicata.

Cura sacræ sobolis, non execranda libido,
Patribus uxores suasit habere duas.

DISTIN. XXXIIII. QVAE INCIPIT,
Nunc superest attendere &c.Epi.

¶Ad contrahendum matrimonium aliquæ personæ sunt plenè legitimæ, scilicet sine omni impedimento:aliquæ autem ex toto illegitimę, ut habẽtes impedimentum ordinis sacerdotalis aut huiusmodi:quędam uero medio modo,se habent, aliter tamen nunc q̃ olim, ut quibus obstat frigiditas uel cognatio. Quod si quis causa frigiditatis debitum reddere non potest,si utrisq; placet, simul manere possunt. Quod si mulier uult esse mater,& nunquã conuenerunt,& hoc legitimè, potest contrahere cum alio permittitur,nisi & ipsa sit inhabilis.Quod si ex maleficio impediat, pœniteat de peccatis suis, & per exorcismos ecclesiæ restituatur: per quos si nõ liberetur,potest alteri nubere,iudicio ecclesiæ interueniente:ubi si conualuerit,non potest ad priorem redire nisi ecclesiæ iudicio.Furiosi etiam,& amentes, ut sic, contrahere non possunt. Sed, & ille qui cum sorore uxoris suæ dormit,neutram illarum habere debet,& uterquè sine spe coniugij remanebit. Neq; verò propter, infirmitatem corporalem dimittere licet coniugem,sed magis alter alteri auxilio esse debet in hoc calu.

Qui sint connubijs apti,quę pacta secundum
Legem ullo, aut nullo sint dirimenda die.

DISTINC. XXXV. QVAE INCIPIT,
Hoc etiam notandum &c.Epi.

¶Vxorem uir dimittere potest propter adulterium,& hoc si ipse simili crimine pollutus non sit Quod si uterq; reus sit,neuter propter hoc alterũ potest dimittere.Si verò propter adulteriũ unius fuerint, neuter alium ducere potest alio adhuc uiuente,possunt autem inuicem reconciliari. Quod si uir adulteram pœnitentiam non agentem retinere uellet, in crimine sibi participare videretur. Repulsam'tñ, ẽt & pœnitentem reconciliare sibi poterit,nisi sæpe recidiuet. Nec potest aliquis in uxorem ducere eam, quam prùs per adulterium polluit,si ipsa machinata sit in mortem prioris mariti,& alter alteri, adhuc priore marito uiuente,si dem de ducendo dederit.

Non mœchę mœchum,si vult,tamen absq; uiri spe
Viuo illo alterius,mittere iura sinunt.

DISTIN. XXXVI QVAE INCIPIT,
Nunc de conditione uideamus,& c.Epi.

¶Mulier libera seruum ducere potest, similiter, & uir ingenuus ancillam.Quod si libero de seruitute alterius constitit,fixum erit matrimonium:si autem deceptus est, dimittere potest iunctam sibi personam postquam scire incipit.Potest,& esse cũiugium inter uirum & mulierem, si ambo seruilis sint conditionis,dummodo uoluntas dominorũ vtriusque accesserit:imo secundum quosdam, dominus etiam dissentientibus.At si coniunx liber seruum se fecerit præter coniugis suę consensum,per hoc nec separabuntur,nec ipsa serua efficitur.Matrimonium etiam contrahi non potest, nisi masculus decimumquartum habeat annũ,& puella duodecimum,aliàs separari possunt,quamuis ex consensu parentum id factum sit. Iuncti verò præcedenter,si post discretionis annos uoluerint simul manere,possunt:ante septennium tamen nec sponsalia contrahi possunt:cum contrahentes saltem intelligere habeant quid agatur.

Quomodo cõiugium impediat seruum esse quotoq;
Cuique anno liceat fœdus inire thori.

DISTIN. XXXVII. QVAE INCIPIT,
Sunt igitur quidam,&c.Epi.

¶Inordinibus sacris, scilicet subdiaconatu & supra constitutus,coniugium nequaquam contrahere potest:& si de facto contrahat, nullũ est.& dirimitur.In alijs verò ordinibus contrahi permittit couiugium,nisi religionis habitum sumpserint ordinati,uel continentiæ uotum emiserint. Interdicitur etiam coniugium vxorum suarum occisoribus,

bus qui,& pœnitentiam agere compelluntur, aut spirituali gladio feriendi sunt nolentes, non curato de legibus secularibus in hac parte.

Occidens proprium mulier uiolenta maritum,
Nullo deinde alij nubere iure potest.

DISTIN. XXXVIII. QVAE INCIPIT.
Nunc de uoto inspiciamus,&c. Epi.

¶Votum (quod quandoque matrimonium impedit quandoque etiam dirimit) est quædam spõtaneę promissionis testificatio, quæ de his,q̃ Dei sunt, propriè fieri debet. Hinc vota facta irritãda sunt, nec uota reputanda. Est uotum multiplex, scilicet cõmune,& singulare, simplex, & solemne. inter quæ uotum simplex, seu priuatum continentiæ matrimonium impedit contrahendum. Solẽne autem continentię uotum, quod scilicet in facie fit ecclesiæ, per sacri ordinis susceptionem, uel professionem religionis solennizatum, dirimit etiam cõtractum. Nam quod ante licitum fuit, post uotum sit illicitum. Quod si tales contrahunt, ab ecclesiæ ingressu arcendi sunt quousque humiliter satisfaciant. Quomodo etiam intelligendus est Ioqui Innocentius. Quamuis autem adulterium graue sit, grauior tamen est incestus, & peccatum contra naturam grauissimum. Mulier etiam, quæ maritum in remotis agentem mortuum putans, alium ducit: eo redeunte, ad ipsum redire debet alio dimisso: nolens autem est excommunicanda. Qui verò uxore dimissa secedit, & aliam ducit, & post ductus pœnitentia uult secundam dimittere, & asserens se aliam habere, nec tamen permittitur, ecclesia scilicet non credente, per obedientiam quidem, & timorem iam incipit excusari, & debitum petitus reddere potest mulieri illi, quæ scilicet per ignorantiam excusatur, sed petere non debet. Hæc Magister. Sed q̃ talis reddere possit debitum etiã petitus, non tenetur.

Quid uotum, quotuplexve siet, quandove resistat,
Quo minus uxorem ducere ritè queas.

DISTIN. XXXIX. QVAE INCIPIT
Post hęc de dispari cultu. &c, Epi.

A personis diuersarum religionum, ut Christiano, & homine Iudaicæ superstitionis, &c. matrimonium simul contrahi non potest, cum dispar cultus faciat personas ad contrahendum illegitimas. Nec est contra hoc Apostolus, qui scilicet de his loquitur, qui dum contraxerant, ambo fuerunt infideles. Quamuis autem dimittere possit fidelis infidelem etiam cohabitare uolentem: suadet tamẽ Apostolus ipse, q̃ si de infidelibus cõiugibus unus ad fidem conuertatur, & alter cum eo. habitare citra iniuriam cõsentit creatoris, q̃ ipsum non dimittat. quia forte per eum similiter conuertetur. Potest autem, & coniunx coniugem propter alias cõcupiscentias quæ animam à Deo aberrare faciũt, dimittere. Quòd si infidelis sua sponte discedat aliam ducere fidelis potest, nec sequi eam tenetur cum ambo infideles existentes, iuncti fuerint. Si uerò ambo iuncti fuerunt fideles, sed unus infidelis fiat, alter eã dimittere potest: sed aliã, illa uiuente, ducere non potest. Ratum est enim coniugium fidelium, non autem infidelium, quia solui potest; nec habet illud triplex bonum, quod matrimonii actum à peccato excusat: nec meretur præmium quia ex fide non est.

Nulla tenent illos ualido connubia nexu,
Quos retinet dispar religionis amor.

DISTIN. XL. QVAE INCIPIT,
Nunc supersest de cognatione, &c. Epi.

¶Cum,& cognatio, & affinitas matrimoniũ impediat, in hac distinctione de carnali videndum est deinc etiam de spirituali. Vt autem olim obseruatum est, ad septimum vsq; gradum habuit illa cognatio matrimonium impedire, quod ex doctorũ ueterũ auctoritatibus liquet, quamuis aliter Isidorus, & alij quidam inueniantur gradus illos quo ad truncum, computare: Quod autem Gregorius genti Angelorum in quarto, & in quinto gradibus contrahere concesserit, ad tempus hoc fieri voluit, cum nouitij essent in fide, Extra literam tamen notandũ, q̃ modificante hoc ecclesia, hodie uniuersaliter in quinto gradu, & supra, inter personas alias legitimas contrahi potest, & truncus incipitur à patre.

Federa coniugij prohibens cognatio carnis,
Recta lege quotum duret adusq; gradum.

DISTINCT. XLI. QVAE INCIPIT.
Nunc de affinitate, &c. Epi.

¶Affinitas (quæ,& ipsa matrimonium impedit) est parentela, quæ ad uirum pertinet ex parte uxoris,& econtra, eo q̃ uir: & uxor eius una caro dicũtur. Sic ergo uir,& soror uxoris eius sunt in primo affinitatis gradu. filii uerò uxoris in secundo gradu & sic consequenter. Et illa olim impediuit usque ad septimum gradum, hodie uero tantũ usque ad quartum gradum iucluſiuè impedit, modificante hæc ecclesia. Manet autem ipsa affinitas, etiam matrimonio transeunte, ita ut impediat contractus prohibitos æquè sicut priùs, eo, q̃ uir, & mulier iuxta uerbum Dei sunt duo in carne una. Vnde & cõtra prædicta coniunctos, ecclesia separat. Si tamen ignorãter coniuncti fuerunt, filij eorum legitimi reputantur. Notandum autem iuxta hæc, q̃ licet fornicatio sit omnis coitus extra coniugem, specialiter tamen est meretricum, viduarum, & concubinarum. Stuprum uerò, est, uirginum defloratio illicita. Adulterium, alieni thori uiolatio. Incestus, consanguinearum, vel affinium abusus. Raptus autem, violenta eductio puellæ de domo patris, ut ea corrupta in uxorũ habeatur, siue, parenti fiat violentia, quod q̃dem morte punitur, nisi per confugium, ad ecclesiã raptor euadat. Sunt quoque notanda quædam nomina ad hæc pertinentia, scilicet fratrissa, leuir, ianitrix,& glos: quæ quid significent, patet in textu.

Quod ius cognatos inhibet connectier una
Legitimè, affines nectit idem minime.

DISTINCT. XLII. QVAE INCIPIT,
De parentalium graduum famosa, &c. Epi.

¶Inter ea, quę matrimonium impediunt, est etiã spiritualis cognatio, seu propinquitas, quæ scilicet est inter compatrem pueri carnalem, & commatrẽ spiritualem,& inter eos, quorum unus alterum de sacro fonte leuanit, aut catechizatione, uel cõfirmatione tenuit, ac etiam inter filios carnales,& spirituales eiusdem hominis. Hęc ergo matrimonium impedit,& si tales fuerint iuncti, separandi sunt. Si tamen post legitimum matrimoniũ aliquis ut ab uxore separari posset, filium suum leuaret, uel baptizaret, per hoc separandus non est, sed pœnitentiam agat.

agat. Auctoritates uero, quæ eum separandum dicunt, intelligendæ sunt de his, q̃ filios suos leuant añ contractũ coniugium, uel solum ad terrorem loquuntur. Filij quoq; de alicuius naturalis, & spiritualis matrimonio iungi non possunt, siue ante, uel post cognationẽ spiritualẽ nati sint: & hoc quo eos, per quos ad compaternitatem deuentum est, de alijs secus. Neque verò uxoris suæ commatrẽ aliquis post eius mortem ducere potest. Nec uir,& uxor, puerum simul leuare debent. Per hæc autem bigamia uel trigamia damnanda nó est, quamuis à sacerdotio prohibeat.

Non tam sæpe vetat nubentem agnatio carnis,
Mystica, quin multo sæpius illud agat.

DISTINC. XLIII. QVAE INCIPIT,
Postremo de conditione resurrectionis, &c. Epi.

¶Nullus fidelium dubitare permittitur, omnes qui,& nati sunt,& nascentur, & qui mortui sunt, & morientur, diuina uirtute in die nouissimo resurrecturos, ad tubam Christi, per quam aliquod euidens,& præclarum signum intelligitur,& quandoque uox uel filij Dei uel archangeli appellatur. Fiet autem hoc media nocte, non quo ad tempus sed quia occultè, quando scilicet non putatur, & conscientiarum libri aperientur, quod tamen bonis non ad tristitiam cedet, sed gaudium,& gratiarum actionem. Quorum etiam peccata per pœnitentiam hic deleta, secundum mentẽ Magistri aliis non patebunt, sed malorum scelera omnibus fiẽt manifesta An uerò aliqui sine morte media ad iudicium uenturi sint, quamuis dubium videat̃, pars tamen negatiua scripturis magis apparet conformis. Quamuis etiam omnes resurgent incorrupti quia membris integri: non tamen omnes impassibiles, quia hoc fallit in damnatis.

Mortales omnes, presentes, atq; futuros,
Et quos iampridem fœda sepulchra tenent,
Vltima iudicij surgentis hora videbit,
Laturos factis præmia digna suis.

DISTINCT. XLIIII. QVAE INCIPIT,
Solent autem nonnulli percontari. &c. Epi.

¶Imperfecta quidem ætate, scilicet iuuenili, omnes homines absque dubio resurgent. At non in eadem statura, sed in ea quilibet, quã uel habuit uel habuisset, si ad perfectam, non impeditus peruenisset ætatem. Omnes quoque generaliter resurgent omnibus membris integri, quocunque materia corporum priùs fuerit dispersa, ita videlicet, ut tota humani corporis materia toti illi corpori sit reddẽda, quemadmodum in statua contrita,& ex eadem materia reparata aduerti potest. Hoc tamen dissimili fiet qualitate in corporibus bonorum, & malorum. Nempè bonorum corpora dotãda sunt dotibus gloriæ, malorum uero corpora absque his æternis ignibus tradenda. Quæ etiam an cum deformitatibus suis surrectura sint, Augustinus sub dubio reliquit, nec curandum putauit, cum de eorũdem certa conitet damnatione. De abortiuis, q̃d resurgant, afferendum est, si unquam anima uixerint rationali. Quæ,& tunc, sicut,& monstra, à mõstruositate illa sua sunt emendanda.

Quantumcunq; senes, & quantuncunq; tenelli
Quidam obeant, uultus omnibus æquus erit.

DISTIN. XLV. QVAE INCIPIT,
Præterea sciendum est,&c. Epi.

¶Statim post mortem corporalem, animæ pro meritis uel demeritis in locis sibi depuratis præmia sua uel pœnas accipiunt, quæ tamen post iudicii diem augebuntur corpore scilicet resumpto. Qui uerò puniendi sunt, iuuari poterunt per ecclesię suffragia, hi scilicet, qui in præsenti uita, ut iuua rentur, meruerunt, quilibet, p̃ modo suo. Quamuis autem pompę funerales magis sint ad uiuorum solatia: decentem tamen curam defunctis exhibere laudabile est. Quod si pro diuite multa fiant suffragio, pro paupere vero pauca, uel tantum generalia, proderunt quidem cęteris paribus utrique in hoc partter, quod non prosunt diuiti ad pleniorem liberationem, bene tamen ad celeriorem. Hi autem qui in fine mundi reperientur, per ignem conflagrationis, & sanctorum orationes purgabuntur. Orationes etiam nostras angeli Deo, qui omnia prænouit, offerre dicuntur, quando quid agendum sit percipiunt. Quas quoq; sancti cognoscunt, quantam ad eorũ pertinet gaudium,& nostrum auxilium.

Viuentum preculas animas prodesse quibusdam,
Si tamen hoc ipsum promeruere priùs.

DISTST. XLVI. QVAE INCIPIT,
Sequæritur hic,&c. Epi.

¶Non obstantibus quibusdam auctoritatibus, si rectè intelligantur, dicendum est, q̃ circa damnatos est aliqua Dei misericordia in eorum punitione: non tamen sic, q̃ à peccatis vel damnatione per hoc absoluantur. Cum autem misericordia Dei,& ipsius iustitia sint idem: tamen propter diuersam nostram de Deo conceptionem, seu effectum Dei, aliqua ipsius opera misericordiæ, aliqua uerò iustitię attribuũtur. Qui,& nunc occultè, iudicãs s̃ purgando, conuertendo, uel excæcando, tandem manifestè iudicabit. Cuius quoque iudicia circa res omnes dispositio quandoque vocatur. Quod etiam Psalmista dicit. vniuersas uias domini misericordiã esse,& veritatẽ, intelligi potest pro eo, q̃ duplex est aduentus ipsius, quorum unus misericordiam respicit, alter iustitiam. Vel quia dono bona facimus, & mala declinamus. Quæ etiam, misericordia videlicet,& iustitia, in omnibus Dei reperiuntur operibus, secundum aliquos quidem secundum essentiã non autem secundum effectum: secundum alios autem etiam secundum effectum uel signũ, & hoc uel occultè, uel apertè.

Commiserans iudex, aliàs, equissimus, ipsos
Damnatos punit, quàm meruere, minus.

DISTIN. XLVII QVAE INCIPIT,
Solet etiam quæri qualiter,&c. Epi.

¶Vocaliter, uel mentaliter tantum iudicii extremi sententia proferenda sit, non est usquequaque per scripturas explicatum. Cum Christo tamẽ perfecti secundum scripturas certo iudicabunt. Quod quidem per sedes duodecim, quas ipse dicit, significatur. Erunt autem in iudicio ordines quatuor. Nam aliqui iudicabuntur, & peribunt ut impij Christiani: alij uerò tunc peribunt, sed non iudicabuntur, ut infideles alij autem iudicabuntur,& saluabuntur, decedentes scilicet in pœnitentia: alii, quoque sine iudicio tunc saluabun-

auntur, vt perfecti in hac uita. Congregabuntur autem iudicandi ad iudicium angelico ministerio purgatione mundi per conflagrationem ignis iã completa. Et electi quidem in aere, reprobi autem erunt in terra. Sicq; finaliter ultima à iudice proferetur sententia. An verò reprobi. post iudicium à demonibus puniendi sint, an non diuersimodè loquuntur diuersi. negatiua tamen probabilior vr.

Vltima prudenti dabitur sententia Christo,
Quam confirmabit candida turba patrum.

DISTIN. XLVIII. QVAE INCIPIT, Solet etiam quæri, in qua forma, &c. Epi.

¶In forma quidem humana Christus tam bonis, q̃ malis gloriosus in iudicio apparebit, sed virtute diuinitatis iudicabit, secundum quod, & auctoritates, quę Christo iudicium attribunt, sunt intelligendæ. Nec sine patre, & spiritu sancto iudiciũ exercebit. Erit autem lætitiæ iustis illa apparitio, & terrori malis, qui nec unquam Christi uidere poterunt diuinitatem. Virtute etiam diuinitatis ipse suscitabit mortuos, quod pro eo humanitati attribuitur, quia in hac resurrectionem nostram meruit, & est causa exemplaris ipsius. Cuius quidem iudicij locus erit in ualle Iosaphat, & in aere circumcirca. Tunc autẽ sol, & luna à claritate iudicis obscurabũtur, & virtutes angelicę admiratione quadam mouebuntur. Obscurabuntur autem, & ante iudicium ad literam, post iudicium uerò clarius lucebũt, Et q̃dem quo ad motum, cessabunt: quo ad esse aũt semper manebunt ad Dei gloriam, & uniuersi decorẽ.

Sòle, & luna suos uenienti iudice motus
Sistent, at neuter desinet esse tamen.

DISTNCT. XLIX. QVAE INCIPIT. Post resurrectionem verò, &c. Epi.

¶Ex actu iudicio, duæ ciuitates scilicet Christi, & diaboli, fines suos habebunt: Illa quidem in gloria cosummabitur, ista uerò in miseria: sic tamẽ, q̃ in illa omnes æqualiter gloriam percipiabũt, sicut nec hi in ista pœna, sed utrobique gradus quidam erunt. Quamuis autem omnes homines beatitudinem appetant, non tamen in eodem eam omnes q̃runt. Neq; enim est uera beatitudinis ratio, habere id, quod delectat, sed habere quod uelis, & nihil mali uelle. Quamuis etiam omnes Deum cognoscant, tamen in modo cognoscendi est gradus, seu differẽtia. Hinc & unus alio est beatior. Nam etsi gaudium æquale sit omnium, quo ad id in quibus gaudent, non tamen omnium est æque intentum gaudiũ, & beatitudo, Quæ etiam post iudicium indubiè maior erit, quia maius gaudium, atq; cognitio maior.

Iudicio facto geminas fore credimus vrbes,
E quibus hæc Diti cesserit, illa Deo.

DISTIN. L. QVAE INCIPIT, Hic oritur quæstio, &c. Epi.

¶In damnatis mala quidem uoluntas perseuerat ea tamen non est peccatum, sed magis peccati pœna, eo, q̃ sunt extra statum demeriti: sicuti & bonis in gloriam cedet, q̃ voluntatem habent in bono firmatam. In tenebris quoque exterioribus mali fore dicuntur, eo q̃ à uisione Dei penitus sunt excluſi, tum ob uoluntatis malitiam, tum etiam ex obliuione à grauitate pœnarum causata. hoc tamen plus erit post iudicium, q̃ ante. Etsi autem curam aliquã de suis notis haheant, tamen quæ in mundo agunt, non agnoscunt: Qui & in locis corporalibus ad pęnam detineri possunt, vt de diuite Christo narrante apparet, cuius tamen descriptio difficilis est intellectu. Vident autem se mutuo boni, & mali usque ad iudicij diem, quamuis per magnum chaos diuisi sunt. Postea uero etsi boni malos uisuri sunt, non tamen econtra. Nec ad compassionem boni per hoc mouentur propter perfectam eorum uoluntatem. Neque verò per hoc gloria eorum minuitur, sed interim augetur. Ad quam beatorum perennem gloriam perducere nos dignetur in solio sedens excelso, de quo Magister pertractans, à facie ipsius exorsus est. & per media procedens, ad pedes usque eodem duce feliciter peruenit.

Non poterunt, erit hircus ubi diuiectus ab agno,
Vel bene uelle mali, uel male uelle boni.

DIONYSIVS.

Non Latiæ offendat linguæ neglectior usus,
Sed magis intra animi septa redito tui.
Sublimes humili sensus attempero linguæ,
Paulus adest doctis debitor, & rudibus.
Semina diuinæ mihi sunt huberrima flammæ,
Nec mihi ab ore, sed ex pectore uerba fluunt.
Exuro gelidos, exurgere cogo iacentes,
Et nunc illecebras. nunc quoque uim facio.

TITVLI SEV RVBRICAE LIBRI quarti Sententiarum, ab ipso magistro Primum sic ordinati

Dist. 1. De sacramentis.
Quid sit sacramentum.
Quid sit signum.
Quo differat signum, & sacramentum.
Quare iustitia sunt sacramenta.
De differentia sacramentorum veterum, & nouorum.
De circuncibone.
Quod remedium illi habuerunt, qui fuerunt ante circuncisionem.
De institutione circuncisionis, & de causa.
De paruulis defunctis ante diem octauum, quo fiebat circuncisio.
Dist. 2. ¶De sacramentis nouæ legis.
De baptismo.
De differentia baptismi Iohannis, & Christi.
Quid utilitatis baptismus Iohannis habuit.
Si fuit sacramentum baptismus ille.
Dist 3. De forma baptismi Iohannis.
¶Quid sit baptismus.
De forma baptismi.
Quod apostoli in nomine Christi baptizauerunt.
Si in nomine patris tantum, vel spiritussancti possit tradi baptismus.
De institutione baptismi.
Quare in aqua tantum fiat.
De immersione quoties fieri debeat.
Quando circuncisio amisit vim suam.
De causa institutionis baptismi.
Dist. 4. ¶De illis qui suscipiunt sacramentum, & rem, & rem, & non sacramentum, & sacramentum, & non rem.
De ficte accedentibus.
Quomodo intelligatur illud: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.
Quod passio supplet vicem baptismi, & fides, & contritio.
Quid prosit baptismus cum fide accedentibus.
Quid dimittitur in baptismo iustis.
Cuius rei sit sacramentum baptismus, quem recipit iustus.
Dist. 5. 7 ¶Quòd baptismus æque bonus est à bono, vel à malo, datus bono, uel malo.
De potestate baptismi, & ministerio.
Quæ fuit potestas baptismi, quam Christus potuit dare seruis, & non dedit.
Dist. 6. ¶Quibus liceat baptizare.
Si rebaptizandi sunt ab hæreticis baptizati.
Quod nullus in materno utero baptizatur.
Vtrum baptismus sit, cum verba corruptè proferuntur.
De illo, qui pro ludo immergitur.
De responsione patrinorum.
Dist 7 De cathechismo, & exorcismo.
¶De sacramento confirmationis, quòd non nisi à summis sacerdotibus tradi potest.
Quæ sit virtus huius sacramenti.
Vtrum hoc sacramentum dignius sit baptimo.
Dist. 8 Vtrum possit iterari.
¶De sacramento altaris.
Quòd huius sacramenti in veteri testamento figura præcesserit, & baptismi.
De institutione huius sacramenti.
De forma.
Quare Christus post alium cibum dedit hoc sacramentum discipulis.
De sacramento, & re.
Quòd res sacramenti duplex est.
¶De duobus manducandi modis.
Dist. 9 De errore illorum, qui dicunt Christum tantum à bonis sumi.
De intelligentia quorundam verborum ambiguorum.
¶De hæresi illorum, qui dicunt corpus Christi non esse in altari, nisi in figura, vel in signo. Dist. 10.
De sanctorum testimoniis, quibus probatur verum corpus Christi esse in altari.
¶De modo conuersionis.
Dist. 11. Quomodo dicitur corpus Christi confici de substantia panis.
Quare sub alia specie sumatur.
Quare sub duplici specie.
Quare aqua misceatur vino.
Quale corpus dedit Christus discipulis in cœna.
¶Vbi illa accidentia fundentur.
De fractione, & partibus. Dist. 12.
De confessione Berengarij.
Quid illæ patres significent.
Si Christus immolatur in altari quotidie, & an sit sacrificium, quod à sacerdote geritur.
De causa institutionis.
¶Si hoc sacramentum conficiatur ab hæreticis uel excommunicatis. Dist. 13.
Quid facit hæreticum, & quid sit hęreticus.
¶De pœnitentia.
Dist. 14 Vnde dicitur pœnitentia.
Quid sit pœnitere.
De solemni, & unica pœnitentia.
Quod peccata sæpe dimittuntur per pœnitentiam.
¶Quod pluribus irretitus peccatis, non potest, uerè de uno pœnitere, nisi de omnibus peniteat. Dist. 15
Quibus de causis contingunt flagella.
De Aegyptijs, & Sodomitis, qui dicuntur temporaliter puniti, ne in æternum perirent.
De generibus eleemosynæ.
Quid sit eleemosyna.
Vtrum immortali peccato permanentes, & largas eleemosynas facientes, debeant dici satisfacere.
Vtrum bona, quæ fiunt ab aliquibus malis, ualeant ad meritum uitæ, cum fuerint conuersi ad bonum.
¶De tribus in pœnitentia considerandis, scilicet conpunctione, confessione, & satisfactione. Dist. 16
Quæ sit uera satisfactio.
Quæ sit satisfactio falsa.
De tribus actionibus pœnitentiæ.
De multitudine uenialium, quę grauant, ut unum grande peccatum.
De satisfactione uenialium.
¶Vtrum sine confessione dimittantur peccata.
Dist. 17 Si sufficit soli Deo confiteri.
Quod non sufficit soli Deo confiteri, si possit sacerdoti confiteri.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

An

An sufficiat confiteri laico.
Ad quid valeat confessio.
¶De remissione, quam præstat sacerdos.
Dist.18 De clauibus.
De vsu clauium.
Si sacerdos potest dimittere peccata, vel retinere.
Quomodo sacerdotes dimittunt peccata, vel retinent.
Quomodo sacerdotes ligant, vel soluunt à peccatis.
Quomodo intelligendum sit illud: Quodcunque solueris super terram, &c.
Dist.19 Quæ sunt interiores tenebræ, & interior macula.
¶Quando hæ claues dantur, & quibus.
Vtrum per indignos transfundatur gratia dignis.
Quomodo intelligendum sit Maledicam benedictionibus vestris.
Dist.20 Qualis esse debeat iudex ecclesiasticus.
¶De his, qui in fine pœnitent.
De his, qui pœnitentiam non complent.
De illo, cui sacerdos indiscretus iniungit pœnitentiam paruam.
Quod morientibus non est imponenda satisfactio, sed innotescenda.
Quod non est pœnitentia neganda, vel reconciliatio in necessitate.
Quod presbyter non reconciliet aliquem in consulto episcopo, nisi in necessitate.
An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad pœnitentiam, præuenitur morte.
Dist.21 ¶De peccatis, quæ post hanc uitam dimittuntur.
De his, qui ædificant aurum, argentum, lapidem, lignum, fœnum, stipulam.
De igne purgatorio, quo alij citiùs, alii tardius purgantur.
Quid sit ædificare lignum, fœnum, aut stipulam.
Quid ædificare aurum, argentum, lapidem preciosum.
Quod aliquis uerè pœnitet, etsi non de omni ueniali.
Quid sit generalis confessio.
Quòd nemo debet confiteri peccata, quæ non fecit.
De pœna sacerdotis, qui peccata confitentis publicat.
Dist.22 ¶Si peccata dimissa redeant.
Quod sit sacramentum, & res.
Dist.23. ¶De sacramento vnctionis extremæ.
De tribus generibus vnctionis.
A quibus fuerit hoc sacramentum institutum.
De iteratione huius sacramenti.
Dist.24. ¶De ordinibus ecclesiasticis, & quot sint.
Quare sunt septem.
Quales assumendi sunt aclerum.
De corona, & tonsura.
De ostiarijs.
De electoribus.
De exorcistis.
De acolythis.
De diaconibus.
De presbyteris.
Qui dicuntur ordines sacri.
Qui appelletur ordo.
De nominibus dignitatis, & officij.
De episcopo.
De pontifice.
De quadripartito episcoporum ordine.
De vate.
De cantore.
¶D ordinatis hæreticis. Dist.25
De simonia vnde dicitur, & quid sit.
De his, qui à simoniacis ordinantur scienter, vel non.
De his, qui dicunt se emere corporalia, & non spiritualia.
De distinctione simoniacorum.
De his, qui violenter ab hæreticis, vel alijs simoniacis ordinantur.
¶De sacramento coniugij. Dist.26.
De institutione, & eius causa.
Quando secundum præceptum, & secundum indulgentiam contractum sit coniugium.
Quibus modis accipitur indulgentia.
Quod nuptiæ bonæ sint.
Cuius rei sacramentum sit coniugium.
¶Quæ sunt consideranda in coniugio. Dist.27
Quid sit coniugium.
De consensu, qui efficit coniugium.
De opinione quorundam, qui dicunt coniugium non esse ante carnalem copulam.
Quòd sponsa potest eligere monasterium sine consensu sponsi.
Quòd coniugatus sine coniugis consensu nequit profiteri continentiam.
De adulterinis coniugijs.
Quòd multipliciter sponsus, & sponsa accipitur.
Quę sponsa sit vidua mortuo sponso, & quæ non.
¶Si consensus de futuro, etiam iuramento firmatus, Dist.28
faciat coniugium.
De his, quæ pertinent ad substantiam, & ad decorem sacramenti.
Vtrum consensus ille, qui facit matrimonium, sit de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.
Quare de latere viri formata est mulier.
¶Quod non est consensus legitimus vbi est coDist.29
actio.
¶De errore, euacuat consensum. Dist.29
De coniugio Mariæ, & Ioseph.
De finali causa coniugij.
Quòd malus finis non contaminat sacramentum.
¶De tribus bonis coniugij. Dist.30.
De duplici separatione.
De his, qui procurant venena sterillitatis.
Quando sint homicidę, qui procurant abortum.
De excusatione coitus, qui fit per bona coniugij.
De indulgentia, quam fecit Apostolus.
De malo incontinentiæ.
De carnis delectatione, quæ peccatum sit, vel non.
¶De solutione carnalis debiti. Dist.31.
De continentia excommuni consensu seruanda.
Quando cessandum sit à coitu.
Quibus temporibus non sint celebrandæ nuptiæ
¶De diuersis legibus coniugij. Dist 32
Vtrum Iohannis uirginitas sit præferenda castitati Abraę.
Quæ erat consuetudo coniugij sub lege.
Cui licebat tunc plures habere, vel non.
¶De personis legitimis.
De frigidis separandis, vel non. Dist33
De his, qui maleficijs impediti, coire nequeunt.
De furiosis.
De his, qui dormiunt cum duabus sororibus.
Quod non est dimittenda uxor pro aliqua macula corporis.
¶De iure viri, & mulieris. Dist.34

Quod

Quod fornicariam nequit dimittere vir, nisi ipse expers fuerit fornicationis, & econuerso
De reconciliatione eorum, qui propter fornicationem separantur.
De illis, qui ante coniunctionem se polluerunt per adulterium.
Dist.36 ¶De seruis.
Vtrum propter extremam conditionem possit fieri separatio.
De copulatione serui, & ancillæ diuersorum dominorum.
De viro, quæ se fecit seruum, vt diuidatur ab uxore.
De ætate contrahentium.
¶In quibus ordinibus nequeat contrahi matrimonium.
De interfectoribus suarum coniugum.
Dist.38 ¶De votis, & de uotorum differentia.
Dist.39 De illis, qui post longam captiuitatem redeunt.
¶De dispari cultu.
De coniugio fidelis, & infidelis, & duorum infidelium.
Ce fornicatione spirituali, propter quam dimitti coniunx potest.
Pro quibus peccatis possit fieri separatio, vel non.
Quando licèt fideli aliam ducere, vel non.
Vtrum coniugium inter fideles sit.
Dist 40 Quod coniugium sit legitimum.
¶De cognatione carnali.
De computatione graduum consanguinitatis.
Quare sex gradus computantur.
Dist 41. De dispensatione Gregorij habita ad Angelicos.
¶Dde gradibus affinitatis.
De variis traditionibus affinitatis.
Si coniugium sit inter eos, qui nota consanguinitate diuiduntur.
Quibus personis testificantibus sint dirimenda coniugia.
Quid sit fornicatio, & quid stuprum.
Quid adulterium, & quid incestus.
Dist.42. Quid raptus.
¶De spirituali cognatione.
Qui sint filij spirituales.
De copula spiritualium, vel adoptiuorum, & naturalium filiorum.
De copula filiorum, qui ante compaternitatem, vel post nati sunt.
Si cui liceat duas commatres ducere, vnam post aliam.
Si vir, & vxor simul tenere valeant puerum
Dist. 43 De secundis, & tertijs, & deinceps auptiis.
¶De resurrectionis, & iudicij conditione.
De voce tubæ.
De noctè media.
De libris, qui tunc apperientur.
De memoria electorum, si tunc præterita mala teneat.
Quomodo intelligitur Christus iudex viuorum, & mortuorum.
De his, qui uiui reperientur.
¶De ætate, & statura resurgentium. Dist.44
Quod resurget quicquid fuit de substantia, & natura corporis, etsi non in eadem parte corporis.
Quòd sine omni deformitate resurgent.
Vtrum reproborum corpora cum deformitatibus resurgant, quas hic habuerunt.
Quod non consumentur malorum corpora, quæ tunc ardebunt.
Si dœmones corporali igne cremabuntur.
Si animæ sine corporibus sentiunt ignem materialem.
De abortiuis fœtibus, & monstris.
¶De diuersis animarum receptaculis post mortem. Dist.45
De suffragiis defunctorum.
De officiis sepulturæ.
De duobus æque bonis, quorum alter post mortem plura habet auxilia.
Quibus suffragiis iuuabuntur mediocriter boni in fine reperti.
Quomodo sancti, & glorificati, uel angeli audiunt preces supplicantium, & quomodo intercedunt pro nobis.
¶Si ualde malis præstatur mitigatio pœnæ. Dist.46
De occulto iudicio Dei.
De iustitia, & misericordia Dei.
Quare quædam opera dicuntur iustitiæ, quædam misericordiæ, uel bonitatis Dei.
Quomodo uniuersæ uiæ domini dicuntur misericordia, & ueritas.
¶De sententia iudicii.
Quòd sancti iudicabunt, & quomodo. Dist. 47
De ordinibus eorum, qui erunt in iudicio.
De ordine iuditii, & ministerio angelorum.
Si post iudicium dœmones præerunt hominibus ad puniendum.
¶De forma iudicis.
Qualis apparebit forma serui. Dist.48
Quare secundum formam serui dicitur Christus suscitaturus corpora.
De loco iudicii.
De qualitate luminarium, & temporis post iudicium.
¶De differentia mansionum in cęlo, & in inferno. Dist.4
Si quid ibi cognoscitur ab aliquo, quod non intelligant omnes.
De parilitate gaudii.
Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium.
¶Si mali in inferno peccabunt.
Quare dicuntur tenebræ. Dist. 50
Si damnatorum animæ notitiam habeant eorum, quæ hic fiunt.
De Lazaro, & diuite.
Si boni, & mali inuicem si uideant.
De chaos, inter bonos, & malos.
Vtrum uisa impiorum pœna, minuat, uel augeat gloriam bonorum.

EPILOGVS BREVIS SVPRADICTORVM.

His tractatis, quæ ad doctrinam rerum pertinent, quibus frueundum est, & quibus vtendum, ueq fruuntur, & utuntur & ad doctrinam signorum accedamus.

DIVI
DIONYSII CARTHVSIANI
IN QVARTVM LIBRVM SENTENTIARVM,

In quo de ſeptem eccleſiæ ſacramentis, ſacramentalibus ſignis, reſurrectionis, & Iudicij extremi conditione, diuerſiſque poſt mortem animarum receptaculis agitur.

PROOEMIVM.

Oſeæ.14. SANABO contritiones eorum, diligam eos ſponteneè, quia auerſus eſt furor meus ab eis. In exordio ſeculorum primus ille apoſtata, qui in veritate non ſtetit, ambitionis ſuæ veneno primos noſtros decepit, deiecit, & contulnerauit parentes: imò, & poſteritatem in ſua infecit radice, ac per hoc genus humanum tot, & tãtis ſubiecit ærumnis, cladibus, & peccatis in animãbus, atq; corporib⁹, vt illud Iſaię, dici poſsit de eis. Iſaiæ. 1. A planta pedis vſq; ad verticem capitis, non eſt in eo ſanitas, vulnus, & liuor, & plaga tumens. Hæc ſunt originale peccatum, & quatuor vulnera illud ſequuta: deinde quoq; innumerabilia mala culpæ ac pœnæ vitæ præſentis ita, vt illud Eccleſiaſtici rectè dicatur. Eccle. 4. Occupatio magna creatura eſt omnibus, & grauè iugum ſuper omnes filios Adã à die exitus de ventre matris eorum, vſq; in diem ſepulturæ in matrem omnium. Præterea creator pijſſimus deceptis primis parentibus, & eorũ ſtirpi ſtatuens miſereri, contra præfata vulnera prouidit de congruis, idoneisq; remedijs, tam in lege naturæ, quàm in lege ſcripta, & euangelicæ tempore legis: Sanabo inquiens, conditiones eorum, peccata delendo: diligã eos ſponteneè, dona gratiæ in præſenti, bonaq; glorię in futuro ipſis præſtãdo, qa aduerſus eſt furor meus ab eis; qm rigor iuſtitiæ in dulcorẽ clementiæ eſt conuerſus, præſertim tempore euangelicæ legis, ac grãæ: in quo apparuit humanitas, & benignitas ſaluatoris noſtri Dei. In quibus etiã verbis tria tanguntur. Primũ eſt, gratioſa generis humani curatio per eccleſiaſtica ſacramẽta, cum dicit: Sanabo contritiones eorũ, de quibus in prima parte huius quarti tractatur voluminis. Secundũ eſt gloriosa ſanati populi decoratio p ſupernaturalia charismata grãæ ac ſalutis, de quibus in poſteriori parte agitur huius libri, cum ſubditur. Diligã eos ipõteneè. Nempe ex gratuito, ac prævenienti Dei amore ad nos cõfluxerunt vniuerſa beneficia, ac promiſſa ipſius. Vnde prętactis apoſtolicis verbis adiecit ipſe beatus Apoſtolus: Nõ ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit. Hoc eſt, quod in Actibus proteſtatur vas diuinæ electionis: Tempora prioris ignorãtiæ deſpiciẽs Deus, nũc annũcia hominibus, vt omnes vbiq; pœnitentiam agant. Et hoc quoq; eſt tertium, quod in præaſſumpto tangitur themate, dum profertur: Quia aduerſus eſt furor meus ab eis.

In prologo ſup. 4. ¶ Circa hunc quartum librum Sententiarum ſanctus Thomas præmittit pro themate: Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Ex peccato primi hominis, humanum genus duo incurrerat mala utpote mortem, & infirmitatem. Mortem, propter ſeparationem à Pſal. 106. uitæ principio, de quo in Pſalmo: Quoniam apud te eſt fons uitæ. Vnde ad Romanos aſſeritur: Per unum hominem peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors. Infirmitatem vero, propter deſtitutionem gratiæ, quæ eſt hominis ſanitas, quæ in Roma. 5. Ieremia petitur: Sana me domine, & ſanabor. Ad Iere. 17. hoc autem ſufficiens, remedium haberi non poterat niſi ex uerbo Dei, quod eſt fons ſapientiæ in excelſis, & per conſequens uitæ: Quoniam ſapientiæ Eccleſ. 2. uitam ſuo tribuit poſſeſſori, ut in Eccleſiaſte legitur. Ipſum quoq; eſt uirtus Dei, quo omnia portan- Eccle. 7. tur, iuxta illud ad Hebreos; Portans omnia uerbũ Hebræ. 1 uirtutis ſuæ, ideo efficax eſt ad infirmitatem tollendam, ſecundum illud Sapientiæ? Neque herba neque malagma ſanauit eos, ſed ſermo tuus domine, qui ſanat omnia. Cumq; uiuus ſit ſermo Dei, & Sapien. 16 efficax, & penetrabilior omni gladio ancipite, ut ad Hebræos Paulus ait: Neceſſarium fuit ad hoc, Hebræ. 4. quòd medicina tam fortis nobis proficeret, quòd ei carnis noſtræ infirmitas adiungeretur, vt nobis magis congrueret. Vnde ad Hebræos rurſus inducitur: Debuit per omnia fratribus ſimilari, ut miſericors fieret. Ideo verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Verum quia hæc medicina tantæ eſt Ibidem. efficaciæ, vt omnes poſsit ſanare, hinc ab hac prima, & uniuerſali medicina omnes aliæ particulares Iohan. 1. medicinæ procedunt, uniuerſali medicinæ conformes: quibus mediantibus, uirtus uniuerſalis medicinæ proueniat ad infirmos. Et hæc ſunt ſacramenta, in quibus ſub tegumento uiſibilium rerum uirtus diuina ſecretiùs operatur ſalutem, ut aſſerit Auguſt. Auguſt. Sic ergo in uerbis propoſitis tria tanguntur: Primum eſt medicinæ confectio: ſecundum infirmitatis curatio: tertium liberatio eſt à morte. Primũ tangitur ibi, miſit uerbum ſuum, referendo, hoc ad uerbi incarnationem, qđ eo ipſo dicitur factum, ac miſſum, quo caro factum, iuxta illud Galatas: Miſit Galat 4. Deus filium ſuum factum ex muliere, & ad ſacramẽtorum inſtitutionem directum; quibus accedit, verbum ad elementum, & fit ſacramentum, quatenus, ſic ſit conformitas ſacramenti ad uerbum incarnatum. Sanctificatur nãq; creatura ſenſibilis per uerbum Dei, & orationem, ut primò ad Timotheum 1. Timo 4 habetur. Sanatio autem ab infirmitate peccati, reliquiarumq; eius, tangitur ibi, & ſanauit eos: quæ ſanatio fit per ſacramenta, quæ ſunt quaſi unguenta ſanitatis, quæ Chriſtus tanquam unguentarius confecit. Vnde in Pſalmo: Qui propiciatur

Psal. 102. omnibus inquitatibus tuis, quantum ad peccata, q̃ sanat omnes infirmitates tuas, quantum ad peccatorum reliquias. Liberatio quoq; tangitur ibi. Et eripuit eos de interitionibus eorum. Interitus namq; violentiam ad mortem significare uidetur, Sicq; ex verbis propositis tria accipiuntur, circa hunc quartum librum, puta materia, quia in eo agitur de sacramentis, atq; de resurrectione, & gloria resurgentium; item continuatio ad tertium librum, in quo agitur de missione verbi in carnem, & in hoc quarto de effectibus uerbi incarnati, diuisio quoq; libri istius quarti, qui in duas diuiditur partes, in prima tractat de sacramentis, in secunda de resurrectiõe & gloria resurgentium. Hæc Thomas.

Psal. 100.

Tria circa lib. 4. notanda.

¶ Albertus hic assumit pro themate. Sapiẽtia ædificauit sibi domum, excidit columnas septẽ. In hoc uerbo ordine præposito narratur materia huius libri, & diuisio eius. Domus enim sapientiæ sunt ipsi fideles, quos ædificat ad perpetuam sui inhabitationem per corporum resurrectionẽ, de qua domo fertur in Psalmo: Dñe dilexi decorẽ domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Cuius domus decor sunt resurgentiũ dotes. Ideo sapientia dicit ædificare hanc domum sapienter, & exemplariter ac efficienter. Sapienter in coniunctione limi, qui tunc erit immortalis cum spirituali parte, uidelicet anima, in qua tanquam in imagine Dei resultat, ac fulget admirabilis sapientiæ decor. Exẽplariter quoque: quoniam ipse reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori charitatis suæ. Et itẽ efficienter, quia vt ait Glossa primæ Corintheorũ, Resurrectio Christi est causa efficiens nostræ resurrectionis. Porro columna est, cui innititur domus, sicut ecclesia sacramentis: & ipsi ecclesia reficiens ruinam domus istius, sacramentali gratia refulcit Septem ergo columnæ sunt septem gratiæ sacramẽtales, quæ cum ipsis sacramentis determinãtur, quę excisæ dicuntur, quia in Christo diligenter sunt p̃paratæ. Hæc Albertus.

In prolo. super: 4.

In prologo sup. 4. Prou. 9.

Psalm. 25.

Phil 3.

2. Cor. 15.

In prologo sup. 4.

Præterea Bonauentura proemiũ hoc assumit: Vnguentarius facit pigmenta suauitatis, & unctiones conficiet sanitatis. In quo verbo diligenter considerato explicatur, & cõmendatur materia 4. libri Sententiarũ, ad eruditionem, excitationemq; nostrã Explicatur autẽ sub duplici tropo, seu metaphora, vtpote pigmentorũ suauitatis, & vnctionem sanitatis Ex quibus datur nobis intelligi, q̃ medicamenta sacramentalia suauia sunt, atq; salubria, & in hoc cõsistit tam medicamenti, quam medici laus perfecta. Nihil em̃ vltra quærit ægrotus in medicina, nisi vt habeat sanitatem in vsu, & efficaciam in effectu, & qui hoc tribuit medicinæ, medicus est perfectus Sunt ergo medicamenta sacramentalia, pigmenta, & vnguenta salutifera: se salutifera vnguenta sunt respectu ægroti curandi, pigmenta vero odorifera respectu Dei placandi. Et hoc contra duo, quæ facit culpa, quæ, & Deum offendit, & lædit naturam, & offendendo Deum expoliat hominem, & lædendo naturam naturalia uulnerat. Sacramenta ergo sunt medicamenta perfecta, quoniam Deum suauitate, placant, propitium q̃; efficiunt, & homini impetrant gratiam, vestiunt expoliatum, roborantq; infirmum, & sic naturalia reparant. Ad hoc autem, q̃ aliquis faceret pigmenta sic redolentia, & vnctiones sanantes necesse erat, q̃ nulla in eo esset immũditia, plenusq; esset odoris fragrantia. Talis verò esse non potuit nisi Christus, qui ad instituendum sacramenta ecclesiæ, corpus sibi aptauit, & assumpsit, qui non aliunde mendicauit odorem, sed in se & per se placuit patri, & vt odor iste, quo plenus erat, deriuaretur ad alios, obtulit seipsum Deo patri pro omnibus, iuxta illud ad Ephesios: Qui dilexit uos, & tradidit semetipsum oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. In cuius passionẽ fractum est alabastrum, idest, corpus ipsius uulneratũ, ac mortuum, & domus impleta est ex odore unguenti: & sic de plenitudine eius accepimus omnes, dum, non solum ex ipsa passione Deus placatur, imõ etiam in memorialibus eius, idest ecclesiasticis sacramentis, in quibus dominica recolitur passio, quæ etiam sacramenta sunt vnctiones curantes vitiorum languores. Vnctiones vero, quæ erant in lege, fuerunt figuratiuæ, non curatiuæ. Ad hoc ergo, quòd aliquis faceret vnguenta huiusmodi oportebat q̃ afferret vnctionem spiritualem, & virtutem uitalem. Et iste est Christus summè, & uere unctus, iuxta illud in Psalmo unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Et quia in se habuit uitam, quemadmodum pater mortuos uiuificare poterat: ideo facit sacramenta curatiua à morbo lætali. Nempe dum nostram mortalitatem suæ immortalitati uniuit, & ille, qui uita fuit, mortuus est, facta est cõfessio, in qua, & per quam mortui reuiuiscunt, & ex morte ipsius sacramenta efficatiam sortiuntur. ¶ Hæc Bonauentura.

Ecclc. 38.

Sacramenta medicamẽta sũt perfecta.

Eph. 5.

Matt. 26.

Iohan. 6.

Psal. 44.

¶ Atuero Petrus p̃ prologo hic inducit: Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ saluatoris. In his duplex effectus sacramentorum, de quibus hic agitur sufficienter exprimitur, Mundus quippe duplici incommodo tenebatur, uidelicet, culpę, & pœnæ siue miseriæ. Omnes enim peccauerunt, & egebant gloria Dei. Christus uero contra culpam attulit gratiæ exhuberantiam, atq; lætitiam gloriæ miseriã. Hoc duplex beneficium Christi prædixit Esaias his verbis, promittens primò in præsenti abundantiã gratiæ saluantis à culpa, dicens: Haurietis aquas. Secũdo, in futuro lætitiam glorioſæ resurrectionis, liberantis ab omni miseria, addẽs: Et dicetis in illo die, confitemini domino. Declarat quoq; tres conditiones gratia lauantis culpa, uidelicet, gratiæ largitatem ibi; Haurietis aquas, gratiæ utilitatem, dicendo, In gaudio, & eius perennitatem adijciens. De fontibus saluatoris. Largitatem quidem. Nam sicut diebus Noæ ad mundi purgationem factum est diluuium corporalium aquarum, ita tẽporibus Christi ad mundi saluationem, factum est diluuim aquarum spiritualiũ, iuxta illud ecclesiastici: In diebus illis emanauerũt putei aquarum. In cuius signũ fluxit de latere Chri aqua in ablutionẽ peccatorũ. Vñ Zacharias: factus est fons potens domui Dauid, id est, uulnus apertum in latere Christi, in ablutionẽ peccatoris, & mẽstruatę. Necessariũ fuit diluuiũ harũ aquarũ: qñ innõdauit diluuium uitiorum. Has aquas antiqui haurire nõ poterant, q̃a nõ continebatur, neq; dabat gratia in sacramentis eorũ. Erant nanq; sicut cisternæ dissipatæ, q̃ continere non possunt aquas, id est gratiarũ fluenta. Propter quod cõqueritur dominus de Iudæis legalia post Christi aduentũ seruantibus apud Ieremiã: Dereliquerũt me fontẽ aquę uiuę & foderũt sibi cisternas ueteres. Sacramenta aũt euangelicę legis continẽt abundantiã gratiarũ, de quibus admonet Isaias. Omnes sitientes uenite ad aquas. Porro utilitatẽ gratiæ sacramẽtalis ostendit, addẽdo. In gaudio. Peccatum nãq; aufert gaudium duplex, uidelicet gaudium gratiæ in præsenti, & gaudium beatificę uisionis in futuro. Vnde Thobias ait. Quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non uideo?

Gen. 9.

Eccle. 50.

Zach. 13.

Ieremiæ.

Ibidem.

Isaiæ. 55.

Tobiæ. 5

Isaiæ. 12.

Rom. 3.

Sed

Sed gratia sacramẽtalis tollit tristitiæ causam id est peccatũ, & vtrunq; restituit gaudiũ, iuxta illud; fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Perennitatẽ demũ gratiæ pãdit, addẽdo. De fontibus saluatoris Quemadmodum enim aqua fontium iugiter fluit, sic euangelicorũ gratia sacramentorum erit perennis; iuxta illud Iohannis: Qui biberit ex aqua hac, fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternã. Ait aũt de fontibus pluraliter: qm̃ septem sunt fontes sacramentales, ex quibus spiritualium aquarum abũdãtia fluit. Etem̃ de fonte baptismi fluit aqua ad emũdationem culpæ originalis. De fonte pœnitentiæ, ad mundationem culpæ mortalis: de fonte unctionis extremæ ad emundationem culpæ venialis: de fonte sacræ ordinationis ad mundationem ignorãtiæ, tanquam maculæ obtenebrantis oculum mentis, quia in ea confertur clauis scientiæ: de fonte eucharistiæ, ad mundationem malitiæ affectum fẽdantis: de fonte confirmationis, ad mundationem infirmitatis, irascibilem deturpantis: de fonte coniugij, ad mundationem concupiscentiæ, concupiscibilem deordinantis. His septem ablutionibus mũ dãtur lepta humani generis in aquis Iordanis. Hæc Petrus de Tarantasia.

Psal. 45.

Isaia. 12.

Iohan. 7.

Fontes sacramentales & eorũ effectus septem.

4 Reg. 5.

Abacuc.

Isidorus.

¶ In super Thomas de Argentina, hanc permittit præfationem: Dedit abyssus vocem suam. Magister Sententiarũ in hoc quarto libro cõsiderat plurimorum infirmorum efficacissimam curationem Ex peccato namq; primorum parentum torum genus hũanũ iacebat p̃ totũ mũdũ ægrotũ, varijs ęrũnis, ac vitijs, innumerisq; miserijs sauciatũ. Vñ dixit Isiodorus: Aĩa mea in angustijs est, spũs meus ęstuat cor fluctuat, angustia animi me affligit, circũdatus sum malis, circunseptus miserijs. Talẽ ergo genere humano vulnerato, & à latronibus spoliato, dũ p̃transiret sacerdos, & leuita. i. lex naturalis, atq; Mosaica, nullam adhiberet medelã. Tandẽ superuenit verus Samaritanus, aĩarum, ac corporũ custos supremus, verbũ incarnatũ. a patre in mundum hũc destinatũ: infunditq; sauciato vinũ, & oleum. Vinũ inquã doloris, & cõpunctionis, cõtra p̃sumptionẽ: oleũq; dulcoris, & p̃solationis, cõtra desperationẽ Et bñ p̃mittit vinũ, qđ est vulneris purgatiuũ: dein de exprimit olũ, qđ ẽ carnis molificatiuũ, & cicatricis superductiuũ. Nã vt in epistola scribit Hieron: Nõ ẽ fidelis medicus, q̃ añ digestã putredinẽ super ducit vulneris cicatricẽ. Et hic Samaritanus sacramentorũ fascina circumligauit vulnera illa, sicut tãgit Magister in litera, Hæc Argentinensis, qui de his plura prosequitur, quæ uirtualiter sunt inducta.

Hieron.

SENTENTIARVM FIDEI CATHOLICAE,

Doctissimi viri Petri Lombardi studio collectarum,

LIBER IIII.

De sacramentis, & signis sacramentalibus. Distinctio. I.

SAMARITANVS enim vulnerato appropians, curationi eius sacramentorũ alligamẽta adhibuit: quia contra originalis peccati, & actualis vulnera, sacramentorum remedia Deus instituit. De quibus, quatuor primò consideranda occurrunt: Quid sit sacramentũ, Quare institutũ, In quibus consistat, & conficiatur, Et quæ sit distantia inter sacramenta veteris, & nouæ legis.

Quid sit sacramentum.

Sacramentum est sacræ rei signum. Dicitur tamen sacramentum etiam sacrum secretum, sicut sacramentum diuinitatis, vt sacramentum sit sacrum signans, & sacrum signatum: sed nunc agitur de sacramento secundum quod est signum. Item sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Signum vero est res præter speciem, quam ingerit sensibus aliquid aliud ex se faciens in cognitionem venire. Signorum vero alia sunt naturalia, ut fumus significans ignem alia data: Et eorum quæ data sunt, quędam sunt sacramenta, quædam non. Omne enim sacramentum est signum, sed non econuerso. Sacramentum eius rei similitudinem gerit, cuius signum est: Si enim sacramenta non haberent similitudinem rerum quarum sacramenta sunt, propriè sacramenta non dicerentur. Sacramentum enim propriè dicitur, quod ita signum est gratiæ Dei, & inuisibilis gratiæ forma ut ipsius imaginem gerat, & causa existat.

Auguſt de do. chr. & habet de conſe. di ii. Signum.

Quod legalia melius dicuntur signa, quàm sacramenta.

Hic communiter Magister non tenetur.

Nõ ergo significandi tantũ gratia sacramẽta instituta sunt, sed etiã sanctificãdi. Quę enim significãdi gratia tantũ instituta sunt, solum signa sunt, & non sacramenta: sicut fuerunt sacrificia carnalia, & obseruãtiæ ceremoniales ueteris legis, quæ nunquã potefuerant

rant iustos facere offerentes: quia vt ait Apostolus, Sanguis hircorũ, & taurorum, & cinis uitulæ aspersus, inquinatos sanctificabat ad emundationẽ carnis, non animæ. Nã inquinatio illa erat cõtactus mortui. Vnde Augustinus: Nihil aliud intelligo inquinationem, quam lex mundat, nisi cõtactum mortui hominis: quam qui tetigerat, immũdus: erat septem diebus: sed purificabatur secundum legem die tertio, & septimo, & ita mũdus erat, vt iam intrare in templum. Mundabãt etiã interdum à corporali lepra illa legalia. Sed nunquam ex operibus legis aliquis iustificatus est, vt ait Apostolus, etiã si in fide, & in charitate fierent. Quare? quia imposuit ea Deus in seruitutẽ, non in iustificationem, & vt figura futuri essent, volens sibi ipsi potius offerri ea, q̃ idolis. Illa ergo signa erant, sed tamẽ, & sacramẽta, licet minus propriè in scripturis sæpe vocãtur: quia signa erant rei sacræ, quam vtique non præstabant. Illa autem Apostolus opera legis dicit, quæ tantum significandi gratia vel in onus instituta sunt.

Ro. 2 & 4 Galat. 3.

De causa institutionis sacramentorum.

Triplici autem de causa sacramenta instituta sunt: propter humiliationẽ, eruditionẽ exercitationem. Propter humiliationẽ quidem, vt dum homo in sensibilibus rebꝰ, quæ natura infra ipsum sunt, ex precepto creatoris se reuerẽdo subijcit, vt ex hac humilitate & obedientia Deo magis placeat, & apud eum mereatur, cuius imperio salutẽ q̃rit in inferioribus se, & vt nõ ab illis, sed per illa à Deo. Propter eruditiõem etiã ĩstituta sunt, vt per id, qđ foris in specie visibili cernitur, ad inuisibilem virtutẽ, quę in tus est agnoscẽdam mens erudiatur, Homo enim qui ante peccatum sine medio Deum videbat, per peccatum adeo hebuit, vt nequaquã diuina queat capere, nisi humanis exercitatus. Propter exercitationem similiter instituta sunt, quia cũ homo ocioſus esse non possit, pponitur ei vtilis, & salubris exercitatio in sacramẽtis, quæ vanã, & noxiam declinet occupationem: non enim facile capitur à tentatore, qui bono vacat exercitio. Vnde Hieronimus monet, Semper aliquid boni operis facito, vt te occupatum diabolus inueniat.

Hic cõiter magr non tenetur.

Hiero. in epistola ad Rusticum.

De triplici genere exercitationis.

Sunt autem exercitationum tres species vna ad ædificationem aię pertinet, alia ad corporis fomentum, alia ad vtriusq. subuersionẽ. Cũ igit absque sacramẽtis (quibus nõ alligauit potentiam suam) Deus homini gratiam donare posset, prædictis de causis sacramenta instituit. Duo autem sunt, in quibus sacramentum consistit, scilicet verba, & res. Verba, vt inuocatio trinitatis, res, vt aqua, oleum, & huiusmodi.

August. super. ps. 43.

De differentia sacramentorum veterum, & nouorum.

Iam videre restat differentiam sacramentorum veterum, & nouorum, vt sacramenta vocemus, quæ antiquitus res sacras signabant, vt sacrificia, & oblationes, & huiusmodi. Eorum autem differentiam breuiter Augustinus assignat, dicens, quia illa promittebant tantum, & significabant, hæc autem dant salutem.

August. ad Valeziũ cõtra Julianum & habeꝰ de cons. di 4. c. ex quo

De circuncisione.

Fuit tamen inter illa sacramenta sacramẽtum quoddam, scilicet circuncisionis, idẽ conferens remedium contra peccatum, qđ nunc baptismus præstat. Vnde Augustinus: Ex quo instituta est circuncisio in populo Dei, q̃ erat nunc signaculum iustitię fidei, ad purgationem valebat magnis, & paruulis originalis, veterisque pcti, sic baptismus ex illo valere cœpit ad innouationẽ hominis, ex quo institutus est. Item Beda, Idẽ salutiferæ curationis auxilium circuncisio in lege ꝺ originalis peccati vulnus agebat, qđ baptismus agere reuelatę gratiæ tempore consueuit, excepto quod regni cœlestis ianuã, nondum intrare poterant: tamen in sinu Abraæ post mortem requie beata consolati, supernæ pacis ingressum spe felici expectabant. His apertè traditur, per circuncisionem ex quo instituta fuit, remissionem peccati originalis, & actualis paruulis, & maioribus à Deo prestitam, sicut nunc per baptismum datur.

Beda sup Luc. a. 2.

De viris, qui fuerunt ante circuncisionem, & de fœminis, quæ fuerunt ante, & post.

Queritur etiam de viris, qui fuerunt ante circuncisionem, & de fœminis, quæ fuerũt ante, & post, quod remedium contra peccatum habuerint. Quidam dicũt sacrificia & oblationes eis valuisse ad remissionem peccati. Sed meliùs est dicere, illos, q̃ de Abraã prodierunt, per circũcisionem iustificatos: mulieres verò per fidem, & operationem bonam, vel suam, si adultæ erant: vel parentum, si paruulæ. Eos verò qui fuerũt ante circũcisionem, paruulos in fide parentum; parentes verò per virtutem sacrificiorum, scilicet quã intelligebãt spiritualiter in illis sacrificijs, iustificatos. Vñ Gregorius. Qđ apud nos valet

valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides, vel p maioribus virtus sacrificij, vel pro his, qui ex Abrahæ stirpe prodierunt, mysterium circuncisionis.

Bene. 17. Iosu. 5.

De institutione, & causa circuncisionis.

Hic dicendum est, in quo instituta fuerit circuncisio, & quare, & cur mutata per baptismum. Abraham primus mandatum circuncisionis, habuit ad probationem obediẽtiæ: nec ei soli præcepta fuit circũcisio, sed semini eius, id est, omnibus Hebræis: quæ fiebat secundum legẽ octaua die de lapideo cultro in carne præputij. Data autem fuit circuncisio pluribus de causis, scilicet vt per obedientiam mãdati Abraam placeret Deo cui, per præuaricationem Adam displicuerat. Data etiam fuit in signum magnæ fidei Abrahæ, qui credidit se habiturum filium in quo fieret benedictio omnium. Deinde, vt hoc signo à cæteris nationibus discerneretur populus ille. In carne vero præputij ideo iussa est fieri circuncisio, quia in remedium instituta est originalis peccati: quod à parentibus trahimus per concupiscentiam carnis, quæ in parte illa magis dominatur, & quia in parte illa culpam inobedientię primus homo sensit, decuit vt ibi signum obedientiæ acciperet.

Gen. 21. Gen. 17. Iosue 5. & Habet. 25 quæst. 1.

Quare die octauo, & petrino cultro.

Fiebat autem octauo die, & petrino cultro: quia, & in resurrectione communi octaua die, ætate futura per petram Christi omnis ab electis abscindetur corruptio, & per Christi resurrectionem octaua die factam, circunciditur à peccatis anima cuiusque in eum credentis: duę ergo res sunt illius sacramenti.

Hic magr cõiter nõ tenetur.

Quare in baptismum mutata sit circuncisio.

Ideo autem mutata est circuncisio per baptismum, quia sacramentum baptismi cõmunius est, & perfectius, quia pleniori gratia accumulatum. Ibi enim peccata solum dimittebantur, sed nec gratia ad bene operandum adiutrix, nec virtutum possessio, vel augmentum ibi prestabatur, vt in baptismo, vbi non tantummodo abolentur peccata, sed etiã gratia adiutrix confertur, & uirtutes augentur. Vnde aqua refectionis vel regenerationis dr quia aridos fœcundat, etiam fructificantes ampliori hubertate donat, quia quãtuncunq; per fidem, & charitatem ante habitam aliquis iustus ad baptismum accedit, huberiorẽ ibi recipit gratiam, sed non ita in circuncisione. Vnde Abrahæ per fidem iam iustificato signaculum tantum fuit, nihil ei intus, contulit.

Psalm. 21.

De paruulis defunctis ante diem octauum.

Si vero quærirur de paruulis qui ante diem octauum moriebantur, antequã fiebat circuncisio ex lege, vtrum saluarentur, vel non, idem potest responderi, quod sentitur de paruulis ante baptismum defunctis, quos perire constat. Vnde Beda, Qui nunc per Euangeliũ suũ terribiliter, & salubriter clamabat, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei, ipse dudum clamabat per suam legem, Anima cuius pręputij caro circuncisa non fuerit, peribit de populo suo, quia pactũ meũ irritum fecit. Forte tamen sub lege ingruente necessitate mortis, ante octauum diem circuncidebant sine peccato filios, sicut modo fit in ecclesia de baptismo.

Hic comuniter magr non tenetur Beda. Iohan. 3. Beñ. 17.

D. Dionysii Carthusiani in IIII. Sententiarum Librum, collectanea.

QVAESTIO PRIMA.

Summa distinctionis. 1.

DRæmittit Magr primę huic distinctioni præfatiũlam breuẽ, in qua finiter tij libri immediatè præcedẽtis cõtinuat se, & cõnectit, vtens cõiunctione ista causali, em, dicendo: Samaritanus. n. vulnerato approprians. In fine equidẽ tertij dixit, Audistis decẽ choreas psalterij, vtriq; sexui impositas ideſt decẽ pcepta decalogi viris, ac fœminis iussa, quorũ obseruantia dulcẽ corã Deo efficit melodiam, quæ charitate, id est, ex imperio, & motione charitatis infusæ tangendæ sunt, ideſt, proportionaliter, ac ordinatè implendæ, vt vitiorum feræ, occidantur, id est rationabiles, atque indomiti motus, & actus extirpentur, quibus in exordio huius quarti protinus addit: Samaritanus enim, ideſt, vnigenitus Dei, incarnatus verus, & summus hominum custos, vulnerato appropians: id est, ad genus humanum descendens, ad curãdum vulnera eius, curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit, id est sacramentales appellationes apposuit, ad efficiendum curationem ipsius accommodas. Vnde expositione subditur, quia contra peccati originalis, & actualis uulnera, sacramentorum remedia Deus instituit. Ipsa autẽ peccata sunt spiritualia uulnera. Effectus quoq; vitiorũ ex peccatis sequuti, sunt uulnera quædã, sic, & ipsa sacramenta sunt culparum remedia, similiter effectus, & gratiæ sacramẽtales, de quibus sacramentis sunt quatuor considerãda: Pri

mo,quid sit sacramentum:secundò, quare desuper sit institutũ,id est qua ratione,qua necessitate,quo fructu,quo fine. Tertiò in quibus consistat, & cõsiciatur,id est,de materia, & forma sacramentorum, & de ijs,quæ spectant ad solennitates eorum. Quar tò,quæ sit distantia,id est, differentia inter sacramẽta veteris, & nouæ legis. Deinde Magister in litera diffinit sacramentum, & qualiter diuersimode capiatur, & de sacramẽtis ueteris legis specialiter tractat,triplicem causam institutionis eorum assignãs Et quoniam vna est exercitatio vtilis, ostendit triplicem esse exercitationem: post quæ prosequitur alia duo videlicet in quibus sacramenta consistant & qualiter vtrisq; legis sacramenta ad inuicem distinguntur. Deinceps tractat de Mosaicæ legis sacramento,puta de circuncisione,circa quam multa utiliter quærit,vt paret in litera.

Sacramẽti descriptio quadruplex.

QVAESTIO I.

HIc quæritur,primò, *quid sit sacramentum, & de variis diffinitionibus seu descriptionibus eius.*

1. ¶ Sacramentum quippe primò describitur hic in textu: Sacramentum est sacræ rei signum, quæ descriptio uidetur inualida, cũ omnis creatura sit effectus,& signum,ac participata similitudo omnipotentiæ,sapientiæ,& bonitatis sui creatoris. Sicq; q̃libet creatura esset sacramentum.

2. ¶ Secunda diffinitio sacramenti est, quam assignat Magister:Sacramentum est inuisibilis gratiæ, visibilis forma,vt & imaginem gerat,& causa existat. Cõtra quam obijcitur. Quoniam sacramentum omne consistit ex forma,atque materia,ergo non est forma,cum pars,non prædicetur de toto,Secũdò,quoniam corpus Christi est sacramentum : non tamen est forma. Tertiò,quoddam sacramentum est inuisibile,vt caracter sacerdotalis,& matrimoniũ,quod est quædam relatio,quæ non consistit uisibilis.

Obiectio aduersus ueritatem

Auguſt.

3. ¶ Tertia diffinitio sacramenti est Augustini: Sacramentum est, in quo sub tegumento visibilium rerũ virtus diuina secretis operatur. Contra quod instatur, qđ angeli sancti sub sensibilibus formis apparent hominibus, & salutem operantur in eis instrumẽtaliter, Deo operante per eos principaliter, ergo sunt sacramẽta,sic q; per ministros ecclesiæ Deus operatur salutem in subditis sub tegumento sensibiliũ rerum, vt sunt membra, & vestes, ac ministri.

4. ¶ Quarta diffinitio est Hugonis: Sacramẽtum est corporale vel materiale elementum, extrinsecus oculis suppositum, ex institutione significans,ex similitudine repræsentans,ex sanctificatione inuisibilem gratiam continens. Contra quod arguitur,quia ista descriptio est secundæ descriptioni repugnans,in qua dictum est. Sacramentũ est uisibilis forma inuisibilis gratiæ. Materiale namque elementum , & forma uisibilis , non sunt realiter idem.

Hugo.

¶Ad hæc sanctus Thomas respõdet, & primò de prima descriptione,quod sacramentum secundum proprietatem vocabuli, videtur importare sanctitatem actiuè,vt dicatur sacramentum,quo aliquid sacratur, quemadmodum ornamentum,quo aliquid adornatur.Cumq; actiones actiuorum debeant esse proportionatæ conditionibus passiuorum,ideo in sanctificatione,qua homo sanctificatur,debet esse talis modus sanctificandi, qui competat homini secundum quod rationalis est, quia ex hoc homo. Inquantum autem est rationalis, competit sibi habere cognitionem ex sensibilibus inchoatam, & ortam.Hinc oportet,quòd taliter sanctificetur, quòd sibi sua sanctificatio innotescat per similitudines sensibilium rerum. Et iuxta hoc sacramentum multipliciter sumitur: Interdum namque sacramentum significat rem qua,seu per quam fit consecratio,seu sanctificatio:sicq; passio Christi sacramentum uocatur. Et hæc est prima sacramenti acceptio, quam ponit Magister. Quandoq; vero includit modum consecrationis, qui competit homini secundum quod causæ sanctificãtes ipsum,& sanctificatio sua per similitudines sensibilium sibi notificãter. Et sic sacramenta legis nouæ sacramenta vocantur,quia & consecrant, & sanctitatem significant:imò , & primas sanctificationes significant causas,sicut baptismus sanctificat,& puritatem designat,& signum est mortis Christi.Interdum quoque sacramentum includit tantũ significationem consecrationum dictarum, sicut signum sanitatis dicitur sanum ; sicque sacramenta ueteris testamenti,sacramenta dicuntur , inquantum significant ea, quæ in Christo sunt gesta, & ipsa sacramenta Euangelicæ legis .

Sacramentalis sanctificatio

In 4. dist. 1. ad 1. q.

¶ Relicto igitur primo modo sumendi sacramentum : quoniam de huiusmodi sacramentis dictum est tertio libro , de sacramentis secundo , & tertio modo dictis , non poterit alia communis diffinitio assignari,quàm hæc: Sacramentum est rei sacræ signum , nisi, quod oportet subintelligi modum significandi , qui est per similitudinem rei sensibilis, quod Magister addit,dicendo, vt eius similitudinẽ gerat, per quod patet solutio ad obiectum.Res eĩ sensibiles non sunt signa diuinorum, vt sunt sacramenta,sed vt in seipsis quædam sacra. Sacramentũ, autem appellatur signum rei sacræ , vt est sacrans.

Signum triplex.

¶Præterea aduertẽdum,quod cum triplex sit signũ vtpotè rememorativum præteriti demonstratiuũ præsentis, & prænosticum futuri:sacramentem,quolibet horum modorum dicitur signum. Sacramenta etenim nouæ legis tria significant, videlicet causam primam sanctificantem meritoriè , sicut baptismus mortem Christi , & quantum ad hoc, sunt signa remorativa . Significant quoq; effectum sanctificationis,quem faciunt , & hæc significãtio eis est principalis,& ita sunt signa demonstrativa præsentis.Nec obest si quis sanctificationem non recipit , quia hoc non est ex sacramenti defectu, quòd quantum in se,natum est gratiam conferre.Significãt etiam finem sanctificationis,id est salutem æternam , & ita sunt signa prænostica demũ veteris testamenti erant solum prænostica. Si autem obijciatur,quod signum contra causam diuiditur, cum ergo sacramenta nouæ legis sint causæ gratiæ, videt quod non sint signa . Dicendum, quòd causa,& signum frequenter sunt idem in re, quamuis formaliter distinguantur .

¶ Præterea de diffinitione secunda, quæ est Magistri,respondẽdo , qđ diffinitio illa Magistri cõpletissimè rationẽ sacramenti designat,prout de sacramentis nũc loqmur: Ponitur em in ea efficatia sanctificationis,cũ dicit,vt causa existat,& modus cõpetens homini, quantum ad cognitionem in eo,q̃ dicit,iuisibilis gratiæ visibilis forma. Modus quoq; significationis hominis cõnaturalis,ex similitudine sensibiliũ, dum ait:vt imaginem gerat . In qua etiã diffinione uisibile ponitur pro sensibili . Visus nãq; iter alios sens⁹ exteriores extat nobilior, idcirco ad alios sensus extẽdit.¶ Ad primũ ergo dicẽdũ, qđ i omi sacramẽto cõcurrit aliquid habẽs se per modũ materiæ, & aliquid per modũ formæ : Non tamen forma,& materia sunt de essentia sacraméti, prout hoc infra magis patebit.

¶ Ad alia dicendum,quod corpus Christi matrimoniũ, & sacerdotalis character,non sunt sacramenta nisi secundum quod cõiunguntur exterioribus sensibilibus signis.

Auguſt.

¶ Insuper de diffinitione Augustini dicendum (si tñ in verbis illis sacramentũ diffinire intendit) quòd diffinitio illa datur de sacramento, quantum ad id,quod est principale in ratiõe ipsius, quod est sanctificationẽ causare. Cumq; sacramenta nõ sint primæ causæ sanctitatis, sed quasi secundariæ,& instrumẽtales,ideo diffiniuntur ut sanctificationis instrumenta.Actio aũt nõ attribuitur propriæ instrumento,sed principali agenti,cuius virtute instrumẽta applicantur ad opus, prout sunt mota ab ipso, ideo sacramenta nõ dicit esse sanctificantia, sed,q̃ diuina virtus secretè operet in eis sanctificando. Ad obiectum ergo dicendum , quòd ex angelo, & effectu, quem producit, non resultat, quid vnum, sicut ex his , quæ in sacramento ,materialiter , formaliterq; cõcurrunt. Idem dicendum de ministro ecclesiæ .

¶ De quarta diffininitione est rñdendũ, q̃ diffinitio illa Hugonis eadẽ est cum diffinitione Magistri, hoc dempto , quòd addit causam significationis , q̃ est in instrumẽto,& causam efficientiæ, quæ est sanctificatio.Idẽ quippe est dicere . Materiale elementum extra oculis suppositũ,ex institutiõe significãs, quod,inuisibilis gratiæ uisibilis forma, & ex similitudine reputans idem est huic,vt imaginẽ gerat,& ex sanctificatione inuisibilẽ gratiã cõtinens idẽ est ei,q̃ subditur,vt causa existat. ¶ Ad obiectũ dicendũ,q̃ in artificialibus,& accidẽtalibus interdũ materiale,aliq̃ formale enunciatur de re.Nã dicimus albũ est lapis,albũ est qualitas seu accidens. Elemẽtũ quoq; in hac descriptione accipitur pro quocũque corporali uisibili,siue sit simplex,siue elementum . Et utitur Hugo hoc modo loquendi propter verbum Augustini:dicẽtis:Accedit verbũ ad elemẽtum,& fit sacramentũ. In baptismo equidẽ materia est elementũ simplex , vt aqua in extrema vnctione materia est q̃d mixtũ,vt oleũ. ¶ Præterea ad vertendũ,q̃ sacramentũ non diuiditur per sacramenta nouę,ac veteris legis,sicut genus per species,sed sicut analogũ in suas partes, vt sanũ diuidit̃ in habẽs sanitatẽ,& significãs.Sacramẽtũ aũt simpliciter dictũ est,qđ causat sanctitatem . Quod autem tantum significat sanctitatem,nõ est sacramentũ , nisi secundum quid.Hæc Thomas in scripto.

Auguſt.

Thomas. Taranta.

¶Consonat Petrus,& addit: Sicut ornamentũ dicitur ab ornando actiuè,nõ passiuè:sic sacramentũ à sacrando actiuè , non passiuè , quod fieri potest tripliciter. Primò sanctitatem efficiendo tantum:secundo sanctitatem significando tantum : tertio,simul efficiendo,& significando: quemadmodũ medicina dicitur sana efficiendo tantum,vrina significando tantũ,creticatio mõ vtroq;. Primo mõ sacramentũ dicitur sacrũ signatum,ut passio Christi.secundo modo signum rei sacrę. tertio modo signũ, & causa rerum sacrarũ.Primo modo ratio sacramẽti conuenit rebus significatis tam nouæ quàm veteris legis:secundo modo, signis veteris testamenti. tertiò modo , signis noui testamenti . Primo modo sacramentum accipitur largè, secundo minus largè,tertio strictè,ac propriè.¶ Deniq;, de ratione sacramenti propriè sumpti sunt tria, vt Hugo expresse fatetur. Primum est similitudo naturalis, ex qua aptitudinem habet significandi.Secundũ est actualis institutio expressa,vel oculta,ex qua habet determinatã ordinationẽ respectu huius signati. Tertiũ est spiritualis sanctificatio, ex qua habet virtutẽ efficiẽdi.Si autem dictis obijciatur , quia secũdum primã diffinitionẽ sacramenti, qua dicitur, Sacramentum est sacræ rei signum, hęc dictio,Deus,esset sacramẽtum,quia est sacræ rei signum. Dicendum,q̃ voces huiusmodi signa sunt rei sacræ,inquantum est res, non inquantum sacra. Idẽ rñdendũ, si arguatur de imagine Christi,quę est signum rei sacræ.Vel dicendum,quod signum hic dicitur , quod habet significare rem sacram ab aptitudine naturalis similitudinis,& ab actu institutionis , quorum primũ deficit in hõmi uocibus.Hæc Petrus, qui primã diffinitionẽ sacramenti dicit esse Magistri , secundã vero,& tertiã Augustini.Ad quod dici põt, quod secunda est Augustini inchoatiuè seu partim. Magistri vero completiuè,atq; totaliter. Ait etem Augustinus in libro de doctrina Christiana Sacramentum est inuisibilis gratiæ , uisibilis forma, quam Magister hic explanando complet, & addit dicendo: Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma,ita vt similitudinem eius gerat,& causa existat.

Auguſt. de doctrina Chriſtiana.

¶ Concordat Albertus, cuius dicta de diffinitionibus sacramenti,in verbis Thomæ præhabitis virtualiter continentur,& clariùs exprimuntur.

Albertus

¶ Porro Bonauentura quærit, an de ratiõe sacramenti sit aliquid significare. Respondet,sacramentalis medicina in sua integritate habet significationem,& hæc cõmunis est, & essentialis omnibus sacramentis. Cuius ratio est(vt credo) quoniam sacramentalis medicina,id est, sacramentum,est sufficiens medicamentum. Cumq; homo sit lapsus nõ tantũ in concupiscentiæ pronitatem , sed etiam in in ignorantiæ cæcitatem :ideo vt in vtroq; per sacramentũ curetur, ideo sacramentum nõ solum debet habere quid gratuitum , sed etiam mysticum: sicq; existere debet sanctificatiuũ, & significatiuũ. Rursus, sufficiens medicina corporalis non potest nisi susciens præparetur ad eã , ita necesse est spiritualiter fieri . Et quoniam fides disponit hominẽ, vt salutifera ei sint sacramenta, motusq; fidei excitatur per signi exhibitionem, vt requirit signatum, & per hoc modo ad curationem disponitur : ideo sacramentum tanquam medicina efficax , atq; sufficiens,habet significationem de sua integritate, ita quod sacramẽtum essentialiter loquendo sit signũ. Hæc Bonauentura in Scripto quarti .

Bonauẽt.

¶ Insup in Breuiloquio suo differuit : Principiũ reparatiuum,quod est verbum incarnatum, quod sapientissimè cũcta dispensat,quia diuinum:& clemẽtissimè curat,quia diuinitus incarnatum:sic habet reparare,& sanare genus humanum ægrotum, secundum quod ipsi competit ægrotanti, ægritudini,occasioniq; ægrotandi, & ægritudinis curationi porro medicus est Deus,in ꝓpria natura inuisibilis natura humana uisibilis.Egrotãs, aũt ẽ hõ,q nõ ẽ anima tantum , nec corpus tantum , sed spiritus in carne mortali . Morbus vero est originale peccatũ quòd per ignorantiam inficit mentem, & per concupiscentiam carnem. Origo quoq; huius peccati quamuis principaliter fuerit ex rationis consensu, occasionem tamen sumpsit à sensbus carnis. Idcirco ad hoc,quod medicina esset correspondens his omnibus, oportuit , quòd non esset tantum spiritualis , imo , & aliquid haberet de sensibilibus , signis , quatenus sicut hæc sensibilia fuerunt animæ labendi occasio,sic essent, & occasio resurgendi. Cumq; sensibilia signa de se nõ habeãt efficacẽ ordinationem ad gratiã, q̃is ex sua natura habeãt repræsentationem eius lõginquam , oportuit vt ab

Bonauẽt. in Breuiloquio.

Similitudo pulcherrima.

auctore gratiæ instituerẽtur ad significãdum, & benedicerentur ad sanctificãdum: vt sic essent ex naturali similitudine repræsentantia, ex adiuncta institutione significãtia, ex superaddita benedictione sanctificantia. Rursus; quoniam gratia curatiua, nõ datur superbis, incredulis, fastidiosis, oportuit hæc signa sensibilia diuinitus, quę nõ solum sanctificarẽt gratiãq; conferent, atq; p hoc sanarent, verũ etiam significatione erudirent, & suceptione humiliarent ac diuersificatione exercitarẽt: quatenus sic p exercitationẽ excluſa acedia', à ꝓcupiscibili, & p eruditionẽ excluſa ignorantia à rationali, per humiliationẽ quoq; excluſa superbia ab irascibili, tota aïa curaretur p gratiã spiritus sancti. Itaq; ortus sacramentorum est Christus. Vsus eorũ est actus exercitatiuus, erudituus, & humiliatiuus. Fructus vero, curatio hominũ, sanctitas, & salꝰ. Hęc Bonauẽtura.

Scotus

¶ At uero Scotus: Sacramentũ, inquit, diffiniri sic potest, Sacramẽtum est signum sensibile, gratiã seu effectũ Dei gratuitum ex institutione diuina efficaciter significans, effectum, inquam ordinatum ad salutem hominis viatoris. Eadem namq; est ratio, exprimens, quod per nomẽ significatur seu dicitur, & vera diffinitio, quia secundum Philosophum quarto Metaphysicę, ratio, quã nomen significat, est eius diffinitio. Nomẽ em̃ imponitur ad significãdũ essentiam rei, ergo ratio, quæ exprimit, quod significat per nomen distinctè, & per partes, exprimit etiam distinctè, partes, cõceptus essentiæ rei. In hac aũt ratiõe nominis huius, includitur aliquid, qđ dicit ens rationis, videlicet, quod est signum ex institutione. Ista nanq; relatio nõ cõsequitur fundamentum ex natura rei, quia etsi in re sit aptitudo ad significãdũ tamen actualis significatio nõ competit eĩ nisi per actum imponentis. Restringendo ergo istam diffinitionem ad quid propriè dictum extra animã, ipsa non exprimit quid sacramenti, ergo nõ potest esse diffinitio eo modo, quo ẽ ratio entis cõpleti extra animã, sed eo mõ, quo diffinitio exprimit vnũ cõceptũ p se ĩ intellectu, siue iste cõceptꝰ sit rei extra, siue rei rationis, & talis bene potest diffiniri. Hæc Scotꝰ.

Thomas. Argenti.

¶ Præterea Thomas de Argentina, hic qrit, vtrũ sacramentũ sit diffinibile. Et respõdet, Diffinitio tripliciter sumitur. Primò largissimè, secũdò proprijssimè, tertiò medio mõ. Primo modo omne nominabile seu aliquo mõ desygnabile ẽ diffinibile. Sic nãque diffinitio, nõ ẽ nisi distincta expressio eiꝰ, qđ designatur p nomẽ cõfusè, & instinctè, sicq; diffiniri possunt negatiua, & priuatiua, & quæcũq; figmẽta. Sic quoq; fortassis Aristoteles sumpsit diffinitionẽ quarto Methaphisicæ, dicens: Diffinitio est ratio, q̃ significat nomen. Secundò modo nihil est diffinibile nisi substantia, quia sic nihil ponitur in diffinitione, nisi intrinsecũ diffinitio, & spectãs ad eius essentiã. Tertio, mõ, quãuis res diffiniatur per sibi intrinseca, vt per genus, & differentiam: attamẽ quia dependet ab extrinseco aliquo intãtum, quòd sine eo pfectè notificari, nõ potest, ideo talis diffinitio datur per additamẽta. sicq; diffiniũtur accidẽtia, quorum esse est inesse, quantũ ad accidentia absoluta, uel ad aliud esse, quantũ ad respectiua. Cumq; diffinitio sit sermo dicẽs, quid esse rei, ideo accidẽtia absoluta perfectè nequeunt diffiniri sine subiecto, cui in sunt, nec respectiua sine termino, ad quẽ sunt. Ex his innotescit, qđ sacramentũ est diffinibile primo modo, sicut, & significabile: itẽ tertio modo, cũ habeat genus, & differẽtiã, ac subiectum seu terminũ. Non autẽ est diffinibile modo secũdo, cũ nõ sit formaliter, ac directè substãtia, vt infra magis patebit.

Quod fidelis populus est quasi ciuitas, templum habitatio, exercitus, Ecclesia Dei, in quo populo oportuit semper esse aliqua sacramenta, tanquam signa ciuilitatis pertinentium ad istam communitatem, ad quorum assumptionem tenentur duo ciues.

Pſal. 86 Guliel. Parrhiſ.

CLorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei, de hac reſcribit pulcherrimè Guliel mus Pharrhiſienſis in ſuo ſacramentali, Imaginabimur, inquiens, ciuitatem ex hominibus aggregatam ita perfectis, vt tota eorũ vita ſit Dei honorificentia, atq; obſequium, tota debitæ honeſtatis officium, tota aliorum ſubſidium. Manifeſtũq; eſt quod comparatione ciuitatis iſtius totum reſiduum hominum ſit quaſi ſylua inculta, & ſinguli reſidui homines, quaſi ligna ſiluatica. Rurſum reſiduũ hominum eſt, quaſi lapidicina, & ſinguli aliorum ſunt quaſi lapides rudes, Ciuitas iſta eſt, quaſi ædificium nobile, valde magnificum eſt lignis cæſis, artificioſiſſimè ſculptis, & politis, omni decore architecturæ ornatis: ſinguli vero ciues ſunt quaſi ſaxa, & ligna præcioſa, ac ſplendida, oĩ architectorica diligentia decorata. Nempe quod tumor, tortitudo, curuitas, putriditasvé in lignis, hocuitia, & peccata in animabus, & quod rectitudo, planities, firmitasq; in lignis, atq; lapidibus, hoc ſunt ſapientia, gratia, & virtutes in animabus. Deniq; quod cementum, & clauꝰ, ac cæteræ ligaturæ inter ligna, & lapides: hoc dilectio mutua, & ſpirituales rectitudines inter hominum animas. Cumq; virtutes, & gratiarum chariſmata, ſapientiæ, quoq;, ac ſciẽtiæ ſumma à ſolo ſint Deo, conſtat ſolum altiſſimum Deũ eſſe ædificatorẽ eccleſiæ, quæ & ſpecialem, ac præcipuam habet curam, & prouidentiam eius. Hic populus verè Chriſti fidelis, tẽplum Dei vocatur propter cultum, & honorificentiam creatoris, cuius ſe cultui principaliter, finaliterq; impendit. ¶ Dicitur itẽ ciuitas propter ſaluberrimam pacem, & iucundiſſimam ſocietatem ciuium eius adinuicem, quibus ſub Deo rege ſecundum eius ſacratiſſimam uiuit legem. Eſt etiam domus Dei, Deum verum patremfamilias habens, in qua ſingulis victum, & veſtitus ſpirituales prouidenter ab ipſo. Eſt item ager & ortus, & vinea, cuiꝰ ipſe plãtator eſt, & excultor. Eſt inſuꝑ Dei exercitus, ꝑpter bellicum apparatũ & aſsidua certamina ꝓtra errores, & vitia. Idcirco qui templum illud ingrediuntur neceſſariò ſanctificari habent ad Dei cultum, & quodammõ fieri ſacerdotes. Similiter qui vrbẽ hãc intrãt, vt ciues eius conſtituantur, neceſſe habẽt ciuilitatẽ eius ſuſcipere; Hoc eſt leges, & ſtatuta, moresq; ſubire. Sic & q̃ domum hanc optãt intrare, tenentur tanto patrifamilias debito famulatu, ac domeſtica familiaritate ſubdi, ac adhęrere. Sic q̃ đ hoc exercitu eſſe ſatagũt, opus habent ſpiritualem exercere militiam, & ꝓtra aduerſarios regis ſui efficaciter ꝑliari. cũq; ad iſta ſanctificatio neceſſaria, ſit, nemo põt ſic effici ciuis eccleſiæ niſi ſãctificatꝰ: imò ipſa ſanctificatio, ĩgreſſio eſt. Nihil em̃ aliud eſt ſanctificatio, quàm contaminationũ, id eſt errorũ, & uitiorũ abiectio, & diuinorũ donorum ſuſceptio. Et rurſus: qm̃ edificatio iſta eſt aggregatio, & aſſociatio hoĩm ad Dei obſequiũ, aſſociatio aũt, & aggregatio fieri neqt, niſi cõione uiſibilium aliquorum; conſtat, q̃ edificatio iſta fieri nõ ualeat niſi ſanctificatione uiſibili, ſeu ſigno ſanctificatione ſenſibili. ¶ Præterea, nec aggregatio, ſeu aſſociatio, aut cõio iſta ſpũalis interior, fieri poteſt ſine cõione uiſibili. Qualiter enim adinuicem ſocios ſe habebũt, ſi non nouerint ſe ſocios eſſe? Qualiter autem hoc cognoſcent, niſi uiſibili communione, & aliquo ſigno, qđ oportet eſſe ſenſibile? Neceſſe eſt, ergo, ſanctificatione uiſibili ædificationem hanc fieri. Inſuper, oues eiuſdem gregis uiſibili ſigno aliquo dinoſcũtur, atq; ab alijs diſcernuntur. Similiter contubernia militum ſignis, & ſacræ ædes, id eſt, templa à communibus, ac profanis ædibus, ſecernunt̃. Ergo & hoc templum uiuum, & uerũ, quod eſt eccleſia, ac ciuitas Dei ab alijs aggregationibus hominũ certis huiuſmodi ſignis, & ſacerdotes eius ab alijs hominibꝰ oportet diſtingui. Deniq;, oĩs ciuilitas nobilis uiſibili aliquo ſigno dari conſueuit, & dinoſci, ſicut ciuili romana penula. Omnis militia, id eſt, dignitas militaris ſimiliter aliquo ſigno uiſibili, ſicut accinctione gladij. Item oĩs amminiſtratio, & omne officiũ, ſicut theſaurorũ cuſtodia, traditione clauium: Item omnis honor, omnis dignitas ſicut honor regius, aut impoſitione coronæ uiſibili, aut collocutione in trono uiſibili. Item omnis hæreditas, omne donũ immobile non conſueuit conferri, niſi ſub ſigno uiſibili, ſicut traditione annuli, aut alterius rei viſibilis: licèt hæc omnia fieri poſſunt aliter. Quia igitur ut militaris dignitas, imò ſacerdotalis honor eſſet regius regni ſcilicet ſpiritualis, & æterni, in ipſa ſanctificatione tribuitur: conueniens fuit, & hoĩbus peruti le, ſub ſignis uiſibilibus omni hæc, q̃ nominauimus hoc eſt dignitas ſacerdotalis etiam nobilis ciuilitas, & militare officiũ, & cæleſtis regni hæreditas conferrentur. Et hoc primũ propter eruditionẽ ſuſcipientiũ, vez ut, & ſignis uiſibilibus iſta ſpiritualia tam neceſſaria, tamq; ſalubria cognoſcerentur, & quę aliàs cognoſci non poterant cõiter ab ineruditis cognoſcerent, & cognita amarentur, amata quæ rerentur, quæ ſic ab omnium bonorum largitore benigniſſimo obtẽnerentur, obtentis Deo ad gloriam ſeruiretur, & ſeruitio æternæ retributionis merces acquireret. Secundò ad gratuitudinẽ, ſeu deuotionẽ. Quis enim ad tam ſublimia, & à meritis ſuis tã remota tãta indebitæ gr̃æ largitate uocari, & aſſumi ſe uideat, & non in diuinæ bonitatis ammirationem, & laudis erumpat? Sublimitas autem huiuſmodi donorum, ac nobilitas ſignis uiſibilibus communitati hominum in cõmune innoteſcat. Tertiò ad humiliationem. Quis enim altitudinẽ donorum iſtorum attenuat. Et q̃ longè ſunt à meritis ſuis ꝓſideret, & non ſtatim infra limites ſuæ paruitatis reſiliens ſe colligat, diuinæ largitatis beneficientiam admirans, erga ſe non obſtupeſcat, dum merita ſua nulla, aut forte cõtraria intuetur. beneficia uerò ſe nec poſſe æſtimare, nec & cogitare? Et hæc ẽ uera humiliatio, meritorũ euacuatio, & attenuatio, & indignitatis recognitio. Vtilia etenim ſunt ad roborationem, ſeu confirmationẽ ſuſcipientium. Quis enim ſacratum ſe, ſeu ſanctificatum animo teneant, & non ex hoc contraria immunditiam aliàs execratione, & excandeſcat? quis iunctum in regem ſe recolat, & non contra viliſſimam, nequiſſimamq; uitiorum ſeruitutem totis uiribus ſe accingat? Quis militari officio ꝓditum ſe ſciat, & arma ignorare, imbellemq; ſe eſſe infideliter, ac ignauiter in bello agere nõ erubeſcat? Quis tã præclara ciuilitate honoratũ ſe gaudeat, & euerſioni ciuitatis ſuæ, ſeu cuicunq; alij calamitati opponere negligat, legesq; eius ad iura pro uiribus nõ defendat? Quia ergo ſigna uiſibilia iſta, quæ nu merauimus maximè memorijs hominum infigũt, aut imprimunt, & fortes imaginationes inducunt, inquibus quatuor affectiones memoratę, & excitãtur, & adiuuãtur, manifeſta eſt neceſsitas, & utilitas huiuſmodi ſignorum, apparet em̃ ex his, quæ diximus, qa ingreſſus in hãc ciuitatẽ ſanctificatio, eſt ingreſſus qualẽ deſcripſimꝰ, qua ſanctificatione oĩs execratio exuitur, & deponit̃ quẽ admodũ in ingreſſu in ſtructurã oĩs tumoroſitas, & oĩs inequalitas lapidem deponitur, alioquin in illã nõ admittantur. Queamodũ frondoſitas lignorũ, ac fortitudo, ac tortuoſitas, aliaq; oĩa, q̃ ligna edificijs inepta faciunt, niſi, oĩno eſſent amota inipſo ingreſſu in ædificiũ neceſſariò deponuntur. Sic & ipſo ingreſſu iſtius ædificij ad ſimilitudinem, & proportionẽ quas ſupra expreſsimus, fieri neceſſe eſt. Hæc Guliel. q̃ iſtud diffusè, & pulchrè perſequitur, prout infra Deo preſtante tangetur, ubi de cauſis inſtitutionem ſacramentorum ediſſereꝰ.

QVAESTIO II.

SEcũdò hic queritur, *Virum in qualibet lege, hoc est in lege naturali, in lege ſcripta, & in euangelica humanum genus indiguit ſacramentis.* ¶ Videt quod nõ, quia infuſio charitatis ſeu gratiæ gratũ facientis, ſufficit ad ſalutem. Secundò, perfectio hominis conſiſtit in abſtractione à ſenſibilibus rebus & in eleuatione ad diuina immaterialia, ac inuiſibilia bona: ergo contra ſalutem perfectionem eſt hominis, in rebus corporalibus, ac ſenſibilibus quærere ſalutis auxilium. Tertiò, contra dignitatẽ rationalis creaturæ videtur, ut rebus inanimatis, & uilibus opem querat ſuę interioris curationis. Sacramenta autem in rebus inanimatis, & uilibus exhibentur, ut in aqua, & oleo. Quartò inferiora, & ſenſibilia, nec agere ualent, neque imprimere in ſpirituales eſſentias, ut ſunt animæ rationales. Cum ergo ſacramentum ſit uiſibile elementum, ſeu ſenſibile aliquid, non poterit ad animarum purificationem, ac ſalutem conferre. Antiſiod.

¶ In oppoſitum ſunt, quę dicuntur in littera.

¶ Ad hæc Guliel mus Antiſiodorenſis reſpõdet in ſumma tertio libro: In omni tempore poſt originale peccatum competebat hominibus ſacramentis iuuari. Cauſa quippè inſtitutionis ſacramentis in generali, eſt triplex: Prima eſt quia (ut aſſerit Auguſtinus) meliores iudicauit Deus ſeruos ſuos, ſi ei liberaliter deſeruirent: ideo dedit eis liberum arbitrium. Contulit etiam eis remedia contra peccata, ut ſi peccarent, poſſent redire per illa remedia. Et remedia iſta ſunt ſacramenta. Hæc ergo eſt una cauſa inſtitutionis ſacrament orum uidelicet iuſtificatio à peccatis. Scda cauſa eſt, ut homo aſſueſceret ſe humiliare in uiſibilibus, qui neſciebat ſe humiliare in inuiſibilibus: ut dum ipſe ſe humiliat creaturæ inferiori, quærendo ſalutem ſuã in ea, ut in agno paſcali, ſeu i aqua baptiſmi, diſcat, & aſſueſcat multo plus humiliare, ſe creatori, eſt dator ſalutis illius. Tertia cauſa eſt, ut homo p uiſibilia ſigna expreſſa, ad cognitionem inuiſibiliũ perueniat rerum. Hæc Antiſidio. ¶ Concordat Al. inquiens; In ſacramẽto ſunt 3. puta materia, ratio ſigni, Alber.

signi, & ratio causæ. Et penes materiam, quæ inferior est, accipit ista causa institutionis sacramẽtorũ, utpotè ut homo q superbiuit, humiliet, & deprimat semetipsum. Nã quia superbiendo seipsum uitioſè exercerat, cõueniens fuit ut humiliaret sub hoc, quod infra ipsum fuit propter Deũ, ut tanto humilibus descenderet sub eo, quod infra ipsum fuit per naturam, quanto superbi ùs se erexerat in id, quod supra ipsum fuit, appetendo quandã Dei æqualitatem, id est in ordinatam conformitatem. Penes rationẽ signi accipitur causa hæc, ut homo eruditur, & ex uisibilibus, & sensibilibus ad inuisibiliũ notitiã erigatur. Signum namq; aliquid facit uenire in notitiam rei, pter speciem, quam sensibus ingerit. Penes rationem causæ sumitur causa hæc quæ est iustificatio, & eruditio, ac salutaris exercitatio hominis. Sacramentum etenim gr̃am causat, nec istud derogat hominis perfectioni, atq; saluti secundũ statum miseriæ, & pcti, in quem lapsus est sponte. Humiliat enim se sub elementis pp Deum, non pp inferiora, & sic exaltari meret, & inquãtũ Deus instituit per uisibilia, & sensibilia ista in ipso homine causare gratiam, & salutem. Connaturale quoq; est hominis, ex sensibilibus ad intelligibilium cognitionem ascendere. ¶ Hæc Albertus.

Thomas. ¶ Atuerò Thomas de his scribens diffusiùs: Sacramenta, inqt, nõ erãt necessaria necessitate absoluta, sicut necesse est esse hominẽ rõnalẽ, uel Deũ esse, cum ex sola diuina bonitate, & uoluntate sint instituta, sed necessitate, quæ est ex suppositione finis, non ita, quòd Deus sine sacramentis hominem saluare non posset, qm̃ sacramentis uirtutẽ, & omnipotentiam suam non alligauit, sed quia sacramẽta congruentiùs fit reparatio hominis. Cuius congruitatis ratio sumitur ex hoc, quod per peccatum pcipuè circa sensibilia homo fuit corruptus, atq; detentus, ne se ad Deum erigeret. Erat autẽ corruptio illa quantũ ad cognitionem, ga humana mẽs, circa sensibilia sola se nouerat occupari in tantũ, quod multi nil præter sensibilia esse credebãt, & si qui ad intelligibiliũ notitiã deuenerunt, ea secundum modũ sensibilium iudicabant. Et item quantum ad affectionem, quia terrenis tanquam summo bono inhæsit. Et rursus, quantum ad actionẽ quoniã inordinatè sensibilibus vtebatur. Necessarium fuit: ergo ad uitiorum curationem, ut homo ex sensibilium notitia ad spiritualium cognitionẽ conscenderet, & affectum circa creata ad creatoris transferret amorẽ, eis quoq; secundum institutionem uteretur diuinum, ideo necessaria fuit sacramentorum institutio, per quæ ex sensibilibus de spiritualibus eruditetur. Et hæc est secunda cã quam assignat Magister. Affectum quoque de sensibilibus in Dei reuerentiam reformaret, & hæc est prima causa, Conformiter per hæc circa ea, quæ Dei sunt exercitaretur, & ista est tertia causa. Itaq; gratia, & uirtutes sanant, sanctificantque formaliter: sacramenta uerò effectiuè instrumentaliter: quemadmodum medicina. Idcirco sicut non sequitur sanitas sanat, ergo me medicina non sanat: ita non sequitur gratia curat, ergo sacramenta non curant.

¶ Præterea si quæratur, an in statu innocentiæ sacramenta fuissent: Dicendum, quòd utilitas sacramentorum est eruditio, atq; curatio, certumq; est, quod quantum ad curationem, non fuissent, ga tunc morbus peccati non extitit. Sed aliqui dicunt quòd tunc fuissent, quantum ad eruditionem, quia & tunc connaturale erat homini ex sensibilibus, ad spiritualia eleuari. Sed non vr̃ conueniẽs ista opinio: qm̃ significatio fit ad acquirendum agnitionẽ eius, quod significatur. Et quis hõ in primo statu sensibilia nouerat, & in eis similitudines spiritualiũ rerũ conspiceret, nõ tñ ex sensibilibus cognitionem spiritualium accepisset, sed potius ex diuini influentia luminis, ideo tunc sacramẽtis ad eruditionẽ non eguit. Hinc dicendũ cũ aliis, quòd sacramenta in statu innocentiæ necessaria non fuissent. Et si obijciatur de matrimonio, quod tunc erat, & sacramentum consistit: dicendum, quòd matrimonium tunc nõ fuisset in remediũ culpæ, sed in officiũ naturæ, iõ non fuisset tunc propriè sacramentum: nisi fortè inquãtum rem sacram significabat, nõ quod homo in statu illo, accepisset cognitionẽ illius sacræ cõiunctionis, q̃ est Christi, & ecclesiæ, imò plus econtrariò, ex cognitione coniunctionis illius conuenientiam, & sanctitatem matrimonij cognouisset. ¶ Hæc Thomas in Scripto.

¶ Veruntamen agnoscendum, quod tam in Scripto secundi distinctione 20. q̃ in prima parte Summæ tuetur, quòd quamuis primi parentes fuerunt conditi, quantum ad corpus, animamq; perfecti, posteri tamen eorum, nec quantum ad corpus, nec quantum ad animam fuissent, perfecti nati. Ideo in scientia profecissent tam ex parentum, & sapientiorum institutione, quàm ex propria consideratione, & ita non solum ex influxu lucis diuinæ spiritualia cognouissent, prout ibi sanctus cõscribit Doctor, qui & in tertia parte testatur in aĩa Christi fuisse scientiã acquisitã. Deniq; in Scripto tertij, & in tertia parte, probabiliùs esse fatẽr, filiũ Dei non fuisse incarnatum, si non pcesisset originale primorum parentum pctũ: ergo in statu innocentiæ hõ non cognouisset conuenientiã, & sanctitatẽ matrimonij ex cognitione cõiunctionis Christi, atq; ecclesiæ per incarnationis mysterium. Dionysius contra Thomã.

¶ Insuper ad id utrũ in lege naturę sacramenta necessaria erant respondet. Ea, quæ ab homine fiũt, à cognitione ortũ habere oportet, aliter operatio eius propriè nõ esset humana. Hinc oportet operationẽ cognitioni correspondere, sicut effectum causæ. In statu autem legis naturæ non suffecit ad salutem naturalis cognitio, imò exigebatur fides, Specialiter quoq; post lapsum necessaria fuit fides reparatoris. Vnde in statu illo non solum erant necessaria opera, quæ sunt de naturalis dictamine rationis, sed ẽt quædã protestationes, & signa eorum, quę ad reparationẽ spectabãt. Et hæc erant illius temporis sacramenta, ut sacrificia, oblationes, ac decimę. Quo circa sciendum, quod ante legem scriptam erant quędam sacramenta necessitatis, ut illud fidei sacramentum, quod ordinabatur, ad deletionem originalis peccati: similiter pœnitentia, q̃ ordinabatur ad deletionem pcti actualis: matrimoniũ quoq;, qđ ordinabatur ad multiplicationẽ generis humani. Sacrificia, uerò oblationes, & hmõi, erãt uolũtatis, & necessitatis: ga necessitatis erant in cõi, ut s. aliqd facerent, in protestationẽ fidei suæ, qua Deo per latriæ cultum erãt subiecti. In speciali uero erãt uoluntatis, an scilicet sacrificia exhiberent, an oblationes, uel hmõi aliquid. Thomas.

¶ Porrò dũ quæritur, an sacramentis legis addenda erant alia tempore Mosaycæ legis: Dicendum q̃ cum vsus sacramentorum proportionabiliter correspondeat fidei, oportuit ẽm diuersum fidei statum sacramenta diuersimodè tradi, ac uariari. Fides autem quantum ad articulorum explicationem, semper creuit magis, ac magis secundum uicissitudinem rem

Gen. 17. Ibidem niorem accessum ad tempus gratię Christi. Et secũdum hoc oportuit sacramenta magis, & magis determinari. Et quia in Abraam fides notabiliter fulsit, & creuit, ita ut pp fidei religionem ab alijs separaretur, propter quod pater credentium nominatur, huic signaculum, seu sacramentum fidei, determinatũ, & primò datũ est ei, vc3 circuncisio. Cũq; tpe Mosi fides intantũ excreuerit, ut nõ solũ in vno hoie, aut in una familia, sed in una gẽte refulgeret, ideo oprtuit tunc legem dari, quæ non nisi populo potest dari, & sacramenta in speciali determinari, ac multipli cari. Idcirco in lege Moysi determinari oportuit sacrificia, oblationes, & decimas, quantũ ad singulares circunstantias, & matrimonia ordinari, pœnitentiæ, quoq; satisfactiones distingui.

¶ Postremò, dũ, quæritur utrũ, in euangelica lege debuerunt alia sacramenta institui, Rndendum, ꝙ eadem est fides Christianorũ, & antiquorum: quia quem illi credebant uenturum, nos credimus iam uenisse: Cumq; sacramenta corrñdeant fidei tanq̃ protestationes ipsis, & ab ea uirtutem suam habentia, oportet ꝙ sicut antiqui patres participes facti sunt redemptionis Chri per sacramenta, q̃ erãt signa futuri, ita in nos peruenit effectus suę redẽptionis per sacramenta, q̃ sint signa rei præteritæ. Veruntñ, ut diuinus. Diony. libro de ecclesiastica loquitur Hierachia, status nouæ legis medius est inter statum ueteris testamenti, statumque patriæ. Hinc ea, quę nouę sunt legis, sunt ueritas respectu signorum veteris testamenti, & sunt figuræ eorũ, q̃ sunt in patria; iõ in noua lege aliquæ manent figuræ. In patria uerò ibi omnia erunt consummata, figuræ oino cessabunt. Hæc Thomas in Scripto. Dionysi⁹ de eccle. Hierra.

¶ Hæc eadem scribit in tertia parte, quæstione 61. in quibus continentur quæ Albertus, Petrus, Richardus, de hac conscribunt materia. Taranta.

¶ Attñ Petrus pleniùs de causis institutionis sacramentorum loquens, Triplex, inquit, potest esse causa institutionis rei. Prima est necessitas, ut formatio principalũ membrorum in corpore. Secunda utilitas, ut officialũ quorundã membrorũ, Tertia congruitas, ut capillorũ in capite, huberumq; uirili in pectore. Nulla aũt fuit necessitas institutionis sacramentorũ, nec ex parte medici, quia aliter potuit hominem curare: nec ex parte egroti: qm̃ aliter potuit à Deo curari. Vtilitas uerò fuit non ex parte medici, qui nostris non indiget, sed ex parte nostri. Et hęc fuit duplex in genere. Vna in gñe respectu cuiuslibet singularis personæ, quã hic triplicem ponit Magister, videlicet humiliationis, & eruditionis, salutis alijs multis. Altera cõis respectu totiùs generis humani, seu reipublicæ diuinæ, hoc est adunatio hoĩm in unũ cultũ diuinũ, & in unũ nomen uerę religionis, & mutua quoq; agnitio. Cõgruitas aũt ex pte medici: qm̃ medicũ q̃ est Deus, & una decet medicina, cõtinẽs qd diuinũ, vc3 inuisibilem gratiam, & aliquid humanum puta uisibilẽ gratiæ formã: atque ex parte infirmi, scilicet hominis, quicum constet ex anima, & corpore, & animam in corpore posita non bene capiat spiritualia nisi per corporalia, congruũ fuit ei dari medicamẽta spiritualia in corporalibus rebus, quẽadmodũ pillulæ dantur in nebula. Talium uerò medicamentorum nulla fuit necessitas, nulla utilitas, nulla congruitas in statu innocentiæ: qm̃ nullus morbus: neq; in patria, quia perfectissima ibi est sanitas: sed in toto tempore intermedio triplici, id est, in statu legis naturalis propter indigẽtiam, in statu legis scriptæ etiam propter religionis consortium, & in lege euangelij propter utrumque: Hæc Petrus.

¶ Porrò Gulielmus in suo Sacramentali: Congruũ inquit, fuit ut sacramentales sanctificationes sub sensibilibus signis pstentur. Primò pp suscipiẽtiũ eruditionem, sicut expositum est. Secundò pp gratitudinẽ excitandã, & deuotionẽ causandam. Quis em̃ ad tã sublimia, & à suis meritis tã remota sacramẽtorũ charismata, liberalissima Dei pietate uocari, & assumisse, cernẽs, nõ protinus in diuinæ bonitatis admirationẽ, & laudes erũpat? Sublimitas aũt, & nobilitas donorũ hmõi, potissimè inotescit hominũ esse munitati, p sensibilia signa. Tertio pp humiliationẽ, ut tactũ est, & ẽt ut hõ ex consideratione tã supernaturaliũ beneficiorum se magis uilipẽdat, & i propriã resiliat paruitatẽ, nec aliqd horũ suis tribuat meritis. Quartò propter fideliũ consumationẽ. Quis em̃ aliter se sacratũ, & sanctificatũ mentaliter credat, & non ex hoc cõtra oẽm immunditiã exandescat? Quis inũctũ in regẽ se recolat, & non mox p̃ uilissimã uitiorum seruitutẽ totis uiribus se accingat. Quis miltari officio se pditũ sciat, & arma ignorare, imbellemq; se esse, in fideliter quoq;, & ignauiter in bello agere, nõ erubescat? Quis tã pclara ciuilitate se gaudeat honorũ & euersioni suæ ciuitatis, i. impugnationi ecclesię non reluctetur, legesq; eius, ac iura non p uiribus tuetur? Possibile equidem est omniũ auctor bonorum, absq; uisibilibus signis, quos uoluerit sanctificare, quod & aliquoties fecisse dinoscit. Sed v ita in omnibus faceret, nemo de alterius sanctificatione aliquid sciret: quemmadmodũ si omnes ab eo dẽ essent progeniti patre, & ignorarent se esse fratres, periret ergo inter ipsos fraternitatis amor fortissimus, & naturalis societas, quæ uinculo fraternitatis constringit naturaliter oẽs. Sic, & sanctificatis periret ualidissimus gratiæ amor, quo uiget & uiuit spũalis societas. Hæc Gulienmus, qui alijs multiplicibus rationibus similitudinibus, & exẽplis declarat, quam uecesse fuit, & utile, hęc sensibilia sacramenta in ecclesia esse, & per ea fideles inuicẽ cõmunicare, & ab infidelibus diuidi, ac secerni. Gulielmus Parthisi.

¶ Prę terea Bonauentura: Insitutio, ait, sacramentorum decuit Deum, & nobis fuit expediens. Decuit quippè Dei misericordiã, & iustitiam, & sapientiã, in quibus tribus attenditur omnis uia seu operatio Dei, Decuit quidẽ misericordiam Dei: quoniam homo gratiam male seruauit, & custodiuit, idcirco Deus instituit sacramenta, ad q̃ hõ recurrens recuperet gratiam: ficq; magnæ misericordiæ fuit hæc instituere, quia non solum ualent ad remissionem culpæ, sed etiam debitæ pœnæ. Decuit quoq; iustitiã Dei, qui cũ iustus sit, exigit ab hoie habilitationem, humiliationemq; aliquam, per quam se homo disponat ad gratiam, & sacramenta suscipiendo quasi ex pacto inueniat eam, & hoc fit dũ ad sacramenta accedit, Decet, & sapiẽtiam summam. Summę etenim sapientiæ fuit, in his remedium inuenire, quæ occasio extiterunt ruinę ut sicut homo per lignum corruerat, ita per lignum salutis remedium recuperaret. Cumq; homo occasionem ruinæ à uisibilibus sumpserit, decuit diuinam sapientiam in eisdem remediũ ordinare. Et quia ægrotus, cęcus erat quantum ad rationalem, data sunt sacramenta uisibilia ad eruditionem: elatus quo ad irascibilem, data sunt ei sacramenta corporalia ad humiliationem, fastidiens, quo ad cõcupiscibilẽ, ita quòd spiritualia ei non sapiebant, data sunt ei sacramẽta ad exercitationem

tionem, ne generetur ei tædiũ in sola unius sacramenti perceptione, aut in sola spiritualium cõtẽplatione. Hinc Augustinus cõtra Faustũ disseruit quod omnis religio habuit semper aliqua signa exteriora, in quibus eius cultores communicabãt. Et si obijciatur, quod solæ uirtutes sufficiunt, & reprehensibile est fieri per plura, quod fieri ualet per pauciora: respondendum, quòd uirtutes quantum est ex parte ipsarum, sufficiunt, & in statu innocenntiæ sine sacramentis suffecissent. Sed homini uulnerato, ac languido multa necessaria erant per quæ uirtutes acquireret, perditas recuperaret recuperatasque conseruaret. Quod autem æquè bene fieri potest per pauciora, non est faciendũ per plura. ¶ Hæc Bonauentura.

August.

QVAESTIO III.

TErtiò quæritur, *An sacramenta consistant in uerbis, & rebus*. ¶ Videtur, quòd non qm̃ sacramentum est signũ. Idem autem est dicere, signũ & unum signũ: sed ex uerbis, & rebus non resultat nec constat unũ signũ, sed duo signa, uel unum signum, & materiale illius. Secundò, sacramentum est aliquid unum, ex re autem, & signo non constat, quid unum: Imò utrumq; illorum est ens actu & ex duobus entibus in actu non fit unum.

¶ In oppositum auctoritates sunt in textu.

Thomas. ¶ Ad hoc Thomas rñdet: Hoc commune est oĩbus sacramentis, quòd consistunt in rebus sensibilibus inuisibilem gratia significantibus. Hoc uerò speciale est sacramentis nouæ legis, quod rebus uerba addantur propter tres rationes. Prima est, quia hæc sacramenta non solum significant opus redẽptionis, quæ per Christum est facta, quemadmodum aliam sacramenta, sed à Christi passione fluxuerunt: ideo sicut effectus proximi habẽt suæ causæ imaginem quantum possunt, ut scilicet ex uerbis, & rebus consistant, sicut Christus ex uerbo, & humanitate assumpta. Secunda ratio, quia non solum sunt signa futurorum, ut sacramenta ueteris legis, sed, & præsentiũ, ac præteritorũ, ut dictũ est, quæ expressius possunt significare sicut & nosci: ideo significatio uerborum, quæ est expressiua, significationi adiungitur rerum. Tertia, qm̃ gratiã continet ex significatione, & sanctificatione, quę fit per uerbũ Dei. ¶ Ad obiecta ergo dicendum, quod sacramentũ est aliquid unũ in genere causę uel signi, quorum utrumq; relationem importat, non autem inconueniens est, ut quæ in se existunt distincta, uniantur in relatione ad aliquid unum, vt patet in multis trahentibus nauem, quæ sunt una causa tractionis illius, quemadmodũ ẽt pater, & mater sunt unum in generatione, conformiter uerba, & res sunt unum in significãdo, atq; causando, sicq; unum sacramentum efficiunt. Cũque uirtus causandi sit in rebus ex uerbis significantibus, uerba sunt formalia, & res materiales, p modum, quo oẽ complementum dicitur forma, Nihilominus secundũ Hugonem, ad sacramenta cõcurrunt uerba, & facta, ac res, sed facta, ptinent ad usum, dispensationemve sacramentorum, uerba, aũt, & res sunt de essentia sacramenti. Idcirco Magister in his duobus dicit sacramenta constare Matrimonium autem secundum quod est in naturæ officium, & pęnitentia, ut est uirtus, nullam habent formã uerborum: sed secundum quod utrũque est sacramentnm dispensatione ministrorum ecclesiæ positum, habet certam formam uerborum, prout infra dicetur. Hæc Thomas in Scripto in quibus continentur, quæ Albertus. & Bonauentura super his scribunt. Bonauentura tamen testatur, quod Magister strictiùs accepit sacramentum, quàm Hugo, ita quod Hugo quamcunq; institutionem honestatis in ecclesia Dei, nominat sacramentum in uerbis pręallegatis.

Hugo.

Thomas. ¶ Insuper in tertia parte, quæstione 60. Sacramẽta, inquit, ad hominũ sanctificationem adhibẽtur, ut quædam signa, ideo considerari possunt tripliciter, & quolibet modo cõgruit eis, quod uerba rebus sensibilibus coniunguntur. Primò considerantur ex parte causæ sanctificantis, quæ est uerbum incarnatũ, cui sacramentum aliqualiter conformatur per hoc, quod uerbum rei sensibili adhibetur, ac iungitur, quemadmodum in ministerio incarnationis carni sensibili uerbũ Dei unitum est. Secundo cõsiderantur sacrãmẽta ex parte hoĩs qui sanctificatur, q̃ ex aĩa & carne cõponit, cui sacramentalis medicina proportionatur, quæ per rem uisibilem tangit corpus, & per uerbũ ab anima creditur. Vnde Augustinus super illud Iohannis, Iã uos mundi estis propter sermonem, quẽ locutus sum uobis, disseruit. Vnde tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente uerbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Tertiò consideratur ex parte significationis sacramentatalis. Nempè secundum Augustinum secundò de doctrina Christiana: Verba apud homines inter signa sortiuntur primatum: quoniam diuersimodè possunt formari ad significandum diuersos mentis conceptus. Vnde uerba magis distinctè exprimimus, quod mente concipimus. Hinc ad perfectionem sacramentalis significationis fuit necesse, ut significatio sensibilium rerum per aliqua uerba determinaretur. Aqua namq; significare potest ablutionem per suam humiditatem, & refrigeriũ per suam frigitatem. Sed cũ dicitur, Ego te baptizo, insinuatur, quòd in baptismo utimur aqua ad significandum emundationẽ spiritualẽ. Hæc Thomas in Summa, in quibus scripta. Pet. continẽtur.

Augustin.

Durand°. ¶ Porrò Durandus: Causa, ait principalis quare sacramenta consistunt in istis rebus uilibus, institutio est diuina, quę in alijs rebus potuit instituere ea. Itaque dico, q̃ omnia sacramenta nouæ legis consistunt in uerbis, non tñ omnia consistunt in uerbis, & rebus, sed quædam sic, quædam non. Primum patet ex dictis. Christus quippè sanctificat nos effectiuè, ut Deus, meritoriè uerò inquantum hõ, & quantum ad utrumq;, cogruit, ut sacramẽtũ (qđ est Christi instrumentum) consistat in uerbis: quia cum triplex sit uerbum, utpotè mentis, & imginationis, ac uocis, primum assimilatum uerbo in diuinis, prout in sinu, & mente est Dei patris secundum assimilatu rei. prout dispositum fuit incarnari: tertium assimilatur ei, ut iã incarnato. Nam sicut assumpta humanitas est quasi habitus uerbi ęterni, sic uerbũ uocis est quasi vestiens uerbum mentis. Veruntamen non omnia sacramenta nouæ legis consistunt in uerbis, & signis, seu rebus: sed quædam tantum. Sunt enim quędã sacramenta, quę solum conferunt sanctitatem suscipiẽti, ut pœnitentia, & matrimonium: Alia uerò conferunt sanctitatẽ, & ultrà mãcipant ad aliquod sacrũ, sicut baptismus mancipat hominem ad susceptionem sacramentorum, ordo ad ministrationẽ ipsorum, &c. Ex quibus arguitur sic: Sacramenta perfectiora in efficiendo, debent esse perfectiora in significando, quia efficiunt, quod designant sed sacramenta, quę non solum conferunt sanctitatem, sed & mancipant ad aliquid sacrum, sunt perfectiora

perfectiora in efficiendo: ergo, & in significando, quod non esset, nisi pter uerba includerent aliqd aliud signũ, vc3 rem elementarẽ. Hæc Durandus.

¶ Quibus multa obijci quæunt. Primo, qa (ut patuit, & patebit) oĩa euangelicę legis sacramenta consistunt in uerbis, & rebus, saltem quo ad cõsecrationem, seu inceptionem ipsorũ. Secundò: qm̃ matrimoniũ est maximum sacramentũ, quantum ad significationem: quia designat unionem uerbi æterni cum humanitate, unionẽ quoq; Christi atque ecclesiæ: non tñ matimonium est perfectius in efficiendo. Tertiò, quia in eucharistia solum tribuit sanctitatem, nec ad sanctum mancipat actũ, (ut tactum est) & tamen consistit in uerbis, & rebus, imò, & est dignissimum, & nobilissimum sacramentum.

¶ Postremò Bonauentura in Breuiloquio: Christus, inquit, noui testamenti mediator, septem instituit sacramenta euangelicæ legis, in qua uocauit nos ad promissa æterna, dedit præcepta dirigẽtia, statuit sacramenta sanctificantia. Instituit aũt ea in uerbis, & elementis, ad euidentiã significationis, & efficaciam sanctificationis, ita quòd semper habent significantiã ueritatis, sed non semper efficaciã curationis ex defectu suscipientis. Christus namque est uerbum summæ uirtutis, summæ ueritatis, summæq; bonitatis, ac p hoc, & summæ auctoritatis: & ratione suæ summæ auctoritatis eius fuit legem perfectam instituere, & conferre: & ratione suæ summæ bonitatis, proposuit promissa beatificantia: ratione summæ ueritatis, dedit præcẽpta dirigentia: ratione summæ uirtutis, statuit sacramenta adminiculantia: ut sic per sacramenta uirtus, & gratia adimplendi præcepta reparentur, & per præceptorum obseruantiam ad promissa perueniatur æterna. ¶ Hæc Bonauentura.

Quæstio. summæ difficultates

QVAESTIO IIII.

QVartò quæritur, *An sacramenta euangelica legis differunt à sacramentis ueteris testamenti, per hoc, quod sacramenta euangelica legis continent, & causant gratiam, illa uerò solum significabant.* ¶ Videtur, q̃ non: qm̃ circuncisio fuit sacramentũ ueteris legis, & in ipsa circũcisione gratia infundebatur, aliter originale peccatum in ea nõ potuisse deleri. Secundò, sacramenta nouæ legis sunt sensibilia quædã inanimata, quæ non sunt gratiæ susceptiua, nec aliqua uirtus gratiæ causatiua vr̃ posse esse in eis. Quod.n. est in alio, est in illo secundum modũ, & dispositionem ipsius: ea ergo, quę soli rõnali, & intellectuali naturæ insunt, inhęrent, & cõpetũt, in rebus inanimatis esse nõ queũt nisi omnino æquiuocè, figuraliter, seu tropicè.

Opinio quorundam.

¶ De isto, possent multa argumenta pro utroq; parte formari, sed ueritatis declarationi studendũ est. Hæc namq; præcipuis difficultatibus una est, de qua diuersi diuersimodè opinati sunt. ¶ Itaq; Bonauen. circa hæc loquitur: Vt aliqui dicunt, sacramenta sunt gratiæ uasa: cũ sint in ultima dispositione, quæ est sanctificatio per uerbum Dei: & mediantibus illis, transfunditur in aĩam, ac abluit ipsam, & ungit interius, atque pro tãto, dicunt, q̃ sacramenta nouæ legis sunt causa gratiæ, & efficiũt, quod figurant. Non autem dicendũ, q̃ gratia essentialiter contineaẗ in sacramentis, sicut aqua in uase, & medicina in pixide: sed dicuntur grãm ɔtinere, qa significant ipsam; & nisi ex parte suscipiẽtis defectus sit, gratia semper cõfertur in ipsis. Alia quoq; ratione possunt uasa gratię appellari: qm̃ sicut, quod est in uase, nõ est de ipso nec ex ipso, tñ hauritur ex ipso, sic gratia non est à sacramẽtis, nec de sacramẽtis, sed oritur à fonte æterno, & ex illo hauritur ab anima in sacramentis. Et sicut q̃s recurrit ad uas cum requirit liquorem, sic quęrẽti liquorem gratiæ nec habenti, ad sacramenta est recurrendum.

¶ Præterea aliqui dicunt, quod in sacramentis est aliqua uirtus creata, p quã influunt in aĩam, & habẽt rõnem causandi. Dicũt enim, quòd in sacramentis datur gratia gratumfaciens, & datur in eis gratis data, ut caracter, & ornatus aĩę. Datur item in eis debilitatio fomitis, seu expeditio potentiarum, quæ est efficatia gratię. Dicunt ergo qđ respectu gratiæ facientis, sacramenta sunt cã, sine qua non: respectu autem characterizationis, & ornatus sunt sicut causa efficiens: sed respectu debitationis, fomitis, ac confortationis potentiarũ, sunt causa disponens. Nã sicut videmus, quòd in purgatione per ignem purgatorium, aĩa habens reatum, seu maculã, uenialẽ, existit purgabilis, & intra se gratiã habet, sine qua non fieret purgatio: est etiam ibi uirtus ignis: ita in sacramento est anima habens defectum, & debilitatẽ potentiarum, est etiam gratia in anima intus operans, & uirtus sacramenti exterior: quibus concurrentibus, roborantur potentiæ, & gratia efficacior fit uirtute sacramenti in sua operatione, sicque per istas distinctiones soluunt auctoritates, quæ in sacramentis esse uirtutẽ creatam, quam asserunt accidens esse, imò, & accidens spirituale, ac supernaturaliter esse in subiecto seu sacramento corporeo secundũ ordinẽ diuinæ misericordiæ: sicut uirtus agendi in spiritum, est in igne purgatorij, secundum ordinẽ diuinæ, quã sacramenti uirtutem asserunt inter mediocria bona ponẽda: uidelicet infra gratiã, & supra corpus.

Alia opinio.

4. Regum

¶ Porrò alia opinio etiã est magnorũ, dicentiuum quòd in sacramentis non sit causalitas aliqua, nec uirtus effectiua, nec dispositiua ad gratiã, quæ sit qualitas, seu proprietas absoluta: sed p existentiã quandam, dicentes sacramento assistere in creatura uirtutem, quæ causa est gratię in suscipiente per fidem, & deuotionem, quæ disponit ad gratiã sicut ad uerbum Helisei ipso Naamã saluante, astitit uirtus diuina efficiens sanitatẽ, & deuotio, ac obedientia Naamã fuit dispositiua Nulla tñ causalitas fuit in verbis Helisei, neq; in aquis Iordanis: sicut si Deus instituisset, ut ad uerbum Helisei non solũ ipse Naamã, sed cæteri quoq; accidentes curarentur, & hoc ex quadã pactione, ita quòd semper. sic assisteret uis digna taliter curans à læpra. Sic dicunt in sacramentis: quod ad prolationẽ uerborum uirtus assistit diuina, aquis infundens gratiã, atq; regeneras, dum homo se subijcit per fidei deuotionem, & obedientiam. ¶ Si autem querãtur ab istis, an præter increatam uirtutem sacramenta uirtutem aliquam habeant creatam: dicunt quod non propriè loquendo, de uirtute, seu potestate, sit aliqua qualitas, uel natura, seu essentia aduenniens, & inhærens, aut existens, Si autem extenso nomine per uirtutem intelligatur ordinatio aliqua, ut dum aliquid habet efficacem ordinationem ad aliquid, dicatur habere uirtutem ad illud uelut si res statuat, ut q̃ habet tale signũ recipiat cẽtũm libras, post quam institutionem signum illud non habet aliquam proprietatem absolutam, quã non habuit priùs, ad aliud tamen est ordinatum quàm ante. Et quoniam habet efficacem ordinationem dicitur habere uirtutem ut faciat aliquẽ habere centum marcas, quæ uirtus non est, quid absolutum

absolutum,sed ad aliquid,sic dicunt quo sacramenta sunt talia signa à Deo sic instituta, quod qui debitè susceperit,ea habeat tātū ꝗ gratia,uel hāc gratiam ad hūc actū.Illa inquātum ordinatio, efficax uirtus est sacramenti secundū istos,& rōne illius ordinationis disponit hominem,quia efficaciter ordinat ad habendam,suscipiendāq; gratiā. Rursus dicūt,qđ ex huiuscemodi pactione dn̄s quodāmodo se extrinxit ad dandum gratiam suscipienti debitè sacramentū, & ipsa pactio Deū suo mō astringit ad gratiā conferendam;ideo sacramentū fert habere uirtutem ad efficiendū,& item ad disponēdū.Et sicut extenditur nomen uirtutis,ita & uerbū efficiendi;quia nec efficit,nec disponit influendo, sed efficaciter ordinando.Et sicut hæc extendūtur ita,& nomen causæ: quia non dicitur causa secundū,quod est principium operandi,sed secundum, quod est ratio ordinandi.Huic propositioni pietas consentit,& ratio non repugnat Consentit rō,quia ualde difficile est intelligere,qualiter illa uirtus detur sicut qualitas absoluta:difficiliùs uerò, qū det. difficile est etiam intelligere,cui detur, an scilicet uerbo an elemento.Rursus, difficile est explanare quàm diu duret. Valde quoq; difficile est exprimere quomodo influant.Similiter difficile est, cuius natura sit in seipsa,& multa similia. Ideo huic positioni faciliter satis concordat ratio. Cauendū est enim,ne dum nimis damus corporalibus signis ad laudem,subtrahamus honorem causæ curanti & animæ suscipienti.Hæc autem opinio non nimis dat,nec aliquid honoris debiti subtrahit.Qemmadmodū ergo regiæ literæ regis anulo sigillatę sunt magnæ uirtutis,& ualoris,& dicuntur magna posse,ac facere,cū in eis nulla sit uirtus absoluta, sed ordinatio sola per asistentiam regiæ potestatis: quod patet,qm̄ mortuo rege,non plus curatur de literis eius,quàm alijs:tamen absolutum,nil amiserunt:sic intelligendum est in sacramentis,& sic loquuntur sanctorum auctoritates iuxta usum communem.¶ Et si quæras, super quid fundatur relatio talis, & quomodo aduenit sine donatione proprietatis: dicendum, quòd institutionibus signorum, ut quando numus fit arra, nihil de nouo tribuitur nummo,ita & de his. Vtraq; opinionum istarum uidetur satis probabilis, sed secunda videtur mihi ad sustinendum facilior: nesio tamē quæ sit uerior; quia dum loquimur de his, quæ sunt mirabilia,non multum adhærendum est rationi. Hæc Bonauentura.

¶ Insuper in fine tertij ultima distinctione,circa Bonauē. illud, quod dicitur in textu,Diuersa sunt sacramēta legis nouæ, & veteris: qm̄ illa tantū figurabant hæc conferunt gratiam,arguit sic:Nullus sine gratia potest saluari, ergo si sacramenta ueteris testī gratiā non conferebant,nullus in lege illa saluatus est.¶ Si dicas,quòd in sacramentis illis dabať gratia,non tamen uirtute sacramentorum illorū,in sacramentis autem nouæ legis confertur gratia uirtute ipsorum, quia ex sanctificatione sanctificant secundum Hugonem.obijcitur contra hoc:qm̄ solus Deus dat gratiam per creationem: ergo si gratia conferebatur in sacramentis istis, & illis, nulla fuit differentia inter ea.dicendum,quòd circa hoc Opiniones duæ. 1. est duplex opinio celebris,& famosa.Vna,quòd in utriusq; datur gratia,sed differēter: quia in illis datur ratione fidei,& deuotionis suscipientiū, ita qđ nullo modo ratione operis operari,aut sacramenti.In sacramentis uerò noui testamenti secus est: quoniam constan; ex uerbis, & elementis, Et cum dominus instituit uerbum, id est, formā uerborum sacramentalium, dedit illis uirtutem qua influunt,& agunt in aīam,disponendo ad grāæ susceptionē uel imprimendo characteris configurationē,uel adminiculādo ipsi grāæ ad aīæ curationē, ac fomitis debilitionē, & hoc uř dicere Augustinus, Augusti. dicendo:Quę est tanta uis aquę, ut corpus tāgat,& cor abluat,nisi faciente uerbo;Hugo quoque.Sacramenta,inquiens,nouæ legis priùs sanctificantur per uerbum,post modū sanctificant,ut sic sint ex sanctificatione sanctificantia. Et hanc positionem sustinent uiri periti, & fide digni,sed difficile videtur mihi,intelligere uirtutem illam uerbo & elemento collatam &c. ut supra. Dubium quoque est,utrum ponēda sit inter bona maxima, uel mediocria,aut minima.Si inter maxima, ergo uerè est uirtus,seu gratia.Gratia autem existens in uno subiecto,non potest in aliud agere. Si autem nō sit uerè uirtus aut grā,quomodo sacramentū dicitur verè sanctificare?Et quęri pōt in quo genere, aut specie sit uirtus uel gratia illa. Si autem ponať inter bona minima,aut media,quomodo facit rectitudinem sanationemq; animæ,quæ inter bona maxima computatur?Difficile etiam est uidere, quomodo illud accidens spirituale in subiecto substātificabiť corporali, & quomodo una uirtus poterit in duobus esse subiecti,puta in verbo,& elemento ex quibus quamuis fiat unum sacramentum:non tamen vnum per essentiam,& naturam.Vnitas aūt uirtutis(iuxta Damascenum) Damasce. correspondet unitati substantiæ,& naturæ:aut ergo in uno sacramento non est una tantum uirtus, sed plures: aut uirtus illa composita est,aut unum accidens si multiplex, spirituale, & impartibile, simul erit in diuersis subiectis, totum intelligere, ualde existit difficile.

¶ Dubiū Demum videtur, an Deus dedit illam uirtutem quando primò instituit sacramenta, an de nouo det. Quomodo autem à principio dedit his,quæ non dum erant?videlicet uerbis, quę quotidie proferuntur,si dat de nouo, ergo: quotidie in sacramentis non solum gratiam,sed & alia accidentia creat: & tamen non consueuit dici,quod creationis opus exerceat,nisi circa exitum animæ in esse, & circa infusionem gratiæ. Si autem desinat uirtus illa esse statim uerbo prolato,quomodo tam nobilem creauit uirtutem,ut tam citò deficeret?Rursus,si datur uerbo scripto,nec uerbo,& nō datur uerbo scripto,nec uerbo mentali,ergo datur uerbo uocali in sua pronuntiatione,tuncq; difficile est explicare,an detur in principio prolationis, uel in medio aut in fine:quia nec in principio uerbi,neque in medio est actio illius uirtutis. Si uerò in fine, tunc cum uerbum desinat esse,& desinente uerbo desinat uirtus uerbi,simul incipiet uirtus uerbi,ac desinet.¶ Insuper, multo difficiliùs est explicare efficaciam operationis uirtutis illius, an .s. agat generatione uniuoca uel æquiuoca, generando sibi simile sine dissimile.Difficile etiam est utrū influat omnino aliquid ab extrinseco, an educat aliquid de potentia in actū.Primū est soli Deo possibile,secundū uerò difficile est explicare. Rursus difficile est quomodo characteris impresio posit esse ab illa uirtute,cum character videatur esse in superiori parte animæ,in quā solus Deus potest influere. Postremò, in sacramento altaris, in quo fit subitò transsubstātiatio panis secundū se totum in corpus Christi,quod esse non ualet nisi ab infinita uirtute, quo uerbum prolatum ab homine tam

finitæ

finitæ virtutis,poterit ad istam transsubptantiationem cooperari,aut aliquid operari? Et certe si illud verbum virtutem non habet agentem, multo minus verba aliorum sacramentorum. ¶ Hæc, & multa his consimilia, valde difficile est intelligere, & explicare:quæ tamen non narro quasi credens ea insolubilia esse,aut per ea positionem hanc improbari: sed ut ostendam, me ea non intelligere plene,ideo nec affirmare,neq; negare hæc uelle.Nihilominus plura pōt facere Deus, & in sacramentis etiam facit,quàm nos intelligere valemus. Vñ ad incompræhensibilē Dei oīpotentiam confugiendo, oīa possumus facile declinare.¶ Præterea aliorum positio est, supposito, quòd in sacramentis nouæ legis diuina virtus secretius operetur,quia hoc est fidei,& communis sententiæ,Dixerunt igitur aliqui,sacramenta nouæ legis habere virtutem iustificandi uirtutem inquantum influentem, virtutem promerentem,virtutē disponentem, & efficaciter ordinantē.Virtutē influentem,ratione spiritus sancti assistentis: virtutem promerentem, rōne meriti passionis Christi ad sacramentum concurrentis virtutē disponentem, rōne deuotionis ipsius fidelis sacramentū suscipientis:uirtutē deniq; efficaciter ordinantem,ratione diuina pactionis instituentis.Sicq; quippè instituit Deus,ut ad talis verbi prolationem,& sacramenti piam susceptionem, fiat in suscipientibus mirabilis operatio, curatio,iustificatio,confortatio,&c.atq; pro tanto,affirmant sacrā nouæ legis habere virtutem, & differunt in hoc à sacramentis veteris legis:præsertim, quo ad illam efficacem ordinationem, quia non interueniebat talis pactio in illis sacramentis,per quā efficax,inefabilisq; fieret ordinatio ad gratiam,sicut in sacramentis nouæ legis,ut patet in institutione baptismi, Matth.19. vbi Christus dixit. Qui crediderit,& baptizatus fuerit,saluus erit. In alijs quoq; tribus modis habendi differrentia est inter vtraq; sacramenta penes cōpletum,& minus completum,quia in sacramentis nouæ legis spiritus sanctus iustitiā influens pleniùs assistit, & passio Christi magis meritoriè concurrit,in cuius sinum de latere Christi patientis fluxerunt Iohān.19. sanguis,& aqua,& per consequens sacramenta,de quibus fundatur ecclesia. Abundantior item est suscipientis deuotio,tum propter fidei incremētum,tum propter subsidium fidei totius ecclesiæ, quia in fidei ecclesiæ suspiciunt fideles sacramenta ecclesiastica,Itaq; propter hos modos habendi uirtutem,dicuntur sacramenta euangelicę legis iustificare & esse cum gratia.¶ Denique,qui hanc sustinent positionem,in sacramentis nouæ legis noluerunt plus ponere;tum,quia ista videntur satis sufficere ad nostram sanationem,& iustificationem:tū, quia ex isto quadruplici modo habendi virtutem, satis manifestatur nobilitas sacramentorum euangelicæ legis in seipsis:tum,quia secundum hæc satis apparet differentia inter vtriusq; legis sacramenta: tum,quia nulla expressa auctoritas videtur cogere ampliùs attribuere his sacramentis. Hanc etiam positionem sustinent plures bene intelligentes. Sed, & D.Gulielmus Parrhisiensis episcopus,in determinando in scholis fratrum minorum, approbauit hunc modum dicendi coram fratre Alexandro piæ memoriæ. Verum in his dubijs non oportet aliquid temerè affirmare,sed sufficit scire quid sapientes senserunt,nec est utile ꝯtentionibus deseruire. Hæc Bonauentura in fine scripti super tertiū.

¶ Postremò,in Breuiloquio huic secundę opinioni absolutè consentit,reticensque de alia,protestatur:Sacramenta dicuntur gratiæ vasa,& causa,non Bonauent quia gratia in eis substantialiter contineatur, aut causaliter efficiatur, cum à solo Deo animæ infundatur:sed quia in illis,& per illa gratiam curationis à summo medico Christo ex diuino decreto oportet haurire.Hæc idem ibidem.

Præterea de his sanctus Thomas aliter sentiens Thomas. ait in Scripto;Omnes coguntur fateri sacramenta nouæ legis aliquo modo causas gratiæ esse, propter expressas auctoritates, quæ dicunt hoc, sed diuersi diuersimode eas exponunt. Quidam etenim dicunt,quod non sunt causæ,quasi aliquid facientes in anima,sed causæ,sine quibus non: quoniam virtus increata,quæ sola effectus ad gratiam pertinentes in anima facit,sacramentis assistit per quandam Dei ordinationem, & quasi per pactionem sic ordinauit,ac pepigit, ut, qui sacramenta accipiunt,simul, & gratiam sumant ab ipso, non quasi sacramenta aliquid faciant ad hoc ipsum, sicut,qui accipit denarium plumbeum à rege, facta huiusmodi ordinatione,ut qui habuerit vnum de illis denarijs, accipiat cētū libras à rege,qui denarius non dat illas libras, sed rex. Cūq; talis pactio facta non fuerit in sacramentis veteris legis, ideo dicuntur gratiam non conferre,sed solum promisisse,aut præsignasse.Verum istud non uidetur sufficere ad saluandum dicta sanctorum:quoniam causa,sine qua non,si omnino nil faciat ad inducendum effectum,uel disponendo,vel meliorando,ad rationem causandi nil habet vltra causam per accidens:sicut album est causa domus, si ædificator sit albus, sicq; sacramenta essent causa sanctificationis per accidens,Illa namque ordinatio,seu pactio nihil dat eis de ratione causę,sed solum de ratione signi; quemadmodum etiā denarius plumbeus solum est signum,indicans quis debeat libras accipere.Quòd autem per accidens est,ab arte relinquitur,nec in diffinitione reponitur: sicq; esse causam non poneretur in sacramenti diffinitione, nec sancti multum curassent loqui de ea. Nec etiā sacramenta nouæ legis,quæ differunt à sacramentis veteris legis secundum ordinationem prædictam,differunt ab eis secundum rationem causæ: sed solum quantum ad modum significandi, in quantum hæc significant gratiam ut statim dandam,& illa non. Hinc alij dicunt,quòd ex sacramētis duo consequuntur in anima, vnum, quod est sacramentum,& res puta character,aut aliquis animæ ornatus in sacramentis,in quibus non imprimitur charactere aliud quoque est res tantum videlicet gratia.Respectu ergo primi effectus sacramenta sunt causæ aliquo modo efficientes;sed respectu secundi sunt causæ disponentis tali dispositione,quæ sit ne cessitas,nisi sit impedimentum ex parte recipientis,& hoc videtur magis conueniens theologis, ac dictis sanctorum. Quo circa sciendum, quòd causa efficiens duplicer diuidi potest:primò,ex parte effectus,puta in disponentem, quæ causat dispositionem ad vltimam formam, & in perficientem, q̄ inducit vltimam perfectionem.Secundò ex parte causę in causam principalem, & instrumentalem, Agens principale est primum,mouens uerò instrumentale est mouens motum.Instrumento quoq; conuenit actio duplex; una,quam ex propria habet natura, alia, q̄ habet inquantum motum est à primo agente, sicut calor ignis, qui est instrumentum potentiæ nutritiuæ, vt 2.de anima dicitur,habet dissoluere,atque consumere: sed inquantū est instrumentum animæ uegetatiuæ,

deliter,& deuotè,talis autem iam consistit in gratia virtutum, quæ communiter gratia gratumfaciens appellatur,& superinfunditur ei gratia sacramentalis. ¶ Ad hæc respondet Albertus:Gratia sacramentalis differt à gratia virtutum,& donorum. Primò: quoniam habita vna gratia sacramentali: non necessariò habentur,& aliæ.Secundò, quia si non fuisset peccatum,non fuissent sacramenta, nec gratia sacramentalis, nihilominus fuissent gratum faciens gratia,quemadmodum virtutes,& dona.Tertiò:quoniam gratia sacramentalis datur contra defectum inclinantem ad peccatum, vel contra ipsũ peccatum, Quartò, quia in gratijs sacramentalibus specialiter operatur passio Christi, seu virtus, & meritum eius, quorum nullum per se conuenit gratiæ virtutum,& donorum, Hinc habita gratia virtutum:non per se habetur gratia sacramentorũ: quia virtutes ordinantur ad meritorios actus, sacramenta verò contra defectum peccati. Ideo quãuis non fictus habeat gratiam virtutum:attamẽ potest esse in potentia ad gratias sacramentorum, de quibus infra specialiùs, clariusq; dicetur. Hæc Albertus. ¶ Concordat Thomas,dicendo: Gratia gratumfaciens est vna,atq; in essentia animæ, vt in subiecto.Ab ipsa quoq; fluunt virtutes, & dona ad perficiendum potentias animæ, sicut fluunt potentiæ ab essentia. Distinguuntur autem istæ virtutes secundum actus diuersos, ad quos propter potentias animæ perfici, Similiter à gratia (quæ est in essentia animæ) effluit aliquid ad reparandum defectus,qui ex peccato inciderunt. Et hæc diuersificatur secundum diuersitatem defectuum. Sed quia defectus huiusmodi non sunt ita noti, vt actus ad quos virtutes perficiunt, ideo hic effectus ad reparandum defectum non habet speciale nomen,quẽadmodum virtus:sed retinet nomen suæ causæ, & dicitur gratia sacramentalis, ad quam sacramenta ordinantur directè:quæ tamen nequit esse sine gra respiciente essentiam animæ,sicuti,nec uirtutes.Attamen gratia :quæ est in essentia animæ, non valet esse sine virtutibus, idcirco virtutes connexionẽ habent in eaſed potest esse sine gratia sacramentali. Ideo grãe sacramentales connexionem non habẽt, sicq; patet, quòd gratia, quàm sacramentum directè continet,differt à gratia, quæ est in uirtutibus, & in donis,quãuis etiam illam gratiam per quandã continuationẽ contineant. Itaq; gratia gratũfaciẽs prout est in essentia animæ, una est; sed secundum quod fluit ad defectus potentiarum tollendos, & ad potentias animæ perficiendas,multiplicatur.Gratia quoq; virtutum opponitur peccato,prout pctũ inordinationem continet actus.Gratia verò sacramentalis pctõ opponitur,secundum quod vulnerat naturale bonum potentiarum,Hæc Thomas in Scripto. ¶ Eadem scribit in tertia parte quæstione sexagesima secunda, & addit: Sacramenta ordinantur ad quosdã speciales effectus necessarios in vita christiana, ut baptismus ad spiritualem regenerationẽ, per quam homo moritur vicijs,sitq; membrũ. Christi, qui effectus est aliquid speciale præter actus potentiarum animæ, & eadem ratio est in alijs sacramentis. Quemadmodum ergo uirtutes, & dona addunt super gratiam communiter dictam, quandam perfectionem determinatè ordinatam ad proprios actus potentiarum, sic gratia sacramentalis addit super gratiam communiter dictam, & supra virtutes, & dona, quoddam diuinum auxilium ad consequendum sacramenti fructum, & finem, ideo gratia sacramentalis nequaquam superflua est.Quamuis enim gratia virtutum,& donorũ sufficienter perficit essentiam, atq; potentias animæ, quantum ad ordinationem actuum generalem: tamen quantum ad quosdam speciales effectus, qui requiruntur in uita Christiana,sacramentalis requiritur gratia.

¶ Denique per virtutes, & dona excluduntur sufficienter vitia, & peccata,quantum ad presens, & futurum,inquantum per uirtutes,& dona homo retrahitur à peccato:quantũm verò ad peccata preterita, quæ transeunt actu,& manent reatu, adhibetur homini specialiter remedium per sacramentũ. Gratia quoq; sacramentalis ad gratiam cõiter dictã se habet,ut species:ideo gratia communiter dicta, & gratia sacramentalis:non dicuntur vniuocè,sicut animal cõiter dictum,& pro homine sumptum.Hęc in Summa.¶ In quibus, quod ait, virtutes, & dona emanare ex gratia, intelligendũ est iuxta sensũ, quo afferit Augustinus,ex fide procedere spem, atq; ex spe charitatem, q intelligẽdum est quantũ ad actus virtutum.Non.n.habitus vnus causatur ex uno,sed simul desuper infunduntur. ¶ Porrò Petrus in his aliter sentiens: Sicut vna,ait, est anima, à qua fluũt diuersæ potentiæ,ac motus diuersi, ita essentialiter vna est gratia gratumfaciens, à qua fluunt diuersi habitus virtutum, habilitantes potentias ipsas ad bonum,& diuersi effectus sanantes ipsas uires à malo.Primus effectus pertinet ad gratiam virtutum,secundus ad gratiam sacramentorum.Vtraq; ergo eadem est essentia,& subiecto, differens ratione,& cõnotato effectu. Itaq; adulto iam iustificato non datur in sacramento noua gratia,quantum ad essentiam,sed gratia precedens augetur. Vnde, & in nouum procedit effectum.Hinc quoq; differentiæ illæ non insunt gratiæ secundũ se, sed per cõparationẽ ad effectus diuersos,idcirco non variant eius essentiam,quemadmodum liquefacere, & constringere non variant lucem solis.Vnde, & in statu innocentiæ gratia sacramentorum fuisset secundũ id, quod est:non autem secundum rationem,qua dicitur gratia sacramentalis. Conformiter utraq; gratia ista secundum id,quod est,simul infunditur,sed secundũ cõparationem,à qua sic,aut sic nominatur,est differentia:quoniã gratia non est sine effectu habilitationis omnium potentiarum ad bonum:potest tamen esse sine effectu sanationis omnium potentiarum à malo;ideo virtutes habent connexionem cum gratia,non sacramenta:Hæc Petrus. ¶ Concordat Richardus:Siue,dicens,gratia sit realiter idẽ,qđ charitas,siue non dico,quòd eadẽ per essentiam est gratia sacramentorum,atq; virtutũ,differẽs per diuersam comparationem ad diuersos effectus: qm̃ gratia inquantũ per sacramentum confertur directè,& immediatè ordinatur ad sanandum animam à morbo peccati,vel ad sanitatem augendam. Gratia aũt virtutum idest inquantum ab ea,sunt uirtutes, seu inquantum ipsa est forma virtutum,directè, & immediatè ordinatur ad bene agendũ. Cũq; potentia bene nequeat operari, nisi fuerit sana, hinc gra uirtutum ẽt ex cõsequenti respicit aiæ sanationẽ,si prę cessit in ea infirmitas aliqua.Et quia sanatio aiæ disponit potentias ad bene operandum, ideo gratia, quæ cõfertur in sacramentis,ex consequenti ordinatur ab bonam operationẽ.Hæc Richardus. ¶ Præterea Bonauentura duas nunc tacitas narrat opiniones,& addit: Tertia positio probabiliorẽ, q gratia gratũfaciens vna est, cuius hoc signum,qđ vno peccato tollitur tota.Sed attendendum,quòd cum dico gratiã virtutum, dico gratiam gratumfacientẽ, & habitum substratum,puta uirtutem,quæ differt à gratia.Et gratia gratum faciens vna est,Habitus verò substratus est alius,& alius,qa virtutes sunt multæ.Similiter cum dico gratiam sacramentalem,non tantum dico gratiam, sed & curationis effectum:& gratia, quidem vna est, sed effectus curationis sunt plures. Distinguitur ergo gratia in sacramentis, & donis, atq; uirtutibus,concernendo effectus,habitusq; substratos. Vnde sacramentalis gratia super gratiam virtutum propter peccatum quendam addit effectum,vt in eo,qui baptizatur,additur absolutio non solum à culpa,sed etiam à pena.Hæc Bonauentura.

¶ Cuius positio non vr à prędictis differre nisi in verbis, & vel cum prima, vel cum secunda coincidit.Aut enim vult dicere,quòd gratia virtutum, & gratia sacramentorum realiter idem non sunt,& ita cum prima opinione concordat;aut,quòd essentialiter idem sunt, & penes diuersas comparationes, variosq; effectus distinguuntur,& ita opinioni consentit secundæ.Imò hoc ẽm uidetur esse de intẽtione ipsius,ut patere poterit diligenter inspicienti.

QVAESTIO. VI.

SExtò quæritur, *An sacramenta veteris testamenti fuerunt gratiæ contentiua,& virum eorum obseruatio fuit meritoria, atq; carnis immundatiys purgatiua.*¶ Videtur,quòd fuerunt gratiæ contentiua, & collatiua,quia diuinitus data fuerunt ad consequendum salutem,& in remedium uitiorum erant prouisa,ac instituta.Vnde in Leuitico sæpissimè describuntur fuisse odoris suauissimi coram Deo, & placatiua maiestatis diuinæ, expiatiua quoq; culparum, loquendo de sacramentis,prout sacrificia cõpræhendunt Ex quibus vltra probatur,quòd obseruatio eorundem fuerit meritoria vitæ æternæ.Quia diuinis obedire præceptis, est Deo acceptum. Vnde, & Iosue præcipuè commendatur, quòd vniuersa Dei præcepta impleuit. Hinc sacrificia Dauid,ac Salomonis, Aaron, & Eliæ leguntur igne cœlitus misso esse consumpta, ad insinuandum,quòd accepta fuerint domino,Hinc demum ostenditur,quòd non solum ab immũditijs carnis,sed & à vitijs cordis purgabant.

¶ In oppositum sunt, quæ habentur in textu,

¶ In quæstione hæc tria tanguntur. Primum est, an testamenti veteris sacramenta gratiam continebant, & de hoc iam dicta sunt aliqua. Secundum est, an obseruantia,seu vsus, vel actus illorum meritorius fuit. Tertium, vtrum solum purgabant ab immundicijs carnis.

¶ De his scribit Antisiodorensis in prima parte Smæ: Duplex est opus, videlicet opus operans, & opus operatum. Opus operans est ipsa actio, vt oblatio agni, aut vituli, quæ iustificabat quando ex charitate fiebat. Opus verò operatum fuit res immolata,quæ non iustificabat, sed in noua lege tam opus operans,quàm opus operatum iustificant, ut celebratio, & Christi caro. Et per hanc distinctionem soluuntur,& concordantur auctoritates, quæ pro vtraq; parte introducuntur, vt est illud Isaiæ: Holocaustum arietum,& adipem pinguium,& sanguinem hircorum,& uitulorum noluit. Glosa, Nũquam voluit dominus sacrificia illa,idest, non accepit. Hinc asserit Origenes: Ea rõne permisit dominus sacrificia illa sibi offerri,qua ratione permisit libellum repudij,Proni namq; erant Iudæi ad idololatriam,sicut ad interficiendum suas vxores.Tripliciquoq; rõne noluit dominus sacrificia illa:Primò, quia non offerebant ea bono animo,ac deuoto,Secundò: quoniam offerebantur tempore non suo, vtpotè euangelio diuulgato. Veritate enim veniente, & patefacta, figuræ, & vmbræ debuerunt cessare. Tertiò,quia non voluit ea voluntate absoluta,& propter se,sed ne id olis offerrentur,vt de libello repudij tactum est,quod partim est simile, non in toto,quia dimittere vxorem est malum in se, ideo nũquam meritorium: sed animalia immolare est indifferens secundum se,ideo potuit fieri bene. Sed prædictis obiici potest, quòd ait saluator: Spiritus est qui uiuificat,caro nõ prodest quicquam.ergo opus operatum,seu immolatum in noua lege: non uiuificat,neq; iustificat.Respondendum,quòd caro Christi duobus uiuificat modis.Primò,spiritualiter putà per fidem. Cum enim, quis credit Deum incarnatum,augetur in eo dilectio,& delectatio, quã habet in Deo,propter quod dimittuntur ei peccata.Secundò, per modum sacramenti, seu materiæ. Sic enim caro Christi templum est totius trinitatis, in quo sunt gratiæ omnes: ideo est sicut pixis, & vas medicinale, in quo sunt omnia genera specierum, & electuariorum spiritualium, quibus Deus per suos ministros sanat animas nostras. Verum caro,in quantum caro:non prodest: sed inquantum sancta,& verbo unita,spiritualisq; medicina, pluriũm prodest.Hęc Antisiodorensis.

¶ Præterea ad primum trium prædictorum,sanctus Thomas respondet:In sacramento duo considerantur,videlicet ipsum sacramentum,quod à quibusdam dicitur opus operatum: & vsus sacramenti, videlicet operatio administrantis, seu offerentis sacramentum,qui à quibusdam vocatur opus operans.Cum ergo dicitur sacramentum (per se loquẽdo) gratiam conferre,iustificare, vel non iustificare, referendum est opus operatum. Porrò de opere operato in sacramentis veteris testamenti, est duplex opinio. Quidam etenim dicunt, quòd in illis sacramentis opus operatum erat signum sacramentorum nouæ legis, passionisque CHRISTI, à quo hæc efficaciam habent, ideo opus illud operatum, erat cum quadam protestatione fidei, & directè, atque ex consequenti habebat iustificare quasi mediantibus nostris sacramentis, per ea significatis, à Deo sanctificationem habentibus, ut dicit, Hugo de S. Victore. Nostra verò sacramenta directè, & immediatè sanctificant, quia ad hoc directè sunt instituta. Sed hęc opinio non videtur conuenire dictis sanctorum,dicentium quòd lex erat occasio mortis: quoniam ostendebat peccatum,& gratiam non cotulit adiutricem circuncisione excepta.Vñ dicendum, quòd non sanctificabant nisi sanctificationẽ sumendo pro mancipatione ad aliquod sacramentum,prout uestes dicuntur sacræ. Non autem sanctificabant,prout sanctificatio sumitur pro emundatione,aut confirmatione spũali. Et si obijciatur,q in officio missæ petitur,ut sacrificiũ ecclesiæ acceptũ fit Deo,sicut sacrificia patrũ olim. in lege naturali,aut scripta:dicendum quòd comparatio illa non intelligitur quantũ ad opus operatũ: quoniam sacrificium ecclesiæ per se, acceptum est Deo,& multo plus,quàm illa:sed peritur, ut deuotio offerentium istud complaceat Deo sicut illorũ deuotio.Sacrificia quoq; legis diminuebant reatũ, inquantum fuerant onerosa. ideo poterant satisfactoria esse,præsuppositа gratia ex fide mediatoris. Itaque opinio illa iam improbata non sufficit, quia iuxta dicta sanctorum, sacramẽta legis gratiam non præstabant,nec differt quantum ad hoc, qualitercũque,uel directè,vel indirectè gratiam contulissent.

formam materiamq; obseruarent, habent sacramẽta suum effectum, qnamuis aliquis de ritu, & accidentalibus omittatur. Causę autem spirituales octauæ diei tanguntur in litera. Literalem verò causam

Rab. Mo. Rabbi Moses tradit, dicendo: quod puer ante octauum diem tam tener est quasi in utero matris. Vñ, nec alia animali ante diem offerebantur octauum. Porro cum illis, qui in deserto fuerunt nati, dispensatum est, quantum ad tempus circumcisionis, propter causas præhabitas: tamen secundum Augustinum, qui ex negligentia, aut contemptu omiserũt, inobedientiam incurrerunt. Nec constat quenquã illorum in deserto obisse, cum dicatur in Psalmo:

Psal. 104. Non erat in tribus eorum infirmus, sed egressi de Aegypto, sunt mortui in deserto, qui fuerant circũcisi, & ita nullus est ibi mortuus incircumcisus. Si verò aliqui incircuncisi obierunt ibidem, idem de eis dicendum est, quòd de illis, qui ante circumcisionis institutionem moriebantur.

Quæstio. ¶ Præterea si quæratur, an licuit præuenire diem octauum: dicendum, quod Magister videtur sentire in litera, quod imminente articulo mortis licuit præuenire Idem tenet Antisiodorensis in summa quarto libro. Alii Hugonem de sancto Victore sequentes, dicunt, quòd non fuit necesse præuenire diem octauum: quoniam illis, qui obierunt ante octauum diem, ualuit ad salutem remedium, quod ante circumcisionem extiterat, qđ adhuc efficaciam habuit, quod confirmant per Iudæos, qui nunc sunt, quia ante octauum diem nunquam circuncidũtur, & per Glossam super illud Prouerbiorum, unigenitus eram coram matre mea, quæ dicit, quòd filius

Prouer. 4. Bersabeæ paruulus non computatur: quoniam ante

a. Reg. 11. octauum diem mortuus non fuit nominatus, & per consequens, nec circuncisus. Cultellus quoq; lapideus non fuit de necessitate, sed de bene esse circũcisionis. ¶ Amplius sicut ostensum est, circuncisio characterem non impressit. Character namq; est spirituale, quodam signum distinctiuum, per hoc, ꝙ homines in aliquo statu perfectionis constituit, ut in baptismo, confirmatione, & ordine, vt infra dicetur. Circuncisio autem erat principaliter signum cõstitutum ad purgandum, ideo in ipsa non ponebatur homo in alio statu. Hinc characterem non impressit. Quemadmodum verò in baptismo manet character spiritualis, ratione cuius fictus, deposita fictione, effectum fortiter baptismi, sic in circuncisione mansit character exterior, hoc idem efficiens.

¶ Atuerò peccatum aliunde contractum, conueniens fuit per alium tolli: ideo in quolibet statu post peccatum fuit aliquod remedium, per quod originale peccatum virtute passionis Christi tollebatur. Cumque pueri ante vsum liberi arbitrij non se poterant ad gratiam præparare, ne omnino sine remedio relinquerẽtur, oportuit aliquod remediũ dari, quod ex opere operato peccatum aboleret originale, idcirco à cunctis conceditur, quod tale remedium fuit circuncisio: non tamen aperuit ianuã regni, neque naturæ impedimentum abstulit, & reatum. ¶ Sed quæri potest, an etiam actualia peccato abstulit in adulto. Dicendum, quòd circun-

Quæstio. cisio directè ordinata fuit contra originale peccatum, ex consequenti tamen etiam actualia peccata tollebat, ubi repperit ea. Sancti verò de hoc non loquuntur, quia ad hoc non fuit circuncisio principaliter instituta.

Quæstio. ¶ Quæritur quoq;, an circuncisio contulit gratiã. Respondẽdũ, qđ de hoc, sunt multæ opiniones, vna dicentium, quòd non: quoniam ad Romanos asserit quædam Glossa: In circuncisione peccata dimittebantur, sed gratia per eam non præstabatur. Dicebant namq;, quòd cum originale peccatum nil aliud sit, quàm intensa concupiscentia cum carentia iustitiæ debitæ, circuncisio sine hoc, quod in ea gra conferretur, auferre poterat debitum auferẽdo reatum, ut per hoc, quod homo illam iustitiam non habebat, non ei imputaretur ad pœnam, sed hoc esse non potest: quoniam culpæ in ordinatione manente nullo modo non potest imputari ad pœnam, cũ inordinatio culpæ recompensetur, & ordinetur per ordinationem pœnæ. Ideo si imputatio ad pœnã, aufertur, oportet, quod inordinatio culpæ tollatur, quod fieri sine gratia nequit. Alij ergo dixerunt, qđ circuncisio ex, sua uirtute abstulit culpam, & gratia in circuncisione conferebatur. non ex ui circuncisionis, sed ex liberalitate di uina ablato gratiæ impedimento. Sed nec hoc dici potest. Nam quamuis ex parte recipientis priùs sit expulsio contrarii, quàm introductio formæ: per tñ ex parte agentis priùs est introductio formę: quoniam non expellit contrarium nisi formam introducendo, ideo nisi circuncisio gratiam aliquo modo conferret, nequaquam tolleret culpam. Hinc alij dicunt, quòd circunsio contulit gratiam, quantum ad priuatiuos effectus, qui sunt gloria priuare, non quantum ad effectus positiuos. quod nihil est, quia effectus positiuus vltimus gratiæ, est dignum facere uita æterna, quod fiebat per circuncisionem, sicut & modo per baptismum.

¶ Alij ergo probabiliùs dicunt, quod præstiti gratiam quantum ad effectus culpæ, priuationis, & reatus, & quantum ad quosdam positiuos effectus, ut animam ordinare, & uita æterna dignam efficere: non tamen quo ad omnes effectus, quos gratia habet baptismalis: quoniam illa sufficit ad concupiscẽtiam totaliter reprimendam, atque ad meritoriè agendum. ad quod gratia in circuncisione data, sufficere non valebat. & quoad hoc, uerificatur Glossa inducta. Hęc Thomas in Scripto.

¶ Veruntamen in tertia parte, quæstione 62. videtur de his parumper aliter sentire. siquidem opinionibus his recitatis, subiungit: Alii dicunt, quòd circuncisio contulit gratiam, etiam quantum ad aliquem effectum positiuum, qui est facere dignum vita æterna, non quantum ad reprimendum concupiscentiam impellentem ad peccandum, quòd & mihi aliquando visum est, sed diligentiùs considerãti appareret hoc non esse verum: quoniam minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, ac promereri vitam æternam. Ideo melius dicendũ videtur, quòd circuncisio sicut, & alia sacramenta veteris legis, solum erat signum fidei iustificantis. Vnde Apostolus dicit ad Roman. quòd Abraham Rom. 4. accepit signum circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei. ideo circuncisio non habuit in se virtutem cõferendi gratiam, neq; uirtutem auferendi peccatũ: sed hoc fiebat per fidem passionis Christi, quam circuncisio designauit. ideo in circuncisione gratia cõferebatur, inquantum erat signum passionis Chri futuræ. Hæc in Summa. ¶ Quibus concordat, quòd scribit in Sũma contra gentiles libro 4. vbi loquens de distinctione sacramẽtorũ nouæ, ac veteris legis, testatur: Visibilia sacramenta ex passione Chri efficaciã habere oportet, & ipsam quodẽmodo representare. Hinc necesse est ea talia esse, ut cõgruant saluti factæ per Chrm, quæ salus ante Chri incarnatiõ fuit promissa, nondũ exhibita. Sacramẽta ergo quæ

quæ Christi incarnationẽ, & mortẽ præcesserunt, oportuit talia esse, vt significarent, & repromitterent salutẽ. Sacramenta vero, quæ Chri passionẽ sequuntur, talia esse necesse est, vt hominibus salutẽ exhibeant, & non solum significando demonstrẽt.

Tarauta. Hæc ibi. ¶ Quibus pro maxima parte consonat Petrus. attamen ait: Vna fuit opinio, ꝙ circũcisio culpam tollebat, & qđ gratia conferebat in ea solo beneplacito Dei, non per vim circuncisionis. Cui opinioni objcitur, quia non tollitur culpa nisi per gratiam: ergo, qđ tollit culpã, oportet, qđ cõferat gratiam Idcirco probabiliùs dr, qđ culpã tollebat, & gram cõferebat, inquantũ fuit deletiua peccati primò, & per se. Per accidens verò ẽt, inquantũ opera tiua est boni, Hæc Petrus, q ẽt ex alijs verbis Tho. sequuntur, q̃uis in tertia videaẽ sentire oppositum. ¶ Asserit quoq; Petrus: Circuncisio primò, & principaliter tollebat originale pctm̃, & ex pśequenti, & per accidens culpã actualem annexã, inquantũ culpa originalis sine illius dimissione tolli non poterat, quo ad maculã, & reatũ pœnæ æternæ, aliàs nõ. Ideo debitũ pœnæ satisfactoriæ nõ tollebat. Baptismus verò tollit totã culpã, ac pœnam satisfactoriã, Hæc Petrus. ¶ Concordat Richardus, cuius scripta

Richard. in his continentur, allegatq: Augustlibro de nuptiis perhibentẽ: Ex, quo instituta est circuncisio in populo Dei, ad purgationem originalis, vererisq; peccati, valebat magnis, & paruulis, sicut modo baptismus. ¶ Idem cum his tenet Bonauentura.

¶ Antisiodorens verò dicit: Asserunt ferè oẽs, qđ in circuncisione gratia conferebatur, sed non ex vi circunsionis, qđ & Magister in textu sentire vr, & quòd ex vi circuncisionis solum remittebanť pctã. Nos verò dicimus, quòd ex vi sua contulit gratiam quantum ad effectus grę priuatiuos, non positiuos, nisi per cõcomitantiam, sicut ex ui uerborum cõsecrationis corporis Chri, nõ est ibi sanguis nisi cõsecutiuè: qm̃ illud corpꝰ nusq̃ est sine sãguine suo

QVAESTIO III.

OCtauo quæritur, *An legalia essere debuerunt euangelio diuulgato.* ¶ Vr, ꝙ non, quia in actibus fertur Apostolo. quòd Paulus fecit Timotheum circuncidi, & ipsemet Paulus ad suggestionẽ apo-

Act. 16. stoli Iacobi seruauit legalia, & prædicauit in tẽplo ea esse seruanda. Apostoli quoq; scripserunt cõuersis ex iudaismo, vt legãlia quædã seruarent, abstinẽdo à suffocato, & sanguine. De circuncisione quoque idem specialiter potest probari, quia in commutabilis Deus instituit hoc præceptum perpetuo

Gede. 17. obseruari, quia in Gen. dñs ait Abraã: Erit pactum meum. i. circuncisionis pceptũ, in carne vra fędere sempiterno. ¶ In contrariũ est scriptura canonica,

Galat. 5. cũ, & apostolus Galatis scribat: Si circuncidamini, Chrs nihil vobis proderit. ¶ Circa hæc scribit in Sũma, sua Antisioren: Præcisa, & gnalis cã cessationis oĩm sacramentorũ veteris legis, est pura figura. Illa nãq; ceremonialia ex toto cessant, q̃ non habebãt aliã vtilitatẽ nisi signãdi. Circũcisio aũt instituta fuerant añ legẽ, sicut & matrimoniũ. Hinc aũt loquimur tm̃ de illis, q̃ instituta fuerũt in lege. Gnalis, itaque cã, qđ ceremoniãlia legalia cessauerũt, fuit pura umbra & pura figura. Verũ pter hãc causã spãlis ratio, cur sacramẽta legalia cessauerũt. Differebãt enim aliquo mõ sacramenta legalia, & ceremonialia: legalia: qm̃ oĩa sacramẽta legalia erãt ceremonialia, nõ ecõtra. Etem̃ nõ cõmedere carnẽ porcinã, erat ceremoniale, nõ sacramẽtum. Cessauerũt ergo oĩa sacramẽta legalia, qa fuerũt umbra futuræ veritatis. Oĩa quippè Chrm̃ significabant. ideo veritate aduenientẽ cessauerunt. Hinc cessauit circoncisio, Hebræ. 7. litei alisq; obseruatio sabbati, sicut ait ad Hebræos Apost. Translato sacerdotio, necesse est, vt legis trãslatio fiat. i. legalium. Cultui eñ legis carnalis, successit spiritualis euangelij cultus. Veruntamẽ quædã legalia retinuit sibi ecclesia, ut thurificationẽ, quæ remansit non solum: qm̃ significauit, quod ſp agendũ est, puta orationẽ, & eius suauitatẽ. sed quia, & ipsa literalis obseruantia est moralis, quod non inuenitur in carne porcina, & suffocato, & sanguine. In thurificatione equidem honoratur Deus, sicut in magnitudine, & pulchritudine templi materialis, quo regnũ significatur cœleste, vel anima iusti, quæ maior est toto mundo sensibili dignitate, & potestate. Hæc Antisiodorẽsis, qui circa hęc multa cõscribit, quæ dimitto: qm̃ infra ex doctoribus alijs clariùs inducentur ¶ Insuper Thomas de cã cessationis circuncisionis differuit: Cum venerit, quod 1. Cor. 13. perfectum est, euacuari debet, quod ex parte est, si ad idem ordinetur: quia gratia non facit per duo, quod per vnum facere potest æquè bene, quemadmodũ, nec natura iuxta Philosophum. Circuncisio autem imperfecta fuit respectu baptismi tripliciter. Primò quantum ad significationem: quia non ita 1 expresse designauit emundationẽ hominis totius ab immunditia culpæ originalis, sicut ablutio baptismalis. Secundò, quantum ad efficatiam: quoniã 2 non tam abundans gratia ad reprimendum fomitẽ, atq; ad bene agendũ dabatur in circuncisione, ut in baptismo: Tertiò, quãtũ ad vtilitatẽ qa utilitas circũcisionis nõ fuit ita cõis sicut baptismi, cũ habuerit determinatũ populũ, determinatũq; sexũ, & tempus determinatũ. Baptismus aũt cunctis gentibus competebat, ideo debuit baptismo substituto, ac prædicato, cessare. Aeternum aũt in scripturis frequenter accipitur pro duratione quacũq;, cuius finis indeterminatus est nobis. Et q̃uis circuncisio non incepit cũ lege, tñ propter legem incepit tanquàm preparatiua ad eã, idcirco cum lege cessauit.

¶ Insuper alia legalia cessauerunt triplici ratione. Prima est: qm̃ lex instituta fuit ad significandum gratiam noui testamenti, quæ per Christũ est facta, 1 ideo Christo veniente cessauerunt, quemadmodũ corpore luminoso præsente, definit vmbra, quam causam tangit ad Hæbreos Apost. vmbrã, dicens, habens lex futurorũ bonorum. Secunda est imperfe- Hebræ. 10. ctio legis: qm̃ in legalibus gratia non conferebatur. 2 ideo oportebat gratiosiora institui sacramenta in euangelica lege. quã causam assignat Apostolus, Hebræ. 7. ad Hebræos loquens: Reprobatio, quidẽ fit prioris mãdati propter infirmitatẽ, & inutilitatẽ. Tertia cã 3 sumitur ex parte eorũ, quibus lex data est, qui erãt pusilli, ideo erant paulatim à pristina consuetudine idololatriæ abstrahendi, ut sic eis concederet eadẽ Deo offerre, q̃ priùs obtulerant aut offerri uiderunt idolis, ut Rab. Moses testatur. Postmodũ verò qñ ad perfectã deuenit ætatẽ genus humanum, debuit ab his obseruantijs liberum esse. Hanc rõnẽ tãgit Apost. ad Gala. ¶ Præterea quæstio de obseruan- Galat 13. & 4. tia legaliũ, pśertim circa exordiũ nouæ legis, difficultatẽ sortitur ex quibusdã cõtrarietatibus, quæ super hoc inueniunt tã in canone scripturæ, q̃ in dictis sanctorũ. Interdũ nãq; leguntur obseruata legalia tẽpore gratiæ, qñq; uerò, phibita. Nẽpe de hoc beatiss. Petrus à Paulo notatus videtur, ut ad Galat. Galat. 2. describitur. Et circa hoc Hiero. & August, diuersa sensisse leguntur: Dixit namq; Hieronymus, quòd legalia statim post Chri passionem fuerunt mortifera, quantũ ad illos, ad quos gratia noui testamẽti,

extitit diuulgata. Apostolos verò quadam pia dispensatione his vsos fuisse ad vitandum scandalum Iudeorum. Ideo sanctus Petrus iudaizans non peccauit, dispensatiuè id faciens. similiter Paulus dispē satorię eum redarguit, ne gentiles exemplo. Petri sacramenta legis tanquam necessaria quærerent, & sic beatus Petrus excusatur à culpa, & Paulus à reprehensione procaci Sed quoniam uidetur non cō ueniens, quòd apostoli aliquid contra veritatē doctrinæ fecissent ad vitandum scandalum Iudeorū, neque, quòd Paulus in epistola ad Galatas aliquid
Augusti. simulatoriè scripserit, vbi se refert glorioso Petro restitisse, quia reprehensibilis erat: hinc Augustinus aliter dicit, & meliùs, quòd ante Christi passionem legalia erant seruanda de necessitate præcepti, & ante diuulgationem euangelij obseruari poterant à Iudęis conuersis, non ponentibus spē in illis, quasi alicuius essent virtutis, aut quasi sine eis non sufficeret gratia Chri: sed ne oīno videretur lex vetus reprobanda, si mox quasi idololatria fugeret. imo hoc modo erat mater synagoga deducenda ad tumulum cū honore. Porrò post diuulgationem euāgelii non solum non fuerunt salutifera, sed mortifera. Medio ergo tempore sacratissimus princeps apostolorum Petrus, & Paulus, aliiq; apostoli seruauerunt legalia verè, nō simulatoriè. Attn̄ sumus ille Apostolus aliqualiter incautè se habuit in obseruatione legalium, nimium condescendens Iudæis, qui legalia simul cum euangelio obseruanda putabant, ita, vt aliquis eius exemplo inducerētur ad ea seruanda tanquàm necessaria, vt quo ad hoc reprę hensibilis erat, & aliquā leuem incurrerit culpam.

¶ Postremò, de hoc, an teneamur ad aliqua legalia obseruanda, sunt tres opiniones, vna, qđ prælle gata, quæ in Actibus leguntur apostolorum, intelligantur ad literam, & vsque nunc obligent. Sed hoc
Rom. 14. manifestè contrariatur dictis Apostoli, qui dicit nil esse commune, id est, immundum per Christum, nisi ei, qui æstimat aliquid commune esse. Est etiam contra rationem, quia cum illud præceptum nō sit morale (Non enim ratio naturalis hoc dictat) oportet, quod sit ceremoniale: ideo obligatio eius non magis manet, quàm aliorum. Alii ergo dixerunt, quod non sit ad literam intelligendum de sanguine animalis, suffocatoq; bruto, sed de effusione sanguinis per homicidium, suffocationeq; pauperum, quod etiam stare non potest, quia Hieronymus su-
Libro. 6. capite. 18. Ezech. 18. per Ezechielem post mysticam illam expositionē, ponit literalem, quam dicit apostolos intendisse. Hinc alii dicunt, quod epistola apostolorum non erat præceptoria quantum ad hoc, quòd abstinerent à sanguine, & suffocato, sed prouisio ad conseruandam pacem, ac vitam communem inter conuersos gentiles, & conuersos ex iudaismo, ideo fornicationem prohibuerūt quasi per se vitiosam; quę apud gentiles non reputabatur illicita. Idolothytū verò prohibuerunt, tanquam id, quod posset suspitionem generare idololatriæ adhuc retentę de illis gentibus in cordibus Iudæorum. Sanguinem quoque, & suffocatum tanquam ea, quæ Iudæi propter dissuetudinem abominabantur, quemadmodum vsque hodie, qui vult alteri socialiter conuiuere, necesse habet abstinere ab his, quæ alter abhorret. Hæc Thomas in Scripto.

¶ In quibus concordant, Petrus, Richardus, Durandus, Thomas de Argentina, aliiq; cōuniter, quorū scripta in præinductis ex sancto Thoma cōprehenduntur, ex quibus, & argumenta, quæ tacta sunt, & tangi possent, soluuntur facilè.

¶ Antisiodorensis quoque concordat, nisi quod
Guliel. verba illa de suffocato, & sanguine, dicit esse intelligenda de homium suffocatione, & humani sanguinis effusione.

QVAESTIO. IX.

NOnò quæritur, *An in lege naturæ proles fide parentum saluabatur.* ¶ Quo circa ambigit an sola fide informi hoc fieri potuerit, vel fide tantum formata. An etiam requirebatur exteriùs signum, sacrificii quoque oblatio in adultis, videtur, ꝙ fide parentum saluari non poterant, quia fides, & actus eius manent in corde credentis, ergo non nisi per modum causæ meritoriæ poterant gratiā, aut salutem alteri procurare: sed charitas, & actus eius digniores sunt fide, & actu illius, magisq; Deo accepti, quàm fides, & actio eius, ergo per parentū charitatem potiùs hoc fiebat. Præterea, si alter parē tum fuit idololatra, & obtulit prolem simulachris, quid fiebat? Rursus, fide informi nemo potest seipsum iuuare salubriter, ergo nec alium. ¶ Iterum, proles carnem non animam à parentibus habet, ergo animæ prolis, nec infidelitas parentum pōt nocere, nec fides prodesse, propter qđ dominus per Ibidem
Ezechielem testatur: Omnes animæ meæ sunt, anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris. Iustitia iusti super eum erit, Ezech. 18. De Noe quoque, Iob, & Daniele loquit dominus: filium, & filiam non liberabunt. ¶ Ad hæc Bonauentura respondet: Dixerunt, quidam, quòd fides parē tum erat remedium paruulo, non principaliter ratione actus credendi, sed ratione, virtuteq; crediti, à quo, ut credito, fluit virtus, & efficacia in omnia sacramenta. Cumque creditum nunquam sit informe respectu fidei informis, & fidei formatæ, ideo per fidem quantumcunq; informem dabatur remedium paruulo. ¶ Aliter tamen potest dici, quòd non ipsum creditum, sed professio fidei fuit remedium paruulo, quæ dum fiebat motu fidei, aut actu exteriori, erat dispositio curationis, quod fuit in circuncisione, & modo in baptismo: quoniam ibi est professio fidei ipso facto. Verum professio fidei, quam faciebant parētes, reputabatur paruulo in medelam ex diuina misericordia. Et quia professio fidei in habente tantum originale peccatum, sufficienter disponit ad gratiam, quamuis non fiat in charitate, habens originale tantum cum non teneatur conteri, ideo ex sola voluntate credendi, & captiuatione intellectus præparat se ad gratiam: sic, & paruulus præparatur ad gratiam merito cōgrui modo prætacto. In iustificatione enim, seu curatione potiùs requiritur meritum congrui, quàm condigni, quemadmodum, & in iustificatione adulti. Ideo dicendum sine præiudicio, quod fides informis parentum poterat esse remedium paruulo, præsertim cum nullus sit certus se esse in charite sine reuelatione: sicq; nulla fuisset certitudo de paruuli curatione. Alias etiam actuale peccatum parentum imputaretur paruulo, qui curatus, & saluatus fuisset, si parentes sine mortali peccato fuissent, habendo fidem formatam. Deniq; fide informi fiunt miracula, & vnus alteri pzocurat corpoream sanitatem Deus aūt pronior est dare sanitatē spiritualem, q̄ corporalem. Quāmuis demū fides informis non placet Deo tanquam, quid meritoriū de condigno: attamen placet ei sicut dispositiuum ex congruo. Rursus, q̄uis fides informis non sufficit ad remissionē ꝓpriæ culpæ actualis, potuit tn̄ sufficere modo prætacto ad remissionem alienæ culpæ

culpæ originalis: qm̄ maior, dispositio requirit, ad hoc, quòd remittatur actuale, quā originale, cum actuale sit ex propria culpa. idcirco requirit attritionem cum fide. Cum ergo obijcitur, ꝙ unusquisq; plus meretur sibi, quàm alteri, verum, est, cæteris paribus. Hæc Bonauentura.

¶ Quæritur item, an ad remissionē originalis sufficit ꝓ paruulis sola fides, ꝙ sic vī: quia Gregorius loquitur, quòd ꝓ paruulis sufficit sola fides. Hugo quoq; fatet, qđ tpe legis naturę non fuerunt sacramenta aliqua in præcepto, ergo sine exteriori signo, & sacrificio paruulus quibat saluari. Respondendū, quòd circa hæc duplex opinio. Vna quòd nō habitus fidei, sed fides rōne actus, & motus suæ professionis, & nō cuiuscunq; ꝓfessionis, sed eius qua profitebatur paruulum curandum esse ab eo quem expectabat: atq; de hac professione aliqui dicunt oportuisse, quod fieret non tantū actu mētis & oris, sed etiā signo uisibili, ut sacrificio, aut deci
Augustin. matione, aut aliquo alio: quia fidelium ecclesia semper aliqua habuit signa, in quibus colligebantur & communicabant fideles, & profitebantur fidem in facto. Vnde Augustinus contra Faustum. In nullum nomen religionis nec uerē, nec falsè adunari homines possunt, nisi aliquo signorum, aut uisibilium sacramentorum consortio uniantur. Idcirco quod ait Gragorius, sola fide parentum saluabant intelligit, quod sine consensu, fideq; paruuli hoc fiebat. Sed positio ista non congruit, qa beatus Gregorius loquendo de maioribus addidit: sacrificij uirtus Præterea, cum nullius, necessitatis essent sacrificia illa, & talis professio de congruo debet esse cum fide, non tamen necessario, propterea ait Hugo: Commonemur, quia illa sacramēta pro tpe magis ad deuotionem proposita fuerunt, quàm ad obtinendum salutem indicta. Hinc alia opinio dicit, quòd professio fidei sufficiebat qualitercūque fiebat, seu signo, seu uerbo, seu cordis actu, quomodo fiebat à parentibus, & haberetur respectus ad
Quæstio. paruulum. Si autem quæratur, cur magis fides requirebatur parentum: Dici potest, quod parentes vocantur hic omnes, qui curam gerebant de paruulo, uel quia à parentibus puer contraxerat culpam, congruentiùs extitit ut eorum fide mereretur, & gratiā. In utero autem paruulus purgari ne quiuit, quia iuxta communē legem non habuit efficaciam fides circa infantulum, nisi ex utero natum sicut nec modo baptismus. Hæc idem.
Quæstio.

¶ Qui insuper scisciatur, an requirebatur sacrificiū in remedio originalis peccati in adultis. Rūdet, Hic prænotandum, quòd (iuxta Hugonem) in lege naturæ tria sacrificiorum genera erant, decimationes, oblationes & sacrificia: ad quorum notitiam tria notanda sunt. Primò, quæ fuit ratio instituendi sacrificia illa. Secundò, quis modus. Tertiò quæ efficacia. Ratio fuit honoratio Dei, omni etenim tpe fides requirebatur in iustis, & nullus nisi in fide saluatus est. Hæc fides in lege naturæ illustrauit homines ad credendum, quod Deus sit hominum creator, redemptor, & remuneratur, sicq; fides illuminabat, & dictamen naturalis rationis cō sonabant, ut homo Deo seruiret, & omnia sua à Deo esse agnosceret. Et quod credebāt, signo quodam sensibili manifestabant, ideo signa fuerunt in in lege naturæ, in quib⁹ Deus honorabat, ut in oblatione tanquam uniuersa creauit, Honorabatur quoq; ut redemptor in sacrificio, & ut remunerator plectus in decimatione. In decimatione enim denarius est perfectissimus numerus, quoniā continet in se tres, perfectionem. Prima est unitatis, se
Tres denarii perfectiones. cūda ternarij, tertia senarij, quæ simul iuncta, denariā faciunt. Vnitas quippè perfecta est, quæ est oīs numeri perfectio. Ternarius uerò constat ex oibus partibus suis, ex parte aliquota, & non aliquota. Senarius aūt constat ex omnibus partibus suis aliquotis. Secunda ratio est, professio fidei redemptoris Nam sicut nullus sine fide potest placere Deo, sic nemo sine fide mediatoris potest à peccato resurgere. Et sicut fides dictauit simpliciter Dei honorificationē, ita & istā professionē. Et quia tunc profitebō, qñ quod credit exteriùs manifestat, ideo tpe legis naturæ fuerunt ad manifestandū hoc, ēt & redēptorē, Inde tria considerantur, videlicet res redempta per decimationem. Homo namq; significatur per decimam dragmā deperditā. Item modus redimendi per oblationem, & ipsum preciū ꝓ sacrificium, in quo sanguinis fuit effusio. Hæc demū ꝓfessio per huiusmodi signa, maximè necessaria fuit pro imperfectis. Perfectis enim Deus reuelat fidei sacramenta, q̄ imperfectis celauit, propter ꝙ minores adhærebant fidei maiorum, & credebant implicitè: & sicut implicitè credidérunt, sic signa data sunt eis à maioribus, in quibus fidem implicitè profitebātur. Tertia ratio fuit uitæ iustificatiæ: qm̄ sine operibus bonis nemo poterat stare in uia salutis. Hinc fidei adiūcta sunt signa, designantia ea, q̄ simul cū fide necessaria sunt: quæ sunt tria in corde & tria exteriùs, quæ per tria prædicta signantur. In decimatione enim designatur peccati recognitio atq; remissio, quia in decimatione tribuitur Deo, quod perfectū, & est dimmititur nobis, qđ imperfectum est, ad infinuandū, qđ bona à Deo sunt, & mala à nobis. ¶ Porrò in sacrificio significat interna contrario, iuxta illud: Sacrificiū Deo spiritus cō
Psal. 5. tribulatus. & maceratio carnis: qm̄ peccus occidabatur. In oblatione deuotio mentis, ac bona operatio foris, quę fidei iuncta, sufficiunt ad salutem. Secundò, penlandus est modus instituendi. Non enim instituta sunt per modum præcepti, secundū Hugonem, qui dicit homines illos tanquam paruulos fuisse consilio nutriendos. Et si quæras, qnomō: rñdendum, ut tactū est, quòd fides dictauit, natura concordauit, inspiratio auctoritatem donauit iō per modum consilij date sunt per superiores, in quibus fuit fides explicita. Tertiò attendenda est horū efficacia. Nullam aūt de se habebant efficatiā curā di aut iustificādi, sed solum rōne fidei redemptoris quia nec instituta erant ad hoc, sed & nunc tacta. Hinc nō nisi rōne fidei uocant remedia. Hæc idē.

¶ Concordat Thomas his, ad primū horū respō
Thomas. dens: Originale peccatum est peccatum naturæ, natura autem reparare nequiuit nisi per Christum, ideo nunquā poterat remitti originale alicuius peccatum, nisi facta relatione, & quadā continuatione curandi ad Christum, quod fiebat per fidem, ideo fides mediatoris semper fuit efficax ad curandum ab originali, in adultis fides propria. in paruulis aliena. Hæc Thomas, qui ad secundum respondet sicut Bonauentura. ¶ Ad tertium quoque respondens: Sacramenta, inquit, legis naturæ non ex diuino præcepto, sed ex uoto, id est desiderio, seu sponte celebrabantur, prout unicuiq; dictauit mēs sua, ut⁹ fidem suam exteriori signo aliis profiteretur ad Dei honorem, secundum quod habitus charitatis inclinat ad actus exteriores, & sicut dicimus, de charitate, quod sufficit motus interior, sed dum habet tempus operandi aptum, requirun tur actus exteriores: ita quantū ad adultos in legę naturæ

nature, sufficerat sola fides, cũ & mõ sufficiat ei, q̃ non ex contẽptu, nec negligentia sacramenta omittit: Efficacia tñ remissionis culpæ fuit ex fide, sicq; intelligenda sunt uerba ista Gregorij: quod apud nos ualet aqua baptismi, hoc egit apud ueteres, uel sola fides pro paruulis, uel pro maioribus sacrificij uirtus, uel pro his, qui ex Abraæ stirpe prodierunt, circuncisionis misterium. Hæc idem.

Tabanta. ¶ Idẽ Petrus, & addit: fides comparari potest ad subiectũ, & ad obiectum, & ex parte subiecti nõ habuit uirtutem saluandi paruulũ, cũ uirtus subiecti sit particularis, & determinata, uirtus aũt obiecti uniuersalis, & infinita. Cũq; informitas fidei sit ex parte subiecti, nõ impediuit efficaciã saluãdi paruulũ. Præterea Hugo dicit, quòd originale pectñ dimittebatur per decimationem. Gregorius, q̃ p̃ sacrificium: & doctores addũt, qd̃ p̃ oblationẽ. Quæritur ergo, quõ ista stent simul. Dicendũ, qd̃ ad remisionẽ originalis semper necessaria fuit profesio fidei, tanquã medicina uniuersalis, & ꝓpria: Profesio uerè fidei duplex est. Vna interior, exterior alia dicunt̃q; aliqui utramq; fuisse necessariam, ad curationem originalis peccati. Alii dicunt quod tantũ interior, q̃a nulla exterior ꝓfesio fidei fuit determinata, aut instituta. Profesio autẽ in illo triplici opere fuit magis congrua, & expressa, quia per decimationẽ designabatur imperfectio curandorum per oblationẽ autẽ liberatio futura per Christũ, p̃ sacrificium uerè modus liberationis, videlicet passio saluatoris. Nihilominus fuit in his tribus ꝓfessio fidei in tribus articulis tunc ad credendum necessaris, quia oblatio designat Deum omnium creatorem. Sacrificium autem redemptorem a malis, uenturum: decimatio, omnium remuneratorem: quia denarius primus limes est numerorum Hæc Petrus.

Hugo. ¶ Consonat Richardus: Concedendum est; dicens quòd in paruulis in lege naturæ delebatur originale peccatum, non tantum per fidem carnalium parentum, sed etim quorumlibet aliorum dirigentium fidem Christi implicitã uel explicitam ad paruuli purgationem, atque salutem. Præterea quẽrit Richardus, quæ, & quot sacramenta in lege naturæ & à quo, & quando, & quomodo fuerunt instituta. Respondet, si sacramenta dicantur sensibilia signa à Deo tempore legis naturæ instituta, non ante ad significandum rem sacram per homines ministranda, & ab eis frequentandum, sic dico, quòd tria dũ taxat, uidelicet decimæ, sacrificia, oblationes. Matrimonium autem fuit in statu innocentiæ institutum, quamuis etiam in lege naturæ fuit uirtus pœnitentię, non tamen fuit tunc propriè sacramentũ ut infra dicetur, quamuis ẽt tunc fuerit sacerdotium, non tamen proprie, ut est ordinis sacramentum. Quamuis enim fuerit potestas à Deo ordinata ad offerendum aliquid in significationem rei sacrę, non tamen erat distincta à seculari potestate: Nam Melchisedec sacerdos fuit rex Salem, ut in Genesi legitur, ubi asserit Glossa: Dicunt Hæbræi omnes primo genitos à Noe usq; ad Aaron potisfices. Super illud quoque Genesis, uestibus Esau ua de bonis, loquitur Glossa. Tradunt Hebræi primogenitos functos officio sacerdotum, & habuisse uestimentum sacerdotale: quo induti, uictimas offerebant antequam Aaron eligeretur in sacerdotem non tamen inuenitur, quod de Dei mãdato ad hoc consecrarentur per aliquod sensibile signum. Denique, sacramenta illa fuerunt à Deo, id est, diuina inspiratione instituta. Vnde libro ad Sacramentis

Gene. 14. Hebr. 7 Gene. 17.

differuit Hugo. Probabile est, hominẽ ad hæc exercenda à principio à Deo instructum, & eruditum fuisse: ex quibus constat quando fuerint instituta quia mox post lapsum: & modus institutionis, q̃a ex inspiratione diuina. Propterea dixit. Hugo: Conijcimus quòd Deus hominem à principio ad hæc exercenda consilio eruditit. Hæc Richardus.

¶ Præterea Durandus à prẽinductis partim dissentit, dicendo: Non sufficiebat pro paruulo fides alterius, ut erat fides istius ꝓsonæ, sed ut erat fides ecclesię: qñ actus unius non potest alteri valere ad iustificationem, nisi per modum meriti, aut suffragij, quod idem est, uel per modum sacramentĩ Fides autem aliena non poterat alteri ualere ꝓ modum sacramenti: qñ nondum erant instituta aliqua sacramenta: ergo ualebat per modum meriti siue suffragij, quod non potuit fides aliena ut persona, quia frequenter fuit informis. Fides autem informis unius non meretur aliquid alteri, nec de condigno, neque de congruo, quamuis per fidem informem aliquis posit subijpsi merere aliquid de congruo, ergo oportuit, quòd fides illa mereretur paruulo iustificationem, secundum, q̃ erat fides ecclesiæ, quæ est semper formata.

¶ Insuper dico, quòd non sufficiebat hæc fides cum suo actu interiori sine signo exteriore. Nullus enim gerit personam ecclesiæ, ut sic per solũ actũ interiorẽ, nisi concomitetur aliquis actus exterior. Nec sacerdos quicunque utens solũ oratione mẽtali, gerit uicem ministri ecclesiæ. Ad auctoritatem autem Gregorij dicẽtis, quòd sola fides parentum suffecit: dicẽdum, quod fuit illius opinionis, & non oportet eum tenere &c. Hæc Durandus.

Dionysius nr̃ contra Durandũ. ¶ In quibus contineri probantur multa inepta. Primum, q̃ dicit tũc (uoꝫ tpe legis naturę) nõ fuisse instituta aliqua sacramẽta, cuius oppositũ patuit modo ex dictis S. Papę Gregoris, & Hugonis: deinde S. Thomę, Bonauenturæ, Petri, Richardi, & aliorũ, imò in quolibet statu, & qualibet lege fuerunt aliqua sacramenta, ut ex dictis B. Aug. & rõnib. Guielmi Parhisiensis ostensum est. Secundum, q̃ ait: fidẽ informẽ nihil mereri alteri, nec de ꝑdigno, neq; de congruo, cuius contrarium probatur ex uerbis Christi in euangel. protestantis: Multi dicent mihi in die illo dñe dñe, nonne in nomine tuo ꝓphetauimus, & demonia eiecimus, & signa multa fecimus? Hęc autem reprobi operantur per fidẽ informem p̃ quã merentur ista agere de congruo ad aliorũ utilitatem, ad quam dona, & opera gr̃æ gratis datæ potisimũ ordinantur, dicente Apostolo: Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad utilitatem: & ueritas huius ex præallegatis elucescit doctoribus, imò & fides suasa interdum obtinet diuinitus fieri miracula ad aliorum commodum, siue incommodum, ut patuit in Alexandro Magno, ad cuius preces Deus concluſit Caspios montes, & exercitui regis prouidit, ut Iosephus, & Magister in historijs contestantur. Tertium, quod dicit necessariam fuisse fidẽ formatam ad paruuli iustificationem, cuius oppositum declarãt doctores inducti, ut patuit, ꝑtim quoniam fides illa operabatur potius ex uirtute obiecti, quàm ex parte subiecti. Quartum, quod dicit, quod nullus gerit personam ecclesiæ solo actu interiori. Sacerdos namq; potest sola interiori oratione orare, ac spũaliter celebrare, ut minister, & officiatus ecclesiæ, quamuis hoc proximis non innotescat, nisi per actum aut signum extrinsecum. Imò & quilibet Christianus adultus, quamuis in mortali existens, potest in persona ecclesiæ intra se dicere

Durandũ.

Matth. 7.

1. Cor. 12.

Mirũ q̃d de Alexãdro Magno.

re orationem dominicam, & symbolum Apostolorum sine mendacio, & peccato. Quòd sit sacerdos, aut alius fiat mutus, potest adhuc in persona ecclesiæ mentaliter deprecari. Quintum est, quod dicit Gregorium fuisse opinionis illius, nec oportere eũ tenere, quod censetur uerbum indecentię magnæ, ne dicam, & stultæ audaciæ, cum & spiritus diuinus beato Gregorio tam multa reuelauit abdita, ut etiam Albertus, & Bonauentura testantur, præsertim in ista materia, in qua præclariores doctores sanctum illum concorditer assequuntur, qui fuit uir non solum apostolicæ auctoritatis, sed etiam apostolicę sanctitatis.

Gregoriũ temere à Durandũ reiectum.

Scotus. ¶ At uerò Scotus circa hæc scribit: Nullo tpe permisit Deus cultores suos esse sine remedio necessario ad salutem, sed omni tempore post lapsum ne cesseria fuit originalis peccati deletio, ergo semp ad hoc aliquod remedium efficax fuit. Et quamuis in adultis potuit deleri per motum bonum intrinsecũ, non tñ in paruulis p̃ propriũ motũ, seu actũ eorum: ergo per actum aliquẽ aliorum circa ipsos non autem potuit esse certum, quòd actus alterius relatus ad puerũ, sufficeret ei nisi hoc esset à Deo institutum. Nullus etenim potest esse certus, quod quis per aliquid attingat ad salutem, nisi sit certus qd̃ Deus illud acceptet tanquã sufficiens ad hmõi finem. Cumq; non solum adultis, sed paruulis quo que prouiderit Deus de salutis remedio, & hoc de remedio, de quo parẽtes possent esse certi pro paruulis suis: ideo magis probabile est, quod ad hoc fuit aliquod signum sensibile, quàm signũ solũ intellectuale, quia pro toto statu naturæ lapsæ congruunt homini sensibilia signa. Hæc Scotus.

Dionysij nostri. ¶ In quibus etiã sentit probabile esse, quod interior fidei Actus pro paruulis non suffecit sine signo exteriori. Sobriè tñ loquiẽ sine incauta assertione, atq; ad Gregorij auctoritatem respondet, q̃ per solam fidem non intelligit solum habitum, nec fortè tm̃ actũ interiorem, sed cum actu exteriori sensibili fidem protestantem. Et si obijciatur, qd̃ sacramẽtũ nõ põt institui nisi immediatè à Deo: Rñdet, q̃ Deus potuit tale sacramentum siue remediũ alicui patrum, cum quo tunc frequentiùs loquebatur reuelare, sed cui, & qñ scriptura non exprimit, q̃a ab Adam usque ad Abraam succinctè procedit. Imò cum scriptura testetur, sacrificia patrum Deo complacuisse, satis insinuat, q̃ ex diuina inspiratione, seu reuelatione ipsi patres talia acceperũt: alias incautè egissent. Veruntamen non obstantibus, his uidetur positio illa Tho. Bonauẽturæ, Petri, Richardi, uerior esse, ita quod interior fidei actus suffecit pro paruulo, quamuis non uideatur negandum, quin frequenter aliquis actus exterior à parentibus adhibebatur.

De sacramentis nouæ legis. Distinctio. II.

Hic communiter. Magĩ non tenetur.

AM ad sacramenta nouę lege accedamus: quæ sunt baptismus, confirmatio, panis benedictio. i. eucharistia, pœnitentia, unctio extrema, ordo, coniugium. Quorum alia remedium contra peccatum prębẽt, & gratiam adiutricem conferunt, ut baptismus: alia in remedium tantum sunt, ut cõiugium: alia gratia, & uirtute nos fulciunt, ut eucharistia, & ordo.

Quare mox post hominis casum non fuerunt instituta.

Hugo libro. 1. parte. 12. c. 8. Si uerò quæritur, quare non fuerint hęc sacramenta instituta mox post hominis lapsum, cum in his sit iustitia, & saluus: Dicimus, nõ ante aduentum Christi, qui gratiam attulit, gratię sacramenta fuisse danda, quę ex ipsius morte, & passione uirtutem sortita sunt. Christus autem uenire noluit, antequam homo de lege naturali, & scripta conretur, quod neutra iuuare posset.

Quòd sacramentum coniugij fuit ante peccatum.

Gen. 3. Fuit tamen coniugium ante peccatum institutum, non utique propter remedium, sed ad sacramentum, & officium, post peccatum uerò, fuit ad remedium contra carnalis concupiscentiæ corruptelam, de quo suo loco tractabimus.

De baptismo.

Mar. 3. Marc. 1. Nunc uerò de baptismi sacramento uideamus, quod inter nouæ gratiæ sacramenta primum est. Baptismũ igitur Christi Iohannes suo baptismo prænunciauit, qui primus baptizasse legitur, sed in aqua, non in spiritu, sicut ipse, ait, Ego baptizo uos in aqua. i. in pœnitentiã. Sola enim corpora abluebat: à peccatis uerò nõ mũdabat. Baptismus Iohãnis erat in pœnitentiã, non remissionem, baptismus uerò Christi in remissionem. Quia Iohannis baptizans homines ad pœnitentiam uocabat, & quos baptizabat, pœnitere docebat, secundum illud, Veniebant ad Iohannem in Iordanem, confitentes peccata sua. Sed in baptismo Iohannis non dabatur peccatorum remissio, quæ data est in Christi baptismo.

Actu. 19. Iohan. 1. Matth. 4. Marc. 8. Luc. 3.

Quid utilitatis habebat baptismus Iohannis.

Ad quid ergo utilis erat baptismus Iohannis? quia homines usu baptizandi præparabat ad baptismum Christi. Sed quæritur quare dictus est baptismus Iohannis sicut ueritas dicit. Baptismus Iohannis unde est? Quia ibi Iohannis operatio tantum uisibilis erat exterius lauantis, non inuisibilis gratia Dei interiùs operantis. Sed tñ, & illa Iohannis operatio à Deo erat, & Baptismus ille a Deo erat, non ab homine tantũ sed hominis dictus est quia nihil ibi gerebatur, quod non ageret homo. Si uerò quęritur, an sacramentum fuerit, satis potest concedi ex eo sensu, quo legalia signa dicuntur

Matth. 12.

Actu. 19. tur sacramenta. Significabat enim baptismus Iohannis rem sacram scilicet baptismũ Christi, qui non tantum est pœnitentię, sed & remissionis peccatorum.

De forma baptismi Iohannis, & de baptizatis ab eo.

Hic considerandum est, si baptizati à Iohãne, iterum baptizari sunt baptismo Christi, & qua forma uerborũ vsus sit Iohãnes. Illi, qui baptizati sunt à Iohanne, nescientes, spiritum sanctum esse, an spẽ ponẽtes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi. Baptismus autem Iohannis in nomine uẽturi tradebatur, unde Hieronymus sup Iohelẽ. Qui dicit se in Chm̃ credere, & nõ credit ī spiritum sanctũ, nondũ habet claros oculos. Vñ baptizati à Iohanne in nomine uenturi. i. dñi Iesu, qa dixerũt: Sed neq; si spiritus sanctus est audiuimus, iterum baptizabantur, imò eorũ baptisma accipiebant. Illi uerò qui sepem non posuerunt in baptismo Iohannis, & patrem, & filium, & spiritum sanctum credebant, nò baptizati fuerunt: sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta, spiritum sanctum receperunt. Alij uerò, qui non ita credebant, baptizati sunt baptismo Christi ut prædictum est. Vnde Hieronymus. Qui spiritũ sanctum nesciebant, cum baptismum à Iohanne acceperunt iterum baptizati sunt baptismo Christi, ut prædictum est, ne quis ex Iudæis, uel gentibus putaret aquam siue spiritu sancto ad salutem posse sufficere. De hoc etiã Amb. in i. lib. de spiritu sancto. Quidã negauerunt se scire spiritum sanctum cũ baptizatos se dicerent baptismo Iohannis qui in aduenientis Iesu, non in suo baptizau, it noĩe. Isti ergo, qa nec in Christi noĩe, ne que cum fide spiritus sctĩ baptizati fuerant non potuerũt accipere baptismi sacramentũ, baptizati sunt ergo in noĩe Christi, nec iteratum est in his baptisma, sed innouatum.

Mi ereny. in epistola de uniuxoris uiro. Ambrosi⁹ in lib. de spũ sctõ. Act 8. Hic nõ tenetur magister. Hierony. Act 19.

Summa distinctionis II.

POst quàm præcedenti distinctione tractauit Magister de sacramentis legis scriptæ & ẽt legis naturæ tũc tractare incipit de sacramentis euãgelicæ legis, prefiguratis, & designatis per illa. Et primò nominat septem hęc sacramenta. Secũdò declarat cur primum institutum sint post Christi aduentum, quo circa ostendit qualiter matrimoniũ seu coniungium extitit institutũ ante saluatoris aduentum, & quomodo nũc. Cũq; beatissimus Iohã. suo baptismo Christi baptismũ p signauerit, prenunciauerit, atq; docuerit, primò, ac breuiter de Iohannis baptismate tanq̃ de quodã præambulo facit mentionẽ, primò ostẽdens cur uocetur baptismus Iohãnis, & de inefficacia, ac insufficientia eius ad salutem, & item an extitit sacramẽtum, atq; de forma ipsius. Quo circa scrutatur utrũ & quando baptizati baptismo Iohannis, erant rebaptizandi baptismate Christi.

Iohan 1.

QVAESTIO I.

Hic queritur primo, *An tantum sint septem sacramẽt a ecclesia, & utrum omnia illa ordinent. & instituta, ac data sint contra defectum culpabilem.*

¶ Vr, qp nõ sint septem. Sacramenta enim euangelicæ legis sunt pfectiora cæteris sacramentis, q̃ aũt p fectiora sunt, i rebus minus multiplicant, & magis unitati propinquãt. Cũ ergo in lege naturæ nõ fuerint nisi tria sacramenta, ut pcedẽti patuit quæstione, erũt nũc pauciora, q̃ tria. Secũdò, solũ sacramẽtũ ī quod totius fons gr̃æ Chr̃s dñs continetur, vr̃ sufficere. Tertiò, diuinus Dio. li. de ecclesiastica Hierarchia, tractans de sacramẽtis, nõ loq̃t nisi de quinq; sacramentis, matrimoniũ pœnitentiamq; omittens. Præterea, cũ sacramẽta nouæ legis sint immedicinalia uasa, apparet qđ oĩa sint in remediũt p culpã unde nec in statu innocentiæ extitissent, ut patuit.

Thomas

¶ Ad hæc Tho. rñdet: Sacramenta ex hoc, qp sunt sacramenta, habent, qp sunt in remediũ p defectum. Ex hoc aũt quòd sunt ecclesię sacramenta habẽt ministros ecclesiæ ministrari, & in membra eius transfundit. Hic dupliciter sumitur numerus sacramentorum. Primò ex parte defectuum, contra quos ordinatur. Ordinantur aut tollendum contrariũ sanctitati, & ad supplẽdũ defectũ. Porro ꝓrium sanctitati est culpa, quæ dupliciter tollit, primò, pueniẽdo, ne fiat: sicq; mr̃imonium est in culpæ remediũ. Secundò, auferendo defectum iã existentẽ, & sic cõtra originalẽ culpã est baptismus, contra actualem pœnitentia. Secundo remedium præbent supplendo defectũ, videlicet ea, quæ perfectionis sunt effectiua. Est aut duplex perfectio, vna formæ ad actũ, quã perfectionẽ facit ordo, quantũ ad exequtionẽ bonorũ: qm̃ hoĩem reddit idoneum ad dispensationem sacramentorũ, sed quantũ ad perpessionẽ difficilium, facit perfectionẽ hanc confirmatio, quæ hoĩem reddit fortẽ, ita quòd Christũ pp aduersa & tribulationes non refugit confiteri. Alia perfectio est in ordine ad finẽ, ad quã p accidens peruenitur, quã perfectionẽ quantũ ad finẽ intra, vnctio facit extrema, q̃ est quædã delibutio ad resurrectionis præparans gloriã: q̃tũ vero ad finẽ extra est eucharistia, q̃ capiti Chr̃m mẽbra sua ꝓiũgit. Cũq; hic sit. Vltimus nr̃æ sanctificationis terminus S. Dion, dicit, qđ oĩs alia sanctificatio ī eucharistia terminat pp qđ ordinati, & baptizati eucharistiã sumunt. ¶ Insuper, si ꝓsideranr̃ sacramẽta ut sunt sacramẽta ecclesiæ, utpotè p eius ministros exhibenda, sic eorũ sufficiẽtia iuxta beatũ Dion. ita accipiẽ. In qualibet nãq; Hierarchia oportet eẽ actionẽ Hierarchicã, & exercẽtes eã, ac recipiẽtes eãdẽ. Recipiẽtes aũt, p ipsas actiones supiorũ ī suis gradib⁹ pficiunt, idcirco ex parte ipsorũ nõ dz eẽ aliq̃ specialе sacramẽtũ, p qđ fiãt sacramẽtorũ capaces. Actio uerò Hierarchia triplex ẽ, puta purgatio, illuminatio pfectio. Cũq; nullũ sacramẽtũ euãgelicę legi purget sine gr̃æ infusione, q̃ illuminatio appellat: btũs Dion. in sacramentis illuminationi ꝓiungit purgationẽ. Põt quoq; in sacramentis esse purgatio, uel à culpa, sicq; uim purgatiuã, & illuminatiuã h3 baunptism⁹, quãtũ ad originale, & quantũ ad actuale pctũ, pœnitẽtia: uel a reliqs culpæ, & ita extrema ctio h3 purgare, uel à cã culpæ, q̃ est concupiscẽtia & sic mr̃imoniũ purgatiuã uim h3. Perfectio demũ est duplex, vtpotè formæ ad quã ꝓfirmatio ordinãtur, q̃ hoĩem in seipso consistere facit ꝓstantẽ ne à ꝓrijs facilè dissoluat. Alia est pfectio finis, ad quã eucharistia exhibetur, q̃ nos fini ꝓiũgit. Tertiò sumit numer⁹ sacramentorũ penes conditionẽ eorũ, qbus p sacramẽta subuenit. Sũt etem sacramẽta in

Dionysius martyr. Profectio duplex.

remedium data. Aut igit in remediũ pſonæ, aut in remediũ totius ecclesiæ. Si primo mõ, hoc est uel quantũ ad ingressum, & ita est baptismus, aut quã tũ egressum, & sic est unctio extrema: aut quantũ ad progressum, & hoc dupliciter. Primo quantũ ad exequutionẽ uirtutis, ut uel à malis non supemur & itæ est ꝓfirmatio: uel ut, bonis adhęreamus, sicq; est eucharistia. Secũò, quãtũ ad reparationẽ uirtutis si in pugna spũali fuerit læsa, & ita est pœnitẽtia. Porrò, si sacramentũ ordinent in bonũ totius ecclesiæ, hoc est uel ad gubernationẽ, & multiplicationẽ eiꝰ spũalẽ, & ita est ordo: aut quãtum ad multiplicationẽ materialẽ, & ita est matrimoniũ. Postremò quidã acipiũt numerũ sacramentorũ penes adaptationẽ ad uirtutes, ut fidei correspondeat baptismus, q̃ sacramentum fidei nuncupat: spei extrema unctio, p quã hõ spãliter ad ingressum gloriæ pparat: charitati eucharistia, ī qua Chr̃i ad nos charitas demõstrat: prudentiæ ordo, q̃ illuminat, docet & pficit. iustitiæ pœnitentia q̃ iustitiã reparat temperantiæ matrimoniũ, fortitudini ꝓfirmatio. Quidã uerò adaptãt hæc sacrameta diuersis culparũ, atq; pœnarũ gentibus, ut baptismus sit p culpã originalẽ, pœnitentia p actualem mortalẽ, extrema unctio p uenialẽ ordo p ignorantiã, matrimonim p concupiscentia, confirmatio p infirmitatem, eucharistia p malitiã, cũ sit sacramẽtum charitatis, quæ directè opponitur malitiæ. Nẽpè hæc quatuor uulnera aiæ, secũ dũ Bedam, ex peccato originali sunt consequuta. Quod aũt diuinus Dionysius libro de ecclesiastica Hierachia matrimoniũ, & pœnitẽtiã transilit, hinc contingit, qm̃ non intendit ibi, principaliter de sacramentis tractare sed de actionibus hierarchicis q̃ ꝓsistunt in consecratione p ministros ecclesiæ sine qua ꝓsecratione mr̃imoniũ, & pœnitentia possunt suũ habere effectũ. Sciendũ quoq;, qđ in lege naturæ multa signa gr̃æ pcesserunt, sicut diluuium occisio Abel &c. q̃ tñ nõ dicuntur sacramẽta, sed illa tm̃, quæ ad aliquod remedium exhibebant, qa illa significabant rẽ sacrã ut actu sacrãtẽ qđ de rõe est sacramẽti. Et q̃uis fuit tũc tps figurarum magis q̃ mõ: nõ tm̃ oportebat illa esse signa determinata ad determinatos effectus gr̃æ, sicut sunt mõ: ideo in quadam generalitate sacramenta illa significabant nostra sacramenta, & cãm eorũ Chr̃i vc3 passionẽ, sic qđ p sacrificia significabat̃ passio, p oblationes dispositio parẽtis ad passionẽ: qm̃ ipse se uoluntariè obtulit ad patiendũ: p decimas, comparatio patiẽtis ad illos, p quibus patiebatur, q̃ fuerãt imperfecti, ipsam suam perfectionẽ expectãtes ab ipso, quemadmodũ, nouem cõplent p decẽ. Horũ duo eucharistiã referunt, utpotè sacrificiũ, quãtũ ad significatũ: oblatio, quãtũ ad usum, atq; materiã. Decima uerò præfigurauit baptismũ, inquantũ aliquid auferebatur. Matrimoniũ aũt, ordo & pœnitentia erãt tũc, nõ tñ cõputanr̃ inter illius tẽporis sacramẽta, qm̃ nõ fiebant cum aliqua consecratione. Nã quilibet primò genitus secundum Hieronymũ erat sacerdos. Hęc Tho. in Scripto, & eadem ponit partim sub alijs uerbis in tertia parte quæstione sexagesimaquinta.

Mira sacramentorũ ad uirtutes applicatio. Gene. 7. Gen. 4. Dionysius noster. Thomas.

¶ Præterea ex his patet, qualiter sacramẽta hæc diuersimodè ordinantur contra defectum, & de hoc loquitur doctor.

¶ Qñcunq; ad perfectionẽ alicuius rei oportet opponere aliqua, ultra id, quod requirit seu includit ordo, seu species illius naturæ secundũ se cõsiderata, hoc est, ad supplendũ rei illius defectũ. sic ut dum ad corporis sustentationẽ nõ sufficit mini

stratio alimenti, nisi addanr̃ aliqua digestiua, signũ est defectus in digerente potẽtia. Ex ordine aũt humanæ naturæ nil aliud requirit ad eius perfectionem spirituale, nisi Deus influes, & gratia, ac uirtutes influxæ. Vnde dum aliquæ res corporales adhibentur ad hominis sanctificationem, ex quibus secundum ordinem naturæ sanctificatio hominis non dependet, signum est, quòd hoc sit ad subueniẽdũ alicui defectui eius. Cũq; hoc ueniatur in omnibus sacramentis, constat quòd omnia sacramenta in remedium alicuius spiritualis defectus sint instituta.

Opinio.

¶ Dicunt aũt nonnulli, quòd aliquod sacramentum sit solũ in remedium, utpotè p concupiscentiã rita, quòd in ipso gratia non confertur, cuius ꝓrium infra patebit, ubi de matrimonio tractabat̃. Hinc alij dicunt, quòd matrimonium considerat̃ in triplici statu. Primò, in statu innocẽtiæ ante pctũ, & tunc fuit solum in officium. Secundò, sub lege ubi ex sua sanctificatione excusabilẽ reddidit matrimonij actum, qui aliàs fœdus fuisset. Tertiò, sub statu gratiæ, ubi ulteriùs gratia in ipso aufertur, ad concupiscentiam reprimendam.

Triplex matrimonij status.

Quæstio.

¶ Quærit quoq;, utrũ sacramenta sint in remediũ p pœnã. Dicendũ, quod duplex est pœna pctĩ. Quędam, quæ pro peccato infligitur, ut pœna inferni, & flagella, qbus à Deo tẽporaliter castigamur Alia ex peccato consequens immediatè, & per ꝓns ad pctũ disponens, ut debilitatio naturæ ad resistẽdum pctõ. Contra primam pœnam non datur directè in remedium aliquod sacramentũ, sed ex cõsequenti, ut scilicet pctõ curato esset pœna; Verum contra secundã pœnã datur directè aliquod sacramentum, videlicet illa sacramẽta, quæ sunt in remedium p defectum, qui contingit ex subtractione necessarij, non ex positione cõtrarij; ut cõfirmatio'. Queadmodũ enim in medicina corporali morbo curato, remanẽt quædã reliquiæ morbi ex morbo causatæ, p quas oportet specialia medicamina applicari, ita est in medicina spirituali, ideo contra pœnas has oportet esse aliqua sacramenta.

Quæstio.

¶ Præterea, quæritur, utrum aliquod sacramentũ ordinet tantũ contra ueniale peccatum. Ad quod dicũt aliqui, quòd sic, ut eucharistia, & extrema unctio, quod non uñ, qm̃ pœnitentia uniuersaliter curatiua est oĩs peccati actualis mortalis, & uenialis, ideo non oportet cõtra ueniale eẽ spãle sacramẽtũ tãquã ad curationẽ ipsius principaliter institutum: q̃uis ex consequenti multa sacramenta p uenialia ualeant. Nam ueniale pctm̃ est culpa, & dispositio q̃dã ad culpã, imperfectam tñ rõnẽ culpæ hñs; qm̃ gr̃am nõ excludit. Itaq; ĩquãtũ ẽ culpa, põt tolli p sacramenta oĩa, q̃ ordinantur ad culpã tollẽdam, & inquãtũ dispositio est ad culpã. põt tolli p sacramenta: q̃ ordinanr̃ p pœnã ex culpa relictã, inclinãtẽ ad culpã. Porrò sacramenta, q̃ gratiã in suscipiẽte præexigũt, non ordinantur nec danr̃ directè, p culpã: qa nõ sunt ad tollendum ꝓrium, sed ad supplendũ defectum, ut ordo, & eucharistia. Hæc Thomas in Scripto. In quibus dicta Petri, & Richardi super his plenariè continentur.

Quæstio.

Alber. uerò addit. Quidã ordinant septem sacramẽta p septem capitalia uitia, ut baptismus sit contra superbiam, quia in eo humiliat se homo sub cõmuniori elemento. Eucharistia cotra inuidiam, cũ eucharistia sacramentum sit charitatis. Confirmatio p acediam: qm̃ homo confirmatur, ut sit fortis, & alacer in actibus bonis, & spirit ualibus plijs ac uitruosis, laboribus ī qbus piger, & acediosus tristia

Pulcherrima sacramentorum septẽ mortalia peccata per Albertũ relatio.

tristatur. Extrema unctio ꝑ iram: qm̃ ira ꝓuenit ex tumore, cuius mitigatiuũ est oleũ. Ordo ꝑ auaritiã qm̃ sacerdotes, & clerici solis spiritualib. debẽt esse intenti, necessarijsq; contenti. Pœnitẽtia ꝑ gulam qm̃ pœnitentia per ieiunium, abstinentiã, & consimilia pœnitẽtialia opera gulã extinguit. Matrimoniũ ꝑ luxuriã concupiscentiã restringendo per gratiã, carnalemq́ actum honestando. Hæc Alber.

Bonauen. ¶ Continenẽ ẽt in ꝓhabitis ea, q̃ Bonauentura ait in Scripto. In breuiloquio aũt addit. Septẽ sunt sacramẽta secundũ corrũdentiam ad gr̃am septiformẽ, q̃ ꝑ septenariũ ætatis. i. per septem mũdi ætates nos reducit ad principiũ, & quietẽ, ac circulũ æternitatis, atq; ad octauã uniuersalis resurrectionis. ¶ Rõ. ad intelligendũ hæc est; qm̃ uerbũ incarnatũ cũ sit uirtus, & sapientia Dei patris, tã potenter, sapienter, clementer, & decenter debuit euãgelicæ legis instituere sacramenta, ut nil desit nostræ curationi, q̃tũ cõpetit statui uitæ ꝓsentis. Ad perfectam aũt ægritudinis curationẽ cõcurrũt hæc tria expulsio ægritudinis, introductio sanitatis, & conseruatio ei⁹. Cũq; morbus sit septiformis, utpotè triplex culpa originalis, & mortalis; ac uenialis, quadruplex quoq; pœnalis, vel ignorantia, malitia, infirmitas, concupiscentia: Hinc contra hæc septẽ oportuit adhiberi medicamina septẽ, q̃ sunt septẽ sacramenta, ut contra originale baptismum &c. ut supra. Rursus, ga perfecta curatio esse non ualet sine restitutione, integræ sanitatis, q̃ consistit in usu, seu actu septẽ uirtutũ, idest triũ theologicarũ, & quatuor cardinaliũ: hinc ad restituẽdũ sanũ usum harũ uirtutũ, instituta sunt septẽ sacramẽta. Baptismus nãq; sanãdo disponit ad fidẽ, confirmatio ad spẽ, eucharistia ad charitatẽ, pœnitentia ad iustitiã, extrema unctio ad perseuerãtiã, ordo ad prudentiã, matrimoniũ ad tẽperantiã Hæc Bonauentura, cuius cætera dicta de his uirtualiter sunt præhabita.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *An sacramenta euangelicæ legis sint immediate instituta a Christo tempore magis apto.* Videtur ꝙ non: qm̃ matrimoniũ, ordo, & pœnitentia fuerunt ante saluatoris aduẽtũ. De institutione ẽt unctionis extremæ in euangelio, non hĩ, nec in scriptura recitatur canonica, quòd ipsemet Christus instituit eã. Præterea cũ Chr̃i sacramẽta sint cæteris gratiosiora, & salubria, utilissimum humano generi extitisset, ꝙ à principio mũdi fuissent imposita, faciliùs quoq; curat morbus à principio, q̃ in fine, ergo sapientissimus medicus nõ debuit saluberrimas has medelas usque in finem, seu ultimam mundi ætatem differre.

Albertus. ¶ Ad hæc rñdet Albertus: A principio morbi fuit tẽpus medicinę, uel designando, uel causando. Aliter qppè est de morbo aiæ, & de morbo corpis, ga oportet hoiem ꝓcognoscere, ꝙ spiritaliter sit ægrotans, & destitutionẽ auxilij quo indiget, & quod q̃rit habere, atq; potẽtiã medici, modũq; medicinæ qm̃ mẽtis nr̃æ curatio dependẽt à nr̃o consensu, & cordis deuotione, nõ aũt sic est ḋ corporis morbo. Hinc curatio morbi mentis lõgã ꝓexigit morã: qm̃ rõe inuestigat auxiliãre, & eleuãte rõne illuminatione diuina, Deniq; sacramẽta Chr̃i nõ habebãt uim suã añ Christi passionẽ, sed passio Chr̃i ab initio hũm in fide credentiũ, q̃ nõ fuit uis sacramẽtorum, istorũ, quorũ uis est in cõtinẽdo, ꝙ sonãt, & exhibẽdo mox gr̃am. ¶ Sed q̃ri pót, cur ꝓres olim in lege naturæ, ab Mosi habuerũt q̃dã sacramenta ut nos, q̃dã aũt scdm̃ partẽ, nõ scdm̃ totũ, q̃dã uerò in figura tm̃, q̃dã nec in parte, nec ĩ toto, neq; ĩ figura determinata: verbi gr̃a: Matrimonium habuerũt in toto, pœnitẽtiã in parte, ga conterebant, ut nos, sed nõ cõfitebantur ut nos, ordinẽ, & eucharistiã habebãt in figura confirmationẽ, & extremã unctionẽ, in nullo habuisse videnť. Dicendũ, ꝙ nec matrimoniũ totũ suũ effectũ habuit ante Chr̃i passionẽ, nec plenã sacramẽti rõnẽ, ga tunc nondũ cõtulit gr̃am, sicut mõ. In alijs uerò sacramentis operat actus spiritualis gr̃æ ꝑ defectũ, & sic, uel est sacramentũ plenissimæ gr̃æ, quo ad statũ, aut nõ; & si est, tunc nullo mõ habuerunt illud, vcꝫ confirmationẽ, in qua datur spiritus sanctus ad robur, similiter, nec extremã unctionẽ, in qua significatur plena aię, ac corporis puritas, ꝑ amotionẽ oĩm impediẽtium gloriã aiæ & corporis. Pœnitentiã ẽt non habuerunt in toto, ga uim clauiũ nõ habebat: ꝑ quã fit sacramentalis absolutio in confessione homini facta. Dixi quoq; plenissimæ gr̃æ, quo ad statum. Nã q̃dã sunt sacramenta plenæ quo ad statum, q̃dã quo ad effectum sicut baptismus: quædam quantum ad dignitatem rei contentę, & significatæ, ut eucharistia; quædam quo ad gradum ꝓlationionis, ut ordo. Hæc Alber.

Thomas. ¶ At uerò Thomas super his pleniùs scribens, & primò de hoc, an omnia sacramẽta nouæ legis sint immediatè à Christo instituta: Circa hoc, inquit, est duplex opinio una, quòd non, ita quòd quędã per seipsum instituit, quædã Apostolis instituenda cõmisit, vcꝫ confirmationẽ, & extremã unctionem; quia in cõfirmatione spiritus sanctus datur ad robur: ideo ante plenã spiritus sancti missionem instituti non debebat. Extrema quoq; unctio est immediatũ, & proximum præparatorium ad gloriam resurrectionis, ꝓ quod ante Christi resurrectionem eam instituti non decebat. Sed qm̃ sacramentorum institutio ꝓtinere vr̃ ad plenitudinem potestatis in sacramẽtis, quã sibi Chr̃s reseruauit in eis, cũ sacramenta ex institutione habeant, ꝙ significant: ideo alij probabiliùs dicũt, ꝙ sicut puri hominis nõ est sacramẽta mutare, nec ab eis absoluere, ita nec instituere ea. Et iuxta hoc dicendum, ꝙ sacramenta confirmationis instituit, dum pueris sibi ꝑsentatis imposuit manus. Similiter extremã unctionem, quã do Apostolos ad prædicandum mittens, iusit, ut oleo infirmos inungerent, quatenus curarentur.

¶ Insuper decuit in nouo testamento noua instituti sacramenta: qm̃ sacramenta sunt signa remedij ad ꝙ ordinantur: suntq; signa repræsentãtia spirituales effectus ex similitudine sensibilium rerum quarum usum est in sacramentis. Cumq; in noua lege ꝓp eius perfectionẽ oportuerit esse maioris efficaciæ sacramenta, debuerunt ẽt esse alia sensibilia signa, quę expressiùs figurarent. Non tñ debuerunt à principio mundi instituti, cũ sint plena fecunditatis gratijs. Vnde non nisi in tempore plenitudinis gr̃æ fuerunt instituenda, dum homo propriam infirmitatẽ multipliciter fuit expertus, neq; de suis potuit uiribus, meritisve, ꝑsumere. ¶ Si autẽ quæratur, an debuerunt institui Christo mox nato: Dicẽdum, ꝙ sacramenta hæc dupliciter sunt instituta. Primò, ad documentum, & exercitium quodã ficq; potuerunt ante passionẽ Chr̃i institui. Secundò, quãtum ad necessitatem, & oblationem, & ita eorum institutio nõ fuit ante dñicã passionẽ, ga legalia nõdũ fuerãt mortua: imò à tpe ꝓdicationis Chr̃i usq; ad eius passionẽ, legalia simul currebãt cũ sacramẽtis ecclesiæ, & utraq; operabatur salutẽ: sic igit quantũ ad secundũ institutionis modũ, oĩa simul in passione Chr̃i sunt instituta: sed quantum ad primũ modum oportuit primo institui illa, quę maioris sunt

Quæstio. Quæstio.

Mat. 4. Iohan. 3. necessitatis, ꝓp ꝙ Chr̃s statim in suæ euangelizationis exordio pœnitẽtiã prædicauit, & baptismũ docuit. Alia uerò sacramenta deinde oportuno tẽpore docuit, atque instituit. Hæc Tho. in Scripto.

¶ Porrò in 3. parte, quæst. 61. Quèadmodũ, ait antiq́ pr̃es saluati sunt p fidẽ Chr̃i uẽturi, sic nos saluamur per fidẽ Chr̃i iãnati, & passi. Sacramẽta uerò sunt signa ꝓtestantia fidẽ, qua hõ iustificat. Cũq; diuersis signis significari oporteat ꝓterita, ꝑsentia, & futura, oportuit alia esse sacramẽta nouæ legis, ꝙbus significet Chr̃s uenisse, humanã salutẽ impleſſe: alia ueteris testĩ, designantia hoc futurũ, nec ex hoc aliqua mutabilitas, ꝑbat esse in Deo, nec instabilitas ĩ Christo, sicut pr̃ familias nõ ex hoc monstratur mutabilis, neq; istabilis, quòd diuersa præcepta proponit suæ familiæ pro temporũ ueritate, alia hyeme, alia iubens æstate. sic & alia congruerunt gratiæ figurandæ, alia gratiæ iam exhibitæ. Hæc idem.

Taranta. ¶ Consonat Petrus: Oĩa, dicens, sacramenta sunt remedia ꝑ defectum: remedij uerò tps incepit à lapsu, profecit in lege, consumatum est in euangelio. Ideo tria tpa illa apta institutioni sacramẽtorũ fuerunt, Nẽpè scdm̃ statũ morbi, & dispositionẽ infirmi debẽt remedia coaptari. Nã ĩ initio morbi adhibenda sunt leuiora, & imperfectiora remedia, & in incremento morbi perfectiora, atq; in excessu eius pfectissima. Cõformiter infirmo incipienti, & quasi infanti conueniunt remedia debiliora, proficienti, & quasi adolescẽti perfectiora, perfecto pfecta. Cũq; tã morbus, q̃ infirmus initiũ habuerint circa principiũ legis naturæ, pfectũ circa principiũ legis scriptæ, pfectionẽ circa principiũ euangelij, morb⁹ inquã per dilatationẽ in uitijs, & personis, infirm⁹ uerò per agnitionẽ necessariæ medicinæ, atq; infirmitatis: ideo primò instituta sunt sacramenta debiliora, medio tempore sacramenta perfectiora, tertio perfectissima. Hæc Petrus.

Richard⁹ ¶ Cõcordat, Richardus, allegans Hugonẽ. 1. lib. de Sacramẽtis, dicentẽ: Ex quo lapsus est hõ à primò statu immortalitatis, per mortalitatẽ in corpore. & ꝑ iniquitatẽ in anima cępit ægrotare, & cõtinuo Deus, reparando sacramẽti suis ꝑparauit medicinã: quæ prout rõ postulabat, & causa, diuersis temporibus, & locis ad curationẽ illius exhibuit, alia ante legem, alia sub lege: alia sub gratia. Cũq; sacramenta legis gratiæ sint perfecta, instituti non debebant nisi euangelicæ legis gratia coruscante, & manuducendus fuit hõ ꝑ imperfectiora ad perfectiora, ut cognita, sua defectuositate, omnino ad deitatis confugeret gratiam. Hæc Richardus.

Argentin. ¶ Argẽtinẽsis demũ his cõsonãs: Oĩa, asserit, noue legis sacramẽta à Chr̃o, & in tpe Chr̃i sunt instituta aliquo mõ, utpotè simpliciter, & absolutè, aut approbatione, ut p̃z de mr̃imonio, qm̃ dixit: Quos Deus cõiunxit, hõ nõ separat. Hæc Argentinensis.

QVAESTIO III.

TErtiò quæritur, *An uirtus sacramentorum fiat immediate a Christi passione.* ¶ Vr̃ ꝙ nõ: qm̃ dictum est, ꝙ per fidẽ uirtus sacramentorũ operatur in nobis. Dictũ est quoq;, ꝙ uirtus sacramẽtorũ nouæ legis sit ꝓprius Dei effectus. Sed quia de isto iam sæpius tactum, est breuiter rñdendum: quia (ut asserit Tho.) instrumentum uirtutem non recipit, nisi secundũ ꝙ principali agenti continuat, ut uirtus eius in instrumentũ, quo dãmodo transfundãt. Principale aũt, ꝙ per se agens ad iustificationem, est Deus sicut eam efficiens, & passio Christi sicut meritoria eã. Cui sacramentorum continuatur per fidẽ ecclesiæ, q̃ refert instrumentũ à causam principalẽ, & signũ ad signatũ. Hinc efficacia, seu uirtus sacramentorũ cõsistit ex tribus. Primò, ex institutione diuina sicut ex cã principali. Secdò, ex passione Chr̃i, sicut ex cã meritoria gñali. Tertiò, ex fide ecclesiæ sicut ex cõtinuatione instrumenti, cũ principali agente. Hæc in Scripto: Eadem scribit in 3. parte, quæst. 62. q̃ & introducta sunt superiùs. Porrò in Sũma ꝑ Gẽtiles lib. 4. testatur, ꝙ passio Chr̃i est uniuersalis cã meritoria uirtutis, & gratiæ omniũ sacramentorũ nouę legis, quæ ꝑ septem sacramenta quasi per medicinalia uasa applicatur hominibus, mediãte fide particulares, ac diuersos effectus. Hinc de numero sacrificiorum subiungit ibidẽ: Quia remedia spũalis salutis sub sensibilibus signis collata sunt hominibus consequens fuit distingui remedia illa, quibus prouidetur uitæ spirituali, iuxta, similitudinẽ naturalis, corporalisq; uitæ. In uita aũt corporali duplicem ordinem inuenimus. Quidã namq; sunt ꝓpagatores, & ordinatores corporalis uitæ in alijs & alij propagantur, & ordinantur secundũ huiusmodi uitam. Vitæ quoq; naturali, & corporali tria per se necessaria sunt, & quartũ per accidẽs. Primò quippè necessarium est, ut res p gñationem uitam accipiat. Secundò, ut per augmentum ad debitam quantitatem, ac fortitudinem perducatur. Tertiò, ad conseruationem uitæ necessarium est nutrimẽtũ. Et hæc tria per necessaria sunt uitæ corporali: qm̃ sine his subsistere nequit, nec perfici. Vnde, & animæ uegetatiuæ uires tres assignantur, gñatiua, augmentatiua, & nutritiua. Sed qm̃ uita naturalis corporea lædi pót, & affirmari: ideo quartò, & per accides circa eã est necessaria sanatio egrotantis. Cõformiter uitæ spũali primũ est gñatio spiritualis per baptismũ. Secundũ est spirituale augmentũ perducens ad robur perfectũ p sacramentũ cõfirmationis. Tertiũ est spũale nutrimentũ p eucharistiæ sacramẽtũ, restatq; quartũ, qd̃ spũalis sanatio, q̃ sit, uel in aĩa tm̃ p pœnitentiæ sacramẽtum, uel ex aĩa deriuatur, ad corpus cum fuerit oportunũ, & hoc per unctionẽ extremã. Hæc ergo pertinẽt ad eos, q̃ in spirituali uita propagantur, & cõseruant. Porro propagatores, & ordinatores uitæ corporalis attẽduntur secundũ duo utpotè, secundum originem naturalem, quod pertinet ad parentes, & secundũ regimen politicũ, per qd̃ uita hoĩs pacificæ conseruatur, quod spectat ad reges, & principes. sic quoque est in uita spũali. Sunt em̃ quidã propagatores & conseruatores spiritualis uitę secundũ spũale ministerium tm̃, ad quod pertinet ordinis sacramẽtũ, & quidam secundũ corporalẽ uitam simul, qd̃ fit per sacramentum matrimonij, quo uir, & mulier conueniunt ad prolem generandam, & educandã ad cultum diuinum. Hoc in Summa præfata.

Sacramentorum efficatiam tri

Tarantr. Richard⁹ ¶ Cõsonat Petrus. Et addit Richar. In instrumẽto duplex est uirtus. Vna, q̃ cõsequit materiã eius, & formã absolutè, & hæc ineſt ei ex sua cõditione: ficq; uirtus securis est ẽt aliquo mõ à fabro. Alia, q̃ ineſt, nisi dũ agẽs utit eo, & hæc ineſt ei à mouente ficq; uirtus, & efficacia securis est à carpentatore actualiter operante. Cumq; sacramenta sint diuinæ miæ instrumẽta nõ tm̃ in eis est uirtus, quã hñt ex sua natura, sicut uirtus lauandi ex institutione aquæ sed, & alia, q̃ ĩ eis tũc solũ, est qñ in usu sunt, qm̃ pietas Dei utit eis. Et hæc uirtus in eis efficiẽter, principaliterq; ab oĩ potẽtia creatoris: meritoriè aũt à uirtutes, & merito passionis saluatoris. Hæc Rich.

Scotus. ¶ Insup Sco. circa hæc subtiliter, ac deuotè asserit legẽ euãgelicã decuit sacramẽtis pfectissimis adornari, ga hæc est lex pfectissima, quã Deus tri-

nitas disposuit homini dare, & ultima lex, iuxta illud Matthæi: Noui, & æterni testi. i. post quod nullū aliud est futurū. In processu aūt ab imperfecto ad pfectū, posteriora sunt perfectiora. Rursus, testamētū, hoc nouū est proximū perfectissimo, utpotè statui beatitudinis futuræ: ergo cōpetebat hoīem statu testī, & legis istius perfectissimus adiutorijs ad gratiā, & gloriā pparari, cuiusmodi sunt pfectissima sacramēta. Præterea pfectissima cā meritoria quā Trinitas summa dare disposuit humano generi, fuit Christus complens cursum suum in uita ista nobiscum. Causa aūt meritoria iustè inclinat Deū ad dādum bona illi, pro quo cā ipsa promeruit. Talis quoq; cā iā exhibita plus impetrat, q̄ solum promissa, ergo per passionē Christi exhibitā, & impletam, confirmatiuāq; nouæ legis congruum fuit maxima adiutoria gratiarū conferri hominibus pro tpe legis illius. Hæc autem sacramenta sunt septē, quæ ipsemet Christus instituit inter hoīes conuersando, q̄uis aliqui dicunt, quòd sacramenta pœnitentię, & extremę unctionis instituta sint à Iacobo apud quē legitur: Cōfitemini alterutrū peccata uestra. Et rursus: Infirmat quis ex uobis &c. quod nō vī probabile ex processu literæ: qm̄ subditur ibi, & orate pro inuicē, p quod sequens non intendebat aliquod instituere sacramentorū, nec fuit in eo auctoritas instituendi ecclesiastica sacramēta. Melius ergo dī, sacramentum pœnitentiæ institutū apud Iohannem ubi ait, saluator: Accipite spiritū sanctū, quorū remiseritis pcta, remittuntur eis. Atq; p missum apud Matthæū: Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris &c. Sacramentū ēt unctionis extremæ legit Chīs in Marco instituisse quo recitat, quòd Apostoli ungebant, oleo multos infirmos, & sanabantur. Deniq;, quod à solo Deo instituta sint sacramenta, probatur. Nulli enim competit instituere præticum signū nisi respectu proprij actus, vel respectu alieni, qui subest sibi quantū ad illum actū. Sacramentū aūt est signum respectu effectus proprij Deo, nec Deus potest in actu sibi p prio subesse alicui alteri, solus quoq; determinat se ad causandum proprium sibi effectum. Amplius homini facto inimico Dei per culpā, disposuit Deꝰ non remittere illam, nec aliquod adiutorium dare ad illā remissionem, uel ad beatitudinis consequutionē, nisi per aliquid sibi oblatū, quod gratiùs acceptaret, q̄ offensa illa esset sibi displicēs uel ingrata. Nil autē inueniri potest gratius trinitati, q̄ tota generis humani offensa sit displiciens ei, nisi aliqd obsequium personæ magis dilectę, quàm tota communitas illa, quæ offenderat per uniuersalem offensam, uel debebat esse chara, si non offendisset. Talē uerò personam Deo tam claram non potuit genus humanam habere ex se: qm̄ totum fuit inimicum de una massa perditionis. Idcirco disposuit trinitas personam tam dilectam sibi prouidere, ac dare humano generi, ac ipsam ad hoc inclinare, ut ipsa offeret trinitati obsequium pro toto genere isto. Talis autem persona non est nisi Christus, cui non ad mensuram dedit Deus spiritum charitatis, ac sapiētiæ. Tale quoque obsequium est id, in quo relucet, ac patet charitas maxima, quod est, seipsum pro iustitia offerre usque in mortem. Rectè ergo trinitas nullū adiutorium pertinens ad salutē, contulit hoī viatori, nisi in uirtute ac merito oblationis Chīi in cruce factæ, à persona illa dignissima, & maxima charitate, ac per hoc passio illa fuit meritoria causa boni meritorij, collata homini uiatori. Ex quibus patescit, qualiter in collatione taliū remediorū necessariorū generi humanō cōcurrūt mia, & ueritas. Maximæ etem miæ fuit hoī inimico remedia tanta p̄uidere, atq; concedere. Maximæ quoq; iustitiæ fuit, pp tā gratū obsequiū psonæ tā gratæ, ac dignæ, remediū tm̄ cōferre illis, p quibus persona illa obtulit illud obsequiū. Maximæ ēt fuit miæ in psonā offerētē, sic se offerre p inimicis trinitatis quā summę dilexit, sed, & maximę iustitiæ fuit hoc tā in cōparatione quo ad Deū, quā quo ad hoīem lapsum. Nō em̄ uideretur maximæ diligere Deū, & proximū, nisi ita se offerret Deo, p eius honore, ob tantā beatitudinē hoī procurandam, quam aliter adipisci nequiuit. Si aūt obijciatur, q̄ passio Christi modo non est: ergo nec taliter operatur. Dicendum, q̄ est in acceptatione diuina, & in fide credentiū. Nā, & nos multa conferimus propter aliquod bonū pteritū, nō pns in se, sed in recordatione, & acceptione, uel certè in opinione, seu apprehensione si sit futurū. Et si rursus obijcias, q̄a si sacramēta à Christi passione efficaciā sortiunē, aut ergo ab illa tanquā puisa, futura, aut exhibita. Si primo mō ergo sacramenta ueteris testi fuissent efficaciæ tantæ, ut nostra. Si secundo mō, tunc baptismus, & eucharistia non haberēt à Christi passione efficaciā: qm̄ ante passionem fuerant instituta. Dicendū, q̄ oia sacramēta nouæ legis efficaciā hūt à Chīi passione, ut exhibita, nō actu exteriori, sed interiori. Sic enim ab instanti conceptionis Christus habuit meritū passionis, atq; in illo actu interiori consistit principalior rō meriti. Ideo quicquid instituit toto tpe uitæ suæ in hoc mundo, potuit efficaciā habere à passione Christi ut perfectè uolitaq; in qua uolitione fuit principalis oblatio, ac principaliter grata Deo facta, nec ante incarnationē fuit sic meritoriè uolita à tanta psona. Vel dici potest, q̄d sacramenta Chīi minorē habuērut efficaciā, ipso in passibili carne uiuente, q̄ post eius passionē, nō tm̄ fuit inconueniens ea ante passionē instituī, quia instituebantur non ut tunc, sed ut post passionē efficaciā plenariam habituna. Sed queri pōt, cur ex latere Chīi dicant sacramēta fluxisse: cū Chīs iā mortuus fuerit, qm̄ latus eius perforabat, nec caro mortua merebat, nec Chīs post mortē. Dicendū, q̄ sacramēta nō fluxerūt à latere Chīi tanquā à cā principaliter meritoria, sed dicunt inde fluxisse p̄p quandam similitudinē expressiorē eorū, q̄ ibi fuerunt ad sensibilia, quæ in quibusdā sunt sacramētis. Sanguis nāque specialius assimilatur speciei, sub quā est sanguis in eucharistia, & aqua specialius assimilatur materiæ baptismi, q̄ sūt duo principalia sacramēta. Et iste intellectus potest haberi, extra de celebratione missarū in fine, ubi dicitur, q̄ in illis duobus, videlicet aqua, & sanguine, duo maxime sacramenta redemptionis relucent. Hæc Scotus.

¶ Dictis demum de sacramentorū institutione facta immediatè per Christum, concordat Duran. alijque communiter.

¶ De & hoc Bonauentura ī Breuiloquio scribit: Chīs diuersimodè sacramenta instituit, utpotè q̄dā confirmando, & approbando, ut matrimonium & pœnitentiam; quędam insinuando, & initiando ut cōfirmationem, & unctionē extremā, q̄dā initiādo, consumando, & in seipso recipiendo, ut baptismū, eucharistiam, & ordinem. Nam q̄uis uerbū incarnatum sit fons omnis gratiæ sacramentalis, tamen gratia sacramentalis fuit ante incarnationē aliqua post spūs sancti missionē, & q̄dā medio mō se hns. Hinc oportuit diuersimodè sacramenta instituī. Nā ante incarnationem necessaria fuit com-

Matt. 26.

Iacobo. 5.
Ibidem.

Iohan. 10.

Matt 26.

Marci. 6.

Obiectio.

Alia obie.

Durandꝰ

Iohan. 3.

Bonauen.

punctio

Matth. 4.

Iohan. 2

Mar. 6

punctio pœnitētialis, & gnātio matrimōialis idoneè duo sacramēta Christus nō de nouo instituit, sed à se iā instituta, & naturali dictamini quodāmō impressa, consummauit, & cōfirmauit, in euāgelica lege pœnitentiā pdicando, & nuptijs interessendo. Porrò ante missionē spūs sancti non fuit plena spūs sancti donatio, ad confirmationē, & publicā Chīi confessionē, nec unctio mentis plenaria ad euolationē. Idcirco duo hæc sacramenta, puta confirmationē, & unctionē extremam, Chīs solū initiauit: & insinuauit: confirmationē, manū paruulis imponendo, & prædicendo apostolos baptizandos. i. replendos spū sancto: unctionē verò, extremā, mittēdo discipulos ad curādū, q̄ ungebāt infirmos oleo. Medio aūt tpe fuit regeneratio i. baptismus, atq; ecclesiæ ordinatio, ac spiritualis cibatio. Idcirco hæc tria sacramēta, baptismū, eucharistiā, ordinē Chīs cōpletè, & clarè instituit. Hęc Bonauen. ¶ Quo circa sciendū q̄d ante incarnationem non fuit pœnitentia, neq; confessio, vt est sacramentum euangelicæ legis, nec matrimonium vt est sacramentum gratiam conferens, ideo uerè asseritur, quòd omnia sacramenta euangelicæ legis secundum quod talia, à Christo sunt instituta. Istud tñ ad præcedētē pertinet quæstionē, & per suppletionē hic addit.

QVAESTIO. IIII.

QVarto hic quærit *de coordinatione sacramētorū quantū ad prioritatē, & dignitatē*. Ad qd̄ sine argumētis breuit rñdet. Etem̄ quęstionibus circa literā ait Bonauēt. Magister in textu bene ordinat. i. ordinatè exprimit sacramenta. Quædā em̄ sacramēta cōiter respiciūt oēs, & illa sunt quinq;, & duo sequētia, utpote ordo, & cōiugiū, respiciūt spēcialiter quosdā, & sicut cōmune ē ante speciale, sic quinq; illa añ hæc duo. Et inter quinq; illa primū ē baptismꝰ, q̄ ē spiritalis regeneratio, uulnerūq; curatio. Secūdū cōfirmatio, quæ ē ad curatiōis cocessæ ꝓseruationē. Tertiū eucharistia, ad curatiōis ꝓmotionē. Quartū extrema unctio ꝓparās ad euolationē: sed q̄a cōtingit cōcessa charismata perdere, iō quintū ē pœnitētia ad amissorū reparationē. Inter alia duo ꝓminet ordo, q̄ cōcernit pfectiores, matrimoniū autem imperfectiores. Hæc Bonauentura.

¶ Atuero Tho. Priùs, inquit, & posteriùs multipliciter dī. Sed in his, q̄ ptinēt ad actiōes, priùs quo ad nos, est illud qd̄ ē posteriùs in via generatiōis. Iō ēm hāc viā Magister ordinat sacramenta, q̄ sanctificatiōes quædā existūt. Priùs q̄ppe in uia generationis ē bonū priuatū quàm bonū cōmune, qd̄ ex bonis singulorū ꝓsurgit, sicut domus prior ē ciuitate & homo familia. Hinc sacramēta, q̄ ad unius personæ remediū ordinant, priùs ponunt, inter q̄ primò ponit illud, qd̄ ptinet ad intrātes. i. baptismꝰ: vltimo quod spectat ad exeuntes, vt extrema unctio, & in medio illa, quæ pertinēt ad progredientes, quæ sic ordinātur. Nā perfici in bono, essentialiùs est uirtuti, oībusq; cōe, qui ad virtutē ascendūt. Resurgere aūt post lapsum, accidit huic ꝓgressui ex parte subiecti, q̄ deficit nec cōe est oībus. Rursus q̄tū ad perfectionē in bono ꝓfectio in forma ꝓcedit in via gnātionis perfectionē in cōsequutione finis: ideo inter sacramenta, quæ ad progressum hunc pertinēt, primò ponitur confirmatio, quæ est ad perfectionē simile ꝓfectioni formæ. Secūdo eucharistia, quę est ad ꝓfectionē in fine. Tertio pœnitētia, q̄ est ad reparationē virtutis amissæ. Inf sacramēta aūt, q̄ ad remediū totiꝰ ecclesiæ deputātur, primū est ordo, qm̄ mīmonū ut ē sacrm̄ ecclesiæ: per ordinē dispensat & exibet. Verūtñ S. Diony. li. de ecclesiastica hierarchia, post baptismum immediatè ordinat eucharistiā, quia eucharistia baptizatis adultis mox datur, sicq; sanctus ille in sacramētis magis considerauit ordinationē quantum ad dispositionem seu administrationem seu administrationem, quàm quantū ad effectum. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Idē in 3. parte. quæstione 65. vbi de comparatione sacramentorum ad inuicē addit: Loquendo simpliciter, eucharistia est potissimū sacramētorū Primò, q̄a in eo Chīs substātialiter cōtinet, a quo cætera sacramenta suā efficatiā sortiuntur. Secūdò, q̄a ad eam cætera sacramenta ordinant tanquā ad summum in gñe suo, vt bea. Diony. lib. de Ecclesiastica hierarchia testat. Tertiò, patet hoc ex ritu sacramentorū. Nā ferè oīa sacramenta in eucharistia consummant. Nā & baptizati, & ordinati statim cōmunicant. Porrò aliorū sacramentorū cōparatio mutua multiplicit sumit. Nā scd̄m uiā necessitatis, babtismus est sacramentū potissimū: in via uero ꝓfectionis, ordo. Sacramentū vero confirmatiōis se habet medio mō. Sed sacramēta pœnitētię, & extremæ unctiōis, sūt inferioris gradꝰ à pdictis, qm̄ ordinant ad uitā Christianā p accidēs, puta in remediū superueniētis defectus, iter q̄ extrema unctio cōparat ad pœnitentiā, sicut cōfirmatio ad baptismū, ita q̄ pnia ē maioris necessitatis, extrema unctio maioris dignitatis. Matrimoniū, aūt ē maximū sacrum significatiōe, q̄a designat unionē, Chīi, & ecclesiæ, & duarum naturarum in Christo. Hæc in Summa.

Quæstio.

¶ Vbi, & scisciat, an oīa sacramēta sint de necessitate salutis. Rñdet. Necessariū respectu finis de quo nūc sermo, dupliciter dicitur. Primò, id sine quo finis esse seu haberi nō ualet. vt uita hūana sine refectione, & simpliciter necessariū est. Scīo id, sine quo finis cōuenienter non obtinetur seu adest, quēadmodum equus necessarius est ad iter indigenti, aut properanti, & hoc est necessariū secundū quid. Primo modo tria sacramenta necessaria sunt, duo singularibus personis, primò baptismus absolutè, si alsit facultas, secundò, pœnitentia post reciduationem. Ordo autem toti ecclesiæ. Alia sacramenta necessaria existunt secundo mō. Confirmatio namq; perficit baptismū, extrema unctio pœnitentiam, matrimoniū conseruat ecclesiæ multitudinem per propagationem. Hæc idem. In his Doctores communiter satis concordant.

QVAESTIO. V.

QVintò quæritur, *An baptismus Iohannis fuit sacramentum sufficiens ad salutem*. ¶ In qua quęstione multa includuntur, & primò in ea suppo nitur, quod fuit sacramentum. Circa quod ait Magister in litera, quod uocat, & fuit sacramentū, iuxta modū, quo olim in lege aliqua dicebant sacra, & quod non suffecit ad salutem, oīditur, qm̄ baptizati illo baptismate, erāt rebaptizandi baptismo Christi, vt patet in litera, ergo nec gratiam continebat.

¶ Circa hęc scribit Antisiodorensis. Probatur qd̄ baptismus Iohannis sit sacramentum. Est em̄ sacrę rei signum, vtpote purgationis interioris. Sed ꝓtra hoc argui potest: quoniā omne sacramentū est alicuius legis sacramentū, sacramentū uero Iohanis nec sacramentū est nouę legis: quia gratiam nō cōtinebat, nec tribuebat: nec veteris legis, q̄a in ea nulla mentio est de eo. Ad hoc dicunt Magistri, qd̄ baptismus Iohannis est sacramentū, non tamen ueteris legis nec nouæ, sed medio mō se habens. Nempe inquantum nō efficit, qd̄ figurat, conuenit cum sacramentis ueteris legis. Inquātum autem, cū manuum impositione fiebat, conuenit cum sacramen

Dionysiꝰ martyr.

tis euangelicæ legis, fuit etiã, mediũ, inquãtũ Chri baptismum præcesit, & ad illum homines præpara uit: sicq; ad sacramentum nouæ legis pertinet reductiue, & tanq̃ præambulũ. Si aũt q̃ratur an gratiã cõferebat, hoc est q̃rere an baptizati baptismo Iohannis erant rebaptizãdi. Ad hoc p distinctionẽ respondet Magister, q̃ baptizati baptismo Iohãnis nõ habentes explicitã fidẽ de spiritu sctõ seu tota trinitate, erant rebaptizandi. Si aũt habebant hmõi fidem, Act. 8. nõ oportuit eos rebaptizari baptismo Christi, sed tãtũ imponebãt apostoli, alijve discipuli manus super illos, & accipiebãt spiritum sanctũ, sicq; impositio manus, & baptismus Iohãnis æquipollebant baptismo Christi. Videt quoq; Magister istud sumpsisse e auctoritate Hieronymi, asserentis, qđ baptizati baptismo Iohannis, & fidẽ habẽtes de patre, & filio, ac spũ sancto, non baptizabantur ab apo- Act 19 stolis, Atq; ex eo, quod in Actibus legit, quod Paulus dixit ad quosdam Iohannis baptismate baptizatos: Si spiritum sanctum accepistis credentes, & respondentibus illis, neq; si spiritus sanctus est audiuimus, iussit eos baptizari, ex quo uidetur, quod bapsizati baptismo Iohannis, non credentes expli- Actu. 11: cite in spiritũ sctũm, sint rebaptizati. Legitur in actibus, qđ Petrus, & Iohannes imposuerunt manus super baptizatos in nomine dñi Iesu, vbi loquitur Glossa: Tincti aqua non intuncti spũ sctõ, sicq; baptizati uidelicẽ baptismo Iohannis, & sic ille baptismus, & impositio manus, æquipollebãt Christi baptismo. Verũ secũdũ ita dicentes, oportet distingue re duplicẽ manus impositionẽ, Vnã, q̃ suppleuit defectum baptismi Iohannis, & aliã, qua dabatur spũs sanctus ad robur, quarũ prima nũc cessat, sicut baptismus Iohannis. Secunda manet, qua vtuntur epi confirmando. Sed huic opinioni Magistri obijcit Mar. 1. quoniam apud Marcum ait Iohãnes: Ego uos bap- Act. 1. tizo in aqua, ille uos baptizabit in spũ sancto. Et in Actibus habet, Iohãnes quidẽ baptizauit aqua, &c. Vnde asserit August. Baptizauit Iohannes, & non est baptizatũ, baptizauit iudas, & est baptizatũ, qa Christi baptismate baptizauit, quo gra conferebatur. Hinc Magistri in isto nõ acquiescunt Magistro imò oẽs doctores, & expositores affirmant, q̃ baptismus Iohannis grãm non donauit, propter quod baptizati ab ipso denuo baptizabantur. Ad Hieronymũ, ergo dicendum, quod baptizati à Iohanne, non indigebant baptismo Chri. i. non adeo indigebant sicut non baptizati: q̃n te necesitatis articu- Act. 11. lo fides supplet uicẽ baptismi. Samaritani demum de quibus obiectum est baptizati fuerunt Christi baptismate, quibus apostoli imposuerunt manus ad robur. Hinc, & ante iam acceperunt spiritum sanctum, quamuis nõ ita ad robur seu in signo uisibili. Hæc Anti. in Summa sua lib. 4.

¶ Præterea Thomas sup his loquit, & primò de isto, vtrum baptismus Iohannis extit sacramẽtũ. Iuxta Hugonẽ, secundũ maiorẽm temporis propinquitatẽ ad Christũ, oportuni diuersa sacramẽta isti Matth. 11 tui. Vñ: quoniam in Iohanne, quodammõ incepit tempus gratiæ, quia lex, pphetæ, vsque ad Ioannẽ, non q̃ ab ipso sit gratia, sed quòd viã præparauit ad gratiã. Idcirco eius baptismus fuit aliqđ sacramentũ, & q̃dam initiatio sacramẽtorũ nouæ legis, ac mediũ in vtrisq; legis sacramenta: cõueniens cũ sacramentis ueteris legis in hoc, qđ fuit signũ gratiæ tm̃modo: & nõ causa: & cũ baptismo Christi in materia, & partim in forma, sicut patebit. Baptizauit namq; i aqua sub hac forma. Ego te baptizo in noie futuri i. Chri cõfestim oĩbus reuelandi. Vtilitas etem rei pſertim ex sua oritur forma, iõ formæ, sacramentorum ostendunt id ex quo sacramenta vtilitatem, & efficaciam habent. Cumq; vtilitas tota baptismi Iohannis fuerit ad Christum disponere, præscripta forma suo competebat baptismo.

¶ Præterea si quæratur an baptismus Iohannis Quæstio. fuit institutus a Deo: & si sic, cur uocet baptismus Iohannis, non Dei: Dicendum, q̃ Iohannes suũ baptismum instituit ex reuelatione, & iusione diuina, ideo fuit à Deo. Vocatur tñ baptismus iohannis, primò, q̃m ipse fuit aliquo mõ sui institutor baptismi: scdò, qa in baptismo nil fiebat uirtute ipsius baptismi, qđ Iohannes non fecit: tertiò: q̃n sibi soli commissum, & datũ est ministeriũ illius baptismi. Iterũ, si quæraf, q̃n baptismus ille cessauit: dicẽdũ, qđ cessatio illius baptismi accipi põt dupliciter, primò quantũ ad suã totalitatẽ, & ita cessauit ipso in carcere missõ. Secundò, quo ad maximũ suum posse, sicq; cessauit Christo baptizato, Vnde super Iohan nẽ loquit Augustinus: Baptizatus est dñs baptismo Iohan. 1 Iohannis, & cessauit Iohannis baptismus, quia ex tunc potior baptismus ei succesit, sicut cessat officium legati, domino Papa superueniente, quamuis post hoc legatus exerceat aliqua, sic & Iohannes Christo a se baptizato, baptizauit adhuc.

¶ Deniq; Baptismus Iohannis magis conueniebat cum baptismo Christi, quantũ ad materiã, non Mat. 3. Iohan. 1. quantũ ad necesitatem, & efficaciã, qa originale Luc. 3. pctm̃ non abstulit nec gratiam contulit. Voluit tñ Christus a Iohanne baptizari, vt omnẽ impleret iustitiã; i perfectã humilitatẽ, & vt cõmendaret Iohãnis baptismum, atq; vt tactu suæ mundisimæ carnis aquas consecraret ad baptizãdum, & uim rẽgeneratiuam eis conferret mysterialiter.

¶ Postremò de hoc, an baptizati baptismate Iohannis, rebaptizari debeant Christi baptismate, est duplex opinio. Vna qđ baptismus Iohannis pparatorius fuit ad Christũ suscipiendum. Hinc si quis baptismũ Iohannis accepit, sistens in illo nec referens illum ad Christum, baptismus Iohannis frustrabatur fine suo, & baptizatũ sic rebaptizari oportuit. Si verò, non fixit spem, & voluntatẽ suã in illo baptismo, sed retulit vltra ad Christum, sic ex gratia Christi, & baptismo Iohannis præcepto, efficiebat quasi quid unum, ideo non oportebat aqua denuò baptizari, sed solum per impositionem manũ accipere spiritum sanctũ, & ita uidetur fuisse opinio Magistri in litera. Sed q̃n sacramẽta nouę legis ex ipso opere operato efficaciam habent, uidetur, qđ fides, & spes suscipientis baptismũ, nil faciant ad sacramentũ quamuis facere possint ad rem sacramẽti promouẽdã, vel impediendã. Ideo quantũcunq; quis spem suam ad Christum refert, suscipiendo Iohannis baptismum, baptismum nouæ, legis non cõsequebatur, ideo sit baptismus nouæ legis est de necesitate salutis, oportuit illum accipere. Amplius, hoc in omnibus sacramentis est generale, quod si quid omittatur, de essentia sacramenti, oportet id iterari. In baptismo autem Iohannis non seruabatur forma baptismatis Christi. Hinc communior tenet positio, quod omnes baptismo Iohannis baptizati, erant rebaptizandi, quod confirmatur autoritate Iohannis Chrisostomi, qui quinta homilia super Iohãnem fatetur: Qui baptizati sunt baptismo Iohannis, non hoc sufficit eis, quoniam baptizandi sunt baptismate Christi. Vnde quod ait Hieronymus super illud, Effundam de spiritu meo. Hæc est cã quare quidã baptizati a Iohanne, baptizati sunt verum à Paulo Christi baptismo, q̃n fidẽ trinitatis

Grisost. Iohel. 2. Actu. 15

non

non habuerunt, dixit non tangendo causam rebaptizationis, sed in sufficientiam fidei ipsorũ ad salutem, & hoc patet ex præcedentibus eius verbis, qa præmisit: Qui dicit se credere in Christum, & non credit in spm̃ sctũm, nõdũ habet oculos claros. Si autem de Apost. objiciatur, dicendum, q̃ credũtur baptizati baptismo Christi, q̃uis non legatur, quia nõ omnia scripta sunt, & hoc habetur in Glossa super illud Iohan. Qui totus est, non indi. &c. Hæc Iohan 13 Thomas in Scripto. Taranta.

¶ In his scripta Alberti de ista materia plenariè cõtinet, & plenè cõcordant, similiter scripta Petri.

¶ Porro Richardus addit, rñdẽdo ad istud, à quo baptismus Iohannis fuit iustitutus: Institutio, inquiens, alicuius a Deo, est triplex. Prima expresè à Deo. Secunda, occultè ministro mediante, cui soli committitur potestas instituendi, q̃uis alij valeat conuenire ptãs, exequendi. Tertia, q̃n eidẽ cõmittit ptãs instituẽdi & exequendi. Primo mõ institutus est baptismus Chri à Deo. Secũdo mõ sacramenta legalia, quæ Deus per mosen instituit. Exequutionẽ, verò eorum, non ei solum, & sacerdotibus legis cõmisit. Tertio modo institutus est baptismus Iohannis à Deo, q̃ cõcesit Iohanni auctoritatẽ institutionis illius, eiq; soli cõmisit exequutionenem eiusdẽ. iõ non durauit nisi vsq; ad incarnatioẽ Iohannis.

¶ Insuper cũ baptismus beatiss. Iohãnis fuerit pparatio ad Chri baptismum, qui est uera, & salutaris medicina, nõ fuit baptismo Iohannis uirtus seu efficacia conferẽda, qui Chri baptismati est collata, videlicet gratiam cõtinere, & causare, characterẽq; imprimere; quia nõ est præparationi uis imprimenda, quæ consistere debet in medicina. Adhuc, autẽ ex quo baptismus Iohãnis extitit pparatio ad Chri baptisma, sicut ad medicinã sanatiuã: hinc sicut pparatiõe accepta nihilomin⁹ ægro medicina est necessaria, & sumẽda, sic baptizatis Iohãnis baptisma te necessarius fuit Chri baptismus. Hęc Richardus.

¶ In his cõcordant Bonauentura, Thomas de Argentina, alijq; communiter.

¶ Durandus tamen aliquid nouitatis hic inserit, dicens probabiliter posse teneri, quòd Ioãnes baptizauit sine.

Quid sit baptismus.

Distinctio. III.

De baptismo i speciali.

EOst hæc videndum est quid sit baptismus, & quæ sit forma, & quando institutus, & causa institutionis. Baptismus dicitur intinctio, id est, ablutio corporis exterior, facta sub forma verborum præscripta. Si enim ablutio fiat sine uerbo, non est ibi sacramentum, sed accedente verbo ad elementum, fit sacramentum, non utiq; ipsum elementum fit sacramentum, sed ablutio facta in elemento. Vnde Augustinus. Verbo baptisma consecratur, detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua: accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Vnde est hæc tanta uirtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo: non quia dicitur sed quia creditur. Nam, & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud est uirtus intus manens. In duobus ergo consistit sacramentum baptismi, scilicet in verbo, & elemento. ergo, & si alia desint, quæ ad decorem sacramenti instituta sunt, non ideo minus est verum sacramentum, & sanctum, si verbum sit ibi, & elementum. Nã & in hoc sacramento, & in aliis, quædam solent fieri ad decorem, & honestatẽ sacramenti, quædam ad substantiam, & causam sacramenti pertinentia. De substantia huius sacramenti sunt uerbum, & elementum, cætera ad solennitatem eius pertinent.

Aug. sup. Iohannẽ, & habetur. 1. q 1: detrahe.

De forma institutionis.

Sed qđ ẽ illud verbũ, quo accedẽte ad elemẽtũ, fit sacrum? Veritas docet huius sacrti formã, tradẽs ait discipulis. Ite docete oẽs gẽtes, baptizãtes eos ĩ noĩe patris, & filii, & spũs sctĩ. Inuocato igit trinitatis verbũ dr̃, quo baptisma cõsecraf, & hęc ẽ forma uerborũ, sub q̃ tradit baptism⁹. vñ Bonifacio epo Zach. papa ait. Firmissimè pceptũ in synodo Angelorũ, vt q̃cũq; sine ĩuocatiõe trinitatis mersus fuisset, qđ sacrum regñatiõis nõ haberet

Matt. vlt. Proprie.

beret,quod omnino verum est,quòd si mersus in fontem baptismi quis fuerit sine inuo
catione trinitatis, perfectus christianus non est,nisi in nomine patris, & filij, & spiritus
Act.8.10. sancti fuerit baptizatus. Legitur tamē in Actibus apostolorum,apostolos baptizasse in
nomine Christi:sed in hoc nomine,vt exponit Ambrosius,tota trinitas intelligitur.In-
Lib.1.de spūsancto cap.3. telligitur enim cum Christum dicis, & pater a quo unctus est, & ipse qui vnctus est, &
spiritus sanctus, per quem vnctus est. Vnde Nicolaus papa ad consulta Bulgarorum:
A quodam Iudæo multos baptizatos asseritis, & quid inde agendum sit consulitis. Hi
profecto si in nomine sanctæ trinitatis,vel in nomine Christi, sicut in Actibus apostolo
rum legimus,baptizentur, baptizati sunt: vnum enim idēq; est vt exponit Ambrosius.

Si in nomine patris tantum uel spiritus sancti posit tradi baptismus.

De conse. dist. 4. A quodam. Ambro. in libro 1. de spūsancto cap.3 Hic quæritur an baptismus esset verus,si diceretur in nomine patris tantum, vel spi
ritus sancti tantum, vt cum dicitur in nomine Chisti. Ambrosius videtur dicere quod
in fide mysterium trinitatis teneatur,& vna persona tantum nominetur,plenum est sa
cramentum, & econuerso, si tres nominetur, & non recte de aliquo illorum sentia-
tur,vacuum fieri mysterium trinitatis. Ait enim sic. Vbi non est plenum baptismi sacra
mentum,nec principium nec species aliqua baptismi æstimatur. Plenum autem est, si
patrem,& filium,& spiritum sanctum fatearis. Si unum neges,totum subrues: & si vnū
in sermone comprehendas, vel patrem,vel filium vel spiritum sanctum,fide autē nec
patrem,nec filium,nec spiritum sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum. Ita
etiam licet patrem,& filium,& spiritum sanctum dicas, & patris,& filij, & spiritus san-
cti minuas potestatem,vacuum est omne mysterium. Cum eñ dicitur,in nomine Chri
sti,per vnitatem nominis impletum est mysterium,nec à Christi baptismate spiritus se
Iohan.1. paratur,quia Christus bptizauit in spiritu.

Quæstio ambroij.

Solutio Nunc consideremus vtrum sicut in Christi nomine legimus baptismi plenum esse
sacramentum, ita etiam spiritu sancto tantum nuncupato, nihil desit ad mysteri ple-
nitudinem, Rationem sequamur, qui unum dixerit, trinitatem signauit. Si Christum
dicas, & patrem, à quo unctus est filius, & ipsum, qui vnctus est, scilicet filium, &
Act. 10. spiritum sanctum,quo vnctus est designasti. Scripum est enim hunc esse Iesum a Naza
Actu.1. reth,quem vnxit Deus spiritu sancto: & si patrem dicas, filium eius, & spiritū oris eius
pariter indicas, si tamen id etiam corde comprehendas. Et si spiritum sanctum dicas,
Deum patrem à quo procedit,& filium eius,cuius est spiritus nuncupasti. Vnde ut ratio
ni copuletur auctoritas,dominus dicit. Vos autem baptizabimini, in spiritu sancto, ex
quo indicat non recte posse baptizari in spiritu sancto.

Præstringit præmissorum intelligentiam, cum determinatione cuiusdam dicti.

Ex his apertè intellexisti, in nomine Christi uerum baptisma tradi, unde nihilomi-
nus insinuari uidetur, verum baptisma tradi posse in nomine patris tantum, vel spiri-
tus sancti tantum:si tamen ille qui baptizat,fidem trinitatis teneat,quæ trinitas in quo
libet horum nominum intelligitur. Si autem aliquis peruersè credens, & errorem in-
ducere intendens,vnum de tribus tantum nūcupet,non complet mysterium. Quod ve-
rò ait, nominatis tribus vacuum esse mysterium si baptizans minuat potestatem patris
vel filij, vel spiritus,sancti,ideſt,si male sentiat de potentia alicuius horum, non credēs
vnam potentiam trium, intelligendum est hoc super eum,qui non intendit nec credit
baptizare, qui non tantum caret fide, sed etiam intentionem baptizandi non habet.
Qui vero baptizat in nomine Christi, baptizat in nomine trinitatis, quæ ibi intelli-
gitur. Tutiùs est tamen tres personas ibi nominare, vt dicatur, In nomine patris, & fi-
Ambrosi⁹ ī li. de tri. lii,& spititus sancti,non in nominibus, sed in nomine.i. in inuocatione,vel in confes-
sione patris,& filij, & spiritus sancti. Inuocatur enim ibi tota trinitas, inuisibiliter ibi
* ali. my- sterium. operetur per se, sicut extra uisibiliter per ministerium. Si autem dicatur, in nomini-
bus,non est ibi sacramentum,quia non seruatur forma baptismi.

De institutione baptismi.

Ioan 3.1 De institutiõe baptismi,quando cœperit variæ sunt æstimationes. Alii dicũt tũc esse
institutũ,cũ Nicodemo Chr̃s ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto &c.
alii dicunt institutionē baptismi factā cũ Apostolis dixit:Ite,docete omnes gētes,bapti
Matth.28. zātes eos in nomine patris,& filii, & spiritus sancti. Sed hoc dixit eis post resurrectionē.

precipiens

præcipiens eis de vocatione gentium,quos ante passionem binos miserat ad prædican- Lucæ 10.
dum in Iudæa,& ab baptizandum,dicens,in viam gentium ne abieritis. Iam ergo insti- Matth.10
tutus erat baptismus,quia baptizabant simul,& prædicabant.

De forma,in qua baptizauerunt apostoli ante passionem Christi.

Si vero quæritur,in qua forma tunc baptizauerunt apostoli,sane dici potest, in nomi
ne trinitatis scilicet in ea forma, in qua baptizauerunt postea gentes, quæ ante passio-
nem potest intelligi fuisse tradita,licet non sit scriptum. Non ergo tunc illam formam
Christus priùs tradidit, cum ad euangelizandum gentibus misit, sed quam ante tradi-
derat,mittens eos in Iudæam post iterauit cum ad gentes misit. Commodiùs ergo dici-
tur institutio facta,quando Christus à Iohanne baptizatus est in Iordane: quod dispen- Matth. 5.
sauit,non quia mundari uoluit cum sine peccato fuerit, sed quia contactum undę car Luc.3.
nis suę,uim regenerativam contulit aquis, vt qui postea immergeretur inuocato no- Iohan 1.
mine trinitatis,a peccatis purgaretur. Tũc ergo inuocato nomine trinitatis, institutus De con.di
est baptismus Christi,in quo trinitas, cuius mysterium ibi innotuit, interiùs hominem 54 c. Num
baptizat. quã aqua.

Quare in aqua tantum fiat.

Celebratur autem hoc sacramentum tantũ in aqua, non in alio liquore,vt ait Chri- Ambr. su-
stus? Nisi quis renatus &c. Ideoque uniformiter,id fieri in aqua præcipitur, vt intelliga- per epist.
tur,quod sicut aqua sordes corporis,ac vestes abluit, ita baptismus maculas animæ,sor- ad Rom.
des que uitiorum emundando abstergit. Vel ideo, vt nullũ inopia excusaret:quod pos-
set fieri, si in vino,vel oleo fieret, & communis materia baptizandi inueniretur apud
omnes,quod aqua signauit,quæ de latere Christi manauit, sicut sanguis alterius sacra-
menti signum fuit. Non ergo in alio liquore potest,consecrari baptismus nisi in aqua.

De immersione,quoties fieri debeat.

De immersione vero si quęritur,quomodo fieri debeat præcisè: respondemus,vel se Gre. Leã-
mel,vel ter,pro vario more ecclesiæ. Vnde Gregorius. De trina immersione baptismi dro epo & allegatur
nil verius responderi potest,quam quod vosipsi sensistis,quia in vna fide nihil officit ec de consd.
clesiæ sanctæ consuetudo diuersa. Quia enim in tribus subsistentijs vna substantia est,re 4.de tri.
prehẽsibile esse nullatenus potest infantem in baptismo ter,vel semel immergere, quia
& in tribus mersionibus personarum trinitatis, & in vna potest diuinitatis singularitas
designari. Nos vero qui tertio immergimus, etiam triduanæ sepulturæ sacramentum
signamus. Secundum hoc licet non modo ter,sed etiam semel immergere tantum. Ibi
tamen duntaxat immergere semel licet, vbi consuetudo ecclesiæ talis existit. Si quis ve
rò id facere incipiat. vbi consuetudo talis non est, vel semel tantum immergendum as
serat,reprehensibilem se constituit. Vnde Haymo In suo sensu abundabat. Ciprianus.
cum semel mergebat in baptismo paruulos, qui quod intelligebat, studiosè implebat
bonis operibus abundando, licet in hoc nesciens delinqueret, sed quia bonis operibus
abundabat.postea correptus a Deo,abundavit altiori sensu,ter illos mergẽdo. Ecce ha-
bemus quia deliquit,qui semel mersit. Sed hoc ideo, quia aliter se habebat cõsuetudo il- Aug.in q-
lius ecclesiæ, vel quia vnam tantum faciendam mersionem asserebat De trina mersio- dam omi. & habeē
ne Augustinus ait, Postquam uos credere promisistis,tertiò capita vestra in sacro fonte de consd.
demersimus,q ordo baptizandi duplici misterij significatione celebrat. Recte eñ ter- 4. c. Post-
tiò immersi estis,qui accepistis baptismum in nomine trinitatis. Recte tertiò immersi, quam.
quia accepistis baptismum in nomine Christi, qui die tertia resurrexit à mortuis. Illa
enim tertiò repetita immersio,typum dominicæ exprimit sepulturæ. Constat ergo bap
tizandos tertiò debere immergi,& tamen si semel tantum immergantur,verbum bap
tisma accipiunt,& qui semel immergit tantum, non peccat, nisi consuetudo ecclesiæ,
obsistat,vel hoc modo tantum debere fieri asserat.

Quando circumcisio amisit vim suam.

Solet etiam quæri, si circumcisio amisit statim uim suam ab institutione baptismi.
Ad quod dicimus,in Christi morte terminata esse legalia omnia. Extunc ergo circun-
cisio perdidit uim suam,ita quòd postea non profecerit, sed potius obsuit obseruatori-
bus suis. Sed vsque ad oblationem veræ hostiæ potuit prodesse. Si enim ante passionē
legalia finem habuissent, non ea imminente vetus pascha cũ discipulis mãducassent.

De causa institutionis.

Causa vero institutionis baptismi,est innouatio mẽtis,ut homo qui per peccatũ, ve
tus fuerat,per gratiam baptismi renouetur,quod fit depositione vitiorum, & collatio-
ne virtutum. Sic enim fit quisque nouus homo,quum abolitis peccatis, ornatur uirtu-

tibus. Abolitio peccatorum pellit fœditatem, appositio virtutum affert decorē, & hæc est res huius sacramenti, scilicet interior munditia.

Quæritur an baptismus aperuit cœlum, quod non aperuit circuncisio.

Dionysij nostri. Si quæritur, vtrum baptismus aperuit cœlum, quod non aperuit circūcisio. Dicimus quia nec baptismus, nec circuncisio regni nobis aditum apetuit, sed hostia saluatoris: quæ si tempore circuncisionis oblata fuisset, illius temporis hominis regnum intrassent. Res ergo huius sacramenti iustificatio est.

Hæmissis præambulis, & figuris, hic iam incipit pertractare de ipsis legis euangelicæ sacramentis, & primò de baptismo, quod uocatur, & est ianua sacramentorum, sicut expositum est, de quo in ista distinctione primò determinat, quid sit, secundò, quæ sit forma ipsius. Et circa hoc mouet, ac soluit difficiles quæstiones. Tertiò, quādo sit institutus. Quartò, de ipsius materia Quintò, de immersione baptismum

Matth. 22 suscipientis in fonte baptismatis: Sextò, quando circuncisio uim suam amiserit, quod iam supra discussum est. Septimò, de causa finali baptismatis.

QVAESTIO I.

Hic quæritur primò. *An diffinitio baptismi tradita a Magistro, sit apta.* ¶ Videt qđ nō: qa iuxta prǽhabita sacramentum est materiale atq; uisibile signum, quod non conuenit tinctioni in aqua, cum tinctio illa sit actio, aut passio, ergo inconuenienter dicit Magister, baptismus est tinctio. i. ablutio corporis exterior, facta sub forma præscripta verborum. Præterea, secundum Hugonem, baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per

Hugo. verbum Dei. Aqua autem, & tinctio in aqua realiter distinguuntur.

Thomas. ¶ Ad hæc Thomas respondet: Iuxta Philosophū primo Posteriorum, triplex est diffinitio. Prima materialis, quam dicimus conclusionem demonstrationis. Secunda formalis: quæ est principium demōtio positione differens, qm̄ habet medium demonstrationis, inquantum continet diffinitionem formalem, & habet conclusionem secundū, quod continet diffinitionem materialem, & solum id est ordo uerborum. Cumq; omne completiuum sit quę si formale respectu eius, quod completur, diffinitio formalis non solum vocatur, quę continet, & exprimit formam, & sed illa, q̄ continet hoc, quod est cōpletum alterius. Et quia in causis talis est ordo, quòd materia cōpletur per formam, & forma per efficientē & efficiens per finem, idcirco interdum diffinitio materialis nominatur, quæ comprǽhēdit tantum materiam rei, formalis aūt, quæ comprǽhendit formam, sicut ista, Ira est accensio sanguinis circa cor, dicitur materialis diffinitio; & ista, Ira, ē appetitus uindictæ, fertur formalis. interdum autē diffinitio materialis comprehendit formam, atque materiam, formalis causam efficientem: sicut hæc dicitur materialis, Tonitruū est sonus factus in nubibus, & ista formalis, Tonitruū est extinctio ignis in nube. Interdum diffinitio materialis comprǽhendit materiam, & formam, & efficientem, formalis verò finem vt hæc, Domus est coopertorium factū ex lapidibus, & lignis, per talem modum, & artem, est diffinitio materialis respectu huius. Domus est coopertoriū ptegens nos à frigoribus & caumatib⁹. Et hoc pcipuè accidit in instrumentis, qa in eis quasi tota ratio specciei à fine accipitur. Cūq; baptismus eo, quod sit sacramentum, sit quoddam instrumentum, ideo materialis diffinitio eius erit, q̄ comprehendit materiam eius, & formam, atq; efficiētē & formalis, quę comprehēdit finē. Hinc diffinitio baptismi, quam ponit Magister, est materialis, continet namq; materiā, dicēdo, ablutio exterior, & innuit efficientem, cū addit, facta: formam quoq;, sub dendo, sub forma præscripta uerborū. Deniq; in sacramento baptismi sunt tria. Vnū, quod est sacramē tum tantū, vt aqua exteriùs fluēs, & hoc transfluit, & non manet. Aliud, quod est sacramentum, & res, & hoc semp manet, puta character. Et aliquid, q̄ ē res tantum, quod quandoq; manet, quādoq; trāsit, vt gratia baptismalis interior: Magister autem diffinit baptismum, quantum ad id, quod est sacramentum tantum, quia intendit ipsum materialiter diffinire: Hæc Thomas in Scripto.

Tria in baptismo.

¶ Sed huic vltimo verbo obijci posset, quòd nō aqua, sed tinctio seu ablutio in aqua, est sacramētū tantum in baptismo. Vnde, & Thomas subiungit: Sacramentum nouæ legis est signum, & causa gratiæ. Ideo secundum hoc est sacramentum, secundū, qđ significare, causare quę gratiam, quod non conuenit aquæ, nisi inquantum abluens. Hinc baptismus essentialiter ipsa ablutio, quia ad ablutioem interiorem causandam institutus est baptismus, quam significando exterior causat ablutio. Aqua verò est remota materia, & ipsa ablutio est materiale baptismo, sicut cuprum, quod est tota substantia statutę, dicitur eius materia. sed uerbum uitæ, est forma sacramenti completa. Itaque Augu. & Magister diffiniunt baptismum per materiam proximam, quę p̄dicatur propriè de baptismo, sicut materia in artificialibus, vt phiala est argentum. Hugo verò per materiam remotam, quæ non ita proprie prædicatur de re nisi per causam. Atuero diffinitio illa Hugonis complectitur materiam baptismi, dicendo: Baptismus est aqua. & finem in hoc qđ dicit, diluē dis criminibus, & formā addendo', per uerbum vitæ sanctificata. Sicq; est diffinitio compositа ex materiali, & formali, quasi demonstratio positione differens, essentiamque baptismi completè insinuans excepto, q̄ actus ablutionis intermittitur, qui facit materiā proximā baptismo, qui tñ intelligi pōt ex alijs, q̄ ponuntur. Itaque p̄dicatio ista, baptismus est aqua, est impropria, & p cām Ista verò est propria, baptismus fit in aqua. ¶ Insup diuinus Diony. 2. ecclesiast. hierar. ca. ait: Principiū qđdā ē sanctissimorū mandatorū sacræ actionis, & ad aliorū mādatorū diuinorū, ac sacrarū actionū susceptiuā opportunitatē, formās nros habit⁹ animales, & ad supercœlestis getis. anagogen iter nostrū faciens, sacræ & diuinis. nr̄æ regnationis traditiua. Ex hac diffiniti oē baptismi S. Dio. itedit, p̄cedere ad ea, q̄ materialiter in baptismo regrunt: vñ post hui⁹ diffinitiōis assignationē ritū baptismi exponit: iō vocat eam vt demōstratiōis principiū, & ob id diffinitio totaliter est formalis, & verbis eius aliqd ponitur ut diffinitū, & aliqd vt diffinitio. Tanq̄ diffinitū ponitur istud, traditio sacræ, & diuinis. regnatiōis.

Differētia diffinitionū Magistri & Hugonis.

Dionysius martyr. Baptismi diffinitio per Dionysiū Areo.

Ista enim est quasi circulatio quædam baptismi, qđ patet ex hoc, quod baptismum ibi non nominat, ponitq; tria ad, quæ baptismus ordinatur, quæ formaliter cōplēt rationē ipsius, quorum vnum competit ei prout est ianua sacramentorū. Et quātum ad hoc dicit, quod est principium sanctissimorum mandatorum sacræ actionis idest hierarchicæ actionis, vt sunt purgare, illuminare, perficere, quę præcipue in nostra hierarchia consistunt in dispensatione sacramentorū, nobis sub præcepto sunt traditæ, ad quas principium est baptismus tanquam ianua eorundē. Aliud competit ei inquantum est causa, videlicet, prout caracterem imprimit, & gratiam confert, p quos homo informatur, atq; idoneus redditur ad aliorum sacramentorum perceptiōem. Et quo ad hoc, ait, quòd per caracterem, & gratiam est formās nostros animales habitus, idest animæ virtus ad susceptiuam opportunitatem, idest, ad idoneam, & opportunam diuinorum eloquiorum susceptionē, quantum ad fidei doctrinam, & sacrarum actionū, quantum ad alia sacramenta, quæ nulli non baptizato sunt conferenda. Tertiū sibi competit, inquantum est signum & figura cælestium: ficq; per baptismū manuducimur ad cœlestium contemplationē Et quo ad hoc dicit, quod est faciens iter nostrum idest, præparans nobis contemplationis uiam ad anagogen, idest sursum ductionem supercœlestis quietis, quæ in diuinorum contemplatione consistit, & vocatur pax æternitatis. Vel per secundum tangit proprium finem baptismi, quantum ad ea, quæ sunt viæ, & per tertium finem remotum, quantum ad ea, quæ, sunt patriæ.

Diony. contra Thomam.

Baptismꝰ q̄ od secūdum Damasce.

¶ Præterea Damascenus libro quarto diffinit baptismum, dicendo: Baptismus est, per quem primiti as spiritus sancti accipimus, & principium alterius uitæ fit in nobis, sigillum, custodia, & illuminatio. Quam diffinitionem uenatur ex hoc quod baptismus regeneratio nominatur. Cum enim generatio sit motus ad esse, constat, quod baptismus sit sacramentorum, per quod nobis traditur esse spirituale, Cūq; nullus possit exercere actionem alicuius, nisi prius habeat esse in illa natura, cōcludit, quòd baptismus est principium omnium spiritualium actionum. Sicq; Damascenus diffinit baptismum adhuc per priora, quàm sanctus Dionysius, inquantum accipit primum baptismi effectum, qui est constituere in spirituali vita, ex qua habet, quod regeneratio dicitur. Idcirco diffinit baptismum, vt principium spiritualis uitæ in hoc, quod dicit, principium uitæ alterius, quæ est alia, idest distincta à uita naturali. Sic quoq; est principium eorum, quæ consequūtur ad uitam illam, idest, supernorum charisimatū. Vnde subiungit, per quod finiunt primitiæ spiritus id est, primi, & præcipui effectus spiritus sancti in nobis. Hi demum effectus sequuntur ipsam generationem, videlicet filiatio, seu aliqua talis relatio, sic que per baptismū dicimur regenerari in filios Dei, & quātum ad hoc, dicitur regeneratio. Vel p̄sequūtur formam, per generatiōem inductam. & hoc tripliciter. Primò in ordine ad generationem, ſm quo per formā genitus est similis generanti, & quātū ad hoc, dicit sigillum. Secundo, quātū ad esse ipsius geniti, quod per formā p̄seruatur, & quātū ad hoc, dicit custodia: Trrtiò quātū ad actionē eius, cuius forma extat principiū, & quo ad hoc, addit illuminatio. Vñ dionysius sanctus, vim illuminatiuā baptismo attribuit, qđ cōpetit ei in quātū ē fidei sacramētū, ꝓpter quod baptizatus admittit ad inspirationē sacramētorū, tanq̄ illuminatus, nec ante est admittēdus, ne sancta canibus tradantur, iuxta Dionysiū, quamuis aūt alicui diuina charismata, seu primitiæ spiritus dentur antequā baptismum recipiat actu, non tamen antequam recipiat proposito seu affectu. Hæc Thomas in Scripto. Matth 7

¶ At uero in tertia parte, quæstione 66. In baptismo, inquit, tria consideratur: aliquid, quòd est sacramentum tñ, &c. vt supra. Id verò, q̄ est sacramē tū tñ, est aliqd uisibile exteriùs existēs, qđ sc3, est signū interioris effectus, & illud uisibile, est aqua, & usus eius, qui est ablutio. Aliqui igit putauerūt qđ ipsa aqua fit sacramentū; q̄ verba Hugonis p̄acta sonare uidenē, qđ nō est verū. Cū em̄ sacramēta nouæ legis sanctificationē, quādā operent, ibi perficit sacramentū, vbi pficit sanctificatio. In aqua aūt nō pficitur sanctificatio, sed est ibi q̄dā sanctificatiōis virtus instrumentalis, nō permanēs, sed fluens in hominē, qui est veræ sanctificationis obiectum, ideo sacramentum, non perficitur in ipsa aqua, sed in applicatione aquæ ad hominem. Ideo secundum Magistrum baptismus est ablutio corporis. Hæc in Sūma. Idem in Summa contra gentiles libro quarto.

¶ Cócordat Albertus, & addit, quòd baptismus est intinctio in aqua, non ex parte tingentis. sed tinctii. tinctio ei⁹, q̄ baptizatur, cui⁹ exterior ablutio signū ē interioris ablutiōis seu emūdatiōis a culpa.

¶ Idem Petrus. Et addit Richardus: De integritate baptismi sunt tria, Materia, & forma verborū, & vnio aliqualis amborū, ad quam concurrit intentio baptizatis. Sed q̄ri pōt, vtrū baptismus sit ablutio actiua uel passiua. Dicendum, quòd ablutio exterior, inquantū est in abluto, est passio: inquantū est in abluente, est actio, quia secundum philosophū. 3. Physicorum, radicantur in vno motu, & supaddunt relationes diuersas, videlicet actu relationem ad id, à quo est, & passio relationem ad id, in quo ipsa est. Similiter dico de interiori ablutione. Est em̄ passio, inquātū est in anima, quæ abluitur & actio, inquantum est ab in abluente. Exterior quoq; ablutio inquātum est actio, interiorem actiuam, atq; inquantum est passio, interiorem ablutionem passiuam significat. Interioris ergo ablutionis tam actiuæ, quam passiuæ, exterior ablutio signum est, & etiam causa. Interior namq; ablutio, non solum inquantum est passio, sed etiam inquantum actio p̄ sacramentum causatur ideo sacramentum baptismi non tantum dicit ipsam ablutionem exteriorē inquantum est passio, nec tm̄ inquantum est actio, sed comprehendit rationem vtramq; quamuis immediatiùs respiciat baptizatum ratione ablutionis passiuæ, quam actiuæ. Hæc Richardus.

Dionysiꝰ Carthusi. contra Richardum.

¶ In quibus uidetur insinuari, quòd actio, & passio realiter idem sint. Alii dicunt, quòd sint entitates seu q̄dam essentiæ realiter ad inuicē distinctæ sicut ponuntur diuersa prædicamenta. Prædicamenta aūt sunt primò diuersa, & eorū essentiæ sunt impermixtæ iuxta Themistij, & antiquorum doctrinā. Differunt quoq; subiecto, & causalitate, ipsaq; actio est in agente, formaliter ipsam denominans, & passio ita est in patiente: Interior autem ablutio actiua, est potissimè ipsemet Deus abluens, qui solus intus mundū facit de immundo conceptum semine, quēadmodū, & actiua creatio est Deus creans. Iob. 14.

¶ At horū demū intellectū valet, q̄ ait Bonæuentra. Baptizo in græco designat lauo in latino. Vnde in lib. Iudith. Descēdebat in vallem Bethuliæ & baptizabat se. ab eo aūt q̄ est lauare, dicūtur lauacrū & lotio. Lauacrum est aqua deputata ac lauādum, & lotio est vsus ipsius aquæ unde in cāticis dicitur: Iudit. 4

Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, Et ad Titum, Per lauacrum regenerationis, & renouationis &c. Cumq; nomen baptismi æquiualeat lauacro, & lotioni, dixerũt quidam, quòd baptismus ut sacramentum sit lauacrum: alij quòd lotio seu tinctio in lauacro; & credo qđ vtroque modo dictum sit sacramentum. Nam, & lauacrum sacræ rei est signũ, quoniã aqua extra abluẽs, signum est gratię intus mũdantis, & lotio exterior signum est interioris mũdationis. Nec tamen duo sunt sacramenta, sed vnum: quoniam vnum est propter alterum. Aqua quippe non est sacramentum, nisi in quantum sit in aqua. Hæc Bonauentura.

Cantic. 4. Tit. 3.

¶Scotus quoq; hic scribit: Baptismus ob hoc solũ non est propriè diffinibile, nec, diffinitionem habet perfectam, quia non est ens reale. Habet tamen diffinitionem eo modo, quo secundæ intentiones, vel quæcunq; relationes rationis diffiniuntur, &c.

¶In quibus verbis insinuare uidetur, quòd baptismus non sit nisi relatio, imò rationis relatio, non ens reale, & ita non esset in prædicamento: quoniã ens reale in decem prædicamenta diuiditur secundum Auicennam, & cæteros peripateticos. Porrò hoc dictum Scoti simile est ei, quod (ut supra patuit) ait de hoc an sacramentum sit diffinibile. Et sicut, quod ibi affirmat, improbatum est ibi, ita, & istud faciliter reprobatur. Absit enim putare, quòd sacramenta euangelicæ legis non sint realia entia, cum realem habeãt operationem, sintq; sensibilia signa, seu materialia elementa. Deniq; dato, q̃ uerũ esset, quod ibi dixit de sacramenti realitate, & diffinibilitate: tamen quod hic ait de baptismo, stare nõ posset. Quamuis etenim sacramentum non diceret nisi ens irrationis, & baptismus sit sacramentum, non sequeretur ex hoc, quod baptismus non sit nisi ens rationis: sicut non sequitur, species est ens rationis, & nomen, secundæ intẽtionis, & homo est species, ergo homo est ens irationis, & nomen secundæ intentionis. Alia multa scribit hic, quæ dimitto: quoniam potius esse videntur ueritatis inuolutiones, & obseruationes, quàm declarationes.

Scotũ subtilitatib' suis obscurare veritatem non declarare.

¶ Præterea de necessitate sacramenti baptismi, scribit Gulielmus in suo sacramẽtali. Scito homines sanctos desuper eruditos, dixisse uerissimè, vitium esse ægritudinem, vetustatem, corruptionem, putredinem, vermem, bestiam malam, vulnus, mortem, catenam, compedem, carcerem, tenebram, lepram, paralysim, febrem, insaniam, & furorem. Virtus verò contrarijs appellauerũt nominibus. Quemadmodum autem peruersitas, atq; corruptio nostræ potentiæ appetitiuæ exterioris, seu sensitiue indicat exteriorẽ corporis ægritudinem, sic error, atq; præuersitas exterioris appetitus ægritudinem indicat mentis: quemadmodum error appetitus sensitiui, quo appetuntur carbones, & cineres pro nero, naturalique corporis cibõ, ægritudinem indicat corporis, sic, & certum est errorem appetitiuæ interioris, quo appetuntur omnino inconuenientia, atque cõtraria pro vero, & naturali cibo mentis, qui alius esse nõ valet nisi ueritas, & honestas, indicare ægritudinem mentis, sic etiam ex errore gustus exterioris, quo dulcia uidentur amara, & ecõtrario, & mala dispositio corporis. Conformiter dum bona spiritualia honesta, & sancta sapiunt nobis amare, carnalia verò, fœda & uilia bene, & delectabiliter, euidenter patet ex hoc nostræ mentis peruersitas, ægritudo, & dispositio pessima. Hæc autem ægritudo partim nobis innata est, & originalis, peius verò contracta, & aucta per uitia propria. Cũ ergo tot mortibus simus oppressi, tot uetustat ibus squalidi, indigemus in primis sacramento regenerationis, & renouationis, qua à tot lęsionibus, & occisionibus renouemur ad esse spirituale ad uitam gratiæ, ac uirtutum, & renouemur in spiritu sancto. Nempe cum natiuitas ingressus sit, & initium uitæ, mors verò finis, desitioq; ipsius, necesse est uitam animalem, & uitiosam desinere, & finiri in nobis, & uitam spiritualẽ in nobis per regenerationem incipere. Propter quod ueritas dixit, Nisi quis natus fuerit denuo, non intrabit in regnum cęlorum. Et quia ad ea, quæ sursum sunt, (id est, spiritualia, & æterna) bona nascimur gelidi, atq; ad ea, quæ deorsum sunt temporalia, carnalia, & mundana, ardentes, ac feruidi, necesse est nobis nascẽtibus apponi aquam, & ignem, & in vtrunq; immergi. In aquam, ut extinguatur illud peruersi ardoris incendium: in ignem, ut soluatur istud mortiferum frigiditatis gelicidium, & succendatur viuifici, saluberrimiq; feruoris caminus. Ardentes quippe nascunt filij Adæ, igne amoris peruersi, & illo quasi operto, & clauso, flamis nequissimorum desideriorum ad huc erumpere tempore infantiæ nõ ualentibus, eodem igne, cum ad ætatem uenerint pubertatis, uelut ingenti ardent fornace. Aquam, & ignem spiritaliter dico eãdem spiritus sancti charitatem, & gratiam, qua incalescimus ad æterna, & ad carnalia ac terrena frigemus. Necesse quoq; est & aquam uisibilem adhiberi, ut per sensibilia ad interiora promoueamur, sicut de hoc dictum est, & infra dicetur. Hæc Gulielmus.

Johan. 3.

¶Postremo circa hæc loquitur Antisiodorensis: Succedit circũcisioni baptismus duabus de causis, Prima est: quoniã maior gratiæ cumulus significeat & datur in baptismo, quã in circuncisione. Circũcisio namq; inquantũ circuncisio, non significat nisi remissionẽ peccati. Baptismus uerò ultra hoc designat gratiæ infusionem, extinctionem mundanę, & humanæ cupiditatis, & saltum spiritualem in uitã, æternam, quod patet per aquæ proprietates. Aqua etenim abluit, reficit, extinguit, & salit tam altè quantum ab alto loco descendit. Secunda causa est, quia cõmunior est baptismus: nam conuenit mãribus, & fœminis. ¶ Porrò de baptismi essentia diuersa opinio. Quidam dicunt, quòd aqua inquantum abluens, seu ablutio facta in aqua, baptismus sit, qđ falsum uidetur, quia quãdiu baptizatus uiuit, habet baptismum, non tamen aquam abluentẽ nec ablutionem, quæ transierũt. Hinc alij dicunt, quòd baptismus est, quid permanens, puta caracter impressus aĩæ ad distinguendũ baptizatũ, à nõ baptizato, quẽ admodũ circũcisio distinguebat iudęũ à Gẽtili. Sed ō hoc est, q̃ sacramentũ est inuisibilis gratiæ uisibilis forma seu materiale elementum. Carecter autẽ est inuisibilis, qualitas, ut patebit. Præterea sacramẽtũ est inuisibilis qualitas, ut patebit. Præterea sacramẽtũ est inuisibilis forma, significatiua, & effectiua inuisibilis gratiæ, quod propriæ cõuenit aquæ abluenti seu ablutioni in aqua. Itaq; nobis uidetur, qđ nec sola aqua abluẽs, siue ablutio aquæ, nec solus character baptismus existat, sed duo illa scilicet, aqua abluens seu ablutio, & caracter simul sumpta, existant baptismus, & unũ sacramentũ ab unitate gratiæ, designatę quãuis ſm essentiam sint diuersa, sicut hæ tres uoces, albus alba album, sunt unũ nomen ab unitate significati: concedimus tamen, qđ tinctio in aqua est baptismus, & itẽ caracter, sicut in sacramẽto eucharistiæ forma panis, & uini est sacramentum. Verum quoq; corpus Christi, qđ sumpsit

psit ex virgine sacrum consistit, & oĩa, quæ sunt ibi, demonstrant vnum eucharistiæ sacrum. Manet ergo baptismus, quantũ ad impressum characterem, & quantum ad suũ effectũ. Nec oportet quicquid in sacro est, esse visibilẽ formã, sed sufficit, quòd ſm aliquid sui sit uisibilis forma: quia nec i eucharistiæ sacramento corpus Christi est nobis visibile. Hæc Antisio. in Summa 4. libro.

QVAESTIO II.

Secundò quæritur, *Virum ista sit tota, & inuaria bilis forma baptismi: Ego baptizo te in nomine patris, & filij et spiritus sancti.* ¶ Vł, q̃ non: qm̃ Græci Christiani alia forma vtuntur, dicendo: Baptizetur seruus Christi in nomine patris, &c. Secundò, vł super fluum addere, Ego, quia in uerbis primæ personæ subintelligitur. Tertiò: qm̃ actus potissimè attribui debet principali agenti, non instrumentali. Potius ergo dicendum esset, Christus seu Deus te baptizet. Quartò, ſm Boethium, In entibus aggregatis vnio est forma ista nulla fieri posset additio, subtractio mutatio, interpositiove verborum, ¶Cuius oppositum patet in textu, vt infra dicetur.

Ad formã baptismi tria requiruntur. Matt. 28.

¶Circa hæ scribit Antisiodorensis in Summa sua quarto libro. Ad sacramentum baptismi tria exiguntur, videlicet forma verborum, intentio baptizandi, & aqua. Et forma verborum est hæc: Ego baptizo te in nomine patris, & filij spiritus sancti, quã formam Christus determinauit. Sed uidetur, quod hoc uerbum baptizo, non sit de essentia huius formę, quia si uelim me signare, non oportet vt dicã signo me, imò sufficit, quod habeam intentionem signandi me, & dicam, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Item si benedico panem, non oportet me dicere, ego benedico panem, sed sufficit, quod habeam intentionem benedicendi, & dicam verba prædicta, ergo similiter si quem q̃ baptizo, nõ est necesse dicere, ego baptizo te, sed suficit, quod habeam baptizandi intentionem, & dicam hæc verba. In nomine patris, &c. Dicendum, q̃ verbum illud est de essentia formæ huius, & ad obiecta respõdemus, quòd non est simile, quia hæc verba, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, ad multa se habent, vtpote ad signandum, ad benedicendum, ad baptizandum. Baptismus autem sacramentum est necessitatis, propter quod necesse est baptizantẽ determinatam habere intentionem, & expressam, ne euagetur cor eius ad alia, cũ verba illa ad alia se habere possint, Propter hoc necesse est vt baptizãs intentionem baptizandi, quam habet, exprimat verbo. Hæc Anticodorensis.

¶Veruntñ si baptizans formã hãc proferat tam grandi distractione, & sine actuali intentione, atq; attentione, ad huc verè baptizat, sicut, & verè cõsecrat celebrans, quamuis omnino distractus sit verba consecrationis pronunciando.

¶Insuper doctor idem de verborum subtractione subiungit: Non est dubium non esse baptismum, si ita tantum dicatur, Ego baptizo te in nomine patris. In primitiua tamen accleſia fiebat sub hac forma, Ego te baptizo in nomine Christi, duplici ratione: Primò, ut nomen Christi, quòd fuit multis incognitum, & contemptum, celebrius fieret, magisque notum. Secundò, quia in nomine Christi tota trinitas datur intelligi, & hoc fecerunt Apostoli familiari consilio spiritus sancti.

¶Quæritur quoq; de additione verborũ, an verè detur baptismus, si ita dicat, Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & beati Petri. Rñdent Magistri, quod si ex deuotione ne fiat talis additio, nec baptizans intendat, aut credat additionẽ illam esse de essentia formæ verborum baptismi, exhiberur baptismus: non autem si putat illam esse de essentia formæ verborum baptismi.

¶Similiter quæritur de corruptione verborum, utrũ per illam impediatur baptismus. Dicendum, quòd si intendit inducere hæresim, qui verba corrumpit, non baptizat: non quia verba corrumpit, sed quia necessariã intentionem non habet ad baptizandum. Si aũt ex sola simplicitate fiat aliqua verborum corruptio, ita, q̃ retineant syllabæ principales, non impeditur baptismus, ut dicunt Magistri. Verum pro quanta corruptione impediatur baptismus, præcisè determinare non est hominis. Hæc Antisiodorensis.

¶Atverò Thomas de his scribens, de integritate formæ baptismalis differuit: Forma cõpletiua rei, media est quodãmodo inter materiã, quã perficit, & cãm efficientẽ, à qua producitur, ut virtus efficientis mediante forma ad materiã traducat. Cũq; mediũ cõplectatur extremorum vtrunque, forma baptismi continet principale efficiens, à qua baptismus efficaciam habet, & proximam baptismi materiam, quæ ẽ actualis ablutio. Hinc ponitur ibi, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, tanquam principale efficiens, à quo baptismus vim sortitur, & ponitur ibi actus materialis, & ea, quæ ipsum circunstant, utpote conferens baptismum, & recipiens ipsum. Formam autem baptizandi tradidit Christus apostolis ante passionem, dum misit eos ad prædicandum, & baptizandum. Ideo non intendebat eis conferre hanc formam, dicens: Docete omnes gentes, sed actũ ꝑdicandi, & baptizandi ipsis iniungere.

¶Præterea dum quæritur, an licet hãc formã mutare: Dicendum, cõem sacra efficaciam habeant ex institutione diuina, principaliorq; in eis sit forma, q̃ materia; ideo sicut nulli licet sacrũ mutare, aut aliquod nouum instituere, ita nulli licet mutare formam sacramenti, quantum ad id, quod est de essentia formæ, absq; speciali consilio spiritus sancti, qui virtutem omnipotentiæ suæ verbis illis non alligauit. Et si mutatur, nil agitur, & culpa incurritur: sed dum aliquid pertinet ad formam ex determinatione ecclesiæ, si illud mutet, est sacrum, sed peccatur. In forma quoq; baptismi essentialiùs ẽ, quod exprimit causam principalem agentem, à qua est tota sacramenti efficacia, quàm q̃ exprimit actum exercitum. Ideo quantum ad omnes, inuocatio trinitatis est de essentia formæ, nec aliqui quantum ad hoc, possunt formã mutare. Quidam demum dixerunt quòd actus exercitus non est de essentia formę, & quòd in illa inuocatione trinitatis essentia formæ, tota consistit, quos refellit auctoritas Alexandri Papæ, dicentis non esse baptismum lauacrum illud, quo aliqui in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, nil addendo baptizantur. Hinc secundum opinionem Græcorum, de necessitate formæ est actus baptismi, quantum ad significatum, non quantũ ad consignificatum. Persona autem baptizans per ministerium, non est de necessitate formæ, quia ex ea efficaciam baptismus non habet. Persona verò recipiens est de formæ necessitate: qm̃ actus ad suscipiẽtem terminatur, ideo Græci differunt in forma, à nobis in tribus. Primò, quia personam ministri in forma non exprimunt, & hoc (ut dicunt) ad remo-

uendum

uendū errorē(q̄ fuit in primitiua ecclesia) eorū, q̄ efficaciā baptismi baptizanti attribuebant, ut patet in prima ad Corinthios. Secundò in hoc, quod 1. Corin. 1
significant actum sub alia, hoc est, sub tertia psona, & sub alio mō utpote subiectiuo, vel optatiuo, ad significandum, quòd actus interior expectat à Deo. Tertiò, quia personam baptizatam ponunt in nominatiuo, atq; in tertia persona, quia interdum non habet vsum rationis, vt ad eam possit dirigi sermo.
¶ An uerò mutent aliquid, quod sit de substātia formæ, ut sic oporteat rebaptizari, quamuis quidā hoc dicant, non tū est determinatum, sed dubium apud quosdam: quibus vī, quòd sufficiat actum, baptismi significare ad sacri perfectionem, &, quòd consignificationis determinatio sit ex institutione ecclesiæ. Verum hoc certum est, quòd forma, qua vtimur nos, melior sit: tum, quia perfectior, vt constat ex dictis: tum quia plùs consonat euangelij verbis, in quibus ministri dicuntur baptizantes: tum pp auctoritatem Romanæ ecclesiæ, quæ formam hanc tradidit seu promulgauit, quæ ecclesia nunq̄ à uera fide legit declinasse, hāc ab apostolis formā seruās. Idcirco nō licet latinis præcipuè in forma Græcorum baptizare, q̄ si præsumerent, secundū quosdam non esset baptismus secundum alios uerè esset, sed grauiter peccarent. ¶ Si aūt obijciat, q̄ actus baptismi fieri pōt ab vno, & à duobus, & in vnum, & in duos, ergo fieri pōt formæ mutatio, vt dicatur nos baptizamus uos. Item vī, quòd possit sic dici, baptizo te in nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab utroque, cum idem sit sensus, nec uirtus sacramentalis consistit in uerbis, nisi sm quod ad significationem referunt, aliàs non esset alicuius uirtus, nisi tantum in una lingua: qm̄ uoces non sunt eædem apud omnes. Rursus, apparet, quòd sufficiat dicere: babtizo te in nomine trinitatis, præsertim cum in nomine trinitatis apertiùs intelligātur tres personæ, quàm in nomine Christi. Et rūdendum ad ista, quòd unus actus, qui uno agente expleri potest, non progreditur à pluribus agentibus simul, ideo unus baptizans, cum ipse solus baptizare possit, debet significare actum suum, non ut à pluribus exeuntem, sed ut à se solo, ideo dici non potest: Nos baptizamus. tamen sm quosdam dici potest, Ego baptizo uos, si necessitas assit. Nec est aliqua mutatio formæ quantū ad significationē, quia plurale nō est nisi singulare geminatum. Potest, & alia ratio assignari, quia baptizo uos, idem est, quòd baptizo te, & te ideo per hoc non est mutatio aliqua quantum ad sensum, sed solum quātum ad uocem, sed, nos baptizamus idem est quod, ego, & ille: non aūt ego, & ego, ideo nō oīno est idem, pp quod qui dicit, Nos baptizamus, nihil facit, qui aūt dicit, baptizo uos, & si plures simul baptizaret, baptizatum est, attamen peccat, nisi ex magna necessitate id faciat. Quod autem apostoli baptizauerunt in nomine Christi, ex familiari fuit consilio spiritus sancti, nec aliter eis hoc liquisset. Et si modo quis taliter baptizaret, non esset baptismus, ut communiter dicitur, quamuisquidā dicant ōrium. Præterea, in nomine trinitatis no exprimuntur ipse personæ, sed solus numerus personarum, ideo non sufficit dicere in nomine trinitatis, nec esset baptismus. Nec etiam si diceretur. In nomine generatoris, & geniti, &c. Genitor namque non significat personam patris ut hypostasim subsistentem, ut hoc nomen pater, sed p modū actus, ideo non est eadē significatio, si dicat, in noīe patris, & in noīe genitoris, & idē dicē dū de alijs. Quāuis aūt non sit eadē uox in Græco & Latino, sm̄ est eadē uocis significatio, atq; in quālibet lingua uerba illa specialiter pertinent ad formā baptismi, q̄ principaliùs īstituta sunt ad significā dum ipsas personas. De corrupta demū pronunciatione uerborū, sicut eius, q̄ ex ignorantia latini sermonis dixit, Ego te baptizo in noīe patria, & filia, spirituſſancta: ut infra narratur, sciendum, quia, aut facit ex industria, & sic non vī intēdere, q̄ intendit ecclesia, & sic non est baptismus, aut facit hoc ex defectu linguæ seu ignorantia, & tunc dī, quòd si sit tanta corruptio, q̄ oīno aufert sensum loquutionis quod non est baptismus. si aūt sensus loquutionis remaneat, erit baptismus. Hocq; præcipuè accidit, quòd sensus nō mutatur, qm̄ corruptus sit finis, quia ex parte finis mutatio uariat ꝓ significationē, nō significationē ut grammatici dicūt. Mutatio verè ex parte principij variat significationē. Vñ corruptio talis, maximè si sit magna, sensum loquutionis oīno aufert. Porrò dū sensus loquutionis aliquo mō manet, tūc quamuis mutetur forma, quantum ad sonū sensibilem, non tū quantum ad significationem. Nam quāuis oratio corruptè prolata, nihil significet ex uirtute impositionis: significat tamen aliquid ex accommodatione usus.

De corruptione uerborum.

¶ Præterea dū quæritur, an liceat formæ baptismi aliquid addi, aut subtrahi: rūdendū, q̄ de subtractione hoc certū est, quòd si subtrahat aliquid quod sit de essentia formæ, non est baptismus. Verum aliqui dicunt, quòd expressio actus non sit de substantia formæ, ita, quòd si subtrahatur, sola trinitatis inuocatione facta, erit baptismus, quamuis peccet ita baptizans. Sed contra est decretalis Alexandri Papę 3. asserentis, quòd si quis puerum ter in aqua merserit, dicendo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, si non dicit, Ego baptizo te, talis immersio non facit baptisma. Oportet enim ut per formam uirtus trinatis innocatę ad propositam determinetur materiam, quod fit in actus expressione. ¶ Similiter expressio personæ baptizatæ est de substantia formæ, quia per eā determinatur actus ad istū baptismū, ideo si subtrahat, non erit baptismus. Expressio aūt personæ baptizantis, non est (ut fertur) de essentia formæ, quantum ad sacramenti necessitatem, sed ex institutione ecclesiæ, ut intentione magis feratur ad actum illum; ideo si omittatur, erit baptismus, sed peccat omittens.

De expressione actus

Extra de baptismo & eius effect. c. Si quis pue.

¶ Deniq; de additione duo sunt obseruanda: Primum est ex parte addentis, quia si aliquid adderet, intendens illud esse de forma, quasi uolens per hoc nouū ritum adducere, constat q̄ nō intendit formā profere, qua utitur ecclesia, & ita nec faceret, quod facit ecclesia, ideo non esset baptismus, secus esset, si ex pia causa quid adderet, ut ex deuotione quadam. Secūdū est ex parte eius, quod additur, quod si sit corruptiuum, non est baptismus, ut si dicatur, in nomine patris maioris, & filij minoris: si aūt addatur, & beatæ Mariæ, aliqui dicunt non esse baptismum, quia baptismus nō fit in uirtute beatæ Mariæ. fieret tū baptismus, si diceretur, & beata Maria adiuuet puerum istum, uel aliquid tale. Alij probabiliùs dicunt, quòd esset baptismus, etiam primo modo facta additione, quia secundum Magistrum, in nomine patris, idem est, quod in inuocationem patris. Potest autem in inuocatione beatæ Mariæ fieri baptismus cum inuocatione trinitatis, non quasi ex uirtute ipsius baptismus efficatiam habeat sicut ex trinitatis uirtute, sed ut eius intercessio baptizato proficiat ad salutem. Quidam dicunt tertium attendendum utpote quod si fiat additio in principio

Diuersæ opiniones de additione.

cipio, aut in medio, non esse baptismum: si aūt in fine, esse baptismum, sed hoc nullā vī habere rōnē. Vñ sm alios qualitercunq; fiat additio non refert, dummodo non sit contraria formæ, & baptizans non intendit mutare ritum baptismi ecclesiæ.

¶ Postremò, dū quæritur an possit fieri interpositio, aut transpositio, & rūdendū, q̄ cū forma verborū constitat in tribus, puta in significatione, & integritate verborū, & ordine, dicunt quidam, q̄ q̄c quid horum mutetur, vel varietur, non erit baptismus, sed: qm̄ formæ sacrorum sunt quædam fidei professiones, fidem aūt non profitentur verbo formæ, nisi ratione significationis, ideo dicunt alij, q̄ dummodo seruetur intellectus implicitè, aut explicitè, etiam si non asit integritas uocū, nec ordo, erit baptismus. Sed: qm̄ sacrm, quantū ad formam, & materiā, eiusdē debet esse significationis, ideo alij dicunt medio mō, quòd requiritur significatio plena, & integra verba, quæ sunt de essentia formæ. Si aūt ordo, vel aliquid circa verba mutetur, quod non tollit significationē, nec integritatē uerborū, erit baptismus. Hinc si fiat tanta interruptio, quod intercipiat intentionē baptizantis, non erit forma, & utraq; per se erit una imperfecta, nec sufficiet ad baptismum, ut si dicat in noīe patris, & interponat, fabulā longā, deinde dicat, & filij: si aūt fiat parua interruptio verbi, non corrumpentis formā, ut si dicatur, in noīe patris oīpotentis, aut silentij, aut tussis, quod nō discontinuet intentionē, tūc ab vnitate intentionis erit vnitas formæ. Constat enim, quod continuitatis forma ex uocibus vnitatem habere non valeat, cum oratio sit quantitas discreta. Dicit aūt nonnulli, q̄ si sit talis ordo, qui mutat intellectū non fit baptismus, ut si dicatur. In noīe patris baptizo te, & filij, & spiritus sancti: si uerò nō mutet, baptismus est. Alij dicunt, q̄ qualitercunq; ordo verborum mutet, non vī intellectus mutari, ideo erit baptismus, q̄uis peccet transponens. Hæc Tho. in Scripto. Hæc eadē scribit in 3. parte Summę, quæst. 60. & scripta ibidem continentur in istis, Similiter scripta Per. & Rich. itemque Albe. qui etiam q̄rit an pro nomen hoc. Ego, sit de essentia formæ baptismi: Respondet, Dicunt quidam, q̄ sic, sed puto, quòd non sit de essentia, & puto, q̄ potest dimitti, si quis velit sine magna culpa: securius tamen est, q̄ exprimatur. Hæc Alb.

Thomas eadē di. 2. quæst. 4.

¶ Quicquid verò teneat de hoc, æstimo, qđ sine grandi culpa omitti non queat scienter, & sponte, sicut, nec ista cōiūctio. Em̄, in cōsecratione eucharistiæ, quam tū coniunctionem constat non esse de essentia formę consecrationis illius. Quòd aūt pro nomen hoc, Ego, non sit de essentia formę baptismi, etiam Scotus sentit, & probat per illud extra de baptismo, & eius effectu: Si quis. vbi dicit Glossa, q̄ pronomen hoc ego non est de substantia formæ, quoniam plenum sensum generat hęc uox baptizo, sine pronomine. Iterum de consecratione argumentum est distinctione 4. retulerunt, vbi dicitur, si quis dicit, baptizo te, baptismus est, si intendit baptizare.

Extra de bapt. & eius effe. c. Si.

De con., d. 4. c. Retulerunt.

¶ Deniq; in his, quæ ex Thoma inducta sunt, doctores cōiter concordant, Albertus, Bonau. Tho. de Argentina, Petrus, Richard. Duran. Scotus, & alij.

¶ Durandus tū affirmant non esse verū baptismum, si quis iā baptizaret hoc mō, Ego te baptizo in nominę Christi, quia & si ad tps licuit taliter baptizare propter rationes, & causam prætactam tamen illa cessante, cessauit huiusmodi forma.

¶ Scotus verò de hoc consultiùs loqui videt, dicens se nō audere dicere, quòd sub forma illa sit baptismus, nec oppositū, quia non legi, inquit, vbi fuerit illa dispensatio relaxata, & periculosum videtur in istis aliquid incautè asserere.

QVAESTIO III.

TErtiò quærit, *An sola aqua simplex sit materia sacramenti baptismatis, & cur hoc.* ¶ Videt, quòd non, quoniam iuxtà præhabita, sacramentū est materiale elementum: Lex autē euangelica perfectissima est, ergo primum eius sacrum (quod est baptismus) debet esse nobilissimum elementum, aut in perfectissimo elemento (quod est ignis) institui. Secundò, ignis est maximè purgatiuus, baptismus aūt ad purgandum peccata est institutus: Tertiò, effectus, & proprietates, ac dispositiones spiritaliū rerū, ac diuinorū, potissimè designātur per ignē, vt diuinus Dionysius potestatur, Vñ, & Apostolus fatur, Deus noster ignis consumens est, ergo sacramentum hoc, quod est multarum spiritalium rerum signum, maximè debuit in elemento ignis institui. Hæbr. 12.

¶ Circa hæc scribit Bonauentura: Sacramentum baptismi est maximè efficax, & necessariū inter oīa sacramenta: efficax, quia in eo character imprimitur, qui animam disponit ad diuini luminis susceptionem, quemadmodum transparentia disponit vitrum ad receptionem luminis corporalis. Datur quoq; gratia mundificans animam in baptismo, & actus gratiæ ad refrigerandum ardorem concupiscentiæ. Hæc autem oportuit dari in elemento, quod sua proprietate multiplici omnia ista designaret, & hoc est aqua, quæ est transparens, ac peruia lumini abluit, mūdat. Aqua etiam apud omnes magis habetur in promptu, humanoq; corpori conuenientiùs applicatur, quàm ignis. Et. quia lex Mosi lex fuit rigoris, & timoris, lex autem Christi lex clementiæ, & amoris, conuenit primo sacramento euangelicæ legis baptismus in refrigeratiuo, dupli Iohan. 3.
ciq; elemento, legi verò Mosaicæ circuncisio cum cultello petrino.

¶ Præterea si quęratur, quando Christus baptismū instituit: dicēdū, quòd primo insinuauit ipsum instituendum in Iohannis baptismo, & instituendū pdixit in Iohanne: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto nō intrabit, &c. Instituit ut in Iohāne fertur, cum ipse per suos discipulos baptizare exorsus est, confirmauitq; institutū facto, qm̄ de latere eius fluxit sanguis, & aqua. Et idem verbo post resurrectionē suam iubens apostolis: Euntes docete omnes gētes, baptizantes eos, & cæte. Hæc Bonauentura in Scripto.

¶ Hinc demū i Breuiloquio scribit: Cū principiū nostrū reparatiuū, vc3 verbū incarnatū, tanquā pfectissimū, sufficientissimūq; principiū reparare uoluerit genus humanū, per medicamina sacrorū, ita, q̄ nihil sit in eis superfluū, nil inordinatū, nil diminutū, ita disposuit baptismū, & alia sacra, vt integrarentur secundū quod exigebat sua virtus, nostra salus, & noster morbus. Cūq; virtus nos reparans sit totius superbeatissimæ trinitatis potestas, quam sancta mater ecclesia credit in animo, confitetur in verbo, & profitetur in signo, sub triū personarū proprietate, ordine, ac naturali origine, & etiam passionis Christi, qui fuit mortuus, & sepultus, dieque tertia resurrexit: hinc ad horum expressionem in primo sacramento hoc, in quo primo, & principaliter virtus hæc operatur, debuit fieri expressio trinitatis, nominatione distincta, quantum est de forma communi. Debuit etiam fieri expressio actus baptizandi cum trina immersione, ad expressionem

pressionem mortis Christi,& sepulturæ, ac resurrectionis post triduum. Rursus ; qm̃ salus nostra requirebat inchoari per regenerationẽ seu renouationẽ inesse gratiæ conferentis esse spirituale,ab stergendo immunditiã,effugando caliginẽ refrigerando concupiscentiã,quæ labefactat oẽm cõiter hoiem:hinc decuit exiberi hoc sacrum in elemento habentẽ conformitatẽ ex naturali repræsentatione ad triplicẽ istũ effectum gratiæ inchoantis nostram salutẽ.Cũq; aqua sua puritate mundet, sua quietate deferat lucẽ,& sua frigiditate refrigeret concupiscentiæ ignẽ,ac inter oĩa liquida maximè cõis, hinc sacramentum hoc in aqua conuenientissimè est institutum Hæc idem ibidem.

¶In idẽ redit, quod asserit Thomas: Ex institutione dicens diuina congruentissimum est baptismũ cõferri in aqua.Primò:qm̃ ratione suæ diaphaneitatis aliquid habet de lumine, sicq; conuenit baptismo,qui habet uim illuminatiuã , secundum quod in eo gratia dat Secundò:qm̃ aqua rõne suę humiditatis habet uim ablutiuã.ió cõpetit baptismo,in quo sordes culpæ mundantur.Tertiò, quia, ratione suæ frigiditatis habet uim refrigeratiuam competitq; baptismo,in quo incendiũ fomitis mitigat.Quartò,quia ut septimo de aĩalibus dr, aqua maximè conuenit generationi, & augmentationi viuentium pp quod in principio mundi animalia ex aqua primitus sunt producta.Vñ puenit baptismo,qui est spiritalis regeneratio. Quintò : qm̃ aqua in cũctis mundi finibus inuenit. Sextò, qa faciliter,& sine precio potest acquiri,ideo conuenit baptismo,quod est generalissimum,& maximè necessarium sacramentum.

Aquę mixtio q̃ impediat baptismũ

¶Insuper dum quæritur, an fieri debeat in simplici aqua:dicendum,quòd mixtio aquæ potest esse duplex,vna,quæ tollit speciem aquæ , sicut dum per putrefactionem,aut digestionem transit in aliã speciem. Aliam, quæ speciem eius non tollit, ut dũ modicum alterius rei ei miscetur. Itaque in aqua primo modo mixta fieri nequit baptismus , quia non permanet vera aqua:sed in aqua secundo modo mixta,ut cũ sciaf,qm̃ aqua sit ita, vel ita mixta, pensandum,quòd sicut diuersitatem speciei in animalibus iudicamus ex diuersitate figurarum, ita diuersitatem specificam in elementis cognoscimus ex diuersitate rari,& densi. Hinc si fiat tanta alteratio siue permixtio aquę. quod recedatur à termino raritatis,& densitatis aquæ in actu ,uel in potentia, signum est, quod sit species aquæ transmutata, & dico in potentia,quando aliquis humor non cõdensatur,& rarè fit calidè, uel frigidè sicut aqua, sed aliter,ut patet in oleo,vino, & lacte. Denique, de lixiuio aliqui dicunt,quod speciem aquæ amisit,ideoq; baptismi materia esse non possit,sed hoc non vr,quia eadem ratione aqua transiens per minerias sulphureas,& terras combustas,materia baptismi esse non posset, quod falsum est, Lixiuium enim ab alia aqua non differt, nisi in hoc, quod p cineres transit.idcirco videtur dicendum,q̃ baptismus in lixiuio fieri potest sicut in aquis sulphureis. atque in alijs aquis,quæ ex terra ,per quam transeunt,aut exeunt,immutantur.

¶Quærit quoq;,an in qualibet aqua simplici fieri q̃at baptismus.Et rñdendũ,quòd aquarũ diuersitas,q̃ est per diuersos situs,& loca, est accidentalis, idcirco non mutat speciẽ aquæ,ió in qualibet aqua tali,videlicet maris,fluminis,cisternæ,fontis,& stagni fieri potest baptismus . Porrò saluator tangendo in sui baptizatione aquas Iordanis, non illis tm̃ sed toti speciei aquæ regeneratiuã uim contulit ; instituendo eam instrum baptismi.In aqua quoque paludis põt dari baptismus,nisi in tm̃ esset in grossata,quod a vera aquæ raritate recederet,ut si existeret lutum.Hæc Thomas in Scripto.

¶De his etiã scribit in tertia parte,quæstione.66. & addit:Aqua suã puritatẽ,& simplicitatẽ amittere põt dupliciter.Primò, per commixionem alterius corporis:secundò,per alterationẽ, quorũ vtrunq; contingit dupliciter,vtpote per partem,& per naturam.Ars uerò deficit ab operatione naturæ ; quia natura dat formam substantialem,ars accidentalẽ, quãuis applicando actiua, & passiua ad inuicem, dispositiuè cooperetur ad substantialis formæ productionẽ.Quacũq; ergo trãsmutatione circa aquã facta per artẽ cõmiscendo seu alterando, non transmutatur species aquę ideo in tali fieri valet baptismus,nisi forte aqua misceatur per artem in quantitate tam parua alicui corpori,quod compositum magis sit aliud,q̃ aqua,sicut lutum magis est terra, q̃ aqua,& vinũ lymphatũ magis est uinum,q̃ aqua. Transmutatio verò,quæ fit a natura , interdum speciem soluit aquę,sicut dum aqua fit de substantia corporis mixti.Aliquando aũt fit per naturã transmutatio aquæ sine sue naturæ specificæ dissolutione.ut patet de aqua calefacta a sole,& in qualibet qualitercũque transmutata sine naturæ corruptione,baptismus fieri valet,non in alijs Admixtio aũt chrismati,non soluit speciem aquæ. Porrò, si exluto,aut alio ingrossato,& inspissato exprimaf aqua subtilis,fieri põt in ea baptismus.Consimiliter in lixiuio,& aquis sulphureis,quia non incorporantur corporibus mixtis,sed solum alterationẽ quãdã sortiuntur transeundo per corpora quædam. Aqua verò rosacea est liquor rosæ resolutus , idcirco in ea fieri nequit baptismus,quemadmodum , nec in aquis alchimicis,sed in pluuialibus aquis : qm̃ nullam proprietatem retinent alicuius corporis mixti,quod de aquis rosaceis, & alchimicis dici non potest.Hæc in Sum. eadem Pet.

¶Consonatq;.Richar. & addit : Nihil aliud ab aqua materia est baptismi , compræhendendo sub aqua ablutionẽ,q̃ fit in aqua , q̃ ablutio est materia proxima,& loquendo de baptismo fluminis , prout distinguit a baptismo flaminis &,sanguinis,Materia eñ sacramenti naturalem debet habere similitudinem ad repræsentandum effectus sacramẽti, &c. Scisciatur quoque Rich.An aqua artificialis sit cõueniens baptismi maeria videtur , q̃ imò de aqua rosacea,q̃ nõ est quid mixtũ: qm̃ oẽ mixtũ est grossius quacunq; aqua naturali.Aqua aũt rosacea nõ est grosior aqua qualibet naturali. In oppositum est,quod 4.Meth.ait Phi.Sciant artifices alchimiæ species rerũ uerè pmutari non posse , ergo de re, q̃ est alterius speciei ab aqua , non põt fieri species aquæ.Dicendũ,q̃ nulla artificialis aqua est baptismi materia,quia in aqua naturali duntaxat instituit eũ Christus. Nec aqua rosacea est ueri nominis aqua.Nempe ut 3.libro loquitur Damasce. Natura rei per propriã cognoscitur actionẽ.Naturalis aũt actio aquæ rosaceæ,alia est a naturali actione aquæ ueræ,ac naturalis:qm̃ naturalis aqua etiam effectiuè est humida. Aqua verò rosacea corpus exiccat, & constringit,& in sapore,ac odore ab aqua distinguitur naturali, sua quoque frigiditas, ac perspicuitas alterius modi sunt,q̃ perspicuitas,& frigiditas aquæ naturalis, q̃uis hoc non semper sensu percipiatur.Est etiam composita ex quatuor elementis,& in substantia grossior est quacunq; aqua naturali,

naturali, si separata extiterit ab oĩbus partibus cuiuslibet alterius elementi,quamuis propter admixtionem suam cum ferreis partibus sit in aliqua parte sua grossior aqua rosacea.Hæc Richardus.

¶Albertus demum prædictis consentit,eo,quòd de lixiuio dictum est, dempto. In aqua , inquiens, mixta vbi soluitur species aquę,fieri nequit baptismus.sicut est brodium pinguiũ,vel aliorum,quod infrigidatũ congelatur.Et constat, q̃ cereuisia , & urina,& lixiuia q̃dã,quæ multã habent admixtionẽ corporũ cautorum,& aquæ,quas faciunt alchimistæ ad mutanda metalla,huiusmodi sunt. Verum tñ si esset brodium non remotum à specie elementi,ex hoc,quòd coctum est, bene crederem in eo fieri posse baptisma. Hæc Albertus, cuius dictum de lixiuio,concordari potest cum verbis Thomæ de lixiuijs distinguendo, prout in verbis Alberti insinuatur.

¶Præterea,contra dicta obijcitur de aqua, quæ fluxit tpe pasfionis de latere Christi,& fuit significatiua baptismi, non tñ videtur fuisse aqua pura, cum in corpore mixto non sit huiusmodi aqua.

¶Ad hæc Tho.responder: Aqua fluens de latere Christi pendentis in cruce,non fuit humor flegmaticus,ut quidam dixerunt,quia in tali humore fieri non posset baptismus;quemadmodũ,nec in sanguine animalis,neque in uino,nec aliquo humore alicuius plantæ.sed fuit aqua pura,miraculosè progrediens à corpore mortuo,sicut,& sanguis ad cõprobandum veritatem dñici corporis contra Manichæorum errorem,quatenus per aquam ostenderetur uerè compositum ex quatuor elementis, & per sanguinem ex quatuor humoribus.Hæc in tertia parte,quæstione sexagesissimasexta.

¶Scotus item concordat inductis,& dictis ex Richardo de aqua rosacea,quã nõ esse uniuoce aquã probat,& sic aquæ artificiales à tota sua specie habent aliquam qualitatem dissimilem aquæ elementari,q̃ patet ex generatione istarum. Impossibile namq; est toti naturæ creatæ ex uno aliud generare,nisi seruãdo determinatum processum per media determinata. Tota enim natura creata non posset ex aceto producere vinum immediatè,& statim,sed oportet redire ad primã materiã eis coẽm quę est aqua,est q̃; attracta in stipite vitis , ut tandẽ in vua conuertatur in vinũ.Et hæc est doctrina Philosophi 8.Methaphysicæ.Et patet ad sensum,quòd ita est.Aquæ aũt artificiales fiunt ex quocunq; non seruato naturæ processu per media determinata, uel ordinata.Si aũt de aliquibus dubium sit, an in eis sit factus verus baptismus, utendum est tribus maximis istis.Prima est,si possibilitas adest,uia tutissima est eligenda.Secunda,si non adest possibilitas, uia proxima tutissimè est tenenda.Tertia,cessante impossibilitate,cautè est supplendum, quod impossibilitas prohibebat.Hæc Scotus.

Si de veritate baptismi dubitatur.

Aquę septẽ sunt proprietates.

¶Præterea de proprietatibus aquæ propter quas conuenientissima materia est baptismi scribit Gulielmus in suo Sacramentali:Aquæ septẽ sunt proprietates,& operationes,q̃bus aquæ uiuæ, & gratiæ sanctæ sancti spũs comparatur. Prima est ablutio sordium.Secunda extinctio ardorum. Tertia est submersio,qua necantur,& suffocantur,quæ viuere nequeunt nisi in sicco.Ita in aqua baptismi contribulantur capita draconum. i. capitalia vitia infernalium potestatũ,originale quoq; pctm̃,.& brutalitas,in qua nascimur.Quarta est gñatiua fœcũditas.Nã,& terræ nascẽtia siue aquis neq̃unt germinare.Quinta est renouatio rerum , quæ ex aquarũ irrigatione,aut super infusione, innouantur, ut in salicibus cernimus,quæ post,q̃ aruerũt, renouatur per pluuias,pp quod in Iob fertur: Si senuerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus eius,ad odorẽ aquæ germinabit , & faciet comã quasi cũ primũ plantatũ est.Meritò ergo sacrum regñationis,& renouationis est in aqua atq; per aquã fit.Sexta operatio est conglutinatio rerũ, & congregatio à dispersione , & unitio à diuisione, ut patet in puluere dũ aqua pfundit,sic aqua baptismi fideles quasi in vnã massam,& in vnũ mysteriũ corpus regenerat.Septima operatio ẽ emolitio.Quẽadmodũ eñ terra siccitate indurata,supfusione aquæ mollit, ac apta efficitur ad formas uasorum,& inpressiones characterum, sic cor humanum originali ariditate durarum, asperſione aquæ baptismalis ad informationem gratiæ disponitur,verbo Dei aperitur,impressionemq; suscipit supernorum charismatum.Hæc Gulielmus. Iob.14.

QVAESTIO IIII.

QVartò q̃ritur, *An immersio in aquam sit de necessitate baptismi,& quota requiratur.* ¶Vr qd necessaria sit. Primò:qm̃ tota caro originali pctõ infecta est,ergo tota immergenda est aquæ. Secundò:qm̃ per baptismum Christo configuramur, pp nos passo, & sepulto. Christus aũt toto corpore passus est,& sub terra in sepulchro absc̃ditus . ergo,& baptizandus totus debet in unda baptismi immergi,& quasi abscondi,potiusq; educi.

¶In priũ est,q̃ in q̃busdã ecclesijs daf baptismus p̃ solã asperſionẽ,sicut,& q̃dã scti quosdã baptizaf se legunt, vrceum aquæ capiti superinfundendo.

¶Ad hæc Albertus:Inter oẽs,inquit , consuetudines rõnabilior est consuetudo Romanæ ecclesiæ ter immergens,quia in illa consuetudine actus cõformatur formæ sepulturæ effectuiq; baptismi.Nẽ pe ut(asserit Augustinus) vna sua morte Christus nos à morte duplici liberauit,utpote culpæ, & pœnæ æternæ seu corporis,& animæ Quãuis etenim corpus moriatur,tñ in morte detineri non põt , si semel tm̃ immergatur,puto corrigendũ esse baptizantem,sed puer nequaq̃ est rebaptizandus : qm̃ plenum habet baptismatis sacrum. Itaq; actus debet formæ correspondere,quia in forma baptismi exprimitur vnitas essentiæ,cum profertur:In noĩe, cui vnitati correspondet in figura vnitas baptismi trinitati quoq; personarũ correspondere debet trinitas immersionum, quę etiam correspondet triduo sepulturæ. Hinc Chryso . in Homilia super Iohannem: Triplex , inquit , fit immersio, ut discas:qm̃ patris,& filij & spiritus sancti uirtus hæc omnia implet.Damascenus quoq; libro quarto capitulo primo contestatur. Qm̃ typus mortis est baptismus,per tres immersiones tres sepulturæ dies designantur.Sed,& diuinus, & sanctus Dionysius libro de ecclesiastica Hierarchia secundo ait capitulo;Sacra baptizandorum symbolica doctrina mystice docet tribus in aqua dimersionibus,& eleuationibus,diuinã triduo sepulturã Iesu signari.Et de hoc magister in textu plura testimonia adducit.Verũ tunc quæritur de rationibus ecclesiarũ semel tm̃ immergentiũ,& cur quędã ecclesię nõ immergunt,imò semel,aut baptizandum aqua pfundunt.Insuper aliqui sacerdotes diuidunt inuocationem trinitatis secundũ numerũ immersionũ, dicentes in prima immersione in noĩe patris,& in secunda in noĩe filij,& in 3.in nomine spiritus sancti.Et quęritur ,an hõ sit baptizatus , si prima immersione

mersione facta, decedat ante secundã. Vr̃, quòd nõ: qm̃ non est baptizatus ẽm formã uerã baptismi à

Respõsio.

Christo donatã. dicendũ, ꝙ forma non est aliter di uidenda, sed continuè pronuncianda ad vitandũ puerorũ periculũ. Si tñ eã quis diuidat, & paruulus moriatur patre nominato, ac una immersione cõpleta, dico, quod baptismus est: qm̃ supplet tunc summus sacerdos, quod minister explere non potuit. Itẽ puto dicendũ, si patre noĩato, moriaẽ sacerdos. Insuper dico, quòd perfundentes baptizatum aqua per totum corpus vel potior pars. i. caput, immergitur, & tingiẽ aquis, & hõ sic baptizaẽ, sed nõ vr̃ mihi consuetudo laudabilis, Porrò, quod qdã quærunt, an in balneo fiat baptismus, aut in calida aqua, constat, quod imò, quinimo si sacerdotes facerent moderatè calefieri aquã, meliùs esset, qa interdũ paruuli penetranẽ sic frigore aquæ, qđ mortales ꝯtrahunt infirmitates, ac moriunẽ. Hæc Albert.

¶ Atuerò Thomas circa hæc rõnabiliter scribit: Baptismus ablutionem importat. Ablutio autẽ per aquã fieri põt non tm̃ immersione, sed ẽt aspersione, & effussione. Hinc utroq; mõ fieri põt baptimus, & apparet, quod apostoli taliter baptizauerint, cũ leguñ vna die tria milia, & altera die quinque milia baptizata. Ideo qñ ecclesiæ consuetudo patiẽ, necessitas ve incũbit pp defectũ aquæ seu pp periculũ pueri, de cuius morte timeẽ, aut pp imbecillitatẽ sacerdotis puerũ sustentare non ualentis põt baptismus sine immersione celebrari. Veruntñ congruentissimè fit trina immersio pp rationes ꝑtactas. Est quoq; vna totalis ablutio sicut, & alia. Videmus frequenter in aquas demergi antequã eorũ ablutio cõpleaẽ, & hoc vnitas intentionis in tribus immersionibus illis facit. Iterum, cum terna immersio non fiat ad significandum rẽ in sacro contentã, quã oportet per materiã, & vsum sacri significari, sed significet rẽ significatã, non contentã, q̃ significatio nõ est principalis. iõ & æterna immersio non est de sacramenti necessitate: si tamen omittaẽ contra consuetudinẽ ecclesiæ, grauiter peccat ita omittens. Idcirco per canones pœna adhibetur. Cumq; vnitas intentionis in tribus immersionibus faciat vnitatẽ baptismi, hinc dũ baptizans intendit ter immergere, prima immersio non terminat eius intentionẽ & ꝑ consequens, nec esse baptismi cõpletur, nec per illã solã habet effectũ, nisi per ordinẽ ad alias. Vñ, nec aliæ superfluunt. Si aũt solã intendit facere immersionẽ, illa sola complet baptismum, intentionẽ terminans baptizantis. Hæc Tho. in Scripto. Eadem scribit in 3. parte, quæstione. 66. Idem Petrus.

Apl'i qũo baptizauerunt.

Trina immersio baptizandorũ non est omittẽda.

¶ Richardus uerò addit: In his obseruanda est consuetudo ecclesiæ. Vbi eñ consuetũ est baptizare immergendo, grauiter peccat aliter baptizans nisi quando necessitas imminet aliter agendi, quę potest imminere ex debilitate baptizantis, si non assit alius, qui supplere velit, ac possit actũ baptizandi secundum consuetudinẽ illius ecclesiæ. Et item ex baptizandi infirmitate, aut: qm̃ totus natus non est ex utero, seu ex sufficientis aquę penuria. Vbi aũt consuetudo ecclesiæ est baptizare non immergendo, ibi ita seruandum est. Si aũt totũ corpus ablui nequeat, abluendũ est caput tanquã principalior pars. potissimè facies quia in ea vigent sensus, atq; post caput pectus: qm̃ sedes cordis est quasi in pectore: si tñ ambæ hæ Partes ablui non ualet, magis abluenda est facies, quia in ea manifestiores sunt animæ operationes. Vnde credo, ꝙ si caput infantuli batizetur antequã alia pars egrediatur, quòd aliquando est agendum pp mortis periculũ, ꝙ puer sit baptizatus. Si uerò manus, aut pes abluatur anteq̃ aliqua alia pars egrediatur, dicũt nõnulli quòd puer sit baptizatus: qm̃ aĩa est in qualibet parte corporis tota, cõius tñ tenetur, quòd de lege cõmuni nõ esset baptizatus, q̃uis forsitan pietas Dei in tali casu suppleret. Hinc mortis periculo imminente, semper abluenda est illa pars corporis pueri, q̃ ablui potest. ¶ Ampliùs, seruanda est consuetudo ecclesiæ quantum ad numerum immersionum. cõuenientior tñ est consuetudo trinæ immersionis, ob causas prætactas. Insuper sacerdos puerum debet tenere per latera, & uersa facie ad aquam debet immergere: primo ita, quòd habeat caput uersus orientem, secundo uersus aquilonem, tertiò uersus meridiem, ad significandum reformationẽ totius imaginis, quæ initiatur per fidem in rõnali, quòd significat cõuersio capitis pueri ad orientem à qua parte est origo illuminationis hemisphærij nostri, & initium motus cœli, sicut a dextra eius, & promouetur per spem in irascibili, qđ significat cõuersio capitis pueri ad aquilonem. vbi per quandã similitudinẽ dr̃ esse quasi pes cœli, & in hoc repræsentat soliditatẽ irascibilis per spem, & etiam (ẽm Philosophum secũdo Metheorum) mare est altius, & designat eleuationem irascibilis per spem. Consummaturq; prædicta reformatio per charitatem in cõcupiscibili, quod repræsentat cõuersio capitis pueri ad meridiẽ, vbi, & vnde est magna caliditas atq; superius cœli secundum Philosophum secundo cœli. Nulla uerò trium immersionum fieri debet verso capite pueri ad occidentem, quia ibi est occasus luminis, & sinistra cœli secundum Philosophum secundo cœli Hæc Richardus.

Baptizãdi modus

¶ Ampliùs. circa distinctionem hanc quidã doctores quęrunt, quòd fuerit uis illa regñatiua, quã Christus tactu suæ mundissimæ carnis contulit aquis, & de cessatione legalium, & quando institutus fuit, & obligare incepit Christi baptismus, & cur circuncisioni successit, & an eam euacuauit. de quibus pertranseo, quoniam supra de ipsis tractatum est. Et sicut Bonauentura tenuit prima distinctione de sacramento in gñali, qđ uis eis collata nõ sit, nisi asistentia potestatis diuinæ, & ordinatio eorundem ad sacramentales effectus, ita hic tenet de baptimo in speciali. Quemadmodum etiam supra pro pro cõfirmatione suę opinionis induxit, quod dñs Gulielmus Parrhisiensis. approbauit determinationem magistri Alexan. de Hales taliter sentientis. Et ipse Gulielmus in suo tractatu sacramentali de baptismo testaẽ, & sentit dicendo: Si quæsieris an sanctificatio ex aqua sit, dicendũ, quòd, non, sed a solo Deo auctore, & datore, qui inuocatus ad hoc adest, atqs assistit, operaturq; intus ad similitudinẽ, & proportionem eius, quod aqua operatur exterius, & verba, baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, inuocatio sunt summæ, & superglorios issimæ trinitatis, & hoc per informationem, & insinuationẽ, ac si diceret, baptizo te nominatim inuocatis patre, & filio, & spiritu sancto ad sanctificandum te. Alij intellexerunt, in nomine: i. uirtute, uel ex parte, & auctoritate patris, & filij, & c. Gulielmus.

Quæstiones variæ, & multæ.

¶ De cessatione demum legalium, & specialiter circuncisionis. Scotus scribit hic diffusè, & bene, sequens positionem, quam, & S. Thomas, alijque cõiter. Quia autem opinio illa Gulielmi, Alexan. ac Bonauen. videatur dictis sanctorum minus consonare, quàm aliorum positio, ostensum est supra

¶ Quod

Quòd alij suscipiunt sacramentum, & rem, alij sacramentum, & non rem, alij rem, non sacramentum. Distin. IIII.

Hic dicendum est, aliquos suscipere sacramentum, & rem sacramenti, aliquos sacramentum, & non rem, aliquos rem, & non sacramentum. Sacramentum, & rem simul suscipiunt omnes paruuli, qui in baptismo ab originali mundantur peccato, quamuis quidam diffiteantur, illis, qui perituri sunt, paruulis in baptismo dimitti pc̃tã, innitẽtes illi verbo Augustini, Sacramenta in solis electis efficiunt, quod figurant: non intelligentes illud ita esse accipiendum, quia cum in alijs efficiant sacramenta remissionem, non hoc eis faciunt ad salutem, sed solis electis. Nam, quod omnibus paruulis in baptismo remittatur peccatum per baptismum, Augustinus euidenter dicit: A paruulo, inquit, recenter nato vsq; ad decrepitum senem, sicut nullus prohibetur à baptismo, ita nullus est, qui non peccato moriatur in baptismo: sed paruuli tm̃ originali, maiores uerò etiam omnibus, quæ male uiuendo addiderant ad illud, nisi enormitas uitę impediat, id est, fictio. Adulti quoque, qui cum fide baptizantur, sacramentum, & rem suscipiunt.

De baptismo per cõparationẽ ad recipientes.

Aug. in li. de ba. paruulorum.

In enchi. lib. 3 hr̃ de cõ. d. 4.

De fictè accedentibus.

Qui uerò fide, uel fictè accedunt, sacramentum, non rem suscipiunt. Vnde Hiero. Sunt lauacra gentilium, hæreticorum, sed non lauant ad salutem. In ecclesia etiam, qui non plena fide accipiunt baptisma, non spm̃, sed aquam suscipiunt. August. etiam iudæis omnibus communia erant sacramenta, sed non communis omnibus erat gratia, quæ est uirtus sacramentorum: Ita, & tunc communis est baptismus omnibus baptizatis, sed non virtus baptismi. i. ipsa gratia. Item: Omnis, qui iam suę uoluntatis arbiter constitutus est, cum, accedit ad sacramentum fidelium, nisi pœniteat eum ueteris uitæ, nouam non potest inchoare. Ab hac penitentia dum baptizantur, soli paruuli immunes sunt. His, alijsq; testimonijs apertè ostenditur, adultis sine fide & pœnitentia uera in baptismo non conferri gratiam remissionis, quia nec paruulis sine fide aliena, qui propriam habere nequeunt, datur in baptismo remissio. Si quis ergo fictè accedit, non habens ueram cordis contritionem, sacramentum sine re accipit. Videtur tamen Augu. dicere, ꝙ etiam fictè accedenti, qui etiam habet odium fraternum, in ipso momento, quo baptizatur, oĩa condonentur pc̃tã, & post baptismum mox redeant: sed non hoc asserendo dicit, imò hãc opinionem, & præmissam sñiam conferendo. Ait enim sic: His, qui ficto corde baptizantur, aut pc̃tã nullatenus dimittuntur, quia spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, aut in ipso tp̃is puncto per uim sacramenti dimissa, iterum per fictionem replicantur, ut etiam illud uerũ sit, Quotquot in Christo baptizati estis, & c. & illud, Spũs sanctus disciplinæ effugiet fictum, ut induat eum Chr̃m sanctitas baptismi, & exuat eum Chr̃m: pernicies fictionis. Nam redire dimissa pc̃tã, ubi fraterna charitas non est, apertè dominus docet etiam in illo seruo, à quo dominus dimissum debitum perijt, quia ille cõseruo dimittere voluit. Sic non impeditur baptismi gr̃a, quo minus oĩa peceata dimittantur, etiam si fraternum odium in eius, cui dimittuntur, animo perseuerat. Soluitur enim hesternus dies, & quicquid superest, & soluitur etiam ipsa hora, momentumq; ante baptismum, & in baptismo. Deinceps autem cõtinuo reus incipit esse non solum consequentium, sed etiam præteritorum dierum, horarum, momentorum: si redeuntibus omnibus, quæ dimissa sunt Hoc autem (ut prædiximus) non sub assertione dixit, quod ostenditur ex eo, quod ait in eodem libro sic: Si ad baptismũ fictus accedit, dimissa sunt ei peccata, aut non sunt dimissa: eligant, quod voluerint. Ecce apertè cernis: si tamen attendis id dixisse Aug. non asserendo, sed quærendo, & aliorum opinionem referẽdo. Idem enim ait: tunc ualere incipit ad salutem baptismus cũ illa fictio ueraci confessione recesserit, quæ corde in malitia perseuerante, peccatorum ablutionem non sinebat fieri. Non ergo fictè accedenti peccata dimituntur.

Hieronymus super Ezechie. 16 c.

August. super psa. 83 august. de pœnitẽtia, & ponitur de conf. d. 4 ca. Omnis qui -

Aug. in li. de ba paruulorum.

De conse. di. 4. quo modo De'

Sapien 1. Gal. 3 Matth. 18

De cõs. d. 4. c. Oñditur illos.

De conse. distin. 3. c. Tunc va.

Quomodo intelligatur illud, quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Quæritur ergo, quomodo illud accipiatur: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Potest dici, ꝙ qui in Christo. i. in Christi conformitate baptizantur, s. ut moriantur vetustati peccati sicut Christus uetustati pœnæ induunt Christum, quem ꝑ gratiam inhabitantem habent. Potest, & aliter solui. Duobus enim modis Christum inducere dicitur, vel assumptione sacramenti, vel rei perceptione. Vnde Augu. Induunt homines Christum aliquando vsque ad sacramenti perceptionem, aliquando vsq; ad uitæ sanctificationem: atque illud primum bonis, & malis potest esse commune,

Gal. 3

Aug in li de bap. cõtra Donatistas.

hoc

hoc aũt est propriũ bonorũ,& piorũ. Oẽs ergo,qui in Christi nomine baptizantur.Chr̃m induunt, uel sc̃m sacramenti perceptionem, vel secundum uitæ sanctificationem.

De illis,qui suscipiunt rem,& non sacramentum.

Auguſt. in 13.lib.de ciu. dei. c.7

Sunt,& alij,ut supra posuimus,qui suscipiunt rem,& non sacr̃um. Qui em̃ effundũt sanguinem pro nomine Iesu,etsi non sacramentum,rem tm̃ accipiunt. Vnde Augustinus.Quicunq; non percepto regenerationis lauacro pro confessione Christi moriuntur,tm̃ eis ualet ad dimittenda peccata,quantum si abluerentur sacro fonte baptismi Audistis,quòd passio pro Christi nomine susceptа,suplet vicẽ baptismi.Nec tm̃ passio uicem baptismi implet,sed etiam fides,contritio,& ubi necessitas excludit sacr̃um, sicut apertè docet Augustinus dicens baptismi uicem aliquando implere passionẽ,de latrone illo,cui non baptizato dictum est:Hodie mecum eris in paradiso.Beatus Cypria nus in libro quarto de baptismo non leue documentum assumit.Quod ẽt, atq; ẽt ego considerans,i nuenio non tm̃ passionem pro nomine Christi,id,quod baptismo deerat, posse supplere:sed ẽt fidem,conuersionem,cordis si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest.Neq; enim ille latro pro nomine Christi crucifixus est,sed pro meritis facinorum suorum, nec ,quia credidit passus est, sed dũ patitur credit:quantũ ergo fides ualeat sine visibilis baptismi sacramento,quod Apostolus ait,Corde creditur ad iustitiam:ore autem confessio fit ad salutem,in illo latrone declaratum est:sed tunc impletur inuisibiliter,cum mysterium baptismi non cõtemptus religionis,sed articulus necessitatis excludit,& baptismus,quidem potest esse, vbi conuersio cordis defuerit. Conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo,sed contempto baptismo,non potest:Nec ullo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum,cum Dei sacramentum contemnitur. Ecce hic habes non solum passionem,sed etiam fidem,& contritionem conferre remissionem, vbi non contenditur sacramentum, vt in latrone illo ostenditur, qui non per passionem,sed per fidem saluatus est sine baptismo.Sed dicunt quidam hoc retractasse Augustinum.Retra ctauit quidem exemplum,sed non sententiam.Ait enim in quarto libro de baptismo: Cum dicerem uicem baptismi posse habere passionem,non satis idoneum posui illius latronis exemplum,quia vtrum non fuerit baptizatus,incertum est.Constat ergo sine baptismo aliquos iustificari, & saluari, Vnde Ambrosius de Valentiniano: Ventrem meum doleo,ut prophetico utar eloquio,quia quem regeneraturus eram,amisi:uerun tamen gratiam,quam ille poposcit,non amisit.

Guido ad Hæbræ. 6.

Augu. de vniuoce baptismo.

Iohan. 11.

Augu. In li. 2. retr.

Ambro. Hier.3.

August. in li. de fide ad Pet.

Quæ videntur obuiare prædictis.

Iohan.

His autem videtur obuiare,quod dominus dicit,Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& spiritu sancto,non potest intrare in regnum cœlorum, quod si generaliter verum est, non videtur esse uera superius posita. Sed illud intelligendum est de illis, qui possunt, & contemnunt baptizari,uel ita intelligendum est,Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto,id est,ex ea regeneratione,quæ fit per aquam,& spiritum sanctum, non saluabitur.Illa autem regeneratio fit non tantum per baptismum,sed etiam per pœnitentiam,& sanguinem.Vnde auctoritas dicit ideo Apostolum pluraliter dixisse fundamentum baptismatum,quia est baptismus in aqua,in sanguine,in pœnitentia.Hoc autẽ non iõ dicit,quòd sacramentum baptismi fiat nõ nisi in aqua, sed quia ipsius uirtus id est sanctificatio, datur non modo per aquam, sed per sanguinem, vel pœnitentiam interius, ratio enim id suadet. Si enim non ualentibus credere paruulis sufficit baptismus,multo magis sufficit fide, adultis uolentibus, sed non ualentibus baptizari. Vnde Augustinus.Quæris quid sit maius,fides an aqua:non dubito quin respondeam, fides.Si ergo,quod minus est sanctificare potest,nonne,quod maius est , id est fides, de qua Chr̃s ait,Qui crediderit in me,etiam si mortuus fuerit uiuet:Sed dicunt aliqui,nullum adultum in Chr̃m credere,uel charitatem habere sine baptismo, nisi sanguinẽ fundat pro domino,subdita introducentes testimonia.Augustinus ait:Ex illo tempore quo saluator dixit.Nisi qs renatus fuerit, &cæ. absq; sacramento baptismi præter eos q in ecclesia sanguinem fundunt,aliquis uitam ęternam accipere non potest.Itẽ Nullũ catechuminum quamuis in bonis operibus defunctum,vitam æternam habere credimus,excepto martyrio,vbi tota sacramenta baptismi complentur. Item baptizatis iter tantum salutis esse credimus. Sed,quod in his minus dixit, in alijs capitulis supra positis suppleuit.Et ideo hæc sic itelligenda sunt, ut illi soli habentes tẽpus baptizãdi, excipiantur. si enim aliqs habens fidẽ,& charitatẽ,voluerit baptizari,& non valet necessitate

cessitate præuentus,supplet omnipotentis benignitas quod sacramento defuerat.Dum enim soluere potest nisi soluat tenetur:sed cum iam non potest,& tamen vult non imputat ei Deus,qui suam potentiam sacramentis non alligauit.Quod uerò inuisibilis sanctificatio sine uisibili sacramento quibusdam insit, apertè Augustin. tradit super Leuiticum , dicens inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse & profuisse sine uisibilibus sacramentis.Visibilem uerò sanctificationem,quę fit sacramento uisibili,sine inuisibili posse adesse,non posse prodesse , nec tamen uisibile sacramentum , ideo contemnendum est: quia contemptor eius inuisibiliter sanctificari non potest.Hinc Cornelius & qui cum eo erant iam spiritu sanctificati,baptizati sunt . Nec superflua iudicanda est sanctificatio uisibilis,quia inuisibilis præcessit.Sine uisibili ergo inuisibilis sanctificatio esse potest & prodesse:uisibilis autem quæ fit sacramento tenus , sine inuisibili prodesse non potest.cum illa sit omnis illius utilitas.Simoni mago uisibilis baptismus non profuit,quia inuisibilis non affuit:sed quibus inuisibilis affuit,& profuit,nec tantum valet fides aliena paruulo quantum propria adulto . Paruulis enim non sufficit fides ecclesiæ sine sacramento,qui si absque baptismo fuerint defuncti , etiam cum deferuntur ad baptismum,damnabuntur , sicut multis sanctorum auctoritatibus comprobatur.Ad quod hoc unum sufficiat Augustini: Firmissimè tene paruulos,qui vel cum in uteris matrum uiuere incipiunt , & ibi moriuntur: vel de matribus nati sine sacramento baptismi de hoc seculo transeunt , æterno supplicio puniendos: quia,& si propriæ actionis peccata non habuerunt:originale tamen peccatum traxerunt carnali concupiscentiæ conceptione: & sicut paruuli,qui sine baptismo moriuntur, infidelium ascribuntur numero: ita qui baptizãtur,fideles dicuntur,qui à fidelium consortio non separantur, cum orat ecclesia pro fidelibus defunctis . Fideles ergo sunt non propter uirtutem, sed fidei sacramentum. Vnde ait Augustin. Paruulum & si nondum fides illa , quæ etiam in credentium uoluntate consistit,iam tamen fidei ipsius sacramentum,id est, baptismus, fidelem facit sicut credere respondetur:ita etiam fidelis uocatur non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei percipiendo sacramentum.

Augu. in ecclesiast. dogma.c. 44. Responsi. Aug. sup. Leu.q.88. Actu.10.

Actuũ.8.

Augu.in lib.de fide ad pe. & habetur de con.d. 4. c. Firmissi.

Quid prosit baptismus his,qui cum fide accedunt.

Solet etiam quęri de illis, qui iam sanctificati spiritu cum fide & charitate ad baptismum accedunt, quid eis conferat baptismus. Nihil enim eis videtur præstare, cum per fidem,& contritionem iam remissis peccatis iustificati sunt. Ad quod sanè dici potest, eos quidem per fidem,& contritionem iustificatos,id est,à macula peccati purgatos,& à debito æternæ pœnę absolutos:tamen adhuc teneri satisfactione temporali,qua pœnitentes ligantur in ecclesia.Cum autem baprismum percipiunt,& à peccatis si qua interim post conuersionem,contraxerunt m undantur: & ab exteriori satisfactione absoluũtur,& adiutrix gratia omnis que virtus in eo augetur, vt uerè nouus homo tunc dici possit.Fomes quoque peccati in eo magis debilitatur.ideo Hierony. dicit quòd fides quę fideles facit,in aquis baptismi datur, vel nutritur: quia non habenti aliquando ibi datur,& iam habenti,ut plenius habeat datur:sic.& de alijs intelligendum est. Qui ergo mundus accedit,ibi fit mundior,& omni habenti ibi Amplius datur.Quod uerò omnis exterior satisfactio ibi relaxetur,Ambrosius ostendit super illum locum. Sine pœnitentia sunt dona Dei,& uocatio,dicens:Gratia Dei in baptismo nõ requirit gemitum,vel planctum,vel aliquod opus,sed,& omnia gratis condonat. Quod quidem de exteriori gemitu, vel planctu accipiendum est . Nam sine interiore nemo adultus renouatur , sed exteriores satisfactiones, & afflictiones, scilicet sordes pœnitentium ibi dimittuntur. Multum ergo confert baptismus etiam iam per fidem iustificato: quia accedens ad baptismum quasi ramus à columba portatur in arcam,qui ante intus erat iudicio Dei , sed nunc etiam iudicio ecclesiæ intus est. Cum uerò in baptismo peccatum deleatur, & satifactio exterior non imputetur , quæritur , cur pœnalitas,cui pro peccato addicti sumus,non tollatur . Hoc ideo tradunt viri sancti , quia si à pœna homines per baptismum liberarentur,ipsam putarent baptismi precium, non æternum regnum . Ideo soluto reatu peccati temporalis , pœna tantum manet : ut illa vita studiosus quæratur, quæ erit à pœnis omnibus aliena. Ideo etiam manet , ut sit fideli ,& certandi materia,& vincendi occasio:qui non uinceret, si non pugnaret:nec pugnaret,si in baptismo fieret immortalis.

alias amẽpliut.

De con.d. Sine pœnitẽ.

Gen. 8.

Cuius rei baptismus,qui datur iam iusto ,sit sacramentum.

Si quęritur cuius rei baptismus ille sit sacramentum , qui datur iam iusto,dicimus sacramen-

cramentum esse,& rei quæ præcessit,id est,remissionis ante per fidem datæ & remissionis temporalis pœnæ siue peccati,si habetur,quod interim comittitur,& nouitatis, ac omnis gratiæ ibi præstitæ. Omnis etenim rei signum est cuius,causa est, nec miretis rem aliquando precedere sacramentum,cum aliquando etiam longè post sequatur,ut in illis qui fictè accedunt,quibus cum postea pœnituerint,incipiet baptismus prodesse in quibus fuit baptismus sacramentum huius sanctificationis,quam pœnitẽdo habent. Sed si nunquam pœniterent,nec a figmento recederent, cuius rei sacramentum esse baptismus ab illis : Potest dici rei,quę fieret,si non eorum enormitas impediret.

Si paruulis datur in baptismo gratia, qua possunt in maiori ætate proficere.

alias foret Solet etiam quæri ; si paruulis in baptismo datur gratia, qua cum tempus habuerint utendi libero arbitrio,possint bene velle,& currere: De adultis enim, qui digne recipiũt sacramentum,non ambigitur,quin gratiam operantem &, cooperantem perceperint: quæ in uacuum ei cedit,si per liberum arbitrium post mortaliter deliquerint,qui meri
Hæbr.5. to peccati gratiam appositam perdunt. Vnde dicunt contumeliam spiritusancto facere,& ipsum a se fugare. De paruulis verò,qui nondum ratione utuntur quæstio est, an in baptismo receperint gratiam, qua ad maiorem uenientes ætate,possint uelle &,operari bonum. Videtur quòd non receperint,quia gratia illa charitas est & fides, quę voluntatem præparat,& adiuuat. Sed quis dixerit eos accepisse fidem,& charitatem. Si uerò gratiam non receperint,qua bene operari possunt cum fuerint adulti, non ergo sufficit eis in statu gratia in baptismo data: nec per illam possunt modo boni esse,nisi alia addatur quæ si non additur,non est ex eorum culpa: quia iustificati sunt a peccato. Quidam putant gratiam operantem,& cooperantem cunctis paruulis in baptismo dari in munere non in usu: ut cum ad maiorem uenerit ętatem,ex munere sortiantur usum , nisi per liberum arbitrium usum numeris extinguant peccando & ita ex culpa eorum est,non ex defectu gratię , quod mali fiunt,qui ex Dei munere ualentes habere usum bonum , per liberum arbitrium renuerunt,& usum prauum elegerunt.

Summa distinctionis. IIII. HAm supra tractauit Magister de sacramento baptismi secundum se, nunc tractat de eo per respectum ad suscipientes, & quo ad eius effectus. Et primo ponit diuisionẽ trimembrem suscipientium baptismum,seu alia sacramenta,dicens quosdam recipere sacramentum & rem sacramenti, vt qui recta intentione baptismũ,aliudve sacramentum accipiunt: quosdam uerò accipere sacramentum tm̃,ut q̃ immortali peccato cõicant : quosdam rem tm̃, ut qui spiritaliter solũ cõionem suscipiunt. Et circa hæc exponit illud
Roma. 6. Apostoli ad Rom̃ : Quotquot in Christo baptizati estis Chr̃m industis. Deinde ꝓsequit de his, q̃ rẽ sacramẽti sine sacramẽto ꝓcipiunt, quo circa excludit errorem. Cõsequẽter inqrit q̃d ꝓsit baptismus his , qui ante realem suam baptizationem fortiti sunt fidem , charitatem, & gratiam : & item , cuius rei sit sacramẽtum talis baptismus. Postremò scisciatur,an infantulis dentur in baptismo dona gratiæ gratumfacientis.

QVAESTIO I.

In partem negatiuã. HIc quærit primò, *Utrum non ponentes obicem, recipiant in baptismo sacrametum & rem sacramenti.* ¶Videtur,quòd non,quia multi conuersi ad fidem,cum ingenti feruore & deuotione ad baptismum accedunt,nec gratiæ obicem ponunt, nõ tñ recipiunt rem sacramenti.i. gratiã gratumfacientem,quia iam habẽt eam & uirtutes ei annexas. Secundò gratia non infunditur nisi peccatis expulsis,una autem & eadem gratia non uidetur vitiorum omnium expulsiua.

¶Circa hæc scribit Bonauentura, sicut magistri concorditer dicunt: In sacramẽto baptismi,si eius efficatia, ac medela perfectè suscipiantur, oĩs culpa deletur, & restituitur homo in innocentia pristina,quantum ad animam. Cuius rei si cã quæratur dicendum,ꝙ liberalitas Dei est causa , quę tantam efficaciam huic contulit sacramento . Et si huius quoque rei ratio inquiratur,potest triplex cõgruitas assignari . Prima ex parte eius,contra q̃d ordinatur baptismus,quod propriè est originale pctm̃, quòd inter omnia pcta peiores relinquit in aia sequales,& cui⁹ corruptio est uniuersalis,& magna: ideo congruebat ut Deus contra illud instituere
Titum 3. t præcipuè efficaciæ,ac uirtutis remediũ,quatenus, sicut ĩ corruptione morbi originalis peccati,vehementer,mirabiliterque ostenditur rigor diuinæ iustitiæ,sic in eiusdem remedio dulcedo pietatis diuinæ sublimiter declaretur , quatenus virtute huius remedij deleatur non solum originale peccatum, sed,& omnia peccata ei annexa,& ipsum sequuta. Secundò congruitas est ex parte eius, ad quod ordinatur : quoniam ordinatur baptismus ad spiritaliter regenerãdum, ut transferatur baptizatus à potestate tenebrarum in adoptionem filiorũ Dei : quod fieri nequit,nisi omni peccato tam originali quàm actuali mortali amoto. Vnde ad Titum scribit Apostolus. Per lauacrum regenerationis,& renouationis spiritus sancti,quem effudit in nos abũde. Tertia congruitas est ex parte ordinis,& priori tatis sacramenti istius, quod est cæterorum sacramentorum fundamentum ianua,atque principium ideo Deus uoluit illud perfectè statuere, & omniũ uitiorũ deletiuũ,ac sanatiuũ,quatenꝰ ipse baptizatꝰ posterorũ oblitꝰ,ac recẽs effectus oĩno ad anteriora extendat seipsum. Et quia omnipotens Deus disposuit sacramento huic efficatiam dare,ita præcipuã,& q̃d uirtus,ac meritũ suę passionis in ipo potissimè operaretur, & adesset , ideo præstitit ei expressam significantiam, Quia ablutio ista magis indicat

indicat aĩam fieri mundã,& sanctam. Hinc delet , oẽm culpam,etiam quantum ad pœnam , & hoc non sine gratiæ infusione,si iam ante infusa nõ fuit Ideo teste Beda, baptismus aperit cælum,& baptizatus mox moriẽs euolat. Hinc gratia baptismalis duplicem habet comparationem . Vnam ad bonũ ad quod habilitat:aliã ad malũ,à quo curat Scd̃m primam comparationem,competit statui incipiẽtium:sed quantum ad aliam,cum sit medicamentũ perfectum, habet uim gratiæ perfectę.

Quæstio: ¶Deniq; dũ quæritur,an deleat omnem pœnam est distinguendum de pœnis. Nam quædã sunt pœnæ æternales,& aliq̃ temporales . Itaq; ab oĩ pœnæ æternali absoluit baptismus. De tpalibus quoq; pœnis est distinguendum: qm̃ aliquæ sunt cõtractæ vt fames, sitis & mors: quædam impositę, seu assumptę, vt ieiunia & spiritualia, ac corporalia exercitia, laboriosaq; opera. Baptismus ergo absoluit ab oĩ pœna temporali satisfactoria , seu assumpta, nõ aũt ab oĩ pœna practa. cuius rõ est, q̃d Deus ad hoc nõ ordinauit baptismũ, ideo quoq; ad hoc nõ ordinauit ipsum, qm̃ congruum fuit, quòd huiusmodi pœnalitates in nobis relinqueret, ad manifestandum æquitatem diuini iudicij, ad demonstrandum meritum passionis Christi, & ad promouendum meritum liberi arbitrij. Ad manifestãdum æquitatem diuini iudicii, ut illa sententia, quam Deus dictauerat de morte Adę, posterorumque eius immobilis ꝑseueret. unde ab illa nemo euadit. Ad ostendendum fructũ passionis Chr̃i, quia si Deus curaret naturam,& fomitem, filij nascerentur immunes à culpa, nec indigerent regenerari à Christo. Idcirco ut omnes passione Christi se nosc̃ant egere, data est sacramento uirtus à Christi passione. Vel ideo ordinatum est ut baptismus pœnas remittat personales, non naturales: quia remedium respicit personam non naturam. ad promouendũ quoque meritum liberi arbitrij. Promouent quippe huiusmodi pœnalitates ad bonũ multiplici modo. Valent enim ad humiliandum seipsum, ad suiipsius cognitionem , & ad stimulationem ad bona . Si autem hominis in hac uita consequerentur vitæ immortalitatem,& liberationem à siti, fame, infirmitatibusque naturę, conuerterẽtur plures ad Christum; accederentque baptismum magis propter ista p̃sentia commoda, quàm propter Deum & ueram salutem, nec fides haberet meritum , cui ratio præberet experimentum. Hæc Bonauentura in scripto. Hinc quoque in breuiloquio: Quoniam inquit, morbus noster . id est originale peccatum contra quod est baptismus , animam priuat uita gratiæ, omniumque uirtutum rectitudine, habilitãtem , pronumque reddit quodammodo ad omnẽ culpã, ac aliunde cõtrahitur,& redigit in diabolicam seruitutem, atque in potestatem principis tenebrarum: hinc est, quod ad hoc , quod per illud sacramentum per contrarium sufficiens adhibeatur remedij medicamenum ,congruit in eo dari gratiam regenerantem , contra priuationem uitæ gratuitè & gratiam rectificãtem in septiformi uirtute contra priuationem uirtutis habilitatiuæ, & gratiam purificantem ab omni culpa contra pronitatem ad omnem deordinationem uitiosam. Et quoniam peccatum originale trahitur aliunde, faciẽs paruulũ habilẽ ad cõcupiscẽdũ,& adultũ ꝓcupiscẽtę,necessaria est adulto fides,& pœnitẽtia ꝓpria , sed paruulis aliena,q̃ est ĩ vniuersali ecclesia. Debẽt ẽt exorcizari ꝓp dæmoñ fugationẽ, & catechizari contra ignorantiæ caliginem. Hęc ibidẽ.

¶Hinc Thomas: In omni,inquit, generatione ꝓ introductionem formę omnis contraria forma expellitur,imò,& dispositio ad formam contrariam nisi interdum relinquatur, ex dispositione formã recipientis. Cumque baptismus sit regeneratio in uitam spiritualem omne, quod est contrarium vitæ spirituali, quod scilicet stare nõ potest cum gratia, tollit, sicque tollit originalem,& actualem culpam mortalem, ac etiam quantum in se est uenialem, quæ ad mortalem disponit , quamuis, quandoq; culpa uenialis maneat post baptismus, morta li remota, ꝓp indispositionem subiecti recipientis baptismũ. Et si obiiciatur, ꝙ in adultis requirit cõtritio: dicendũ, quòd baptismus nõ requirit contritionem quasi concausam ad destructionem actualis peccati, quasi ex se non sufficiat ad hoc, sed solũ ad remouendũ fictionẽ, quæ impedit baptismi effectũ, nec verũ est, quod baptismi solum ordinet contra originale peccatum, aliàs circuncisis in primitiua ecclesia necessarius non fuisset. Potest aũt accidere, ut qs in ꝓposito peccãdi uenialiter baptizet̃, & ita ex sua indispositione ĩ ueniali remaneat.

¶Præterea si quęratur, an baptismus tollat omnem pœnam temporalem actuali peccato debitã: dicendum, quòd Christus per mortem suam satisfecit plenariè ꝓ peccatis totius generis humani, q̃uis multo plura essent. Et quoniam homo per baptismum in mortem Christi baptizatur, & ei com- Galat.3.
moritur & consepelitur, vt dicit Apostolus, idcirco baptismus quantum in se est totam efficaciam passionis influit baptizato, propter, quod absoluit nõ solũ à culpa, sed etiam ab oĩ satisfactoria pœna.

¶Si autem quęratur an tollat etiam omnem pœnam originalis peccati: dicendum, quòd in originali peccato talis fuit processus, quòd persona corrupit naturam , & natura personam. Hinc aliquid consideratur in hoc peccato, quod pertinet ad naturam, & aliquid, quod pertinet ad personam. Passio verò Christi sufficienter abstulit originale peccatum , quantum ad vtrumque : sed quoniam sacramenta adhibentur personis, baptismus ab homine tollit, quod ex corruptione naturæ in personam redundauit, sic quod cutpæ infectionem, prout inficit personam , & pœnam illam, quæ actum personæ priuabat, puta carentiam uisionis diuinæ. baptismus aufert, sed actu non aufert infectionem, prout inficit naturam : quod patet ex hoc , quòd baptismus per actum naturæ originale transmittit in prolem: similiter nec pœnam, quæ consequitur naturæ principia destitutæ gratiæ ĩnocentiæ primi ſtatus , vt sunt rebellio carnis ad spiritum, mors, atque huiusmodi pœnalitates, quæ cõsequuntur ex hoc, quod homo ex cotrarijs extat compositus . Sed quia omnes homines in natura cõunicant , effectus secundum legem communem curationis naturę erit in fine mundi, quando electis omnibus congrẽgatis simul cum eis etiam creatura insensitiua à corruptionis liberabitur seruitute. Hæc Thomas in Scripto . Eadem in tertia parte quęstione sexagesima nona.

¶At uerò Petrus quærit , an paruuli in baptismo iustificantur . Respondet: Duplex est iustificatio. Quædam à culpa aliunde contracta ideſt: originali: quædam propria culpa.i. actuali,& utraque est effectiuè,à Deo Vtraq; quoq; regrit ex parte hominis dispositionem præparatiuam , sed differenter Mundatio namque culpæ originalis cum fit aliũde ꝓcta, põt habere dispositionẽ sufficiẽtẽ ꝑ alterũ. Mundatio verò ꝓprię culpę regrit dispõ-

nem per seipsum, iuxta illud Augustini. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Porrò dispositio paruuli consistit in tribus, quorum vnum habet se ut prima cā disponēs, utpote passio Christi: alterum, ut causa propinqua, puta fides ecclesiæ: tertium, ut causa immediata, scilicet sacramētum. Hæc Petrus.

¶Idem Richardus, alijq; communiter.

¶Et addit Durandus: Istud intelligendum est ad horum Dei, quia humano iudicio non solum attēditur qua pœna dignus sit homo, quo ad Deum, sed etiam in qua sit obligatione, quantum ad homines, qui sunt læsi, & scandelizati, seu iniuriati p̄ eum. Ideo, quamuis homicida liberetur totaliter à reatu pœnæ quātū ad Deum, tamē remanet quo ad homines obligatus, quos iustum est ædificari de eius iusta pœna, seu satisfactione, sicut scandalizati sunt de eius culpa & offensione. In talibus tamen princeps posset piè pœnam dimittere, præsertim si euidentia signa paterent, quod homicida postularet baptismum ex fidei deuotione, non mortis timore, Hi quoque, quibus iniuriatus est, posset ei satisfactionem dimittere Hæc Durandus.

¶Præterea Argentinēsis hic scisciatur, q̄d hoc loco uocetur res sacramenti. Respōdet: Res sacramenti interdum accipitur largè pro omni illo, q̄ datur alicui desuper, seu ex ordinatione diuina, dū suscipit sacramentum baptismi, siue sit donum gratis datum, siue gratum faciens. Secundo strictiùs p̄ dono gratum faciente. Primo modo non sumitur hic: sic enim & character res sacramenti uocatur quē tamen suscipiunt etiam, qui fictè, seu in mortali accedunt, dummodo ueraciter baptizentur. Sumitur ergo hic modo secundo, intelligendo p̄ gratiam gratum faciētē etiam illam, quæ huiusmodi gratiam infallibiliter consequuntur, vt sint expulsio culpæ, remissio pœnæ æternæ. Hebr. 11. Roma. 10.

¶Postremò. Scotus concordat præhabitis: aliquas tamen difficultates circa hæc tangit sic arguens. Non infunditur homini gratia sine fide, quoniā sine fide impossibile est placere Deo, sed paruuli non recipiūt fidē, cū dicat apostolus, fides est ex auditu. Rursus habens habitum, potest eo uti, paruulus autem baptizatus ad usum ueniens rationis non potest exire in actum credendi articulos fidei, nisi aliunde edoceatur. Iterum, habens habitum, aliter habet se ad actum, q̄ non habens: paruulus autem baptizatus in solitudine, aut inter pios enutritus, nec aliunde instructus, non plus exit in actum credendi, quàm alter non baptizatus. Dionysi. noster.

¶Ad ista Scotus hic non respondet, sed remittit ad tertium, ubi, & se rūsurum ad ista insinuat, quo videtur, quod scripsit super hunc quartū, antequā super tertium. Ad hęc autem argumenta paulopost respōdebitur in hac ipsa distinctione q̄stione, qua inquiret an puulis in baptismo infundant virtutes.

QVAESTIO II.

Secundò quæritur, *De cæteris baptismi effectibus.* Et circa hoc multi multas faciunt quæstiones. Nā & sanctus doctor, quāuis in scripto (ni fallor) scīi asserit quosdā nimiū multiplicare q̄stiones, & vī tāgere Alexandrum, qui præ cæteris quasi inumeras format quæstiones; attamen & ipse in scripto hoc quarti nō mediocriter multiplicat quęstiones, sicut, & hoc loco interrogat, utrū p̄ baptismū conferantur pueris gratia & virtutes, vtrū per baptismū in adultis virtutes augeāt, vtrū effect⁹ baptismi sit illuminatio, vtrū effectus baptismi sit fœcūdatio, vtrū incorporari Chīo sit baptismi effect⁹ vtrū effectus baptismi sit aptio ianuæ regni, ad q̄ omnia ex vno fundamento patet responsio. Verum tamen quæstiones has non reor inutiles, nisi quòd breuitati studendum est.

¶Itaq; circa hæc scribit Antisio. Cōcedimus q̄d paruulis in baptismo dātur virtutes. Asserit q̄ppè Aug fides dar̄, & nutritur in sacramento baptismi. Dar̄, q̄tū ad paruulos: nitritur, q̄tū ad adultos. Ergo puulis in baptismo infundit fides, ergo & aliæ uirtutes. Insup̄, in baptismo est spiritalis natiuitas, ergo & alicuius vitæ spiritalis collatio, q̄ nō pōt esse nisi p̄ fidē, cū iuxta Apostolū, & p̄phetā. Iustus ex fide uiuat. Sed obijci pōt, q̄ loquit̄ August. Sicut mūdar̄ adultus p̄ fidem, sic paruulus per fidei sacrāmētū, ergo paruulus nō mundar̄ p̄ fidē. Itē nō hēt fidē in actu, seu (ut p̄stat) neq; in habitu. Ille namq; dr̄ fidē habere in habitu, q̄ habilitatus est ad credēdū in actu: qui dum cogitat de articulis fidei, statim credit, sed dum iste ad annos uenit discretionis, si p̄ponātur ei articuli, dicit se eos ignorare. Dicēdū ad Augustini auctoritatē, q̄d ipse ponit illā distinctionē ad innuendum, q̄d adultus accedēdo cū sua credulitate ad baptismū, aliquo mō cooperatur ad suā emendationem: paruulus verò nō cooperatur, sed p̄ baptismū recipit fidem p̄ q̄ mundar̄. Ad secūdum, quod paruulus hēt fidem, in habitu, sed est quidā habitus propinquior actui, & quidā remotus & iterum est quidā explicitus, & q̄dā implicitus, quēadmodū aliqua uerula hēt implicitā de aliquibus fidē. Similiter iste cū venerit ad annos discretionis, fidē habet implicitā in habitu, & remoto ab actu: sed aliqua, leui explicatione cedet in actu. Hæc Antisio. in Summa libro quarto. Idem Albertus. Ex quibus patet solutio argumentorum de fide in paruulis, in fine p̄cedentis quæstionis tactorum à Scoto: qua tamen, & aliter exquisitiùs poterunt solui, sicut patebit. Abac. 2. Roma. 2.

¶Præterea Thomas respondendo ad ea, quæ ex eius scripto sunt tacta, quæsita, & primò ad primū. Circa hoc, inquit, multiplex fuit opinio. Quidam dixerunt, quòd paruulis in baptismo nequaquam dētur virtutes, sed solū ab originali mūdent peccato. Postea verò qn̄ decedunt, vel ad adultā ętatē puenerint, eis cōferantur virtutes, si innocentiā seruient: q̄ opinio stare non valet: quoniam lignū cum præcisum fuerit vbi ceciderit, ibi erit. Idcirco si pueris ante mortem non fuissent collatæ uirtutes, & gratia operans, atque cooperans, nec in morte eis conferentur, & ita non saluaretur, quod falsum est. Vī demum opinio ista hinc orta, quòd virtutes putabant esse actus. Hic alij dīt, q̄ pueris in baptismo cōferunt virtutes, nō in seipsis, sed in earum radice, sc3 gr̄a, q̄ est radix virtutū, sicut aīa suarū potētiarū. Cumq; postea potētiæ aptæ fuerint ad agēdum, effluunt virtutes ex gr̄a in ipsas potētias. Verū nec ista opinio pōt stare, qa si puer ante usum rōnis verteretur in furiā, aī usum rationis nunquam habuisset uirtutes. Hinc alij melius dicunt, quod pueris in baptismo dātur gr̄a, & virtutes, q̄ non p̄cedunt in actus nisi tpe oportuno. Veruntamē duplex est actus uirtutū, videlicet act⁹ primus, q̄ est, formaliter p̄ficere animæ vires, quē actum ēt pueri hñt, & actus secundus, q̄ est ex electione spōtaneæ operari, quē actū nō fortiunt̄ nisi ī adulta ætate. Ex his p3 q̄d p̄ baptismū virtutes augenī ī his, q̄ ī gr̄a ad baptismū accedūt, si quidem (iuxta philosophū. 3. Ethic.) ex eisdē causis uirtus gñatur, & augetur, iō sicut baptismus gratiam, & virtutes largit̄ nō habēti, nec fictè accedēti, ita habenti Eccl. 12. Actus virtutum duplex.

benti eas auget easdem.

¶Insuper baptismus est causa illuminationis. Et enim lumen est, quo in uisionem alicuius rei dirigimur. Baptismus autem dirigit in visionem spiritualem interiorem, & in exteriorem: Interiorem, cum sit fidei sacramentum, in quo fides ipsa præstatur, q̄ est lux, & oculus mentis ad contemplandum diuina. Exteriorem: quoniam baptizatis conceditur eucharistiæ sacramentum, ut S. Dionysius docet, unde tam ipse, quàm Damascenus, uim illuminatiuam baptismo attribuunt, Cumque in baptismo tot gratiarum charismata infundantur, quibus baptizatus in seipso spiritaliter fœcundatur ad bene agendum rectè fœcunditas quasi passiua baptismo ascribit. Fœcunditas aūt ad p̄ducēdū fructū doctrinæ, operūq; bonorū in alijs sacramēto conuenit ordinis.

¶Amplius, Christo incorporari contingit dupliciter scilicet merito, & numero. Et merito potest ei homo incorporari, antequàm actualiter baptizet: non tamen tātum propositum, desideriumq; baptismi tempore gratiæ reuelatæ. Numero autem nō pōt quis de ecclesia effici, nisi per baptismū, ante aliquē ad nullū aliud ecclesia sacramētū admittit hō.

¶Deniq; aperire ianuam regni cœlestis, nil aliud est, quàm impedimentum, quo toti generi humano prohibebatur ingressus in regnum cœlorum propter originale peccatum, auferre: hoc autē impedimentū Christus sua abstulit passione generaliter, q̄tum ad omnes pro originali satisfaciendo: particulariter autem fit hoc quantum ad istum, vel illum per hoc, quòd virtus, & meritum dominicæ passionis eis in baptismo applicatur, atque communicatur: sicque baptismus est causa instrumētalis huius effectus. Porrò aditus regni cœlorum aperitur tripliciter. Primò, quantum ad gloriam animæ, & ita apertus est in Christi passione, cum dixit latroni: Hodie mecum eris in paradiso. Secundò, quantum ad gloriam corporis, & ita apertus est in dominica resurrectione. Tertiò quantum ad locum gloriæ congruentem, & sic in ascensione apertus est. Tribus quoque his modis instrumentaliter agit baptismus in isto. Agit namq; in uirtute passionis, & resurrectionis, & ascensionis, inquātū homo Chīo p̄signatur passio per immersionē, qua Chīo quodāmodo cōsepelitur, & ei resurgenti, quantū ad nitorem qui resultat ex aqua, & ascēdenti, quantum ad eleuationē baptizati de sacro fonte. Vñ baptismus passioni apropriatur, cum & gloria aīæ principaliorī sit & cā quodāmō aliorū, cuius signū aperti sunt cœli super dominū baptizatum. Hęc Thomas in scripto. Aditum regni cęlorum aperiri tripliciter. Luce. 23. Matt. 3. Luc. 3.

¶Concordant Petrus, Rich. alijq; communiter.

QVAESTIO II.

De fictione baptizādi.

Tertiò quęritur, *An fictio impediat baptismi effectum, & rem seu gratiæ infusionem, ita quod fictionem abiecta infunditur gratia.* ¶In qua quæstione duo tanguntur. Primum, an fictio gratiæ infusionem impediat. Secundū an fictione submota, gratia infundat. ¶Videtur, quòd fixio non impediat infusionem gratiæ baptismalis. Christus nāq; sua passione sic totius mundi peccata deleuit, quod etiā ipsum peccatum crucifigentium eum merito suę passionis tulit, & expiauit, ut super Iohannem loquit̄ Augustinus. Cum ergo baptismus in uirtute passionis dominicæ operetur, ēt ipsam fictionē accidētis fictè, consumere, & auferre uī, ac suū effectū sortiri Nec videt̄ humana malitia diuinę posse virtuti resistere, nec cā creata sup naturalis cāæ effectū ipedire Quadruplex fictio

¶Circa hæc scribit Albertus. Quadruplex fictio ex dictis beati Augustī colligitur. Triplex tn̄ fictio p̄cipuè ponitur in susципiente eucharistię sacramentum. & simile est in susципiente baptismū. Itaque fictio est vel ex parte dantis sacramentum, aut ex parte susципientis. Vel aliter, & melius. Fictio est, aut ex parte ritus, seu actus sacramenti, aut ex parte operis operati, quod facit ecclesia. Si primo mō, tunc est eius, qui aliter susципit, quàm ipsa ecclesia ritum exercet. quod intelligo de eo, qui deridet ritum ecclesię: & tamen intendit accipere, quod facit ecclesia: ille em̄ percipit sacramentū. Si autē sit fictio ex parte operis operati, tunc aut est secundum rationem, & tunc est non credens: aut secundū concupiscibilē, & tunc, est indeuotus: aut ex parte irascibilis, & tūc est pœnens. Porrò indeuotus hic dicitur a priuatione habitus deuotionis. & hoc est, quando est in statu & affectu peccati mortalis: quoniam talis non recipit nisi characterē. Cōtemptus quoque est duplex. Vnus qui abiicit actum, seu opus baptismi. & ille impedit impressionem characteris: quia nec subdit se sacramento. Alter est contemptus uilipēdens ipsum opus: quod tamen facere, seu sumere intēdit & ille non impedit characteris impressionem. Itaq; fictio impedit ex eo, quod obicem ponit spiritui sancto per actualē uolūtatis dissensum ad sacramentalem effectū, uolendo id, quod simul stare nō ualet cum gratia sacramentali. Hæc Albertus, quisequenter ad secundū respondet. Aliter est de opere Dei omnipotentis. aliter de opere hominis imbecillis: qm̄ opus hoīs potest produci ab hoīe mortuō, & mortificatum, quod à libero p̄cedit arbitrio spiritualiter non uiuenti. Opus aūt Dei non potest esse mortuū. & hoc est sacramētū, in quo diuina virtus secretiùs operatur, sed fictus obicem ponit, ne opereī in eo. Character verò stare pōt cū fictione, & quocunque peccato mortali, sicut & fides informis Character quippe est lumen spirituale imaginis creatę, distinguiēs fidelem ab infideli secūdū fidei statū: estq; splendor quidam procedens a charactere increato in imaginē creatā ad distinctionē baptizatā à non baptizato, per quem characterem baptismus virtualiter maaet in baptizato: & ipse character est propriè sacramentum, ideo dum non habet obstaculū, utpotè fictione cessante gratiam operatur eo modo, quo causa est, utpotè dispositiuè, & Deus tunc causat gratiā effectiuè. Peccata demum, quæ fictus commisit post suum baptismum, non delentur uirtute baptismatis sed contritione, & pro eis imponenda est sibi pœnitētia exterior, virtute aūt baptismi delētur peccata aī cōmissa: Hęc idem. Quadruplex fictio. Characteris descriptio.

¶Præterea Thomas: Duplex est, inquit, effectus baptismi. Primus, qui est res & sacramentum, puta character, qui cum non imprimatur ad præparandam hominis uoluntatem, ut aliquid bene, seu meritoriè fiat, cum non sit habitus, sed quædam potētia, ideo indispositio uoluntatis non impedit eum, dūmodo aliqua sit uoluntas recipiendi baptismū. Alius est effectus, qui est res, & non sacramentum, videlicet gratia ad quē requiritur remotio, seu expulsio omnis dispositionis sibi contrariæ, puta mortalis peccati: quia per istum effectum baptismi p̄parat̄, & format̄ uoluntas, ut meritoriè velit ac operet̄. Duplex baptismi effectus.

¶Deniq; talis indispositio uoluntatis rectè fictio nūcupat̄. Ad hoc em̄ q̄d aliquid recipere debeat effectū agentis, oportet quod habeat se in debita dispositione ad cām agentē, & ad p̄cipiendā eius effectū. Hinc indispositio uolūtatis, q̄ effectū baptismi vltimū (scilicet gratiā) impedit, duplex est. Vna p̄ respectū sacramētū, alia p̄ respectū ad sacramēti effectum.

ctum. Ad sacramentum verò contingit voluntatē indispositam esse dupliciter: primò, per subtractationem necessarij: Secundò, per positionē contrarij. Cū que actio omnis sit per contactū, necessariū est qđ recipies sacramentū, quodammō contingat ipsum p intellectum: quam contactum efficit fides, & p affectum, quod facit deuotio, ideo indispositus reputatur tā, q non credit q̄ q̄ indeuotus accedit. Duplex quoque est contrariū, quod tolli oportet. Vnum ex parte eorum, quæ extra aguntur, & sic indispositus est, q̄ aliter celebrat, quā ritus habet ecclesiæ. Aliud est ex parte virtutis intrinsicę, quæ secretiùs operatē salutem, & sic indispositus est, qui contemnit. Similiter per comparationem ad effectum baptismi, oportet quod disponatur homo necessarium adhibendo utpotè fidem, quæ purificat mentem; & quod tollat contrarium, puta culpam per contrictionem. Ideo ait Ambrosius, quod nō sunt necessaria ex hac parte nisi fides & contritio; tamē contritio in deuotione includitur. ¶ Si autē obijcitur, quòd fictio est secundum omne genus peccati: respondendum, q̄ fictio, p priè est cum aliquis ostendit dicto, vel facto, quo nō est in rei veritate. Hoc autē cōtingit dupliciter. Vno modo qđ ex hac intentione aliquid additur, vel fit, vt aliud ostendatur, q̄ rei ueritas habet, sicque fictio est speciale peccatum, & ita non sumitur hic. Secundo, quando ostenditur aliquid, quod rei veritas nō habet, dicto aut facto, etiam si non propter hoc dicatur, aut fiat. sicque accipitur modo. Quicunque eñ ad baptismum accedit oñdit se veteri vitæ abrenunciare & nouā inchoare. Vñ si uoluntas eius adhuc in uetustate uitæ remaneat, aliud oñdit, quàm veritas habet, idcirco est fictio. Hæc Tom. in Scrip. In cæteris sicut Albertus.

Ambrosi.

Obiectio.

Bonauen. Quæstio. Responsi.

¶ Cōcordāt Petrus & Rich. alij quoq; cōmuniter.

¶ Præterea Bonauentura sciscita tur, vtrum inuitus seu tractus baptismum accipiat Respondet. Coactio duplex est, Vna sufficiens seu simpliciter dicta, & penitus uiolenta, & hæc impedit sacramentū, ita quòd taliter lotus non est baptizatus, Neminem eñ cogit deus ad bona. Alia est coactio inductiua, & si quis sic immergatur in aqua, utpotè flagellis, aut minis, ita q̄ potius vult baptismum suscipere, quàm occidi, dilinguo: Quoniam vel intendit illudere alios & mortē euadere, & tunc (q̄ñ non est ibi intētio baptismi) aliquo mō non baptizatur, cū nec ille dicat baptizatus, qui consentit se immergi ad iocum, vel potius vult circa se fieri illud, quod facit ecclesia, quā aduersa tolerare seu mortē: & sic siue credat, siue nō credat, & siue uelit recipere gratiam, siue nō dico, quòd recipit sacramentum, quia nō est ibi simpliciter inuoluntariū: iō suscipit characterē nō gratiam. Hæc Bonauentura, & communiter sic tenētur

Quæstio.

¶ Denique huic quæstioni est similis ista, utrum adultus non consentiens, potest recipere effectum baptismi. Ad quod Tho. de Argentinem, Scotus & alij quidam satis concorditer dicunt, quòd non cōsentiens intelligi potest dupliciter, utpotè contrariè & negatiuè. Negatiuè, tantum negat actualem consensum. Contrariè, ponit actualē dissensum, & constat, q̄ non sit idem, non velle & nolle: si ergo accipiatur contrariè, p actualiter dissentiente, seu dissentiente simpliciter, seu secūdum quid, & si iste

Prou. 23.

sit vtroque modo dissentiens, nō recipit sacramentum: q̄ñ deus, q̄ dixit p Sapiētē, Fili mi, præbe cor tuum mihi, nō vult aliquē omnino inuitū familiæ suæ asscribi. Si aūt scđm qđ dissentiat simpliciter verò cōsentit in illā ablutionē eo mō, quo intēdit ecclesia facere simpliciter recipit sacramētū. De adulto quoq; distinguo, q̄ a aut nō utitur ratione, nec usus est, vt fatuus natus: aut non vtitur nunc ratione, tamen aliquando usus est, aut vtitur nunc actualiter ratione. De primo dicendum, sicut de paruulo: attamen si speratur ipsum tandem curandum, aut ratione usurum, expectandum est tempus illud, vt cum maiori reuerentia suscipiat sacramentum. ¶ De secundo autem, qui scilicet non utitur ratione. tamen aliq̄n usus est, dico quòd supponitur nūc habitualiter cōsentiens siue dissentiens, secundum quòd se habuit actualiter immediatè in sanitate ante istud impedimentum: & dico immediatè ita quòd inter illum, actum, puta consentionem, aut dissensionem, & inter istud impedimentum non interuenit motus cōtrarius uoluntatis: sicque iste habitualiter consenciens, potest recipere sacramentum. Veruntamen si speratur reditus ad usum rationis, expedientiùs est tempus hoc præstolari, sicut de dormiente expedit tēpus vigiliæ expectare, & infurioso tempus lucidi interualli. ¶ De tertio membro puta adulto ratione utēte, distinguo hoc, quòd quæritur, an posit non consentiens baptizari: quia non consentiens potest intelligi negatiuè & contrariè. sicut expressum est & responsum. Hæc præfati doctores.

Tho. Arg.

¶ Et addit Argentinensis, propter reuerentiam sacramenti, dormiens, vel phreneticus baptizari non debet quamuis constet de cōsensu eorum ante somnum seu phrenesim, nisi urgeat extrema necessitas. Vt phreneticus sit in periculo mortis, vel etiā dormiens sit in mortis periculo, q̄a interdū lithargica passio tm̄ inualescit, qđ homo dormit usq; ad mortē: & lesus à serpēte q̄ dicitur dypsas, moritur dormiēdo.

QVAESTIO. IIII.

QVarto quęritur, *An baptismus in vniuersis, q̄ baptizantur, æqualem causet effectum, seu gratiæ æque magnam.* ¶ Videtur, qđ nō, quod enim in circumcisis in veteri testamento fecit circuncisio, hoc tunc fecit sanctificatio in vtero matrum, & hoc in nouo testamento facit baptismus, utpotè purgationem ab originali. Sed sanctificati in utero in veteri testamēto, nō fuerunt æqualiter sanctificati. Beatissimus enim Iohannes baptista excellentiùs fuit sanctificatus in utero, quàm sanctus Ieremias. Sacratissima quoque & incomparabilis virgo, multo valde eminentiùs, quàm Iohannes, ergo aut certum, aut verisimile siue probabile est, quod in nouo testamento q̄dam electiores fuerunt, abundantiorem gratiam in baptismo sortiri. ¶ Rursus, quidā ex suæ natiuitatis & baptizationis primordio, cernuntur minus proni ad mala, & magis apti ad bona, & aliqui innocentiam baptismalē custodiūt, a liq mox hāc pdūt, qđ ex maiori & minori gra eis in baptismo concessa vē accidere, sed & angeli. prout in naturalibus eminentiores fuerūt, gram, seu gloriā maiorē, seu minorem mox in sua creatiōe adepti sunt, sed tā pueri, q̄ adulti, q̄ baptizant in naturalibus magis, & minus pfecti sūt, ergo ām hoc dona grę ī diuerso recipiūt gradu

Thomas

¶ In oppositū est qđ originale peccatū p̄ qđ baptismꝰ directè ordinat, in oībus illis existat equaliter.

¶ Ad Hæc Tho. respondens, primò determinat an culpa in omnibus habeat effectum æqualem, quantū ad mali amotionem. Baptismus inquiens, in eo q̄ non fictè accedit, uniuersaliter: aufert culpam inficiētē pſonam, q̄ inuenit, & sic accedit ad terminum. Ea autē, q̄ in termino sunt intentionem non capiunt iō quātū ad culpæ remotionē, æqualē effectū h3 baptismꝰ in oībꝰ. Cōsimiliter ē de pœna pſonali, q̄ corrūdet culpæ originali, put ē pſonā ifīciēs utpotè de carētia uisionis diuinę: sed p̄ aliā pœnā ex corruptæ

naturæ

naturæ principijs consequentē, sicut est fomes, seu concupiscentia, adhibetur remedium in baptismo per gratiam, quæ in illo confertur, ideo simile est de pœna illa, & culpa. ¶ Deinde rādens ad istud, an æqualis gratia in baptismo omnibus conferatur; Actus, ait, actiuorum recipiuntur in passiuis secundū eorum dispositionem. Hinc quamuis baptismus, seu passio Christi, quæ operatur in eo, respectū habeat parem ad omnes: attā q̄ñ inter adultos, quidam cum maiore præparatione ad ipsum accedūt, maiorem præ alijs gratiā consequuntur. Nullus. n. gratiam in termino recipit, ut intendi nequeat per baptismum. Itaque q̄ñ adultus baptizatur non solū requiritur ad percipiendum effectum baptismi remotio prohibentis, vtpotè fictionis, sed, & dispositio quasi materialis, videlicet fides, atque deuotio recipiēntis baptismum. ¶ Consequenter respondet ad istud, an pueri in baptismo æqualem gratiā sortiantur: In pueris. dicens. baptizatis nihil ex parte eorum requiritur, sed pro dispositione quasi materiali ad salutem habent fidem ecclesiæ, & pro effecti uo salutis habent uirtutem, seu meritum passionis Christi, q̄ operatur in baptismo: & hæc duo se habent æqualiter ad pueros oēs. idcirco non differunt quantum ad suscipiendum baptismi effectum, sed omnes in baptismo æqualem suscipiunt gratiam, nec simile est de ipsis, & angelis, quia de angelis, pbabile est, quòd secundum gradum, & proportionem eorum in naturalibus, fuit conatus ad gratiā, ad quam in infantulis nullus conatus est. Hæcq; gra in pueris baptizatis non facit necessitatem, sed inclinationem quandam ad bonum. ideo dum ad adultam pertingunt ætatem, possunt diuersimode de gratia uti recepta. Vnde quidam manēt, proficiunt q̄e in ea, quidam deficiunt: & hoc non ex diuersitate gratiæ in baptismo receptæ. Hæc Tho. in Scrip.

¶ Porrò in tertia parte, quæstione 69. Duplex, inquit, est effectus baptismi. Vnus per se, aliusq; per accidens. Per se effectus baptismi est, ad quem per se institutus est, utpotè generare homines in uita spirituali, quem æqualiter facit in omnibus, qui æqualiter ad baptismum se habent. Effectus autem baptismi per accidens, est ad quem baptismus directè non ordinatur, sed omnipotentia Dei in eo miracu losè operatur. Vnde super illud ad Romanos, Vt

Rom. 6.

vltra non seruiamus peccato, Glossa effatur. hoc nō præstatur in baptismo, nisi forte miraculosè aliquibus ineffabili clementia creatoris, ita, ut lex peccati, quæ est in membris, penitus extinguatur. & tales effectus non æqualiter suscipiuntur ab omnibus, etiā si cum æquali deuotione accedunt, sed dispensantur, seu dantur secundum ordinationem prouidentiæ Dei. Hæc in Summa. ¶ Præterea Petrus circa hęc scribit: Quadruplex est effectus baptismi in adultis.

Quadruplex baptismi effectus.

Vnus impressio characteris, qui effectus in omnibus est æqualis. Secundus est infusio gratiæ, qui differt secundum dispositionem, & deuotionem suscipientium. Tertius restitutio innocentiæ, qui pēnes terminum a quo, potest esse inæqualis: sed penes terminum ad quem, semper est æqualis: quoniam quamuis ab inæquali impuritate: tamen ad æqualem puritatem restituit. Quartus repressio fomitis, seu concupiscentiæ, & quantum adhuc inæqualis existit ām quod vnus recipit in baptismo gratiā maiorem, q̄ alius. Deniq; quantum est de priuilegio grę, plùs gratiæ dari potest uni paruulo in baptismo, q̄ alteri: sed quantum est de lege cōi, non datur. Bonitas aūt complexionis ex parte corporis est remota dispositio gratiæ, seu etiam gratię amplioris. Dispositio verò propinqua ad gratiam, in voluntate consistit, quam infusio gratiæ maior, aut minor consequitur: Hæc Petrus. ¶ In prēinductis, sētētialiter cōtinetur Richardi rīsio, qui prēinducta compendiose perstringens: In baptismo, asserit, remouetur malum culpę, & pęnę, atq; cōfertur bonum grę. Quantum ad prima duo, effectus baptismi, in oībus paruulis est equaliter. sicut originale peccatum in oībus illis equale est, nec unus ad maiorē pœnam obligatur, q̄ alter. De lege quoq; cōi non datur uni eorum gratia maior, quàm alteri in baptismo. In adultis verò plùs delet de malo culpę, quā in paruulis, secundum quòd in adultis plùs, aut minus inuenit de proprijs culpis eorum. Veruntñ: q̄ñ unicuiq; plùs suffragatur fides propria, quàm aliena, adulti, qui per propriam fidem ad baptismū se prēparant, plùs gratiæ in baptismate sortiuntur quam paruuli, qui non fide propria, sed per fidē ecclesiæ ad baptismatis gratiā disponūtur. Hec Rich.

¶ Concordant Bonauent. Alber. alijq; cōiter.

QVAESTIO V.

QVintò quæritur, *Vtrum carentibus usu rationis baptismus sit exhibendus, utpote infantulis, furiosis, freneticis, stultis.* ¶ Videtur, quòd non: Rom. 14.

qm̄ spiritalis medicina fidem requirit in recipiente. Quia, ut ait Apost. quod non est ex fide peccatum est. Rursus, in baptismo est iustificatio, quædā, sed (Aug. testante) qui creauit te sine te, id est, sine tua cooperatione: non iustificabit te sine te. Verum de hac materia dictum est supra, ideo non nisi pauca addenda. ¶ Itaq; secundum Thomam, Albertū, Bonauent. ac alios plures, infantes citò sunt baptizā di: quoniam circo eos periculum maximum est in mora. Primò: quoniam propter imbecillitatem naturæ de facili mori potuerūt, ac damnari. Scđò, q̄a minorem ptātē dæmones habent in pueris baptizatis, nec spiritualiter, nec corporaliter possunt eis tā tas inferre molestationes, ut aliis pueris, imo pueri baptizati sunt angelis sanctis amabiliores, utpotè p supernaturalia charismata gratiæ, & donorum, atq; virtutum, ipsis similiores, pp quod diligentiùs custodiuntur ab ipsis. Tertiò, quia ab infantia, & pueritia hō facilius ad bona inducitur, meliùs assuescit, firmiusq; adhęret. Vnde 2. Ethicorū ait Phil. Nō parum differt à iuuētute cōsuesci bonis, uel malis assuefieri, & hanc rōnem S. as signat Diony. in fine hierarchię dicens: Tradit summus sacerdos puerū sacris cymbalis. i. sacramētalibus signis, ut cū eis cōuersetur, & nec imitetē alterā vitā, nisi iugiter diuina cōtē plantē. Et iterū ibidē diuinus Diony, protestat: Diuini nīsi duces (puta apostoli), pbauerūt infantes recipi ad baptismū. Et si obijciat: q̄ñ magis afficit hō ad ea, q̄ ex se acquirit, & sponte cōsequit, q̄ ad ea, q̄ accipit aliunde: pp, qđ, qui ex ppria acquisitiōe, diligentia, & labore hñt diuitias: non sunt cōiter liberales, vt q ab alijs eas sortiti sūt, ergo expediret in paruulis tempus adultę expectare ętatis. Dicendum, q̄ verum esset, nisi aliunde tot, & tanta obuiarent pericula, quibus subiicitur vita humana. ideo securior uia est eligenda. Nec uerum est, quòd spiritalis ista baptismi medicina non sit usu rationis carentibus applicanda. Nempe, ut in libro 83. quæstionum sanctus, loquitur Augustinus, Diuersi status mundi assimilantur diuersis hominis eiusdem ætatibus. Hinc sicut in nullo statu mundi pcluſa fuit hūano gñi uia salutis, ita in nulla eiusdem hōis ętate pcludicur, aut negatur ei salutis uia. Vnde nec in infantia paruulis originale peccato obnoxijs.

S. Dion.

QVAESTIO. VI.

SExtò quæritur, *Vtrum sine baptismo tempore euangelij diuulgati nemo queat saluari, & de multiplici genere baptismi, ac comparatione eorũ ad inuicẽ.*

¶ Videtur, ꝙ sine baptismo aquæ, seu fluminis nullus saluari, nũc valeat, cũ dicat saluaror, & iudex: Nisi renatus qs fuerit ex aqua, & spiritu sancto, &c. Dan. 3.

¶ In opposiũt est, quod multi martires sine tali baptismo sint coronati, sed & bona, efficaxq; voluntas à Deo pro opere reputatur. Item in litera nõ nisi tres species, seu modi baptismi tanguntur, cum tamen Damascenus libro quarto enumeret nouẽ.

¶ Circa hoc scribit Albertus: Magister non tangit hic nisi baptismum aquæ, & baptismata ei similia in principali effectu, qui est remissio culpæ. In qua includitur infusio gratiæ, & illa non sunt nisi duo, scilicet pęnitentia, vbi articulus necessitatis, non contemptus religionis sacramentum excludit: atque effusio sanguinis, vbi impediente tyranno, aut alio impedimento, aqua haberi non valet. Nec hi duo baptismi characterem imprimunt, cum character pars sacramenti existat, sed totum supplent sacramenti effectum, quantum ad salutem requiritur. Ea verò, quæ sunt de sacramenti essentia: non exhibent: quoniam materia baptismi (quæ est aqua, & forma verborum) in ipsis non sunt. *Baptismata aliaduo*

¶ Præterea baptismus sanguinis in hoc alijs præminet, quod secundis sordibus non inquinatur, qa post eum sic baptizatus non peccat, & quia adducit aureolæ meritum. Et quoniam falce suæ acerbitatis adherentiam venialium abradit culparum, quorum nullum facit baptismus aquæ, deficit autem ab illo, quia characterem non imprimit. Pœnitentia quoque non supplet vicem baptismi, nisi inquantum baptismus est in proposito, & affectu. similiter neque martyrium. Hæc Albertus. *Baptism⁹ sanguinis prę̨minet.*

¶ Atuerò Thomas diffusius loquens: Vnum inquit est tantum baptisma, propriè loquendo, quòd celebratur in aqua sub determinata forma verborum. Alia uerò dicuntur baptismata per ordinem, & comparationem ad illud, & hoc tripliciter: Primò inquantum fuit signum huius baptismi, sicq; diluuium vocatur baptismus, quia nostrum designauit baptismum, quantum ad saluationem vitæ spiritualis per saluationem generis humani in vita naturali tunc facta in arca, ut patet ex prima Petri canonica Similiter transitus maris rubri, designãdo nostrum baptismum, quantum ad purgationem vitiorum in ipso. Alio modo vocatur baptisma quasi aliquo modo causa nostri baptismi, sicq; baptismus Iohannis fertur baptismus, ut ad nostrum baptisma disponens, & baptismus, quo baptizatus est Christus, ut efficatiam nostro præstans baptismo. Tertiò aliquid uocatur baptismus secundum proportionẽ ad eundem effectum: & sic dicitur baptismus pœnitentiæ, & baptismus sanguinis, de quibus Magister hic loquitur, vel quantum ad effectum secundariũ, qui est consummatio in bono, & sic dicitur baptismus spiritus, de quo legitur in Actibus, & hæc nouem genera baptismatum ponit Damascenus. *Baptisma ta quo plura dicãtur* 1. Pet 4.

¶ Si autem interrogetur, an baptismus pœnitentiæ sufficiat ad salutem, similiter baptismus sanguinis: respondendum, quòd aliquid dicitur sufficere ad salutem dupliciter. Primò simpliciter, & absolutè. sicque baptismus pœnitentiæ ad salutem non sufficit, quia non habet uim regnandi. nisi cum uoto, & proposito baptismatis aquæ. Alio mõ secundum, quod & casu, & sic sufficit articulo necessitatis, ut patuit. Denique aquæ baptismus eficaciam habet à passione Christi, inquantum eam sacramentaliter repręsentat. Baptismus verò sanguinis, conformat passioni dominicæ non sacramentali, sed reali repræsentatione. Idcirco in his, quæ sacramentalia sunt, baptismus sanguinis non supplet uicem baptismatis aquæ, ut est impressio characteris, & huiusmodi: sed in eo, quòd est res tantum, supplet totaliter vicem baptismatis aquæ, quando necessitas sacramentum excludit. Quemadmodum enim in baptismo aquæ liberatur homo ab omni culpa præcedente, & pęna, ita in baptismo sanguinis, quod conuenit huic baptismo: non solum ex opere operãte, nec quantum ad pœnam, qua aliquis martyrium explet, quam contingit non esse sufficientem ad satisfaciendum pro peccato, nec quantum ad deuotionem iustæ voluntatis: quia contingit, quòd voluntate informata charitate maiori, aliquis sine martyrio non potest omni supplicio liberari, sed habent hoc potissimè ex imitatione dominicæ passionis. Hinc de Martyribus dicitur in Apocalypsi: Lauerunt stolas suas in sanguine agni. Ideo pueri quamuis non habeant vsum liberi arbitrij: tamen si occidantur pro CHRISTO, in suo sanguine baptizantur. Denique, in alijs supererogationis, & perfectionis operibus, aut statibus: non est tam expressa conformitas ad CHRISTI passionem, ut in baptismo sanguinis, imò nec in baptismo pœnitentiæ. Ideo non oportet, quòd in illis omnis, seu tota pœna dimittatur. Legitur tamen in uitas patrum, quòd quidam patrum vidit eandem gratiam descẽdentem super eum, qui habitum religionis assumit, & super eum, qui baptizatur. Sed hoc non est, quia talis a satisfactione absoluatur, sed quoniam eo ipso, quòd suam voluntatem in seruitutem redigit propter Deum, plenariè iam pro omni peccato satisfecit, quam chariorem habet omnibus rebus mundi: de quibus tantum posset dare, quod eleemosynis cuncta peccata redimeret, etiam quantum ad pęnam. Acto. 19. Apoc. 7.

¶ Porrò si quæras, quis baptismus sit potior: Dicendum, quòd quia baptismus aquæ conformat passioni CHRISTI sacramentali repręsentatione, & baptismus sanguinis realiter, ideo quantum ad sacramentalia, baptismus aquæ excedit, ut quantũ ad impressionem characteris: sed quantum ad ea, quæ sunt res, excedit baptismus sanguinis, quia & gratia in baptismo sanguinis magis augetur, & nõ habenti amplior datur. Efficatior quoque, & fructusior remissio peccatorum in baptismo sanguinis condonatur, quia secundis maculis non inquinatur, ut asserit Damascenus. Hinc Augustinus de comparatione horum ait baptismatum: Baptizatus confitetur fidem suam coram sacerdote, martyr coram persequutore. Ille post professionẽ aspergitur aqua. Hic sanguine. Ille per impositionem manus pontificis recipit spiritum sanctum, hic templum efficitur spiritus sancti. Vnde, & pueri, qui occiduntur pro Christo, in eorum occisione infunditur gratia. Hæc Thomas in Scripto. *Baptismus quis potior.*

¶ Præterea in tertia parte, quæstione *66.* Conuenienter, ait, distinguuntur tria baptismata, utpotè aquæ, seu fluminis, & flaminis, seu pœnitentiæ, & sanguinis, ut tangit Glossa sup illud ad Heb. Baptismatum doctrinę. Baptismus namq; aquæ efficaciam habet Christi passione, cui homo per baptimum cõformatur, & vlterius, ac principaliter a spũ sancto tanquam a prima causa. Et quàmuis effectus a prima causa dependeat: causa tamen excedit effectum, nec dependet ab ipso. Ideo præter baptismũ aquę Hebr. 6.

aquæ potest quis consequi sacramẽti effectũ ex passione Christi, inquantum quis conformat, patiẽdo pro ipso. Vnde in Apocalypsi legitur: Hi sunt qui uenerũt ex magna tribulatione, & lauerũt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Eadem etiam ratione pôt quis consequi per uirtutẽ spiritus sancti effectũ baptismi, non solũ sine baptismo aquæ, sed & sine baptismate sanguinis, inquantũ cor alicuius per spiritũ sanctũ mouetur ad credendum diligendumq; Deũ, & ad pœnitendũ salubriter, unde uocatur baptismus pœnitentiæ, iuxta illud Isaiæ: Si habuerit dominus sordes filiarum Sion spiritu iudicij, & ardoris. Hinc uterq; baptismus iste supplẽt uicem baptismatis aquæ. unde Augustinus lib. 4. de unico baptismo paruulorum discernit, baptismi uicem, qñq; implere passionem: Non leue documentum assumit Cyprianus de latrone, cui dictum est non baptizato: Hodie mecum in paradiso eris, qđ & fidem, conuersionemq; cordis posse inuenio, si ad celebrandum baptismi mysterium in angustijs temporum succurri non potest. Apoc. 7. Acto. 19. Isaiæ. 5.

¶ Præterea effusio sanguinis pro Christo, & operatio spiritus sancti interior, dicuntur baptismata, inquantũ efficiunt effectũ baptismatis aquę. Baptismus aũt aquæ efficaciã habet à passione Christi, & à spũsancto, quę duæ causæ operant̃ ĩ quolibet horum triũ baptismatũ, excellentissimè tñ in baptismo sanguinis. Nã passio Chr̃i operat̃ in baptismo aquæ ꝑ quãdã figuralẽ repræsentationẽ. In baptismo aũt flaminis, seu pęnitẽtiæ, ꝑ quãdã affectionẽ, sed in baptismo sanguinis per operis imitationẽ. Cõsimiliter uirtus spiritus sancti operatur in baptismo aquæ, seu fluminis per latentem uirtutẽ, in baptismo pœnitẽtiæ per cordis cõmotionẽ: in baptismo aũt sanguinis ꝑ potissimũ dilectionis, & affectionis, feruorẽ, iuxta illud Iohannis: Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, ut aĩam suam ponat quis ꝑ amicis suis. Hinc nec effusio sanguinis pro Christo rõnem hʒ, efficatiãq; baptismi, nisi ex chraritate ꝑcedat, iuxta illud Apostoli: Si tradidero corpus meũ ita, ut ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest, quo constat, quòd baptismus sanguinis includit baptismũ flaminis, non ecõtra. Idcirco perfectior comprobatur, & præminẽtiam habet baptismus sanguinis, non solum ex parte passionis dominicæ, sed item ex parte spiritus sancti. Hæc in Summa. *Baptism⁹ sanguinis excellentior.*

¶ In quibus pro maxima parte continentur scripta Petri. & Richardi de ista materia, qui nihilominus dicũt baptismata ista ita cõparari ad inuicem, quòd quantum ad aliquid, unum est eminentius alio: & quantum ad aliquid, econtrario. Bonauentura quoque fatetur, quòd habent se sicut excedentia, & excessa. Nam, & baptismus aquæ generalior est, & pluribus seruit, atque characterem imprimit quod nulli conuenit aliorum baptismatũ. Nihilominus Bonauenturæ videtur, quòd absolutè loquẽdo, sanguinis baptismus sit potior, quod uerum reor, & Thomę consonat, ac Alberto. Insuper ait Bonauentura, quod baptismus sanguinis non est propriè sacramentũ, quia, nec institutum est ideo ad respondendendum quid sacrum ex similitudine. &c.

QVAESTIO VII.

SEptimò quæritur, *An Iudeorum, ac aliorum infidelium filij, ac filiæ, baptizandi sint inuitis parentibus.* ¶ Videtur quòd sic, quia si infidelis pueros suos uellent submergere, aut crudeliter trucidare, essent probibendi, piumq; esset pueris subuenire, à tẽporali eos interitu trahẽdo, multo plus à mortis æternæ periculo sunt eruendi, inuitis parentibus quos constat ipsos suæ infidelitati uelle innectere. Secundò, infidelium proles est Dei patris, quantũ ad aĩam, magis, quã parentũ carnalium piũ ergo, & iustũ est, eos patri spirituũ ꝑ baptismatis gratiã cõsecrare. Tertiò, præsertim Iudæi, iustè subduntur Christianis principibus, filij aũt seruorum sunt potestate dñorum suorum parentum: ergo principes Christiani licitè potuerunt filios Iudeorum, eis subditorum facere baptizari.

¶ Sed ꝯ̃ est, quod in Toletano hr̃ cõcilio. De Iudæis ꝑcepit synodus sancta, nemini princeps ad credenda uim inferre. Non enim tales inuiti saluandi sunt sed uolentes, nt integra sit forma iustitię. *Conciliũ Toletanũ.*

¶ Ad istud Thomas in Secũda secundæ, 10. quæstione rñdet: Maximam auctoritatem habet consuetudo ecclesiæ, quæ semper est imitanda. Nam & catholicorum dicta doctorũ ab ecclesia auctoritatẽ suscipiunt, ꝑꝑ, quod multo maior est auctoritas ecclesiæ, q̃ Hieronymi, aut Augustini. Nunq̃ autem cõsuetudo ecclesiæ fuit, ut pueri Iudeorũ inuitis parẽtibus baptizarentur, cũ tñ præteritis tẽporibus fuerint reges, & imperatores Christiani, multum religiosi, qbus ualde familiares fuerunt sancti episcopi, ut Constantino, Syluester. Theodosio Ambrosius, qui istud non omisissent facere, aut impetrare ab ipsis principibus, si licuisset. Iõ periculosum esset istud nunc recentur inducere, quod pueri tales sic baptizarentur. Primò propter periculum fidei, quam pueri tales postea forsan de facili desererẽt inductione parentũ, cognito quòd taliter ad baptismum uenissent. Secundò: qm̃ hoc repugnaret naturali iustitiæ, qua proles debet esse sub cura parentum usque ad usum rationis. Vnde ius paternæ potestatis non est parentibus auferendum. Hæc loco prætacto. *Auctoritas ecclesiæ quanta sit.*

¶ Præterea in tertia parte quæstio. *68* Pueri, ait infidelium, aut habent usum rationis, aut non habent. Si habent tunc quantum ad ea, quæ sunt iuris diuini, uel naturalis, incipiũt esse suæ potestatis: iõ propria uoluntate, inuitis parentibus possunt baptismũ suscipere, sicut, & matrimonium cõtrahere. Si aũt vsum rõnis nondum sortiti sunt, de naturali iure sunt sub potestate, & cura parentum, nec ipsis inuitis sunt baptizãdi. ¶ Ad obiecta ergo dicendũ, quòd nec à morte est aliquis eruẽdus ꝯ̃ ordinẽ iuris. ideo in derogationem iuris naturalis, non est proles protestari, & curæ parentum subtrahenda, ante liberi arbitrii usum. Hęc idem ibidem.

¶ Concordat Richardus infra in quæstionibus sextæ distinctionis, & addit: Non est in consuetudo in ecclesia Dei nec esse debet, ut paruuli Iudæorũ, & paganorum inuitis parentibus baptizẽtur: qm̃ baptizati aut restituerentur suis parentibus, & sic tempore suo auerterent eos à fide, aut male tractarent: uel non restituerentur parentibus, & sic esset periculum ꝙ interficerent paruulos suos, ne fierent Christiani. Veruntamen aliqui dicunt, quod si esset consuetudo ecclesiæ, quòd paruuli illi baptizati nutrirentur de facultatibus ecclesiæ, nec restituerentur parentibus, tunc bonum esset eos inuitis parẽtib. baptizare, ac baptizatos supremo domino consecrare, sed consuetudo ecclesiæ non est talis. Hæc Richardus.

¶ His cõcordat Duran. quãtũ ad id, quod dictũ est đ pueris Iudeorũ adultæ ætatis. De pueris uerò nõdũ rõne utẽtib⁹, refert tres eę opiniones. Vna est, quod

quod principes Christiani possunt licitè, ac meritoriè auferre pueros Iudæorũ, q in suis existant dominijs, & eos baptismo offerre inuitis parentibus, ad qđ inducũt rõnes ad hoc introductas. Et itẽ qm̃ principes Christiani possunt filios illos in terrenã redigere seruitutẽ; ergo multo plus seruitutẽ diuinam. Dicit quoq; opinio ista, quòd pueri tales suscipiunt uerũ baptismũ. Secũda opinio est, quod istud oĩno illicitum sit pp motiua p̃habita. Et quamuis pueri tales de facto taliter baptizentur, non tñ accipiunt uerum baptisma: qm̃ ad suscipiendum baptismũ ad minus requirit̃ intentio directa, uel interp̃tatiua. Interp̃tatiua aũt paruulorũ, illorũ uolõtas, vr̃ esse uoluntas parentũ. Vñ, & olim in lege naturæ in fide saluabantur parentũ. Tertia opininio est, qđ non liceat paruulos tales baptizare inuitis parentibus: si fiat, uerè sunt baptizati, quemadmodũ ẽt si filij Christianorũ parentũ, inuitis ipsis parentibus baptizentur, baptizati uerę sunt. Hæc Durandus, q se fatetur secundæ opinioni potiùs consentire, quãtũ ad id, quod dicit illicitũ esse pueros illos baptizari ꝯ uoluntatẽ parentũ, attamen dubitare se perhibet de hoc, an pueri illi in casu illo ueraciter baptizentur. Quo circa sciẽdum, quod secunda illa opinio est, quã sequitur Thomas, quãtũ ad hoc, in quo & Durandus concordat. sed non puto id fuisse de mente beati Thomæ, ꝙ paruuli tales non baptizentur in casu huiusmodi. imò vr̃ sensisse contrarium, dicendo, quòd periculosum esset pueros illos sic baptizare propter periculũ, fidei utpotè qm̃ pueri sic baptizati, facili occasione forsan desererent inductione suorũ parentũ fidem susceptam, ĩ quibus uerbis videtur sentire, quod si baptizentur, fidem recipiat. & eadem ratione cætera dona ac uirtutes quæ in baptismate infunduntur.

Dionysi. contra Durandum.

¶ Insuper Scotus circa hæc scribit: De paruulis Iudeorum, & infidelium aliorum, dicitur, quòd nõ sint baptizandi inuitis parentibus, quia aut rederentur parentibus baptizati, & tunc subuerterẽtur: aut non redderentur parentibus, & sic fieret ipsis iniuria: quia dum paruuli sunt, parentes habent ius super eos. Verum hæc ratio, & si concludat de priuata persona: non tamen vr̃ conciudere de principe cui subiecti sunt illi regimine reipublicæ. Hinc breuitur dico, quòd si princeps hoc faceret cũ cautela bona ita, ut parẽtes non cognoscerẽt hoc futurum, ne pueros ipsos occiderent, baptizatos quoq; facerent religiosè educari, bonum esset: imo, quòd plus est, crederé reliogiosè fieri, si princeps etiã ipsos parentes incredulis minis, atq; teroribus cogerent ad baptismũ, quod ꝓbari ur̃, quia simile cõmendat consilium Toletanum, factum tempore religiosissimi principis Assebuci &c. Hæc Scotus.

Scotus.

¶ Qui de his plura conscribit, in quibus quicqd sit de ueritate principalis quæsiti, videtur sibijpsi contrarius. Si qudem paulo ante in hac ipsa distinctione asseruit: Deus qui dixit per sapientem, Fili p̃be cor tuum mihi, non uult aliquem omnino inuitum ascribit familiæ suæ. Assumens aũt baptismũ asscribit̃ p hoc familiæ Christi. Insuper Theologi & Iuristæ concorditer dicunt, quod, hi qui nunquã fuerũt in fide, non sunt cogendi ad fidem. Vnde dũ Constantinus Imperator conuersus, & baptizatus uoluit Romanos ad fidẽ compellere, Sanctus Syluester persuasit ei opositum: Iacobus quoq; apostolus dixit: Non est nostræ disciplinæ quenquam ad fidem compellere. Præterea, quod Scotus allegat pro sua opinione ex toletano consilio, militat contra ipsum: quia ibidem sic legitur. Præcepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum uim inferre &c. ut supra, quo constat, quod & si ante hoc extitit factũ, synodus illa prohibuit hoc fieri ultra.

Contra Scotum.

Prout. 23.

Respõsio Dionysij carthusiani.

¶ Itaq; in hac re consentio rñsioni Thomæ, non tamen propter eius motiua: quoniam non vidẽtur concludere. Cum enim omne ius naturale, ac diuinum ab æterna, & increata lege, ac sapientia super gloriosissimi creatoris profluxerit, & sit quædam expressio, directio, ac determinatio eius, constat, ꝙ nullum ius naturale, seu diuinum, aut positiuum obliget, & astringat, nisi inquãtum manet sub regula, tenore, ac ordine iuris diuini, & increati. Cum ergo ex iure increato parentibus sit concessum. ut auctoritatẽ, curam, & dispositionẽ habeãt super sobolem suam, præsertim ante usum liberi arbitrij, ad hoc ut salubriter prouideant, dirigant. & gubernent eandẽ secundũ dictamen, & exigentiam iuris increati: dum certũ est, qđ parentes hac auctoritate, & potestate totaliter abutantur, & sobolẽ suam æternæ secum auersioni à Deo ac condẽnationi inuoluere quærãt. nõ est ipsis in hoc deferendũ: Nec sit eis iniuria, si habens auctoritatem subtrahat eorum abusui, peruersitati, infidelitati filios eorum, ac filias, quatenus salubriter educẽtur: quemadmodũ ẽt pręlato superiori licitũ est prælato inferiori prorsus peruerso, scandalo subuersionem suorũ quærenti, resistere, & ipsum deponere, ac subditos periclitantes ideo nec prælato cõmittere. Deniq;, sicut in vltima distinctione libri secundi circa finẽ copiosè, & euidẽter mõstratũ est, In coordinatiõe potestatũ, potestas inferior non obligat in his, quæ sunt contra superioris p̃tãtis imperium, & censurã Ad istud quoq; probãdũ valet ratio, in huius q̃stionis principio posita. Hinc quantũ ad principale, cõsentio Thomæ, ob alia tñ motiua, potissimè, quãtũ ad Iudæos. de quibus omnipotes in sua prouidentia statuit, vt vsq; in finẽ mũdi in suis remanent posteris, quatenus prædestinati ex ipsis, tempore desuper præstituo nascantur, conuertantur, martyrizẽtur, ac alijs modis salubriter consummentur. Ob alias quoque utilitates vult Deus, ut inter Christianos uiuere Permittantur, suosq; ritus saltẽ in parte exercere. Vnde, & Chr̃s protestatur in Psal. Deus ostditẽ mihi sup inimicos meos ne occidas eos, ne qñ abluiscantur populi mei. Quod si obijciat̃, ob hoc nõ oportere tã multos Iudæos manere incredulos; Dicendũ, ꝙ nobis incertũ est, quos ex q̃bus uelit ꝑducere Deꝰ. Imò (qm̃ teste Apo.) oĩa pp electos, puto quod nec alios incredulos, nec reprobos Chistianos superbonus, & supersapiens Deus taliter continuaret, & multiplicaret, nisi quidem, imò multis, & quasi innumerabiles electi essent nascituri ex eis, siue ob alia bona, q̃ elicit Deus ex malis. Nihilonns pium videtur, ut si principes Christiani prosternant in bello incredulos, & terras eorum iure prælij adipiscantur, paruulos eorundem faciant baptizari, & inter fideles corporaliter, ac spiritualiter enutriri.

¶ Postræmò primũ illud Thomæ motiuũ, quod scilicet maximam auctoritatem h3 consuetudo ecclesię, rationabilis persuasio esse uidetur. Infra demũ habebitur, quod infideles, qui nunquàm Christiani fuerunt non sint ad baptismum cogendi.

¶ Præterea adhuc aliqua circa istam distinctionem quæruntur, videlicet vtrum sanctificati utero essent baptizandi. Et item, utrum iam iusti, & uirtuosi baptizandi existant. Et uidetur, quòd non, cũ baptismus contra orignali ordinetur peccatum, à quo illi iam purgati sunt, Cumque in charitate, & fide formata consistant, non vr̃ eis aliquid plus necessariũ ad salutem. ¶ Ad ista rñdetur ab aliquibus infra. Sed rñsio breuiter stat in isto, quòd propter gñalitatem diuini præcepti sint baptizandi, & hoc prodest eis ad gr̃ę, ac uirtutũ perfectũ, & ad obedientię commendantionẽ. Et quamuis nõ indigeant propter remedium. i. propter originalis peccati purgationẽ, cuius remediũ est baptismus indigẽt tñ pp p̃cepti impletionem; q a baptismus ex cõsequenti, & secundariò ordinatur etiam à fidelium ab infidelibus distinctione, & ad gratiæ incrementum. Et quamnis quis esset in charitate: tamen nisi in isto obtemperaret per suam inobediẽtiam, amitteret charitatem.

¶ Quærit̃ quoq; de infantulo exposito, de quo ignoratur an, sit baptizatus, an sit baptizandus. Ad quod concorditer respondetur, qđ nisi per inquisitionem possit agnosci, quòd sit baptizatus. sit sub conditione baptizandus, dicendo. Si baptizatus nõ es: egò baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Consimilia quędam rara quęruntur, quæ infra forsan quæruntur.

Quòd baptismus æquè sanctus est à bono, & à malo datus bono, uel malo. Distinctio. V.

Post hæc sciendum est, sacramẽtnm baptismi à bonis, & à malis ministris dari, sicut à bonis, & à malis sumitur: nec melior est baptismus, qui p meliorẽ datur, nec minus bonus, qui per minus bonum datur: nec malus, qui per malum datur: nec maius munus datur in baptismo dato à bono, nec minus in baptismo dato à malo, sed ęquale: quia non est munus hominis, sed Dei, qđ totum subditis declaratur testimonijs. Aug. ait: baptismus talis est, qualis in cuius potestate datur: non qualis est ille, per cuius ministerium datur. Item prorsus fieri potest ut aliqui uerum habeant baptisma, & non habeant ueram fidem: Item. Si inter bonos ministros cum sit alius alio melior, non est melior baptismus, qui per meliorem datur, nullo modo malus est, qui etiam per malum datur, quia idem baptismus datus: & ideo per ministros dispares Dei manus est æquale, quia nõ illorũ, sed eius est. Idem, Cum baptizat manus, illud, quod datum est, unum est, non impari propter impares ministros, sed par & ęquale propter hoc. Hic est qui baptizat. Item, Ego dico, & nos dicimus oẽs, quia iustos oportet esse per quos baptizatur, iustos oportet esse tãti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si uolunt. Si autem uoluerint esse iusti, qui sedent in cathedra Moysi, securũ me facit magister meus, scilicet Christus, de quo spiritussanctus dicit: Hic est, qui baptizat. Itemquos baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Si quos ergo baptizauit ebriosus, homicida, adulter, si Christi erat baptismus, Christus baptizauit. Non timeo adulterum nec ebriosum, nec homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur: Hic est qui baptizat. Item, Homicida dedit baptismum Christi, quòd sacramentum tam sanctum est, ut nec homicida ministrante polluatur. Item, Si in hæresi quacunque, uel schismate quisquam in nomine patris, & filij, & spiritussancti baptismi sacramentum acceperit, integrum sacramentum accepit: sed salutem, quæ uirtus est sacramenti, non habebit, si extra ecclesiam chatolicam ipsum sacramẽtum habuerit. Debet ergo ad ecclesiam redire, non ut sacramentum baptismi iterum accipiat, quod nemo debet in aliquo reptere, sed ut societate catholica uitã accipiat. Baptismus em̃ extra ecclesiã nequit prodesse. Ibi enim cuique prodesse potest baptismus, ubi potest prodesse eleemosyna, id est, in ecclesia. Item Isidorus, Romanus pontifex non hominem iudicant qui baptizat sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licèt paganus sit, qui baptizat. In his perspicuè cernis, baprismum uerũ bonis, & malis dari, & à bonis, & malis & ipsum tamen æque sanctum esse, & munus eius, æquale, siue à bonis, siue à malis baptizetur.

Augu. sup. Iohãnem & hr̃ de c. disti 4. Baptismus. De conse. d 4. Siinter. Aug. contra crescẽtiũ grammaticum. Iohan. 1. De cõ. di. 4. c. Bap. Omnia 5. super Iohannem.

De potestate baptismi, & ministerio.

Quia ministerium tantum habent, non potestatem baptismi. Potestatem. n. sibi retinuit. Quod nouit Iohannes, cum uidit columbam descendẽtem super Christum. Vñ Augu. Quid nouerat Iohannes Baptista, Dominum? Quid non nouerat? potestatem dominici baptismi in nullum hominem à domino transituram, sed ministerium plane transiturum. Potestatem domino in neminem, sed ministerium in bonos, & malos Non exhoreat columba ministerium malorum, respiciat potestatem domini. Quid facit tibi minister malus, ubi bonus est dominus? Neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid: sed qui incrementum dat Deus. Si superbus fuerit minister, cum diabolo computatur: sed non contaminatur donum Christi: quod per illum fluit, purum est. Per lapideum canalẽ transit aqua ad areolas, in canali lapideo nil gñatur, sed hortus fructus plurimos affert. Habent ergo non modo boni, sed etiam mali ministerium baptizandi sed neuter potestatem baptismi. Ministerium enim dedit Christus seruis, sed potestatẽ retinuit sibi, quã si uellet poterat seruis dare, ut seruis daret bapatismũ suũ taquam uice

ce sua. Et potestatem suam constituere poterat in aliquo uel in aliquibus seruis suis, ut tanta uis esset in baptismo serui, quanta est in baptismo domini: sed noluit, ne seruus in seruo spem poneret. Baptizat seruus, ut minister, baptizat dominus tanquam potestatē habens: quam si daret seruis, ut scilicet ipsorum esset, quod domini erat tot essent baptismi, quot serui, ut sicut dictus est baptismus Iohannis, si diceretur baptismus Petri, uel Pauli. Quod ne fieret, retinuit sibi dominus potestatem baptismi: seruis autem ministerium dedit. Si ergo seruus dicit se baptizare, rectè dicit, baptismus meus, cum tamen dicat, euangelium meum, prudentia mea, licèt sint hæc à Deo, in quibus differentia est. Alius enim alio meliùs operatur in euangelizando, & alius alio prudentior est. Alius autem alio magis minusve baptizatus, siue ab inferiori siue à superiori baptizetur, dici non potest.

Quæ fuit potestas baptismi, quam potuit Christus dare seruis.

Hic quæritur quæ sit illa potestas baptismi, quam Christus sibi retinuit, & potuit, dare seruis. Hæc est, ut plurimi uolunt, potestas dimittendi peccata in baptismo sed potestas dimittendi peccata, quæ in Deo est, Deus est. ideo alij dicunt hanc potestatem non potuisse dare alicui seruorum: quia nulli potuit dare, ut esset, quod ipse est: vel ut haberet essentiam, quam ipse habet, cui hoc est esse. Dicunt enim, si hāc potentiam alicui dare potuit, potuit ei dare creaturas creare: quia non est hoc maioris potentiæ quā illud. Ad quod dici potest, quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata, non tamen ipsam eandem, qua ipse potens est, sed potentiam creatam, qua seruus posset dimittere peccata: non tamen ut auctor remissionis, sed ut minister: nec tamen sine Deo auctore, ut sicut in ministerio habet exteriùs sanctificare, ita in ministerio haberet interiùs mundare: sicut illud facit Deo auctore, qui cū eo, & in eo operatur illud exteriùs, ita interiùs mundaret Deo auctore, qui eius uerbo uelut quodam ministerio uteretur. Ita etiam posse Deus per aliquem creare aliqua non per eum tanquam auctorem, sed per ministerium: cum quo, & in quo operaretur, sicut in bonis operibus nostris ipse operatur, & nos non ipse tantum, nec nos tantum, sed ipse nobiscum, & in nobis: & tamen in illis agendis ministri eius sumus, non auctores. Ita ergo potuit dare seruo potestatē dimitendi peccata in baptismo, id est, ut in mundatione interiori seruus cum domino operaretur, non seruus sine domino: nec dominus sine seruo, sed dominus cum seruo, & in seruo, sicut in exteriori ministerio dominus operatur cū seruo, & in seruo. Vnde & dominus dicitur sanctificare, & seruus, sed dominus inuisibili gratia, seruus uisibili sacramento. Vnde Augu. super Leuiti. Dominus ait; Ego dominus qui sanctifico. Et de Moyse etiā dictū est, & sanctificabis eū. Sed Moyses sanctificabat uisibilibus sacramētis per ministerium: dominus autem inuisibili gratia per spiritum, vbi est totum fructus uisibilium sacramentorum. Sine sanctificatione visibilia sacramenta nihil prosunt Si quis hoc meliùs aperire poterit, non inuideo.

alias potestatem.

Hic magister nō tenetur.

Augu. super. Leui. Exo. 19.

Summa distinctionis V.

IAm determinatū est de sacramēto baptismi in se, deinde de eodem in ordine ad suscipientes: hic tractatur de eo per respectum ad dantes, puta quibus ualeat exhiberi, seu qui sint qui possunt baptizare. Quocirca declarat, quod à bonis, ac malis, à catholicis & ab hereticis, atque scismaticis possit pstari: quoniā non consistit nec datur in uirute, & merito baptizantis ministri, sed Christi, & in uirtute, & omnipotentia Dei deinde prosequit̃, qualiter Christ° ministerium dedit seruis, non ipsam potestatem baptismi, prout hoc infra exponet̃. Tertiò perscrutatur, quę sit illa baptismi potestas. quam Christus sibi retinuit, nec contulit seruis, cùm tamen hanc eis dare potuerit.

QVAESTIO I.

Cōtra ueritatē arguitur. Ecclesi. 34.

HIc quærit̃ primò, *Vtrum hæretici & schismatici ac pagani, aliique quicunque possint uere baptizari.* ¶ Videtur, quòd non: quoniam baptizare est spiritualiter regenerare, qui actus conuenire non potest spiritaliter mortuis. Secundo, in Ecclesiastico legitur: Ab immundo, qd mundabitur? cum ergo baptismus sit lotio, atque mundatio spiritualis ab immundis, & uitiosis conferri non poterit. Tertiò, ecclesiastica sacramenta nō nisi ab ecclesiasticis sunt administranda personis. Quartò, nemo alteri confert, quod ipse nō habet. Cum ergo baptizans aliquo modo conferat gratiam baptizato, & aliquo modo eius* cooperetur saluti, necesse est ipsum esse in statu gratiæ, ac salutis.

¶ Ad hæc respondet, Antisiodorensis: Apud hæreticos uerum est baptisma, uerusq; ordo, & sacerdotium uerum. idcirco, & uera potestas conferendi baptisma. Dū ergo baptizāt, seruatis debita forma, ac materia, uerè est baptizatum. Insuper secundum Augustinum, nulli sacramento est facienda iniuria. Sacramento autem facit iniuriam, qui dicit ipsum pollui per impuritatem, & indignitatem ministri. Nempe si radius solis quantacunque immunditia perfundatur, nequaquam polluitur, quantominus sacramentum.

¶ Si autem objiciatur, hæretici quosdam baptizant aut ergo faciunt eos filios ecclesiæ, & filios regni, aut non: si sic, ergo filij hæreticorum (utpotè

regenerati

regenerati ab eis, sunt filij ecclesiæ, & ita ipsi hæretici existunt ecclesia, si non: ergo baptismus non est spiritualis generatio ad salutem.

¶ Ad qđ dicimus, qđ baptisma ab hæreticis administratū, generat aliquos, vc3 paruulos, q nō ponūt obicem gratię Dei: quosdā nō, puta adultos hæreticis doctrinis imbutos, q uerū baptismū recipiūt atq; characterē, nō gratiā, eo quòd obicē ponant ideo, ad ecclesiam per pęnitentiam redeundo, gratiā cōsequunt̃. Qui aūt ab hæreticis baptizati sunt, nati ecclesiæ, dicuntur filij ecclesiæ, nō quasi baptizati à ueris ecclesiæ filijs, sed tanq̃ renati ex spiritu sancto, ꝙ associati, ab incorporati ecclesiæ ꝑ ministeriū hereticorum: Vel possumus dicere, qđ Deus genuit illos de ecclesia. i. de hæreticis seu paganis, secūdum id, quod cum ecclesia habent commune. Hæc Antisiod. in Summa sua. lib. 4.

¶ Præterea de his Tho. conscribit, primò respōdens ad istud, an nō baptizati ualeāt baptizare. Baptismus, inquiēs, inter omnia sacramenta est maximæ necessatis: tū, quia pueris non potest aliter subuenire: tum qm̄ nec adultis, quantum ad totius pęnæ remisionem. Hinc quæ ad baptismum necessariò requiruntur, oportuit communissima esse, tam ex parte materiæ (q̄ est aqua, & potest haberi ubique) q̄ ex parte ministri, ita ut quilibet homo baptizare posset in necessitate. Verū sicut sanctificatio aquæ, & benedictio baptismū præcedens, nō sunt de necessitate sacramenti, sed eius solennitate, quā sine rōnabili causa non licèt omittere propter institutionem ecclesiæ: sic ordinatio ministri nō est de necessitate sacramenti baptismi, sed solennitate. Et peccat, qui non ordinatus baptizat, nisi imminente necessitate. tn̄ sacramentum confert: sicq; actum istum hierarchicum Deus uniuersis concessit propter necessitatem, quemadmodum omnibus aquis regeneratiuam uim contulit.

In necessitate licitū unicuique baptizare.

¶ Deinde rn̄dens ad istud, an baptizare sit proprium ordini diaconorum: In potestatibus, aut ordinatis, quicqd potest potestas inferior, potest superior, non econtra. Cūq; potestas sacerdotalis sit supra potestatem diaconi, sacerdos habet uim purgatiuam, & illuminatiuam, diaconus tātummodo purgatiuam. Et quia in omnibus legis euangelicæ sacramenti est illuminatio gratiæ cum purgatione hinc diaconus non est proprium minister baptismi, nec alicuius sacramenti, sed aliquorum sacramentalium, ut exorcismi, & expulsionis immundorum à diuinis: ut cum clamat, Si quis Iudæus est, Abcedat: & eruditionis eorum, qui ignorant qualiter habere se debeant, ut cum dicit, Flectamus genua, Vel humiliate uos ad benedictionē, aut simile aliquid. Si autem objiciatur, qđ baptismus habet purgare, ergo diaconis conuenit. Et rursus, quod ad diaconos pertinet euangeliū pdicare, quod est illuminare: ergo possunt baptismū & alia sacramenta conferre. Dicendū ꝙ baptismus non solum habet purgare, sed etiam illuminare, ut sanctus Dionysius loquitur. Ad diaconum quoq; pertinet euangelium pdicare ad purgādum, qđ est. q̄ si linguis loqui: ad sacerdotum uerò pertinet interpretari, & exhortari, quod est quasi ꝓphetare. Hinc secundum Isid. baptizandi ministerium nec diaconibus ipsis est licitum.

¶ Præterea nemo seipsum potest baptizare, quia seipsum nō potest gignire. Attamē nō baptizatus pōt alium baptizare, ut dictum est. Veruntamē Innocentius, quartus ait in Decretali, qđ Iudæus, qui seipsum mersit aquā, dicens. Ego baptizo me in nomine pr̄is, & filij, & spiritus sancti, si ꝓtinus decessisset ad patriā euolasset, intelligēdū est ꝑꝑ uim cōtritionis, & deuotionis, ex cuius magnitudine hoc ꝓcedere videbatur, qđ inter Iudæos existens, obtulit se periculo mortis. Hæc Thomas in Scripto.

Iudæus se ipsum baptizare.

¶ Præterea circa hæc quærit, & alia multa quorū tn̄ ex dictis pōt petere solutio. Primum est, utrum mali possunt ꝯferre sacramentū baptismi. Secūdū, utrū ꝑ eos conferat̃ res sacramēti. Tertium utrū baptismus ꝑ meliorē ministrum collatus, meliorē sortiat̃ effectū ī baptizato. Quartū utrū malus minister peccet baptizando. Quintū, utrū, recipiens in se uel in alio sacramentum à malo sacerdote, excedat.

¶ Ad quorum rn̄det, ꝙ cū bonitas uitæ ministri nō sit de essentia sacramēti baptismi, pōt baptismū dari ꝑ uitiosum ministrū, sicut, & fieri pōt in aqua immunda, q̄uis ꝑꝑ reuerentiam sacramēti utrunq; uitandū sit. Debitus ergo minister baptismi, debito cōgruitatis, seu conuenientiæ, est sacerdos, imò & bonus sacerdos. Debitus uerò, debito necessitatis est quilibet homo.

¶ Ad secundum respondet, Agens principalē in baptismo, est omnipotentia uirtutis diuinæ ꝑ auctoritatē: deinde Christus secūdū quod homo, cuius meritum operatur in baptismo, atq; ex plenitudine bonitatis diuinæ, sicut ex cā principali: & ex merito Christi, sicut ex causa meritoria quodamō instrumentali, prouenit gratia ad baptizatum. Baptizans uerò est agens tm̄ instrumētale, idcirco nō refert ad rem sacramenti percipienda, utrum baptizans sit uirtuosus, an non.

Ex merito Christi ꝓuenit gratia ad baptizatum.

¶ Ad tertium aūt rn̄dens: Aliquid, inquit, dr̄ effectus alicuius dupliciter, utpote per se, & per accidens. Per se, quod per aliquid ad hoc ordinatū ꝓducitur, sicut domus ab edificatore. Per accidens uerò, quod cōiungitur ei, quod est effectus per se. ut ihabitatio domus est effectus domificatoris. Itaque dico, quod effectus per se baptismi, est æqualis à quocunq; detur baptismus bono seu malo, cæteris paribus ex parte baptizati, sed cum effectu baptismi potest aliquid aliud baptizato conferri, siue pertineat ad salutem corporis, siue animæ ex merito baptizantis: quod tamen non est propriè effect° baptismi: quia baptismus non est nisi causa instrumētalis, nec est instrumentū agens in uirtute ministri, qui & ipse instrumentū est, sed in Christi uirtute ac Dei. Respōdēs quoq; ad quartū, affirmat: Quicunq; in mortali peccato existens, exhibet se ministrum ecclesiæ, etiam in quocunq spirituali, peccat, iuxta quorundam opinionē satis probabilem, quæ auctoritate Diuini Dionysij cōfirmatur, ut infra melior ostendetur. idcirco sacerdos in mortali cum solennitate baptizās, quasi ministrum ecclesiæ se exhibens, peccat mortaliter. Si autē baptizet simpliciter in necessitatis articulo, non ut minister ecclesiæ, sed prout uetula baptizare posset: non peccat in hoc. Ad quintum uerò respondet: Malus minister, aut est præcisus ad ecclesiā, aut non. Si primum, sic peccat qui ab eo suscipit sacramentum nisi in necessitate, in qua etiam posset à pagano, seu Iudæo recipere. Si autem ab ecclesia non sit præcisus, non peccat sacramentum ab eo sumens, nisi per accides, ut si eius peccato communicet. Deniq; dato, ꝙ malus sacerdos peccet baptizando, non tn̄ oportet, quòd peccat sacramentum ab eo suscipiens, uel requirens. Primò si ei non sit certum, qđ sacerdos ille sit in mortali peccato, cum in uno instanti Deus iustificationem impij operetur. Secundò: quoniam iste petit quod iustum est, quia à

Sacerdos in mortali pc̄ō ministrū ecclesiæ peccat.

Non peccat à malo sacramētū accipiens.

suo

Cõtra Bonauentu-ram.

testatis consisteret. Et primum sciuit per cõuersationem infantiæ, secundum per reuelationem prophetiæ. Hæc Bonauen. circa literam.

¶ In quibus videtur primò obscurũ, quod dicit beatissimum Iohannem ex longa mora oblitũ, qđ ipse Iesus esset, qui peccata dimitteret & spiritũ sanctum daret. Hoc enim cognouit Iohannes ex reuelatione diuina, nec ex mora tẽporali fuit hoc oblit⁹, imò potius in illa cognitione profecit, sciẽs se missum ante Christi manifestationẽ, ac certus, qđ esset Iesus Deus, & homo, rex Messias, mundi saluator.

Luc. 1.

¶ Secũdò, quòd dicit sanctum Iohannẽ priùs cognouisse quis esset ipse Iesus, quàm cuius cõsisteret potestatis. Nẽpè quis esset ipse Iesus, non vĩ cognouisse. nisi post natiuitatẽ amborum per conuersationẽ infantiæ ut in uerbis prætactis innuit. Sed cuius potestatis esset Christus, cognouit adhuc clausus in utero, quando ad Christi præsentiã in sacratissimę uirginis utero exultauit: præuentus supernaturaliter usu rationis, atq; prophetica notitia saluatoris. Et si dicatur, qđ non exultauit ueraciter, nec actualiter nouit, sed solum, per modũ exultantis se habuit ut imaginatur Vdalricus, ostẽsum est suis locis hoc falsum esse, & sancti patres expresè dicunt ꝓrium.

Thomas.

¶ Deniq;, de his Thomas cõpẽdiosè loquutus est: Iohannes antequã intrauit desertũ, Christus cognouit personaliter ex conuersatione, cum fuerit eius cognatus per carnem. Sciuit ẽt Christi dignitatem ex reuelatione prophetica, sed propter longã moram amiserat uultus eis imaginationem. Vñ pso liter eum non cognoscebat. Ideo Christo ueniente ad baptismum, Iohannes didicit tria, secundum

Chrisosto.

Sanctos diuersos: Quia secundum Chrysostonum, didicit, qđ iste in persona esset ille, quẽ prædicauit

Augusti.

uenturum, secundum Augustinum uero didicit, qđ ipse Christus haberet potestatem excellentiæ in baptismo, quam sibi retineret, quamuis posset eã seruis largiri: quod tamen in generali sciuerat priùs, sed tunc hoc in speciali de hac psona cognouit. Se

Hieron.

cundum Hieronymum autem didicit, quòd per baptismum Christi non solum gratia conferretur mũdans à culpa, etiam ab omni pœna absoluens, quid habet à Christi passione, Hæc Thomas circa textum ex quibus forsitan solui posset, quod primò contra uerba Bonauenturæ obiectum est.

Triplex potestas ĩ baptismo abluendi peccara.

¶ Præterea ad prætactas quæstiones Thomas respondet: Triplex est potestas abluendi peccata in baptismo. Vna auctoritatis, quæ solius est Dei, ideo Christus secundũ, quod hõ, tali potestate peccata remittere nõ ualebat. Alia est potestates ministerij, cõpetens eis, qui sacramenta ministrant, in quibus diuina uirtus secretiùs operatur salutem, Tertia est media inter has duas, quæ dicitur potestas excellentiæ, quam præ cęteris habuit Christus. Attenditur demum excellentia ista in tribus. Primò in hoc, quòd ex merito suæ passionis baptismus efficaciam habet non ex merito alicuius alterius baptizãtis, ideo nõ est melior baptismus à meliore baptizãte datus. Secundò in hoc, quod Christus sine sacramentis sacramentorum effectus trbuere potuit, tanquam sacramentorum institutor, ac dñs, qđ de alijs non est uerum. Tertiò in hoc, quod ad innocationẽ nominis eius dabatur alijs remisio peccatorum in baptismo in primitiua ecclesia.

¶ Verum his obijci potest, quòd Christus in Euãgelio loquitur: filius hominis potestatem habet in terra dimittẽdi pctã. Et rursus, quòd ipse uocatur saluator, atq; redemptor, quẽadmodum angelus dixit ad Ioseph. Vocabis nomẽ eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Augustinus quoq; sup illud Iohãnis, Sicut pater suscitat mortuos &c. ait, Iudicat, & suscitat corpora nõ pr̃ sed filius, secundum humanitatis dispensationem.

Matt. 2. Tract. 11. Iohan. 5.

¶ Respondendum, quòd filius hominis nõ secundum quod homo, sed secũdum quod Deus, habuit potestatẽ dimittẽdi peccata per auctoritatem: tamẽ ut homo, habuit potestatem cuiusdam excellentiæ in relaxando peccata, in baptizando, suscitandoq; corpora per modum prætactum, & ex unione suæ humanitatis cum verbo.

Cooperari agenti quadrifariam fit.

¶ Deinde Thomas respondens ad istud, utrum Christus suis ministris contulit potestatem cooperandi ad interiorem mundationem: Coperari, inqt, agenti quadrupliciter accidit. Primò, ut adiuuans Secundò, sicut consilium præbens. Tertiò, sicut quo mediante primum agens suum producit effectum: sicq; cooperanẽ instrumenta principali agẽri. Quarto, sicut disponens materiam ad effectum principalis agentis suscipiendum. Primis duobus modis nihil cooperatur omniptẽti, ac sapientissimo Deo. Vnde Isaias: Quis adiuuit spiritũ dominĩ aut quis cõsiliarius eius fuit? Sed tertio modo aliqua creatura Deo in aliqua actione, non in omnibus. Cum enim Deus sit prima causa naturalis omnium actionem, quicquid agit natura: hoc efficit ut instrumentale agens, cooperans primo agenti. Quædẽ verò Deus retinuit sibi, immediate operãs ea. Quartò etiã modo cooperatur aliquid Deo, sicut in creatione animæ rationalis, quam Deus per se immediatè producit: natura tamen disponit materiam ad animæ susceptionem. Dũq; recreatio animæ correspõdeat eius creationi, ideo animæ emundationem Deus immediatè nullo cooperante operatur, sed hoc quarto modo dupliciter. Primò ex opere operante, vel docendo, uel promerendo: & sic homines ei cooperantur in peccatorum remisionẽ, de quibus ad Corin, dicit. Dei adiutores sumus, uel ex opere operato; sicut qui conferunt sacramenta, quæ disponũt ad gratiam, per quam fit remisio peccatorum: & hæc est cooperatio ministerij, quæ ministris ecclesiæ competit; de quibus ad Corint. ait Apostolus: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi &c.

¶ Porrò dum quæritur, an ministris Christi, conferri potuit potestas, cooperationis: Dicẽdum, ꝙ dupliciter dicitur, aliquid non posse creaturæ communicari. Primo: quoniam nulli creaturæ communicari potest. Secundò: quoniam communicari potest alicuiquãuis non isti. Quicquid aũt communicatũ alicui, traheret ipsum extra terminos suę speciei, nõ potest ei communicari, ut equo esse rationale, quod communicatum est homini. Quod autem communicatum alicui, traheret ipsum extra terminos creaturæ, non potest alicui creaturæ communicari, vt est potestas auctoritatis, quã omnes fatentur creaturæ communicari non posse. Sed de potentia cooperationis est duplex opinio. Magister namque in litera videtur sentire, quod potẽtia cooperationis ad emundationem interiorem, posset alicui creaturæ coferri, quamuis non sit collata: ꝙ intelligi, nequit de cooperatione per modum dispositionis: quoniã hæc collata est ministris ecclesiæ: Alij dicunt, quòd cõferri non potuit. Vtraque uerò opinio potest modo aliquo sustineri. Cooperatur ẽm Deo aliquid instrumentaliter duobus modis. Vno modo per uim aliquam absolutã habentem in rerũ natura esse completum ad producendum effectum non solum secundarium, sed principalem, sicut ignis cooperatur Deo ĩ productione alterius ignis,

sic conferri non ualet hoi, cooperari Deo in emundatione interiori, quæ fit per gratiã: qm̃ gratia eleuat hominem ad uitam, quæ est super conditionẽ supremæ naturæ creatæ, ideo agens, quod propria uirtute animam asimilat sibi per gratiam, oportet esse super omnem naturam creatam: sicq; talis cooperatio excederet, prsus terminos naturæ creatę. Alio modo aliquid cooperatur Deo, non per uirtutem habentem esse perfectum in natura, neq; ad vltimum, & principalem effectum pertingendo directè, ut dictum est de sacramẽtis prima distinctione, sicq; Deo cooperari in emundatione interiori, potuit secundum quosdam homini communicari sine sacramentis, sicut facit sacramenta præbendo, sicq; Deo cooperari, pertinet ad excellentiæ potestatem in Christo.

¶ Potestatem quippe excellentiæ potuit Deus homini puro conferre tamẽ non decuit, ne spes in homine poneretur, & ut unum tantum esse caput ecclesiæ ostendatur, à quo cuncta ecclesiæ membra spiritualem sensum, & motum recipiunt.

¶ Postremo, quamuis Thomas frequenter determinet potentiam creandi non esse communicabilem creaturæ: quia tamen Magister hoc, loco, & alibi tenet contrarium, exponit qualiter eius opinio posset sustineri, & de hoc dictum est plenius super secundum.

¶ Hæc eadem scribit in tertia parte, quæstiõe 64. In sacramentis, inquiens, habuit, Christus duplicẽ ptestatem. Vnam auctoritatis, in quantũ Deus: aliã excellentiæ, respectu potestatis seruorum secundũ quod homo, quam potuit communicare ministris, dando eis tantam gratiæ plenitudinem, vt eorum meritum operaretur ad plenitudinem gratiæ, & ad sacramentorum effectus, ita quòd ad inuocationẽ eorum sanctificarentur sacramenta, & vt ipsi possent instituere ea, atq; per merita sua sacramentorũ effectum conferre solo imperio. Potest enim instrumentum principali agenti coniunctum, quanto fortiùs fuerit, tanto plùs uirtutem suam instrumento reparato tribuere, vt manus baculo. Hæc in Summa.

¶ Concordat Albertus præhabitis, & potestates circa sacramenta Bonauentura expressas commemorat, quamuis non ponat nisi quinque, & addit: Potestas excellentię dupliciter a diuersis accipitur. Primò, vt secundum gradus, ac merita baptizantiũ excellentior esset, seu minus excellens baptismi effectus: quam potestatem potuit Christus dare ministris, sed noluit, ne tot essent baptismi, quot baptizantes: quoniam unũ debuit esse baptisma, sicut est una passio saluatoris, q̃ operatur in eo, & unũ originale peccatum, quod in ipso curatur. Secũdò, vt potestas excellentiæ attendatur in actu, vt scilicet sine ritu baptismi quis possit absoluere à peccato, utpote sine claue regnum aperire. Et hanc dicunt soli Christo collatam, ne sint plura ecclesiæ capita. Hæc Albertus.

Albertus.

¶ In his Petrus, Richardus, Durãdus, Argentinẽsis aliíq; communiter consonat.

¶ Nihilominus adhuc circa distinctionem hanc quærirur, an angelo bono, aut malo conuenire valeat baptizandi potestas. Ad quod omnium cõcors existit responsio, quòd angelo malo nullatenus cõpetat, nec ex officio, nec ex speciali mandato, cum non sit minister officiorum salutis, nec aliquẽ purgare intendat. Nec etiam conuenit angelis sanctis ex generali officio, sed bene ex speciali mandato. Vnde quidam sancti leguntur à beatis angelis baptizati. Et beatissimus Michael ecclesiam suam in monte Gargano dedicauit. Deniq; dispensatio sacramentorum: non est commissa nisi hominibus, qui cum uerbo incarnato conueniunt in natura à cuius passione sacramenta efficaciã sortiũtur nec cum sacramentis conueniunt in continendo in se aliquid corporale, atque in illo spiritualem uirtutem. Ipsi enim sunt spiritus simplices. Illis etiam decuit sacramentorum dispensationem committi, quorum est conuersatio cum hominibus, & possunt in prompto haberi, ac proportionabiliter hominibus applicari, quæ non simplicibus illis spiritibus, sed corporeis constat conuenire hominbus.

Quæstio.

Templũ Michaelis in Italia.

Quibus liceat baptizare. Distinctio. VI.

NVnc quibus liceat baptizare, addamus, De hoc Isidorus ait: Constat baptismum solis sacerdotibus esse traditum, eiusque ministerium: nec ipsis diaconibus implere est licitum absq; episcopo, uel presbytero, nisi his procul absentibus ultima languoris cogat necessitas, quod etiam laicis fidelibus permittitur ex concilio Carthaginensi quinto. Item mulier quãuis sancta, baptizare non præsumat, nisi necessitate cogente. De illis uero, qui ab hæreticis baptizantur, vtrum rebaptizandi sint, queri solet. Ad quod breuiter dicimus, quia quicunque sit qui baptizet, si seruatur forma à Christo tradita, verum baptismum dat: & ideo, qui illũ sumit, non debet rebaptizari. Vnde Beda, siue hæreticus, siue scismaticus, siue facinorosus quisque in confessione sanctæ trinitatis baptizet, non valet ille, qui baptizatus est, à bonis catholicis rebaptizari, ne confessio, & trinitatis inuocatio videatur annulari. Itẽ Augu. Quamuis unum sit baptisma, & hæreticorum, scilicet eorum, qui in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizant, & ecclesię catholicæ: tamen qui foris ecclesiam baptizantur non sumunt ad salutem baptismum, sed ad pernicem, habentes formam sacramenti: uirtutem autem eius abnegantes, & ideo ecclesia non eos rebaptizat, quia in nomine trinitatis baptizati sunt, & ipsa est forma sacramenti, Item. Rebaptizare hæreticum, qui hæc sanctificationis signa perceperit, omnino peccatum est catholicum vero, immanissimum scelus est. Ex his apertè colligitur, quòd qui etiam ab hæreticis baptizati sunt, seruato charactere Christi, rebaptizandi non sunt: sed tantùm impositione manus reconciliandi, vt spiritum sanctum accipiant, & in signum de-

Habetur de cõs. di. 4. ca. rebaptizare.

Nu. xix. Augu. de vnico baptismo.

Ga 3.

estationis hæreticorum. Sunt tamen nonnullli doctorum, vt Cyprianus, & alij quidã, qui dicere uidentur ab hæreticis non posse tradi baptismum: & eos esse rebaptizandos cum ueniunt ad ecclesiam, qui ab illis dicuntur baptizati: Sed hoc de illis uerum est, q extra formam ecclesiæ baptizare presumunt. Cyprianus tamen ibi à veritate deuasse uidetur, qui ait de hæretico: Quomodo sanctificare aquam potest, cum ipse immũdus est, & apud quem spiritus sanctus non est cum dominus dicat in lege. Quæcunque tetigerit immundus, immunda erunt: quis potest dare, quod ipse non habet? hoc ergo ex ignorantia eum dixisse Aug. innuit, dicens. Martyrem Cyprianũ glorioſum, qui apud hæreticos, vel schismaticos datum baptismum nolebat cognoscere, dum eos nimis detestaretur, tanta eius merita vsque ad triumphum martyrij secuta sunt, vt ex charitatis qua excellebat luce, obumbratio illa fugaretur: & si quid purgandum erat, passionis face tolleretur. Nec nos, qui baptismi ueritatem, & hæreticorum iniquitatẽ agnoscimus, ideo Cypriano meliores sumus: sicut nec Petro, quia gentes iudaizare non cogimus.

Quod nullus in utero materno baptizatur.

Hiero. super epist. Ro. & ha.

De conse. dist 4. eodem mõ. Conse dis. 4 qui in materno.

Augustad Dardanũ de Io. ba. He. 1. & Luce. 2. Nu. xxii. Hiere. 1. 1. Cor. 3. Iohan. 3.

Hoc etiam sciendum est, quòd licet ter immergatur propter mysterium trinitatis, tamen unum baptisma reputatur. Illud etiam ignorandum non est, quod in materno utero nullus baptizari potest, etiam, si mater baptizetur. Vnde Isidorus: Qui maternis uteris sunt, baptizari non possunt: quia qui natus adhuc secundum Adam non est, secũdum Christum non potest renasci: neque regeneratio in eum dici potest, quem generatio non præcessit. Item Augu. Non potest quisquam renasci antequam natus sit. Si uero opponitur de Iremia, & de Iohanne baptista, qui ab utero sanctificati leguntur, qđ etiam de Iacob quidam putauit. Dicimus, si sanctificatio ibi accipitur intetior emundatio in miraculis diuinæ potentiæ, esse habendum, vt Augustin. ait, ambiguè super hoc loquens. Si usque adeo, inquit, in illo puero acceleratus est vsus rationis, & voluntatis, ut intra materna uiscera iã posset agnoscere, & credere, quod in alijs paruulis expectat ętas ut possint, in miraculis habendum esse diuinæ potentiæ, non ad humanę trahendũ exemplum naturæ. Nam quando uoluit Deus, etiam iumentum locutum est, Item de Ieremia legitur: Priusquam exires de uentre, sanctificaui te. Illa tamẽ sanctificatio, qua efficimur templum Dei, non nisi renatorum est. Nisi enim quis, renatus fuerit ex aqua,

Luc. 1.

& spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Nemo autem renascitur, nisi prius nascatur. Vnde illa sanctificatio potest secundnm prædestinationem accipi. Ecce uidetur dubitanter loqui, qui etiam in eodem dicit: Non dictum est, quia credidit infans in vtero, sed exultauit: nec Elizabet dicit, exultauit in fide, sed exultauit in vtero meo. Et potuit esse hæc sanctificatio tantę rei à maiori cognoscendę indicium, non paruulo cognitæ absque assertione. De hac sanctificatione loquitur, non diffiniens qualiter intelligenda sit illa sanctificatio, an sit signum futurę rei, an ueritas iustificationis per spiritũ factæ. Sed meliùs est ut dicamus illos præter communem legem in uteris iustificatos, & gratia præuentos, dimissis omnibus peccatis, quod etiam multis sanctorum testimonijs edocetur.

Si baptismus fit uerbis corruptè prolatis.

De conse. di. 4. cap. tulerunt.

Quæri etiam solet, si corruptè proferãtur verba illa, an baptismus sit. De hoc Zacharias Bonifacio scribit: Retulerunt mihi nuncij tui, quòd fuerit sacerdos in eadem prouincia, qui latinam linguam penitus ignorabat: & dum baptizaret, nescius latini eloquij, infringes linguam, diceret: baptizo te in nomine patria, & filia, & spiritua sancta, & propter hoc consideraſti rebaptizare. Sed si ille, qui baptizauit, non errorem inducẽs vel hæresim, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis, infringendo linguam baptizans dixisset, non possumus consentire vt denuo baptizetur.

Baptizandi sunt illi, de quibus ignoratur, an sint baptizati.

Leo papa & habet De conse. disti. 4. ca. Si nullo.

Præterea sciendum est, quòd illi, de quibus nulla extant indicia inter propinquos, vel domesticos uel uicinos, à quibus baptizati fuisse doceantur, agẽdum est ut renascatur, ne pereant: in quibus, quod non ostenditur gestum, ratio non sinit, vt uideatur iteratum. Conferendum eis uidetur, quod collatum esse nescitur: quia non temeritas interuenit præsumtionis, vbi est diligentia pietatis.

De illo, qui pro ludo immergitur.

Solet etiã quæri de illo, qui iocãs sicut mimus, cõmemoratione tñ trinitatis immergitur,

gitur, vtrum baptizatus sit. Hoc autem Augusti. non diffinit, ita inquiens: Si totum ludicrè, & mimicè, & ioculariter ageretur, vtrum approbandus esset baptismus, qui sic daretur, diuinum iudicium per alicuius reuelationis miraculum, oratione implorandum esse censerem, Videtur tamen sapientibus non fuisse baptisma, vt cum aliqui in balneũ, vel in flumen merguntur in nomine trinitatis: non est tamen baptismus, quia non intẽtione baptizandi illud geritur. Nam in hoc, & in alijs sacramentis sicut forma est seruanda, ita & intentio illud celebrandi est habenda. Illud etiã non te moueat, quod quidam non ea fide paruulos ad baptismum ferunt, ut per spiritum ad uitam regenerẽtur æternam, sed eos putant hoc remedio temporalem accipere sanitatem: non enim propterea illi non regenerantur, quia nec ab illis hac intentione offeruntur.

Au in lib. de baptis. & habetur de conse. distinct. 4. solet etiã queri.

Augustad Bonauẽ. & allegatur de conse distinct 4. Non illud Leo papa & habẽ de conse. dist. 4. ca. duo tpa.

Quòd duo tempora erant, in quibus baptizabantur homines.

Agnoscendum est etiam, in baptizandis electis duo tẽpora esse seruãda, id est pascha, & pentecosten, ut in sabbato paschæ, vel pẽtecostes baptismi sacramentũ celebreẽ. Qui uero necessitate mortis, vel periculi vrgentur, omni tempore debent baptizari.

De responsione patrinorum.

Porrò cuncti ad baptismum venientes, fidem suam profiteri debent, & exponere, qd petendum uenerint ad ecclesiam, Vnde etiam à baptizando quæritur, quid uenisti ad ecclesiam petere? Qui si adultus est, pro se respondet, fidem. i. sacramentum fidei, & doctrinam. Ita etiam per singula interrogatus, respondeat se credere in patrem, & filium, & spiritum sanctum. Si autem paruulus est nõ ualens credere, vel loqui, alius pro eo respondet. Vnde Isidorus, Paruuli alio profitente baptizantur, qui adhuc loqui, vel crẽde re nesciunt: sicut etiam pro ægris, multis, vel surdis alius profitetur dum baptizantur: sic & de pœnitentibus agendum est: Si uero pro eo, qui respondere potest alius respondeat non itidem valet, sicut dictum est: Aetatem habet, pro se loquatur. Si uero quæritur, ex quo sensu, pro paruulo dicatur, credo, vel fidem peto. Dicimus, de sacramento fidei id esse intelligendum, quod respondetur petere, cũ defertur, ad ecclesiam, & habere fidẽ cum baptizatur, vt sit sensus, cum dicitur, fidem peto. i. sacramentum fidei præsto sum recipere; credo. i. sacramentum fidei suscipio: quod est, hic, paruulus præsto est sacramẽ tum fidei accipere. Vnde Augu. Nihil est aliud credere, quàm fidem habere, & ideo cũ respondetur credere paruulus, qui fidei nondum effectum habet: respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, & conuertere se ad Deum propter conuersionis* sacramentum. Sed adhuc queritur, ex quo sensu pro paruulo respõdeatur, Credo in Deũ patrem, & in Iesum Christum, & in spiritum sanctum. Nunquid de sacramento fidei, an de fide mentis ibi agitur: Si de Sacramento, cur nominatim distinguuntur personæ? Si vero de fidei affectu, quomodo verum est, cum ea paruulus careat? An illud facturus paruulus spondetur cum creuerit, sicut, & omnibus pompis diabolì spondetur abrenũciare? quod si non seruauerit factus adultus, tenebitur id se, vel sponsor. Sane etiam dici potest ibi sponderi pro paruulo, quod ad maiorem ætatem si uenerit, & pompis diaboli renunciabit, & sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramentum recipit. Hac autem sponsione paruulus, pro quo fit, tenebitur, non sponsor: si tamen ut cautio impleatur, quantum in se est & operam dederit: quia exigitur à patrino, vt sit diligens circa eum, pro quo spopondit, solicitudo: De hoc August. Certissimam emisistis cautionem, qua renunciare pompis diaboli spopondistis.

Isido. de conse dist 4. cap. paruulis De conse. dist 4. cum pro paruulis. Ioan. 11.

Augusti. De conse. dist. 8. nihil é aliud alias * fidei.

De catechismo.

Illa autẽ interrogatio, & responsio fidei fit in catechumino, cui additur exorcismus. Ante baptismum enim fit cathechismus, & exorcismus, post catechismũ sequitur exorcismus, vt ab eo, qui iam fide instructus est, aduersaria uirtus pellat. Exorcismus de Græco dicitur in latinum adiuratio, catechismus instructio. Cathechizare est instruere, vt de symbolo, ac rudimentis fidei. Exorcizare est adiurare vt: exi ab eo spiritus immunde. Symbolum est signum, vel collatio. Signum, quia eo fideles ab infidelibus discernũtur. Collatio, quia ibi totius fidei sufficientia, & integritas est collata. Catechismus, & exorcismus neophitorum sunt, magisq; sacramentalia, quàm sacramenta dici debent. Neophitus nouitius interpretatur, vel rudis, & dicitur neophitus nuper ad fidem conuersus, vel in disciplina religiosè conuersationis rudis. Hæc ergo præcedunt baptismũ, non quod sine istis non possit esse baptismus uerus, sed vt baptizãdus de fide instruatur, & sciat, cui debitor fiat deinceps, & ut diaboli potestas in eo minuatur. Vnde Rabanus: Ante baptismũ catechizandi debet in homine præuenire officiũ, vt fidei cathecu

Aug & habetur de Con. d. 4. Prima igitur, Marc. 4.

minus accipiat rudimentum, & sciat cui debitor fiat deinceps. Item Augusti. Paruuli exufflantur,& exorcitantur,vt ab eis pellatur potestas diaboli,ne iam cõtendat eos sub uertere, ne baptismum consequantur. Non ergo ab infantibus creatura Dei exufflãtur vel exorcizatur, sed diabolus,vt recedat ab homine.

Summa distinctionis VI.

DEclarato præinducta distinctione, quibus liceat baptizare,vel regulariter, vel in necessitatis articulo, & de multiplici potestate in exhibitione baptismi.¶ Iam declarat Magister quibus liceat legitimè,ordinatè,ac regulariter baptizare. Et in hac distinctione multa tanguntur, de quibus in præcedenti distinctione tractatum est,ideo repetenda non sunt,puta de ijs, qui ab hæreticis,& schismaticis baptizantur, de quibus,& glorioſus,ac sanctus martyr,doctor,& præsul Cyprianus errasse cognoscitur,qui hæreticos tã vehemẽtissimè detestabatur, q; baptizatos ab illis etiam sub debita forma,rebaptizãdos dictauit. De qua re sanctus Augustinus in libro de baptismo cõtra Donatistas, scribit diffusè recitans qualiter sanctus Stephanus Papa scribit beato Cypriano, ne illos rebaptizaret.Tuncq; Cyprianus conuocato cõsilio episcoporum Africæ, contulit cum eisdem de ista materia, qui vna cum Cypriano manserunt in sua opinione;non tamen animo rebellizandi cõtra Romanum Pontificem,nec intentione introducendi aliquod schisma,sed suis motiuis, quæ rationabilia æstimabant,persuasi: quamuis decepti. Cõsequẽter docet Magister, infantulos baptizare non posse in vteris matrum. prout hoc iam supra discussum est.Inquirit quoq;, quod de corruptione verborum formæ baptismi sit sentiendum.Et de baptizatione puerorum expositorum, eorum etiam,qui ioculariter,seu mimicè,& lusoriè baptizantur. Cõsequenter agit de duobus solennibus temporibus, in quibus baptismus generalius dari solebat, & de petitiõe,respõsione, ac præstatiõibus,q; in baptismo fieri solent,qualiter intelligantur. Postremò de cathechismo,& exorcismo, qui baptismũ præcedunt.

Error Cypriani.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, *An paruuli in vteris matrum sint capaces baptismi,quid etiam sit censendum de his, qui ioculariter baptizantur.*

¶Quo circa oritur quæstio, an ad veritatẽ baptismi requiritur recta intentio baptizantis.

¶Itaq; arguit primò, quòd pueri in vteris matrum valeant baptizari. Iam em̃ verè sunt nati,id est, substantiale esse adepti per infusionem animæ, rationalis Et crudele,improuidumq; videtur, nullum eis superesse salutis remedium. Habent quoq; angelos suos suæ custodiæ deputatos, ergo & hoc minus bonum, videlicet contra originale remediũ non decet eis deesse. Insuper lex Christi est lex uerè pijssima: Cũ ergo in lege naturę fuerit talibus de remedio salutari prouisum, potius in lege gratiæ ita erit.

Contra veritatem

¶Ad istud doctores concorditer dicunt, q̃d cũ infans in vtero nequeat aquis intingi, nõ potest inibi baptizari.Et de hoc ait Thomas in Scripto. Baptismus ẽm beatũ Dionysium est hierarchia actio, ideo p̃ ministros ecclesiæ est præstandus, aut p̃ eos q̃ in necessitate vicẽ obtinẽt ministrorũ quorũ actioni,& lotioni infans in vtero subdi nõ põt, nec est hominibus notus. Quidam vero assignãt alias cãs q̃ parui sunt põderis. Vna est,qa diuina iustitia exigit nõ dimitti pctũ sine aliqua, pœna, quã sentit paruulus in baptismo:q̃d esse non possit,dũ adhuc est in utero matris.Sed hoc nihil est quia baptismus (secundum Ambr.) non requiritur pœnam exteriorem. Peccato quoq; originali non debetur sensibilis pœna inflicta.Alia est,quod gratia dat esse ordinatum,ideo regeneratio gratiæ præsupponit generationẽ naturæ.Alia est,quòd puer, q̃diu manet in vtero, adhuc coniungitur causæ originalis peccati,iccirco non potest ab eo mundari. Verum hæ duæ causæ repugnant sanctificationi in vtero,sicut baptismo.Alia causa est,quòd in baptismo debet esse aqua, & spiritus, contra infectionem carnis, & animæ per originale: ideo baptismo oportet præexistere natiuitatem in utero, quia infunditur anima,& natiuitatem ex utero, qua nascitur corpus, sed neq; hoc est, quia natiuitas non est animæ,neq; corporis,sed coniuncti. Hinc in natiuitate in utero nascitur corpus,& anima. Primæ igitur rationi est standum. Itaq; ex defectu diuinæ misericordiæ non est, quod pueris in vtero matris non adhibetur remedium contra originale peccatum:sed quia non sunt capaces sacramenti, per quod secundum legem communem efficiantur participes meriti passionis dominicæ, a qua fluit remissio peccatorum,quoniam nequeunt subijci operationi ministrorum ecclesiæ, per quos talia remedia ministrantur.In baptizatione autem paruulorum nascentium expectanda est egressio totalis, ex vtero, nisi mortis periculum timeatur, tuncq; principali parte egressa, videlicet capite, in quo operationes animæ clarius manifestantur, baptizari debet. Secus de alijs partibus, ut manu, vel pede,quamuis, non noceat,si tunc ille partes aspergentur, quia diuina misericordia, non est artanda.Et si deinde plene nascatur; non est rebaptizandus: attamen nihil periculi accidit, si ad maiorẽ cautelam rebaptizetur sub hac forma,Si nõ es baptizatus,ego te baptizo in nomine patris &c.Nec scindẽda est mater, ut puer extractus baptizetur: quia nõ sunt faciẽda mala ut ueniãt bona,ut ait Apostolus.Ideo potius debet homo dimittere infantẽ perire, quàm ipse pereat,homicidij crimen in matre cõmittẽs. Hæc Thomas in Scripto.In quibus quod ait,quã ipse pereat referẽdũ est ad id,quod præmisit, potius debet homo dimittere &c. Eadẽ i tertia parte, q̃stione sexagesimaoctaua, vbi,& addit:Si mortua fuerit mater prole viuente, debet a periri,vt puer baptizetur.

Ambroi

Gratia esse dat ordinatum.

Thomas, Dionys. martyr.

Quid agẽdũ paruulis nondũ perfectè natis.

Rom. 5.

¶Concordãt Petrus,& Richardus;qui addit,q̃d paruuli in uteris matrũ fiunt martyres, si matres earum pro fide interficiantur, quamuis intentio interficiendũ non feratur nisi ad matrum ocisionem.

Quid agẽdu matre mortua fœtu adhuc viuẽte.

¶Idem affirmat Argentinensis,& addit, quòd puer in vtero matris põt baptizari baptismo flaminis,eo ipso,q̃d rationalem animam habet, per quã capax est gratiæ spiritus sancti, nec requiritur usus liberi arbitrij in tali infante. Alioquin nullus infantium esset sanctificatus in matris ventre.

Tho. Ar.

Scotus.

¶Consonat Scotus,& addit, Si puer corio suolutus poneret i aqua,nec tãgeret ab ea,nõ baptizaret si uerò ea tãgeret, baptizaret, alijs ad hoc necessarijs occurrẽtib⁹.Si verò ifans de põte pjciat i flumẽ, vel puteũ, nõ baptizaret, qa hoc nõ esset ordinatũ ad vitã,& lotionẽ,sed mortem.Hæc Scotus.dist.4.

¶Verum distinctione 5. super hoc plenius scribit

bit, quærendo an aliquis debeat ministrare sacramentum baptismi,q̃n præsumitur baptizationẽ vergere in periculum vitæ corporalis eius, qui susceperit.Respondet,Aut talis præsumptio certa est, atq; ex certis signis, utpote si quis non habens aquam, quam possit attingere, nisi illum propellat de ponte in fluuium, aut proijciat in puteum, ex quo actu certum est subsequi mortem, quia submersionem, quantum est ex parte actus:& cum mors ita præsumitur,nequaquam debet hoc fieri, peccaret mortaliter,agens hoc. Quilibet autem tenetur vitare peccatum mortale in seipso potius, quàm salutẽ quærere proximi:q̃n ordinata charitas magis est ad se. Dicitur,quoq; quòd talis sic proiectus,nõ esset baptizatus quia ablutio ordinatur ad uitam baptizati, non sic illa immersio. Esset ergo in tali casu aliquis pannus dimittendus in flumen, aut puteum si non haberetur uas in quo posset aqua hauriri,& ex panno illo aqua exprimenda;qua talis baptizare tur. Porro,si præsumptio de morte imminente,vel accelerãda p̃ baptismũ nõ sit certa sed leuis, vel forte irrõnabilis,puta si baptizãdus nõ sit in articulo mortis,dico q̃d habẽs cõscientiã de acceleratiõe mortis talis infirmi per baptizationẽ eius habet cõsciẽtiã erroneã,q̃ si nullus alius asit, qui baptizet, facit eũ perplexũ,cum nemo ex lege diuina perplexus sit, sed põt perplexus esse ex erronea conscientia.Vñ si ille decedat sine baptismo,perit, & iste de salute illius,tenebitur:quia illum tenetur de necessitate salutis(si nullus alius asit, qui baptizet)baptizare,ne damnetur.Magis namq; tenetur diligere uitam illius æternam, quàm temporalem. Etenim si peccaret mortaliter, non saluando vitam eius corporalem, extrahendo eum de aqua cum posset multo plus peccaret mortaliter, permittendo eum sine baptismo mori. Debet ergo abijcere conscientiam illam erroneam, quia nec multum potest nocere ægro aspergi modica aqua in capite, & si frigida noceret,saltem tepida nõ obesset. Hæc Sco.

6 ditiões seu casus aliquot. Scotus.

Dionysius contra Scotum.

¶Veruntamen in isto casu proiectionis baptizandi in flumen, aut puteum, intentione baptizandi eundem,quamuis peccaret stultè proijciens,sperãdum tñ uideretur, q̃d proiectus submersus infantulus non periret. Et dato, q̃ nõ baptizaretur baptismo fluminis, baptizaretur tñ (vt apparet)baptismo flammis,imo,& sanguinis:quoniã pro iustitia,& p̃ consequendo sacramento salutis,ac fidei moreret.

¶At uero Bonauen.Ratio,inquit, cur quis nõ purificatur,nec baptizatur in vtero, est institutio Dei, cui⁹ tñ aliquæ causæ tradunt. Vna q̃n æquitas Dei, requiritur infans aliq̃d pro suo originali sustineat: q̃d reprobat, quia in lege naturæ paruuli iustificabant sola fide parentũ. Posset quoq; nũc paruulus baptizari aqua calida, seu tepida,quod esset ei solatiũ magis, q̃ pœna.Hæc Bonauen. qui plura scribit de his,& alias quorundã causas assignat, ac improbat,sicut & Thomas.Deinde subiungit: Triplex status in homine destinguitur post animę infusionem primus est in utero, secundus extra uterum in statu infantiæ, tertius in statu naturæ adultæ. In primo statu notus est Deo, in secundo hominibus, in tertio sibijpsi. In primo igitur statu, cum soli Deo sit notus,potest etiam uoluntate, pietate,ac liberalitate sanctificari absque cooperatione humana,cũ nondum sit de foro ecclesiæ, nec notus eidem. In secundo statu,quia notus est Deo,atq; ecclesiæ, remedium potest habere à Deo, & ecclesia sine propria cooperatione. In tertio statu, in quo iam notus est Deo,& ecclesiæ,ac sibimetipsi,habet adiuto

Bonauen.

Triplex hominis status.

ria a Deo,mediante ecclesia, concurrente propria sua deuotione a fide.Prima sanctificatio est,per priuilegium,secunda, per legem communem datam tertia per legem indictam, qua homini Deus indixit,ut pro uenia,& gratia ad Deum recurrat.Prima est paucorum, puta eorum, qui ad aliquod magnũ officium desuper de putabantur. Hæc Bonauen.in quibus aliquid tangitur de sanctificatione in vtero de qua nõ prosequor magis: quoniam inde tractatum est super tertium.

QVVAESTIO. II.

SEcundò hic quæritur. *Vtrum ad baptismum requirantur fides, & deuotio, recta quam intentio, tam ex parte baptizantis quam baptizati.*

¶Ad quod ex prehabitis habetur responsio. Cũ enim infantuli,natiq; fatui, & alij quidã ratiõis usu carentes sint baptizandi,constat quòd ex parte baptizandi non requiritur fides propria, neq; deuotio, sed fides, deuotioq; ecclesiæ. Rursus cum dictum sit, quòd in necessitate baptizare posset quilibet homo, etiam infidelis,hæreticus,schismaticus, patet non exigi ex parte baptizantis fidem veram, deuotionem,& intentionem omnifariæ rectã, quãquam recta intentio aliqualiter exigatur. Qualiter in adultis baptizandis exigant fides, atq; deuotio declaratum est supra, distinctione quarta, ubi ostensum est, quomodo fictio baptismum impediat.

¶Itaq; Bonauentura primò ostendens, q̃ intentio ad baptismũ requrat. In omni,ait, sacramẽto necessaria est intentio,quoniã sacramenta esse suũ nõ habent a natura,sed ab institutione. Vnde si ante istitutionẽ baptismi immersisset puerũ, q̃s in aquã sub plcripta forma verborũ, non fuisset baptismus Dicunt igitur quidã, vt magister Hugo de sancto. Victore, quòd sacramenta instituta sunt, vt exhibeantur,& fiant rationabiliter,& ex intẽtione:ideo nisi asit intentio,non est sacramẽtum. Propter q̃d loquitur Hugo: Vide: quoniã rationabile oportet esse opus ministrorum Dei: nec per solam formã p̃ iudicare,vbi intẽtio nulla est agẽdi. Deniq; ad hoc quòd sit sacramentum,oportet, q̃d forma,& materiale elementũ ordinentur ad unum, q̃d non est esse,cũ forma, & elemẽtũ indifferẽtia sint ad multa. Ideo supuenit institutio Christi, qui utraq; illa ordinat ad aliquẽ vnũ effectũ, & ad certũ signatũ. Et quamuis institutio verba ad vnum ordinat,non tñ artauit,quia ad alium vsum possunt sumi,& sumuntur.Idcirco ad hoc,quòd ordinent,& arrent,necesse est interuenire intẽtionem ministri, qua intẽdat illo actu,& verbo talem effectum præstare, vel saltẽ quod facit ecclesia facere,aut certè quod Chrs instituit dispensare.Alioquin verbũ,& elemẽtum, vt distincta, vel ad aliud vnita,nõ operabũtur hũc baptismalem effectũ.In baptismo quoq; fides est sicut agens vniuersale, intentio sicut agens particulare. applicãs fidem ad istũ, vel illum. Ideo fides seruat in generalitate ecclesiæ.Si aũt objicias,qa si intẽtio illa reqrit nemo certe est se ueraciter esse baptizatũ cum baptizãtiũ intẽtio incerta sit baptizatis, & ita oportebit rebaptizari,aut cõmittere seipsum discrimini:Dicendũ, quòd nõ oportet,nec sequit istud: qm̃ baptizatus fecit, q̃d in se est, idcirco ad amplius non tenetur:præsertim si defectus intẽtionis negit cognosci ex aliquo signo. Vtrũ uerò sit baptizat⁹,ẽ duplex opinio.vna,q̃ de⁹ deputat illũ baptizatũ,nõ tñ ecclesia,cũ dicat Isidor⁹. Quacũq; arte verborũ quis iuret, Deus sic accipit sicut ille,cui iuratur,in-

Ex intentione sacramenti sunt exhibenda.

Obiectio

telligit. Sed hoc intelligitur quantum ad culpam, non quantum ad rationem voti, aut sacramenti: & hoc manifestum est, & in matrimonio, & in voto. Hinc alij dicunt, quòd non est ibi sacramentum, quamuis ibi sint uerba: quia ut in moralibus ait Gregorius, Non debet intētio deseruire uerbis, sed uerba intentioni, quod in sacramentis maximè habet locum. Idcirco in tali casu non est baptismus, quantum est ex parte eius, quod per hominem gestum est: Et si adultus baptizetur, vt debet, fides interior supplet: si paruulus, piè credēdum est, quòd suppleat summus sacerdos, qui tamen uoluit nos aliquo modo esse de nostra salute incertos, ad humiliandum superbiam nostram, & ad excitandum diligentiam nostram.

¶ Præterea si quæratur, an ad baptismum necessaria, sit recta intentio. Et uidetur, quòd imo, qm̄ sicut ad baptismum requiritur intentio, ita ad uerū baptismum vera, & recta intentio. Rūdendū, ꝙ intentio idem est, qđ uoluntas regulata, prout in finē dirigitur. Finis verò est duplex, Vnus qui est rei cōplementum seu terminus, alter, qui est rei utilitas. Sic in baptismo primus finis est unio verbi, & elementi, secundus finis est fructus seu utilitas ex baptismo prouenies baptizato seu baptizanti: sicut quis faciens domum, intendit eam consummare atq; inhabitare, ita in sacramento intendit quis prima intētione sacramentū ecclesiæ ministrare, deinde intendit suam utilitatem, paruulivè salutē seu quicquid sint illud, Prima intentio est de necessitate sacramenti, secunda est de eius congruitate. Prima, quoq; intentio nō habet rectum, & obliquum, sed secūda. Hæc Bonauen. concordat Albertus.

¶ Thomas, quoq; eadē alij exprimit verbis: Vnī inquiens, vna est cā, ideo si ex pluribus causis vnus procedat effectus, oportet, quòd illæ causæ aliquo modo factæ sunt unum ad inuicem. Cumq; ad effectum sacramenti baptismi multa concurrant. videlicet materia, forma minister, &c. nō quæunt hęc connecti, ut eundē producant effectum, nisi per baptizantis intentionem, qui formam ad materiam applicat, & suum ministerium ad vtrumq;, atque hoc totum ad ſamenti collationem. Hinc requirit intentio baptizantis, ficq; in omnibus sacramentis requiritur ministri intentio cum determinata forma, atq; materia, non solum ad consequendum sacramēti effectum, ſ3, etiā ad sacramēti ꝓceptionē.

Intentio ministri cū determinata materia, & forma i omnibus requiritur sacramentis.

¶ Requiritur quoque recta baptizantis intentio. Etenim rectum est, cuius medium nō egreditur ab extremis. Baptismus autem est, quo mediante acquritur baptismalis effectus in anima baptizati. Idcirco tunc recta est intentio baptizantis, seu baptizati dum ordinat sacramentum ad sacramēti effectum qui est salus. Si ergo aſsit intentio in baptizante, qa intendit sacramentum conferre, sed desit rectitudo qm̄ ordinat sacramentum ad finem indebitum, nō impeditur ob hoc perceptio sacramenti in ſuſcipiente, quia ad hoc fertur intentio baptizantis effectus ſacramenti, quia interior mundatio à ministro non est. Hinc eius intentio ad hoc nihil facit. Si uero in baptizato fit intentio percipiendi sacramentum, sed desit rectitudo intentionis, recipit, quod intendit recipere, vtpote sacramentum, & per illud characterem in baptismo, non rē sacramenti, qm̄ obicē ponit. Hęc Tho. in Scripto. ¶ Qui inſup q̄rit hic Vtrū intētio, seu volūtas requiraē in baptizato. Ad qđ patet rn̄ſio ex dictis ſuperiùs de fictè, & nō fictè, accedentibus, inſup quærit hic, vtrū in baptizato exigitur fides, an etiā in baptizante, & vtrū recipiētes ab hæreticis, consequantur rem sacramenti, ad q̄ omnia patet ex dictis rn̄ſio. Immoderata demū multiplicatio quęstionum, & frequens repetitio eorumdem, tædium parit.

¶ Præterea ad argumētum prætactum, quòd fideles essent incerti an verè cōsisterēt baptizati si requretur intentio baptizantis, respondet sanctus Thomas in Scripto, sicut iam ex Bonauētura respōsum est: Quidā, inquiens, dicunt quòd si desit mentalis intentio in baptizante, nō cōfert sacramentū baptismi. Attn̄ in adulto supplet fides, atq; deuotio effectum baptismi, quatenus periculū nullum sit baptizato, qui baptizantis intentionem ignorat. Si autē sit infans, creditur pie, qđ Deus supplet defectū, salutemq; tribuit paruulo: qđ & si non fecerit, nō facit iniuste, quēad modū, nec in illo qui sacramēto nō subditur. Alij dicunt, qđ in baptismo, ac alijs sacramentis, q̄ in forma sua hñt actū exercitū, non requirit mentalis intentio, sed sufficit intentionis expreſsio ꝑ uerba a Christo, seu ab ecclesia instituta. Idcirco si forma verborū seruatur, nec quicquā exteriùs dicitur, qđ intētionē designet cōtrariā, verè est baptizatum. Non eñ sine causa in sacramentis necesitatis, puta baptismo, quibusdam alijs, actus eius, qui sacramentum administrat tam ſollicitè exprimit ad explicationē intentionis. Hæc in Scripto.

¶ Porro in 3. parte. quæſt. 68. testatur. Vna opinio dicit, ꝙ requiritur actualis intētio in ministro, quæ si desit, non perficitur sacramentum: quē defectum in pueris Christus ſupplet, in adultis fides, atq; deuotio: qđ in sacramentis dici posset quantum ad ultimum effectum, qui est iustificatio a peccatis: sed quantum ad effectum, qui est res, & sacramentum, puta characterem, non uideē, ꝙ per deuotionē accedētis posit ſuppleri, quia character nunq̄ imprimitur nisi per sacramentum. Hinc alij melius dicūt ꝙ minister sacramentum agit in persona totius ecclesiæ, cuius minister est. In verbis autem, quæ proferuntur, intentio ecclesiæ ſufficit quantum ad perfectionem sacramenti, nisi contrarium exprimatur exteriùs ex parte ministri, atque ſuſcipientis.

¶ Verū his denuo obiici pōt, quia intentio actualem attentionem requirit, ergo dū minister iniuste esset distractus non adesset intentio. Dicendum, qđ ille, qui aliud cogitat, quamuis non habeat actualē attentionē, & intentionem, habet intentionē habitualem, quæ ſufficit ad sacramenti perfectionē. Cū eñ sacerdos accedit ad baptizandū, intēdit facere circa baptizandū, qđ facit ecclesia, q̄uis ergo i actu baptizādi distrahaē, tn̄ ex uirtute primæ intētiōis ꝑficitur sacramentū. Veruntamen ſtudiosè debet conari, vt tunc actualiter si attentus. Hæc in Summa.

¶ Cōcordat Petrus, Richardus, alijq; cōmuniter ſecundū quos in adultis accedentib⁹, ad baptismū requritur fides propria, ſaltē informis ad ꝓcipiēdum vltimū baptismi effectum, qui est res tantum, & gratia, quæ nulli infunditur adulto carenti attentione.

¶ Atuero Scotus. Intentio, inquit, necessariò requrit ad actū baptismi, qm̄ aliter nō esset hūan⁹, & ſufficit, ꝙ intendit facere, ꝙ facit ecclesia, q̄uis credat hoc nihil ualere. Et hoc ſtatuit Christus ꝓpter necesitatē baptismi, ne infidelitas ministri noceat baptizatis. Et si obijciaē, ꝙ instrumentū nō habet intētionē, vt cū hō ſecat ſecuri: Dicēdū, ꝙ instrumētū ſumitur pluribus modis. Primò, ꝑ causa ſecūda, q̄ licet agat ꝑ ꝓpriā, formā, q̄ habet in esse quieto, attn̄ agit in virtute causæ prioris, cui ſubordinaē. Secūdò dicitur instrumētū id, qđ nō attingit effectū principalis agētis, ſed ſolū pręuiā aliquā diſpoſitionem

nem, ficq; qualitas alterans dicitur instrumentum ſubſtantiæ ad generandum, non quod in alterando ſit instrumentum, imò est alterationis perfectum principium, ita quòd si posset per ſe esse, posset per ſe alterare: ſed: quoniam agit ad formam, quæ est diſpoſitio ad ſubſtantiam: Dicitur etiam instrumētum ipſa pars reſpectu totius, ficq; Philoſophus organa uocat partes. Rurſus, instrumentum dicitur de instrumentis artificiū, à quibus, & nomen instruti, primò est tractum. Itaq; instrumentum animarū intellectualis naturæ habet intentionē. Sed rurſus

Obiectio.

Dionyſius Carthu.

obijci poteſt, quia de eſſentia ſacramenti non sunt nisi materia, & forma uirtutum, non ergo intētio, aut minister. Dicendum, quòd materia, seu materiale elementum, & forma verborū ſunt partes eſſentiales intrinſicè ſacramenti. Minister autē seu eius intentio est ſicut principiū extrinſecum ſacramenti, quantum ad eius uſum, ſiue effectum. Hæc Sco.

¶ Qui conſequenter refert poſitionem communem dicentium, quòd ad baptiſmum, non exigitur neceſſariò attentio, & intentio actualis, ſed ſufficit habitualis. Et probat diuiſionem illam intentionis in actualem, & habitualem non eſſe ſufficientē: imò tertiam, vtpote virtualem eſſe ſuperaddendā. Ad quòd breuiter reſpondendum, quòd doctores in illa, ac ſimili diuiſione, habituale ſumunt exenſe, prout contra potentiale, & actuale diuiditur, ſic q̄ includit in ſe uirtuale. Sic ergo cum diſputatio & reſponſio illa in quid nominis conſiſtere uideatur, parui eſt ponderis.

QVVAETIO. III.

TErtiò, quæritur, *An baptiſmus queat reiterari, & de pœna iterantium illum.* ¶ Videtur, quòd ualeat iterari: est enim regeneratio ſpiritualis, quæ licite, imo ſalubriter iteratur. Quotieſcunq; namq; quis peccat mortaliter, toties ſpiritaliter moritⁱ: & quoties peniter, ac reſurgit, ſpiritaliter regeneraē. Rurſus, euchariſtia, quæ est dignior eo, reiteratur.

¶ Ad hoc Antiſiodorenſis in Summa ſua libro 4. reſponder: Iuxta Auguſtinum, iniuria fit baptiſmo ſi iteretur. Huius autem reiterationis cauſa multiplex aſsignatur. Prima est, quoniam baptiſmus cū deleat omnem culpam, & pœnam, ſi poſſet iterari, homines ſine freno peccarent, atq; in extremis rebaptizari ſe facerent, & euolarent. Secunda cauſa est allegorica: Baptiſmus enim a Chriſti paſsione efficaciam habet, & eius paſsioni, ac reſurrectioni, per baptiſmum aſsimilamur. Ideo ſicut Chriſtus ſemel paſſus est & reſurrexit, ita ſemel duntaxat baptizamur: Tertia cauſa efficatior est, quā Auguſtinus aſsignat, videlicet ne baptiſmo fiat iniuria, qa character baptiſmalis perpetuus, indelebiliſq; cōſiſtit, vnde, & remanet in hæreticis, ac dominatis, imo ſicut radius ſolis per quæcunque loca immunda diffunditur, nec inquinatur, ita character nec polluitur, nec frangit, nec deterioratur, nec annichilaē, quæcunq; uitia ſint in anima baptizati. Si ergo baptiſmus iteraretur, videreē character baptiſmalis annihilatus eſſe, vel deterioratus, aut certè pollutus. Nec est ſimile de euchariſtia: quoniā corpus Chriſti non manet ſemper in homine. Hæc Antiſiodo.

Antiſiod.

¶ Prętera Guliel. Pariſien. in ſuo ſcribit Sacramentali: Character est ſanctitas q̄dā, atq; habilitas, adiuuans ad gratiā obtinēdā, ac conſeruādā. Et iſta est cā, ꝙ nec pōt, nec debet iterari baptiſmus. Si eñ iteraretur character denuo imprimereē, eiuſdē ſpeciei, aut non: ſi nō imprimeretur, ergo nō relinqueretur ſanctitas hmōi in ipſo. Quēadmodū eñ nō est ſanctificatio baſilicæ, quæ ſanctificationem baſilicarem non relinquit, ſic non est ſanctificatio baptiſmalis, quæ in baptizato non relinquit ſanctitatem ſibi congruētem. Si vero imprimeretur, eſſent duæ formę eiuſdem ſpeciei in eodē ſecundū idem. Et ſi non imprimitur, non est ſanctificatio baptiſmalis. Semel ergo ſanctificatos baptiſmo impoſsibile est denuo ſanctificari ſanctificatione baptiſmatis. Hæc Gulielmus, qui & aliam huius rei cauſam aſsignat, nunc præinductam.

Thomas.

¶ Conſonat Thomas, & quartam rationem adiūgit: Baptiſmus, dicens, nequaquam est iterandus, cū ſit directè medicina contra originale peccatū, qđ non iteratur. Porrò ſicut in euchariſtiæ ſacramento ſanctificatur materia, ſic in baptiſmo baptizatus per characteris impreſsionem, ideo ſicut fieret iniuria eucari ſtiæ, ſi hoſtia conſecrata rurſus conſecreē, ſic baptiſmo, ſi ſemel verè baptizatus rebaptizetur. Hæc Thomas i Scripto. Idem in tertia parte, quæſtione 66. vbi & addit de Cataphrygis, alijsque hæreticis, qui ad eccleſiam redeuntes rebaptizabantur, quia non erant in forma verborum debita baptizati. Et in his doctores concordant.

Cataphrygæ.

¶ De pœna uero rebaptizantium, & rebaptizatorum addit Richardus: Qui ſecūdò ſeſe faceret baptizari, quāuis ignoraret ſe baptizatum, irregularis est ſecundam quoſdam. Vnde de conſecratione diſtinctione quarta, Si quis, Qui baptizati ſunt bis, quamuis ignoranter, pro hoc non indigent pœnitere, niſi quod ſecundum Canones ordinari non poſſunt, niſi magna cogat neceſsitas, quod additū, est: quoniam imminente neceſsitate, cum tali diſpenſandum est. Cum illo uero, qui ſe ſcienter faceret rebaptizari, non poſſet epiſcopus diſpēſare, qđ ſtatutum est propter baptiſmi reuerentiam, atq; in deteſtationem iniurantium ſacramento. Alii dicūt quod talis non eſſet irregularis. Nam quamuis hoc olim fuerit obſeruatū in odium rebaptizantium: nunc tamen poſſunt promoueri, quia ignorantia facti omnino excuſat. Nonnulli quoq; dicunt decretum illud eſſe intelligendum de ignorātia, quæ non excuſat. Hæc Richardus.

De conſ. diſt. 4. c.a. Siqs.

¶ Cōcordat Scotus, & q prolixè ſcribit de pœna iſtorū, ſed pertranſeo, eū magis ptineat ad Iuriſtas.

Rationes Scoticæ contra anabapt.

¶ De initerabilitate quoq; baptiſmi teſtatur. Ponuntur aliquæ rationes de hoc. Vna est, quoniam Chriſtus non niſi ſemel eſt baptizatus, & baptiſmus uirtutem habet à paſsione Chriſti. Prima uerò gratia abſolutè non datur inimico, niſi per meritum mediatoris, & tamen pœnitentia iteratur. Alia ratio ponit, quia in baptiſmo character imprimitur, qui indelebilis est, quæ ratio probat propoſitū per immaniſeſtius. A principio enim euangelicæ legis patuit, baptiſmum non eſſe iterandum. Quod autem in baptiſmo imprimatur character, non ita a principio inſtitutionis baptiſmi innotuit, neq; ex tota ſcriptura, nec etiam ex multis euidentibus auctoritatibus ſanctorum, & ꝑcipue hoc uidetur, quoniam ſi fuiſſet multum inde tractatum a ſanctis, Magiſter Senten. mentionem inde feciſſet: qui tamen in tota iſta diſtinctiōe, & tractatu de baptiſmo nullam inde efficicit mentionem in ea ſignificatione, qua doctores nunc inde loquuntur. Non enim ſemel exprimit nomen hoc, cum ait in iſta diſtinctione ſecundo capitulo, dicens: Qui ab hæreticis baptizati ſunt, vbi charactere Chriſti, rebaptizandi nō ſunt, vbi character Chriſti vocatur forma baptiſmi, ſicut apparet ex auctoritate Auguſtini prēmiſſa, ex qua Magiſter infert hoc dictum: Dico ergo, qđ ratio initerabilitatis inſtitutio est diuina, cuius non

est alia causa prior, nisi voluntas eius: quæ tamen rationabilis est, vt patet ex rationibus iã inductis. Hæc Scotus.

Obiectio.

¶In cuius scriptis uidetur multa obscura. Et breuiter dico, quòd rationes a doctoribus conuenienter sunt traditæ, & eius obiectiones infirmæ. Nempe, cum Christi actio nostra sit instructio, ex vna sola Christi baptizatione sumitur rationabilis causa qđ semel duntaxat baptizandi sint Christiani, put in his, quæ fidei sunt, ratio potest dari. Quod autẽ obijcitur de penitentia, dico, qđ non solum illa, & baptismus, sed cætera quoq; sacramenta a Christi passione habent uirtutem; quorum tamen quædam sunt iteranda, & quædam non. Non enim uniformiter, nec ad eosdem effectus uirtus, & meritũ dominicæ passionis participantur ab ipsis. Baptismus quippe, ordo, & confirmatio ad tales effectus participant uirtutem, ac meritum passionis, vt nequaquam sint iteranda, vt de baptismo iam patuit de alijsque patebit. Ad aliam instantiam dico, quòd ratio illa datur per manifestiora naturæ, & a priori, quamuis non per manifestiora quantum ad nos. Cumq; assumitur, quòd a principio non ita innotuit in baptismo characterem imprimi, sicut baptismum non posse iterari, dico ipsis gloriosis apostolis, & primis fidei prædicatoribus desuper illluminatissimis datam diuinitus cognitiõem impressionis caracteris prout Christus ipsis in cœna promisit:

Iohan. 16

Cum uenerit, inquiens, ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Et hanc cognitionem creditur diuin⁹ Dionysius a beatissimo Paulo sumpsisse. Et ipse sanctus Dionysius (vt paulo post elucesceret) de charactere sacramentali locutus est, conscripsit. In Apocalypsi quoque de caractere nominis Christi, & seruorum eius mẽtio fit.

Apoc. 16.

Cumq; character baptismi sit signum distinctiuum fidelium ab infidelibus, potest hoc ipsum de charactere baptismali conuenienter interpretari, quamuis; & aliter queat exponi. An uerò, & Augustinus de caractere secũdundum istam acceptionem locutus sic, nũnc ista distinctione pandetur. Quòd autem diuina institutio, ac uoluntas Dei, causa sit non solum initerabilitatis baptismi, imò & omnium rerum causa sit fontalis, prima, ac principalis, nulli ignotum est sapienti.

PRæterea cica hæc adhuc quatuor sunt quærenda. Primum est, an vnus possit baptizari simul a pluribus, & plures simul ab uno. Secundò, cur in primitiua ecclesia differebatur baptismus specialiter vsque ad duo profesta, videlicet paschæ, & penthecostes. Tertiò, vtrũ iocülariter, seu ludicrè baptizati, sint rebaptizandi. Quartò de ritu baptismi quãtũ ad catechismũ, & exorcismum, ac alia qdã.

Forma baptismi Græcorũ.

¶De primo istorum scribit Thomas hoc loco: si plures simul unum immergerent in baptismo, ita quòd vterq; diceret: Ego baptizo te, baptizatum esset, quamuis peccarent, ritum ecclesiæ non seruãtes: nec tamen essent puniendi tanquam iterantes baptismum, nisi intenderent hoc, quia contingit eãdem actionem, & ab uno, & a pluribus exerceri. Nõ autem potest eadem actio esse, quæ in temporibus sit diuersis. Si autem diceret: Nos baptizamus te, non esset baptismus, quia non seruaretur debita forma. Similiter baptismus non erit, si vnus sit mancus, & alius mutus uno proferẽte verba: & alio immergente: quoniam verba formæ ostendunt, quòd immersio, atq; uerborum pronunciacio ab eodẽ fieri debeant. Hæc Thomas in Scripto.

Eph. 4.

¶Porro in tertia parte quæstione 67. videtur aliter respondere, Sacramentum, dicẽs, baptismi præcipue habet uirtutem ex forma, quam Apostolus nominat verbum uitæ ad Ephe. Considerandũ est ergo qua forma vterentur, si plures simul baptizarent eũdem Nempe si dicerent. Nos te baptizamus in nomine patris, &c. dicunt, quidam quòd nõ esset verus baptismus: quia nõ seruaretur forma ecclesię quæ sic habet, Ego te baptizo in nomine patris &c. sed hoc excluditur per formam baptismi, qua utitũ Græcorum ecclesia. Possent etenim dicere, Baptizetur seruus Christi, sub qua forma Græci baptismũ suscipiunt; quæ tamen forma multo magis dissimimilis est formæ ecclesiæ, qua nos utimur, quàm si dicerent, Nos te baptizamus.

Plures simul quomodo baptizari possent.

Sed considerandum quòd ex hac forma, Nos te baptizamus, exprimit talis intentio, talisq; sensus, quòd plures cõueniãt ad conferendum unum baptismum, hoc uidetur esse contra ministerij rationem. Homo enim non baptizat, nisi ut Christi minister, & vicem ipsius gerens. Vnde sicut unus est Christus, ita oportet unũ esse ministrum, qui Christum pręsentet propter qđ signanter ait Apostolus, Vnus Deus, una fides, vnũ baptisma. Hinc contraria intentio uidetur excludere baptismi sacramentum. Si uerò vterq; diceret, Ego te baptzo in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, vterq; exprimeret suam intentionem, qua si ipse singulariter baptizaret, quod posset contingeri quando uterq; contentiosè conaretur aliquem baptizare. Et constat, quòd ille tunc baptizaret, qui verba priùs finiret, & aliàs quantuncunq; ius baptizandi haberet, nil faceret. Et si verba quantuncũque pronunciare præsumeret, esset puniendus tanquam rebaptizator. Si uerò ambo simul omnia verba pferent, & hoĩem immergerẽt, siue aspergerẽt, essent puniẽdi de inordinato mõ baptizãdi, non de iteratione baptismi: quia uterq; intẽderet non baptizatum baptizare, & uterq; quãtum in se est baptizaret. Sed Christus intus baptizans vnum sacramentum per vtrumq; conferret.

Matth. 28.

Porrò in casu necessitatis, vnus potest simul plures baptizare sub hac ferma. Ego vos baptizo, & cætera, vt gladio imminente, ita quòd sigillatim baptizari non possent, nec per hoc diuersificaretur forma ecclesiæ, quia plurale, non est nisi geminatum singulare, præsertim cum pluraliter dicatur apud Matthæum. Baptizantes eos. Nec est simile de baptizante, & baptizato, quoniam Christus qui principaliter baptizat, est vnus, sed multi per baptismum efficiuntur unũ in Christo. Hæc in Summa.

Dionysius cõtra Thomam.

¶Quibus obijci posset, quia si plurale non est nisi geminatum singulare, ideoq; non mutatur forma ecclesiæ cum dicitur, Ego baptizo uos, videretur nec hic mutari, Nos baptizamus te, sed aliud forsitan obuiat.

¶Hinc Richardus: de necessitate, ait, unius actᵉ baptizationis, vnitas est ministri, ad uitandum peccatũ ex parte baptizãtis, nisi forte in casu plures necessarij essent ad puerum abluendũ, Non autem est de necessitate, quantũ ad efficaciã sacramenti. Modus enim exprimendi actũ baptizandi, atq; expsio personæ ministri, nõ sunt de necessitate efficaciæ sacramenti, cũ sint ex traditione ecclesiæ. Vnde non uidet repugnare efficaciæ sacramẽti; puerũ simul a pluribus baptizari, seu ablui. Hæc Richardus, cui opinioni uidetur Petrus plùs concordare.

¶Albertus quoq; fatetur, quòd dũ in sacramentis seruatur id, quod est ex institutione diuina, q̃uis omittatur, qđ est ex institutione ecclesiæ, sacramentum cõfertur, q̃uis peccetur, nisi excusat necessitas.

Circa

Circa istud diuersi diuersimodè sentiunt, quibusdam adhærentibus uni opinioni, alij alteri.

Scotus. Mirabile quiddam de mõstro

¶Scotus demum magis consentit, opinioni ex Richardo narratæ, & prolixe scribit de his, præsertim dum nascitur mõstrum, de quo ignorat an sit vnus homo uel duo, & qualiter id possit cognosci, recitatq; in Francia mostrum fuisse (ut dr̃) quod habuit capita duo, duasq; aĩas, quod patuit inde, quod in adulta ætatę per unũ caput vna aĩa rñdit se aliquid uelle, ut uelle ꝯtinẽter, & sobriè uiuere, & mox, aut simul anima per aliud caput respondit se uelle lasciuire, ac æpulari, dumq; vnum per os suum excederet, clamabat reliquum se grauari Istud ex Scoto.

Consiliũ Ricli de modo baptizandi mõstri.

¶Dum aũt discerni pro certo non posset, an sit vnus hõ, uel duo, putarẽ vnã baptizationẽ esse absolutè faciendã, & aliã sub ꝯdõne, sicut est tactũ de infante expositio, de quo ignorat an sit baptizatus.

QVAESTIVNCVLA II. Thomas Aquinas

De tempore baptismi apud ueteres.

PRæterea duo sunt tempora celebriori, ac communiori baptismati deputata, & de quo loquitur sanctus Thomas: In baptismo duo considerantur, videlicet substantia sacramenti, atq; solennitas. Quantũ ad primũ non est aliquod tps determinatũ baptismo, imò quolibet die, & qualibet hora potest impendi. Quantum ad sm, deputatum est baptismo sabbatum duplex: qm̃ baptismus ex duobus efficaciam habet, puta ex Christi passione, cuius morti hõ per baptismum configuratum, quasi cõpletus ei in mortem, ut dictum est, ideo celebratur solenniter in sabbato paschæ. Et itẽ ex uirtute, & gratia spiritus sancti, ideo in vigilia pentecostes solenniter exhibetur, quia tũc solennitas est spiritus sancti: uerum in necessitate non est expectãdum. Vnde de consecratione 4. habetur: De catechizandis baptizandis decretum est, ut in paschali festiuitate, uel pentecostes ueniant ad baptismum. Sed ut in pluribus, modo ista tempora non expectantur: Pueri autem ad uitandum periculum tempestiuè sunt baptizandi. Nec in epiphania solenniter dabatur baptismus, q̃uis Chrs tunc extitit baptizatus, quia tunc solum præparata fuit materia, utpote aqua ad dictum baptismi. Virtus uerò actiua in baptismo, est passio saluatoris, & uirtus spiritus sancti. Agens autem principalius est materiali principio. Hęc in Scripto.

Hæresis Epiphanistarum

¶Idem, Albertus, Bonauentura, alijq; communiter, & addunt, idcirco epiphaniæ uigiliam seu festitatẽ non esse deputatam ad solennem baptismum, quemadmodum sabbata duo præfata, ad confutãdum hæresim confingentium nullo die esse dandũ baptismũ, nisi in epiphania, eo, quòd tunc baptizatus est Chrs, & uim regeneratiuã aqs tũc contulit.

QVAESTIVNCVLA III. Albertus.

ADtertium, quid sc3 sit censendum de his, q iocülariter baptizantur, scribit Albertus: Intentio ex parte baptizantis exigitur ad baptismum non intentio aliquid consecrandi sed faciendi, q facit, ecclesia. Et hoc exprimitur p uerbũ istud, baptizo, cum dr̃. Ego baptizo te. Hinc si forma debita ioculatoriè proferat sup non baptizatũ cum præfata intentione, baptizato non reclamante, uerus baptismus est, nec tunc totũ est minutũ, quia intentio in uerbo primæ personæ expressa, minuta non est quantum ad talem intentionem, quamuis vltra referatur ad ludum. Hæc Albertus.

Augustin.

Athanasi⁹

¶Consonat Thomas, dicẽdo: Ludus qñq; excludit intẽtionẽ, aliqñ non. Cũ eñ ludo fieri dicant, q̃ pter vtilitatis alicuius intẽtionẽ fiũt ad solã delectationẽ ludus baptizãtiũ ludo põt excludere intentionẽ respectu vtriusq; effectus ablutionis, vc3 sacramenti, & rei sacri, & tũc nõ intendit facere, q facit ecclesia in collatione sacri. sicq; talis ludus euacuat intentionẽ, q̃ in baptismo exigit, uel excludit solũ secundum utilitatẽ, ut. s. de ea uelit facere ludũ ex eo, quod confert baptismũ, non pp sanctificationem, quã, nec credit inesse baptismo, tuncq; manet intentio sufficiens ad baptismũ. Hinc August. dixit in isto casu dubiũ esse, & implorandum Dei iudiciũ. Hinc cũ Athanasius adhuc puer, quosdã pueros quasi ludens, & se episcopũ simulans, baptizaret, S. Alexan. archiepiscopus puerũ examinans, atq; inueniens ipsum habuisse intentionem baptizandi, cuius signũ fuit, qđ nõ nisi catechumenos baptizauit, sic baptizatos non esse rebaptizandos. Hæc Tho. circa literã.

Bonauen. Hugo.

August.

¶. Hinc ait, & Bona. Ludus nõ semper excludit intentionẽ, ut asserit Hugo, imò interdũ seriũ cõpræhendit, & ponit exemplum: qm̃ uelle ludicrè dare cõtingit duobus modis. Primò, uolendo ludere, & nullatenus dare. Secundò, ita, q uult ludere, & nihilominus dare. sicq; primò excludit dandi intentionẽ, quã secundo modo includit, & ita est proposito. Propter quod dicit Augustinus implorandum esse diuinum oraculum, & si dominus non releuat, rebaptizandus est sub conditione. Hęc Bonauentura. In his doctores concordant.

QVAESTIVNCVLA IIII.

Antisiod.

Exorcism⁹ quid

Quæstio.

Obiectio.

NVnc de quarto agendũ est, puta de exorcismo, catechismo, & cæteris, quæ cõcernũt baptismũ, de q̃bus in Summa sua lib. 4 Antisiod. testat: Antecedentia baptismum sunt orationes, quas facit sacerdos, & exorcismus, ac catechismus. Est autem exorcimus adiuratio, qua dæmonem sacerdos adiurat, dicens; Exi ab eo spiritus immunde, da honorẽ Deo uiuo, & uero. Quærit ergo, vtrum per adiurationes dæmõ expelatur à puero. Vr̃ quòd imò, quia ex exorcismo Salomonis fugabantur dæmonia Rursus, ad hoc ordinati sunt exorcismi. Obijcitur autem, qm̃ infans non habet mortale, sed solũ originale peccatũ: ergo diabolus in eo non habet mansionem, & potestatem. Ad hoc multi respondent, q p exorcismum expellatur, non q̃tum ad peccatũ sed q̃tũ ad hoc, q non habeat potestatẽ nocẽdi corporaliter puero. Alij dicunt, q expellitur q̃tũ ad diminutionem peccati. Vnde dixit Præpositiuus, quòd si statim decederet paruulus post exorcismũ, minores tenebras sustineret, q̃ si nõ esset exorcizatus, & magis participaret de dulcedine spiritualiũ. Exorcismi uerò Salomonis erant solũ ad fugandũ dæmones à corporibus obsessorum. Nobis aũt uidetur, quòd exorcismus, catechismus, ac salis linitio, fiunt propter honorẽ, & solennitatẽ baptismi. Secundò, pp spiritualẽ eorũ, q̃ ibi aguntur intelligentiã, quia salis linitio discretionẽ designat, q̃ tribuitur in baptismo. Hinc dum ponitur lumen in manu pueri, non propter hoc mox illuminatur anima eius actu, sed significatur actualiter illustranda. Piũ quoq; est credere, quòd maior grã detur puero in baptismo, qñ exorcimus præcedit, q̃ aliàs. Catechismus demũ est, q̃dã instructio baptizandi. Debent enim baptizãdi instrui de articulis fidei. Sed cum infantuli non sint susceptiui talis doctrinæ cur instruuntur? Iterũ, dum quærit sacerdos. Credis in Deum? & uis baptizari. Respondit patrinus, Credo, uolo. Et videtur mentiri, quia nec ipse uult baptizari, nec puer, qui nondum utitur ratione. Dicendum, quod in primitiua ecclesia baptizabantur adulti, & ante hoc instruebantur in fide, sicq; instructi baptizabantur in sabbato paschæ ad designandum, quòd per baptismum resurgebant à morte peccati, uel in vigilia pentecostes, ad significandum, q per baptismum dare spiritus sanctus. Vnde ait beatus Dionysius, quòd

baptizatus

baptizatus ducebatur ad hierarchã, i. episcopũ, ab anadocho.i.patrino,ab ana, quod est sursum,& duco,quia patrinus baptizandũ erigit ad superna.Itaq; ad innuendum,quòd adhuc fit idem baptismus qui olim,obseruanť, quæ tunc fiebant,& patrinus in ꝑsona rñdit infantis. Idcirco obligať satagere vt tpe opportuno paruulus in fide,& in necessarijs ad salutē instruatur.Hinc ẽm Ambrosiũ, magis diligere debemus spirituales filios, quos de sacro fonte leuamus,q̃ quos carnaliter generamus, uidelicet:qm̃ illi inquantũ sunt filij spirituales,magis sunt diligendi, q̃ isti inquantũ filij sunt carnales. Deniq; catechismus non est propriè sacrum,nec sacrale, sicut, nec exorcismus,sed exufflatio, quã facit sacerdos, ē sacralis,

Ceremoniarum in exorcismo significatio.

Significat nãq;,qđ ꝑ spiritus sc̃ti inflatũ exsufflatur potestas diaboli.Saliua quoq; sacramentalis diuinã sapientiã rectè significat,per cuius immissionē in os pueri, designatur, quod in baptismo aperitur os spirituale ad Dei laudem, & aures spirituales ad audientium verbum ipsius.Inungitur etiam oleo puer in pectore,ad innuendum, quod corde credat,& inter scapulas,ad significãdũ,quod onus legis diuinæ deportet.Inungitur item, ad designandum,quòd baptizatus,fit spiritualiter rex,& sacerdos, iuxta illud beatissimi Petri:Vos genus electum, regale sacerdotium,& illud Apocal. Fecit nos regnum,& sacerdotes Deo nostro.

1.Petri.2.
Apoc.1.

Insuper post baptismum inungitur paruulus chrismate in verticē,ad designandum,quòd baptismus debet habere nitorem conscientiæ,& odorem bonę famæ. Chrisma enim conficitur ex oleo,& balsamo.

Chrismatis confectio.

Oleum autem suo nitore signat conscientiæ puritatem balsamum uerò suo odore bonæ famæ fragrantiã. Deinde datur baptizato uestis, & dicitur ei, Accipe sanctam uestem,quæ notat mundam conuersationē; & pia uirtuosaq; opera,qbus omnis baptizatus debet iugiter operiri,decorari ac protegi Hæc Antisi.

Thomas.

¶Preterea de his diffusè conscribit Tho. Prosequtur,inquiens,sanctus Dionysius ritum baptismi,qui in primitiua ecclesia seruabatur in solemni celebratione baptismi,qñ adulti ad baptismum uenerunt. Hinc quatuor per ordinem ponit,quorum primum spectat ad catechismum,secũdum ad exorcismum, tertium ad baptismum,quartum ad baptismatis cõplementum. Ad catechismum pertinent ista per ordinem:Primò,instructio de fide per prædicationem episcopi.Secundò conuersio infidelis ad fidem, & accessus eius ad episcopum mediante patrino, quē anadochum uocat.

Anadochus quis.

Tertiò,gratiarũ actio, atq; oratio ab episcopo,& clericis facta. Quartò,petitio baptismi,& professio obseruantiæ Christianæ religionis.Quintò,impositio manus,& signatio baptizati signo crucis.Sextò,conscriptio eius, ac anadochi. Quantum ad exorcismum autem, ponuntur quatuor.Primò.exufflatio uersus occidentem, & abrenuntiatio. Secundò, manuum ad cœlum erectio, cum sacra fidei confessione, & Christiana religionis professione.Tertiò,oratio,benedictio,& manus impositio.Quartò, denudatio, & unctio oleo sancto. Quantum etiam ad baptismum,ponit trinam immersionem,cum alijs,quæ ad baptismum requiruntur. Quantum uerò ad baptismi perfectionem, ponit tria,uidelicet uestis traditionem, chrismatis linitionem in capite, & perceptionem eucharistię. Si autem objiciatur, quòd per manus impositionem datur spiritus sanctus ad robur in confirmatione,ergo non debet fieri in baptismo:Dicendũ,quòd triplex manus impositio datur.Vna in catechismo, ut baptizandus roboretur in fide in seipso. Alia in

Obiectio.

BIBLIOTECA ... GRANADA

exorcismo, ut roboretur in pugna contra diabolũ. Tertiò in confirmatione,ut roboreť in confessione fidei contra pressuras mundi.¶ Deniq; de sacramẽtalibus istis, quæ pertinent ad solennitatem baptismi,quædam fuerunt in primitiua ecclesia,quæ mõ non sunt,& quædã superaddita sunt.Vnde in exorcismo aliquid est subtractũ,ut patet per ritum, quē Rabanus docet,puta conuersio ad orientē,& occidentem,& aliquid additum est, ut salis cibatio, & aurium,ac naris cum sputo linitio,de quorum significatione iam dictum est.

Rabanus.

¶Præterea circa baptismum est triplex inunctio. Vna,quæ fit oleo sancto,quantũ ad catechumenos, quę ẽm beatos Dionysium,& Ambrosiũ,fit in signũ pugnæ contra inimicum,sicut athletæ inunguntur, uel secundum Rabanum, ut nullæ reliquiæ latētis inimici remaneant.

Dionysius Ambrosi⁹
Rabanus.

Secunda fit post baptisma cum chrismate in uertice,ut sicut per aquę ablutionē,denotatur emundatio à peccatis,ita per charismatis linitionem in vertice, significetur gratia collata in mente ad bene operandum,ut boni odor exempli ad alios diffundatur.Tertia fit in confirmatione, de qua infra.

¶Debet autem catechismus baptismum ꝓcedere. Nam sicut in alijs scientijs,atq; doctrinis quædam sunt communia,quibus ignorantis, ars ignoratur, quædam uerò sunt propria,quæ sine ignorantia illius artis possunt ignorari:ita in doctrina fidei sunt quædam communia, ut articuli fidei, prouidentia Dei,futurum iudicium,& consimilia, de quibus instruendi sunt baptizandi antè baptismum: de alijs uerò specialibus,& secretioribus, postea. ¶ Et si q̃ratur, an ista instructio ad sacerdotem pertineat:respondendum, quòd triplex est instructio fidei.

Triplex instructio fidei.

Vna admonitoria, qua quis ad fidem conuertitur. Et hæc est propria sacerdotum, quorum est publicè docere, & prædicare. Vnde, & sanctus Dionysius hãc episcopo attribuit.Alia est instructio disciplinalis qua quis instruit qualiter ad baptismũ accedere debeat,& quid credere.Et hæc pertinent ad officium diaconi,& per cõsequens sacerdotis: qm̃ quicquid diaconi est,est ēt sacerdotis.Tertia, quæ sequiť post baptismum,& pertinet ad anadochum, & ad prælatos ecclesiæ,qui generalem habent doctrinam,quæ per officium anadochi ad istum, aut illum specialiter deputatur. cur autem paruuli catechizentur, ꝓtactum est.Nunc quoq; quando parentes paruulorum sunt Christiani, non imminet tanta solicitudo anadocho circa leuatũ de fonte, sicut in primitiua ecclesia, quando parentes frequenter in infidelitate manserunt.

¶Præterea quæritur,an exorcismus etiam baptismum præcedere debeat.Et respondendum, quòd propter peccata hominum, dæmones potestatem acceperunt in homines, atq; in omnia, quæ in eorunde ueniunt vsum in nocumentum eorum.Cumque nulla conuentio sit Christi ad Belial, hinc quãdocunque consecrandum est aliquid ad cultum diuinum,prius exorcizantur,ut liberatum à potestate diaboli, qui illud in nocumentum hominis assumere poterat,Deo consecretur,quod patet in consecratione aquæ,& templi.Vnde cum prima sanctificatio, qua homo Deo consecratur, sit in aqua, oportet, ut homo exorcizetur multo plùs, q̃ inferiora,antequam baptizetur: pręsertim cum in homine sit causa,utpote culpa, propter quam in ipsum,& in alia dæmon potestatem accepit.hoc designantur ea,quę in exorcismo dicũtur,videlicet, recede ab eo sathana,&c.Similiter ea, quæ ibi fiunt

2.Cor.6.

quia

quia exufflatio designat dæmonis expulsionem, & alia,quæ sunt ibi habent spiritalē significationē, & mysticam rõnē,sicut expositũ est. Si aũt objicitur, quòd exorcismus est contra energumenos,sed non oẽs baptizandi,sunt energumeni:Dicendum, quòd energumeni dicunť interiùs laborãtes,ab en,quod est in,& orgon labor.

Obiectio. Energumeni qui.

Quamuis ergo non oẽs baptizandi sunt energumeni, nec interiùs laborantes, quasi corporaliter à dæmonibus uexati, interiùs tñ laborant,aut infirmantur propter fomitis infectionē, diabolo aliquid potestatis in ipsis habente. Et quia diabolus nos impugnat abintus, & ab extra, aqua benedicta ordinatur contra impugnationem diaboli ab exteriori,exorcismus contra impugnationem eius ab interiori.

Thomas⁹ eadem d. ad 5. quæstionem.

¶Insup circa exorcismi effectum est duplex opinio.Vna,quòd ea,quæ in exorcismo aguntur, sunt tantum signa eorum,quæ postea in baptismo compleť,in quo potestas dęmonis totaliter euacuatur, iuxta illud beati Cypriani : Scias diaboli nequitiã permanere posse vsq; ad salutare baptisma,& in eo omnem potestatem amittere.Sed hoc est cõtra Gregorium sanctum,dicentem:Sacerdos dum per exorcismi gratiam manus imponit credentibus,& habitare in eorũ cordibus spiritus malignos contradicit quid agit nisi dæmonia eijcit?

Cyprian⁹
Gregori⁹ sup. ezechielem.

Et ēt est cõtra ea, quæ in exorcismo dicuntur,quæ frustra dicerentur, nisi aliquem haberent effectum,præsertim cum per modum imperij,non solum orationis dicantur,ut cum dicitur,ergo maledicte diabole exi ab eo. Idcirco dicendum,quòd aliquid efficiunt, sicut alij dicunt, & non solum in corpore, sed item in anima, cum in utroque sit infectio fomitis.Hinc autem effectus est debilitatio potestatis dæmonis,ne nantum possit in homine sicut ante,ne baptismum,& alia bona in ipso ualeat impedire, quæ potestas in baptismo omnino aufertur,quemadmodum Pharao priùs flagellatus, deinde in mari rubro omnino submersus est.Prepositiuus autem dixit, quòd exorcizatus ante baptismũ decedẽs,minores tenebras patietur.

Exodi.11. Exodi 14.
Prepositiuus.

Sed hoc nihil est: qm̃ tenebræ illæ in sola carentia diuinæ uisionis consistunt,cum non habeant aliam sensibilem pœnam. Et hoc in omnibus æqualiter erit.Idcirco dicendum,quòd non habet effectũ in collatione gratiæ,sed solum in debilitatione potestatis diaboli.Denique ut baptismi uniformitas obseruetur,oportet ut si exorcismus prætermissus fuerit,post baptismũ suppleatur,& tunc solum significat, uel forsitan addiť coercitio aliqua pugnationis diaboli,cũ,& etiã dũ post baptismũ aqua benedicta aspergimur,potestas dęmõis aliqua reprimať.

¶Postremò,exorcizare spectat ad exorcistas,ex ꝓprio eorũ officio, nihilominus est etiam ordinum superiorum.Attamen ad ostendendam unitatem baptismi,consuetum est in ecclesia,ut totum,quod ad baptismum pertinet expleatur ab uno,puta à sacerdote.In primitiua uerò ecclesia frequenter grandis turba simul ad baptismum confluxit, fueruntq; tunc pauci sacerdotes, ideo sacramentalia illa fiebant à minoribus ordinibus.Cõpleta aũt potestas in exorcizãdo,cõpetit sacerdoti. Hæc Tho. in Scripto

¶De his scribit in tertia parte,q̃stione.72.& q̃ ibidē inducit,in nunc introductis satis contineri censentur:Similiter ea,q̃ scribit Albertus, &,q̃ Petrus.

Richard⁹

¶Richardus uerò diecit:Scđm Hugonem 2.lib. de sacramentis, forma exorcismi ita perficitur: Baptizandus primò signatur signaculo crucis in fronte,in pectore,in oculis,in naribus,in auribus,in ore, ut totius corporis sensus hoc signaculo muniantur,

cuius uirtute sacramenta cuncta complentur,& oĩa diaboli figmenta frustrantur. Postea datur sal benedictum in os eius,ut sapientia conditus odore careat iniquitatis,nec ultra putrescat uermibus uitiorũ.Deinde exufflatur malignus, ut spiritu pellatur: postea tanguntur ei nares, & aures saliua, ut tactu supernæ aures eius aperiantur ad audiendum uerbũ Dei,& nares similiter ad discernendũ odorem uitæ,ac mortis.His completis,ueniat sacerdos ad fontē.Consecratur fons in nomine patris, & filij,& spiritus sancti quatenus sanctitas sacramenti non ex eo,qui ministrat, sed,sed ex eo,qui sanctificat. Tradiť quoq; nouæ uitę auditoribus symbolũ fidei,in quo apostolicæ doctrinę forma cõsistit.Postremò,interrogatus baptizandus, abrenuncias sathanæ,& omnibus põpis eius? respondet,Abrenuntio,quo facto,ungitur oleo sacro in pectore, tanq̃ muniatur aduersus hostem, ne vltra persuadeat fœda,& noxia.Vngitur,& inter scapulas,ut confortetur ad portandum onus Dei suaue. Et interrogatus credis? dato responso,mergitur ter in aqua.Baptizatus aũt ascedens de fonte,ungitur chrismate sacro in uertice, ut spiritum Christi participando, deinceps merito Christianus uocetur,cohæres regni,& gloriæ sacra untione effectus.Deinde traditur ei candida uestis, ut habitu regenerationis,gloriæ præferat indumentum. Tegitur itē caput eius sacro uelamine ut intelligat se diademate regni,& sacrdotali dignitate potiri.Ad ultimum datur ei cereus accensus in manu,ut doceatur implere euangelicum. illud:Sic luceat lux uestra coram hominibus, &c. Hæc Rich.ex Hugone.

Matt.5.
Parrhisiensis.

¶De his quoq; Gulielm⁹ in suo Sacrali, & Bona. in Scripto conscribũt,quæ cũ prædictis coincidũt

Ricahard⁹
Reg.16

¶Refert itē Richa. qualiter quidã dixerunt exorcismum naturali uirtute dæmonem effugare, & eius potestatē reprimere,ponente, exẽplũ de Dauid,q sonitu citharæ suæ fugauit à Saul dæmoniũ, qđ tñ Glossa innuit factũ inquãtũ cithara fuit crucis figura.Et alij dicunt Saulē perpessum [illegible] nõi passionē ex grosso humore melancholico ascendente, quē agitauit dæmonium,ad cuius motionis repressionē potentior fiebat anima Saulis, confortata, & consolata cithara mœlodia, in qua & naturaliter delectabatur.Exorcismum uerò æstimo operari nõ naturali uirtute, nec supernaturali aliqua potestate subiectiuè existete in ipso, sed omnipotentia Dei quasi ex quodam decreto assistente, & operante. Hæc Richardus.

Gandauus

¶Postremò Henricus primò quolibetõ tres mouet q̃stiones circa baptismũ.Prima est an infans delatus ad baptismũ, moriensq; in uia sine baptismo, dãnať.Secunda est,an minorē habeat pœnã in limbo,quã paruulus Saraceni.Tertia, an sit cæmeterio sepeliendus.¶Ad quas breuiter rñdet,dicendo, qđ quãtũ est de lege cõi,infans ille non renatus dãnatur,quãuis certũ sit Deũ oĩpotentē cũ anima hmõi posse agere quicquid sibi placuerit. Ad secundum respondet, quòd cum pro originali peccato nulla pœna sensus infligatur, in qua reperitur maius, & minus,sed solum pœna damni,in qua non est maius,& minus, ideo unus talium paruulorum non habet minorem, quàm alius pœnam.Ad tertium dicit,quod cæmiterium locus sit sepelitionis mẽbrorũ Chr̃i filiorum ecclesię.Vnde,& corpora excommunicatorum non recipiuntur ibidem,ideo, nec talis infantulus est in cæmeterio sepeliendus. ¶ Amplius sexto quolibeto interrogat,An monstro capita duo habenti imponi debet nomen vnum, uel duo.

Demõstro baptizando.

duo. Et vtrum dicendo, ego te baptizo, ambo sint baptizati, uel vnus tm̃. Ad q̃ multum magistraliter, q̃uis ꝓlixe, rñdet: Quia si sint in monstro hmõi ut aiæ duæ, sunt utiq; hoies duo, & duo noia conueniunt eis, suntq; ambo sigillatim baptizandi. An uerò sint in eo aię duæ, ꝓ q̃rẽdũ ẽ ꝓ hoc, an ī eo sint duo corda materialia, & si sic, sunt ibi aiæ duæ. An uerò sint duo corda oportet perpẽdere ex lateribꝰ, qũo cõcurrãt in medio pectoris, arq; in spina dorsi. Nẽpe si ibi appareãt ꝓminentia maior in corpore vno, & maxime si appareat quasi duæ gibbositates in lõgũ protẽsæ, quasi ex lateribus ꝓcurrentes, hoc est euidẽs signũ, quòd intus sunt duo corda latentia. Qua

Descriptio monstricu iusdam.

le erat mõstrũ duorũ capitũ, & perfectorũ collorũ, q̃d vnũ habuit caput nigrũ, & austerũ multũq; pingue: alterũ verò caput albũ, ualde macilẽtũ, sed piũ, & quatuor brachia, attñ impfecta. Erant aũt duo brachia ꝓfecta cũ manibus suis, sita suis locis: vnũ ꝓcedens ex humero lateris vnius capitis, aliud ex alio humero ex latere alterius capitis, & alia duo brachia parua cũ manibus parũis, exibãt inter duo capita ex parte dorsi, ac si duo à lateribus iũgerent se strictissimè, & brachia laterũ contingentiũ se tenerent extenta ad partẽ inter eos posteriorẽ, quibus suppositis videbit fortè aliquibus sentiendũ, ꝙ talia corpora, q̃uis appareãt vnũ continuum in qua dã parte, non tñ sunt uerè continuata, sed operẽ naturæ imperceptibiliter consolidata per totum, ab humeris vsq; ad unũ latus ita, ꝙ nullum membrum aut organũ, aut partẽ membri, habent commune. Sic enim duæ formæ, & duæ animæ rationales eandem perficerent materiam, quod omnino est impossibile in natura, sed huic omnino contrariatur sensus, cui durum est contradicere in re tam patenti,

Gandauus

&c. Hanc difficultatem doctor solemnis curiosè prosequitur, quod breuitati studens transilio.

De charactere baptismali, de eius necessitate, essentia, diffinitione, subiecto, diuisione, effectu, & indelebilitate secundum Gulielmum, aliosq; doctores.

DE charactere quorũdã sacramentorũ euãgelicæ legis, præcipua est difficultas, quid sit, & cur oporteat eum esse: præsertim, ꝙa antiqui sancti doctores parũ, aut nihil inde loquuti videntur.

Parrhisi.

¶Ita de hoc scribit in suo sacramentali Gulielmus: Restat nobis declarare, quid ipsa sanctificatione baptismali imprimatur aiabus sanctificandis, an gra sola, qua Deo accepti, ac placiti fiunt, an & character, & signaculũ, quod amissa gratia maneat & qd sit tale signaculũ, quis fructus, & effectus ipsius. Primò igit dicimus, quod necesse est aliquid manere in aia, gra iã amissa. Si enim nil maneat, tantundẽ vr ac si non essent baptizati. Nẽpe si totũ, quod baptismi sacro collatũ est, ita delet ꝙ quodcunq; mortale pctm̃, ut nihil eius remaneat, sic se vr habere, ac si hõ nunq̃ fuerit baptizatus. Hinc in hoc consenserũt doctores, ꝙ præter gram gratũ facientẽ, & ꝑter totũ decorẽ virtutũ, atq; donorũ, quibus Deo placet, & quæ baptizatis præstant, imprimit, & character, q̃uis non satis declarauerint, quid sit in specie iste character. Cũ q; dicant ipsum esse in genere qualitatis, non determinant qualẽ efficiat aiam baptizati seu baptizatũ. Quod si dixerint, q̃nõ efficit ipsum nisi baptizatũ idẽ est, ac si dicat, ꝙ percussione imprimit character, qui facit percussum, ꝙ distinguit per cussio percussum a non percusso, sicut baptismus baptizatũ a non baptizato. Sed & hoc dixerunt, ꝓpriũ esse characteris huius, distinguere baptizatũ a non baptizatis. Contra, quod dupliciter obijcit̃. Primò, quia non põt dici effectus proprius alicuius, quod æqualiter conuenit oĩ qualitati, actioni, passioni, oĩq; rei. Nihil aũt est in tota rerũ uniuersitate quod habentem illud non distinguat a non habente, cũ, & pes distinguat habẽtẽ hoc membrũ a carẽte eodẽ. Iõ sic distingui necessariò sequit unaquãq; rẽ ꝑ seipsam. Nõ ergo oportet characterẽ ponere ob hoc solum, utpote ut distinguat: cum nullus nouus effectus, aut operatio inducatur ꝓ hoc. Si em̃ attribuerimus characteri aliũ effectum proprium, principalem, & immediatum, nihilominus sequit eũ iste: quẽadmodum albedo, & si proprium habeat facere album seu digregare uisum, nilominus competit ei a nigro distinguere. Hi ergo errant dupliciter. Primò, qm̃ principalẽ effectum dicunt illum, qui ex necessitate consequitur. Secundò, qm̃ primum, ac principalẽ effectũ deglutiunt, seu omittunt. Impossibile quippè est esse qualitatẽ, & non esse in aliqua specie qualitatis, & quæ denominationem non habeat specialem. Distinguere aũt seu dissimulare, est denominatio relatiua siue ad aliquid. Secundò, opinio illa destruit, quia si nullus esset non baptizatus frustra esset talis character, imò non esset: nõ em̃ distingueret. Præterea quibus seu ꝓp quos fit illa distinctio, cum character, nec habentibus eum, nec alijs sit apparens, nec per eum vnus ab alio se distin

Obiectio.

gat, Insuper, dicendo, quòd character causa sit gratiæ gratũ facientis, dupliciter errare vr, quia nõ potest poni causa gratiæ nisi cã efficiens, & talis cã grã solus est Deus. Rursus, quod agit seu efficit qualitas, agit subiectum ipsius: sicut, quod agit calor, efficit ignis, & sic aĩa, in qua est character, esset cã grã, & virtutis, atq; iustitiæ suæ, & iustificaret, ac sanctificaret seipsam. Nos igit̃ dicimus, quod illud, quod imprimitur in baptismo præter gratiã, & quod remanet ea amissa, est sanctitas quædã: cuius exemplum & figura est sanctitas basilicarũ consecratarum, & uasorum sacrorũ Consecrata namq; basilica, quantũcunq; post consecrationẽ polluatur, aut profanetur, remanet sancta. Alioquin uiolatores eius non essent sacrilegi. Sic ergo, & sanctitas ista in baptismo collata nequit auferri, ꝓp quod spirituale sacri legiũ in seipso comittit, & uiolat tẽplũ Dei Christianus, quocunq; mortali peccato se polluens. Qualis aũt sit sanctitas ista, & quis eius effectus, apparet ex ex eius figura, & signo. i. ex sanctitate basilicæ, quẽmadmodum ex illius sanctitate arcentur dæmones ut minus noceant introeuntibus eam, orantibus, psallentibus, & sacrificantibus in ipsa, ut faciliùs exaudiantur, & acceptentur in ipsa. Ita ex sanctitate baptismali debilitatur uis dæmonum contra eos, ita, quod incomparabiliter minus põt ptra eos, q̃ alios. Faciliùs quoq; gratia deuotionis illustranẽ, ac pœnitent, & ipsis dæmonibus sunt metuendi, q & grauiùs cruciantur, si eos tentando inuaserint, ac traxerint ad peccãdũ, sicut, & sanctitas sanctorũ locorũ ptãtẽ minuit secularium prĩcipũ. Deniq; ex hac sanctitate baptizati sunt de sorte, & parte Dei. Vñ, & citius eos recognoscit ut suos, & ad suũ ius pertinentes, ac replet eos spiritalibus donis, & sanctitas ista signũ est grã gratũ facientis, quemadmodum annullus regius signũ est doni, quo quis inuestitur

Violaret plum Dei.

per

per regẽ, & annullũ illũ, quemadmodum etiam ad sig illũ regiũ dispẽsator regis dat regalia, sic dispẽsator charismatum dat baptizatis dona regis regũ, plenã remissionẽ culpæ, ac pœnæ. Porrò cã efficiẽs huius sanctitatis. i. characteris baptismalis, Deus est solus, & aliud nihil. Estq; character habilitans, adiuuans ad gratiã obtinendã, ac conseruandã, iõ baptismus iterari non potest, nec debet. Hæc Gulielmus.

Dionysiꝰ Carth.

¶Cuius positio quãtum aliorum positione differat, & discordet, & qualiter cum eis ualeat concordari, ex sequentibus elucebit.

Thomas Aquinas.

¶At uerò de his Thomas tractans diffusè, primò scisciatur, utrũ character sit. Rñdet Characterẽ in quibusdam imprimi sacramentis omnes fatentur moderni. Verum in modo ponendi partim differũt, partim conueniunt. In hoc nãq; omnes conueniũt quòd dicũt per characterem importari triplicẽ relationẽ, quia character est signũ distinctiuũ, & configurationiuũ. Et ut signũ, importat relationẽ ad signatũ. Inquantũ uerò est distinctiuũ, notat relationẽ ad ea, à quibus distinguit. Inquantũ aũt est configurationiũ, designat relationẽ ad ea, quibus assimilat. ¶Differunt demũ in hoc, qm̃ quidã ponunt iltis relationibus non subesse aliquod accidens absolutũ, sed fundari eas immediatè in aĩa, quod esse non potest. Nã signũ ꝓ formã, quã sensui, aut intellectui imprimit, facit aliud in cognitionẽ uenire. Nil quoq; distinguitur ab alio nisi per aliquã formã. Similitudo ẽ est relatio super vnitate qualitatis fundata, ut qn to Metaphysicę dr. Hinc quælibet relationũ, quã importat character, requirit aliquã formã sibi subtstratam: Dumq; non sit forma substantialis, relinquit̃, ꝙ forma subtstrata sit qualitas quædam, cuius vnitas similitudinẽ configurationis inducit. Ideo dicunt quidam, ꝙ est in genere qualitatis, non tñ in aliqua specie eius, cum & philosophus in prædicamentis testetur: Forsitan apparebunt, & alij modi qualitatis. Sed hoc est fuga quædam. Nam quamuis sint alij modi: tamen reducuntur ad quatuor: quas expressit, quod constat ex hoc, ꝙ nulla species alia interim potuit inueniri. Propterea alij dicunt, ꝙ sit in quarta specie qualitatis, qm̃ configuratio, quã character importat, dicit vnitatem figuræ, quæ est in qualitatis specie quar a. hancq; figuram quidam dicunt esse crucẽ Christi, aut, ꝙ stare non ualet, qa figuralm̃ itur propriè, aut metaphoricè. Si propriè sic terminationem importat, & dimensionem, quã constat in anima non esse. Si metaphoricè, oportet quod metaphora reducatur ad proprietatem. Non enim res ponitur in genere per id, quod de ea metaphoricè dr, sicut non dr, quòd apostoli sunt in genere qualitatis: qm̃ dictum est de eis: Vos estis lux mundi in quarta qualitatis specie reperiri, quod sit in anima secundum proprietatem. Hinc character fundari nequit super qualitatem quartæ speciei illius. Iccirco alij dicunt, quod sit in tertia parte: qm̃ muliebrem quandam passionem ingerit sensui spirituali, inquantum animam ornat, atq; decorat, qđ etiam improbatur, quia (ut septimò physicorum probat philosophus) tertia species qualitatis non est nisi in sensibili animæ parte, character autem est in parte intellectiua. Illæ quoq; qualitates semper ordinem habent ad transmutationem aliquam corporalem, q̃ uel inferant, uel à qua causantur. Hinc secundum alios ponitur in prima specie qualitatis, & est quasi media inter dispositionẽ, & habitũ. Inquã tum enim est difficile mobilis, conuenit cum habitu, atq; inquantũ non est ultima perfectio, sed dispo nit ad gratiam, conuenit cum dispositione. Quibus

Matth.

obijcit̃, ga scđm Philosophũ Ethicorũ. 2. habitꝰ est quo habemus nos bene, aut male ad passiones, & uniuersaliter consideranti apparet hæc differentia inter habitũ, & potentiã, quod potentia est, qua simpliciter aliquid possumus, habitus uerò est, quo possumus illud bene, aut male: sicut intellectus est, quo consideramus, scientia, qua bene consideramus. Similiter est de dispositione, quæ non est nisi habitus imperfectus. Cũ ergo character ordinetur ad aliqd simpliciter, & non ad illud bene, uel male, quia sacerdos põt bene, & male conficere: ideo qualitas super quã fundat relatio characteris, non potest habitus esse, sed magis potentia. Vñ relinquitur, quod ad secundã speciẽ qualitatis reducit̃, ut quidã alij dicunt, quod sic ꝑ3 sicut cuiuslibet existentis in aliqua natura sunt aliquæ operationes proprię, ita, & eius, quod in spirituali regeneratũ est uita, ut S. Diony. ait 2. ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo. Cuius autẽ sunt propriæ operationes, oportet, quòd sint propria illarum operationum principia, Vnde sicut in alijs sunt potentiæ naturales ad proprias actiones, ita in spiritualẽ uitã renati, habent quasdam potentias, per quas possunt opera illa: quæ potentiæ similes sunt uirtutibus, a quibus sacramenta efficaciã sibi inditã habent: qm̃ sicut sacramenta gratiam instrumentaliter causant, ita respicientes characterẽ operantur diuina ministerialiter. Minister aũt est sicut instrumentum eius, cui ministrat, ideo tam uirtus sacramenti, q̃ minister cuius est character, instrumentalis est causa. Deniq;, ꝙ hmõi potentia sit character, patet diligenter consideranti verba diuini. Dionysij, a quo prima traditio characteris nobis aduenit. As signans em̃ ministerium ritus cuiusdam, q̃ in primitiua erat ecclesia, qñ baptizabãtur adulti, quod accedenti ad baptismum hierarcha (. i. pontifex) manum imponebat, signabatq; eum signo crucis, & ius sit eum describi inter nomina Christi anorum, quatenus de cętero cũ alijs ad diuina admitteretur, dicit, quod sic accedentẽ, puta ad uitã spiritualẽ, diuina beatitudo in sui participationem recepit, sicut sacerdos baptizandum in lumine proprio quasi quodam signo tradit sibi sui participationẽ, perficiens ipsum cõicatione diuinorũ. Quo patet quòd per hoc signum aliud nil intendit, quã, quod facit cum participatiuum operationum diuinarũ: sicq; hoc signum nil aliud est, quàm quædam potentia, qua baptizatus potest in actiones hierarchias, quæ sunt ministrationes, ac receptiones sacramentorum, & aliorum, quæ pertinent ad fideles. Ad hoc quoq;, quòd has operationes bene exerceat, indiget habitu gratiæ, sicut, & alię potentiæ egent habitibus. Itaq; character reducitur ad secundam speciem qualitatis.

Dionysius martyr.

¶Et est alius modus ab illo, quem Philosophus ibi ponit, quia Ppilosophus non cognouit nisi operationes, atq; potentias naturales.

Diffinitio characte.

¶Cõstat em̃, ꝙ apud nos necesse sit ponere potẽtias spirituales supernaturales, ut potentiã conficiẽdi, & absoluendi, &c. Et, quod ad secundam qualitatis speciem reducantur, quemadmodum habitus infusi in eadem sunt specie qualitatis, cum habitibus naturalibus acquisitis.

¶Nunc de diffinitionibus characteris differendum. Itaq; diuino Dionysio hæc characteris diffinitio attribuit: Character est signum sanctum cõionis fidei, & sanctæ ordinationis, datum a hierarcha Quo circa sciendum, quòd diffinitio ista nuq̃ inuenitur a beato Dionysio tradita, sed ex præactis eius uerbis accipitur, imò conuenientiùs exprimeretur

tur,dicendo:Character est signũ communionis diuinorum,& sacræ ordinationis fideliũ,datum a diuina beatitudine accedenti.In qua tanguntur quatuor causæ characteris.Primò genus eius,cum dr signum,quod pertinet ad causam formalẽ.Secundò tangit finis characteris,qui datur ad duo:primò,vt recipiens Christo configuretur, tanq; ascriptus ad cõicandũ sacris diuinis,& actionibus sacris. Et quãtũ ad hoc,dr communionis diuinorũ partis. Secundò,ut configuretur coordinandus alijs, quibus eadem potestas data est.Et hoc tangitur ibi, & sacræ ordinationis fideliũ,quæ duo excommunicatio suspendit ad rps, priuando hominem participatione diuinorum, & cõione fidelium. Tertiò ponitur materia, in qua,dicens,datum a sacerdote. Quartò, causa efficiens,ibi à diuina beatitudine. Diffinitio quoq; alia potest saluari,& redit in idẽ,ut hoc,quod dicit,cõionis fidei,refertur ad participationẽ sacrorum,& actionum fidelium,atq;,quod addit, & sanctæ ordinationis,designet coordinationem eius ad alios,& quod subditur,accedenti datum à Hierarcha, denotat causam efficientem instrumentalem, qui consignatione exteriori figurat interiorem.Character itaque accepit rationem signi.secundũ quod per sacramentum uisibile exteriùs efficitur,& significatur Cum qualibet etenim potestate dat exteriùs aliquod uisibile signum illius potestatis,sicut regi in signum regię potestatis dantur corona,& sceptrum, pontifici mitra,annullus,& baculus . Similiter cum spirituali potestate in sacramentis confertur datur signum sacramentale exteriùs, & per comparationem ad illud,ipsa spiritualis potentia seu character dicitur signum,inquantum homo per eam configuratur,& determinatur ad actiones spirituales.

Alia characteris diffinitio.

¶Præterea magistralis diffinitio characteris est hæc: Character est distinctio à charactere æterno impressa animæ rationali,secundum imaginem configurans trinitatem creatam trinitatis creanti, & recreanti, & distinguens à non cõfiguratis secundũ statum fidei. In qua diffinitione tanguntur etiam quatuor causæ characteris, puta causa formalis seu genus,cum dicitur,distinctio. i. signum distinctiuũ, & causa efficiens,cum sequitur.à charactere æterno.i.à filio,qui est figura substantiæ patris , ut dicitur ad Hæbreos.Causa quoq; materialis ibi,animæ rationali impressa secundum imaginem. Causa verò finalis ponitur duplex,videlicet configuratio,cũ dr,consignans trinitatem,id est,configurans, atque distinctio , cum subditur , & distinguens .Et sicut hic ponitur genus proximum , ita, & proximus finis.Proximum , quoque subiectum,quod est anima rationalis, & efficiens appropriatum , quod est unigenitus patris, sicq; diffinitio ista excedit præcedentem, in hoc, q; per proximas datur causas.

Heb.1.

Quæstio.

¶Quod si quæratur, cur , & propter quos datur signum istud distinctionis: dicendum , quòd primò propter hominem, qui suscipit illud, qui eo dẽ accipit distinctũ posse ab alijs,& pp hoies alios, qui ipsum ad spirituales actiones admittunt,ex configuratione exteriori sacramentali interiorem penitentes,& quo Deũ,qui actionibus ẽius spiritualibus efficatiã præbet. Deniq; diffinitio ista magis respicit fidẽ,q; charitatẽ:qm fides hominis nota est ei, iuxta illud Augustinum. Nihil alicui certius est sua fide. Non aũt certus est homo se esse in charitate. Nec tamen fides sufficienter distinguit fidelem ab infidelibus, q; tum ad actus spirituales, qui fidelibus competunt quia ad hos exercendos, seu suscipiendos oportet spiritualem addi potentiam.

Augst.

¶Præterea,si quæratur de subiecto characteris. Respondendum, quòd natura proportionabiliter spirituali substernitur,quẽadmodũ perfectibile suæ perfectioni.Hinc sicut gratia,quæ est spiritualis uitæ principium,est subiectiuè in essentia aĩæ:sic character(qui est spiritualis potentia) est subiectiuè in naturali ui aĩæ,non in eius essentia ,nisi mediante potentia.¶ Si autem obijciatur,quia dispositio , & habitus sunt in eodem subiecto, cum ergo iuxta p̃habita character sit dispositio ad gratiam, erit in essentia animæ sicut,& gratia.Rñdetur, quòd dispositionem,& habitum esse in eodẽ subiecto non oportet,nisi dum dispositio fit habitus,sicut scientia imperfecta fit perfecta: non autem oportet quando dispositio,& habitus essentialiter differunt ,sicut operatio sensitiua est dispositio ad intellectiuã.¶Quæritur quoq;,an character sit magis in affectiua.q; intellectiua.Dicẽdũ,q; imago principaliter cõsistit in cognitiua,quoniam ex memoria , & intellectu oritur uoluntas.sicq; tota imago est in intellectiua, ueluti in radice,ideo oẽ, quod attribuitur homini ratione imaginis,principaliter respicit uim intellectiuam, & ex consequenti affectiuam.ex intellectiua etenim parte seu rationali perfectione habet homo , quòd sit hõ: ex ui uerò affectiua , quòd sit bonus,aut malus.Cumque character respiciat imaginem,principaliter est in intellectu.

Obiectio.

Quæstio.

¶Quæritur itẽ,an character posset deleri, & utrũ fuit in Christo. Dicendum ad primum, quòd impressio est per quãdam animæ rationalis sanctificationem,prout sanctificatio dicitur deputatio alicuius ad aliquod sacrum , ad quam sanctificationem non magis actiuè comparatur anima sanctificanda, quàm aqua sanctificanda, uel chrisma , aut oleum,nisi,quòd homo adultus se subijcit tali sanctificationi per consensum . ideo qualitercunque anima uarietur per proprias operationes , nunquam amittit characterem,sicut, nec chrisma , uel oleum panis ve consecratus sanctificationem. Hæc autem indelebilitatis characteris est partim ex parte subiecti,quod est incorruptibile: partim ex parte causæ effectiuæ,quæ est inuariabilis Deus. Gratia tamen, & charitas possunt amitti:quoniam dispositiuè , & conseruatiuè dependent ex suo subiecto. Porrò si quæras, an character manet in patria: respondendum,quòd homo per characterem configuratur Deo ad hoc,quòd sit de cœtu fidelium, atq; hierarchicarum particeps actionum. Ecclesiasticæ autem hierarchiæ succedit,quantum ad electos fideles,hierarchia cœlestis, ideo ad communionem fidelium in triũphanti ecclesia,& ad participationem actionum cœlestis hierarchiæ in patria proficiet, & sic erit ibi ad alios actus , sicut uirtutes , & dona. Manet etiam in damnatis, sed hoc est per accidens præter intentionem imprimentis characterem , quòd recipiens condemnetur. Idcireo character non est ibi ordinatus ad aliquem finem, quia quæ præter intentionem fiunt, carent ordine ad finem; Deus tamen, qui nihil inordinatum relinquit, elicit inde aliquod bonum , ut quod iustior appareat eorum damnatio, qui tantum munus neglexerunt.

Obiectio;

Ad secundum illud quæsitum dicendum , quod ẽm quosdam Christus non habuit characterem baptismalem,quoniã à baptismo nihil accepit,sed habuit characterem ordinis , qui pertinet ad quendã æminentiæ statum.¶Veruntamen ueriùs dicit,quòd Christus nullum characterem habuit , quoniam habuit potestatem plenitudinis in sacramentis, sicut ea instituens, & efficaciam eis prebens. Vnde

sicut

sicut potuit inducere effectum sacramenti in aliquem sine sacramento exteriori,ita ex parte ipsius ad hoc non requirebatur aliquid sacramentale exteriùs. Et si obijciatur ,q; habere characterẽ est perfectionis: ergo maxime fuit in Christo:. dicendum, quòd fuit in Christo per modum sublimiorem. Nã, & aliquid est perfectionis in nobis , quod non esset perfectionis i Christo,ut gratia adoptionis,& ita de charactere est dicendum. ¶ Quòd autem in circuncisione , & cæteris sacramentis ueteris legis character non imprimebatur,dictum est supra.Nec tamen in omnibus sacramentis nouæ legis character imprimitur,sed in tribus duntaxat, quæ nec iterantur,ut sunt baptismus,cõfirmatio , ordo, quod de baptismo nunc patuit,de alijs duobus infra patebit.Dr quoq; character à Dei filio imprimi per quandam appropriationem ad proprium filij, qui est imago patris,figura,seu character substantiæ ejus: sic,& character ille , creatus est assimilatio , & configuratio animę ad characterem increatum. Ni hilominus realiter imprimitur à tota superbeatissima trinitate cuius indiuisa sunt opera,¶Insuper dictum est sæpe,quod omnia sacramenta sunt quædã sanctificationes.Sanctificatio autem dupliciter sumitur.Primo pro emundatione,secundo pro mancipatione deputatione ad aliquod sacrum , quemadmodum uestis,ecclesia,altare,sanctificantur.Omnia itaq;sacramenta sunt sanctificationes primo modo: quoniam purgant à culpis:suntq; remedia contra uitiorum defectus. Quædam uerò sacramenta sunt sanctificationes etiam modo secundo , quia per ea mancipatur homo ad sacra,sicut per ordinẽ sacerdotalem ad sacrificandum,& offerendum , & per confirmationem ad spiritalem hostium expugnationem,ac per baptismum ad actus spiritualis regenerationis , sicut in diffinitione characteris expositum fuit Hæc in scripto.

Obiectio.

Thomas Aquinas.

¶Præterea in 3. parte,quæstione 63.Sacramenta,ait,nouæ legis ordinantur ad duo , videlicet ad remedium contra peccatum,& ad perficiendã animam in his,quæ spectant ad cultum Dei ẽm ritum christianæ conuersationis. Cultus autem diuinus consistit in recipiendo aliqua diuina,uel in tradendo hęc alijs:ad quorum utrunque requiritur quædam potentia:quoniam ad tradendum aliquid alijs exigitur actiua potentia, & ad recipiendum passiua.Hinc character importat quandam spiritualem potentiam ordinatam ad ea,quę sunt cultus diuini, quæ est potentia instrumentalis,ut dictum est supra de potentia , quæ consistit in sacramentis. Habere enim sacramenti characterem,competit Dei ministris,qui se habent per modum instrumenti per respectum ad Deum.Ideo sicut uirtus , quæ est in sacramentis,non est in genere per se , sed reductiuè, cum sit quoddam fluens , & incompletum , ita nec character,sed reducitur ad secundam speciem qualitatis.Hic character propriè appellatur character Christi,quia per eum homines insigniuntur,& consignantur,ac deputãtur ad Christi obsequium, Qui enim ad aliquid certum deputantur,solent aliquo signo denotari, quemadmodum milites,qui ad militiã deputantur,ac ascribuntur,solẽbãt olim quibusdã characteribus corporalibus insigniri. Sacra uerò characterẽ imprimunt , inquantũ per ea deputamur ad cultum Dei secundum ritum Christianæ religionis. Hæc in Summa , in qua scribuntur multa de ista materia , quæ iam sententialiter sunt inducta.

¶ Concordat Petrus,q; tñ differenter se habet , an character ponatur in prima specie qualitatis , an in secũda,& addit:Character est signũ spirituale in delebile, distinguens populũ fidelẽ ab infidelibus, pp primũ,vicz;qm signũ est,oportet in aliquo signo uisibili exhiberi,à quo rõnẽ significandi sortiatur.iõ non confertur in uirtutibus.i.non semper simul cum uirtutibus,quia & ficte accedentes,non recipiẽtes gratiã,& uirtutes,recipiunt characterẽ.Propter secundum,quia spirituale est,non conferebatur in sacris carnalibus,ueteris testi.Propter tertiũ:qm indelebile,non confertur in sacramentis,quæ iterantur. Propter quartum,quia distinguit secundum fidẽ. Idcirco confertur triplex character in tribus sacramentis,secundum triplicẽ fidei statum:qm status fidei in ecclesia militanti est triplex,& secundũ hoc est triplex distinctio:quẽadmodum in exercitu prima distinctio cõis est totius alicuius exercitus ab exercitu alio.Secunda est distinctio specialis militũ à popularibus,tertia specialissima ducum ab utrisque. Prima distinctio respicit statum fidei conseruandæ in seipso,seu suscipiendæ in se,& hoc fit per baptismi characterem. Secunda respicit statũ fidei defendendæ contra incredulos,& hæc fit per characterem cõfirmationis.Tertia respicit statum fidei multiplicandæ,ac edocendæ in alijs,& fit per characterem ordinis.¶Verum his obijci potest,quod etiam in ueteri testamento erant aliqua sacramenta non iterabilia,ut circuncisio,& consecratio pontificum , ergo saltem in illis imprimebatur character. Dicendum, quòd initerabilitas illa non fuit tota,atque sufficiẽs ratio inpressionis characteris, sed potius ratio distinctionis secundum statum fideis perpetuum,non temporalem, & spiritualem non carnalem. Status autem ueteris testamenti erat carnalis,ac temporalis. Hęc Petrus.

Tarantasi. Diffinitio characteris.

Richard9.

¶Richardus quoque pro maiori parte consonat præinductis. Et contra opinionem dicẽtium, quod character nõ sit nisi relatio,arguit,quia iuxta cõem theologorum doctrinã,& ex dictis diuini Dionysij comprobatur,Caracter significat , disponit, distinguit,assimilat.Significat enim gratiam gratum faciẽtem,disponitq; animã ad eius susceptionẽm,distinguit quoq; baptizatum a non baptizato,atq; assimilat animam Deo,cum sit quædam participatio potestatis diuinæ,alia ab illa,quæ est per naturam , & ab illa,quę est per gratiam gratum facientem. Hæc aũt attribuere soli relationi,non est ita conueniens sicut formæ absolutæ.¶Præterea,cum per susceptionem cuiuslibet sacramenti anima susceptis causetur relatio ad aliquam sacram passionem, aut actionem , in susceptione cuiuslibet sacramenti imprimetur character. Hinc dico , quod sit quid absolutum : in quo tamen fundatur respectus: & cum sit quædam supernaturalis potentia,reducitur ad secundam speciem qualitatis,quæ est naturalis potentia ,uel impotentia. Potest etiam dici,quod inquantum est dispositio ad gratiam , habet similitudinem cum prima specie qualitatis,& inquantum est spiritualis configuratio animæ,cuius est signum distinctiuum,similitudinem habet cum specie quarta.Hæc Richardus.Qui consequenter respondendo an character sit indelebilis,recitat rationem, quam Thomas assignat ad hoc,iam expressam, quæ ratio non uidetur ei sufficiens, quia ex cõsecratione olei, & chrismatis,ac consimilium inanimatorum non causatur in e is aliquid absolutum, sed sola relatio Veruntamen ratio illa, quam Thomas assignat, uerior, aptiorque uidetur,quàm alię, quæ traduntur, quoniam quantum ad illud propositum, ad quod Thomas inducit argumentum, est simile, quòd con

In susceptione sacramentorũ imprimitur character.

Dionysius Carthu.

secrationis,

Thomas secrationes, durant perpetue.

Albertus. ¶Albertus quoque hic scribit, quòd character p̄ter relationē dicit aliquod absolutū genere qualitatis, habens se per modū habitus, & est donū gratiæ gratis datæ, ac lumen supernaturale, assimilans trinitati æternæ, in quo fundatur relatio ista characteris, sicut similitudo fundatur in qualitate.

De numero & ordine characterum. ¶Porrò de numero, & ordine characterum dicit, q̄ à diuersis diuersimodè sumit̄ numerus seu distinctio characterū. Probabilior autē v̄r acceptio penes numerū distinctionis scd̄m fidei statum sicut in familia Dauid fuerunt tres distinctiones. Prima generalis populi Dei ab incredulis. Secunda fortiū Dauid, q̄ strennuè defendebant cultum, ac populum Dei. Tertia p̄latorū, ac sacerdotum. In primis significatur character baptismi, in secundis character confirmationis, in tertijs character excellētior ordinis Deniq; Christus inquantum sapientia, docens fidei ueritates, imprimit characterem baptismalem, & in quātū uirtus fortiter pugnans pro fidei defensiione imprimit characterem confirmationis, atq; inquantum summus sacerdos instituens, exibens, & ostendens sacrificium nouæ legis, ac fidei, imprimit characterem ordinis. Hæc Alber.

Bonauen. Eadem di. ad 1.q. ¶Præterea etiā Bonauentura de hac materia scribit diffusè, sciscitans primò, an character sit habitus. Et r̄ndet. Quidā dixerunt, quòd characterizatio nō sit nisi consignatio, & character non sit nisi signum, quod nihil reale addit supra nudas potentias, & qd̄ sit ibi s̄m institutionē, & actum consignantis, nulla facta mutatione in anima sicut cōsecratio est in materiali ecclesia. Sed hoc stare non ualet, quia character dicit aliquā assimilationem, & configurationē ad Christum, sicut character diaboli ad diabolū in Apocalysi. Assimilatio aūt fundatur super qualitatē. Apoc. 14. Et nisi character ille sit reale, non erit anima per ipsum realiter similis Christo, nec haberet character effectus, seu actus reales, cuius oppositum ex uerbis diuini Dionisij, & Damasceni probatur, ac patuit. S.Dion. Damasce. Hinc alij dicunt, quòd importet relationē, & qualitatē realē, super quam fundatur illa relatio, q̄ qualitas est dispositio ad recipiendū lumē calorēq; grāe, sicut siccitas ligni dispō est ad inflāmationē, atque peruietas uitri ad lucē. Ideo posuerunt characterē in secunda specie qualitatis, q̄ stare nequit, quia secunda species illa est naturalis potentia, vel impotentia. Character uerò est habitus, ut dicetur. Alij ergo dixerunt, quòd character non est solum ad disponendū sed etiā ad distinguendum, estque qualitas animam fidelem decorans, & ornans, per quod ab fideli distinguitur, propter quod infert animæ muliebrem passionem: idcirco est passibilis qualitas, & in tertia specie qualitatis, quòd stare non ualet, quia non dicitur passibilis qualitas, quæ infert passionem sensui interiori, uel intellectui. Cū enim omnis ueritas obiectum sit intellectus, omne uerum esse in tertia specie qualitatis. Alij igitur dicunt, quod character dicit cōfigurationem, & est in quarta specie qualitatis, quę est forma, & circa Obiectio. aliquid constans figura. Et si objiciatur, quòd figura est clausio, quæ in anima locum non habet: R̄ndent, quòd duplex est quantitas, scilicet spiritualis, & corporalis. Quibus objicitiur, quod figura prout est speciesi tertia qualitatis, est clausio termnorum, cui non est similis assimilato spiritualis, nec figura est inspiritualibus nisi translatiuè. Ideo dicunt, quòd non est, inaliqua speciequalitatis à Philosopho assignata, cum ipse non ponant nisi species qualitatis innatas, vel acquisitas. Vtrum istud est quære refugam, cum uirtutes theologicæ, & aliæ uirtutes infusæ in prima specie qualitatis ponantur. Hinc dicendum, quòd character non est dispositio, nec potentia, Habitus sumptio duplex. sed habitus. Habitus aūt dupliciter sumitur. Primò propriè, prout distinguitur contra dispositionem, sicut perfectum ꝯ imperfectū. Secundò cōiter, p̄ut cōpræhendit, utq; oēm videlicet qualitatem aīam disponentē siue faciliter, siue difficile mobile, siue perfectā, siue imperfectam, sicque accipitur, cū ait Philosophus tria esse in aīa, potentiā, passionem, & habitū, sicq; character est habitus. tn̄ cum ultra disponat ad gratiā, est quodāmodo dispositio, non habitus strictè, cum nec perficiat ultimate: Estq; lumen spirituale semiplenum, & calor gratis datus, Quæstio. & ita ponit̄ in prima specie qualitats. Scd̄ò quærit Bonauen. ad qd̄ utilis, aut necessarius sit character. R̄ndet, Character ē signaculū sacr̄ale, à Deo impressū. Et cū sit signaculū sacr̄ale significat gratiā, & p̄parat ad eandē, & cū gr̄a quādā similitudinē h3: Deo configurat, atq; assimilat mentem Deo, cum gratia sit supernaturalis quædā similitudo diuinæ essentiæ. Hinc quoque character assimilat gregem Dei. i. credentes inter se, & eos distinguit ab alijs. Verū contra hoc obijci potest, quia hæretici baptizati habent characterem, sed & aliqui non baptizati Responsio sunt de ecclesia merito, & numero, utpote baptismo flaminis expurgati, & sanctificati. Dicendum, quòd character appropriatate assimilatur filio, qui est Dei patris character. Nā & baptizati dicuntur induere Christum, qui est caput, & dux fidelium exercitus. Ratio autem distinguendi in charactere, uenit ex ratione significandi. Character quippè significat gratiam fidei secundum aliquem statum. Vnde distinguit fidelem ab infideli, & si permiscētur, hoc nō est ex uitio signi, sed signatorum, uelut si quis assumat regis signū, ad designandum, quòd sit de eius exercitu: attamen pōt esse de parte con- Quæstio. traria, nec est falsitas in signo, sed in accipientibus illud. ¶Tertiò quærit, in quo sit subiectiuè character. Respondet, De hoc fuit triplex opinio, una, quod sit in tota anima, quia distinguit ouē a non oue, quæ distinctio attenditur præsertim secundū substantiam. Item quia disponit ad gratiam, & purgat ab originali. Gratia autem ponitur in essentia animæ, & originale respicit animam totā. Secunda opinio est, quòd sit in parte cognitiua, cum sit ratio cognoscendi, & discernendi, & quia conformat. Cognitio aūt fit per assimiliationem. Tertia, q̄ sit in tota imagine propter rationem configurādi, & ista opinio uerior est, ita, q̄ uerè, & propriè est in imagine, sed appropriatè in intellectu. Quæstio.

¶Quartò, quærit, per quid character imprimit̄. R̄ndet, q̄ p̄ sacramenta, non per uirtutes de necessitate. Est enim signū interius distinctiuum. significare aūt nō conuenit ei, nisi ratione signi uisibilis, qd̄ est sacr̄m. Porrò triplex distinctio populi Christiani s̄m statū fidei per characterem triplicem, præfigurata fuit in populo Israel. Prima cum oēs distincti fuerunt ab Aegyptijs ad ueniēdum in terrā promissionis. Quæst. Secunda, dum fortes ab infirmis ad pugnandum in bello. Tertia, dū Leuitæ à cęteris Israelitis ad ministrandum in templo. ¶Quinto quærit, an character sit indelebilis. R̄ndet, qd̄ imò, sicut expositū est, quia imprimitur ad distinguendū. Nō directè ad bene, uel male agendū, & qm̄ configurationi, qua Deo conformat, non potest esse configuratio opposita. Solus etenim Deus suam potest imaginem consignare. Hæc Bonauentura.

¶In

¶In quibus hoc ultimū uerbum uidetur obscurum: Cum, quia imago in homine multipliciter deformatur, atq; per vitia dæmonibus assimilatur, & anima Deo relicto, adultera diaboli fieri perhibet̄. Vnde in Apocalypsi quidam dicuntur habere characterem bestię, id est, diaboli, seu Antichisti, cuius character secundum expositores est mortale peccatum: Secundò, quòd superiùs dixit characterem p̄priè esse in tota imagine. Character nāq; cū sit simplex, & inuisibilis, immaterialisq; forma, nō pōt subiectiuè, & immediatè in pluribus esse potentijs.

Argentin. ¶Ampliùs Argentinensis: Antiqua, ait, fuit opinio, quòd character non ponit aliquam entitatem realem, quàm opinionem nūc nullus tenere debet catholicus, vt uidetur: quia vt dicitur extra de hæreticis Abolenda, de sacramentis ecclesiæ sentiendum est, sicut sentit Romana ecclesia, & hæc expres Innocen. sit characterem imprimi in baptismo. Vnde Innocentius extra de baptismo testatur. Qui fictè accedit ad baptismum, characterem suscipit. Deniq; san Augusti. ctus Augustinus in libro de baptismo paruulorum, expressè ponit characterem, dicens: Character dominicus, cum ouis errans ad Christianam rediens vnitatem, ab errore liberatur, agnoscitur, non improbatur. Et rursus ibidem: Characterem multi lupi imprimiunt, qui uidentur esse oues: veruntamen ad ouile domini nō pertinere, morum suorum fructibus cognoscuntur. ¶Præterea, quod immediatè terminat actionem realē, de necessitate est ens absolutum, aut quid reale. Character autem terminat actionem realem. Virtus enim diuina reali actione agit in animam cuiuslibet baptizati: sed in eo qui fictè accedit, talis actio nullum habet terminum nisi characterem, ut constat ex dictis. De his doctor ille plura conscribit, quæ tangentur.

Scoti positio. ¶Atuerò Scotus primò hic recitat positionē antiquam iam tactam, prosequens au possit teneri, & Reiectio positionis Scoti. conatur p̄bare, quod positio ista de realitate characteris, à nullo sanctorum habeat auctoritatem.

Dionysi. ¶Et quicquid dicat de hoc, iam ante ostensum est ex doctoribus senioribus, præclarioribus, exercitatissimis, quod ex dictis diuini Dionysij habeat S.Diony. Damasce. August. ortum: imò potius ex scriptura canonica, deinde ex verbis Damasceni, & Augustini, quamuis tantorum verba doctorum, ac patrum possint ab hominibus p̄prij puersisq; sensus aliter explanari, ac trahi, vel potius obscurari, atq; peruerti. Nec tn̄ reor negandum, quin rationes, quæ adducuntur ad probationem characteris, possint solui, quia ea, quæ fidei sunt, demonstratiuè, non ualent per relationes adduci. Rationabiliter tamen satis probatum est, characterem uerum realem in baptismo imprimi, & conferri, quod cum tot, ac tanti doctores concorditer tueantur, stultum est aliter opinari: imò Ro. ecclesiæ autoritas. cum Romana ecclesia hoc affirmet, sicut iam patuit, prorsus illicitum est contrariū perhibere. Hinc & Scotus huius auctoritatis mole pressus, tandem concedit characterem aliquid esse reale, vel magis ad aliquid, id est, relationem, sicut supra tenuit de sacramento in generali, q̄ reprobatū est ante. ¶Spe Scoti inuectitio contra Thomam cialiter autem inuehitur contra sanctum doctorē, dicendo: Hic nota contra Thomam, q̄ non sit ponere virtutem aliquam supernaturalē in sacramento, quia ille nunquam posset corrumpi eodem modo. quo characterē ponit indelebilē esse. ¶Ad qd̄ Defensio Thomæ dico istud non sequi. Thomas namq; non negat, q̄n character corrumperetur, si subiectum eius corruptibile esset, sicut subiectum supernaturalis uirtutis sacramentalis corruptibile existit, nec supernaturalis illa virtus corrumpitur, manente eius materia, quæ & suam consecrationem non perdit quādiu perdurat.

Alia Scoti obiectio in Tho. ¶Deinde Scotus subiūgit: Cōcedit idē Thomas, qd̄ circuncisio characterem non impressit, & tunc cōtra eum est argumentum de efficacia sacramēti respectu gratiæ, cuius sacramentū nō est causa nisi instrumentalis. Potest ergo cōcedi, quòd circūcisio impressit characterē sicut baptism⁹. ¶Ad hæc dico Respōdetur pro Thoma. qd̄ nō solum sanctus Thomas, sed, & doctores, præcipui ordinis sancti Francisci, Alexāder, Bonauētura, Richardus, alij quoq; cōmuniter dicunt, qd̄ in circūcisiōe nō imprimebat̄ character, nec hoc obuiat uerbis beati Thomæ, qui virtutē causalem supernaturalē sacramentorū dicit non esse completā in esse, neq; in agere, & suo mō īstrumētaliter dispositiuè causaliter cooperari ad gratiā. Et supra osnsū est ex uerbis sāctorū, q̄ positio illa Thomę plus ꝯsonat verbis sāctorū, q̄ concorditer p̄testantur scr̄a euangelicæ legis efficere, qd̄ designāt, quanq̄ alia opinio magnos doctores habeat defensores. Doctores et Thomā sequēs, nō negant, q̄n Deus p̄ suā absolutam potentiam possit delere characterem.

Scotus. ¶Insuper Scotus uidet̄ sequi erroneā opinionē dicētiū, q̄ character nō sit nisi relatio, cui⁹ opposi- Petrus Tarā. posteá summus pontifex tū iā patuit ex S.Thoma, Alberto, Bonauentura, Richardo, ac Petro de Tarantasia, qui fuit pontifex summus. Probat aūt Scotus suū propositū, & dicit. Thomā sibi ipsi cōtrariū, eo quòd dicat characterē esse signū: nō tamen essentialiter relationē, cū tn̄ signū existat relatio, qd̄ supra solutū est in quæstione de sacramento in gn̄ali, an existat relatio, cū sit signū. Deinceps uidet̄ Scoto characterē potius ponēdū esse in voluntate, q̄ intellectu, q̄a charitas r̄ealiter est idē cū gratia, ergo, & gratia in voluntate est subiectiuè, & in eadē ui, eodēq; subiecto, in quo ē gratia, poni debet character tanq̄ dispositio ad gratiā. Verū in his multa dicuntur, quorū oppositum in scriptis super secundum, & tertiū est ostensum.

Argentin. ¶Deniq; de his, quę Scotus inducit pro se, & ꝯ sācti Thomæ doctrinā, & de solutiōe illorū diffusè scribit Argentinensis: Multi sunt, ingens, q̄ dicūt, q̄ character formaliter sit quidā respectus, cū essentialiter, ac formaliter sit signū, qd̄ ponit̄ ī ei⁹ descriptiōe p̄ genere. Et rursus, q̄a om̄e accidens absolutū, est delebile a suo subiecto, nō aūt character. Rursus, character est signū cōfiguratiuū, & distinctuū, ergo formaliter dicit respectū. Signū nāq; refert̄ ad signatū. Sed ista soluūt̄ de facile. Character em̄ cō- character bifariam sumitur. figurat̄ dupliciter. Primò s̄m id, quod nomine characteris importat̄ quidditatiuè, quod sc3 est de intellectu eius primario. Secundò cōsiderat̄ cōnotatiuè, utpotè quoad id, qd̄ ē de suo cōitellectu. Primo mō character dicit rē absolutā. Alio mō dicit ñ solū vnū respectū sed plures; puta respectū signi q̄a significat gr̄am respectum cōfiguratiui, in quātū cōfigurat baptizatū baptizato, & distinctiuè, p̄ut distinguit baptizatū a non baptizato, cōfirmatū a nō confirmato, ordinatum a nō ordinato. Itaq; signū Obiectio. nō est propriè sacramenti genus, qm̄ diffinitio illa data est per additamenta. Potest tamē signū dici relationis, quā fundat character. Et si objiciatur, quoniam si character dicit absolutum, & respectum, uidetur esse ens per accidens: quia quod dicit res di- Dilutio. uersorum prædicamentorum, hoc est ens per accidens, vt 4. Methaphysicę dicitur. Respondeo, quòd character non dicit propriè absolutū, & respectū, sed absolutū, sub respectu, sicut sciētia exprimit qualitatem absolutā attamen sub respectu ad scribile.

 ¶Insuper

¶Insuper nō est utrum, quod omne accidens absolutum existat debile, quia necesse coloratum à mixto ipso mixto manente. Ad aliud respondetur, q̄ quamuis character sit signum configuratiuū, ac distinctiuum: non tamen dicit formaliter illos respectus, sed connotanter, fundatq; eos, quemadmodum per albedinē est aliquis similis albo, atq; dissimilis nigro. Albedo tamen non dicit formaliter illos respectus, imò nullum prædicamentum dicit merum respectum, nisi solum prædicamentum relationis. Tria namq; sunt prædicamenta dicentia enititatem absolutam, puta substantia, quantitas, qualitas. Vnum vero dicit respectum duntaxat, puta relatio. Alia sex dicunt absolutum sub respectu, id est, sub aliqua connotatione respectus. ¶De subiecto demum characteris, dico, quòd character baptismi reducitur ad primam speciem qualitatis, cum sit dispositio immediata, atq; sufficiens ad habitum gratiæ, nisi aliūde sit impedimentum. Quod autem dispositio dicitur qualitas facilè mobilis, verificatur de ea, quæ est imperfecta realitas habitus tendens ad habitum stabilem. Caracterer autem cōfirmationis, & ordinis sunt reductiuè in secunda specie qualitatis, cum sint quædam potestates Deo collatæ ad principandum quasdā operationes spirituales, vt infra magis patebit. Sed obijci potest, q̄ naturale, & sup naturale differunt speciale. Dicē dum, quod & si differant specie specialissima, conueniunt tamē specie subalterna. Species autem quatuor qualitatis, sunt species subalternæ. Communiter demum fertur, sicut & infra dicetur, quòd character confirmationis est potestas tradita ad fidei, confessionem, & character ordinis ad fideliū multiplicationem. Subiectiuè autem character baptismalis est in essentia animæ, sicut & gratia ad quam disponit. Qualitates etenim ita se habentes, quòd vna immediatè disponit ad aliam, sunt in eodem subiecto. Postremò character est productiuè à solo Deo, cum sit terminus creationis: dispositiuè uero & instrumentaliter est à sacramentis, in quorū administratione imprimitur, & quæ iterari non licet, quæ cum iterari non valeant, ordinauit diuina clementia, vt effectum stabilem, indebilemq; habeant in anima puta characterem dispositiuam ad gratiā sacramentalem talium sacramentorum. Hæc Argentinensis.

De subiecto characteris.

Obiectio.

¶Durandus quoque fatetur, quòd character sit quædam potestas.

Epilogus variarum opinionū de charactere.

¶Ecce de charactere sacramētali in genere, & de charactere baptismali in specie iam dicta sunt multa, & ex tanta opinionū uarietate patet difficultas huius materæ. Solenniores autem doctores cōcordant in hoc, quòd character sit quid reale, & absolutū de genere qualitatis, immediatè a Deo creatū indebile, datum ad conformandum, & distinguendum, dispositiuum ad gratiam. Differunt autem in hoc, quòd secundum quosdam est habitus, secundum quosdam potestas. Et ex hoc consequenter p̄cedit, quod secundum quosdam est in prima specie qualitatis, secundum quosdam in secunda. Et hę duæ differentiæ paruæ sunt: & quòd a quibusdam vocatur dispositio ab alijs habitus, facile concordaretur, considerando diuersas proprietates, & distinctiones dispositionis, & habitus. In omnibus quoq; præinductis positio sancti Thomæ videtur rationabilior esse. Patet etiam ex inductis, quod positio illa Gulielmi. Pharrhisiensis de charactere, in principio huius quæstionis expressa, fit communi doctrinæ contraria, & in hac parte nō minimè defectiua. Thomas quoq;, Bonauentura, & alij quidā prælegati multo diffusiùs scribunt de ipso charactere quid sit, & de eius necessitate, essentia operatione, cā, subiecto, ac specie, q̄ ipse Guliel. Obiectiones eius etiā non procedunt, quia character imprimitur non solum ad distinguendū: sed & ad distinguendum secūdum statum fidei: nec solum ad hoc sed ad configurandum creatori, est disponendum gratiam, & ad alios quosdam actus, sicut expositū est, nec character ponit causa gratiæ effectiua principalis, immediata, sed instrumētalis, & suppositiua.

Quis hic maxime sequēdus

De confirmationis sacramento. Distinctio. VII.

Rabanus de institutione clericorū & habetur d. conse. di. 4. Ante baptismum: Aug. in li. de symbolo.

De conse. di. 5. manuq; no. in glo.

De conse. d. 4. c. nouissime.

De conse. dist. 4. ca. Omnes.

NVnc de sacramento confirmationis addendum est, de cuius uirtute quærī solet. Forma enim aperta est, scilicet verba, quæ dicit episcopus, cum baptizatos in frontibus sacro signat chrismate. Hoc sacramentum ab alijs perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tempore. Apostolorum ab aliis, quàm ab ipsis Apostolis legitur peractū: nec ab aliis, quàm ab illis, q̄ locum eorum tenēt, perfici potest, aut debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habetur, & vacuum, nec inter ecclesiastica reputabitur sacramenta. Licet autem presbyteris baptizatos tangere in pectore, sed non chrismate signare in fronte. Virtus autē huius sacramenti est donatio spiritus sancti ad robur, qui in baptismo datur ad remissionem. Vnde Rabanus: A summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditr baptizato, vt roboretur per spiritum sanctum ad prædicandum aliis illud, quod ipse in baptismo consecutus est. Item, Omnes fideles per manus impositionem episcoporū, post baptismum accipere debent spiritum sanctum, ut pleni Christiani inueniantur.

Quodammodo confirmatio danda sit ab episcopis, & ieiunis accipienda.

De conse. dist. 5. ca. de his vero.

Vbi supra de conse. d. 5. ca. nouissime.

Scitote utrūq; esse magnū sacrm, sed vnū maiori uenerationē tenēdū, sicut à maioribꝰ dat. Ecce maiꝰ dicit scrm cōfirmationis, sed forte nō ob maiorē uirtutē, & utilitatē, quā conferat, sed quia a dignioribus datur, & in digniori parte corporis fit, scilicet in fronte, Vel forte, quia magis augmētū virtutū prestat, licet baptismus plus ad remissionē vale at. Quod uidetur innuere Rabanus, dicens unctione baptismi spiritum sanctum descendere ad habitationem Deo consecrandam. In hac uero eiusdē septiformē gratiā cū omni

omni plenitudine sanctitatis, & virtutis uenire in hominem Hoc sacramentū tantū à ieiunis accipi, & ieiunis tradi debet, sicut & baptismus, nisi aliter cogat necessitas. Nec debet iterari, sicut nec baptismus, vel ordo. Nulli enim sacramento facienda est iniuria, quod fieri putatur, quando non iterandum iteratur. Sed utrum aliqua, vel nulla iterari possint, quæstio est. Nam baptismo, & ordine, quod non debeant iterari, aperte. Augustinus dicit. Vtrumque sacramentum est, quadam consecratione datur: illud qui dem cum baptizatur, illud uero cum ordinatur. Ideoq; in ecclesia catholica vtrunq; nō licet iterari, quia neutri faciēda est iniuria, quod indubitanter etiam de confirmatione tenendum est. De alijs uero utrum iterari ualeant, uel debeant postea differemus.

De conse. d. 5. ca. ut epi. & ca. vt ieiuni. & c. dictū est.

Summa distinctionis VII.

OMpleto tractatu de sacramento baptismi, qui est sacramentum introeuntium, & cæterorum ianua sacramentorum nūc agit Magister de sacramēto confirmationis, quod est sacramentum progredientium in Dei itinere, & post baptismum mox necessarium ad p̄sistendum in bonis, ad corroborationē gratiæ baptismalis, ad præliandum idonee in acie cōtra aduersarios fidei, contra tentamēta diaboli. Itaq; de hoc sacramento in hac sola distinctione compendio sè tractatur. Et primò tangitur forma eius, quæ est series uerborum, quæ profert episcopus in confirmādo. Tangitur quoq; pars corporis, vbi datur puta in fronte; & exhibitor, seu minister sacramenti eiusdem, qui est solum episcopus. Deinde exprimitur uis sacramenti istius, quæ est collatio gratiæ spiritus sancti ad robur, & ad quos spectet sacramentū istud recipere, puta ad uniuersos fideles, & quando, vtpote dum adhuc ieiuni consistunt. Demque, q̄ nequeat iterari quēadmodum, nec baptismus: sed & de comparatione horum duorum sacramentorum adinuicem hic agitur, quod eorum præstantius, & in quibus vnum aliud sit excedens.

Lucæ. 9.

Materia confirmationis. Chrismatis materia.

Parrisi.

QVAESTIO. I.

Contra veritatem

HIc quæritur primò, *Vtrum confirmatio sit sacramentum, & ab omnibus suscipiendum, ac ipso baptismo sublimius.* ¶Videtur, qđ non sit sacramētum, Confirmatio enim ab actu confirmādi nomē sortitu. ,sed unumquodq; sacramentum confirmat gratiam largiendo. Gratia namq; confirmat, dicente. Apost. Optimum est gratia stabiliri cor. Secundò quia non uidetur institutum à Christo, nec præfiguratum in ueteri testamento. Videtur quoq;, qđ ad omnes fideles non spectet ita, quòd non est sacramentum salutis, quia sine eo saluantur baptizati infantuli, imò, & multi adulti. Rursus, fides, & charitas, ac gratia gratum faciens, sufficiunt ad salutem, quæ omnia in baptismate infunduntur. Insup baptismus est spiritalis regeneratio, & ita ordinat ad spiritale esse, & confert esse, ac uiuere spirituale. Confirmatio autem ordinatur ad quoddam complemētum illius esse, ergo sicut esse est dignius sua completiua, & accidentali perfectione, ita baptismus est dignior confirmatione.

Obiectio.

¶Circa hæc scribit Antisiodorensis: Confirmatio est sacramentum proficientium, atq; pugnantiū contra mundum, carnem & dæmones. Circa essentiam sacramenti istius quinque exiguntur. Primū est forma uerborum. Secundum intentio confirmātis. Tertium dignitas confitētis, quem oportet esse episcopum. Quartum, materia, utpote chrisma. Quintum, locus, in quo chrisma confertur, scilicet frons. Forma hæc est, Confirmo te signo crucis, cō signo te chrismate salutis, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Datur autem sacramentum hoc ad robur, ut idonei simus spiritaliter præliari, & nomen Christi portare coram regibus, & principibus ad quod significandum, datur in fronte, ne erubescamus nomen Christi confiteri coram hominibus quia non sufficit corde tantummodo credere, sed oportet quandoq; etiā ore confiteri. Hinc materia huius sacramenti est chrisma. Nam & pugiles iunguntur, propter quòd difficiliùs ab aduersarijs capiuntur, Conficitur, quippe Chrisma ex oleo, & balsamo. Oleum autem significat nitorem conscientiæ bonæ, & spiritualem lętitiam, p quæ in spiritualibus prælijs præualetur. Balsamū autem significat bonæ uitæ odorem, per quem inficiuntur serpentes id est dæmones, qui fugantur odore cedri, quo odore occidūtur serpentes, Hæc Ant. fl. odorensis in Summa libro quarto, ubi de his plura conscribit quæ infra ex doctoribus alijs pleniùs inducentur.

Antisiod. Determinatio.

Ad confirmationē quinq; exigi.

Forma cōfirmationis.

¶Porrò Gulielmus in Sacramentali: Sanctificatis in baptismo, & ad sanctam, & spiritualem militiam ascriptis, restā certamina ac bella ac acerrima cōtra dæmones, & peccata. Hinc post suscepta ornamenta uirtutum, & vestes chrismatū in primæ sanctificationis ideſt baptismi sacramento, quis dubitet militantibus, atq; pugnantibus necessaria esse robur, & refectionem: Robur, quo hostes uiriliter p̄focent, & eos grauiter, fortiterq; referiant. Deinde cibus, & refectio, quo non solum non deficiant uita, sed in spiritualibus quoq; pinguedine, ac interiori augmento, proficiant: sicq; post baptismum sequūtur, ac necessaria existunt duo hæc sacramenta, cōfirmatio, & eucharistia. Quòd si quis dixerit, quia in baptismo præstat gratiæ robur, spiritualisq; fortitudo, uirtutes, & dona, quale ergo robur datur in confirmationis sacramento, aut quid necessarium est huiusmodi sacramentum: Respondemus, quòd alia est fortitudo membrorum, alia neruorum, & cutis, alia quoque armorum. Cūmq; omnia arma uirtutum quas plenitudo sanctificationis seu baptismi requirit, quisquam acceperit, adhuc manet in eo membrorum debilitas, propter quam arma ei interdum sunt oneri, quemadmodum naturaliter iaculandis clypeus patientiæ frequenter est onerosus, unde, & facile eum abijciunt. Et contra se habet in mansuetis, qui in magnis ictibus aduersitatū ac tonsionibus persecutionum clypeū patientiæ tā fortiter tenet, vt aberis nec excuti facile queat nec euelli. Potest igitur dici, quod robur sacramenti cōfirmationis non est sicut robur armorū, sed ut roborantur sacramento illo ad portandum pondus armorum, ac cætera dura, quæ imminent. Rursus, per gratiā, ac uirtutes in baptismo susceptas, bene se habent in seipsis: Per robur uero gratiæ, quod in confirmatione suscipiunt, bene, & constanter, amicabiliter, ac strenuē se habent ad alios. Denique, ad tutē irascibili duo imminēt bella. Vnū opprobriū, aliud iniuriarum ab alijs aduersantibus propter, quod adiuuanda, & roboranda exstitit contra illa, & hoc factum est per sacramentum confirmationis. Adiutorium uero, & robur est impudentia tanta, & sancta procacitas, quarū altera confirmatus

Obiectio.

Respōsio.

Robur qđ in confirmatione confertur

non reputat, nec uereretur opprobriũ, sed esse, ac fieri cupit Dei cultorem, & sanctorum consortem. Per alteram vero paratus est confiteri Christum in quocunq; discrimine. Idcirco in fronte tanquã in sede pudoris, fit in signitio, atq; impressio sacramenti istius. Prætereà intētio confirmationis dicit comparationis sicut ius, quodcunq; seu hæreditas alicui dicitur confirmari, soletq; confirmatio talis literis aut verbis principis fieri, vt dum Papa aliusvè prælatus dicit electionem de tali persona factam, authoritate nostra confirmamus, & ita de sacramento confirmationis est intelligendum. Ius namq; cœlestis hæreditatis, ad quod baptizatus assumptus est diuina uocatione, ac baptismali sanctificatione, confirmatur eidem sacramento confirmationis, ac roboratur, quatenus firmiùs illud obtineat, immobiliùsq; possideat. Hæc Gulielmus Parrhisiensis episcopus.

¶Prætereà in quæstione proposita tria tanguntur. Primum an confirmatio sit sacramentum. Secũdò, an sit omnibus necessarium ad salutem. Tertiũ, an sacramentum hoc dignius sit baptismo.

Quæstiones tres partes.

¶Ad quorum primum Thomas respõdet: Actiones ordinat ad effectus aliquos proprios, & determinatos, recipiunt distinctionem secundum proportionem an suos effectus. Vnde si ad duos distinctos ordinentur effectus, erunt diuersæ duæ actiones: si autem ordinentur ad unum effectum, ita quòd disponat, vel impedimentum remoueat, alia ornet perfectum, tunc totum computatur pro vna integra actione, ut in operibus patet artificum. Cũque sacramenta secundum Dionysium diuinum, sint quædã hierarchiæ actiones ordinatæ ad quosdam salutis effectus: hinc dum plures sacramentales actiones ordinantur ad vnum, Vna, vt disponẽs impedimentumvè tollens, alia vt perficiens, aut alio quo modo ornans: tunc in illa, quæ causat principalem effectum, essentialiter consistit ratio sacramenti, Aliæ autem non dicuntur per se sacramenta, sed sacramentalia ut exorcismus, & cathechismus. Quando vero sunt plures actiones ordinatæ ad effectus omnino distinctos, tunc sunt sacramenta diuersa. Cumq; confirmatio habeat effectum p se distinctum ab effectu baptismi, non est ipsi baptismati sacramentale, sed sacramentum proprium speciale. De institutione autem sacramenti confirmationis, dictum est supra in quæstione de sacramẽtorum institutione. Quamuis etiam ministri ecclesiæ utantur materia sacramẽti istius, uidelicet chrismate in alijs sacramentis: quibusdam tamẽ, hoc sacramentum non consistit in materia tantum, sed & in forma uerborum, & actu, sicut, & sacramentum baptismi, quibus non utunt in alijs sacramentis, ideo est speciale sacramentum. Atuero, quia hoc sacramẽtũ, institutũ est ad gratiæ perfectionẽ, & stat' legis erat status imperfectiõis, iuxta illud Apostoli,

Aquas.

Hebræ. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex, Idcirco hoc sacramentum nõ habuit aliquid sibi correspondens in lege, quamuis aliquo modo sit figuratum in unctione pontificum, qua significata est unctio Christi, à quo hæc unctio deriuatur.

Necessitas triplex.

¶Ad secundam quæstionem respondẽs: Triplex est, inquit, necessitas: Vna absoluta, ut Deum esse. Alia coactionis, quæ est ex causa efficiẽte. Tertia ex suppositiõe finis. Et ista est duplex: Vna sine qua nõ potest accqri, sicut gloria nõ potest sine fide, & gratia adipisci; Alia sine qua finis nõ potest cõuenienter & expedite acquiri. Primis duobus modis nullũ sacramentũ est necessarium, sed tertio modo, & quædam secundum primum modum illius tertiæ necessitatis, ut baptismus, & pœnitentia post ruinam. Quædam uero penes secundum modum necessitatis illius ut confirmatio: quoniam sine ea non põt quis tam aptè, & bene adipisci salutem, sicut ea suscepta. In baptismo autem dicitur aliqua plenitudo gratiæ, quantum ad sufficientiam. In confirmatione uero ad copiam. Sciendũ quoq;, quod dupliter expellitur morbus peccati primò, quo ad culpã originalem in baptismo, & actualem in pœnitentia. Secundò, quo ad pœnam inclinantem ad culpam: sicque expellitur in confirmatione, & alijs sacramentis.

Quotupliciter unũ sacramẽtum dicitur dignius altero.

¶Ad tertiam vero respõdet: Quintupliciter unũ sacramẽtum dicitur dignius altero. Primò quoad rem sacramenti seu eius effectum: sicq; baptismus, qui delet omnem culpam, & omnem aufert pœnã, est maximum sacramentorum. Secundò, ratione, ptenti, & sic eucharistia, in qua Christus realiter cõtinetur, est sacramentorum dignissimum. Tertiò, quantum ad gradum dignitatis, in quo constituit hominem, & sic dignissimum sacramentum est ordo. Quartò, quantum ad ministrum, & ita confirmatio, ac etiam ordo sunt digniora, quia per solũ episcopum conferuntur. Quintò, quo ad significatum, & non contentum, & sic matrimonium est maximum. sacramentum, quia significat vnionem naturam in Christo, coniunctionem quoque Christi, & ecclesiæ. Si autem hæ dignitates comparentur ad inuicem, illa est maxima, quam sacramentum habet ex contento, quia essentialior est: ideo sacramentũ eucharistiæ est absolutè dignissimum, & ad ipsum cætera ordinantur. Dignitas quoq; in faciendo præualet dignitati in significando, & illa, quæ est effectiua boni, simpliciter præminet ei, quæ est ablatiua mali. Hinc loquendo simpliciter post eucharistiam nobilius sacramentum est ordo, per quem homo in gratia, & gradu ponitur dignitatis: & post hoc confirmatio, & per quam gratiæ confertur perfectio: deinde baptismus, per quem fit plena remissio culpæ, ac pœnæ: deinceps matrimonium, quod maximam habet significationem: pœnitentia vero, & extrema unctio, ponuntur inter baptismum, & matrimonium: quoniam ordinantur directè ad mali remotionem: quamuis in hoc pœnitentia habeat minorem efficaciam, quàm baptismus; quia ordinatur contra actualem culpam duntaxat, nec delet pœnam totaliter, & adhuc minor est extrema unctio, quæ contra peccati reliquias ordinantur. Denique cum confirmatio præsupponat baptismum, dupliciter comparantur ad inuicem. Primò, ut accipiatur confirmatio cum præsuppositione baptismi, & sic confirmatio nobilior est baptismo simpliciter, quemãdmodum esse substantiale perfectum per accidẽtalia simpliciter nobilius est ipse esse substantiali nudè, accepto. Secundò cum præsisiõe baptismi, & ita baptismus quodammodo existit nobilior, quantum ad maiorem efficaciam in tollendo malum. Hæc Tho. in Scripto.

Ordo dignitatis sacramentorum.

¶Porrò in tertia parte Summæ, quæst. 72. testatur: Qm sensibilia, & corporalia gerunt spiritualiũ, & intelligibilium similitudinem, idcirco ex his, quę in uita corporali specialiter aguntˇ, pcipere possumus qd in uita spirituali gratię speciale existat. In corporali autem uita specialis quędam manifesta pfectio est, quod homo ad perfectam ætatem perueniat: & perfectas hominis actiões efficere possit. Hinc post motum generationis est motus augmẽti, sic spiritu aliter post sacramentũ baptismi, qd est regeneratio spiritualis

spiritalis, est confirmatio, tanquam spiritale augmẽtum, & spiritualis uitæ corroboratio, propter quod ait Melchiades papa: Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero lapsu descendit, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam. In baptismo regeneramur ad uitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: In baptismo abluimur, post baptismum confirmamur. Hæc in Summa.

Melchiades.

Taranta. Richardˢ, ¶Concordat Petrus. & item Richardus, qui addit, q; sacramentum baptismi sit dignius confirmatione: quoniam illud sacramentũ est dignius, cuius maior est uirtus, præstantiorq; effectus. Maior autem est uirtus baptismi, & gratiam largitur maiorẽ. Per susceptionem namq; baptismi efficitur homo membrum Christi, & ciuis regni eius, vtpote militantis ecclesiæ. Reges autem ampliorem gratiã exhibent eis, super quos de nouo, regnare incipiunt. Baptismus, quoq; expressiùs representat mortem Christi, ex qua sacramenta suas efficacias sortiuntur. Baptismus etiam aufert totam culpam, & pœnam. Attamen sacramentum confirmationis secũdum quid, dignius est baptismo, quia à digniori datur ministro, puta episcopo, & nobiliorem habet materiam, videlicet chrisma, & hoc: quoniam, non est tãtæ necessitatis sicut baptismus. Hæc Richar.

¶In præinductis autẽ responsis Thomæ, sententialiter continẽtur scripta Alberti. Bonauẽturæ, Durandi, ac plurium aliorum de his.

Scotus. ¶Postremò ad clariorem intelligentiã prædictorum ualent, quæ Scotus hic scribit: Circa hanc, inquiens, distinctionem multa quæri possent proportionabiliter, quæ quæsita sunt de baptismo: sed præmitto quandam huius sacramenti rationẽ, ex qua patet multarum solutio quæstionũ, & suppono, q; relationis, quæ formaliter in isto est sacramento, fundamentum totale sit unctio determinata, concomitantibus multis alijs requisitis. Et potest assignari ratio talis. Sacramentum confirmationis est vnctio hominis uiatoris aliqualiter consentientis, vel non dum ratione utentis, facta in fronte in figura crucis, cũ chrismate sanctificato à ministro idoneo, cum intentione debita iniungente, certaq; uerba proferente, significans efficaciter ex institutione diuina unctionem per gratiam roborantem, ad confitendum cum fiducia fidem Christi. Ex quibus patet, quæ sit sacramenti huius materia, de qua tamen potest distingui, sicut supra de materia baptismi, quia proxima confirmationis materia est unctio facta in fronte &c. Materia autem remota est Chrisma compositũ ex oleo oliuæ, ac balsamo, sanctificatum à præsule, aut ab eo, cui potest sanctificatio illa cõmitti. Ex parte demũ ministri requirit facultas in faciendo actũ vtrumq; videlicet vnctionis, & prolationis, debita, quoq; intentio, quæ oía intelligenda sunt sicut supra expositum est de ministro in baptizando. Exterior uero unctio frontis, interiorem vnctionẽ significat mentis. Hæc Scotus qui de his plura scribit cõpendiosè, q̃ infra tãgent.

Sacramẽtũ confirmationis describit.

QVAESTIO II.

Contra ueritatem. SEcundò quæritur, *Utrum chrisma sanctificatũ sit confirmationis materia.* ¶In hac q̃stione unũ supponitur, quod sc3, sacramentum confirmatiõis habet materiã. Et uirtualiter duo quærũtur. Primũ, an materia eius sit chrisma. Secũdum, an oporteat illud esse sanctificatum. Videtur, q; nõ habeat materiã. Christus nãq; ǝfirmauit apostololos, qñ post resurrectionẽ insufflauit in eos, & dixit: Accipite spiritum sanctũ, nec usus est ibi chrismate. Apostoli, quoq; confirmabãt manus imponẽdo, nõ chrisma applicando, iuxta illiud Actuum: Tunc imponebãt, manus super illos, & accipiebant spiritum sanctũ. Item nec chrisma, nec oleũ oliuarũ sunt apud oẽs, nec ad baptismum necessaria est aqua consecrata: ergo, nec ad confirmationem huiusmodi chrisma.

Iohan. 20.

Actor 8.

¶Ad hæc Thomas respondet: Materia sacramenti dicitur res illa uisibilis, sub cuius tegumento diuina uirtus secretiùs operatur. Idcirco ad hoc necessaria est sacramenti materia, vt ad effectum, ad quem uirtus humana nullatenus attingit, nec operando, nec cooperando, diuina uirtus in re uisibili operans perducat. Hinc in pœnitentia, & matrimonio, quorum effectus aliquo modo dependent ex operatione humana, puta dolore contritionis de peccato, & consensu in copulam coniugalem, non requiritur talis materia. Cumq; effectus confirmationis (qui est plenitudo spiritus sancti, seu gratia eius ad robur) sit penitus ab extrinseco, non per aliquam operationem humanam, certum est, quòd in sacramento confirmationis requiratur materia. Porrò plenitudo spiritus sancti non erat danda ante Christi resurrectionem, & ascensionem, iuxta illud Iohannis: Spiritus nondum erat datus, quia nõ dum erat Iesus glorificatus. Ideo secundum unam opinionem ea, quæ ad confirmationis pertinent sacramentum, non fuerunt ante Christi ascensionẽ instituenda: sed aliquo modo præfiguratũ fuit hoc sacramentum in impositione manuum Christi super paruulos: quamuis illa impositio manũ magis possit referri ad impositionem manuũ super catechumenos, nec refert an dominus p seipsum instituit istud, an apostoli ex eius præcepto. Secundam aliã opinionem Christus personaliter materiam sacramenti huius instituit, sicut, & aduentum spiritus sancti promisit apostolis: tamen commisit denunciandum, quando vsus sacramenti huius competebat, videlicet post plenam spiritus sancti missionẽ. Denique apostoli non confirmabant sine materia, nisi forte, quando præter legem communem visibilibus signis spiritus sanctus descendit super eos, quibus apostoli manum imposuerũt. Tunc namq; uisibilis apparitio illa, suppleuit locũ corporei elementi. Quod uerò aliquando materia vtebantur, patet per diuinum Dionysium quarto capitulo ecclesiasticæ, hierarchiæ, dicentem. Et quædam diuinissima operatio, quã duces nostri, id est, apostoli, chrismatis hostiã vocãt p hostiã cõiter ielligẽs oẽm ritum sacramẽti. Hoc quoq; sciendũ, quòd sicut sacramentũ baptismi incepit in Christi baptismo, sic sacramentũ confirmationis in aduentu spiritus sancti super apostolos. Cumq; principia rerũ debeant esse notissima, ideo ut robiq; spiritus sanctus, euidẽter apparuit in baptismo in forma columbæ, in cõfirmatione apostolorum in igneis linguis: ideo nõ oportuit ibi esse materiam aliam, in qua spiritus sanctus secretiùs operaretur. Sequitur responsio ad secundum.

Ratio ad primum quæstiõis. Materia sacramenti quod dicatur. Sacramento materia necessaria. Thomas

S. Dionys. Opiniones duæ. Mar. 10. Confirmationis sacramentũ incepit.

¶Insuper sacramentũ hoc sumpsit initium in aduentu spiritus sancti in discipulos, qui quamuis iã ante habuerunt spiritum sanctum in munere gratiæ, ad exercendum pertinentia ad particulares eorũ p sonas: tamen in die pẽtecostes acceperunt spiritũ sanctum in munere gratiæ, quo perficiebant ad promulgationem fidei Christi ad aliorum salutẽ. Hinc apparuit spiritus sanctus sup eos in igneis, linguis, loco quarum nil aptius esse potuit pro materia cõfirmatiõis, quàm chrisma, id est, oleum balsamarũ: quoniam oleum lucet, & nutrimentũ est ignis. Lin-

Respõsio ad 2dm.

Oleum, & balsamū quid signi ficet.

guæ vero balsamum competit, per significationē: quoniam sicut balsamum est dulcis odoris, ita per linguæ confessionem, ac prædicationem odor bonus notitiæ Dei vbiq; diffusus est. Itaq; sicut uisibilis apparitio spiritus sancti fuit in igne figuram linguæ habente, ita materia confirmationis est oleum balsamatum, vt oleum pertineat ad conscientiæ puritatem, quàm oportet nitidam esse, & balsamum ad bonæ famæ fragrantiam, quibus oportet ornari fidei confessores. Oleum autem, & balsamū possunt ubique haberi per deportationem, aut germinationem. Proprietates quoq; olei in oleo oliuæ perfectiùs reperiuntur, & ipsa oliua iugi suo uiore aliquid confert ad significationem mysterij. Significatur item unctione hac confirmationis spiritalis vnctio hominis Christi, quod tanquam summus sacerdos, & rex perpetuus vnctus est a patre oleo lætitiæ præ consortibus suis. Vnde & a chrisma te dicitur Christus, quasi chrismate unctus, & a Christo christianus, propter quod etiam beatus Dionysius etiam per Chrisma Christum significari fatetur: Consequenter respondet ad tertium. Materia sacramenti est quasi instrumentum sanctificationis: imo materia sacramenti est instrumentum principalis agentis, atque ministri. Quolibet autem sacramentum determinat sibi principale agēs, quantum ad necessitatem sacramenti, quia efficaciam nullam habet, nisi ex auctoritate Dei, & merito Christi: sed non quodlibet sacramenium determinat sibi minister, quantum ad necessitatem sacramenti: sed quandoque solum, quantum ad solennitatem, sicut baptismus, ideo ut materia huius sacramenti correspondeat tam principali agenti, quàm ministro, illa sacramenta, quæ sibi ministrum determinant, sanctificatam materiam exigunt, quatenus dispensatio sacramenti ostendatur a ministris ecclesiæ descendere: Sacramentum autē, quod non determinat sibi ministrum, nisi quantū ad solennitatem, non habet sanctificatam materiā, nisi quantum ad solennitatē, in cuius materia chrisma etiam effunditur in crucis figura. Cumque sacramentum confirmationis determinet sibi ministrum, videlicet præsulem, idcirco materiam requirit sanctificatam a suo ministro episcopo.

Psal. 44.

S. Diony. Ad tertiū Respōsio.

Obiectio. ¶Sed obiici potest, quia (secundum Augustinum) accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentū, si ergo oportet materiam confirmationis sanctificari priùs aliquibus uerbis, tunc ipsum chrisma p se esset quoddam sacramentum, & nō materia, seu pars sacramenti istius. Rursus sanctificatio non est iteranda circa idem, sed per formam sacramēti sanctificatur materia, vt patet in baptismo, cuius materia est aqua verbo uitæ sanctificata, quod verbū supra distinctione tertia dixit Magister esse formā baptismi, ergo ante prolationem formæ sacramentalis nō debet aliqua sanctificatio circa cōfirmatiōis materiā adhiberi. ¶Et respondēdū ad primū, q̄ aliqui dicūt ipsum chrisma esse sacramentū confirmationis, quod falsum apparet esse ex hoc, quòd usus chrismatis in pluribus est, quàm sacramentum cōfirmationis, quia & baptizatus chrismate in fronte linitur, Pontifex quoq; in capite iniūgitur chrismate. Hinc sacramentum confirmationis non est chrisma, sed linitio chrismatis sub forma præscripta uerborum. Illa vero uocalis benedictio chrismatis non est forma sacramenti, sed magis quædam benedictio sacramentalis, sicut benedictio aquæ siue altaris. ¶Ad secundum, quod sicut instrumentum instrumentalem uirtutem requirit dupliciter.

Alia obiectio.

Ad primā responsio

Adsecundam.

Primò, dum formam accipit instrumenti. Secundò dum mouetur a principali agente, sic sacramenti materia sanctificatione indiget duplici. Vna, qua fit propria materia sacramenti. Alia, quando applicatur ad effectum, qui per formam fit sacramenti, idcirco non fit iniuria sanctificationi sacramenti, si duplex sanctificatio in talibus adhibetur. Hæc Thomas in Scripto.

¶Porro in tertia parte quæstione septuagesima secunda. Christus, inquit, ex potestate excellentiæ, quam habuit in sacramentis, contulit apostolis rē huius sacramenti, id est, plenitudinem gratiæ spiritus sancti ad robur, sine sacramento in die pentecostes: aliquid tamen conforme tunc ibi apparuit, scilicet ignis, & linguæ, sicut expositum est. Hoc quoque sciendum, quòd illa sacramenta, quibus Christus personaliter vsus est, vt baptismus, & eucharistia, non requirunt de necessitate materiam sanctificatam, imo pro tali præuia sanctificatione sufficit illorū materijs, quòd Christus vsus est eis, sicut suo sanctissimi corporis tactu contulit aquis uim regeneratiuam, uisibilibus autē unctionibus Christus non est vsus, ne derogaretur suæ inuisibili vnctioni, idcirco tam chrisma, quam oleum sanctum, ac oleum infirmorum priùs benedicuntur, anteq̄ quàm ad usum sacramentorū adhibeantur. Hæc in Summa, quibus aliorum scripta cōmuniter consonant.

Obiectio Durandi.

¶Veruntamen uerbo huic Thomæ, dicentis, qđ Christus non est vsus uisibilibus unctionibus, &c. obijcit frater Durandus, quod in Euangelio scriptum sit, quòd Maria unxit pedes Iesu. Et rursus, quòd effudit oleum super caput ipsius. Verum istæ obiectiones inutiles sunt, cum sanctus doctor de unctionibus uisibilibus sacramentalibus id loquat. ¶De institutione, quoq; huius sacramenti dictum est supra.

Iohan. 12. Matth. 26.

Bonauentura opinio.

¶Bonauentura autē hic scribit, quòd nec a Christo, nec a sanctis apostolis, sed ab eorum successoribus ecclesiarum rectoribus, sanctis episcopis, dictante, ac inspirante, spiritu sancto, institutum est sacramētum hoc, sic quod apostoli, nec formā, neque materiam huius sacramenti dispensauerunt, quod præinductis supra de institutione sacramentorum euangelicæ legis, non satis concordare uidetur.

Improbatio opinionis Bonauenturę

¶Denique sicut tangit Albertus, possent hic multa quæri de sacramento confirmationis, prout supra quæsita sunt de sacramento baptismatis, videlicet an oportet ministrum huius sacramēti esse virtuosum, & uerè catholicum, & rectam intentionē habentem &c. ad quæ ex præhabitis de baptismo patet responsio. ¶In prædictis ēt sententialiter cōtinetur, quæ Bonauentura in Breuiloquio de hoc asserit sacramento. ¶Conformiter ea, quę Thomas scribit de eo in Summa contra Gentiles, volumine quarto.

Scotus.

Obiectio

¶Præterea de institutione sacramenti huius rationabiliter scribit Scotus, & conformiter ad prædicta: Si obijciatur, inquiens, quod Christus non instituit hoc sacramentū, dicendū, qđ Chr̄s nō alligauit suā potentiā sacramētis. Iō tā in terris, q̄ in cęlis post ascēsionē existes, potuit cōfirmare apostolos sine tali materia, taliq; forma. Cū apostolis quoq; in primitiua ecclesia potuit dispensare, maximè q̄a in cōfirmatione, quā conferebāt, erant aliqua sensibilia signa, vt descensus spiritus sāncti super cōfirmatos, & donū linguarū. Cessātib⁹ aūt miraculis talib⁹, ministri debuerūt pfatas materiā, & formā cōfirmatōis seruare. Supponit ēm eas institutas esse a Deo quamuis

uis tempus, & modus huius institutionis in scriptura non legatur, forsitan, quia historigraphi scripturam siue historiam usq; ad illud tempus non perduxerunt: non enim perduxerunt vltra tēpus Apostolorū. Toto aūt tēpore apostolorum forsitan mā sit donum linguarum in sacramento confirmationis. Nec est improbabile, multa esse tradita authenticè à Christo per apostolos, quæ in scriptura non legimus, vt loquitur Damascenus libro quarto capitulo quarto, loquens de adoratione imaginum. Hæc Scotus.

Multa ab apost. tradita non scripta.

Argent.

¶Postremo præhabitis consonat Argentinensis, & addit, quod habens, plenam opportunitatem suscipiendi hoc sacramentum, nec illud suscipiēs ante mortem, peccat mortaliter: quoniam despicit sacramentum, cum in Decreto de consecratione dicatur: Omnes fideles, per impositionē manus episcoporum, post baptismum susciperе debent spūm sanctum, vt pleni Christiani inueniantur. Durādus demum testatur: Sacramentum confirmationis in casu necessarium est, quando uidelicet imminet p̄ sequutor, coram quo fides est confitenda, habeturque copia. Nempe in tali casu effectus sacramenti huius necessariùs est, ergo, & causa ipsius, scilicet confirmatio. Vnde qui in tali casu renueret confirmationem accipere, peccaret mortaliter. Propter, quod dicit Melchiades papa: Quāuis cōtinuò, tran sfituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris: tamen necessaria sunt confirmationis auxilia.

Durādus.

Rēnuens confirmatōis sacramentū suscipere.

Melchia.

QVAESTIO III.

Contra ueritatem

TErtio quæritur, *Utrum forma sacramenti confirmationis cōueniēter in textu ponatur, videlicet: Cōsigno te signo crucis, cōfirmo te carismate salutis, in nomine patris, & fili, & spiritus sancti.* ¶Videē quòd non, quia hæ forma nullibi reperitur in scriptura canonica. Itē, forma sacramētalis sacramēto rum nouæ legis non solum est significatiua, sed ēt effectiua: ergo cū effectus sacramenti istius sit unus & simplex, nō videtur in forma eius utēdū duob⁹, his verbis, cōsigno, & cōfirmo, sed uno duntaxat.

Respōsio. Bonauen.

¶Ad hoc Bonauentura respondet: forma illa ita picta, est de necessitate sacramēti istius. Datur ēm in hoc sacramento gratia ad robur fidei, quantū ad confirmationem in corde, & quantum ad liberam confessionem in ore. Cumq; difficillimū, & arduissimum fuerit, Christum crucifixum confiteri, tum propter opprobrium, iuxta illud Apostoli: Prædicamus Christum, Iudæis quidem scandalum gentibus autem stultitiam: tum propter periculū, quoniam, a persequutoribus occidebantur, qui Christum confitebantur: hinc decuit duplicē actū in forma confirmationis poni, & exprimi: Vnum, qui respicit liberam crucifixi confessionē quasi eā semper ferret in fronte: alterum, qui respicit cordis stabilitionem. Ad primum actum pertinet illud, configno te signo crucis. Ad secundum, confirmo te &c. Ex quibus cōstat, cur in forma confirmationis specialiter mentio fit de cruce: quia hoc confiteri arduissimū est, & ignominiosum videtur. De materia quoq; fit mentio in hac forma: quia est cōsecrata, vel vt alij dicunt, propter præcipuam huius efficaciā sacramenti, & gratiam spiritualem, ac singularem, quæ dat̄ in eo ad pugnā. Hæc Bonauētura ī Scripto. Porrò in Breuiloquio: Quēadmodū, inquit verbū incarnatum in corde patris æternaliter est conceptum, temporaliterq; ac sensibiliter in carne apparuit: sic neminem saluat, nisi ipsum concipiat corde per fidem, & ore confiteatur tpe opportuno per cōfessionem veridicā plenam non solum speculatiuā, nudam, informem, sed etiam practicam, intrepidam, amorosam, constantem, ut nec pudore, nec timore omittat dicere veritatē. Cūque timor, ac pudor appareāt præsertim in facie, idcirco ad omnem erubescentiam, formitudinemq; huiusmodi, propulsandam.

Ambro.

Thomas.

¶Insuper super his loquitur Thomas: Ministri sacramentorum operātur in sacramentis, benedicendo, & sanctificando, ac administrādo, quod sub certa forma verborum fieri oportebat. Aliqui verò dicunt Christum confirmasse, quādo paruulis manū imposuit, sed illa impositio manus nō fuit sacramētum cōfirmationis, quam non decuit ante missionē paracleti exhiberi sed, vel erat signum confirmationis futuræ, vel talis, qualis fit in catechismo, & exorcismo, vt dictū est supra. Alij quoq; dicūt, quod apostoli propter eorū auctoritatem, & dignitatem confirmabāt, sine forma, atq; materia per solā manuum impositionem, quod nō uidetur: quoniā nō habebant excellētiæ potestatem in sacramentis. Id circo dicendum, quòd aliqua forma utebanē, quam uis nō sit scriptum. Multa namq; seruabāt apostoli circa sacramenta, quæ nō uolebant diuulgari propter gentilium irrisionē uitandā, vt patet per illud Apostoli, ad Corinthios: Cætera cū venero, disponam, & loquitur de celebratiōe sacramenti altaris Et hoc est, quod etiam diuinus Dionysius in fine ecclesiasticę recitat hierarchiæ: Consummatiuas inuocationes, id est, verba, quibus perficiuntur sacramēta, nō est iustū scriptas ex occulto in cōe adducere sed; vt nr̄a sacra habet traditio, occultè ea docere Ex quibus verbis tria eliciuntur. Primò quod apostoli in sacramentis vtebanē certa forma uerborū, cum, & ipse in eodē libro testetur, qđ tradidit ritū sacramentorum, sicut apostoli docuerunt. Secundò, quod in occulto tradebantur sacramentalia in initiua ecclesia. Tertiò, quod in verbis formarū sacramentorū est aliqua uirtus, quod quidam negāt. In forma demū sacramenti istius nō est apud omes mera identitas, cū aliqui dicant, chrismate sanctificatiōis. sed hoc tolerabile est, dū sensus redit in idē, & substantia formæ manet. Prætacta autem forma conueniens est. Nā sicut diffinitio perfecta indicat totum esse rei, ita per formam sacramēti innotescere debet totum, quod spectat ad sacramentū, Sacramentum aūt ad finem aliquem ordinatur, & a qūa dam principali causa efficaciam sortitur. Hinc tria in forma huius sacramenti ponunē, quorum primū pertinet ad finem suæ institutionis, qui est cōfessio fidei christianæ, cuius summa in Christi passione consistit, cuius etiam fides præcipuam habet difficultatē, ad qđ pertinet, qđ dicitur: Cōsigno te signo crucis, ne de cruce Christi erubescat, sed publicè confiteatur. Secundò ponitur ipse actus sacramentalis cum sua materia, & effectu: sicq; tangitur in hac forma id, quod est sacramentum, cum dicitur chrismate: & id, quod est res, & sacramentum, cū dicitur confirmo. i. sacramentum confirmans exhibeo: id quoq;, quod est res tantum, cum subditur, salutis. Causa quoq; principalis, cū additur, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Cōgnatio aūt quæ ponitur in hac forma, non refert ad interiorē configurationem characteris, sed ad exteriorem signationem crucis in fronte, chrismatis linitione, propter confessionem fidei crucis, & talis cōsignatio nō fit in baptismo, quoniā baptizatus in baptismo nō cōsecrat̄ ad aliquid speciale, sed vniuersaliter ad vitam spiritualem. Cōsignatio aūt importat

Thomas.

Archana quædam ab apost. seruata.

1 Cor. 11.

Nota.

quandam ascriptionem ad aliquod speciale, Hæc in Scripto. Eadē scribit in tertia parte, q̄stione 72.

¶ Cōcordant Petrus, Richardus, alijq; communiter: Richardus tamen hic addit aliquid de forma sacramenti istius, quod propriè sit quid resultans ex intentionali unione. i. ex vnione materiæ, & præfatæ formæ huius sacramenti, facta per intentionem ministri, qui connectit vtrūq; , & refert ad eundem actum sacramentalem. Et videtur consideratio ista procedere ex similitudine in naturalibus, in quibus ponitur forma patris, & forma totius resultās ex essentialium partium unione.

¶ Albertus item de his scribit diffusè, cuius scripta dictis ex Thoma concordant, & addit. Sacramētum hoc est & valet contra debilitatē ex fomite consurgentem, eo q̄ non totus purgatur in baptismo, sed manet debilitatus ad exercitium pugnæ. Maior verò difficultas est in cōfessione Christi, & crucis eius eo modo, quo confitendus est etiam in aduersis, & coram persequutore ex cordis deuotione, ore & opere. Idcirco ad hoc necessaria est cōfirmatio ista, & puto, q̄ apostoli sine prolatione formarū nunq̄ cōfirmauerūt. Et instituta est forma à Christo, atq; apostolis tradita. Oportet aūt dupli cē actū habere in confirmādo. Vnū, q̄ sit initiatiuus & demōstratiu⁹ ei⁹ ad qđ cōfirmatio principaliter est & tendit. Et alterū, q̄ exprimat operationē ꝓpriā sacramenti. Iccirco præmittitur per modum insinuationis. Cōsigno te signo crucis, & sequitur, cōfirmo te. Et primū est propter interiorem difficultatem credendi, secundū, p̄p difficultatē exteriorē in confitendo modo prætacto. Hæc Albertus.

¶ Cōcordat Antisiodorensis, quid addit: Primò fit q̄dā iniunctio in baptismo, deinde specialior in cōfirmatione. In cuius significationē Chr̄s bis dedit spūm sc̄tm. Et Dauid primo unctus est in domo patris sui, secūdo in Ebron sup duas tribus. Vnctus est quoq; ibidē tertiò super Israel uniuersum, p q̄ ꝓfigurata est unctio gloriæ in futuro, qua data, perfectè dominabimur hostibus cunctis. Si autem dictis obijciatur, quia sacramentum eucharistiæ sufficiens est ad confirmationem, ergo istud superfluit Respondemus, q̄ sacramentū eucharistię quibusdā est panis, quibusdā lac. Est enim lac is, qui in humanis virtutibus Christum imitantur, quos non confirmat sufficienter ex indispositione eorum. Grandibus verò est panis, qui Christum nō solum in humanis, sed in diuinis, quoq; sectantur virtutibus. Sacramentum verò confirmationis ad hoc est, qđ confirmat tam paruulos, quàm grandæuos. Iccirco non superfluit confirmationis sacramentū. Hæc Antisiodorensis in summa libro quarto.

Dicendū, quòd antiquis temporibus nōdū fuit tēpus sacramenti istius, qđ est sacramentū plenitudinis gratiæ, sicut iam patuit. Nondū etiā habuerunt ducē belli, qm̄ Chr̄s aduersariū potestatū, vitiorū que expugnator, nondū fuerat missus, cuius dominationi, ac exercitui per characteris impressionem conscribentur. Præterea si quæratur, quē ordinem habeat character confirmationis ad characterē ordinis, ac baptismi: Dicendum, quòd ad characterē baptismi habet ordinem necessitatis, qm̄ confirmari non potest nisi baptizatus, cum baptismus sit cæterorum sacramentorum fundamentum, ac ianua. Ad characterem verò ordinis ordinantiā, seu habitudinem ordinatam habet congruentiæ, non necessitatis, quia non confirmatum ordinari non decet, nec cōgruit. Nēpe qui ordinantur ad dispensandū alijs sacramenta, firmus, & gratia plenus debet consistere: tñ si non confirmatus ordinetur, recipit sacramentum, cum nec effectus sacramentorum depēdeat à ministris. Hæc Albertus de primo. De alio aūt, an scilicet confirmatio gratiā cōferat, quærit tria. Primum, an conferat gratiā loquendo in generali. Secundò, an gratia illa sit gratia gratis data, an grātum faciens. Tertiū, an sit distincta a gratia aliorū sacramentorum. Ad primū respondet, vt patuit supra, gratia sacramentorum realiter differt a gratia uirtutum, atq; donorum, nec una habita habet mox alia. Sacramentum autem confirmationis dat gratiam contra debilitatem relictam ex fomite deprimente. baptizatus ergo habēs gratiam sacramētalem, quæ in baptismo confertur, adhuc est in potentia ad gratiā quæ in confirmatione donatur, q̄ gratiæ differunt specie sicut, & sacramenta: conueniunt tñ in hoc, quod utraq; subiectū suū facit Deo acceptum, & opus gratum, & expeditas reddūt uirtutes ad operandum. Differunt aūt, quia diuersorū morborū sunt curatiue, vt supra ostensum est Qui aūt gratiam gratum facientē habet, recipiēdo gratiam sacramentorū, non recipit gratificationē suæ personæ, nec operis sui: quia iam ante habuit ista: sed recipit gratiam sacramentalem differentē quātum ad morbi curationem. Hinc ad secundum dicendum, quòd gratia, quæ in confirmatione præstatur, est gratum efficiens; cum detur cōtra peccatū, & ordinetur directè ad salutem. Vna quoq; gratia baptismalis differt ab alia, & vnaquæque proprios habet actus. Vnde, & si conueniant genere in hoc quod est gratificare; specie tamē distinguuntur in huiusmodi actu, secundum quod unus in pluribus est Deo acceptus q̄ alter; & alio mō Hæc Albertus.

¶ Quibus cōcordat Thomas. Idcirco vt hæc clariùs intelligantur, dicta ipsius Thomæ his annectētur, quæ ad quæstionem de impressione characteris in confirmatione respondet. Character est signū distinctiuum, quo quis ab alijs distinguitur ad spirituale aliquid deputat⁹. Ad spirituale verò potest quis tripliciter deputari. Primò, ut in se spiritualia participet siue recipiat, qđ fit in baptismo: qm̄ baptizatus potest esse particeps oīs spiritualis receptionis. Secundò, vt spū alia in aliorū cognitionē perducat per fortē Christi confessionem, ad quod deputatur homo in cōfirmatione, propter quod tē pore persequutionis aliqui eligebantur ad manendum in loco persequutionis, ad confitendum publicè nomen Christi, alijs occultè credentibus, ut patet in legenda S. Sebastiani. Tertia, vt spiritualia alijs tradat, ad quod homo per sacramentum ordinis deputatur. Ideo sicut in baptismo, & ordine sic in confirmatione character imprimitur.

¶ Præterea differunt characteres isti ab inuicē essentialiter. Quælibet nāq; potentia ex propria rōne importat ordinē ad aliquid, iccirco oportet oēm potentiā esse proportionatam actui, ad quē ordinatur. Nam proprius actus non fit nisi in propria potētia ꝑm Philosophū secundo de aīa. Hinc oportet distingui potentias per actuum distinctiones, ad quos ordinantur, siue sint potentiæ actiuæ, siue passiuæ. Cūq; character sit spiritualis potestas, & character confirmationis ordinetur ad alios actus, q̄ alij duo characteres, patet, quòd distinctus sit ab illis. Presupponit autem character confirmationis characterē baptismi. Nihil enim potest participare actionē, aut proprietatem alicuius nature, nisi priùs subsistat in illa natura. Cumq; per baptismum tanq̄ per spiritalē regenerationem hō acquirat subsistentiam in uita spirituali christianæ religionis, non pōt non baptizatus aliquid eorum, q̄ ad hanc spiritualē pertinent uitam, participare: ergo nec baptismi characterem. Et hanc rationem assignat beatus Dionysius secundo ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo, dicens: Nihil diuinitus traditum operari potest non regeneratus per baptismum, quod intelligendum est ita, quòd sibi hoc competat ex officio. Alioquin etiā multi nō baptizati facti sunt martyres gloriosi, & sanctè uixerunt, solo desiderio baptizati: ¶ Insuper gratia gratumfacies in confirmatione donatur. In quolibet etenim sacramento est sanctificatio aliqua. Verum q̄dā sanctificatio talis communis est omnibus sacramentis, ut emundatio à peccato, reliquisq; peccati. Quædā verò sanctificatio talis specialis ē sacris, characterem imprimentibus, ut deputatio ad aliquid sacrum. Vtraq; quoq; sanctificatio gratiā gratū facientem requirit. Quod enim directè contrariatur peccato, est gratia. Contraria autem contrarijs curantur. Hinc idē remediū adhiberi nequit contra peccatum, & eius reliquias seu sequelas, nisi per gratiam gratū faciētem: ideo in oī sacro gratia gratum faciens datur. Consimiliter accessus ad sacra non licet immundis, nec à immunditia quis purgatur nisi gr̄am, nec aliter effici pōt idoneus ad sacra administranda, uel percipienda. Cumq; confirmatio sit legis euangelicæ sacramentum, ex duplici parte necessarium est, ut gratiā gratumfaciente consequatur. Veruntū in baptismo non datur gratia gratumfaciens distincta a gr̄a gratumfaciente, quę inerat baptizato Baptismus enim est sarum necessitatis, ideo gratia, q̄ confertur in eo, ordinat in cōmunē statū salutis, non in aliquē specialē effectū. Confirmatio autē nō est necessitatis sacrum, & gratia eius ad specialem ordinatur effectum. Hinc gratia, quæ cōfertur in ea, additur gratiæ, quæ perficit in statu uitæ communi, Præterea, sicut dictum est distinctione secunda, Sacramētales gratiæ abinuicem distinguntur secundū distinctiones actuum, atq; effectuū, ad quos ordinātur, quemadmodū, & virtutes, q̄uis gratiarum illarū distinctio non ita appareat, sicut uirtutū distinctio: quin earum effectus, & actus non sunt tam manifesti ut actus uirtutum. In uirtutibus autē moralibus cernimus, quòd ubi est specialis difficultas, ibi & specialis est uirtus, Cumq; gratia confirmationis ordinetur ad difficillimos actus, ut est Christum cōstanter confiteri, contra persequutores consistere, ideo differt a gratia baptismali, quæ perficit in pertinentibus ad salutem in statu communi. Hæc Thomas in Scripto, quæ procedunt secundum eius opinionem, qua posuit gratiam sacramentalem differre a gratia uirtutum, & donorum gratiam quoque sacramentalē unius, sacramenti, a gr̄a sacramentali alterius, ꝑut hoc infra magis patebit, cuius opinionis oppositum multi tenent doctores, quos in hoc supra distinctione secunda sequutus sum. Vñ, q̄ hic dicuntur, ex dictis ibidem clariùs patent. Petrus quoq; sicut supra, sic, & hic consentit positioni contrariæ dictis B. Tho. dicens has gr̄as differre non essentialiter, sed penes diuersos effectus, & efficiētias, uarias, sicut essentialiter idē est radius liquefaciēs, & indurans, & idem calor effectus multiplices, ac contrarias habēs. Idē per omnia tenet Richardus.

¶ Argentinēsis quoq; tuetur hoc ipsum, atq; alterius opinionis tangit motiua, dicendo: Virtutes, & dona realiter diuersificantur, ac differunt, ergo, & gratiæ diuersorum sacramentorum. Præterea, sicut morbi distinguuntur, ita, & medicinæ, sed gratię sacramentales contra diuersos morbos dantur, & ordinantur: Rursus, gratia baptismi prior est tempore gratia confirmationis, ergo non sunt realiter idē. Iterum, nisi sic, frustra confirmarentur baptizati, qa de nouo nil gratiæ ex confirmatione consequerentur. Ampliùs, diuersificatis causis, & signis, diuersificantur effectus, & signata. Sacramēta aūt sunt signa, & causæ gratiæ, ergo in diuersis sacramentis diuersæ gratiæ conferuntur. Sed ad hęc respondetur, dicendo, quòd non est simile: qm̄ gratia est sicut radix ramificans in diuersos uirtutum, donorūq; habitus & ipsa ponit animam in esse spirituali diuino, ideo permanet una, sicut unius nō est nisi unum esse. Ad secundum, quod eadem medicina diuersimodè applicata, potest diuersos morbos curare. Ad tertium, quod idem secundum esse suum imperfectum est priùs seipso secundum esse perfectum, sicut dispositio prior est habitu: a quo tamen non differt realiter, sic in eodem supposito puer prior est uiro. Ad quartum, quod in sacramento confirmationis præcedēs gratia baptismalis perficitur, & augetur, nisi obex ex parte confirmati ponatur. Ad quintum, quòd eadem causa est plurium causa, & idem potest multa significare, nec oportet tantam esse diuersitatem in causis sicut in causatis, sicut iam patuit de radio, & calore. Dato etiam, quòd causæ, & signa distinguātur secundum rationē, atq; formaliter respectu causatorum, ac signatorum: non tamen oportet ut realiter diuersificentur: sed, & idem causatum potest plures causas habere, & idem signatum plura signa, cum eiusdem sint quatuor causę, & eucharistiæ signa sint plurima. Itaq; sicut eadem est gratia præueniens, & gratia subsequens, sic eadem est gratia baptismi, & confirmationis quemadmodum etiam eadem est charitas baptizati, & confirmati, sic vtriusque eadem est gratia. Etenim sicut charitas facit charum, sic gratia gratum. Hæc Argentinensis. Opinio demum Durandi, & Scoti de his, patuit supra.

¶ Postremò Bonauentura quoque huic positioni consentiens: Confirmatio, inquit, dat gratiam gratumfacientem, ut Rabanus, Hugo, & Magister in litera protestantur. Sed aduertendum, quòd gratia gratumfaciens dupliciter dicitur. Primò quasi de non grato faciens gratum, ut in pœnitentia, & baptismo in quibus peccator iustificatur, gratiam recipiendo de nouo. Secò, quasi iā gratū magis gratūfaciēdo, & talis est gratia confirmationis, quę gr̄am ante acceptam ampliat, & cōfirmat. Quamuis ergo baptizatus habeat gratiam gratumfacientem, non tamen ad illum effectum, nec in illo statu, in quo habet eam post confirmationem. Hinc gratia confirmationis, quamuis directè dicatur esse ꝓ pœnā, est tñ ex consequenti, & ꝓ culpam. Est autem contra pusillanimitatem, & timorem humanum. Deniq; q

Opinio quorundā pulchrior & verior.

QVAESTIO IIII.

QVartò quæritur *De effectu confirmationis, an scilicet characterem imprimat, & gratiā largiatur*; Et nunc patet ex introductis quod imo, & qđ character est sacramentum, & res: quia est signum gratiæ, quæ est res tantū, & est res seu signatū, atq; effectus exterioris unctionis, seu confirmationis.

¶ Itaq; sup his scribit Albertus: Tria sacramēta characterē imprimunt, iō reiterari nō queūt, uidelicet cōfirmatio, ordo, baptismus, vt dictum est ꝛpe. Et si obijciatur, quòd etiam in lege naturæ, & legē scripta hominibus erant impugnationes, ac prælia cōtra aciē uitiorum, ac dæmonum, & tamen tūc nullum fuit sacramentum characterem imprimens, ergo nec modo.

dam dixerunt, ꝙ gratia baptismi, & gratia confirmationis essentialiter differunt, sicut virtutes, & dona: quoniam in baptismo datur gratia, quæ influens in potentias facit uirtutes. In confirmatione uerò præstatur gratia, quæ influens in potentias, facit dona. In ordine autem gratia condonatur, quę influens in potentias, facit beatitudines, q̃ positio, etsi pulchra videatur: à ueritate tamen est aliena. In sacramentis namq; non est connexio quemadmodum in uirtutibus, & in donis. Alij dicunt, ꝙ gratiæ illę essentialiter manent diuersæ, ac differentes subiecto ita, ꝙ nec vna perficiat aliam. nisi per accidens, inquantum perficit subiectum. Tertij dicunt, ꝙ quantum ad fundamentum, habitumve substratum, una realiter sit gratia gratumfaciens, sed secundum diuersa sacramenta uarios sortitur effectus, & propter diuersitatem effectuum diuersæ gratiæ appellantur. Hęc Bonauentura.

Opinio.

Opinio.

Dion. nſ.

¶Ex quibus satisfieri potest dictis sanctorum, qui dicunt in sacramentis diuersas gratias condonari. Frequenter enim gratia sumitur pro quocunque dono seu munere gratuito, aut supernaturali habituali seu actuali, secundum quod dicimus, ꝙ compunctio, seu lachrymarum copia est gratia magna. Itaque ponere tantam pluralitatem gratiæ gratũfacientis, siue tot gratias gratumfacientes simul in eodem subiecto sine necessitate, non vr conueniens, cum aliter oia illa rationabiliter possint saluari. Vñ, esse eandem re cum tum affirmat gratiam baptismi & Antisiodorensis in Summa sua huic concordat sentẽtiæ, imò in tan gratia confirmationis, ꝙ & utri usq; sacramenti characterem asserit esse numero cto, quod tamen præinductis non consonat, nec unum in eodem subiectenetur.

QVAESTIO V.

QVintò quæritur, *De ministris confirmationis an a solis detur episcopis.* ¶Videtur, quòd non, quoni amdignissimum sacramentum euchariſtiæ datur à simplici sacerdote, ergo plùs istud, quod illo inferius est. Item laicus potest in necessitatis articulo baptizare, ergo, & simplex sacerdos confirmare, cum dignitas pontificalis minus excedat sacerdotalem, quam sacerdotalis statum uulgarem seu laicalem.

Contrarietatem.

¶Ad hoc Anti. respondet quarto libro suæ Summæ: Dicunt quidam, quòd solis episcopis licitum est confirmare: quoniam sacramentum confirmationis, est perfectiuum, & gratiæ consummatiuum. Consummatio autem à solo est Christo. Initium uerò boni potest a nobis esse dum facimus, quod in nobis est. Episcopi autem successores sunt apostolorum, qui erant uicarij Christi, iuxta illud Apostoli: Pro Christo legatione fungimur. Sed ista solutio nulla videtur: quoniam sicut dominus præcepit sibi dari decimas, sic, & primitias, ad innuendum, ꝙ sicut consummatio, & perfectio boni ab ipso est, sic, & initium boni. Ideo respondetur, quòd quædam sacramenta sunt magna, quantum ad prærogatiuam effectus, ac dignitatẽ, ut ordo, & confirmatio, quæ a solis dantur episcopis. Episcoporum namque est confirmare, ordinare, benedicere, & consecrare tanquam maiorum. Vnde, & in primitiua ecclesia per manuum impositionem confirmabant baptizatos. In confirmatione aũt fit consecratio, & comsummatio baptizatorum ad arduisimos actus, per quos in arce, ac acie constituuntur contra aduersarios suæ salutis, ac fidei. Hæc Anti.

Antisiod. responsio.

Rñsionis, impbatio 2. Cor. 5.

¶Porrò de hoc Thomas scribens diffusiùs: in oĩ bus, ait, artibus, atq; potẽtijs ordinatis, ac habitibus, vltima perfectio reseruatur inducenda per supremã artẽ, aut potestatem in genere illo. Cũq; episcopi in ecclesiastica hierarchia teneant locum supremũ, id quod ultimũ est in actionibus hierarchicis eis extitit reseruãdũ. Et qm̃ pficere alios ad hoc, ꝙ sint supra statutũ aliorũ cõem sit in actionibus hierarchicis summũ, sacra confirmationis, & ordinis q̃bus hoc fit, solis reseruantur episcopis dispẽsanda. Nec valet obiectio de eucharistia, q̃ q̃uis sit perfecti ua, & sacr̃m supremũ, tñ id, qđ inipsa est sacr̃m, & res, h3 in se, nõ insuscipiente, ideo per susceptionẽ eucharistiæ non acquirit hõ perfectionẽ ultra statũ cõem, cum non imprimatur in ea character, sed perficit unumquenq; in statu suo. In confirmatione uerò, & ordine, id, quod est sacr̃m, & res est aliquid in suscipiente acquisitum, & ei, impressum, iõ promouent suscipientem ultra cõem statũ fideliũ. Deniq; episcopi auctoritatẽ, & excellentiã habent super simplices sacerdotes, q̃tũ ad mysticũ corpus Christi. Hinc circa fideles multa cõueniunt solis episcopis, ut promouere, cõsecrare, uelare, ordinare, & confirmare, ut infra dicetur. ¶Sed quæri potest, utrum ex commissione domini Papæ, simplex sacerdos ualeat confirmare. Rñdendum, quod de hoc multiplex exitit opinio. Nam aliqui dicunt, quòd non. Et quod in litera dr̃ de Gregorio, exponunt, quòd illi præsbyteri Papæ non conferebant sacramentum confirmationis, sed aliquid sacramentale, sacramento confirmationis consimile, sicut alicui porrigitur panis consecratus loco euchariſtiæ. Sed non uidetur, quòd simulationem talem induxerit sanctus Gregorius in dispensatione sacramentorum, aut sustinuerit: qm̃ dispensatio sacrorũ ad doctrinæ pertinet veritatẽ, quæ non est pp scandalum dimittenda. Hinc alij dicunt tantam esse Papæ auctoritatem, quòd eius mandato, quilibet põt conferre, quod habet, ut confirmatus confirmationem, diaconus diaconatum, sacerdos sacerdotiũ, non autem, quod nõ habet, ut diaconus ordinem sacerdotalem. Verum hæc opinio est nimis ampla, iõ media uia ſm alios est tenẽda. Vnde sciẽdũ, ꝙ cũ eparus nõ addat aliqd super sacerdotiũ per relationẽ ad corpus Christi uerũ, sed solum per cõparationẽ ad corpus Christi mysticum: Papa per hoc, quod est summus episcoporũ, non dr̃ habere plenitudinẽ potestatis per comparationẽ ad corpus Christi uerum, sed ad mysticũ eius corpus. Cumque gratia sacramentalis descendat a capite Christo in mysticum eius corpus, oĩs operatio in mysticum corpus sacramentalis per q̃ gratia datur, dependet ab operatione sacramentali super corpus Christi uerum, ideo solus sacerdos potest absoluere in foro pœnitentiali, & ex officio baptizare. ideo promouere ad illas perfectiones, quę non respiciunt corpus domini uerum, sed solum mysticum corpus, potest a Papa committi sacerdoti, qui h3 actum summum super corpus domini uerum, non autem, diacono, neq; alicui inferiori. Nec potest simplici sacerdoti committere promouere ad perfectionẽ, quę aliquo modo respicit corpus domini uerum. ideo simplex sacerdos ex commissione Papæ non potest conferre sacerdotij ordinem: qm̃ ordines sacræ habẽt potestatem super corpus Christi uerum, aut super eius materiã. Potest autem Papa concedere simplici sacerdoti, quod conferat ordines minores, quia hi nullam habent potestatẽ super verũ Christi corpus, nec sup eius materiã, nec etiam, quòd super corpus mysticũ habeat actũ p quem gratia conferatur. Sed habent ex officio quosdam secundarios, ac pręparatorios actus. Similiter

Opinio quorundã

Rñsio ad quæstionẽ

potest

Sacerdos quomodo possit cõfirmare.

potest concedere sacerdoti alicui, quod confirmet, qm̃ confirmatio perficit eum in actu mystici corporis, nec aliquã habet relationem ad corpus domini uerum, quod scilicet sumpsit ex uirgine. Hæc Thomas in Scripto. Eadem scribit in tertia parte, quæstione 72. Idem Petrus, & Richardus.

Albertus.

¶Albertus uerò tenet, quòd sacerdos simplex non præsul, nequaquam ualeat cofirmare ob causas præhabitas. Et quod obijcitur de sancto Gregorio, quòd concesserit hoc, respondet, quod nunq̃ permisit ut esset confirmatio, quæ collata fuit à simplici sacerdote, sed propter quorundam scandalum, abusum, & ignorantiam non correxit, uel dicendum, ꝙ erat benedictio, quædam confirmãdis collata, sicut panis benedictus datur quibusdã eucharistię loco. Et hoc ad tempus pmisit Gregorius. Pertinet uerò ad episcopum confirmare non solum ex ordine, nec tantum ex iurisdictione, sed pariter ex utroq;, quia annexum est episcopali officio, quemadmodũ cõsecratio ecclesiarum, ordinatio clericorum, velatio virginum. Hæc Albertus. Cuius opinioni consentiunt pauci, estq; præinducta responsio Thomæ uerior, atq; cõior. Tñ ut ait Richar. ordinaria potestate ad solos spectat episcopos ordinare. Argent. etiã positionem illam sequitur sancti Tho.

Dionysi⁹.

Scoti positio.

¶At uerò Scotus circa hæc scribit prolixè, inducendo materiam, quæ infra magis locum habebit, videlicet an tempore apostolorum fuit distinctio inter episcopos, & sacerdotes, & arguit satis idoneè pro utraq; parte, ac magis consentire videtur in hoc, quòd non, & ita tunc cunctis presbyteris licuisset confirmare. Verum infra patebit, quòd à tempore apostolorum: & ex institutione diuina, seu immediata Christi ordinatione fuit à principio ecclesiæ inter episcopos, & simplices sacerdotes distinctio, quantum ad rem, & potestatem, quamuis in nomine communicabãt, Si autem verba sancti Gregorij ritè pensentur, constat, quòd presbyteris ad tempus concesserit licentiam confirmandi ueraciter. Sic quippè Ianuario scribit Episcopo: Peruenit ad nos quosdam ex tuis scandalizatos fuisse, eo, quòd presbyteros ungere chrismate eos, qui baptizati sunt, prohibuimus. Sed si omnino de hac re aliqui contristentur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant concedimus. Quòd si Gregorius istud simulatoriè admisisset, peccasset mortaliter, veritatem doctrinę dimittendo, subditos grauiter decipiendo, ita, quòd se confirmatos putassent, cum confirmati non essent.

Ianuari⁹.

Gregori⁹

Bonauen.

¶Postremò Bonauentura: Hoc inquit, sacramentum, nec potest, nec debet nisi per episcopos dispensari. Et si alij id præsumunt, nil faciunt, quia auctoritas ecclesiæ fuit à capite deriuata ad membra secundum ordinem ecclesiæ primum. Hinc sicut soli apostoli poterant confirmare in primitiua ecclesia, sic postmodum soli eorum successores episcopi, & ipsis solis traditum, & commissum est istud officium: quoniam ipsi sunt in tota ecclesia principales prælati. Prælati autem est duplex officium. Vnum inferiores in gradu statuere, atque in ordine collocare. Secundum pro grege murum se ponere, ac ipsum defendere, Idcirco ipsorum dumtaxat est confirmare, & ordinare. i. ordines dare. Et rursus quia in ipsis est ecclesiasticæ auctoritatis plenitudo, idcirco ipsorum est dispensare confimationis, ac ordinis sacramenta, in quibus gratiæ plenitudo confertur.

Duplex officiũ p̃latis

¶Iterum quia ipsorum est curam habere de omnibus, placuit spiritui sancto, ut subditi aliquà respiciant sacramenta immediatè ab ipsis. Hæc Bonau.

Dionysi⁹.

¶In quibus videtur sentire sicut paulo ante. Veruntamen hæc expressit ad hunc sensum, quòd solis episcopis ordinario iure ista conueniunt, quod constat ex eo, quod circa literam scribit. Quamuis sacerdos non ualeat auctoritate propria confirmare: tamen pro necessaria causa summus pontifex potest hoc ei committere, sicq; pontificalis auctoritas necessaria ad huius sacramenti administrationem concurrit.

Resolutio quæstionis

Quæstio.

REstant adhuc aliquæ quæstiones minores sine argumentis breuiter expediendę, ut uitet prolixitas, Prima est, an Christus debuit sacramentum confirmationis accipere. ¶Ad quod Thomas. Suscipere, inquit, baptismum est in præcepto. ideo Christus uoluit baptizari, ut formam obedientiæ daret, propter quod dixit beato Iohanni: Sic decet nos implere omnem iustitiam. Iustitia namq; consistit in obedientia legis, ut quinto dicitur Aethicorum: Confirmatio autem non est sacramentum necessitatis, sed utilitatis consequendæ causa accipitur. Cumque Christus à sacramentis nihil acceperit, non debuit sacramentum confirmationis accipere, sicut nec ordinis, quia potestas excellẽtiæ in sacramẽtis, & plenitudo spiritus sancti ab incarnationis exordio fuit in ipso.

Matt. 3.

Confirmatio sacrm non necessitatis.

Quæstio

¶Secundò quæritur, an mulieribus, & pueris conueniat sacramentum confirmationis accipere. Dicendum, quòd perfectiones, quę in confirmatione, & ordinis sacro conferunt in hoc distinguũt, ꝙ pfectio ordinis est ad aliquid dispensandũ. Cõfirmationis autem perfectio est ad fortiter standum in se p gratiam specialem in aduersis. Ad hoc autem, quòd dispensatio alicuius rei detur seu committatur alicui, requiritur idoneitas aliqua præexistens in eo, cui fit illa commissio, ad uitandum periculum seu peccatum, quod imminet ex dispẽsatione in digna, ideo perfectio ordinis non committitur pueris. Verũ perfectio, qua quis in seipso perficitur, non præexigit aliquam perfectionem, sed ipsa fit homo idoneus seu perfectus, nec ex hoc periculum imminet. Hic confirmatio potest pueris tradi, & congruè traditur: quoniam ętas infantilis caret fictione, qua impeditur sacramenti effectus. Ideo quamuis non cõpetat ei tunc pugnare, & conf̃teri plenè tamen effectum suscipit sacramenti, per quem tempore opportuno erit ad confitendum, atq; pugnãdum idoneus, nisi interim collatam gratiã pdat peccando. Nec ab hoc sacramẽto excludẽdæ sunt puellæ, & mulieres, cum innumerabiles personę sexus fœminei in spirituali pugna triumphauerit gloriosæ.

Sint ne pueri confirmandi.

Etiam mulieres confirmãdæ sunt.

Quæstio.

¶Tertiò, quæritur, an uniuersis adultæ ętatis, etiã mutis, & morientibus, confirmatio sit præstanda. Dicendum, quòd perfectio in confirmatione collata, non præexigit aliam perfectionem, sed per eam homo in propria persona perficitur, ut sit ad spiritualem pugnam idoneus. Cumque vnicuique adulto expediat fortitudinem hanc habere, nullus ipsorum dumodo baptizatus sit à confirmatione debet excludi. Nam, & muti possunt nutibus confiteri, atque propositum confitendi habere. Morientes quoque quamuis abstrahantur à pugna, tamen ad præmij pergunt locum, in quo secundum mensuram gratię datur mensura gloriæ, & in ipsis extremis impugnantur, confortationeque indigent. Hęc Thom. in Scripto. ¶Hinc demũ 3. parte. qst. 72. per sacramentum ait conformationis promouetur hõ spiritualiter in ætatem perfectam, quæ promotio

seu

ſeu profectus competit vniuerſis. Vnde,& morienriētibusexibendũ eſt,ut in reſurrectione pfecti appareant. Hinc aſſerit Hugo. Omnino periculoſum eſt, ſi ab hac uita ſine confirmatione migrare contigerit non;qm̃ damnaretur ita emigrans,niſi forſan pp contemptum,ſed quoniam perfectionis detrimentũ pateretur.Iõ pueri confirmati decedentes, maiorẽ gloriã conſequuntur,ſicut, & hic maiorẽ gratiam ſunt ſortiti.Nec obſtat,quòd ait Melchiades Papa, continuo tranſituris ſufficiunt regenerationis beneficia.Verum eſt enim, quòd ſufficiunt ad ſalutem, nec propter periculum pugnę eis neceſſaria ſunt cõfirmationis auxilia poſt regreſſum,Hęc in Summa. In quibus Albertus,Bonauentura. Petrus, Richardus, alijq; communiter conſonant.

¶Quartò quæritur de ritu confirmationis, an ſc3 ſit ſumenda a ieiunis, confesſione præmiſſa, & aliquo ad confirmandũ tenente. Ad hoc Bonau. reſpondet;Hoc ſacramentum tantum à ieiunis, & ſolis ad huc ieiunis ſumendum eſt, nec obſtat, quod datur ad robur,cui cibus non obſtat. In hoc nãq; ſacramẽto datur gratia roborans, & affinitas quædam contrahitur, ideo patres antiqui ſtatuerunt tria hæc obſeruari.Primò,ut ieiuno ſtomacho detur pro ampliori gratia obtinenda. Secundum, ut confirmandus in ſignum propriæ imbecillitatis,pręſertim ſpiritualibus,ab aliquo teneatur, Tertium,ut ſit conſimilis ſexus, propter periculum affinitatis. Hoc enim eſt ſecundum quandam congruentiam, non necesſitatem,&c Ne etiam obex ponatur ſacramenti gratiæ,ꝯfesſio h3 pmitti. Hæc Bonauentura.

¶Hic Thomas.Confirmandus, inquit,tenetur ab alio,ad inſinuandum,quòd non præſumit ſe habere robur ſtandi ſpiritaliter à ſeipſo,imò,nec habet hoc Spiritualis autem fortitudo eſt per Chriſtum,in quo non eſt maſculus,neque fœmina ut inquit Apoſtolus.Idcirco non differt utrum uir mulierem,uel mulier virum teneat,quamuis quidam dicant contrarium,quòd ſcilicet mulier uirum tenere nõ poteſt. Hæc Thomas.

¶Cuius hoc ultimum uerbũ vr̃ ꝯ id,quod ait Bonauentura,requiri ſexum conſimilẽ tenendum.Cur autem debeat dari in fronte,præhabitum eſt.

¶Quintò quæritur,an ſacramentum confirmationis ualeat iterari.Ad quod doctores reſpondent qđ non,quia characterem imprimit.Cur autem tria ſacramenta hæc,baptiſmus,confirmatio,ordo,q̃ characterem imprimunt,non iterentur, frequenter expoſitum eſt.Ligatur autem frons confirmati, propter reuerentiam ſacramenti,aut ne ipſa linitio, aut chriſma ſuperlinitum contrahit ſordes,cum ſit patens,& nuda pars ipſa frõs. Per frontem quoque ſignificatur fortitudo,cum apud Ezechielem dominus dicat:Ecce dedi frontẽ tuã duriorẽ frõtibus eorũ.Atq; ut eſſerit Hugo;Confirmatus poſt ſuam cõfirmationẽ de ſeptẽ dies debet manere in diſciplina cuſtodiendi chriſma,nec caput lauet:propter ſeptẽ dona ſpiritus ſancti.Quemadmodum eccleſia celebrat ſeptẽ diebus aduentũ ſpiritus ſancti in Chriſti diſcipulos.¶Datur demum confirmatio contra infirmitatem,vt eſt per originale peccatum, & infirmitas,ut ſic contracta non redit,quamuis,redeat interdum,ut aucta.aut renouata.

¶Ampliùs Richardus hic ſciſcitatur, utrum epiſcopi degradati poſſint confirmare, de qua quæſtione duas narrat opiniones,& magis videtur ſentire,quòd non.Verum hæc quæſtio infra potius locum babet,ubi de ſuſpenſione, degradatione, interdicto,excommunicatione tractabitur, in tractatu de ſacramentis ordinis,& confesſionis.

¶Scotus præterea ſciſcitatur,quæ ſit pœna iterantiũ hoc ſacramentum.Reſpondet,dicũt Canoniſtæ, ſicut ſupra dictum eſt de pœna iterãtis baptiſmũ, quod probant à ſimili per illud capitulũ de cõſecratione diſtinctione quarta,qui bis.Sed aliter dico videlicet,ꝙ vniuerſaliter nulla pœna canonica non inflicta à Papa condente ius, incurrit ipſo iure,nec pp argumenta exponẽtiũ canones,ſiue à ſimili, ſiue à contrario,eſt aliquis tali pœna aſtrictus,quia poſſunt exponere ius conditũ,non aũt per ſuas expoſitiones cõdere nouũ. Vñ Innocentius,qui extitit Papa,cum feciſſet magnum opus ius canonicũ exponẽdo,requiſitus quale robur uellet habere hoc opus: reſpondit,quod nõ uellet ipſum eſſe authenticũ,ſed tantũmodo magiſtrale. Cum ergo non inueniatur in iure Canonico expreſsè pœna irregularitatis inflicta pro iteratione confirmationis,ſequit̃,quòd nõ incurritur ex hoc,præſertim cũ conſtitutiones pœnales ſint reſtringendæ,non ampliandæ.Et voluiſſet legiſlator pœnam talem infligere pro iteratione cõfirmationis ſicut baptiſmi, potuiſſet hic expresſiſſe ſicut baptiſmi,potuſſie hic expresſiſſe ſicut ibi. Confirmatur quoque per capitulum illud de conſecratione,diſtinctione quinta,dictum. Vbi nulla pœna huiuſmodi infligitur epiſcopo confirmationem iteranti,neque ſuſcipienti,niſi ut ſolo Deo ſub habitu regulari,uel clericali ipſum in religione Deo famulari decretum eſt,quod non innuit pœnã iregularitatis,ſed magis oppoſitum, puta exercitium officij clericalis.Etenim in exequutione ordinum. præſertim in conſecratione euchariſtiæ,clericus Deo ſuo religioſè famulatur.Hęc Scotus,quæ recitatiuè magis,quàm aſſertoriè tanto: quoniam plena horum reſponſio inquiſitionem requirit maiorem, & concordi Canoniſtarum reſponſioni in tali materia magis videretur conſentiendum.

CIRCA materiam iſtam ſacramenti confirmationis,ſcribit Gulielmus in ſuo Sacramentali tractatu de confirmatione:Tẽpore belli eccleſiæ conſueuerunt incaſtellari,ſuprędificatisque turribus, aut propugnaculis infortiari.Quòd ſi bellũ corporale pro temporalibus.rebus tuendis nos ad hoc inducit, quanto magis bellum ſpirituale incomporabiliter periculoſiùs ſpirituales incaſtellari compellet, & templa ſpiritualia muniri,ac exaltari in arces?Nempe nõ aliud eſt ritè baptizatus, niſi templum Dei. Confirmatus uerò non eſt aliud, niſi templum exaltatum in arcem,& murus,cui ſuper ædificata ſunt propugnacula,iuxta illud ĩ Canticis:Si murus eſt,ædificemus ſuper eum propugnacula argẽtea.Incaſtellatio iſta ſanctitati non detrahit,ſed auget,ac roborat eã.Porrò ſi quæras,quæ ſit exaltatio iſta in arcem: reſpõdemus,quòd ſit magnificentia,alitudoque cordis, quibus obpropria, & inimicitas chriſtiani nominis, ac profesſionis quaſi ex alto deſpiciens confirmatus,ſancti, indignationibus,ac aſpirationibus proſterint,ac obruit eas. Denique ſacramentum confirmationis propter bellicæ ſtrenuitatis audatiã ſignatur in fronte.Prima namque,& maxima pericula pugnantibus imminent in fronte. Quemamodum autem in Exodo legitur,quòd facies Moſi videbitur cornuta ex conſortio Dei, ſic uirtute confirmationis cornua inferuntur interiori fronti confirmati quibus irrumpat, ac uentilet inimicitias atque obprobria chriſtianæ profesſionis. Hęc itaquæ differrentia eſt inter ſolum baptizatos, & poſtea confirmatos, quę eſt inter animalia cornuta, &

non

non cornuta.Confirmandi namque uenunt ad manum pontificis,ut confirmentur, & conſignentur tanquàm inermes,& nondum cornuti,atq; de manibus eius recedunt confirmati, inſtar unicornium iam cornuti.

¶Rurſus,quemadmodum tenera,ac puerilia mẽbra ad opera dura,ac grauia non mittuntur, niſi primus fortificentur,ſolodioraq; fiant,ſic baptizati tã quam modo geniti,non mittuntur ad ſpiritalia fortia bella, niſi in confirmatione induantur, uirtute ex alto,ſicut in die Pentecoſtes factum eſt Chriſti diſcipulis.Fruſtra autem confirmari quærunt hoc ſacro,q debilitates ſuas amant,nec dimittere volũt, q̃ debilitates ſunt ægritudines,& vulnera uitiorũ,& uincula,ac onera eorundẽ.Ideo acceſſuri ad hoc ſacramentum, monendi ſunt omnia iſta relinquere. Admonendi ſunt quoq; ne aduerſarios ſuæ ſalutis (ꝯ quos cupiunt ꝯfirmari)roborent ꝯ ſeipſos,quod utique faciunt,ſi membra ſua exibeant arma iniquitatis peccato.Inſuper erubeſcant ſignum ſtrenuitatis,& in fortitudinis in eminẽtia frontis de ferre, & in certaminibus ignauiter agere, & in bello tentationis ſub hoſtiũ pedibus cadere,uiriliter deſiderijs carnis ſuccumbere.Attendant ſe eſſe ſigniferos regis cœlorũ,& in eius aſpectu confligere,ideo iugiter ſperent in eo:inuocent eũ,ac oĩ hora roborentur in ipſo,nil de ſuis uirtutibus præſumentes,& reges æterni auxilio iugiter inhærentes,eius zelo accẽſi,eius aſſiſtentia animati,in omni labore,ac conflictu patientes,& indefesſi. Hæc Gulielmus.

De ſacramento altaris, & euchariſtiæ. Diſtinctio. VIII.

POST ſacramentum baptiſmi, & confirmationis ſequitur euchariſtiæ ſa- De euchariſtiæ ſacramento ſecũdũ ſe.
cramentum.Per baptiſmum.mundamur:per euchariſtiam in bono conſum
mamur.Baptiſmus æſtus uitiorum extinguit:euchariſtia ſpiritualiter reficit.
Vnde excellenter euchariſtia dicit̃,id eſt bona gratia,quia in hoc ſacramen Exo.16.
to non modo eſt augmentum uirtutis,& gratię,ſed ille totius ſumitur, qui Pſal.77.
eſt fons, & origo totius gratiæ. Cuius figura pręceſſit quando manna pluit Deus patri-
bus in deſerto, qui quotidiano cœli paſcebantur alimento. Vnde panem angelorum
manducauit homo.Sed tunc,qui panem illum manducauerunt mortui ſunt.Iſte uerò Iohan.6.
panis uiuus,qui de cœlo deſcendit,uitam mundo tribuit Mãna illud de cœlo, hoc ſu-
per cœlum.Illud ſcaturiebat in diem alterum reſeruatum, hoc ab omni corruptione
alienum.Quicunque religioſè guſtauerit,corruptionem non uidebit.Illud datum fuit Exo.14.
antiquis poſt tranſitum maris rubri, ubi ſubmerſis Aegiptijs liberati ſunt Hebræi. Ita
hoc cœleſte manna,non niſi renatis pręſtari debet.Panis ille corporalis populum an-
tiquum ad terram promiſſionis per deſertum eduxit.Hæc eſca cœleſtis fidelis huius ſe- Ioſue.14.
culi per deſertum tranſeuntes in cœlum ſubuehit. Vnde rectè uiaticum appellatur, Exo.16.
quia in uia nos reficiens,vſque in patriam educit. Sicut ergo in mari rubro figura ba- Iohan.19.
ptiſmi pręceſſit?ita in manna ſignificatio dominici corporis.Hæc duo ſacramenta de-
monſtrata ſunt, vbi de latere Chriſti ſanguis, & aqua profluxerunt, quia Chriſtus per
ſanguinem redemptionis,& aquam abſolutionis nos redimere venit à diabolo,& à pec
cato:ſicut Iſraelitæ per ſanguinem agni paſchalis ab extreminatore, & per aquam ma Gen 14. Ambro. de ſacris hominum.
ris rubri ab Aegyptijs liberauit. Huius etiam ſacramentum ritum Melchiſedech oſten
dit.ubi panem,& uinum Abraæ obtulit.ut ait Ambroſius: intelligi, datur anteriora
eſſe ſacramenta chriſtianorum,quàm Iudæorum.

De inſtitutione ſacramenti.

Hic etiam alia conſideranda occurrunt quatuor, ſcilicet ſacramentum, inſtitutio,
forma, & res.Sacramentum dominus inſtituit quando poſt typicum agnum corpus, &
ſanguinem ſuum diſcipulis in cœna porrexit.Vnde Euſebius emiſenus: Quia corpus
aſſumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus ſyderibus:neceſſe erat ut die cœnæ ſa- Matt.29. De con.d.2.c. Quia corpus.
cramentum nobis corporis,& ſanguinis conſecraret,ut coleretur iugiter per myſteriũ,
quod ſemel offerebatur in precium.

De forma.

Forma uerò eſt,quam ipſe ibidem edidit dicens:Hoc eſt corpus meum. Et poſt: Hic Matt.26.
eſt ſanguis meus,Cum enim hæc uerba proferuntur,conuerſio fit panis, & uini in ſub-
ſtantiam corporis,& ſanguinis Chriſti:reliqua ad laudem Dei dicuntur.Vnde Ambro- Amb in l. de ſacramẽtis.& allegatur de con. d.2. c.panis.
ſius.Sermone Chriſti hoc conficitur ſacramentum,quia ſermo Chriſti creaturam mu
tat,& ſic ex pane fit corpus Chriſti,& uinum cum aqua in calicem miſſum fit ſanguis
conſecratione verbi cœleſtis.Conſecratio quibus fit uerbis,attende,quæ ſunt uerba.Ac
cipite,& comedite ex eo omnes,hoc eſt corpus meum. Et iterum:Accipite,& bibite ex
hoc omnes.Hic eſt ſanguis meus.Per reliqua omnia, quæ dicuntur, laus Deo refertur:
oratio præmittitur pro populo,pro regibus, Item Aug.Credendum eſt, quòd in illis

Chriſto

Christi sacramenta conficiantur, reliqua omnia nihil aliud sunt, quàm laudes, uel obsecrationes fidelium, & petitiones: Ecce, quæ sit institutio, & forma huius sacramenti. Vbi consideratione dignum est, quare illud sacramẽtum post cœnam dedit discipulis. Dominus igitur Iesus ad inuisibilia paternæ maiestatis migraturus, celebrato cum discipulis typico pascha, quoddam memoriale eis commendare volens, sub specie panis & uini corpus, & sanguinem suum ita eis tradidit, ut ostenderet legis ueteris sacramenta, inter quæ præcipuum erat agni paschalis sacrificium, in morte sua terminari, ac legis nouæ sacramenta substitui, in quibus excellit misterium eucharistiæ. Ideo etiam post alia dedit, ut hoc unum arctius memorię discipulorum infigeretur, & ab ecclesia deinceps frequentaret. Sed non exinde disciplinam sanxit in posterum, ut post alios cibos sumatur: sed potius à ieiunis sumi oportet, sicut Apostolus docet: vt singulari reuerentia dijudicetur, id est, discernatur ab alijs cibis, quod dominus apostolis disponendum reliquid. Vnde Augustinus: Appareat, cum primò acceperunt discipuli eucharistiam, non eos accepisse ieiunos: non ideo tamen calumniandum est uniuersæ ecclesiæ, quòd à ieiunis sumitur semper. Placuit enim spiritui sancto, ut in honore tanti sacramẽti priùs in os Christiani dominicum corpus intraret, quàm alij cibi, ideo ubique mos iste seruatur. Non enim, quia post cibos dedit dominus, ideo transi, uel cœnati illud accipere debent, ut illi faciebant, quos Apostolus redarguit. Nam saluator, quo uehementius commendaret mysterij illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur, apostolis per, quos ecclesias dispositurus, erat reseruauit docendum.

De sacramento, & re sacramenti Eucharistiæ.

Nunc quid ibi sacramentum sit, & quid res, videamus. Sacramentum, est inuisibilis gratię visibilis forma. Forma ergo panis, & uini, quæ ibi videtur, est sacrm, id est, signũ sacræ rei, quia præter speciem, quam ingerit sensibus aliquid aliud facit in cognitionem uenire. Tenent ergo species uocábula rerum, quæ ante fuerunt, scilicet panis, & uini. Huius autem sacramenti gemina est res una scilicet contenta, & significata, altera significata, & non contenta. Res contenta, & significata, est caro Christi, quam de virgine traxit, & sanguis, quem pro nobis fundit. Res autem significata, & non contenta, est vnitas ecclesiæ in prædestinatis, uocatis, iustificatis, & glorificatis. Hæc est duplex caro Christi, & sanguis. Vnde Hieronym. Dupliciter, inquit, intelligitur caro Christi & sanguis eius, uel illa, quæ crucifixa est, & sepulta, & sanguis, qui militis lancea effusus est, vel illa spiritualis ac diuina, de qua ipse ait, Caro mea uerè est cibus, & sangnis meus uerè est potus, & nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis meum sanguinem: non habebitis uitam in uobis. Sunt ergo hic tria distinguenda. Vnum, quod tantum est sacramentum, alterum, quod est sacramentum, & res, & tertium, quod est res, & non sacramentum. Sacramentum, & non res, est species uisibilis panis, & uini. Sacramentum, & res, caro Christi propria, & sanguis. Res, & non sacramentum, mystica eius caro, porrò illa species visibilis, sacramentum est geminæ rei, quia utramque rem significat, & utriusque rei similitudinem gerit expressam. Nam sicut panis prę cæteris cibis corpus reficit, & sustentat, & uinum hominem lætificat, atque inebriat, sic caro Christi interiorem hominem plùs cæteris gratijs spiritualiter reficit, & saginat. Vnde, Calix meus inebrians, quàm preclarus est. Habet etiam similitudinem cum re mystica, quæ est unitas fidelium, quia sicut ex multis granis conficitur unus panis, & ex pluribus acinis uinum in unum confluit, sic ex multis fidelium personis unitas ecclesiastica constat. unde Apostolus, Vnus panis, & unum corpus multi sumus, & cætera. Vnde Augustinus, Vnus panis, & unum corpus ecclesia dicitur, pro eo, quòd sicut unus panis ex multis granis, unum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Hoc mysterium pacis, & unitatis nostrę Christus in sua mensa consecrauit, qui accipit hoc mysterium unitatis, & non tenet uinculum pacis, nos accipit hoc mysterium pro se, sed contra se. Cuius sacramentum, est corpus Christi ex multis membris purissimis, & immaculatis constat, ita societas ecclesiastica ex multis personis à criminali macula liberalis consistit. In cuius rei typo facta est arca domini de lignis sethim, quæ sunt imputribilia, & albæ spinæ similia:

Hiero. super epist. ad ephe. & allegatur de conse. d 2. c. dupliciter.

Pſal. 22.

Aug. de sacramentis fidelium De conse. d. 2. c. que Passus.

Ephe 5.

Aug de blasphemia spūs sancti.

Exod. 25.

Summa di ſtinctiõis. VIII.

Completo tractatu de baptismo, & confirmatione, nunc de eucharistiæ agitur sacramẽto. Et primo ostendit Magister multiplicem huius sacramenti excellentiam, & uirtutem, eiusq; differentiam à quadam eius figura, quod fuit manna. Ponit quoque aliqua nomina eius, & nominum rationes. Deinde declarat, q olim in lege naturæ ritus, & typus huius sacramenti præcesserit in sacrificio Melchisedech: quæ obtulit panem, & uinũ, in quibus materia sacramenta istius est præostensa. Consequenter tractatur in ista distinctione de eucharistiæ institutiõe. Quo circa quatuor attenduntur, utpote ipsa institutio eucharistiæ, forma uerborum, quibus conficitur sacrm, & res. Et circa hæc pandit quid in isto sacro sit sacrm tantum, utpote uisibiles formæ panis, ac uini, quid sacramẽtum, & res, scilicet uera caro, & sanguis Christi, quę per uisibiles illas formas significantur, & ultra significant mysticam unitatem fidelium, qui sunt spiritale, & mysticum corpus saluatoris, id est, spiritali ratione uocati corpus ipsius, & quid res tantũ, uidelicet gratia sacramentalis, seu vnitas mystica illa, prout consequenter patebit. Deinceps ostendit, quæ sit forma consecrationis corporis, & sanguinis redemptoris, vbi elucidat cur post nouissimam cœnam istud instituit sacramentum, & sumpsit sumen dumq; tribuit cum tamen deinde non uoluerit illud frequentari, & accipi, nisi ante corporalem refectionem. Consequenter prosequitur de sacramento, & re, puta de corpore Christi, & sanguine, qualiter sit sacramentum, & res, & cuius rei sint sacrm. Ponũtur autem hoc loco, & distinctionibus de isto sacramento sequentibus, multæ pulcherrimæ auctoritates, quæ & pleniùs inueniuntur collectæ in Decreto de consecratione, & in sermone de sacramento altaris in festo eucharistiæ, & per eius octauas continentur, atque leguntur.

Exo. 16.

Gene. 14. Heb 7.

Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Iohan. 13.

QVAESTIO I.

Tria quæ runtur.

Hic quæritur primò, *Virum eucharistia sit sacramentum uerum, ac unum, & an uarijs nominibus rectè designatur.* ¶In qua quęstione tria tanguntur. Primum, an propria sacramentum. Scdm an sit sacrm vnum. Tertium, an nosa quibus exprimitur rectè ei cõueniunt. Vr, quòd nõ sit sacramentum Sacramenta enim nouæ legis (ut sæpe præhabitum est) efficiunt, quod designant quod huic conuenit sacramento, quoniam species exteriores panis, & uini, quæ sunt hic, sacramentum tantum, non efficiunt corpus, & sanguinem Christi. Videtur quoque, quòd non sit unum, & idem sacramentum: qm sacramentum (ut dictum est) materiale est elementum. In hoc autem sacramento plura sunt sensibilia elementa, vc3, panis, & uinum, habet quoque diuersos sacramentales effectus, sumiturq; seorsum. Itẽ; qm in complenda habetur; Purificent nos quæsumus domine sacramenta, quæ sumsimus.

Contra ueritatẽ arguitur.

In oppoſitum.

¶In oppositum est, quod non sunt nisi septem sacramenta, quorum unum est istud.

¶Ad hęc Thomas respondet: Eucharistia sacramẽtum est, aliter tñ, q cętera sacramentum quippè pè scdm sui nostros proprietatem, sanctitatẽ actiuè importat. Vñ secundum hoc aliquid habet ratione sacramenti scdm quod habet rationem sactificationes, qua aliquid fit sanctum. Fit autem aliquid sanctum dupliciter. Ptimò simpliciter, & per se, ut id quod subiectum est sanctum est sanctitatis, ut homo: Secundò impropriè, & secundũ quid, sicut quod ordinatur ad sanctitatem præfatam, aut sicut, habens uirtutem sanctificandi, ut chrisma, uel quod cũ que alio modo ad aliquod sanctũ, sicut altare. Hinc ea, quibus aliquid sit sanctum primo modo, dicuntur sacramenta simpliciter. Ea uerò, quibus aliquid sit sanctum secundo modo, sacramẽtalia nominantur, non sacramenta. In alijs ergo sacramentis sit aliqd sanctũ primo mõ, ut homo suscipiens sacramentũ: non aũt elementum corporale sanctificans hominem; qm hoc est sanctum secũdo modo. Propterea, quòd pertinet ad sanctificationem materiæ in cæteris sacramentis, non est sacramentum, sed sacramẽtale: imò hoc, quod pertinet ad vsum materiæ, quã hõ sanctificatur, est sacrm. Verum in hoc sacramento id, quod sanctificat hoiem, sanctum est primo modo, videlicet Christus, ideo sanctificatio materiæ est hic sacramentum, & sanctificatio hominis est sacramenti huius effectus, Vñ hoc sacrm in se consideratũ, est dignius cæteris oibus, cũ absolutã habeat sanctitatẽ. Alia aũt non habent sanctitatem nisi in ordine ad aliud. Hinc sacramentum hoc est perfectio aliorum sacramentorum. Nam omne, quod est per aliud reducitur ad id, quod est per se.

Thomas. Aquinas Rãsio ad primum:

Sanctum fit aliquid dupliciter

Ad ſcdm. Vnũ ſimpliciter dicitur. tripliciter.

¶Ad secundum dicendum, quòd per se unũ simpliciter, & quod est unum numero, tripliciter dr. Primò, sicut indiuisibile, ut punctus, & unita, quod nec actu neque potentia est multa. Secundò, quod est unum continuitate, quod tamen est potentialiter multa, ut linea. Tertiò, quod est unum perfectione ut calceamẽtum: qm habet omnes partes ad eius integritatem spectantes, quæ unitas inuenitur in omnibus, ad quorum integritatem plura requiruntur, ut unus homo, una domus. Cumque ad esse sacramenti multa concurrant, ficut materia, forma, intentio; &c. idcirco ab hac unitate sacramẽtum dr unũ. Illa namque sunt de integritate sacri, quę requiruntur ad operationem ipsius, ad quam ordinatur. Hoc uerò sacrm ordinatũ est a Deo ad spiritualem cibationem, q per corporalem refectionem signatur. Et quia ad corporalẽ cibationẽ duo exiguntur, vc3 cibus, ac potus, idcirco ex institutione diuina ad integritatẽ sacramenti istius pertinet aliquid tanq̃ cib⁹, scilicet corpus Chri, & aliqd per modũ potus, utpote sanguis eius. Est ergo unũ sacrm, sed pluraliter dr sacra pp materialem diuersitatem signorum. Et quamuis sacramentum hoc cum omnibus ad sere quisitis, non sit unum in genere, aut specie naturæ, attamen unum est per comparationem ad unã operationem completam, quæ est spiritalis refectio ex qua unitate sumitur unitas sacramenti.

In quolibet ſacramẽto tria conſiderãtur. Ioẽs 19. Sacramenti duplex eſt finis. Mat. 26.

¶Ad tertium respondetur, quod in quolibet sacramento tria considerantur, videlicet origo perfectio, & finis. Origo sacramentorum est passio Christi, de cuius latere sacramenta fluxerunt. Perfectio sacramenti est, quod gratiã continet. finis uerò sacramenti est duplex, utpote proximus, qui est sanctificatio recipientis, & ultimus, qui est uita æterna, q̃ tria sunt in eucharistia excellenter, quia hoc sacramẽtum est specialiter institutum in memoriam dñi cæ passionis, tuxta illud Mat. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriã facietis. Ideo quantum ad originẽ, uocatur sacrificiũ, & hostia. Continet quoque gram, non p modũ inuentionalẽ, ut cætera sacramenta, sed plenitudinem gr̃e in suo fonte. Hinc antonomaticæ eucharistia appellatur. Cumque sit cõsummatio omniũ sanctificationũ, id quod est omnium, scilicet congregare ad unũ, huic sacramento ascribitur. Idcirco nuncupatur communio, & synaxis, inquantũ homo per ipsum congregatur ad unum quod solum necessarium est ad seipsum p suipsius cõsideratiõnẽ, & ad alios p dilectiõnẽ. Insup q̃ũ adul-

Lucæ. 16.

ad ultimum finẽ cõsequendum, maximam efficatiã habẽt, inquantũ realiter continet hoc, quo ianua regni aperta est puta sanguinem Christi, unde uiaticum nominatur. Hæc Thomas in Scripto.

Vita spiritualis corporali similis.

¶Porrò in 3. parte, quæstione. 73. Sacra, inquit, ecclesię ordinantur ad subueniendũ hoĩ uitæ spirituali. Vita aũt corporalis spirituali uitæ assimilatur quoniam corporalia similitudinem spiritualium gerunt. Hinc sicut ad uitam corporalem primò requiritur generatio, deinde augmentum, atq; per consequens alimentum, quo homo conseruatur in uita, ita ad uitam spiritualẽ primo baptismus requiritur, qui est regeneratio spiritualis: deinde confirmatio, quæ est spirituale augumentum: tertio eucharistiæ sacramentum, quod spirituale est alimentum.

Eucharistia triplicẽ habet significationem.

¶Deniq; sacrm hoc triplicem habet significationẽ. Vnã respectu præteriti, inquantũ est rememoriatiuum dominicæ passionis, quę fuit sacrificiũ uerũ, & sic dr sacrificium. Aliam habet significationẽ respectu rei præsentis, utpotè ecclesiasticę unitatis, in qua homines per sacramentum hoc adunantur: sicque uocatur cõio seu synaxis. Tertiã significationẽ respectu futuri, utpote beatificæ fruitionis, q̃ præfigurat, & ita uocatur uiaticum. Et quoniam gratiam nobis præbet, & Christum totius gratiæ fontem continet uocatur eucharistia. Dicitur quoque in græcò metalepsis, id est, præassumptio, quia (ut Damascenus testatur) per ipsum filij deitatem assumimus. Hęc in Summa.

Damasce. Taranta.

¶At uerò Petrus Eucharistia, ait, est sacrm tã mõ cõi cum alijs sacris, utpote significando, causando & sanctitatẽ, q̃ mõ speciali, uidelicet totius sanctitatis, ac gratiæ continendo auctorem. Si uerò obiciatur, quod sacramentum debet habere naturalem similitudinẽ cum eo, cuius est sacrm sed species panis, & uini ralem similitudinem non habent cũ corpore, & sanguine Christi: ergo non sunt sacramentũ corporis Christi, ac sanguinis: Respondetur, species ille non inquantum sunt formæ solum accidentales, sunt signa corporis, & sanguinis domini, sed ratione rerum, quarum accidentia extiterunt, quas repræsentant. Hęc Petrus.

Obiectio.

Dilutio.

Richardus

¶Richardus quoq;: Species, ait panis, & uini post cõsecrationẽ, sacrm sunt nouæ legis, imò sunt signũ duplicis rei sacræ. Nam species panis consecrati est signum corporis Christi ueri, quod est res sacra cõtenta sub specie illa. Est etiam signũ corporis Christi mystici, qđ est ecclesia, & est res sacra sub specie non contenta. Et quamuis hæc species non sit causa existentiæ corporis Christi absolutè: est res tñ causa existentiæ Christi ibidem: q̃uis etiam species illa non sit causa mystici corporis Christi, attamen instrumentalis causa est fidei corporis huius. Hæc Richardus. ¶ In idem uidentur redire scripta Alberti de his.

Albertus. Bonauen.

¶Scripta quoq; Bonauenturæ dicentis, quòd istud sacramentum est unum, non unitate simplicitatis, sed integritatis nõ tñ integritatis factæ in tertio, sed relatæ ad complendum unũ signum perfectum. Sunt quidem in isto sacramento duæ materiæ, & duæ formæ uerborum, ex quibus resultat unũ signũ pfctũ, & ordinatũ ad unũ, id est adunionẽ mystici corporis designandã, & efficiendã. Ratio demum huius integritatis, ac ordinationis dispositiuè progreditur ã natura, quia nec panis est plenè reficiens, neque uinum, sed ambo simul. Completiuè uerò est ab institutione diuina, quæ duo ista instituit ad designandum, & peragendum unam refectionem spiritualem. Hæc Bonauen.

Hinc in Breuiloquio dicit, quòd tamen sententialiter induductum; Principium nostrum reparatiuum, uerbum incarnatum, sufficientissimum est in uirtute, sapientissimumq; in sensu, sic nobis contulit sacramenta, prout exigit sapientia, & sufficientia sua: Et qm̃ sufficientissimũ est in largiẽdo medicamenta morborum, atq; charismata gratiarum, non tantum instituit sacramentum, quod nos in esse generaret, puta baptismum, ac genitos roboraret, ut confirmationem: uerum etiam quod genitos, & augmentatos cõseruaret, ac enutriret, utpote eucharistiam, idcirco hæc tria sacramenta oĩbus dantur. Cumq; nutrimentum nostrum quantum ad esse gratuitum, attendatur in unoquoq; fideliũ per conseruationem deuotionis ad Deum, dilectionis ad proximũ. & delectationis intra se ipsum, & deuotio ad Deũ exerceatur per sacrificij oblationẽ, dilectio ad ꝓximum per unius sacramenti communionem, & delectatio intra seipsum per unius uiatici refectionẽ: hinc uerbum incarnatum sacramentum eucharistię dedit nobis in sacrificium oblationis, sacramentum communionis, & uiaticum refectionis. Hæc idem.

Nutrimẽtum spirale fideliũ in quo cõsistat.

Thomas Argenti. Durandus Scotus Christus cur ve realiter in eucharistia.

¶Concordat Argentinensis. alijq; communiter, & Durandus.

¶Additq; Scotus: Congruum est Christum esse nobiscum in hoc sacramento realiter, ut magis excitetur unusquisque ad reuerentiam, ad deuotionem ad Christum, quod patet de facto; quoniam omnis deuotio in ecclesia est in ordine ad istud sacrmentũ. Propter hoc enim clariùs cum maiori deuotione persoluit diuinum officium in ordine ad missam. Propter hoc quòque populus missam audit deuotius, quàm aliquod aliud ecclesiasticum officium. Propter hoc etiam singuli deuotius confitentur, & cum diligentia pleniori, quando intendunt secundum ordinationem ecclesiæ saltem semel in anno communicare. Et istud durabit usque in finẽ mundi, iuxta illud Apostoli: quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec ueniat ad iudicium, Vnde usque tunc durabit ecclesia, & eucharistiæ sacrm ea, ut omnes sancti affirmant. Hæc Scotus.

Missaante mundi ut mini non abolenda.

1. C or. 11

Parrhisi.

¶Postremò Guliel mus Parrhisiensis, freti, inquit, auxilio Dei, conabimur loqui de sacratissima eucharistia, cui⁹ ineffabilitati admirabilitati nullus sufficit intellect⁹, nulla loquela. Dicimus ergo, qa si cura est Deo ẽt minutissimis atq; aĩalibus prouidere de nutrimento, multo plùs cura est ei de aliménto rationalis creaturę, quam non decet habere aliud caput, quàm Deum, nec alio spiritu uiuere, nisi spiritu Dei, uita gratiæ in præsenti, ergo cibus eius est Deus. Si enim, quod nutrit, & sustentat uitalem colorem in corpore animalis, uerè est cibus ipsius. ergo cum diuina bonitas præfatum calorem uificet, & nutriat sola, constat ipsum esse uerissimum eius cibũ. Quid autem est uitalis calor in huiusmodi mystico corpore, nisi syncerus, & sanctus amor, & amicitia sancta, qua fideles Deo adhærent; inuicemque cohærent, ac totis uiribus inuicem obsequuntur, ac prosteruntur. Diuina etenim bonitas ueros suos amatores in tantum sibi astringit, & alligat, ut propter ipsam etiam sibi inuicem inseparabiliter cohærent. Deus ergo, qui sua deitate sic reficit suorum spiritus amatorum; naturam eorum assumpsit, qua ipsos quoque sub sensibili forma nutriret, atque sub talibus speciebus se eis mãducabilem præbuit, quæ eorum naturæ magis conuenunt ad edendum, & hoc est sub formis panis, ac uini, prout de his infra magis dicetur.

Sapien. 9

Vitalis calor mystici corporis est amor.

Secundò

QVAESTIO II.

Arguitur contra ueritatem.

Secundò hic quæritur, *Vtrum sacramentum eucharistiæ fuit in lege naturali, ac scripta præfiguratum.* ¶Videtur, quòd non, quia si sic possent Iudæi ex sua lege gentiles quoque ex lege naturæ iuduci ad fidẽ sacramenti istius, quod non uidemus. Item figuratum est clariùs, ac notiùs sua figura, cum iam fuerit exhibitum, & ostensum. Sed iste sacramento nihil obscurius, nil in compræhensibiliùs extat, ergo non fuit præfiguratum per agnum paschalem, & consimilia, quæ in se claca fuerunt.

Gene. 14. Exo. 16. Num. 11.

Respõñ. Alberti. Quorum sacramentorum figuræ in lege præcesserint.

¶Ad hoc respondet Albertus: Quatuor sunt sacramenta, quæ precipuè ad nouum pertinent testamentũ: puta baptismus, confirmatio eucharistia. & unctio extrema. Alia tria in ueteri testamento, & lege naturæ quodammodo extiterunt, ut matrimonium, pœnitentia', & ordo: tamen quantum ad plenitudinem suorum effectuum non sunt nisi legis euangelicæ sacramenta, ut declaratum, est supra. Porrò inter quatuor illa, quæ noui sunt testamenti, quædam ita sunt noui, ꝙ nullam expressam figuram habere potuerunt in ueteri: unum quidem propter ueteris testamenti imperfectionem, ut cõfirmatio, in qua datur quædam plenitudo spiritus sancti ad robur: aliud uerò propter statum originalis peccati, cuius pondere ante Christi passionem etiam sancti trahebantur ad limbum. Hinc extrema unctio non habuit ibi figuram: quoniam unctio ista tollit peccati reliquias, quatenus unctus mox euolet. Baptismus autem, & eucharistia sunt sacramenta, quorũ unam directè est contra originale peccatũ, cõtra quod in ueteri lege remediũ fuit circuncisio, ideo baptismus figuras habuit multas. In eucharistia quoq; cõiũgit nobis saluator, q̃ in sacris oĩbus operatur ideo pueniebat multas illius figuras præcedere. Pœnitentia aũt est cõtra defectum actualis peccati, qui defectus in omni lege cõmunis est. Matrimonium uerò fuit ad materialem hominũ multiplicationem, q̃ semper necessaria fuit. ió semper fuerunt illa sacra, q̃uis nõ tã plena grę, sicut modo. Ordo demũ ptãtę hẽt spiritualem, quæ in umbra fuit in ueteri testamento, & in ueritate in nouo. Ver untamen fuerunt, & aliæ figurę passionis, atq; effectus huius sacramenti, quam hæ, quas ponit Magister fuisse figuras sacramenti istius; sed istæ, quas ponit Magister specialiter figurabant hoc sacramentum, secundum quod sub sacramentalib⁹ sumitur figuris. Hæc Albert. ¶De quibus Thomas clariùs scribit Sacramenta, inquiens nouæ legis tripliciter habent se ad ueterem legem. Quædam nãque essentialiter fuerunt in ueteri lege, quàmuis nõ ut sacramenta nouæ legis; sed magis, ut sunt in officium uel in actum uirtutis, ut pœnitentia, mrimonium ordo. Quædam verò fuerunt secundum aliquid eis correspondens, non essentialiter, ut baptismus, & eucharistia. Quædam autem, ut confirmatio & extrema unctio, nihil habebãt eis expsse correspondens. Vnde nec expresè ꝓfigurata fuerũt. Similiter nec tria prima, sed media duo, ut eucharistia, & baptismus. Præfiguratio quoque eucharistię magis necessaria fuit, quàm baptismi: tũm ratione suæ dignitatis, tum ratione difficultatis, cum propter necesitatem fidei eius, ꝙ i eucharistia figurat.

Sapi. 12. Exo. 12.

Thomas Aquinas Sacramenta nouæ legis tripliciter se habent ad ueterem.

¶Præterea, si quæratur an Magister sufficienter exprimat figuras eucharistiæ: rndendum, quòd aliquid potest præfigurari dupliciter. Primo p id, qđ est signum, & cã ipsius: Sicq; effusio sanguinis, & aquæ de latere Christi, figura fuit sacri istius. Secundo, pro id, quod est signum duntaxat: & ita, q̃tum ad id, quod est tantũmodo sacrum in eucharistia, fuit eius figura oblatio Melchisedech, Sed q̃tnm ad id, quod est res, & sacramentum, vcȝ Christum, fuit eius figura agnus paschalis. Quantũ uerò ad id, quod est res tñ, utpotè gratiam, figura extitit manna, quæ reficiebat omnem habens suauitatis saporem. Quãuis demum in ueteri lege fuerunt materialiter plures huius sacramẽti figurę, omnes tñ reducuntur ad istas, qa in oĩbus sacrificijs & oblationibus antiquorum significabatur id, quod est res, & sacramentũ in eucharistia, quod etiã significatur per agnum paschalem. s. Christum, qui se ob tulit Deo patri ꝓ nobis. Vel dicendum qđ istæ figuræ rẽpsentat corpus Christi secundum quod est in usu fidelium, qđ ꝑ de oblatione Melchisedech: q̃ panẽ, & uinũ edendũ obtulit Abraæ. Similiter agnus paschalis edendus, a populo occidebatur. Manna quoq; ad esum populo concedebatur a Deo. Item aqua sanguini mixta fluxit de latere Christi significãs populũ sanguini Chri cõicãtẽ. Sic aũt non est i sacrificijs alijs Iõ q̃uis sint figuræ passionis Iesu Chri, nõ tñ istius sacrl. Fit aũt in Canone missæ mensio de oblatione Abel, & Abraæ magis ꝓ offerentiũ deuotionẽ, quã ꝓpter rei oblatæ efficaciã.

Exo. 12. Leuiti. 12. Deut. 16

¶Quæritur item, utrum expresiùs fuit figuratũ, hoc sacrm in lege naturæ, quàm Mosi. Respõdẽdũ, quòd quantum ad id, quod est signum tantum: in hoc sacramento, expressio eius figura fuit oblatio Melchisedech, quã figuræ legis Mosaicæ: sed quoad id: quod est res, & sacramentum, euidentior fuit figura Mosaicæ legis, qua Christus passus expresiùs significabatur. Cumque ritus sacramenti in exterioribus signis consistat, sacerdotium Christi quãtum ad ritum, magis cõnenit cum sacerdotio Melchisedech, quàm cũ sacerdotio Leuitico: & etiam quantum ad alias conditiones Melchisedech, quas Apostolus pleniùs prosequitur ad Hebræos. Hæc in Scripto.

Exo. 16. Iohan. 19.

¶Insuper in tertia parte quæstione septuagesima tertia. In hoc, ait, sacramento tria considerãtur Primum est id, quod est sacramentum tantum, qđ est panis, & uinum, seu potius species eorundem. Secundum est id, quod est res, & sacramentum, videlicet uerum corpus, & sanguis Christi. Tertium est id, quod est res tantum; quod est sacramenti huius effectus. Quantum ad primum, potissima eius figura oblatio fuit Melchisedech, qui obtulit panem & uinum. Quantum ad secundum, figuræ eius fuerunt omnia sacrificia ueteris legis præsertim sacrificium expiationis, quod solennissimum fuit. Quãtum ad tertium, præcipua eius figura fuerat manna, quod continebat in se omnis saporis suauitatem, sicut & gratia huius sacramenti, quantum ad omnia, reficit mentem. Porrò agnus paschalis, quãtum ad omnia, præfiguravit hoc sacramentum. Nam, quantum ad primum, præfiguravit, quia mãducabatur cum azimis panibus, ut in. Exodo legitur: Quantum verò ad secundum, quoniam immolabatur ab omni multitudine filiorum Israel quartadecima luna, qđ fuit figura passionis Chri qui propter innocentiam dicitur agnus. Quantum etiam ad effectum, quia per sanguinem agni paschalis protecti sunt filij Israel ab angelo deuastante, atque eductide Aegyptiaca seruitute. Hinc agnus paschalis uocatur præcipuè huius sacramenti figura. Hæc Thomas in Summa.

¶In quibus cõtinent scripta Petri, Ric. Duran. & Argen. de ista materia. ¶Bona. quoque Magister, inquit, sufficienter assignat figuras sacramenti huius

secundum suam intentionem, videlicet, in respectu ad leges desuper datas. Namque ad legem naturæ ponit pro figura sacrificiū Melchisedec: Respectu legis Mosi, manna, & agnum paschalem, respectu legis gratiæ, sanguine m pasfionis domini Iesu Christi: sicque patet sufficientia figurarum istarum per comparationem ad legis diuinitus deriuatas, q uæ non sunt nisi tres. Sunt quoque sufficienter figuræ, si attendamus ad ea, quæ præfigurantur In hoc etenim sacramento est uisibilis forma panis & uini, quæ præfiguratur in sacrificio Melchisedec res contenta, vc3 caro Christi, quæ præfigurata est in agno paschali: res significata tantum, quæ significatur per manna, uirtus dans efficaciam sacro, q̄ significatur in sanguine lateris Christi. Hæc Bonauē.

QVAESTIO. III.

Arguitur contra ueritatem.

TErtiò queritur, *Utrum hoc sacramentum fuit conuenienter, opportunoque tempore institutum*

¶ Videtur, quòd non; quoniam omnis Christi actio nostra est instructio. Si ergo post cœnam conuenienter sacramentū istud institutū, sequeretur, q̄d serui, & subditi eius deberent illud post refectionē consecrare, celebrare, ac sumere. ¶ Rursus, sacramētum istud institutum est in memoriam pasfionis, mortisq; Christi, & charitatis, quam nobis in sua pasfione monstrauit, ergo post Christi pasfionem fuit instituēdū. Ad hoc Bonauentura respondet: Institutio istius sacramenti, diuinam decuit bonitatem, quæ sui est diffusiua, ut sicut ostensa fuit in nostræ assumptione naturæ, & in quatuor modorum generationis impletione hoc est, in productione. Adæ de terra, & in formatione Aeuę uirginis de costa uirginis Adæ, & in propagatione posterorum ex cōplexu uiri, ac fœminæ, & in generatione Christi ex sacratissima uirgine, sic decuit ut impleret modos essendi in alijs, qui sunt tres. Primus, est, quòd secundum deitatem est in omnibus per essentiam, præsentiam, & potentiam. In sanctis per gratiæ inhabitationem, in Christo per hypostaticam unionem. Vt item impleret tres modos existendi in rebus secundum assumptam humanitatem, quia localiter est in cælo, personaliter in verbo æterno, sacramentaliter in altari. Insuper decuit infinitam Dei sapiētiam prouide homini lapso idoneam medicinam: quatenus sicut homo lapsus fuit per esum ligni scientiæ, ita resurgeret per esum ligni uitæ. Idem demum decuit diuinam potentiam, quæ maximè in hoc ostenditur sacramento, & in mirabilibus, q̄ fiunt in eo. Insuper expediens valde fuit institutio sacramenti huius nostræ infirmitati, propter multiplicem fructum, & salubertimas utilitates, quas inde cōsequimur. Institutum est enim in memoriam dominicæ passionis, & delectionis Christi ad nos. Maximè etiam promeremur tam in comprehē sibilia huius sacramenti credendo, atq; ex tam gratiosa, & pia præsentia Christi nobiscum, subleuatur spes nostra; quod, & minora petentibus largiretur, & tandum seipsum clarè in specie, & re Ex tanta etiam Christi ad nos præueniente charitate libera litate, ac pietate, dilectio in nobis ad ipsum accenditur, ac ualide inflammatur. Hæc Bonauētura. Denique non debuit sacramentum istud instrui ante saluatoris aduentum, ac euangelicam legem, quæ lex gratię appellatur. Est enim hoc sacramentum, maximæ gratiæ contentiuum, atque dominici corporis uerè realiter seruatiuum, & uinculum charitatis, ideo tēpori charitatis, & gratiæ cōgruit, nec ante aduentum filij Dei erant humano generi tam gratiosa auxilia, tā pfecta sacramenta, tā diuina charismata impendenda, sicut post incarnationē. Amplius, cum hoc, sacramentum contineat uerū Christi corpus: & uerè sit cibus, atq; præcipuū signum amoris, ac memoriale diminicæ pasfionis, præsertim condecuit ipsum pasfione instante, in ipso tēpore cœnæ institui, imminente recessu. In recessu namque solent charitatis indicia exhiberi. Non tamen sumendum est hora refectionis corporæ, neque post cœnam, sed cū reuerētia maxima, stomacho sobrio, ac ieiunio. Nec eadē cōueniūt rei institutionis, ac pſecutioni, seu frequētationi. Hæc idē.

Matt. 26. Iohan. 13

Sub figura cibi eucharistia ī stituta est.

¶ Hinc Thomas: In quolibet, inquit, genere actionū, in quo sunt plures actiones ordinatæ, diuersis agentibus ordinatis distributæ, oportet, quòd principalis actionum illarū attribuatur principali agēti, cuius virtute alij agunt. Cumque diuersæ sint actiones sacramentales, diuersis sacramentis conuenientes, ex verbo incarnato uim suā habētes, oportet unā actionum illarū principali agenti attribui, ideo oportuit esse sacramentum eucharistię continens uerbum incarnatum, cæteris sacramētis eius uirtute agentibus Hinc in figura cibi congruenter est sacramentum hoc institutum. Nam inter alios sensus solus tactus est, cui suum obiectum realiter iūgitur. Gustus quoque est quidam tactus, ac inter alia ad tactum spectantia, solus cibus est, qui agit p coniunctionem suam realem ad cibatū: quoniam nutriens, & nutritum fiunt unum. Alia uerò tangibilia agunt per quasdam impressiones in illud, q̄d tangit, ut patet de calido, & frigido, Cūq; oē sacramentū sub similitudine element corporalis exhibeatur, istud sacramentum sub ſpecie alimenti proponitur, alimenti inquā, non conuertendi in nos, sed cōuersiuū nostri in ipsum. Et: qm̄ Christus in hoc sacro pſonaliter, atq; realiter cōtinetur, ñ fuit hoc sacramentū in ueteri lege istituendum, quia tunc Christi incarnatio solum promittebatur. Porrò in cœna decuit sacramentum istud institui, primò, quia ad nostrā perfectionē exigebatur, ut caput nostrū nobiscū asserat, ac permaneret secundum utrāq; naturā. Ió qñ per corporalē præsentiā fuerat se abstracturus, rectè sacramentalē præsentiam istā instituit. Secūda rō sumitur ab eius figura. Christus namq;, quamdiu in mundo conuersatus est, figuras legis uoluit obseruare factus sub lege. Et qm̄ ueniente ueritate, cessat figura, non debuit hoc sacramentum institui, nisi instante Christi recessu, qñ figuræ legis fuerant terminandæ. Tertia ratio sumitur a repreſentatione sacramenti istius. Est enim repreſentatiuum dominicæ pasfionis. ideo pasfione de proximo imminente est institutum. Quarta ratio sumitur ex ritu, quo est frequentandum, ut scilicet ultimo traditū magis commendetur memoriæ. Hæc Tho. in Scrip. ¶ In quibus aliorū scripta satis vñr includi. Aliqua tamē obijci possent. Sp enim uiatores indiguerunt spirituali, ac sacramentali refectione, atq; uiatico, medicinaq; mentis. Cum ergo sacramentum hoc apelletur uiaticum, refectio, medicina, videtur, quòd à principio debuit esse. Et respondendum, quòd summa, & infinita sapientia Dei cuncta sapientaliter agit. Hinc secundum uarietatem temporum, ac statum, dispositionemque hoīm, diuersa concessit sacra hoibus. Vñ tpi sui ad uētus, tpi gratia, ac euāgelicæ legis, diuiniora, & pfectiora pūdit, ac ꝓtulit sacra, ut supra expositū est sp tñ aliqua sacra, medicamina, & ſterna uiatica, ac grārū charismata dedit hoibus. Pasfio quoque Chri hoc fecit futura, & credita, q̄d nūc agit ſpleta

Eucharistia in ueteri lege instituī nō debuit.

Eucharistiā in cœna decebat institui,

¶ Postremò Antisiodore. Multiplex, ait est causa institu-

Cause institutionis eucharistiæ multæ.

nstitutionis sacramenti istius. Prima est cōmemoratio pasfionis Christi, quemadmodum dixit. Hoc facite in meam commemorationem, q̄ triplex est. Prima est commemoratio charitatis, quam Christ⁹ nobis monstrauit moriendo ꝓ nobis iuxta quod loquitur: Maiorem charitatē nemo habet, ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Secunda est cōmemoratio liberationis, qua nos redemit à seruitute diaboli, & peccati, & à captiuitate inferni. Tertia est commemoratio imitationis, q̄ Christi uestigia sequi debemus, & uirtutes, quas nobis in sua pasfione ostendit, sicq; intelligitur illud Apostoli: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce dñi mei Iesu Christi in amore, quē mihi in sua crucifixione pro me manifestauit, & in liberatione, qua me super suam crucē redemit, & in imitatione uirtutum, quas me in sua docuit pasfione. Secunda ratio institutiōis huius, est meritū fidei. Tertia subleuatio spei, sicut habitū est. Quarta est instructio nostra, ut discam⁹ ea, quæ fidei sunt in sacramento perpendere, ponderare, reueri, ac grati cōsistere. Quinta est, ut epulemur in azimis synceritatis, & veritatis. i. spiritaliter delectemur in nostræ redemptionis mysticis, atque in sacra communione, in cōtēplationibus mirabilium saluatoris. Nempe de hoc sacramento uerissimè dicitur: Panē de cælo præstitisti eis sine labore, oē delectamētū in se habentem, & oīs saporis suauitatē. Delectat etiā usum interiorem p pulchritudinē spūalē, auditū mentalē per melodiā internā, iuxta illud, Audiam q̄d loquatur in me dñs Deus. Delectat olfactum per sacrum odorē, scēm illud in Canticis: Curremus simul in odorē unguentorum tuorum. Delectat, & gustū per occultā suauitatē, in xta illud in Psalmo, Gustate, & videte, qm̄ suauis est dominus. Delectat etiam tactum spiritualē per verbi æterni contrectationē. Sexta causa est, ut homo, qui per esum uetiti ligni corruerat, per esum ligni, uitæ salubriter rēuiuiscat. Septima est ut sit in remediū quotidianarum, uenialiūq; culparū Hæc Antisiod. in Summa, libro quarto. ¶ Sunt autē, & causæ aliæ altiores, ut sc3 Christus homo in desinenter, & maximè Deum patrem, imo totam ſp beatissimam trinitatem ueneretur, tanti sacrificij iugi oblatione, in qua bonitas, charitas, misericordia Dei ad homines; beneficia, & promissa ipsius commemorantur. Laus, gratiarum actio, & reuerentia omnium fonti bonorum deuotissimè exhibentur, humanoque generi multipliciter, imò ineffabiliter subuenitur, & ipsa ecclesia mirabilissimè ditatur, ornatur, munitur

Matt. 26. Iohan. 15.

1. Petri 2. Gal. 6.

2. Cor. 5.

Sapie. 16. Eucharistia delectat.

Psalm. 33.

Rom. 5.

QVAESTIO IIII.

Arguitur contra ueritatem.

QVartò quæritur. *An qualibet sumptio alimentorum medicinarum & confectionum impediat tanti sacramenti celebrationem, & communionem.* Videtur, quòd non, quoniam Christus, & discipulis post cœnam sacramentum istud sumpserunt. Secūdo nam moderata refectio. & uini potatio frequenter ad deuotionem disponit. Tertiò, multi ex præcedenti ieiunio confecti inedia, ad deuotionis exercitia sunt inepti, talibus ergo expediret ante sacramenti perceptionem aliquanto cibo, ac potu refocillari. Quartò, aliqua talia non nutriunt, nec traijciunt in uentrem, sed consumuntur in ore, ergo non frangunt ieiunium.

Quare a ieiunis stā tum eucharistia sumenda.

¶ Ad hæc Thomas respondet: Hoc sacramentum solum suscipi debet à ieiunis, nisi imminente mortis articulo, ne contingat decedere sine uiatico. Et. istud seruandum est in tanti reuerentiam sacramenti. Primò, propter sanctitatem, & dignitatem sacri, istius quatenus os, quo suscipi debet, non sit prius alio cibo imbutū, sed quasi nouum, & purū ad eius seruetur susceptionem. Secūdò propter deuotionē quæ exigitur ex parte recipientis, & attentionem, quæ impediri solent ex cibis, ac potibus. Tertiò ꝓp periculum uomitus, seu cuiuscumque huiusmodi Cur autem Christus sumpsit, discipulisq; porrexit hoc sacramentum post cœnam, expressum est, quia sic competebat institutioni: non autem sic conuenit prosequutioni, & usui: ¶ Sed obijci potest illud Apostoli: Dum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis autem esum domi manducet, & loquitur de manducatione corporis Christi ergo post q̄ qs manducauit domi potest communicare. In decreto quoque de consecratione hr: Sacraméta altaris nō nisi à ieiunis celebrent, excepto aniuersario die, quo cœna dñi celebratur, Ddm ad primum, quod Apostolus non intendit, quod fideles post cibos sumptos in domo, accipiant in ecclesia corpus Christi, sed reprehendit Corintheos, qa hunc cibum uolebant cibis alijs commiscere quos in ecclesia sumpserant. Ad secundum, quod forte ecclesia quandoque sustinuit in die cœne sumi corpus dominicum post alios cibos, in cōmemorationem dominicæ cœnæ, quod abrogatum est per cōtrariam consuetudinem vel loquitur quantum ad astantes, qui non sumunt.

¶ Præterea, quia ad reuerentiā sacramenti huius istud est institutum, quod os suscepturi illud quasi nouū ad ipsum accedat, ideo sicut quantalibet sūptio cibi aufert hanc nouitatē sic impedit eucharistiæ sumptionē, excepto necessitatis articulo. Verū tamen duplex est ieiunium, puta naturæ, atq; ecclesię. Ieiunium naturæ est, quo quis ieiunus dicitur ante cibū sumptū illo die: quamuis postea eodē die comedat sæpe. Ieiuniū ecclesię, est quo qs ieiunat secundū modū ab ecclesia institutū, q̄d ieiunium manet post unā comestionē, nec soluitur nisi per secūdam sumptionem eorū, q̄ in cibū, & potū accipi solent. Hinc ea, quæ accipi solent propter cibos digerēdos, ut electuaria: vel deducendos per menbra ut potus, uini, aut, a quæ nō soluunt ieiuniū, quāuis aliquo modo nutriant. Ieiunium autem naturæ exigitur ad debitam eucharistiæ sumptionem. Propterea scēm cōem sententiā, electuaria, & uinum ante sumpta, ab eucharistiæ sumptione impediunt Sed de aqua opinio est diuersa. Nam aliqui dicunt quod cum nullatenus nutriat, non soluit ieiunium naturæ neque ecclesiæ. Verum quamuis aqua per se non nutriat, tamen mixta in stomacho nutrit, quia opportet quòd alijs humoribus misceatur, sicque potest cedere in nutrimentum. Ideo alij probabiliùs atque securiùs dicunt, quòd post aquæ potum non est eucharistia ſumenda. Denique ieiunium naturæ uocatur per priuationem actus comestionis, secundum, quod comestio potationem includit. Comestio autem principaliter dicitur ab exteriori cibi sumptione, quam uis terminetur ad traiectionem cibi in uentrem, & ultra nutritionem. Hinc ea, quæ intra geruntur sine exterioris cibi sumptionę, non videntur soluere naturę ieiunium, nec impedire eucharistiæ perceptionem, ut de glutio saliuæ. Et idem videtur, de his, quæ remanēt inter dētes, & itē de eructationibus. ¶ Quærit quoque an statim licet comedere post sacramenti sumptionē. Dicendum quod secundum cōsuetudinē ecclesiæ propter reuerentiam tāti sacramenti, post eius sumptionē homo debet in gratū actione pſistere. ió dēt esse aliqd interuallū iter

cõicatione,& aliorũ ciborũ sũptionẽ,nõ tñ magnũ interuallũ regrit,q̃uis in prmitiua ecclesia pp paucitatẽ sacerdotũ diuturnior mora post cõionẽ ante corporalẽ refectionẽ protrahebatur, qa, & tũc missarũ solennia rariùs celebrabant, & ita in decreto loquũtur Iura antiqua. Hæc Thomas in Scripto Concordant Albertus, Petrus, Richardus, & alij. Et addit Richardus, similiter, & Petrus de palude. Si sacerdote os lauante modicum aquæ introeat, nõ credo ob hoc a celebrationẽ abstinendũ, qa nõ ipe dit debitã pparationẽ psbyteri, nec reuerẽtiã sacrũ Et, ut alij dicũt, nõ sumitur per modum potabilis.

de con. d. 5 ca Sacramentum Richardus Petrus de Palu.

¶ Consonat, & Durãdus, ac addit: Quamuis principium diei à diuersis diuersimode capiatur, Nam quidã à meridie, quidã ob occasu quidã ab ortu solis incipiunt diẽ, ecclesia tñ incipit diẽ a media nocte, iõ si post mediã nocte, aliq̃s qppiã sumpserit p modum cibi aut potus non potest eodem die hoc sumere sacramentum. Hæc Durandus.

Durandus Quando diẽ ecclesia incipiat.

¶ Postremò Argentinensis, & Scotus, præter articulũ mortis ꝓbabiliter imminentis, ponũt alium casũ, in quo liceat sacerdoti cõsecrare, & sumere sacramentũ, soluto naturæ ieiunio, ut si sacerdos sumpto corpore, & intendens sanguinem sumere, inueniat in calice nõ uinũ, sed aquam fuisse. Tũc enim tenet uinũ ifundere, & de nouo sanguinẽ cõsecrare, ac sumere: qm̃ ꝑceptũ de nõ cõsecrãdo corpore sine sãguinis cõsecratione, maius est, & fortiꝰ ligat, q̃ ꝑceptũ de ieiunio naturæ nõ soluẽdo ante communionẽ, iõ i hoc casu hoc ꝑceptum nõ ligat,

Tho. argẽ. Scotus Casus quo licet non ieiunio cõsecrare &c.

QVAESTIO V.

Arguitur contra veritatem.

QVintò queritur. *An forma consecrationis corporis Christi uere ponatur hæc esse. Hoc est enim corpus meum.* ¶ Videtur, ꝙ nõ, quia coniunctio illa causalis. Enĩ, non fuit à Christo expressa, sed a beato Petro est addita, ut concorditer tenent doctores. Præterea sacramenta nouæ legis constant ex materia, seu materiali elemento, & certa forma verborum. sed hoc in sacramento eucharistiæ locum non habet quia cessante verborum prolatione, ꝑmanet uerum, & integrũ sacramentũ. Insuper, forma hęc non uidetur posse uerificari. Dũ em̃ sacerdos profert hæc uerba nõ dum est ibi corpus Christi, sed in termino, seu ultimo instanti prolationis. Et quæritur quid demonstret ꝓnomen istud scilicet hoc. Si enim demonstrat panem, qui tunc ibi est non esset oratio uera, cum panis ille non corpus Christi. Amplius secundum euangelicæ ueritatem historiæ Christus dixit hæc verba, porrigendo corpus suum discipulis, ergo tunc facta fuit consecratio illa ante prolationem verborum.

Mar. 14.

¶ In oppositum est auctoritas sanctæ matris ecclesiæ, quam spiritus sanctus decipi non permittit.

¶ Circa hæc scribit sanctus doctor. Oportet, ut per formam cuiuslibet sacramenti exprimatur id, in quo substantia sacramenti cõsistit sicut in forma baptismi, ablutio exprimitur, qua baptismi perficitur sacramentum. Tota autem perfectio sacramenti istius in ipsa materia, & eius consecratione consistit, quæ est per transsubstãtiationem panis in corpus Christi, quã transsubstantiationem exprimunt uerba, HOC EST CORPVS MEVM, ideo verba hæc forma sunt sacramenti istius. ¶ Porrò de hoc an Christus consecrauit proferendo hæc verba sũt quatuor opiniones. Vna, quòd Christus habens potestatẽ excellentiæ in sacramentis absque oĩ forma uerborũ, sacrm̃ ꝑfecit potestate diuina, ac postea formã exꝑsit, in qua cæteri cõsecrarẽt. Hãc opinionẽ tãgit Innocẽtius, dicens: Sane dici põt, ꝙ Christꝰ diuina uirtute cõfecit, & postea formam expressit, sub qua posteri benedicerent. Sed hoc non videtur conueniens, quia in textu euangelij dicitur benedixit, quod aliquibus uerbis factum videtur. Innocentius autem loquitur opinionem narrando, siue tangendo ordinẽ, quo uirtus consecrationis à Christo, in quo primo erat, est deriuata ad formam Hinc alij dicũt, quòd confecit sub quadam forma verborum, non tñ sub ista, sed sub alia nobis ignota, quod incõueniens esse uidetur, quia sacerdos sub his uerbis conficiens, profert ea, ut tunc à Christo prolata. Vnde si tunc in eis non fiebat confectio nec fieret modo. Propterea alij dicunt, ꝙ cõfecit sub uerbis his, sed bis protulit ea primo tacitè, cũ bñdixit: Secundo apertè qñ destribuit, ut formã cõsecrandi traderet alijs, quod etiam cõueniẽs videtur: quia non proferuntur a sacerdote consecrante in persona Christi, ut in occultè prolata. Nõ enim benedixit dicens, hoc est corpus meum, sed dedit discipulis dicens, Accipite, & manducate ex hoc omnes. Hoc est corpus meum. Ob hoc alij meliùs dicunt, quòd. Christus semel tantum protulit ea, & eis semel prolatis cõsecrauit, & formam dedit. Hoc nãque participiũ dicens, non importat cõmunitantiam solũ ad uerbũ hoc, dedit, sed ad hoc cũ alijs. ut sit sensus, dum benedixit, & fregit, & dedit discipulis, verba hæc protulit, Accipite, &c. Vel secundũ quosdã euangelista non seruauit ordinẽ verborũ, quo prolata fuerunt à dño. Ordo etñ fuit talis: Accipite panem. & benedixit dicens, Accipite, Primũ tñ est melius. Deniq; cũ aliorum sacrorũ perfectio in usu consistat materiæ, & huius in materiæ consecratione, iõ forma in alijs sacramentis est in verbis, quæ dicuntur in usu sacramenti. In hoc autem sacramento forma sacramenti est in uerbis q̃ dicuntur in consecratione materiæ. ¶ Hoc etiam aduertendũ, quòd in hoc sacramentum sicut in alijs, duo sunt scilicet consecratio materiæ, & usus materiæ consecratæ, quæ duo exprimuntur ꝑ verba Christi, qui dicendo: Accipite, & manducate, ꝑcepit usum sacramenti istius, atque dicẽdo, hoc est corpus meum, tradidit, & peregit materiæ consecrationem. Cumque consecratio materiæ ordinetur ad usum fidelium, ideo usus præmittitur in cõsecratione sacramenti: quamuis in exequutione se quatur: quoniam finis est prior in intentione, & cognitione, & ultimus in exequutione, & operatione. Attamen, quia (ut dictum est) usus materiæ in hoc sacramento non est de essentia sacramenti, sicut in alijs, ideo uerba illa, quæ spectant ad usum eius, non sunt de forma ipsius, sed solum illa, quæ ad consecrationem pertinẽt, utpotè hoc est corpꝰ meũ. Veruntamen, quamuis usus sacramenti huius non sit de eius essentia: pertinet tamen ad complemtum esse ipsius, in quantum pertingit ad hoc, ad qđ constitutum est, ut scilicet, a fidelibus accipiatur. Iccirco interdum dicuntur esse de forma sacramẽti istius non solum, quę pertinent ad consecrationem, sed etiam illa, quę respiciunt usum istius, sicq; Ambrosius, & Eusebius dicunt quòd Christus: uisibiles creaturas conuertit in corpus suum dicens: Accipite, & comedite, &c.

Mat. 26.

In hoc sacramento duo sunt.

¶ Insuper in forma cõsecrationis difficultatẽ, facit, & quæstionem, quid pronomẽ istud, hoc, demõstret: Itaq; cognoscẽdũ, qđ minister in sacris dupliciter operatur. Primò, verba pronũciando. Secundo, actũ exteriorẽ aliquẽ exercẽdo, ut in baptismate ꝑ3, & utrũq; horũ est instalis causa eius, quod

perficitur

perficitur uirtute diuina, quæ latet in sacramentis. Causa aũt sacramẽtalis significando efficit, Iccirco in sacramentis illis, in quibus utroque mõ operat minister, oportet, ut ue. ba prolata significent actũ exercitum, & actus exterior significet interiorem, effectum, quemadmodum in baptismo ablutio exterior, interiorem ablutionem designat. Vbi ergo minister non operatur nisi uerba pronunciando, oportet, ꝙ interior significatio immediatè referat ad id, qđ ibi efficitur. in hoc autẽ sacramẽto, quod cõsistit in consecratione materiæ, minister non hẽt actum nisi pronunciationem uerborũ, sicut nec in aliqua alia materiæ sanctificatione. Vnde oportet ꝙ verba formæ significent hoc, quod in secreto facit virtus diuina, & hoc est corpus Christi esse sub illis speciebus: ideo hæc est forma huic sacramento cõueniens HOC EST CORPVS MEVM. Itaque in hoc sacramento nõ gerit aliquid a ministro, quod sit de essentia eius. Quemadmodum aũt in operibꝰ artis, & naturæ requiritur inter faciens, & factũ similitudo secundum formam naturalem, aut artificialem, ita in causis sacramentalibus requiritur assimilatio, vel repręsentatio per modum significationis, Hinc uerba in hoc sacramento nõ debent significare ipsã fictionẽ, vel trãssubstãtiationẽ, ut in fieri sed, ut infectum esse iõ ista nõ esset forma huius sacramenti cõueniens, hoc fit corpus meũ, qa ꝑ hoc nõ significat aliquid esse, uel nõ esse. Similiter nec hæc, hoc mutet, vel trãssubstãtiet in corpus meum: qm̃ hoc, ꝙ est principaliter in hoc sacro inuentum, non significatur esse, vel non esse.

Aduerte de pronomine in forma cõfectionis.

¶ Præterea iuxta nunc tacta verba formæ sacramenti istius significare debent transsubstantiationẽ ut in factum esse, cuius transsubstantiationis extrema, seu termini sunt duę substantiæ. Iccirco in verbis forme huius significantur duo termini transsubstantiationis, & ipsa transsubstantiatio, ut in termino suo per uerbũ essendi. In termino ad quem trãsubstantiationis substantia, quæ erat terminus à quo, non manet quantum ad naturam suam specificam, sed solum quantum ad accidentia, qbus eius indiuiduatio cognoscebatur. Substantia uerò, quæ est terminus transsubstãtiationis ad quem integrè continet in sacramento, quoad naturã suæ speciei, &, quantum ad accidentia propria: ideo ex parte termini à quo nõ ponitur id, ꝙ significet naturam speciei se pronomen demonstratiuum, quod notificat indiuiduationem per accidentia, prout cadũt sub sensu. Ex parte autem termini adquem, ponitur nomen designans natura speciei, & pronomen non demonstratiuum huius substantię, prout est sub sacramento, sed prout est Christi in propria specie uisibilis, quia sic uerba formę pronunciauit. Vnde patet, quòd congruè forma ista consistit in his quatuor verbis. Hoc est corpus meum. ¶ Si autem quęratur quid designat ly, hoc, dicẽdum, quòd de hoc multiplex extat opinio. Quidam enim dicũt, quòd nullam facit demonstrationem, quia materialiter sumitur, eo quod uerba illa recitatiuè proferantur à sacerdote, quòd stare non valet, quia sic uerba illa ordinem nullum haberent ad materiam ibi prẽsentem, & ita non fieret sacramentum: cum tamen asserat Augustinus: Accedit verbum ad elementum & fit sacramentum. Eadem quoque difficultas manet de verbis istis, prout fuerunt a Christo, plata. Hinc alij dicunt, quòd facit demonstrationem ad intellectum, ut sit sensus quod per hunc panem, vel per has species significatur, est corpus meum. Nec hoc potest saluari, quia cum in sacramentis non efficiatur, nisi quod per uerba significatur, sequeretur, quod uirtute dictorum uerborum non fieret corpus Christi in altari secundum ueritatem, sed tantum secundum significationem, quod est hæreticum: vel verba præmissa non essent forma sacramenti istius. Nec potest dici, quòd intentio proferentis verba facit, quod verbis his consecretur uirtute diuinitus data: quoniam uirtus data sacramẽtis, consequitur significationem, & ministri intentio non potest ad alium effectum sacramenta perducere, nisi qui eis significatur. Ideo alij dicunt qđ ly, hoc, facit demonstrationem ad sensum, & demõstrat panem non simpliciter, sed secundum quod est transsubstantiatus in corpus: sed contra hoc est quoniam panis transsubstantiatus nõ est iam panis dumque profertur pronomen, hoc, nondum facta est transsubstantiatio, quia iam alia verba non eẽnt de essentia formæ. Cum ergo ad sensum nequeat demonstrati, quòd actu non subest sensui, non poterit modo præfato demonstratio fumi, nisi dicatur, ut alij dicunt, quòd totus sensus locutionis, & oĩm partium eius sit referendus ad ultimum instãs pronunciationis verborũ: quia pro illo instanti ꝙ quo res est, habet loquutio veritatem. Estq; simile cũ dicitur nunc taceo, vel nunc bibo, si statim tacere, aut potare incipiat. Verũ nec hoc stare põt, quia sẽcundũ hoc significatio horũ uerborũ præsupponere trãssubstantiationẽ iã factã, ergo uirtute uerborũ nõ fieret: imò scđm hoc sensus loquutionis eẽt, corpꝰ meũ, est corpꝰ meũ, qđ horũ uirtute uerborũ nõ fit. Hinc aliter est dđm, qđ sc3 ea, q̃ sunt in uoce proportionantur his, quæ existunt in anima. Conceptio autem animæ duobus modis se habet. Primò, ut repræsentatio rei tantum sicut est in oĩbus cognitionibus acceptis à rebus, sicque ueritas conceptionis præsupponit rei entitatem tanquã propriam mensuram, ut 10. Metaphisicæ dicitur, atque per modum huiusmodi conceptionũ se habẽt loquutiones quæ solum causa significationis proferuntur. Alio modo conceptio animæ non est repræsentatiua rei, sed magis præfiguratiua, sicut exẽplar factiuũ, ut patet in scia practica, quæ est causa rei, & ueritas huiusmodi conceptionis entitatẽ rei nõ præsupponit, sed naturaliter eam præcedit tanq̃ cã ipsius, quamuis simul sint tempore: & ad hunc modũ se habẽt verba præmissa, quia sunt significatiua atque factiua eius, quòd significatur, propter qđ ueritas, & significatio huius loquutionis naturaliter ꝓcedit entitatẽ rei, quã designat, iõ ꝓsupponit ipsam, quamuis sit simul tempore cũ eadẽ, sicut causa propria cum propriis effectu. Sed quia significatio, & ueritas loquutionis, quæ est simul tpe cũ trãssubstantiatione, cõsurgit ex significatione partiũ successiuè prolatarũ idcirco oportet, quòd dictio ultimo prolata, compleat loquutionis significationem, sicut differentia specifica, & simul cum significatione sit entitas rei, & per consequens significationes primarũ partiũ præcedunt trãssubstantiationem; quæ nõ fit successiuè, sed in instanti per significationẽ loquutionis iam perfectè. Atque pronomen, hoc, non demonstrãt transsubstantiationis terminũ ad, quẽ determinatæ, quia significatio loquutionis ꝓsupponeret entitatẽ rei significatæ; & nõ esset cã ipsius, nec rursus demonstrat terminũ à quo determinatè: quoniam eius significatio imperdiret ueritatem significationis totius loquutionis cũ terminus à quo, nõ remaneat in ultimo loquutionis instãti, relinquit ergo, qđ demõstrat id, qđ est commune utrig; termino indeterminatè. Quẽ-

Opiniones multæ improbantur.

Prima

Secunda

Respõsio vera. Conceptio animæ duobus modis se habet. Tomtha.

admodũ autẽ in mutationibus formalibus cõmune utrique est subiectũ, vel materia, distinguuntur termini per famas accidentales, vel substãtiales, ita in trãssubstãtiatione hac cõe est accidẽtia sensibilia q̃ remanent, diuersitas aũt est substantiarum. Vñ sẽsus est, hæc contẽtum sub his speciebus, est corpus meũ. Et hoc est cã, quare cũ pronoĩe ly, hoc, nõ ponit aliquod nomẽ, ne demõstratio ad aliquam speciẽ substantiæ determinutur. Sicut em̃ in loquutione, q̃ significat tm̃ alterationẽ p se, subiectũ cõmune alterius, vt cũ dr̃, hoc, fit albũ, ita opportet ꝙ in loquutione, quæ transsubstantiationem fecit, subiectũ sit hoc, quod est cõmune in trãssubstantiatione.

Iohan. 6.

¶Prætereã si quæratur, cur Christus potius dixit Hoc est corpus meũ, quàm, Hęc est caro mea, pͤsertim cum apud Iohannẽ loquutus sit, Caro mea uerè est cibus, & ipse Christus in sacramẽto exhibeatur nobis, vt cibus; Dicẽdum, quòd Christus apud Iohannẽ loquitur de hoc sacro solum secundum, quod est actum refectionis, cui magis competit caro, q̃ corpus. In forma uerò sacramenti exprimi debuit essentia sacramenti, & significatio eius. ideo potius debuit dici corpus, quàm caro: tũ quia essentialiter in hoc sacro continetur ex ui sacramẽti nõ solum caro, sed totũ corpus Christi; tũ; qm̃ sacrm̃ repræsentat significando Chr̃i passionem, q̃ fuit p totũ corpus ipsius. Significat quoque mysticum corpus Christi, tanquam rem vltimam, quod propter distinctionem officiorum habet similitudinem cũ corpore toto ratione distinctionis mẽbrorum. Panis autem non est figura rei contentæ in sacramentum secundum quod est corpus homogenium, sed secundum qđ est, diuersis cõfigitur granis. Hinc sua significatio magis aptatur ad totũ corpus, quàm ad totam carnem. ¶Insuper quæritur, an celebrans pferat uerba hæc solũ recitatiuè, an ẽt significatiuè. Et Respondendum, quòd hoc sacramentum directè est repræsẽtatiuum dñicæ passionis, qua Christus, ut sacerdos, & hostia se obtulit Deo patri in ara crucis. Hostia autem, quam sacerdos offert in missa est una, & eadem, quam obtulit Christus: qm̃ Christum realiter continet. Minister uerò offerens non est idem, qui Christus, sed est idẽ repræsentatione. Ideo sacerdos consecrans prout gerit Christi personam, profert consecrationis uerba recitatiuè ex Christi persona, ne uideatur alia hostia. Et quia per ea, quę gerit respectu exterioris materię repręsentat Christi personam: ideo uerba illa simul recitatiuè, & significatiuè tenentur respectu præsẽtis materiæ, quæ est figura illius, quam Christus in cœna præsentem habebat. Hinc conuenientiùs dicitur. Hoc est corpus meum: quàm, Hoc est corpus Christi. Vel etiam propter hoc, quod sacerdos non habet actum exteriorem, qui sit sacramentaliter, uel instrumentaliter cã consecrationis, sed in solis uerbis prolatis uirtus consecrationis consistit, ideo ex illis pferũtur persona, cuius uirtute fit transsubstantiatio. ¶Præterea, quæritur, circa hæc Nã circa formã consecrationis, quædã dicuntur, q̃ in scripturis Canonicis nõ hñr, ut, ꝙ Chr̃s cõsecraturus hoc sacrm̃, oculos eleuauit ad cælũ. Similiter in forma cõsecrationis sanguinis, ut infra dicetur, Et rñdendũ, quòd multa à Chr̃o sunt dicta, & facta à nullo euãgelistarũ conscripta, ut patet apud Ioha. Vñ, (ut Innocẽtius ait) quãuis in euangelio nõ legatur, nec in scriptura Canonica, quòd Chr̃s in cœna oculos ad cęlum leuauit, ecclesia tñ ex traditione Apostolorũ hoc tenet, & rõnabiliter ex alijs locis colligitur, cũ apud Iohannem legatur in suscitatione Lazari hoc egisse. Et rursus fertur in eodẽ Subleuatis oculis, in cælum, dixit: pater uenit hora clarifica filium tuum. Hoc quippe in arduis egit, gratias patri agens, & nobis exemplum præbens. Cũq; sacrum istud arduissimum, præstantissimũq; consistat, probalile est, quòd Chr̃s illud institutur⁹ oculos eleuauit ad patrẽ, regratiendo de humani generis reparatione, quæ hoc sacramento figurabant. Hęc Thomas in Scripto. ¶In tertia quoque parte, quæstione 78. Hoc, inquit, sacramentum differt ab alijs in duobus. Primò quia perficitur in ꝯsecratione materiæ; alia in usu materiæ consecratæ. Scđò, quia in alijs sacramentis consecratio materiæ cõsistit solum in quadã benedictione, ex qua materia consecrata accipit instrumentaliter, quandam spiritalem uirtutem, quę per ministrum, qui est animatum instrumentum, potest ad inanimata procedere instrumenta. In hoc autem sacramento consecratio materiæ consistit in miraculosa conuersione, seu substantiæ transsubstantiatione, quã solus Deus potest efficere. Hinc minister in hoc sacramento non hẽt alium actum, nisi prolationem uerborum. Cumq; forma debeat esse conueniẽs rei ideo forma huius sacramenti differt ab aliorũ formis sacramentorum in duobus. Primo, quod formæ aliorum sacramentorum important usum materiæ, ut baptizationem vel consignationem: sed forma huius sacramenti importat solam consecrationem materiæ, quę in transsubstantiatione cõsistit. Secundò: quoniam formę aliorum sacramentorũ proferuntur ex persona ministri, siue per modum exercentis actum, vt cum dicitur, Ego te baptizo: siue per modum imperantis, ut in sacramento ordinis, cum dicitur: Accipite potestatem &c. siue per modum deprecantis, ut in sacramento extremæ unctionis per istã unctionem &c. Forma uero huius sacramenti profertur quasi ex persona Christi loquentis, ad insinuandum, quòd minister imperfectione huius sacramenti nil agit, nisi ꝙ profert verba. ¶Verum his obijci potest, quia si ista est forma sacramenti istius. Hoc est corpus meum, ergo solis uerbis illis prolatis à sacerdote cũ intẽtione conficiendi super conuenientem materiam, fit consecratio. Respondendum, quod quidã hoc negant, dicentes alia verba præsertim, quæ sunt in Canone missę exprimi oportere, quod cõstat esse falsum, cum dicat Ambrosius in libro de sacramentis: Consecratio fit uerbis & sermonibus domini Iesu. Nam per cætera omnia, quæ dicuntur, laus Deo offertur &c. Item Canõ missæ non est idem apud omnes, imò diuersis temporibus diuersa sunt addita, ideo concedenda illa instãtia, quia intentio sacerdotis hoc ageret, ut uerba illa intelligerentur quasi ex Christi persona prolata. Enormiter tamen peccaret sacerdos ita conficiens, utpotè ritum ecclesiæ non obseruans, nec est simile de baptismo, quia baptismus sacramentum est necessitatis. Defectũ uerò pceptionis eucharistiæ, põt supplere mãducatio spiritualis, vt Augu. testatur. Hæc Thomas in Summa.

¶Qui etiam ait in Scripto de additione huius coniunctionis, enim, coniunctio ista importat in hac forma ordinem consecrationis ad usum materiæ consecratæ, ideo sicut uerba spectantia ad usum huius sacramenti, non sunt de eius essentia, ita nec coniunctio ista: quæ tamen addenda est secundum consuetudinem Romanę ecclesiæ, quę a beatissimo Petro sumpsit initiũ. Nec est simile de hoc sacro & alijs: quoniam uerba formæ huius proferunt à ministro in Christi persona quasi recitatiuè

uè

Ephe. 5. Hostia eadẽ a Christo & sacerdote offertur.

Consecrationis verba recitatiuè proferuntur.

Iohan. 21.

Iohan. 11. Iohan. 17.

Actus ministri in consecrando.

Ambros.

Augustin.

uè, iõ dẽt cõtinuationem apponere ad recitationẽ pmissam, q̃ facit cõiũctio, em̃. Aliorũ, aũt sacramẽtorũ formæ ex persona pferuntur ministri iõ non oportet in eis interponere aliqd (quod nõ sit de forma) rectè continuationis, cum absolutè proferantur. Hæc ibi.

¶At uerò Petrus: forma, ait, est principiũ distinguẽdi. Eucharistia uerò differt ab alijs sacramẽtis: primo in hoc, qđ est speciale memoriale sui institutoris, quo ad rõnẽ significãdi. Scđo, in hoc qđ cõtinet ipsum essentialiter quo ad rõnẽ causandi. Idcirco in forma hac vtrãq; proprietatẽ oportuit designari, pp primũ ergo pferuntur hæc verba in persona Chr̃i, propter scđm ponitur ibi uerbum substantiuum non operatiuum. Quid autem demõstret ly, hoc, diuersa consistit opinio. Scđm Richardum uerò in lib. de Trinitate, est ibi demonstratio mixta seu duplex, videlicet partim ad sensum, & partim ad intellectum, ut sit sensus: Illud, in quod hoc trãsmutãdũ est, corpus meum. ¶Deniq; duplex est institutio huius loquutionis, hoc est corpus meum. Quędam humana, ad significandũ tm̃: quædã diuina, ad efficiendum. Quẽadmodũ autem cõplemẽtũ significationis dependet à cõplemento orõnis, sic & complementũ efficiẽtiæ. Vndẽ transmutatio fit in vltimo prolatæ orationis instanti, quod est terminus temporis mensurantis orationem, & mensura termini orõnis. Cumq; cã naturaliter prior sit causato, transsubstantiatio, quæ fit uirtute completæ orõnis, posterior est naturaliter ea, quamnis simul sit tempore, ideo respectu eius bene potest designari per modum pręsentialitatis; dicendo: Hoc est corpus meum, id est, cõtentum sub hac specie, est corpus meum. Vel per modum futuritionis, dicẽdo: Hoc est copus meũ, id est, illud in qđ hoc est trãsmutãdũ, ẽ corpus meũ. Fitq; demõstratio ĩ utroque sensu, nõ p tpe, in quo pfertur, sed p quo pfertur, id est, p instanti transmutationis, sicut cum dicõ, hoc est bonũ uerbũ, Deũ time, demonstratio mõstrat rẽ nõ ĩ tpe, quo pfert sed p quo. Hæc Petr⁹.

¶Richardus, prædictis cõcordãs, reprobat positionẽ, quã sequit Thomas, q̃ tũ ad demõstrationem huius p nominis hoc, & sequit responsionẽ Ric. de S. Victore, additq;: Significatio noĩs siue substãtiui siue adiectiui nõ restrigit ad aliq̃ tpis drĩa. Nẽpe secũdũ Donatũ tps nõ ẽ de accidẽtib⁹ noĩ. Cũq; suppositio noĩs fundet sup eius significationẽ, ita qđ nihil suppponit nisi, ĩ quo saluat suũ significatum & quodlibet tale suppositũ eius est, idcirco p terminum istum substãtia, põt supponi, substãtia, quæ est, vel fuit, vel erit. Cũ ergo scđm Donatũ, iõ dicat pnomẽ, qa p noĩe ponit, demõstratũ p istud pnomẽ hoc, põt intelligi aliqd p̄sens, vel de ppinquo futurũ sub spẽ ista Nã secundũ Donatũ, pnoĩ non accidit tps. Nec põt dici, ꝙ restringatur per uerbũ pñtis temporis ad supponendum tm̃ pro illo, quod p̄sens est sub specie illa, cum verbũ futuri temporis restringere neqat terminũ ad supponẽdum pro re futura tm̃. Nã q̃uis res significata per verbũ, sit immediatè unita rei significatæ, per suppositum; tamẽ significat per modum distantis. Id autem quod significatur per modũ distantis, nõ restringit illud, ꝙ significatur per modum indistantis. Cum enim dicitur homo est albus, ly, homo, non restringitur ad standum pro hominibus albis tantum, sicut cum dicitur homo albus. Cum ergo sacerdos in persona Chr̃i pfert hanc ppositionẽ, hoc est corp⁹ meũ, sensus est. Aliqd sub hac spẽ pñs, vel de ppiquo futurũ est corp⁹ meũ, ꝙ simpliciter uerũ est. Hæc Ric.

¶Cuius additio ista non videtur propria, atque conueniens, quamuis secundum aliquem modum uel tropum loquendi, possit saluari. Propriè enim de lapide mox conuertendo in aurum, non dicitur iste lapis est aurum, vel hoc est aurum, lapide demonstratur. Similiter ꝙ ait de restrictione, non est firmum, Nomen enim per uerbum præsentis temporis restringitur ad standum pro eo, quod præsentialiter est.

¶Amplius præfatas positiones etiam refert, & reprobat Bonauentura, & ait: Alia positio est, quòd verba illa tenentur significatiuè, & quòd orõ est uera pro tempore, in quo profertur. sed non demonstratur ibi aliquid ad sensum, sed ad intellectum: non tamen sic ad intellectum, sicut cum dicitur, hæc herba crescit in horto meo. i. herba similis huic, sed sicut signatum in signo, vt sit sensus: Hoc i. signatum per hoc, est corpus meum, quę significatio vera esset, quamuis nihil fieret ibi, quanto magis nunc? Sed quia huic significationi uerè addita est ex institutione diuina, efficacissima uirtus, orõ illa vlterius ex Christi institutione, & sacerdotis intentione est conuersiua, ut sit sensus: Signatum per hoc, conuertendum est in corpus meum. Hæc positio probabilior est: non tamen plenariè satisfacit Si enim (ut asserit Augustinus) verbum accedit ad elementum, & fit sacramentum, & elementum non est ibi signatum, imò elementum illud potius est id quod in corpus Christi conuertitur, non ergo demonstratur ibi corpus Christi, sed substantia panis sub accidentibus uisibilibus, quod uerum est maximè cum intentio conficientis feratur super panẽ ut conuertatur in corpus Christi, & illud demõstratur super quod fertur intentio. Idcirco dicẽdum, ꝙ ista oratio inter omnes orationes est singularis. Aliæ enim sunt indicatiuæ ueritatis, seu existẽtię. Hæc autẽ hoc ipsum quod significat, facit. unde est uerbũ operatiuũ, & ꝯuersiuum, seu transsubstantiatiuũ, nõ operatione successiua, sed instantanea, nec operatiuum rei nouæ, seu nõ existẽtis, sed terminus eius est ens ĩ actu, significatiuum mystici corporis. Verũ adhuc remanet dubiũ, quõ loquutio sit uera si mõstrat ibi substantia panis, cũ hęc sp sit falsa, panis est corpus Chr̃i. Idcirco notãdũ, ꝙ sicut in uerbo ęterno ẽ veritas, & oĩpotẽtia sic in uerbo isto ab ipso plato, est veritas, & efficatia, ut tale uerbum cõpetat sacramẽtis euãgelicæ legis. Hinc uerbo enũciatiuo ueritatis iunxit Christus efficatiã uerbo oris sui. Et quia mandauit alijs facere, ac dicere, ideo in more eorum dedit efficatiã. Vñ hoc uerbũ est, ĩ oratione hac nõ identitatẽ, nec similitudinẽ designat, sed efficientiã ut sit sensus, hoc ẽ corpus meũ. i. ad huius verbi plationẽ, hoc totũ transit in corpus meũ, qui sensus, q̃uis sit huic orõni propri⁹, & similiter formæ sanguinis, nõ tñ à rõne est alienus, nec videt inconueniẽs dicere, ꝙ hoc verbũ est, nõ identitatẽ dicat, sed magis conuersionẽ in hac oratione, q̃ nõ tm̃ significatiua est, sed etiã operatiua. Magis tñ debuit poni verbũ essendi, quàm operãdi: qm̃ magis cõpetebat formę ut simul eẽt efficacia cũ ueritatis enũciatione. Hæc Bõ, quib⁹ cõcordare vr̃ Alber. ¶Durandus uero sequitur positionẽ Thomæ, exprimẽdo qđ demonstretur per ly, hoc. ¶Thomas uerò de Ar. aliter sentiẽs, recitata B. Tho. rñsione, subiũgit: Salua istius sancti doctoris reuerẽtia, ac sanctitate nõ vr̃ ei⁹ rñsio stare. Si em̃ (ut ipse ait) pnomẽ hoc, demõstrat id, qđ ẽ cõe utriq; termino trãssubstãtiationis, & id, qđ cõe est ĩ transubstãtiatiõe, est accidẽtia sẽsibilia, q̃ remanẽt, seqt ꝙ istđ pnomẽ, hoc demõstret accñtia, sicq; locutio

Donatus.

Dionysius noster.

Responsi. Dionysii carthusiensis.

Verbo sacerdotis in consecratione iunxit Christus efficatiã.

Verba cõsecrationis non tantum significatiua, sed & operatiua

Albertus.

essent non vera: quoniam accidentia non sunt corpus Christi. Item, quantumcunque aliquis terminus sit communis, & indeterminatus: tamen quando coniungitur ei pronomen demonstratiuum, determinatur, & singularizatur in tantum, quòd propositio in qua subijcitur, non est uniuersalis nec indeterminata, sed singularis. Hæc Argentinensis, q sequitur responsionem Richardi de sancto Victore præhabitam.

Richard⁹ Victoriensis.

¶Richardus quoque de Media villa contra positionem illam sancti Thomæ sic arguit: Nulla propositio indefinita est uera nisi pro aliquo determinato uerificetur, si namque ista est vera, homo prædicat, oportet quòd de aliquo homine determinato uerificetur, ergo si ista indeterminata, contentũ sub hac specie, est corpus meum est uera, oportet quòd verificetur pro aliquo determinato contento. Et quæro quid sit illud, si dicas qđ panis, iam patuit hoc dici nõ posse, si dicas quòd corpus Christi, ergo ante completam enunciationis prolationẽ transsubstantiatio facta est, quòd nemo cõcedit

Richard⁹ Mediamillarius.

Scotus.

¶Insuper Scotus: Nulla, inquit, uerba sunt forma eucharistiæ, nec de essentia eius sed aliqua verba sunt forma cõsecrationis eucharistiæ. Hoc etiã sacramentum non habet aliqua verba pro forma quia, sic non esset sacramentum permanens, cum verba esse non queant nisi in successione. Ipsa tamen consecratio sacramenti huius consistit in fieri, exigitque certam formam verborum. Verum illa non est forma sacramenti, sed forma cõsecrationis sacramenti, & pro tanto illa possunt dici verba sacramentalia, quia ad sacramentum sunt pertinentia, tanquam forma consecrationis ipsius quæ est inceptio sacramentalis. Non autem sunt sacramentalia sicut verba baptismi, quę sacramentalia appellãtur, quia sunt forma baptismi. ¶Si autem q̃ratur, quæ sit forma consecrationis eucharistiæ, & an habeat unã formã: Dĩm quòd sicut eucharistię est sacramentum unũ, non unitate indiuisibilitatis sed integritatis, quia in se includit duo particularia signa, quæ primo designant duo ꝓpria signata, ac proxima, quæ sunt corpus, & sanguis Christi; & duo remota, q̃ sunt cibatio, & potatio spirituales: sic quoq; est ꝯsecratio una unitate integritatis; & duæ partiales. Sicut enĩ aqua res est una sic est una eius inceptio: & sicut plures, sic plures sunt eius ĩceptiones, & sicut ꝯsecratio est una ita est forma cõsecrationis; & sicut ꝯsecrationes sunt plures ita, & plures formæ earũ. Et sicut una est forma integra, ita plures, seu duas in se ꝯtinet formas ꝑtiales, quarũ distictio p3 ex hoc, qđ una ẽ efficax sine Alia. Alioqn idololatria esse adorare corp⁹ an̄ sãguinis ꝯsecrationẽ. Forma demũ ꝯsecrationis corporis, sunt quatuor verba ista, Hoc est corpus meũ Et dico, quòd omnes partes orõnis istius, & significata earũ, intelligendæ, ac referendæ sunt ad ultimum instans orõnis, ex quo sequitur, qđ istud pronomẽ hoc, demonstrat pro ultimo instanti cõpletæ orationis: & ita videtur mõstrare illud, quod ꝑ illo instanti sub illis est speciebus, ut sit demonstratio partim ad sensum, & partim ad intellectũ: Nec tamen sensus est hoc corpus meum; quoniam alius est per se intellectus antecedentis, & alius ꝯsequẽtis, quamuis subiectum cõsequentis supponat pro subiecto antecedẽtis: quia conceptus consequentis potest esse certus, & antecedentis ambiguus. Et enim ordo singularium secundum ordinem uniuersalium, ita quòd uniuersaliora habent singularia minus artata: sicut hoc ens, est minus contractum, quàm hoc corpus, & ita cum dicitur hoc, est corpus meum, per ly, hoc, intelligitur singulare minus artatum, quàm sit corpus Christi. Tota autem disputatio de veritate propositionis istius, logica atque subtilis est, sed theologo sufficit, quòd ista oratio, ut est tale signũ sensibile, institutum est à Christo ad consecrationem, quæ sequitur in vltimo instãti, ita quòd Deus assistit sibi tanquam cuidam dispositioni præuiæ, ut ea completa, causet illum effectum. ¶Præterea quæri potest, an prætermissis alijs verbis præcedentibus, sacerdos conficeret per hæc sola quatuor verba. Et respondetur, ꝙ sic, quoniam sunt præcisa forma consecrationis corporis domini. Alia uerò sunt propter reuerentiam, vel propter ordinẽ pręmittenda.

Differunt forma sacramẽti & forma cõsecrationis sacramenti.

Eucharistię vestrũ sacramentum vnitate integritatis.

Scotus

¶ Sed contra istud obijcitur, quoniam verba sacramentalia ex ui uerborum, debent significare id, quod ex ui sacramenti efficitur. Ex ui autem consecrationis eius efficitur, quod ibi sit uerum Christi corpus: ergo verba sufficienter debent hoc significare, quòd hæc quatuor verba per se prolata, non significant, imò ly, meum, absolutè significatur referri ad personam loquentis: quoniam licèt minister posset intendere loqui in Christi persona: non tamen ob hoc significatio illorum verborum continere per verba illa intelligi corpus Christi, sed sacerdotis verba hæc proferentis. Idem probatur ex connexione orationum præcedentium verba consecrationis, quę ita connectuntur, quòd necessariò pręmittendę designantur. Ex verbis quoque Ambrosii asserentis, sermo Christi creaturam mutat, quibus verbis fit hoc? Accipite, & editę ex hoc oẽs, Hoc ẽ enim corpus meum. ubi insinuatur, verba illa, accipite &c. oportere præmitti. Hinc concedo quòd oportet ex virtute sermonis denotari, ly, meum, referri ad personam Christi, quod non fit, nisi priùs mentio fiat de Christo. Hæc Scotus.

Obiectio

Prima

Secunda

Ambro.

Dilutio.

¶Cuius hoc ultimum dictum repugnat præinductæ responsioni Thomę, Richardi, & aliorum communiter, quibus consentio, & persuasiones hę Scoti perfacile dissoluuntur. Ait quippe Richardus Si sacerdos omitteret omnia alia, quæ sunt in Canone, & in missa, & diceret tantum ista uerba, hoc est corpus meum, super materiam debitam, cũ intentione debita consecrandi, uere consecraret. Hinc sicut Thomas, & cæteri dicunt: Intentio sacerdotis sufficit ad hoc, quod verba ex ꝑsona Christi dicantur, & ad eius corpus referantur, Cumque verborum significatio ex intentione cordis potissimè attendatur, verba hæc, Hoc est corpus meum ut ex tali intentione prolata, & ad finem illum relata, uerè significant illud, quod ibi ex ui sacramenti, seu consecrationis efficitur. Sed quia illicitum est totaliter consecrare, nec sine grandi peccato præcedentia, ac consequentia uerba sunt omittenda; Idcirco ecclesia ita connexuit orationes, & verba illa, sicque sunt de necessitate consecrationis, & sacramenti, quantum ad eius solennitatem, in quantum ad eius ueritatem, sicut de baptismo, & alijs dicitur sacramentis.

Contra Scotus.

Necessitas alia veritatis alia solemnitatis

¶Hinc scribit Durandus: Dicũt quidam, qđ verba sacramentalia debent significare id, quod continetur in hoc sacramento, sed hæc verba, hoc est corpus meũ, sine præcedẽtibus canonis nõ significant corpus Christi ibi realiter contineri, ergo sine ꝑcedẽtibus verbis, nõ põt per verba hæc consecratio fieri. Sed istud nõ valet: quoniam sufficit qđ hæc uerba cõsecrationis significẽt corpus Christi ibi esse ex institione Chri ordinãtis, & intẽtione sacerdo-

cerdo-

cerdotis proferẽtis. Alioquin nec fieret consecratio etiam prolatus præcedentibus uerbis: qm̃ illa recitantur ut dicta à Christo. Et constat, quòd per verba illa præcedentia non designatur, quod Christus sit sub speciebus panis, quẽ sacerdos tenet, uel ante se habet, sed solum sub speciebus panis, quem Christus accepit, & benedixit. Hęc Durandus.

Matt. 16.

SExtò quæritur, *Utrum formam cõsecrationis sanguinis integre exprimatur per hac uerba: Hic est calix sanguinis mei.* ¶ Videtur, quòd sic qa hæc uerba sunt significatiua, & effectiua, ergo sicut significant ibi esse sanguinem Christi, ita hoc ipsum sufficiunt. Item: consecrationem corporis Christi sufficit similis formam, cum dicitur, hoc est corpus, meũ Rursus euangelistæ integrè descripserunt formam consecrationis sanguinis Christi. In alijs autem uerbis non concordant, sicut in istis.

¶In oppositum videtur esse consuetudo ecclesiæ quia nõ fit eleuatio calicis, nec adoratio, nisi & alijs multis prolatis.

Vsus ecclesiæ tenẽdus.

¶ Ad hoc rñdet Henricus, quodlibeto nono: Generaliter in his, quæ pertinent ad obseruantiam fidelium, inq̃tum consistit in facto, præsertim ubi nil certi determinat auctoritas, tenendus est vsus ecclesiæ, quæ ab apostolis deriuatur, qui multa in obseruantijs dimiserunt ecclesiæ, quę in scriptis non redigerunt. Cumq; forma consecrationis uerborum consistat in facto, & ad obseruantiam spectet eorũ quæ Christus fecit, & faciens da instituit, nec de illa aliqui certum expresit, eo quod uerba, in quibus forma consistit, ab euangelistis diuersimodè recitantur in numero ordine, & qualitate. Idcirco de hac forma firmiter tenendus est usus ecclesiæ in missa conscriptus, qui ab Apostolis creditur ecclesiæ traditus, secundum formam, quæ nouerunt Christũ consecrasse, sed cum plurima uerba contineantur descriptione formæ consecrationis calicis, atque in certum sit, an omnia verba illa sint de forma, an aliqua tantum: & in dubijs (secundum Augustinũ) semper tenendum sit, quod certius, securius q; ꝯsistit, & dimittẽdum incertum: præsertim in facto, quanquã propter quasdam persuasiones potiùs videatur uerum, quod minus certum est: idcirco in consecratione sanguinis cum summa diligentia & attẽtione omnia verba in missali scripta usque ibi, hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis, sub uno contextu sunt proferenda: quoniam certum est consecratum esse omnibus illis prolatis, nec est super hoc tanta certitudo parte aliqua uerborum illorum prolata, Veruntamen à quibusdam putatur, quod vltimum illud, qui pro uobis &c. Pertineat potiùs ad effectum sacramenti iam cõsecrati, quàm ad formam, & necessitatem consecrationis: imò ab aliquibus æstimatur, quòd pars illa noui, & æterni testamenti, mysterium fidei, potiùs exponat sacramenti uirtutem, quam ad eius pertineat formam, ut sic in illis solummodo uerbis, hic est calix sanguinis mei, hæc forma consistat: quoniam verba quæ sunt de forma hac non solum significatiua, sed & effectiua eius, quod significant, & hoc per assertionẽ, q̃ exercetur in eis, quare cum uerba prædicta nõ sint assertiua eius, quod pertinet ad ueritatẽ sacramenti istius, nisi quo ad illa verba duntaxat, hic est calix sanguinis mei, totumq; residuũ potius asserat conditionẽ sacramenti, quo ad eius uirtutem, & efficaciã: hinc in solis illis quinque uerbis vr̃ forma consecrationis huius consistere non minus, quàm in his uerbis, hoc est corpus meũ, forma consecrationis corporis est consistens: sicque sit plena conformitas consecrationis utriusque. Hoc & ego potius arbitrarer, si in tanto Mysterio liceret aliquid arbitrari. Nihilominus quidam dicunt omnia uerba usq; ibi. Hæc quotiuscunq;, & cætera, ad consecrationis essentiam pertinere, eo quòd sint determinationes, q̃dã sanguinis, ideoq; pertineat ad integritatẽ loquutionis, & consecrationis, quamuis per uerba hæc, hic est calix sanguinis mei, designetur ipsa conuersio uini in sanguinem. sed planum est, quod rõ illa falsum supponit. Illi nãq; genitiui noui, & æterni nõ sunt adiectiua huius substantiui sanguinis, sed illius testamenti, ut patet ex verbis Lucæ euangelistæ dicenti: Hic est calix noui testamenti, in meo sanguine, ubi interponitur aliquid, quod etiam patet construenti, & punctanti post illa uerba, noui, & æterni. Tunc enim nullus sensus perfectionem importarent uerba sequentia, testamenti, mysterium, & construũtur ambo, illi genitiui, sanguinis, testamenti, cum illo nominatiuo calix, transitiuè, subintellecta copula, & post ly, mei, & ly, mysterium, cõstruũtur cum illo nominatiuo, calix specificè. Porrò quod addunt, quòd per uerba illa, hic est calix sanguinis mei, significatur conuersio uini in sanguiguinem, sicut per uerba consecrationis panis, patet, quòd aperta est contradictio in uerbis eorum cum uerba illa efficiant, quod designant, sicq; eis prolatis, consecratio esset peracta. Hæc Henricus, qui tamen fatetur argumentum istud non absolutè concludere: quoniam dici posset quod ly, hic, cum dicitur. Hic est calix, & cætera, non demonstrat aliquid nisi pro termino totius prolationis, & non ꝑ termino suæ prolationis, sicut in consecratione corporis, ly, hoc, non demonstrat aliquid pro tẽpore suę prolationis, sed pro termino totius prolationis & ita cũ dicitur, Hic est calix sanguinis mei, &c. uerba illa nihil significant neque affirmant perfectã vsq; ad prolationem totius, ideo nec ante efficiũt. Et quibus elicitur quid, & qualiter demonstret ly hoc, in forma consecrationis corporis Christi, secum Henricum.

Certum ĩ certiori pręeligendum.

Marc. 14.

Nõ cõuenit ĩ hui⁹ sacramenti mysterio quod arbitrari.

Lucæ. 22

¶ At uerò Thomas: Quidam, inquit, dixerunt quòd de forma cõsecrationis sanguinis, tm̃ sit istud hic est calix sanguinis mei, ut forma utriusque consecrationis existat consimilis, sed quia conditiones appositæ ad subiectum uel prædicatum sunt de integritate loquutionis, alij probabiliùs dicũt, quòd totum illud, quod sequitur, sit de hac forma, cum non sit loquutio per se, sed determinatio prædicati Verba quoq; in tota hac forma contenta, possunt pro magna parte ex diuersis locis scripturæ colligi quãuis non inueniantur alicubi simul scripta. Nempè quod dicitur. Hic est calix, Lucæ 22. habetur, & prima Corinthiorum 11. Quod uerò adiũgitur, noui testamenti, ex tribus euangelistis accipitur, puta Matthęi 26 Marci 14. & Lucæ 22. Quod autem adijcitur, æterni & mysterium fidei, ex Christi habetur traditione, quæ per Apostolos ad ecclesiam deuenit, iuxta illud Apostoli: Ego accepi a domino, qđ & tradidi uobis. Euangelistæ namque non intendebant formas, & ritus sacramentorum publicæ tradere, sed dicta domini enarrare. Deniq; quæ in forma consecrationis sanguinis adduntur, q̃uis sint proprietates cõsequentes Christi sanguinem, huiusmodi, tamẽ sunt essentiales sanguini eius, inquantum pro nobis effusus est. ¶ Præterea hæc loquutio, Hic est calix sanguinis mei, figuratiua est, & dupliciter potest intelligi. Primo, ut sit metonymica loquutio ponendo continens pro contento, sicut communiter dicitur, bibe hunc calicem uini, id est uinũ contentum

1. Cor. 11.

Euãgelistę historiam non sacramenti formã tradiderunt.

contentum

tūtum in calice isto. Ideo autem talis modus loquutionis aptus est huic formæ: qm̄ sanguis de sui rōne nō dicit aliquid potabile, imò potius aliquid, quod natura abhorret in potum. Cumq; in hoc sacramēto sanguis Christi consecretur ut potus, oportuit aliquid addi, ꝙ ad potum pertineat, scilicet calice. Secundò pōt intelligi, ut sit metaphorica, intelligēdo per calicem, Christi passionē. Quemadmodum enim calix uini inebriat: sic passio sua amaritudine hominē quasi extra se ponit, iuxta illud in Threnis: Repleuit me amaritudine, inebriauit me absinthio. Et hoc modo loquendi usus est Christus, loquens de sua passione apud Matthæū: Transeat à me calix iste. Hic quoq; modus loquendi conuenit huic formæ, quia in consecratione sanguinis directè exprimitur mysterium passionis. Nec obstat, quod obijcitur, quod figuratiuæ loquutiones distrahūt intellectum, & faciunt euagari: quoniam mens sacerdoti debet esse tam intenta, & fixa ad ea, quæ dicit, quod non leui occasione euagetur.

¶ Præterea quæ in consecratione sanguinis opponuntur, exprimunt passionis conditiones, præcipuè secundum quod operatur in sacramenti. In passione, aūt s̄m quod operatur in sacramentis tria sunt consideranda. Primum est effectus, quem inducit, qui est remissio peccatorum, quod tangitur dū dr̄ qui pro uobis, & pro multis effundetur &c. Secundum est medium, quo effectus iste in alios traducitur, quod est fides, qua mediante, habet effectum tum in his, quæ præcesserunt, tū in his quæ sequuntur: & quantum ad hoc, dicitur mysterium fidei, qđ potest referri tam ad ipsam passionem, quæ est mysterium fidei, tanq̄ ocultum quid latens in fide omnium Christi fidelium, potissimè antiquorum, apud quos fuit in mysterio abscondita, multipliciter figurata, quo ad Chri sanguinem, prout in sacramento continetur, qui latet sub speciebus, & maximam habet difficultatem ad credendum, propter quod antinomaticè dicitur mysterium fidei. Tertiū est finis ad quem passio Christi perducit, qui est externorum bonorū perceptio, ad quę Christus per sanguinem suæ passionis introducit, in quo nouum testamentum confirmatur, non promittens temporalia, sicut uetus, sed æterna, Et quantum ad hoc, dicitur, noui, & æterni testamenti. Cumq; finis prior sit in intentione: ideo fine præmisso per medium ad effectum passionis ostendendum, formæ uerba producunt. Testamentum aūt propriè est institutio hæreditatis percipiendæ filijs à patre: iō propriè spectat ad promissionem bonorum, quę nobis à patre disponunt cœlesti, quod testamētum dicitur nouum: qm̄ in renouationem mundi tempore gratię, & institutum. Et item rōne promissionis per Christi sanguinem confirmatæ, q̄ uetus impedimentum percipiendæ hæreditatis amouit, sicq; innouatio q̄dam promissionis per Christi passionem est effecta. Dicitur quoq; idem testamētum aliquo respectu æternum, uel ratione æternorum, de quibus est testamētum, & qm̄ continet Christū, qui est persona æterna uel ratione prædestinationis æternæ hanc gratiam præparantis. At uerò sanguis Christi effusus est pro omnibus quantum ad sufficientiam; sed pro electis tantum, quantum ad sufficientiam, & ne putetur effectus pro solis Iudæi electus; quibus promissio fuit facta; ideo dicit, pro uobis, qui scilicet ex Iudæis estis, & pro multis, quantum ad multitudinem gentium electarum; uel per Apostolos significat sacerdotes, quibus mediantibus ad alios peruenit effectus dominicæ passionis, per dispensationem sacramentorum. qui etiam prò seipsis, ac alijs orant. De mutatione demum, additione, & subtractione idem dicēdum est in hoc sacramento, quod supra distinctione tertia ductum est, circa formam baptismi. Hæc Thomas in Scripto. Eadem scribit in tertia parte, quæstione septuagesima octaua articulo tertio.

¶ Præterea Petrus, circa formā ait, ꝯsecrationis sanguinis, quædam ponuntur, quę sunt de substantia formæ, quædam uerò, non sunt de substantia, sed ponuntur ad ornatum, vel ad ostendendum sacramenti usum, vel dignitatem, aut efficientiam. Et illa sola uerba ad substantiam pertinent, quæ significant p̄sentiā Christi sub specie uirtute ꝯuersionis. Quædā uerò ad efficaciā pertinent, ut æterni testī. Hæc Petrus. In quibus vr̄ sentire, ꝙ forma consecrationis sanguinis cōsistat essentialiter solū in uerbis istis, Hic est calix sanguinis mei, Addit quoq;: Puto, si quælibet forma euangelistis seu Apostolis tradita, sit forma ecclesiæ, ita ꝙ in ipsa posset consecrari si placeret ecclesiæ: quod tamen non debet fieri propter ordinationem ipsius. ¶ Græci uerò ūtunt (ut fertur) hac forma: Hic est sanguis meus noui testamenti, pro uobis, & pro multis effusus in remissionem peccatorū. quam Paulus apost. tradidit eis.

¶ Richardus quoq; fatetur se credere, qđ in qualibet forma ab apostolis, aut euangelistis tradita, cōfici posset: qm̄ in sententia eadem est cū forma nostra. Aliàs Græci non consecrarent. ¶ Quærit quoq; Richardus, an uirtus transsubstātiatiua p̄ priùs respiciat sacerdotem, quàm uerba, seu formam uerbōrum. Et dicit, quòd sacerdotem, quem respicit permanenter ratione characteris. Verba uerò respicit transeunter, sicut & uerba pertranseunt. Sacerdos quoq; propinquior, & similior est principali agenti, videlicet Christo quàm verba: imò & uerborū sacerdos est causa. Estq; pro regula obseruandum, ꝙ quando plura instrumenta per ordinem se habentia ad eundem concurrunt effectum, sicut manus, & penna ad scribendum, uirtus principalis motoris per prius respicit instrumentum sibi magis coniūctum, per quod uirtus sua deriuatur ad aliud instrumentum. Hæc Richardus.

¶ Ea uerò quæ ex Thoma inducta sunt, in Alberto et cotinentur, qui hic sentire vr̄, ꝙ oīa uerba in forma consecrationis sanguinis posita, vsq; ibi. Hæc quotiescunq; &c. sint de essentia formæ cōsecrationis. Veruntamē alibi, puta in libro de missa uel in Summa de corpore Christi, scripsit, ꝙ nihil sit de essentia formæ istius, nisi hæc uerba, hic est calix sanguins mei. Vn̄ Henricus de Hassia in tractatu suo de expositione missæ, narrat opinionem Alberti fuisse, quòd hæc sola uerba. Hic est calix sanguinis mei, sint forma consecrationis sanguinis Christi.

¶ Insuper Scotus: De uerbis, inquit, consecrationis sanguinis est difficultas, quantum ad duo: Primū est: qm̄ formam, qua utimur, nullus euangelistarum descripsit, & Græci alia forma utuntur. Secundum dubium est, an omnia verba vsque ibi. Hæc quotiescunque &c. sint de essentia formæ. Quantum ad primū certum est, ꝙ bona sit nostra forma. Dicitur et forma nostra, & quæcunque forma in euāgelio scripta ad consecrationē sufficiens. Tamen in Romana ecclesia de necessitate salutis ministri est uti forma Romanæ ecclesia. Quantum ad secundum, aliqui dicunt, quod omnia uerba illa sint de forma cōsecrationis, propter motiua inducta ex Thoma, sed non concludunt: quia possibile est multa addi in oratione consecratiua, quibus non expressis,

tota

tota cōsecratio compleretur, sicut Christus potuisset dixisse, hoc est corpus meum assumptum de uirgine, & suspensum in cruce, sicut dixit de sanguine, qui pro nobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, Et quāuis tunc uerba illa, fuissent dicenda, p̄pter deuotionem: non tamen necessaria essent propter formā q̄uis ad orationem pertinent eandem. Multominus ualet argumentū illud de uerbis his, qui pro uobis, & pro multis effundetur &c. Itaq; breuiter dico, quòd non est nobis certitudinaliter traditum, an ad formam consecrationis sanguinis pertineant aliqua uerba post illud, sanguinis mei: iō periculosum est hic asserere aliquid de quo sufficiens auctoritas non habetur. Non autē periculosum est istud ignorare, quia videtur ignorantia inuincibilis; ideo improbabile est, quod quidam loquūtur est indiscretè, quod scilicet necesse est in quolibet sacramēto scire, quod præscisè ad eius pertineat formā. Nā & diuersi diuersis uerbis utantur in pœnitentiæ sacramento. Quod ergo consiliū? Dico, quod sacerdos intendens facere qđ facit ecclesia, legens distinctè Canonis, uerba, uerè conficit. Nec est tutum alicui (quantumcumq; reputet se peritum) dicere, uolo præscisè uti uerbis istis p̄ consecratione sanguinis; imò securior est simplicitas, qua dicatur, uolo uerba ista proferrè ista intentione, qua Christus ea instituit esse proferenda ita, quòd ea, quæ ex Christi institutione sunt de forma, dico pro forma: & quæ sunt ad reuerentiam dico de reuerentia. Si autem sacerdos inciperet verba formæ proferre, nec compleret, non esset adorandum nisi sub conditione, & in materia illa sumenda esset à sacerdote seorsum, ita quòd diceret intra se, Si consecrata est, sumo eam ut consecratam: si non, non Et hoc agendum eo ad huc ieiuno, videlicet ante perceptionem ablutionis uini. Hæc Scotus quibus concordat Durandus. Et quæ dicunt de essentia formæ consecrationis uini, & intentione habenda circa prolationem uerborum formæ illius, uidentur sapienter expressa.

Consiliū.

Durandus Petrus.

¶ Postremò inter tot opiniones, quæ tn̄ minus discordant in re, q̄ in apparatu uerborum, vr̄ responsio Petri planior quantum ad formam consecrationis corporis Christi, similiter responsio Richardi de sancto Victore apta censetur.

¶ Præterea quidā hic sciscitantur, vtrū in verbis formarū istarū sit aliqua uirtus supernaturalis, causatiua sacr̄i. Ad quod satis reor patere rn̄sum ex his quæ dicta sunt supra, in ḡnali de uirtute causali sacramentorum euangelicæ legis. Multi quoq; hic inuestigant, an formę istæ expectent se in operādo hoc est, an prolatis uerbis consecrationis corporis Christi, mox, & immediatè sequatur effectus, id est transsubstantiatio panis in corpus dominicum, uel differatur quousq; prolata sit forma cōsecrationis sanguinis saluatoris. Et quamuis quidam antiqui dixerunt, quòd formæ ita expectent se, tamē doctores modo concorditer dicunt contrarium, quod & satis lucet ex introductis. Mox enim prolatis uerbis consecrationis corporis sacri, ipsum eleuatur, & adoratur. Nec inde consequitur, quod corpus in specie panis exangue sit, quia (ut infra patebit) in hostia consecrata, ex ui conuersionis est corpus, sanguis uerò, & anima, ac dietas uerbi, ex concommitantia naturali.

Quæstiones.

¶ Bonauentura etiam circa hæc loquitur: Forma ista, hic est calix sanguinis mei, est forma rectè, & congrua consecrationis sanguinis. Sed utrum sit tota, an qđ sequitur sit de eius integritate, est dubiū. Creditur tamen, quod est tota. Attamen quod sequitur non frustra est additum, nec resecādum. An uerò forma à quolibet euangelista descripta sit ad cōficiendum sufficiens, quis audeat negare, aut præsumendo assererec, um nesciamus an ipsi intenderint formam describere, an uerba rei gestæ narrare. Hæc Bonauentura.

De duobus modis manducandi. Distinctio. IX.

ET sicut duæ sunt res illius sacramenti; ita etiam duo modi manducandi. Vnus sacramentalis. s. quo boni, & mali edunt: alter spiritualis, quo soli boni manducant. Vnde Aug. Quid est Christū manducare? Non est hoc solū in sacr̄o corpus eius accipere: multi enim indignè accipiunt: sed in ipso manere, & habere ipsum in se manentem. Spiritualiter enim mādūcat, qui in unitate Christi, & ecclesiæ, quàm sacr̄m significat, manet. Nā qui discordat a Christo, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem eius bibit: & si tantæ rei sacramentum, ad iudicium sibi quotidie accipiat. Spiritualem manducationem Augustinus distinguens à sacramētali ait: Vt quid paras uentrem, & dentem? Crede, & manducasti. Crede enim in eum, hoc comedere panem, & uinum. Qui credit eum manducat eum. Itē quomodo manducans est Christus? Quomodo ipse dicit: Qui manducat carnem meā & bibit sanguinem meū, in me manet, & ego in eo. Si in me manet, & ego in eo, tunc bibit, qui uerò in me non manet, nec ego in illo: & si accipit sacr̄um, acquirit magnum tormentum. Item nulli ambigendum est tunc quenquam corporis, & sanguinis domini participem fieri, quando Christi membrum efficitur: nec alienari ab illius panis, calicisq; consortio: etiam si antequam illū panem edat, & calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat: quia illius sacramenti beneficio non priuatur, qn̄ ille habere hoc, quod illud sacramentum signat inuenitur. In illo enim sacramento corpus, & sanguinem suum nobis commendauit: quod & fecit nos & ipsos. Nā, & nos corpus ipsius facti sumus: Item qui discordat a Christo, non manducat carnem eius, nec sanguinem bibit; & si tantę rei sacramentum ad iudiciū sibi quotidie accipit.

Augu. de uerbis domini. 2 habetur. De cō. d. 2 c. q dis. đ c. di. 2. c. Qui discor.

Aug. sup. Iohannē. Tra & 15. De cō. di.

Aug. in li. de remedio pniæ de conse. d. 2. c. quō.

De con. d. 2. c. qa passus. ita dominus noster Aug. đ sacramētis fide.

De errore quorundam, qui dicunt bonos tantum corpus Christi sumi.

Hęc uerba, & alia huiusmodi, ubi de spirituali manducatione agitur, quidam obtuso

De conse. dist. 2.

corde

corde legentes, erroris caligine inuoluti sunt adeo, ut præsumpserint dicere corpus, & sanguinem Christi à bonis tantũ sumi, & non à malis. Sed indubitanter tenendũ est à bonis sumi non modo sacraliter, sed & spiritualiter. A malis uerò tantum sacramentaliter. i. sub sacramento, scilicet sub specie uisibili, carnem Christi de uirgine sumptã, & sanguinem p nobis fusum, sumi: sed nõ mysticam, q̃ tm̃ bonorum est. Quod subditis p batur testimonijs. Gregorius ait. Est quidem in peccatoribus, & indignè sumentibus uera Christi caro, & uerus sanguis, sed essentia, non salubri efficientia. Item Augu. Multi indignè accipiunt corpus domini, de q̃bus Apostolus ait: Qui manducat, & bibit calicem domini indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. per quod docemur, quàm sit ea uendum, male accipere bonum. Ecce enim factum est malum, dum malè accipitur bonum: sicut econtra Apostolo factum est bonum, cum bene accipitur malum, scilicet dum stimulus sathanæ patienter portatur: ergo, & mala prosunt bonis sicut angelus sathanæ Paulo, & sancta obsunt malis, bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Vnde qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit non quia res illa mala est, sed quia a malus malè accipit, quod bonum. Idem: Indignè quis sumens corpus Christi, non efficit, ut quia malus est, malum sit, quod accipit uel quia non ad salutẽ accipit nil accipit. Corpus enim, & sanguis domini nihilominus erat in illis, q̃bus ait Apostolus: Qui manducat indignè &c. His alijsq; pluribus apertè ostendit, q̃ etiam à malis uerum corpus Christi, & sanguis sumitur: sed sacramentaliter, nõ spiritualiter.

Gregor. in 4. Dialogorum c. 58.

Augu. de uerbis euangel ij. de conse. 2. c. qđ est 1. Cor. 11. 2. Cor. 12. Augu. de cone. d. 2. sic Iudas 2. Cor. 11.

De intelligentia quorundam uerborum ambiguorum.

Secundò hos duos modos sumendi intelligentia quorundam uerborum ambiguè dictorum distinguenda est. Ait enim Augustinus. Bonus accipit sacramentum, & rem sacramenti: malus verò sacramentum, & non rẽ. Sacramentum hic dicit, corpus Christi proprium de uirgine *natum: rem uerò, spiritualem Christi carnem. Bonus ergo utrãq; Christi carnem accipit. malus uerò tantum sacramentum, id est, corpus Christi sub sacramento, & non rem spiritualem. Item non manducãs manducat, & manducans non manducat, quia non manducans sacramentaliter, aliquando manducat spiritualiter, & econuerso. Et qui manducãt spiritualiter, ueritatem carnis, & sanguinis dicuntur sumere: quia ipsam efficientiam habent, id est, remissionem peccatorum, pro qua videtur orari cum dicitur. Perficiãt in nobis domine quæsumus tua sacramenta, quod continent, ut quod nũc specie gerimus, rerum ueritatẽ capiamus. Rerum ueritatẽ, dicit ipsam efficientiã: quasi dicat, per hæc sacramenta præsta, ut sicut sacramentaliter canem Christi sumimus, ita spiritualiter sumamus. Vel petit sacerdos, ut Christus, qui nunc uerè sub specie panis, & uini sumitur, manifesta visione sicut in essentia diuinitatis est, quã doque capiatur. Constat ergo à bonis, & à malis sumi corpus Christi: sed à bonis ad salutem, à malis ad perniciem.

Augu. de glo. 1. corin. 11. aliàs * ductum. August in epist. ad Ireneum

Grego. in Homilia paschali: de con. d. 2. pecies

Summa distinctionis IX.

IPOst quam tractauit auctor de eucharistia, ut est sacramentum, & de his q̃ continentur in ea, nũc agit de usu ipsius ideſt, de duplici eius manducatione, videlicet sacramentali, & spirituali. Inter quos modos ex uerbis Augustini distinguit: tamen sicut patebit, poterunt tres modi manducandi distingui; ita ut unus dicatur tantum sacramentalis, secundus tantum spiritualis, tertius simul sacramentalis, & spiritualis. Deinde circa hæc excludit quorundam errorem, dicentium, quòd boni, seu uirtuosi duntaxat accipiunt uerum corpus, & sanguinem Christi, non uitiosi, quo circa exponit quedam obscura, & uerba Augustini declarat.

QVASTIO I.

HIc quæritur, *An Christus in sacramento uere realiter accipiatur, ac manducetur, & quot sint modi manducandi Christum, seu communicandi.* ¶ Cumque in his præsupponatur, quod existentes in peccato mortali, accipiunt corpus Christi quæritur qualiter hoc fit uerum. & an talis ministrandum sit corpus Christi. An etiam liceat eis corpus Christi in sacramento videre, & utrum irrationalis creatura accipit sacramentum, An etiam nocturna pollutio impediat communionem. ¶ Videtur quod corpus Christi manducari non possit, si equiuocẽ, seu figuraliter, & improprie manducatione loquendo. Quod enim intrasmutabile, & incorruptibile est non propriè manducatur: Corpus autem Christi (præsertim ut glorificatum) intrasmutabile est. Rursus, quod manducatur, est cibus, cibum uerò constat in edentem conuerti: quod non conuenit corpori Christi. Insuper fides ista, quod Christus sic manducatur, auertit multos à fide, atque ad irrisionem, & contemptum Christianæ religionis, ac Christianorum inducit: ergo non decuit Christum talia tradere, ac docere, qui ad hoc uenit, ut homines ad fides, & reuerentiam religionis diuinæ induceret. Præterea videtur penitus derogare dignitati, ac ueritati huius præstantissimi sacramenti, ut à uitiosis sumatur, & ori eorum ingeratur. Quæ enim (ut ait Apostolus) conuentio Christi ad belial, & lucis ad tẽbras? Horibilius quoque videtur sonare, ut à brutis concedatur sumi, ac edi.

¶ Et tamen omnium horum oppositum docet (quæ non erat) sancta ecclesia, quã infabiliter regit spiritus sanctus.

¶ Itaque

¶ Itaq; de his scribit Gulielmus Parrhisiensis in suo Sacramentali. Quemadmodũ nõ est uita corpori animalis, nec sustentatio uitæ absq; incorporatione cibi conuenientis, sic nõ est uita gratiæ cordi humano absque incordatione, & inuisceratione spiritualis cibi illi uitæ conuenientis. Incordatio aũt nõ aliud est, quàm spiritualis, seu cordialis unitio, quæ non est nisi amor siue dilectio, quantum ad uim motiuã. Hoc quippè cordialiter, seu spiritualiter nobis unitum est, quod uerè amamus, iuxta illud Iohãnis: Rogo pater, ut isti sint unum, sicut ego, & tu unum sumus. Cumq; incorporatio cibi sit uerè comestio, cætera uerò, quæ procedunt, præparationes sunt ad comestionem: hinc incordatio cibi spiritualis, verè comestio est huiusmodi cibi. Iõ sicut fine incordatione, seu cordiali unitione nec uitam gratiæ, nec uitam gloriæ quisquam potest habere, sic sine spirituali comestione, ipsius Dei neutram illam uitam possumus obtinere, aut possidere. Vnde constat uerum esse, quod ait saluator: Qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Itemque, Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Et denuo: Panis uerus est, qui descendit de cœlo, & dat uitam mundo. Et rursus. Ego sum panis uitæ. Panis autem nutrimentum est uitæ. Et unumquodque inquantum uiuificat, uel uiuificum calorem inducit, aut nutrit, intantum sancto calefacit amore, & cibus uocatur idcirco inquantum facit amore, intantum uiuificat uitamque alit. Hoc diligenter aduerte, cum sit fundamentum, & radix probationis uiuifici, atque ineffabilis sacramenti, quàm effugere nequit intellectus capax uirtutis, cui non contra dicetur interiùs cum fuerit elucidata.

Incordatio quod sit.

Iohan. 17.

Iohan. 6.

Amore cibat & uiuificat.

¶ Primò igitur ponemus duas causas erroris hæreticorum, per quas impediti sunt credere, & uidere ueritatem sacramenti istius. Prima est error circa ueritatem comestionis, quam puerili insipientia uocauerunt ipsam cibationis præparationem, dicẽtes ipsam cibi masticationem esse comestionem, asserentes cibum commedi quando in ore teritur, & dentibus molitur, aut in uentrem traijcitur, ignorantes, quòd corpus animalis est uelut domus ornata, munita, ac præparata sufficientijs officinarum, atque uasorum; & quod in eo est os sicut molendinum siue mortarium, cum instrumentis necessarijs ad terendum, siue pinsendum, quemadmodum cibus, quamdiu adhuc in molendino, aut mortario est, nondum comeditur, sed ad comestionem paratur: sic nondum manducatur quando in ore uersatur. Iuxta hunc modum stomachus coquina est uentris, seu olla coquinaria in eadem, ubi primò cibus coquitur, digeritur, deputatur, de quo impurum in secessum emittitur: reliquũ ad hepar, quasi ad nobiliorem coquinam seu ollam coquendum, & deputandum trasmittitur. Vnde impurum in secessum emittitur urinalem. Reliquum uerò ad membra diffunditur, in quibus tertia decoctione digeritur, & deputatur. Inde à membris singulis assumitur, & in nutrimentum proportionatur, & eis incorporatur, atque ab eis uerè comeditur. Manifestum est ergo quàm longè à ueritate errauerunt hæretici circa corporalem comestionẽ. Secunda causa erroris eorum, est ignorantia inter comestionem corporalem, ac spiritualem. Nempè quod corporali comestione comeditur, & nutriendo corpori incorporatur necesse est à propria forma nudari p corruptionem substantiæ suæ, ut forma nutriendi corporis uestiatur. In commestione aũt spirituali est econtrario: qm̃ cibus spiritualis quanto magis incorruptus, quanto plus integer, & illæsus, uenit ad cor, tanto ei uerius, profundiusq; uenitur. Oportet quo q; te scire, quòd ueritas cibus est nostri intellectus, & bonitas cibus ea nostrę effectiuæ superioris. Idem namq; est ueritas ad intellectum, quod lux exterior ad uisũ. Et sicut cibus corporeus roborat corpus, sic ueritas sua certitudine roborat intellectũ, cũ ei fuerit perfectè unita. Deniq; si diligenter pensaueris, inuenies solã primam luminosissimam ueritatem, ueritissimè esse cibum potentiæ intellectiuæ, ac solam primam super mundissimam bonitatem esse cibum nostri superioris affectus. Proprijssimè etenim cibus est cuius sumptione cedatur naturaliter fames, comedens delectatur, deperditum reparatur, cibatus augetur, reficitur, ac repletur. Constat autem quòd fames, seu desiderium nostri intellectus, ab nostri effectus non cessat, quousque pleno ore interno, prima veritate, ac summa veritate reficiãtur: in qua, & maximè delectantur, augentur replentur, ac confortantur, nec aliud rotum ventrem, id est, capacitatem intellectus, & voluntatis valet replere. Hinc cum se magis manducabilem exhiberet paruulis suis, factus est homo, factus est caro, cibus est proportionatus nostræ capacitati, q eum in suæ deitatis lucæ conspicere nondum potuimus. Sed quoniam eum in propria specie, & carnis effigie horror esset accipere, dignatus est nobis se præbere, ac dare sub speciebus panis uini, quæ sunt naturales communes, & conuenientissimi cibi nostri in uita præsenti: Sicque animas nostras inuisibiliter pascere, ac formare, & per sensibilia signa prefigurare, qualiter nos in futuro seculo gloriosè reficiet, aperta, immediata, ac ſpendida uisione, & fruitione suæ super splendidissimæ deitatis, atque assumptę glorificatissimæ humanitatis. Hæc Gulielmus, qui de his plura conscribit, quæ infra poterunt tangi.

Hæretici propter duas causas circà eucharistiæ sacramentum errauerunt. Quid mãducatio sacramenti sit.

Comestionis corporalis & spiritualis discrimen.

¶ Circa hæc Thomas primò inquirit, an Christi corpus debeat sumi per modum mãducationis. Et de hoc supra iam patuit, quemadmodum in uita spirituali debeat esse uiuificum alimẽtum, & quod in uno sacramentorum, utpotè eucharistiæ, decuit Christum personaliter nobis coniungi, atque realiter sumi. ¶ Secundò quærit, an manducatio corporis Christi sit de necessitate salutis. Respondet, Gratia est sufficiens causa salutis, ac gloriæ. Hoc autem sacramentum gratiam præsupponit, neque salubriter sumitur, nisi ab existente in gratia gratum faciente. Ideo quantum est de se, non est de necessitate salutis: Sed ex statuto ecclesiæ necessarium est illud ad minus semel in anno accipere. Et ita intelligendæ sunt quædam auctoritates. verum spiritalis sumptio eius necessaria est, de qua ait saluator: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis. ¶ Consequenter respondetad illud, de duplici huius sacramenti manducatione. Formalis diuisio rei sumitur penes id, quod conuenit ei secundum se, & non per accidens. Vsus autem rei per se, & non per accidens, est quando quis utitur re ad id, ad quod est instituta. Cumque manducatio dicat usum sacramenti istius, quod ad hoc est instituum ut homo re sacramenti potiatur. Distinguenda est duplex mãducatio sacramenti huius, secundum quod duplex est res ipsius, ut manducatio sacramentalis correspondeat ei, quod est res, & sacramentum, quando videlicet ipsum corpus Christi susçipitur: manducatio uerò spiritualis ei, quod est res tantum. In alijs tamen sacramentis non attẽditur distinctio

aliqua

aliqua nisi ex parte recipientis, vt in baptismo, quod quidam accedunt fictè, quidam non: quoniam aliorum sacramentorum perfectio in usu eorum consistit. Perfectio uero huius sacramenti in consecratione consistit materię: ideo potest esse in eo distinctio ex parte sacramenti. Sed obijci potest quoniam in baptismo est suscipientium triplex diuisio. Quidā enim suscipiunt rem, & sacramentum, quidam sacramentum, & non rem, quidam rem & non sacramentum, sicut præhabitum est, ergo, & in isto sacramento ponendus est triplex modus cōmunicandi. Et respondendum, quod hic quoque posset assignari triplex diuisio talis. In aliquibus namq; coniungūtur duæ manducationes, ut qui dignè accedunt, qui accipiunt sacramentum & rem, sicq; sacramentaliter, & spiritualiter communicant, & in aliquibus separantur, quorum aliqui sumunt sacramentaliter tantum sicut indigni: alij rem tantum, vt qui fide, & charitate Christo in sacramento existenti iungūtur, hi spiritaliter tantum communicant. Sed quia diuisio ista magis se tenet ex parte suscipientium, quàm ex pare sacramenti, ideo non est propria huic sacramento sicut baptismo.

Obiectio Suscipientiū baptismatriplex diuisio. Diluuo. Cōicandi triplex modus.

Peccator Christi corpus māducat.

¶ Ex his patet responsio ad id, vtrū peccator mā ducet corpus Christi sacramentaliter. Constat enim quòd imo. Quidam tamen intantum deferebant huius sacramenti dignitati, quod derogabant ipsius veritati, dicentes illud non accipi ab iniquis, sed desinere esse sub sacramentalibus speciebus, quàm citò illorum contingitur labijs. Quod dici non potest, quia si verè extitit corpus Christi sub specie panis per conuersionem ipsius panis in Christi corpus, non poterit remanente specie panis desinere ibi esse ipsum corpus Dominicum, nisi per aliquam contrariam mutationem eius, quod fuit in corpus Christi conuersum. Et quia de illo non manent nisi solæ species, seu formæ accidentales, quæ ad vtranque substantiam, scilicet panis, & corporis communiter habent se, idcirco quamdiu illæ species non mutantur, nequaquam desinit ibi esse corpus Christi. Transmutari autem in aliquid non competit speciebus, nisi secundum, quod habent aliquam proprietatem substantiæ in hoc, quod sunt sine subiecto. Vnde nil potest eas ad aliam trāsmutare substantiam, nisi transmutaret substantiam panis, aut uini, si ibi esset: quod solus labiorum tactus, uel diuisio, quæ fit per dentes, aut in uentrem traiectio, non faceret, sed sola digestio.

Sola digestio panis & vini species transmutat.

Eucharistia nō in ventrē trāsit sed mētem.

¶ Hinc illa opinio tanquam hæretica ab omnibus modo abijcitur. Porrò cum dicitur, quòd cibus iste, seu sacramentum hoc non transit in ventrem, sed in mentem, præpositio in non notat terminum motus localis, sed finem sumptionis. Localiter autem vadit, quo species, sed non sumitur propter ventris repletionem, sed ob mentis refectionem. Nec ex sumptione sacramentali indigni derogatur dignitati, aut munditiæ corporis, quod ab iniquo non tangitur, imò in hoc Christus mansuetudinis, & humilitatis pręstat exemplum.

Qūo infidelis Christi corpus māducēt.

Manducatio sacralis duplex

¶ Si aūt quæratur, an infideles manducent sacramentaliter Christi corpus: dicendum, quod manducatio est actus transiens à manducante in manducatum. Hinc sacramentaliter manducare dupliciter potest intelligi. Primò, vt illud aduerbium spiritaliter, determinet manducationem ex parte manducati. Et ita quicunque accipit spēs sacramenti, manducat spiritaliter idest accipit, quod est sacramētum in eucharistia utpotè uerum Christi corpus. Secundò, ut determinet manducationem ex parte manducantis, sicque solus ille sacramentaliter manducat, qui utitur illo visibili cibo, vt sacramento significatum, non utitur illis speciebus, ut sacramento, siue non credat in Christum secundum se, siue non credat in ipsum secundum quod in sacramento hoc continetur: ideo non manducat sacramentaliter: & quoniam actio est magis propinqua agenti, quàm patienti: ideo sensus iste secūdus magis proprius est, quàm primus.

Quæstio. Eucharistiæ sacramētū brutū non accipit opinio.

¶ Porrò dum queritur, an sacramentum hoc accipiatur bruto, respondendum, quòd de hoc est duplex opinio. Vna, quòd non manducat à bruto, ita quòd in ventrem traijciatur, eo quòd corpus Christi non sit sub illis speciebus, nisi prout ordinabile est ad usum humanum, ex quo autem species illę descendunt in ventrem muris, ordinari non queunt in vsum humanum. ideo desinit ibi esse corpus dominicum. Sed ratio ista non ualet propter duo. Primò, quia supponit falsum. Cum enim species in uentrem traiectæ non protinus corrumpantur, neque in aliud conuertantur, possunt de ventre huiusmodi extrahi, & in usum humanum venire. Secundò quoniam quamuis aliquid ordinetur ad certum usum, non tñ oportet, vt desinat esse, quando quis ipso vti non ualet. Idcirco dicendum cum alijs, quòd uerum corpus Christi, manet sub speciebus in ori bruti, & uentre, quamdiu permanent species ille. Veruntamen brutum nec spiritaliter nec sacramentaliter manducat corpus Christi, quia nec vtitur sacramento manducato, vt sacramento, neque manducat sacramentum secundum rationem sacramenti, sicut infidelis dicitur sacramentaliter manducare, quia intendit accipere, quod accipit ecclesia, quamuis credat hoc nihil esse. Conformiter manducans hostiā consecratam, quam nescit consecratam, non comedit sacramentaliter: quia non comedit sacramentum nisi per accidens, dempto quod plus propinqua ad sacramentalem manducationem, inquantum aptus natus est sacramentum manducare. Nec ob hoc ponendus est alius modus manducandi. ultra præfatos. Quod enim per accidens est, non cadit in diuisionem.

Respōsio.

Manducatio neque spiritualis neq; sacramentalis.

Christus spiritualiter mādu catur absque sacramento.

¶ Quæritur item, utrum spiritualiter manducet etiam ijs, qui sacramentaliter non manducat. Rñdetur, quòd Christus est electorum cibus spiritualis, non in alios conuertibilibis, aut conuersus sed in se conuertens eos, quos reficit Hinc Christū spiritualiter manducare est ei incorporari, quod fit per fidem, & charitatem. Cumque Christus in seipso sit cibus spiritualis, idcirco in sacramentali cibo significatur, & continetur. Hinc naturaliter priùs est. Christum esse cibum spiritualem quàm sacramentalem, uel spiritualem sub sacramento contentum: quoniam naturaliter priùs est res proprietatem aliquam habens, quàm secundum similitudinem proprietatis illius aliqua significatio ei adhibeatur. Ideo non quicunque māducat Christum spiritualiter, manducat hoc sacramentum spiritualiter. Vtroque tamen modo conuenit spiritualiter manducare, non manducantem sacramentaliter. Manducat quippè spiritualiter Christum, qui fidem, & charitatem habet ad ipsum, siue ordine ad hoc sacramentum: non tamen manducat talis spiritaliter hoc sacramentum, sed solum ille, qui habet fidem, & charitatem ad Christum cum deuotione, atque proprio sumendi hoc sacramentum etiam sit sacramentaliter non manducet. Hinc patres antiqui non manducauerunt spi-

Patres antiqui christum spiritualiter manducauerunt. nō sacramētaliter

ritualiter

ritaliter hoc sacramentum, quia hoc sacramentum non fuit tunc institutum, nec consectatum, sed Christum. Suicque ait Apostolus, ꝙ omnes eandem escā spiritualem manducauerunt.

1.Cor.10.

Angeli Christū sacramentaliter non māducāt. Sacrm̄ spiritualiter manducare qđ sit. Christus caput est angelorū

¶ Postremò, hoc sacramentū spiritaliter manducare nō cōuenit angelis: qm̄ Christus non proponitur eis in sacramētali uelamine, sed in nuda, & clara ueritate. Attñ Christū aliquo modo spiritaliter mā ducant, & quodāmodo non. Cū enim Christum spiritalit er manducare sit ei in corporari, secundum hoc potest quis Christum spiritalier manducare, ꝗ secūdum quod potest eius effici mēbrū, & put Christus potest esse caput ipsius. Porrò Christus caput est angelorum aliquo modo, videlicet secundum proprietatē, & rationem influentiæ, atque secūdum cōformitatem in genere: & aliquo modo non. quādo secundum conformitanem specie Nihilominus Christus est esca Angelorū, & secundum suam deitatem, inquantum sua uisione, & fruitione reficit eos, & beatificat premio essentiali: & secundum suam humanitatem, inquantum in ipsum desiderant prospicere, & re accidentale gaudium sortiuntur in ea. Hæc Thomas in Scripto.

1.Pet.1.

¶ Eadem in 3. parte quæstione 80. ibi tamen concedit, quòd patres sub lege hoc sacramentum spiritaliter manducauerunt propter figurā, sicut ait Apostolus: Eandem escam, & eundē potū spiritalē sumpserunr. Nec tamen frustra adhibetur manducatio sacramentalis: quoniam pleniùs inducit sacrmenti effectum ipsa sacramenti susceptio, quam solum desiderium cæteris paribus. Hæc in Summa.

1.Cor.10.

Manducādi Chr̄m triplex distinctio.

¶ Consonat Petrus, & addit: Modi manducandi Christum, tripliciter distinguuntur, Primò pro parte manducantis: secundò, ex parte manducati. tertiò ex parte modi manducandi Primo modo sic manducans, aut accedit bene dispositus, & sic manducat spiritualiter: aut non, & ita manducat solum sacramentaliter. Secundò sic: aut manducat rem significatam contentam, & sic manducat sacramentaliter: aut manducat etiam rē significatam non contentam, videlicet mystici corporis unitatem, sicque manducat spiritaliter. Ex parte etiam modi manducandi dupliciter: aut em̄ sumitur solo corporis ore & sic est manducatio sacramentalis: aut etiam ore cordis, & sic est manducatio spiritalis. Porrò spiritaliter māducare, ē Chr̄o atq; ecclesia īcorporari. Qđ fit dupliciter. Primò, pmodū meriticredēdo, ac diligēdo: secundò p uirtutem sacramenti credendo, ac percipiendo. Primus modus communicandi spiritaliter, est magis extensus, & potest prouenire sine sacro. Secundus magis est proprius, nec sine sacramento potest alicui prouenire. Hæc Petrus.

Triplex manducatio.

¶ Richardus quoque hic scribit: In sumptione huius sacramenti est quædam manducatio corporalis, qua comestū masticatur, & in stomachum traijcitur, post modumque digeritur, & vltimo in substantiam manducantis conuertitur. & sic uerè manducatur species, sub qua corpus Christi realiter continetur. Alia est manducatio sacramentalis, qua uerum Christi corpus sub specie illa contentum sumitur, non masticatur: tamen nisi species sacramentalis tam diu masticetur in ore, quod per digestionem ibi factam corrumpatur, descendit in stomachum, & corpus Chrsti sub ea, ac manens sub ea usque ad resolutionem: non tamen in manducantē conuertitur. Tertia est ibi manducatio spiritualis, qua dicitur manducari mysticum corpus: quod nō aliud est, quā spiritualiter incorporari mystico corpori per fidem, & charitatem, vel potius per fidei, & charitatis Angmentum, quæ manducatio non conuenit in dignè sumenti. Hæc Richardus.

¶ At uerò Bonauentura inquit: Manducatio primò, & principaliter in corporalibus inuenitur, & inde ad spiritualia est translata. Si ergo velimus accipere ueram manducationē spiritualē, oportet ad propriam acceptionē uocabuli nos transferre. Notandum ergo, quòd quamuis multi sint actus in mā ducatione corporali connexi, & consequentes, duo tñ pcipuè sunt de integritate ipsius videlicet masticatio, & incorporatio. Quę reperire oportet in manducatione sprituali. Spiritualis autem masticatio est recogitatio cibi, id est carnis Christi, propter nos in precium redemptionis oblatæ, & in cibum refectionis internę. In corporatio uerò attenditur, dum recogitans amore acceditur, & cognitioni amor coniungitur. Ad hoc ergo, quòd quis spiritualiter manducet, requiritur recogitatio fidei, & affectio charitatis. in prima est mastieatio, in secunda incorporatio, ex quibus duobus spiritualis manducatio integratur.

¶ Quærit quoque Bonauentura, an Christus suū corpus manducauit sacramentaliter, ac spiritualiter. Et respondet, Ommes communiter dicunt, quòd Christus suum corpus sacramentaliter manducauit, sicut etiam ait Esitius. Aliqui quoque dicunt, quòd etiam spiritualiter manducauit, ita quòd fuit ibi vnio per actum amoris, & quòd effectus huiusmodi māducationis non fuit in Christo, sed in membris ipsius, ut sicut Christus non meruit sibi, sed nobis: ita uirtute manducationis illius meruit, ut mēbra suā sibi plus unirentur. Quod si uerum esset, haberet in non manducante, ac dormiente effectum. Postremò spiritualis manducatio dicit intentionem unionis manducantis cum manducato actu, vel habitu quorum neutrum fuit in Christo. Idcirco dicendum, quòd sicut baptismū sacramentaliter tantum accepit, & non rem ita, & hoc sacramentum. Et hoc egerat in exemplum. in spirituali etiam manducatione est incorporatio, quæ ibi non fuit: quoniam sibijpsi incorporari nequit, nec habitu neque feruoris motu proficere potuit. Hæc idem. Scripta demum Alberti, Durandi & Argentinensis circa prædicta in dictis Thomæ continentur & consonant.

Christus manducauit corpus suū sacramētaliter non spūaliter.

QVAESTIO. II. III. IIII.

AMpliùs, quidam circa hæc, quæstiones plures proponunt: Primò, *An peccet mortaliter qui conscius sibi de peccato mortali accipit corpus Christi.* Secundò, *Vtrum peccator peccet corpus Christi videndo.* Tertiò, *An peccet mortaliter, qui corpus Christi accipit sperans se non esse in mortali peccato, cum tamē sit in eo.* ¶ Et consimilia quædam quæruntur hic, ad quę succinctè est respondendum.

¶ Itaque circa hæc scribit Antisiodoren. Sumere corpus Christi in peccato mortali, non est malum genere: quia si aliquis probabiliter credat se nō esse in peccato mortali: quamuis sit, nō est malum in eo sumere Christi corpus. Idcirco auctoritas ista, peccatū est sumere illud, si desit fides, aut charitas, imò iudicium sibi manducat, & bibit intelligenda est, si desit in conscientia, id est, si credat se habere peccatum mortale. Qui autem scienter accipit corpus domini in mortali peccat mortaliter. Hæc Antisiodorensis. Quibus videtur adendum: quod is, qui putat se esse in statu gratię non peccat communicando, quamuis sit in mortali, dummodo, cum debita dili-

1.Cor.13.

gentia

gentia discusserit conscientiam suam. Si autem ex negligentia hoc agendi putat se non esse in mortali, cum sit, non excusatur. Nec dubium quin multi ex superficialitate, grossitudine, & scustodia cordis putat se esse sine mortali culpa, cum uitijs multis sordescant. Et istud forsitan insinuauit Antisiodorensis, dicendo: Qui probabiliter credit se esse sine mortali. Porrò sacerdos tenetur corã Deo sp custoditus, solicitus, timoratus consistere, & ante celebrationem cor suum diligenter examinare.

¶Consequenter quærit an existẽs in peccato mortali peccet corpus Christi videndo. Videtur, quod imò: quoniam primo Regum leguntur septuaginta milia Bethsanitarum percussa, eo quod arcam Dei vidissent, quæ fuit figura corporis Christi, & incõparabiliter minus dignè. Quo circa interrogatur an existens in mortali, peccet corpus Christi tangendo. Apparet quòd imò: quoniam primo Regum Oza percussum, eo quòd arcam Dei sustentauit ne caderet. ¶ Et circa hoc quæritur, cur magis illicitũ sit sacramentum tangere, qua videre. Et respondet: Aspicere corpus Christi non est malum, immo bonum est: quia ut asserit Augustinus, charitas facit desiderium videndi Deum atque fruẽdi eo. Est quoque prouocatiuum ad dilectionem Dei. Hinc per aspectum corporis Christi exercitant, & præparant se ad charitatem, & multæ petitiones exaudiũtur ĩ visione corporis Christi, & gratia ipsis infundi tur. Quod significatum est in libro Numerum per hoc, quod filij Israel serpentem æneum intuendo liberabantur à morsibus ignitorum serpentium. Quod autem Bethsamitæ fuerunt percusi, non fuit eis arcam videre. Et hoc in signum, quod simplicibus non licèt scrutari arcana Dei. Vngere verò corpus Christi, est peccatũ indignis: Primò: quoniã Deus odit iniquos. Vnde, sicut charitas exigit conjunctionem, sic odium separationem, & elongationem. Præsumptuosè igitur habet sequi indignus adeo propinquat ut teneat. Secundò quia, super Malachiam scribit Hieronymus. Panem pollutum comedit, qui ad altare Dei indignus accedit. Naturaliter namque ex contactu immundi polluitur id, quod tangitur. Idcirco pollutus qui tangit corpus domini cum, quantum in se est, polluit illud: ideo peccat mortaliter. Qui verò ex sola reuerentia ita tangit corpus Christi, sub leuandum cadit, aut eleuando de terra, non peccat. Sacerdotes autem qui indigni celebrant, peccant mortaliter. Porrò, de patientibus pollutionem nocturnam, communiter dicitur, quod celebrare non debent, nisi necessitas cogat: & tunc confiteri debent, & dolere, quia pollutio illa semper habet causam inhonestam: Aut enim est ex turbi imaginatione præcedente, aut ex turpi natura uolente se exonerare; & tunc non est ex natura instituta, sed corrupta. Ideo locum habet ibi illa auctoritas: Bonarum mentium est culpam timere ubi culpa non est. Hæc Antisiodorensis in Summa sua libro 4.

¶ Hinc Thomas: Quilibet, inquit, cum conscientia peccati mortalis manducans corpus Christi, peccat mortaliter, quia abutitur sacramento. Et quanto sacramentum est dignius, tanto periculosior est abusus. Cuius ratio ex tribus accipitur.

¶ Primo, ex eo, quod est sacramentum tantum. Ex quo apparet, quod hoc sacramentum per modum cibi proponitur. Cibus autem non conuenit nisi uiuenti. Secundò ex eo quod est ibi res, & sacramentum, quod est Christus, qui est sanctus sanctorum: ideo receptaculum debet esse sanctum. Idcirco qui cum dispositione sanctitati contraria recipit ipsum, iniuriatur ei, atque abutitur eo. Tertio, ex eo, quod in sacramento hoc est res tantum, quod est mysticum Christi corpus: quia ex hoc, quod quis ad sacramentum accedit, significat se ad vnitatem mystici corporis pertinere, & tẽdere. Propterea si in cordis eius sit uitium, per quod à mystico corpore separatur, culpam fictionis incurrit, & tanto abutitur sacramento. Verum his obiici, potest, quia hoc sacramentum est medicina; cum ergo medicina læsis, & ægris sit exhibẽda, videtur quod sacramentum hoc uitiosis, qui spiritaliter læsi & ægri sunt, sit administrandum. Et respondendum, quod duplex est, medicina Vna remouens morbum, & hæc infirmis debetur cui comparantur pœnitentia, & baptismus. Alia est promouens in sanitatem perfectam, & talis non debetur infirmis, sed sanis, cui comparatur hæc medicina. ¶ Porrò dum quæritur, an iniquus peccet corpus Christi videndo: dicendum quod ea, quæ in sacramentis geruntur exterius, correspondere debent his, quę geruntur interiùs. Idcirco secundum quod homo ad Christum accedit interiùs mente, ita ad sacramentum debet accedere corpore. Quidam autem accedunt nec cum fide, neque cum charitate: & tales arcendi sunt ab inspectione sacramenti, & communione. Quidam uerò accedunt sine charitate, & hi possunt videre: non tamen accipere, cum non sint per charitatem Christo incorporati. Et si objiciatur, quod percusi sunt Bethsamitæ, qui arcam uidebant, respondentur, quod hoc non fuit propter arcæ sanctitatem, sed propter figuram, ut dictum est.

¶ Ad id demum, quod quæritur, an existens in peccato mortali, non tamen de mortali conscientiã habens, peccet mortaliter: respondendum, quod ignorantia circunstantiæ à peccato excusat, adhibita diligentia debita, præsertim quando est talis circunstantia, cuius certitudo plena haberi non potest. Quod autem aliquis sit omnino à peccato immunis, certitudinaliter sciri non ualet, iuxta il lud Apostoli: Nihil mihi conscius sum, sed in hoc iustificatus non sum, & in Ecclesiastice dicitur, Nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit. Potest tamen de hoc aliqua coniectura haberi, præcipuè p quatuor signa. vt sanctus ait Bernardus: Primò, cum quis uerba Dei audit deuotè, secundum illud Iohannis: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Secundò, cum quis promptum se sentit ad bene agendũ, iuxta illud beati Gregorij: Probatio dilectionis est exhibitio operis. Tertiò, dum propositum habet protinus abstinendi ab omni peccato mortali. Quarto, dum de præteritis dolet. Vnde si quis facta diligenti, quamuis forte non sufficienti examinatione conscientiæ suæ p hæc signa, ad corpus Chri de uotè accedat, aliquo peccato mortali in ipso manente, ipso hoc ignorante, non peccat. imò magis ex ui sacramenti remissionem acquirit peccati. Vnde Augustinus in quodam, ait sermone, quod quando corpus Christi mãducatur, uiuificat mortuos. ¶ Verũtamen his obijci potest: quoniam ignorantia peccati, cui quis subiacet, non tollit peccatum, sed aggrauat: imò secundũ Ambrosium grauissimè peccat, q ignorat: ergo præfata ignorãtia non excusat. Dicendum,

dum, quod ignorantia duplex est. Vna qua ignoratur an aliquid sit peccatum, & hæc si in solã sit cognitiua potentia, interdum excusat, vt dum ignoratur circunstantia, quæ facit peccatum, sicut dum quis accedit ad non suam, quàm credit suam, & in tali casu non habet locum auctoritas illa Ambrosii. Quandoque verò non excusat, vt dum est ignorantia iuris vniuersalis, imo talis ignorantia est grande peccatum: & in his, quæ per se mala sunt, ad infidelitatem pertinere videtur: in his autem, quæ sunt mala, quia prohibita, ad negligentiam spectat, & hic verificatur, quod ait Ambrosius, quia dum morbus nescitur, medicina non quæritur. Si autem ignorantia talis sit in cognitione, & affectione consistens, ut ignorantia electionis, sicut cum quis in illicita indomite fertur, velut si licitum esset, prout ait Philosophus de his, qui ex habitu peccant: sic, qui ignorat, peccat grauissimè: quia hæc ignorantia prouenit ex contemptu, saltem æquiualenter. Alia ignorantia est peccati, quæ id, quod scitur esse peccatum creditur iam dimissum: & talis ignorantia, nec excusat, nec aggrauat illud peccatum, sed potest excusare respectu sequentis peccati, quod grauius esset, si peccatum præcedens sciretur inesse, & ita est in proposito. Vnde quamuis talis sit indignus respectu præcedentis peccatis non tamen indignè accedit, quia ignorantia ista excusat.

¶Insuper quæritur, an peccatum communicantis, seu celebrantis indignè, enormius sit omni alio peccato. Videtur quòd imo, cum dicat Apostolus quòd talis sibi iudicium manducat, & bibit, reusque erit corporis, & sanguinis domini. Rursus super illud Matthæi: Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur, asserit Glossa: Væ homini illi, qui ad mensam domini accedit indignè. Iste enim ad exemplum Iudæ filium hominis tradit. Item, qui eucharistiæ sacramentum iactaret in lutum, peccaret grauissimè: sed non est turpior cloaca in mundo, quam peccator: ergo talis in se sumens sacramentum enormissimè peccat. Respondendum, quòd sicut meritum precipue consistit penes charitatem, ita demeritum potissimè consistit penes Dei contemptum. Idcirco secundum, quod aliquis per actum peccati Deum magis contemnit, secundum hoc maiorem peccati reatum incurrit. Hinc peccata, quæ in actuali consistunt Dei, contemptu, sunt grauiora his, in quibus, non est Dei, contemptus, nisi ex consequenti, & quasi interpretatiuè, sicut accidit in fruitione creaturæ, per quam quis delectationi inordinatè intentus est, per quod à Dei recedit præceptis, & per consequens præcipientem contemnit. Peccatum autem blasphemiæ in contemptu principaliter est cosistens; & similiter peccatum accidentis indignè, essentialiter est quædam irreuerentia, & contemptus. Sed aduertendum, quod contemptus ex duplici parte potest mensurari. Primò ex parte contemnentis, & ita non potest fieri comparatio vnius generis peccati ad aliud genus, sed vnius particularis peccati ad aliud: quia contingit in vno peccato ueniali ex genere, maiorem esse contemptum, quàm in alio peccato grauissimo mortali ex alio genere. Secundò ex parte contempti, sicque talis est ordo peccatorum, quod illud in quo Deus contemnitur, etiam in seipso, est peccatum grauissimum, vt infidelitas, blasphemia &c. Deinde illud peccatum, in quo Deus contemnitur in sacramento, præsertim in isto, in quo Christus Deus, & homo essentialiter continetur. Non tamen contemptus iste est contra Christum, vt est Deus, & homo, sed prout in isto est sacramento. Deinceps grauius est id, in quo Deus, in suis contemnitur membris: & post hæc illud, in quo contẽnitur in suis præceptis, quod commune est omni peccato mortali. Vnde constat, quòd peccatum de quo iam sermo, non est grauissimum omnium, nec omnium minimum: sed medium inter peccata, quæ committuntur in Deum, & ea, quæ committuntur in proximum, aut in seipsum. Itaque peccatum indignè sumentium Christum, comparatur peccato occidentium ipsum, inquantum vtrũque in ipsum Christum committitur. Attamen peccatum occidentium Christum grauius fuit, quia commissum est in Christi personam. Hoc vero est in Christum, prout in sacramento consistit, Sic, & qui corpus Christi in lutum proijceret, magis peccaret, quàm indignè illud suscipiens, quia magis eo abuteretur.

¶Præterea si quæratur, quis magis peccaret, hæreticus indignè manducans, vel peccator credens, indignè id faciens: dicendum, quod in manducante indignè considerantur duo peccata. Vnum quo indignus redditur ad manducandum: aliud, quo in dignè manducat. Cumque peccatum infidelitatis sit grauius aliis peccatis, infidelis manducans, indignior est ad manducandum. Sed quia non credit illud, quod sumit, tantæ confistere dignitatis vt est ideo non tantum peccat in abusu sacramenti: quoniam ignorantiam infidelitatis, quamuis non excusset peccatum sequens à toto: excusat tamen à tanto, vt patet de peccato occidentium Christũ. Hinc infidelis indignior manducat, sed peccator credẽdo magis indignè.

¶Ampliùs quæri potest, vtrum subiacens peccato carnis, magis peccet accedendo, & sumẽdo hoc sacramentum, quàm subiacens spirituali peccato. Dicendum, quòd ad dignum huius sacramenti susceptionẽ duo requiruntur. Vnum, quod sit in statu gratiæ, quo Christo vniatur: secundum qđ mens eius actualiter in Deum feratur. Cumque peccata spiritualia loquendo in genere sint peccatis carnalibus grauiora, secundum Gregorium: ideo quantum ad primum illorum duorum, peccata spiritualia reddunt hominem magis indignum ad hoc sacramentum: quoniam magis elongant à Deo: Quantum vero ad secundum, peccata carnalia, quia præcipue deprimunt mentem. Indignitas tamen ex parte primi, est maior. Sed peccata carnalia sępe sunt certiora, & quo ad hoc, inexcusabiliorem constituunt hominem. Hæc Thomas in Scripto.

¶Quocirca uidetur addendum, quod in sacerdotibus, præsertim religiosis, peccata carnalia extant grauissima, propter spiritualia eis annexa, cũ in ipsis fractio uoti, aut iuramenti, & sacrilegium, & scandalum valde graue: ideo reddunt eos, qui in sacris sunt constituti ordinibus, maxime indignos ad hoc cœlestè diuinissimum mysterium.

¶De his etiam loquitur Thomas in tertia parte, quæstione 80. & specialiter de grauitate pctĩ indignè sumentium sacramentũ. Dupliciter, inquiens, vnũ pctm̃ dicitur grauius alio. Primò, per se, secundò, per accidens. Per se, id est, secundum rationem

propriæ speciei, quæ attendit ex parte obiecti: & sic quãto id, cõtra quod peccatur, est maius, & digni⁹, tanto peccatum est grauius. Cumque deitas Christi maior sit sua humanitate, & ipsa humanitas est potior sacramentis humanitatis. Hinc grauissima sunt peccata, quæ cõmittuntur in deitatem, vt infidelitas: deinde, quæ committuntur in eius humanitatem &c. vt supra. Per accidens vero vnum peccatum est grauius altero, ex parte peccantis sicut peccatum ex deliberatione, seu habitu grauius est peccato ex infirmitate. Et eadem ratio est de circunstantijs alijs, sicq; istud peccatum in quibusdam est grauius, in alijs leuius. Qui enim ex actuali contemptu cum conscientia mortalis peccati accedit, grauius peccat eo, qui ex timore accedit cum conscientia culpæ mortalis, ne deprehendatur esse in vitijs. Hæc in Summa.

¶ Concordat, & Petrus, addit: Accedens ad eucharistiam cum cõscientia peccati mortalis ex certitudine sufficienti, seu absoluta, sicut qui scit se esse fornicatum, peccat mortaliter. Similiter, si conscientia talis sit ex certitudine probabili, vt qui morosè delectatus est in cogitatiõe libidinis, & timet fuisse consensum Si autem conscientia talis non sit ex certitudine, sed potus suspitione leui, vt homo scrupulosus, qui timet leuem, seu modicam delectationem fuisse mortalem, & talis accedendo nõ peccat mortaliter. Nam primus horum contemnit, secundus, discrimini se cõmittit, tertius nimis formidolosus est. Hæc Petrus. ¶ Qui etiam scisciatur, an

Quæstio. peccet, qui accedit contritus, sed nondum confessus. Respondet. Contritus ante confessionem, quando vult communicare, aut habet copiam confessionis, & sic peccat sine confessione præuia communicando, quia ad susceptionem sacramenti ecclesiæ requiritur reconciliatio etiam secundum ecclesiæ forum: Aut non habet, & tunc aut est necessitas celebrandi, aut communicandi, vt quoniam timet scandalum populi, vel iam incepit mysterium sacramenti, vel amisit loquelam, & tunc non peccat, accedendo cum proposito confitendi cum poterit, Aut non imminet talis necessitas, & tunc peccat. Hæc petrus.

¶ Concordat Richardus cuius dicta in præhabitis sententialiter continentur. Similiter, & Alberti.

Albertus. Bonauen. Insuper Bonauentura Sacramẽtum, inquit, hoc volens accipere, tenetur se præparare: quoniam dominus uenit ad habitandum in homine. Præparatio autem non semper, nec quælibet est sufficiens, sed illa, qua expellitur inimicus. Rursus, quia maiestas summa dignatione quasi humiliat, bonitasq; diuina gratiam affert secum, debet homo cum metu reuerentiæ, & charitate feruente accedere, vt digne accipiat, & fructuosè manducet. ¶ Quidam ergo sunt, qui sufficienter se præparant secnndum veritatem; quidam uero se præparant sufficienter, nõ secundum ueritatem, sed secundum probabilitatẽ: quidam neutro modo, sed contemnunt. Primi dignè accedunt, tertij prorsus indignè, medii, nec dignè, quia non præparant se sufficienter in veritate: neque indignè: quoniam probabiliter parant se sufficienter. Hi quamuis gratiam non acquirant, nontamen ostensam incurrunt. Hæc Bonauentura.

¶ Scotus circa hanc distinctionem mouet tantum hanc quæstionem, vtrum existens in peccato mortali peccet mortaliter percipiendo hoc sacramentum, & consonat eius responsio præinductis.

QVAESTIO V.

Distin. 6. ca. quia reato, & per totum.

AMpliùs quæritur, *An nocturna pollutio, quæ est in somnis, sit peccatum a celebratione, & communione impediens, et utrum, propter immunditiam tantummodo corporalem sit a perceptione eucharistiæ abstinendum.* ¶ In hac quæstione tria, tanguntur. Primum est, an pollutio illa in somno sit culpa: secundum, an a susceptione impediat sacramenti: & tertium, satis expressum.

¶ Videtur, quòd nequaquam pollutio nocturna peccatum sit, quia in somno nõ est homo compos vsus rationis, & voluntatis. Omne autem peccatũ est aliquo modo voluntarium, & si non est culpa, non erit sacræ communionis impeditiua. Rursus, veniale non impedit à celebratione, alioquin nemo celebraret: neque mortale, secuta contritione, & confessione. Multo minusista pollutio carens, peccato: præsertim cum non polluatur corpus nisi de consensu mentis, quæ in somno ligata est.

¶ Ad hæc sanctus Thomas respondet: Omne peccatum (secundum Augustinum) in motu est uoluntatis. Motus autem voluntatis præsupponit iudiciũ mentis; quoniam est apparentis boni verè, aut falsè, ideo vbi non est iudicium rationis, non est bonæ, aut malæ uoluntatis motus, aut actus. In somno autem rationis iudicium impeditur. Perfectum namque iudicium de cognitione, & re nequit haberi, nisi per resolutionem ad principium, ex quo iudiciũ habet ortum: quemadmodum, nec conclusio perfectè cognoscitur, nisi per resolutionem ad prima principia indemonstrabilia. Cumq; omnis nostra cognitio intellectiua oriatur à sensu, non potest iudicium esse rectum nisi reducatur ad sensum. In somno autem sensus ligati sunt. Idcirco iudicium rationis non est liberum in somno, neq; iudicium sensus communis. Hinc in somno, non potest homo peccare, neque mereri. Attamen potest in somno accidere signum aliquod peccati, aut meriti, inquantum somnia habent causas imaginationem uigilantium. Vnde primo Ethicorũ ait Philosophus quòd inquantum paulatim pertransierunt quidã motuum, scilicet ad dormientes a vigilantibus. Meliora fiunt phantasmata studiosorum, quàm quorumlibet. Augustinus, quoque duodecimo super. Genesim ait, quòd propter affectionem animæ bonam, etiam in somnis, quædam eius merita clarent.

3. Reg. 4. ¶ Verum his obiici, potest: quoniam tertio Regum legitur Salomon in somnio orasse, & oratio nem Deo placitam effudisse, & exaudiri, permeruisse. Item, in somnis fiunt frequenter supermæ illuminationes, & in abstractione à sensu, ac sensibilibus fortiores considerationes, imo, & acutissimè argumentationes. Et respondendum, quod secundum Augustinum super Genesim, oratio illa Salomonis placuit Deo, & remunerationem sortita est pro bono eius desiderio in vigilia habito, quod in somno per signũ sanctæ petitionis tunc claruit, non quòd tunc in somno meruerit. Ad aliud respondendum, quòd mens humana duos habet respectus. Vnum ad superiora, a quibus illuminatur: alium ad corpus, a quo recipit, & quod regit. Ex parte igitur, qua à superioribus illustratur, & influentiam recipit, per somnum non ligatur. imo liberior redditur, quanto à corporalibus curis, & distractionibus magis sit absoluta: ideo ex influẽtia superioris luminis aliqua de futuris potest percipere dormiens, quæ vigilans scire non posset. Sed ex parte illa, qua a corpore recipit ligatur, quantum

August.

quantum ad iudicium vltimum, & completum, ligatis sensibus, a quibus eius cognitio sumit initiũ quamuis etiam imaginatio eius non ligetur, quæ rationi subministrat immediatè species rerum. Præterea secundum quod sensus magis, aut minus ligantur a passione, impressione vè somni, secundum hoc iudicium rationis magis, aut minus impeditur in somno. Vnde interdum dormiens attendit ea, quæ sibi apparent somnia esse. Sed quia in dormiẽdo nunquam sunt sensus ex toto soluti, idcirco, nec rationis iudicium ex toto est liberum: ideo cum aliqua falsitate semper est illud rationis iudiciũ, quãuis partim sit uerum. Et inde contingit, quòd aliquis in somno aliquando consentit turpitudini, ali quando non. Veruntamen cum rationis iudicium, non sit totaliter liberum, & per consequens, nec li beri arbitrij vsus, idcirco nec talis consensus, vel dissensus põt esse meritorius, vel demeritorius in se Interdũ tamen illusio illa nocturna inchoatur in somno, & in vigilia terminatur. Quo circa sciẽdũ, quòd corporales motus non pertinent ad meritũ, uel demeritum, nisi secundum quod à uoluntate tãquam à principio causantur. Hinc nocturua pollutio quantum ad rationem meriti, & demeriti, potius iudicatur secundum suum principium, quod est in dormiendo, quàm secundũ terminum suum, qui est in uigilando: quia ex quo in dormiente excitatus est motus ille carnis, non subiacet voluntati euigilantis vlterius, nec reputatur euigilasse, quousque libeti arbitrij usum recuperauerit perfectè. Potest tamen contingere, quod in ipsa euigilatiõe oriatur peccatum, si pollutio propter delectationem placeat, quòd erit ueniale peccatum, si ex subreptione sit complacentia illa: mortale verò, si sit cum deliberante consensu, percipuè cum appetitu futuri delectamenti, vel actus huiusmodi. Ista autẽ post placentia non facit preteritam pollutionem esse peccatum, quia ipsius causa non est, sed ipsa in se peccatum est. Si uerò placeat, in quantum exoneratio, & alleuatio est naturæ, non creditur esse peccatum.

Eucharist. digna susceptionis exigit. ¶ Consequenter ad secundum, videlicet an impediat à sumptione eucharistiæ, est dicendum, quòd ad dignum eucharistiæ susceptionẽ tria exiguntur. Primum est munditia conscientiæ, quæ non nisi p peccatum aufertur. Secundum, est erectio mentis in Deum per actualem deuotionem, quæ per hebetationem, occupationem, seu euagationem mentis interdum sine peccato admittitur. Tertium est etiã corporalis munditia, propter quod celebrãtes, seu sacramentum aliquod tractaturi, manus suas propter sacramenti reuerentiam lauant. Hinc peccatũ primò, ac principaliter impedit, secundò indeuotio hebetudoq; mentis, tertiò immunditia corporalis. Et hæc tria interdum concurrunt in aliqua pollutione nocturna, aliquando duo, quandoque vnum tantum: & secundum hoc, homo magis, vel minus impeditur à sacramenti perceptione, Ideo distinguendi sunt modi pollutionis. Distinguitur, autem dupliciter nocturna pollutio: primum, quãtum ad causam, quia eorum, quæ in somnis apparent triplex est causa. Vna spiritualis extrinseca, vt in his, quæ per spirituales substantias nobis reuelãtur alia intrinseca spiritualis, & quando phantasmata, quæ apparent dormientibus, sunt reliquiæ præcedentium cogitationum, tertia est corporalis intrinseca, sicut dum phlegma dulce decurrit, somniat homo se dulcia edere. Vnde medici ex somnijs dispositionem conijciunt corporis. Itaque pollutio interdum ex illusione contingit, quando per dæmones commouentur phantasmata: quandoq; ex reliquijs cogitationum præteritarum, quandoque ex causa intrinseca naturali, quæ vel fuit uoluntati subiecta, vt ex suprafluitati cibi, & potus: aut non fuit uoluntati subiecta, siue accidat ex debilitate naturæ, non potentis semen retinere, siue ex eius uirtute expellente superflua, siue quocunque alio modo, in idem redit. Secundo, distinguitur pollutio quantum ad modum: quia quandoq; contingit sine imaginatione, quandoque cum imaginatione Et hoc dupliciter, quia interdũ in somnij imaginatione turpitudini homo consentit, & tamen pollutio accidit, dum ergo sine imaginatione pollutio euenit, signum est, quòd sit ex causa corporali intrinseca: sed quando est cum imaginatione, potest fieri sic, & sic. In omnibus ergo prædictis pollutionibus, corporalis immunditia est communis, sed hebetatio mentis nõ est nisi in illis, quæ cum imaginatione contingunt, quia in illis, quæ sine imaginatione accidunt, anima nihil participare videtur, nec ulla earum est peccatum, vt patuit Sed potest esse effectus peccati, significans peccatum præcedens mortale aut veniale. Peccatum autem mortale ex præcepto, impedit ab eucharistia, perceptione: quia mortaliter peccat, qui cum conscientia peccati mortalis accedit, hebetudo autem mentis, vt immunditia corporalis, ex quadam condecentia impediunt: quoniam indeuotio quædam videtur ita accedere nisi necessitas vrgeat. Ideo considerandum, vtrum in causa pollutionis consistat peccatum mortale, aut veniale præcedens, aut cogitatio turpium, quæ quandoq; est sine peccato, sicut dum manet in cogitatione solummodo, vt dum, quis disputans de talibus, necesse habet cogitare de eis. Aliquando uero est cum peccato veniali, quando ad effectionem cogitatio pertingens, in sola delectatione finitur: quandoque autem cũ mortali, quando consensus adiungitur. Cumque cogitationi tali sit delectatio de propinquo, & delectationi consensus, in dubium uerti potest, vtrũ sequens pollutio ex peccato acciderit, vel non: & an ex mortali, an veniali. Satis tamen probabiliter conijci potest non præcessisse consensum, quando in ipsa somnij imaginatione anima dissentit. Non tamen oportet, quòd consensus in uigilando præcesserit, quia hoc potest accidere propter ligationem iudicij rationis, quod quandoque plùs quandoq; minus liberum est in somno. Vnde in tali pollutione si ad causam recurrens, dubitet de consensu debet abstinere omnino: si autem expresse inueniat consensum non præcessisse, necessitas vrgeat, vel aliqua causa potior reformet pactum, potest accedere, aut etiam celebrare, nõ obstante immunditia corporis, hebetationeve mentis Si autem necessitas non incumbat, videtur non exhibere debitam reuerentiam sacramento, si accedat. Attamen si celebrat, non peccat mortaliter, sed venialiter, sicut dum quis mentis euagationem patiens celebrat. Quãdo autem ex illusione accidit, & illusionis causa in nobis præcesit puta cum quis indeuotè ad dormiendum accesit, idem est iudicium, & de pollutione, quæ ex illusione præcedente causatur. Si autem causa in nobis non præcesit, imò magis cõtraria causa, & hoc frequenter contingat, præsertim cum quis cõmunicaturus est, signum est, quod fructum huiusmodi cõmunionis auferre conetur

diabolus. Hinc in tali casu consultum fuit cuidam monacho, vt in collationibus legitur patrũ, quod communicaret, sicque diabolus uidens se non posse obtinere intentum, ab illusione cessauit. Si autem ex cibo, aut potu præcedenti acciderit, idem est iudicium, & de pollutione, quæ ex turpi cogitatione processit, nisi intantum, quod non ita de facilè contingit peccare mortaliter in sumptione cibi sicut in cogitatione turpi, & quòd aliquando hæc pollutio sine imaginatione contingit, illa vero nunquam. Illa uero pollutio, quæ ex dispositione naturę accidit non est signum alicuius peccati, sed potest hebetationem mentis inducere si cum imaginatione cõtingat, sed corporalem immunditiam habet. Ideo si necessitas, aut deuotio exposcat, qui passus est eam, non impeditur, præsertim, quando non cum imaginatione accidit: tamen si propter reuerentiam abstinet, est laudandus, quando infirmitas non est perpetua: & quia non ita de facili potest percipi, ex qua causa contingat. Ideo tutiùs est semper abstinere, nisi incumbat necessitas. Debetque abstinere, vt dicitur, per uigintiquatuor horas: quia in tali spacio natura deordinata per corporalem immunditiam, & mentis hebetationem, reordinatur. ¶Denique

Cogitatio quõ dicat turpis

cogitatio dicitur turpis, non solum quia de turpibus est; imò de eis potest cogitatio honesta haberi sed quia turpitudinẽ habet propter delectationẽ, vel consensum adiunctum, quæ turpitudo magis horrenda est, quàm illa, quæ est in cibo, tum quia magis uitari potest: tum; quoniam difficillimum est in cibo, & potu modũ tenere, tum quia magis, propinqua est ad mortale peccatum. In huius rei

Leui. 15.

signũ præceptum fuit in Leuitico: Vir à quo egreditur semen, immundus erit vsq; ad vesperam. Immundis autem non licuit tangere munda.

Quæstio.

¶Præterea si quęratur, an propter immunditiã purè corporalem sit ab hoc sacramẽto abstinendũ dicendum: quòd cum cibus iste sit non corporis, sed mentis, in eis sumptione magis attendenda est dispositio mentis, quàm corporis. Ideo distinguẽ-

Immunditia pure corporalis a communione non arcet

dum est de immunditia purè corporali, quia aut est perpetua sicut lepra, aut diuturna, vel est temporalis, & cito purgabilis, Itaque propter immũditiam talem perpetuam, aut diuturnam, nullo modo abstinere quis debet ab eucharistiæ sumptione, ne propter immunditiam corporis perdatur fructus, & puritas mentis. Si uero sit temporalis, facili terque purgabilis, tunc si quis sit mente bene dispositus, sumere non prohibetur, quamuis possit ad tempus laudabiliter abstinere ob tanti reuerentiam sacramenti. Verum hijs obiici potest, quia in

Obiectio. Leuit. 13. Leuit. 25.

ueteri lege, leprosi, & fluxum seminis patientes erant immundi respectu sacrorum ueteris testamẽti, ergo plùs abstinere debent ab hoc sacramento. ¶Insuper sacerdoti leproso interdicitur celebrandi facultas, ut patet extra de clerico ægro, Tuanos. ergo participatione debet laicus leprosus à communione cauere. Et respondendum ad primum, quòd prohibitio, illa in lege magis erat propter spiritualem significationẽ, quàm propter res ipsas, ideo non oportet in euangelica lege sic fieri ubi veritate veniente, cessauerunt figuræ. Atuero sacerdoti leproso prohibetur celebrare in publico propter horrorem: attamen in secreto, populo non præsente, potest ex deuotione celebrare, nisi sit intantum corruptus, quòd ministerium sine periculo nequeat adimplere. Ad sacerdotium ue-

Thomas.

ro leprosus promoueri non debet. Hæc Thomas in Scripto.

¶Præterea in tertia parte 10. quæstione: Circa pollutionem, inquit, nocturnam duo sunt considerandа, Vnum per quod de necessitate impedit à sumptione sacramenti; aliud, per quod ex congruentia. Et necessitate non impedit nisi peccatum mortale. Et quamuis nocturna pollutio secũdum se considerata, esse non ualeat mortale peccatum; tamen ratione suæ causæ quandoque habet peccatum mortale annexum. Idcirco considerandа est causa pollutionis nocturnæ. Quandoque enim prouenit ex causa spirituali extrinseca, scilicet dæmonum illusione &c. vt supra: dæmonum quoque illusio quandoque prouenit ex præcedente negligentia præparandi se ad deuotionẽ quæ negligentia potest esse, vel veniale, vel mortale peccatum: quandoque prouenit ex sola nequitia dæmonum. Causa etiam corporalis pollutionum, quandoque est sine culpa, puta ex infirmitate naturæ. Vnde ut quidam uigilando fluxum seminis patiuntur sine peccato. Gregorius uerò scripsit Augustino Anglorum Episcopo, cessandum esse à cõmunione, quando ex turpibus cogitationibus oriuntur pollutiones, & rursus: Si quis, ait, sua coniuge non cupiditate voluptatis, sed procreandorum liberorum utitur, profecto siue de ingressu ecclesiæ, siue desumendo dominici corporis mysterio, suo est iudicio relinquendus, ergo prohiberi non debet à nobis, qui in igne positus nescit ardere. Hinc coitus coniugalis, quando est sine peccato, puta si fiat causa prolis procreandæ, seu causa reddendi debitum, non alia ratione, non impedit a communione, nisi sicut pollutio nocturna, quæ fit sine peccato, vtpotè, propter immunditiam corporalem, & cordis distractionem. Ratione cuius dicit Hieronymus super Matthæum: Si panes propositionis ab his, q uxores suas tetigerant, comedi non poterant: quanto magis panis qui de cœlo uenit, non potest immolari, neque contingi ab his, qui paulante coniugalibus adhæserunt complexibus? Non quòd nuptias contemnamus, sed quòd eo tempore quo agni carnes manducaturi sumus, vacare carnalibus operibus non debemus. Veruntamen: quoniam hoc secundum congruentiam, non secundum necessitatem intelligendum est, Gregorius dicit talem suo relinquendum iudicio, vt scilicet accedat ex charitate, vel abstineat, ex reuerentia. Porrò, si non amor prolis, sed voluptas dominatur in opere, debet prohiberi a sacra communione, vt ibidem scribit Gregorius. Hæc Thomas in Summa.

Pollutionis nocturnæ duo impedimẽta.

Gregor. d.rica. Testamentum.

Leuit. dis. 1. Re. 21. Mar 12. Mar 2. Iohan. 6.

Albertus.

¶Circa hæc scribit Albertus: Cum beato Gregorio dicimus, quòd pollutio multis ex causis cõtingit, ut ex infirmitate naturæ in retinendo, vel conuertendo ad membra, & ita nullum est peccatum, neque peccati signum. Fit quoq; ex diabolica illusione, & tunc est negligentiæ signum: quoniam homo non satis deuotus iuit dormitum. Quandoque ex nimia repletione ciborum, qui uenerea prouocant, vt calidorum, humidorumque simul: quoniam calidum, & humidum ministrant materiam. Et tunc distinguẽdum mihi uidetur. Aut enim hoc accidit famelico ex subreptione, aut ex intenta lautorum alimentorum præparatione, quia consueuit splendidè epulari. Et primo modo sequens pollutiõ non indicat, nisi negligentiam ex gulæ subreptione, secundo modo indicat peccatum.

Pollutio q & quando peccatum sit.

tum. Alio modo fit pollutio ex cogitatione, ut cũ quis singulariter cogitat de aliq muliere, & postea somniat se misceri cum ea, & tunc est signum fixæ cogitationis pcedentis in turpi. Interdũ oritur ex coniunctione plurium simul causarum, ut ex cogitatione, & crapula: tuncque designat vtraque. Quandoque nascitur ex cogitatione, & illusione, & tunc est signum peccati, propter quod meruit illud. Aliquando vero simul ex crapula, & cogitatione, & illusione, tuncque duo prima, sunt meritoria tertij causa. Insuper distinguendum est de modo pollutionis. Nam aliqui polluuntur cũ turpi imaginatione, & fœda delectatione. Alij per solum seminis emissionem. Secundum Philosophum, quoq de his, quæ delectant, distinguendũ est: quia quandoque contingit ex ventositis cibarijs, & in delectatione priùs emittitur spuma uẽtosa, quàm humor nutrimenti. His ita distinctis, puto quòd in primo, & secundo casu, non impedit a communione. Tamen si humiliter dimittit, laudandus est. In tertio quoque modo si ex subreptione usus est cibarijs magis uentosis, vt sunt legumina, nõ æstimo impediri. Sed in quarto, quinto, & sexto modis, puto abstinendum a communione, propter dubium morosæ delectationis in cogitatu præcedenti. Item in paucis, & rarò sit pollutio sine turpi imaginatione. Hæc Albertus.

¶Concordat Richardus, cui uidetur, quod quãdo pollutio nocturna oritur ex præuiis cogitationibus, vel crapulis non mortalibus, non de necessitate impedit communionem. In præhabitis dicta aliorum de ista materia super hunc locum satis contineri uidentur.

QVAESTIO. VI.

POstremò hic quæritur, *An sacramentum hoc dandum sit his, quinoscuntur esse indigni, vt suspectis de crimine, amentibus quoque, & pueris.*

¶Videtur, quòd non sit porrigendum indignis. Dixit enim imo, & ius sit sanator: Nolite sanctum dare canibus. Sed hoc sacramentum sanctissimum est, ergo iniquis, qui canes vocantur in scripturis, dandum non est. Secundò, non est acquiescendum nec cooperandum impiæ uoluntati, sed iniquus petens sibi Christi corpus exhiberi, est peruersæ, ac impiæ uoluntatis: ergo non est sibi acquiescendũ in hoc. Tertiò, medicinam dare ægroto, quæ ei mortifera; est ipsum occidere. Hæc autem medicina ingratis, & indignis est pabulum mortis ex parte, & culpa ipsorum: ergo eis donari non debet.

¶Ad hoc Bonauentura respondet: Sacerdos debet dare hoc sacramentum ei, quem scit esse peccatorem, si in publico petat, & peccatum eius sit ignotum, & ipse solus hoc sciat. Si vero sit manifestus peccator, sacerdos ei nequaquam debet conferre, siue in publico petat, siue in priuato, vt diuinus Dionysius protestatur. Ciprianus quoque sacram inquit, communionem histrionibus dari, puto, nec diuinæ maiestati, nec ecclesiasticæ disciplinæ congruere. Ratio autem quare in præcto casu dandum sit impijs est: quoniam nescit sacerdos an Deus velit occultè operari in illis: item, ne prodat occultum crimen iniqui: tertiò, ne alios scandalizet, quartò, quia occultus transgressor adhuc habet ius in facie ecclesiæ ad ecclesiastica sacramenta, quia de occultis ecclesia ipsa non iudicat. Hæc Bonauentura.

¶Idem Richardus petrus, alijque communiter.

¶Responsio quoq; Thomæ redit in idem, dicentis: Si sacerdos sciat peccatum eius, qui Eucharistiã petit, in confessione, vel alio modo, distingnendũ, est: quia aut peccatum est occultum, aut manifestum. Si in occulto, debet ei sacerdos eucharistiã denegare, & eum monere ne in publico petat, tamen si petit in publico, danda est ei: quoniam pro peccato occulto publicam inferens pœnam est reuelator confessionis aut proditor criminis. Si autem pro peccato occulto liceret sacramentum negare, daretur secerdotibus prauis facultas pro suo libito punire peccata maxima pœna. ¶Porro dum quæritur, an suspectis de crimine danda sit hostia sacra: dicendum quòd suspicio triplex est, quædã uiolenta, ad cuius contrarium non admittitur probatio, ut si inueniatur solus, & nudus cum sola, & nuda. Alia est suspitio probabilis, vt si inueniatur solus cum sola frequenter in locis suspectis. Tertia est præsumpta, quæ ex leui coniectura oritur: idcirco est abijcienda. In secunda autem suspitione non debet eucharistia denegari, ne pœna infligatur vbi culpa ignoratur. Sed prima suspitione est idem iudicium, quod de peccato, idcirco si sit suspicio procedens ex publica fama non debet taliter suspecto eucharistia dari, nec in priuato, neque in manifesto. Si autem solus sacerdos habeat illum ita suspectum, debet darii in publico, non priuato. ¶Verum obijci potest, quia experimentum nõ sumitur de crimine nisi de quo habetur suspicio: sed corpus Christi aliquando dandum est alicui ad experimentum sumendum de peccato illius sub verbis his, Corpus domini sit tibi ad probationem hodie, vt dicitur in decretis, ergo dari debet suspectis. Dicendum quod decretum illud abrogatum est: quoniam tales probationes pertinent ad Dei tentationem. Vel dicendum, quòd intentio illius decreti non est, quòd talis probatio fiat sed vt propter timorem talis probationis homines abstrahantur a furtis, &c. ¶Insuper, dum quæritur an eucharistia sit danda amentibus, distinguendum est. Quidam enim largè dicuntur amentes, quia ratione sunt debiles, aliquo tamen modo sunt informabiles de pertinentibus, ad fidem, & deuotionem, quibus non oportet corpus Christi negari. Alii vero sunt omnino amentes, & si a natiuitate tales fuerunt, non est dandũ hoc sacramentum, quia induci non possunt ad deuotionem, quæ ad istud requiritur sacramentum, quamuis quidam dicant contrarium. Vel in amentiam inciderunt post fidem, deuotionemque sacramenti, & tunc eis debet dari, nisi de uomitu, vel expuitione, aut tali aliquo periculo timeatur. Et hoc patet per id, quod in decreto habetur 26. quæstione. 6. Si is, qui infirmitate pœnitentiam petit, & dum sacerdos inuitatus ad eum uenit, vertitur in phrenesim, accepto testimonio ab astantibus, qui petitionem audierunt, reconcilietur, & hostia ori eius infundatur, atque in isto casu præcedens deuotio computatur ei ad dignam præparationem, & manducationem. Dæmoniacis quoque non est sacra communio deneganda, nisi cõstet, quòd pro aliquo crimine torqueantur. Vnde & Cassianus fatetur: Eis, qui ab immundis uexantur spiritibus communionem sacrosanctam à senioribus nostris, nunquam meminimus interdictam. ¶Denique cum ad huius sacramenti dignam susceptionem requiratur actualis deuotio, nõ est dandum pueris ratione nondum utbus, qu am-

A di

26. q. 8. ca. no. 15 qui.

Dæmoniacis, qñ sit eucharistia porrigenda. Cassionis Eucharistia in sanctibus non cõferenda.

uis quidam Græci contrarium irrationabiliter teneant, Tales etenim pueri inter cibum carnalem,& spiritualem necdum valent discernere. Pueris vero incipientibus habere discretionem, etiam ante tempus perfectæ ætatis potest dari cum fuerint decem, vndecimve annorum, aut circitur, si in eis discretionis,& deuotionis appareant signa, Hæc Thomas in Scripto.

Eucharistia infantibus nō cōferenda.

¶ In quibus uidetur obscurum, quòd ait eucharistiam dandam actu amentibus, & dæmoniacis secundum modum prætactum. idcirco communiter fertur, quòd eis danda non sit, nisi dum lucida habuerint interualla,& deuotionem ad sanctam communionem uideantur habere. Nihilominns Petrus. Richardus,& alij multi concorditer scribunt, sicut ex Thoma iam dictum est: quorum concordia sic forsitan poterit assignari, quòd in articulo mortis agendum sit, sicut doctores isti conscribunt; & ex generalium conciliorum probat: decretis cæteris uero temporibus non sit furiosis,& phreneticis actu amentibus eucharistia danda, nisi lucida habeāt interualla. Vnde in 3. parte 80. quęstione doctor cōmunis ita ex Carthaginensi allegat concilio: Si talis credatur illico moriturus, reconcilietur per manuū impositionē, & ori eius eucharistia infundatr.

Dionysi9 noster.

¶ Præterea quæ ex Thoma,& Alberto plixè sunt introducta, Petrus more suo compēdiosè perstringens: Ad peccatum, ait, requiritur voluntatis libertas, quæ non est libera, nisi præcedat liberum rationis iudicium: quod liberū esse non potest in statu dormiētis, eo quòd iudicium eius originem trahat ab operationibus animalium potentiarum, quæ in somno aliquo modo ligantur, & conqniescunt. iō non potest esse peccatum in somnis. Potest tamen in eis esse peccati effectus,& signum. Pollutio autē interdum contingit ex diabolica illusione, aliquando ex infirmitate naturæ, & utroq; modo non est peccatum, nec peccati effectus, nec signum. Aliquādo uero ex precedenti cogitatione, quandoque a crapula: vbi ergo dubium est, an ortum habeat ex mortali peccato, debet homo a communione abstinere ex necessitate seu debito. Vbi uero non orit ex mortali, abstinere debet ex honestate seu cōgruitate: non tamen peccat, si cōmunicet. Vbi uero non oritur ex peccato, in arbitrio hominis est abstinere & non abstinere. Propter reuerentiam demum sacramenti excluditur homo a communicatione tripliciter. Primo, propter reuerentiam exterioris sacramenti sicque excludit pollutio, & immunditia, corporalis: secundo propter reuerentiam rei contentæ, & ita excludit defectus rationis in pueris,& amentibus. Tertiò, propter reuerentiam rei significatæ non contentæ id est mystici corporis seu ecclesiasticæ unitatis, sicq; excludit uniculum interdicti, & suspensionis,& excommunicationis. Hæc petrus Et eadem scribit Richardus. Veruntamen ista, quæ breuiter scribūt de pollutionibus istis nocturnis, non sunt ita resoluta vt scripta Thomæ,& Alberti. Ex quorum dictis auctoritate Gregorii roboratis, ostenditur, quod pollutio nocturna procedens ex illusione diabolica, quam homo in vigilia peccando meruit pati, ac ita illud, est effectus, & signum peccati, non tamen semper peccati mortalis.

36. q. cap. Aurelius. Item ea. his qui.

Reuerētia sacr̄ti tripliciter a cōmunione exclu-

¶ Postremò, sicut Thomas de Argentina hic refert, quidam dixerunt, quòd peccatori occulto indigno ad eucharistiam publicè accedenti, dāda sit simulatoriè hostia non consecrata, ne scandalizetur tam ipse uidens sibi hostiam denegari, quàm alii uidentes ipsum cōtemni, ac diffamari,& ne hostiam consecratam sumendo grauiorem incurrat reatum. Istud (dicit hic doctor) pessimè dictum est. Similiter sanctus Thomas in tertia parte dicit id nullo modo agendum. Idem dicunt Petrus: Richardus, aliiq; communiter. Additq; Petrus: Istud nullo modo est faciendum, quia ut dicit Innocentius tertius, extra. iij. de celebratione missarum capitulo de homine, abiicienda sunt falsa remedia ueris periculis grauiora. Nulla enim fieri debet fictio in sacramentis ueritatis, nec debet alicui dari idolatrandi occasio, qm̄ omnis, qui accipit sacramētum, ęderet illud secūdum Augustinum. Quamuis autem Antisi. in Summa sua libro quarto ista concedat in casu proposito, vbi & addit simulationem talem esse inutilem, quia peccator sumens simplicem hostiam, quam credit consecratam, tantū peccat, ac si acciperet hostiam consecratam: tamen eodem capitulo vbi hæc scribit, qua sit proprium uerborum oblitus dicit hanc fictionem in casu simili faciendam. Quamuis inquiens, dictum sit, quòd in sacramento eucharistiæ nulla debeat simulatio esse tamē in aliquo casu necesse ē ibi fieri simulationē, vt si quis petat sibi eucharistiam dari, & sacerdos, ex negligentia sua nullam habeat hostiam cōsecratam: ille uero grauiter scādalizetur, nisi sibi hostia seu eucharistia detur, debet ei sacerdos hostiā non consecratam porrigere,& conferre. Nec talis, simulatio est peccatum sit cum utilis sicut Christus finxit se longiùs ire. Hæc Anti. ¶ Cuius opinio ex propriis eius dictis destruitur, nec simulatio illa est vtilis, sed nociua tā sacerdoti, quàm parrochiano. Sacerdos em̄ posset scandalum subditi mitigare, dicendo: In isto casu, quo hostiā cōsecratā nō habeo, sufficit tibi bona,& prompta voluntas, ac manducatio spiritalis: & crede Augustino dicēti, Crede & manducasti Est quoq; nociua parochiano, qui grauiùs peccat id idolatrando, quàm scādalizādo. Et si dicat, qđ ignorantia facti eum excuset, dicendū qđ non penitus excusatur, cum importunè se habeat.

Hostia nō cōsecrata nulli p̄ simulatione exhibēda.

Antisi. sui oblitus.

Luc. 24.

De hæresi aliorum: qui dicunt corpus Christi non esse in altari nisi in signo. Distinctio. X.

SVNT item alij præcedentium insaniam transcendētes: qui Dei virtutē iuxta modū naturalium rerum metiētes, audaciùs, ac periculosiùs ueritati contradicunt, asserentes in altari non esse corpus Christi, vel sangninē, nec substantiam panis, vel uini in substantiam carnis,& sanguinis cōuerti, sed ita Chr̄m dixisse, Hoc est corpus meū: sicut Apostolus dixit, Petra aūt erat Christus. Dicunt enim ibi esse corpus Christi tantū in sacramento, id est in signo,& tantū in signo manducari a nobis. Qui errandi occasionem sumūt a verbis ueritatis, vnde prima hæresis facta est in discipulis Christi: cū enim diceret, Nisi quis manducauerit car

nem

nem meam,& biberit sanguinem meum, non habebit vitam æternam: illi non intelligentes dixerunt: Durus est hic sermo: quis potest eū audire? & abierunt retro. Illis discedentibus instruxit duodecim, qui remanserunt. Spiritus est inquit, qui uiuificat: caro nihil prodest. Verba quę locutus sum uobis, spiritus, & vita sunt. Intellexisti spiritualiter, spiritus,& uita sunt. Intellexisti carnaliter, etiam sic spiritus,& vita sunt, sed tibi non sunt. Spiritualiter intellige, quæ locutus sum. Non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis: & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendaui: spiritualiter a uobis intellectum, viuificabit vos. Caro autem non prodest quicquam. Sunt etiam, & alia illorum insaniæ fomitem ministrantia. Ait enim Aug. Donec seculum finiatur, sursum est dominus; sed tamen etiam hic nobiscum est veritas dominus. Corpus enim, in quo resurrexit, in uno loco esse oportet: veritas autem eius vbique diffusa est. Item, Vna persona est Deus,& homo: ubique per id, quod est Deus, in cœlo per id, quod homo est: Christus dicit etiam: Pauperes semper habetis vobiscum, me autem semper non habebitis. His alijsque utuntur præfati hæretici in assertionem sui erroris.

Iohan 6.

Aug. super psal. 54.

August. ad Dardanū.

Mat. 29. Mar. 14.

Determinatio præmissorum.

Quæ ex eadem ratione omnia accipienda sunt: non enim verbis his negatur verū corpus Christi à fidelibus sumi, vel in altari esse: sed his veritas apostolos, & in eis nos instruxit, quod ipsius corpus non per partes discerptum, vt putauerunt illi discipuli, q retroierunt, sed integrum: nec uisibiliter in forma humana, sed inuisibiliter sub forma panis,& uini corpus, & sanguinem nobis traderet. Quem sensum Augustinus confirmat, dicens: Ipsum quidem, & non ipsum corpus, quod videbatur, manducatur; ipsum inuisibiliter non ipsum inuisibiliter. Item, Et si necesse est illud uisibiliter celebrari: necesse est tamen inuisibiliter intelligi. Ita etiam intelligendum est corpus Christi esse in uno loco, scilicet visibiliter in forma humana: veritas tamē eius id est, diuinitas, vbique est: ueritas etiam eius, id est, verum corpus in omni altari est ubicunque celebratur. Sic etiam illud intelligendum est. Pauperes semper habetis uobiscum, me autem non semper habebitis secundum corporalem præsentiam scilicet, qua cum eis conuersabatur. Similiter per id, quod homo est in cœlo, est scilicet, uisibiliter: inuisibiliter autem est in altari, quia non in forma humana apparet, sed forma panis,& vini operitur. Vnde,& inuisibilis caro eius dicitur, quæ verè est in altari. Sed quia in specie sua non apparet, inuisibilis dicitur. Ait enim Augustinus: Hoc est, quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus, sacrificium ecclesiæ duobus confici, duobus constare, uisibili elementorum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne,& sanguine, sacramento,& re sacramēti, id est, corpore Christi. Sic Christi persona constat,& conficitur ex Deo,& homine, cum Christus sit verus Deus,& homo. Quia omnis res illarum rerum naturam,& ueritatem in se continet, ex quibus cōficitur. Cōficit aūt sacrificiū ecclesiæ, duobus: sacramēto,& re sacramenti, id est, corpore Christi, est ergo sacramentum, & res sacramenti, idem corpus Christi ecce inuisilem dixit carnem Christi, quia forma panis operta sumitur,& tractatur. Idemque corpus Christi dixit esse sacramentum, & rem; ex quo confirmatur, quod supra diximus. Deinde addit, quod magis mouet lectorem: Caro, inquit, eius est, quam sub forma panis opertam in sacramento accipimus: & sanguis eius, quem sub vini specie, ac sapore potamus: caro uidelicet carnis,& sanguis sacramētū est sanguinis; carne,& sanguine utroque inuisibili, intelligibili, & spirituali, significatur corpus Christi uisibile, & palpabile, plenum gratia,& diuina maiestate,

Iohan. 6.

August. in epistola ad Ireneum. & habetur de conse. dist. 2. nō hoc.

Mat. 26. a

Aug. in li. sententiarum prosperi: & habetur de cōse. di. 2. c. hoc est.

Idē vbi. s.

Iohan. 1.

Quæ sit intelligentia præmissorum.

Attende his diligenter, quia tropo quodam utitur hic August. quo solent tres significātes, rerum sortiri uocabula, quas significant. Hic enim uisibilis species panis vocat nomine carnis,& uisibilis species vini, nomine sanguinis. Inuisibilis vero,& itelligibilis dr̄ Caro Christi, quia secundum illam speciē non uidetur caro, sed intelligit; ita, & sanguis. Caro ergo inuisibilis, dr̄ esse sacramentum carnis uisibilis. quia species panis secundum quam illa non videtur caro, est sacramentū carnis: uisibilis, qa carne inuisibili, idest, specie secundum quam caro Chr̄i nō uidetur caro, significatur corpus, Chr̄i, quod est uisibile,& palpabile, vbi in sua forma apparet. Ite & de sanguine accipi debet Quem sensum confirmat August. apperiēs qualiter prędicta intelligēda sint, quia ob-

Tropus

Augu. ubi supra de cō. d. 2. hoc est qđ dicimus.

scur

scurè dixerat, consequenter dicens ita panem vocari corpus Christi, cum uerè sit sacramentum corporis Christi, quod in cruce positum est: sicut ipsa immolatio, quæ fit manibus sacerdotis, vocatur Christi passio, non rei veritate, sed * significandi mysterio. & sicut sacramentum fidei, dicitur fides. Satis responsum est hæreticis, & obiectionibus eorum, qui negant uerum corpus Christi in altari esse, & panem in corpus * vel vinum in sanguinem mistica consecratione conuerti, dicentes: Quis audeat manducare dominum suum? Quis etiam audeat dicere, quotidie formari corpus Christi de materia, vel substantia, quæ non fuit caro virginis.

alias * significãte.

alias * & vinum.

Auctoritatibus probat, verum corpus Christi esse in altari, & in id panem conuerti.

Hæc & his similia obijciunt illi, in diuino mysterio legem naturæ sectantes, quorum perfidiam subdita conuincunt testimonia, Ait enim veritas: Accipite, Hoc est corpus meum. Item Ambrosius, Si tantum ualuit sermo Eliæ, vt ignem de cœlo deponeret; non ualebit tantum sermo Christi, vt substantias mutet: De totius mũdi operibus legitur, quia ipse dixit, & facta sunt &c. Sermo igitur Christi, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quæ sunt, in id mutare, quod non erant: Non enim minus est creare, quàm mutare nouas naturas rerum. Item, Si ordinem naturæ quærimus, viro mixta fœmina generare consueuerat. Liquet ergo, quod præter naturæ ordinem uirgo generauit: & hoc quod conficimus corpus, ex uirgine est. Quid ergo hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore; cum præter uaturam sit ipse partus ex virgine: Item, Ante benedictionem alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Tu dicis, amen id est verũ est, quod sermo sonat, affectus sentiat, Itẽ Augustinus In specie panis, & vini quam uidemus, res inuisibiles, id est carnem, & sanguinem honoramus: nec similiter * comprehendimus has dũas species, sicut ante consecrationem * comprehendebamus: cum fideliter fateamur ante consecrationẽ panẽ esse, & vinum, quod natura formauit: post consecrationem vero carnem Christi, & sanguinem, quod benedictio consecrauit. Item Ambrosius: Panis est in altari usitatus ante verba sacra: vbi accessit consecratio, de pane fit Christi caro. Quomodo autem potest, quod panis est, esse corpus Christi. Consecratione, quę fit sermone Christi, Item, Si tanta uis est in sermone domini, vt incipiant esse, quæ non erant: quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur: Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem, quia sermo Christi creaturam mutat & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua incalicem missum, fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Item Augustinus. Sicut per spiritum sanctum vera Christi caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis, & vini, idem corpus Christi, & sanguis consecratur, corpus Christi, & veritas est & figura. Veritas, dum corpus Christi, & sanguis uirtute spiritussancti ex panis, uinique substantia efficitur. Figura uero est id, quod exteriùs sentitur. Item Eusebius, Emiscenus inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas in substantiam corporis, & sanguinis sui, verbo suo secreta potestate commutat. Ex his, alijsq; pluribus constat, verum corpus Christi, & sanguinem in altari esse, imò integrum Christum ibi sub, vtraque specie, & substantiam panis in corpus, vinique substantiam in sanguinem conuerti.

Matt. 26. De sacro. lib. 4. ca. 4 Ambro. & cõ. d. 2. ca. Reuera.

Aug de c. dil. 2. Nos alias* prẽ dimus vel pendimus alias * prẽ debamus, vel pendebamus.

Amb li. 4. Ca 4 c. de sacramentis de cõ. dist 2. Panis.

Auguſt. in ſermone quodã de verbis euãgelij de c. con dist. 2 corpus.

Euſebius Emiſen⁹ de di 2. Quia corpus.

Summa diſtinctionis X.

IN præcedenti distinctione tetigit, ac reprobauit Magister quendam aliquorum errorem circa eucharistiæ sacramentum, dicentium in superdignissimo sacramẽto altaris non contineri verè realiter corpus, ac sanguinem saluatoris, sed significatiuè duntaxat, seu quasi in signo. Et circa hoc ponit verba veritatis, ex quorum erronea expositione, ac prauo intellectu, imò potius rudi, falsa, atq; hæretica ignorantia occasionem suæ sumpserunt insaniæ. Quorum verborum verum, & catholicum sensum introducit Magister, & verba quædam beati Augustini ob scura elucidat, ac deinde auctoritatibus scripturæ canonicæ, atq; sanctorum probat, in sancto, & glorioso sacramento innumerabilibus præclarissimis miraculis, gratiosissimis quoq; supernaturalibus effectibus, exprimentis, ac sentimentis desuper comprobato, ac confirmato, corpus, & sanguinem unigeniti filij Dei, verissimè, ac prorsus ineffabiliter ac incomprehensibiliter contineri.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *Vtrum in hostia, & sacramento altaris sub speciebus panis corpus Dei incarnati, & sub speciebus vini sanguis ipsius realiter continẽtur, & qualiter ibi sint.* ¶ Videtur, quòd non: quoniam omne corpus existens in aliquo circumscribitur loco, & commensuratur eidem, nec potest simul in pluribus esse locis, sicq; corpus Christi esset ualde pusillæ quãtitatis, & sub formis modicissimi panis cõcluderetur, ita qđ terminos hostiæ non exiret. Insup multa absurda, irrationabilia, & prorsus

prorsus incredibilia sequerentur, ut q̃ aliquid conuerteretur in præexistens, q̃ idem simul & semel moueretur, atq; quiesceret, & ad diuersos situs accederet. Item quòd corpus Christi iã glorificatum, uarijs, transmutationibus subiaceret, & quòd inciperet, ac desineret in uarijs locis absque sui mutatione, imo sine suo accessu & recessu, quod contradictionẽ uidetur includere. Præterea, cũ intentio filij Dei extiterit, homines ad saluberrimam inducere fidem, uidetur, quòd non decuit eum ista docere, per quæ homines auertuntur à fide, & quę irrisionem prouocant infideliũ cõtra fidem, imò crudelitatem, insaniamq; uidetur sonare, ut quod corpus domini Dei nostri edamus & sanguinem eius potemus. Vnde & Auerroes in philosophia præclarus, dixit: Mundũ peragraui, & diuersas sectas inueni, & nũq̃ reperi tã fatuã sectã & legẽ, ut secta Chriã norũ: qm̃ Deũ suũ, quẽ colũt, pprijs dẽtib⁹ deuorãt.

¶ In oppositum est sacra scriptura, ac fidei Chriãnæ doctrina, ac totius ecclesię summa auctoritas.

¶ Circa hæc scribit Gulielmus Parrhisiẽsis in suo Sacramentali: Tentabimus demonstrare, quod panis uitæ Christus dominus in forma humanitatis, quam assumpsit pro nobis, ex necessitate est in mẽsa altaris facta benedictione sacerdotale: & qđ caro eius cibus sit animarum, & sanguis eius potus si earum, faciemusq; sciri qualiter hoc sit. Quoniam ergo in tractatu, Cur Deus homo, ostendimus filiũ Dei pro nobis assumpsisse & exercuisse specialiter tria officia, utpotè sacerdotis & aduocati, ac medici: sacerdos enim Christo inferior nõ poterat sacramentando sufficere generi humano, ac curæ totius ecclesię, nec per aduocatum Christo minorẽ causa totius generis humani poterat agi, læsiones quoque, morbi, ac uulnera, imò & mortes eiusdem per medicum & medicinam minorẽ curari nequibant, cũq; in officio missæ hæc tria agantur & cõprehendantur officia, ipsemet Chr̃s in officio missæ necessariò agit hæc tria officia. Nulli quippè fidelium dubium est, ipsum missæ officium esse sacramẽtationẽ & sanctificationem totius populi Dei. Et qa fidelissimum sacerdotem necesse est aduenire, si commoda fieri possit, ad sacrandũ populum Dei, uocatur summus iste sacerdos ad minus per insinuationem. necesse est ergo ipsum aduenire in officio missæ, ut in ea adimpleat sacrationis & sanctificationis officia. Venire, inq̃, in eo, seu q̃tũ ad id qđ sacerdos est. Nõ est aũt sacerdos nisi i eo q̃ hõ, & in forma humana, idcirco secundum hanc naturam oportet eum in officio missæ uerè præsentẽ consistere. ¶ Amplius, quoniam sacerdotale officiũ quod est sanctificatio populi, nõ expletur nisi per hostiam, qua gratia sanctificationis populo impetratur. Nulla uerò hostia impetrare hanc potuit, ni si quam ipse in crucis obtulit ara, hoc est ipsemet, secundum q̃ ait Apostolus ad Heb. quia semel in cõsummatione seculorum ad destructionem pctĩ p hostiam suam apparuit. Itemq̃, sanctificati, inq̃t, sumus per oblationẽ corporis Christi Iesu semel. Necesse est ergo ex susceptо sacerdotali officio ipsum in missæ officio aduenire ad Dei populum sanctificandum. ¶ Denique, idem declaratur de ipso, in quantum est aduocatus fidelis, quia fidelis aduocatus necesse habet perso naliter interesse causæ, quã totam suscepit agendam, quoties actio causæ requirit. Porrò in missa agitur causa totius ecclesiæ coram patre æterno per sacerdotem, tanquam per procuratorem: & ipse Christus secundum quod homo summus est sacerdos, procurator, & aduocatus in causa hac: idcirco secundum assumptam humanitatem oportet eum ibi adesse, sicq; assistere procuratori sacerdoti inferiori: præsertim quoniam causa ista non agitur nisi per interpellationem: quę nõ nisi ex ore illius digna est suscipi, & per munus qđ ipse est, quod & nisi ipsemet obtulerit, Deo patri negt esse acceptum. ¶ Tertio idem probatur, inquãtum ipse est medicus. Medicum quippè fidelẽ oportet personaliter uisitare infirmum, quem suscepit curandum, quoties requirit ipsa infirmitas, hoc est, unguentis, ac medicinis ęgrum iuuisse, si medico sit possibile, nec ambiguum, quin medico huic sint possibilia uniuersa. Cumq; tota ecclesia & quælibet eius persona medicamine egeat multiplici ad sui curationem, conseruationem, præseruationem, aut confortationem, necesse est ipsum quoties necesse fuerit, aduenire. Opus est aũt quoties de eius medicatione agitur, & sanationi eius intenditur. Cumque missa ad ista agatur, quatenus ægro medicationis officium impendatur, sanitatisque beneficiũ condonetur, oportet hunc medicum missæ officio intereſſe, cum omnium spiritualiũ alabastro unguentorũ in cruce confracto & effuso, hoc est, cum carne sua, quæ facta est cataplasma cõtra omnes dolores & læsiones spirituales, tãquam antidotum solidissimum, atq; firmissimum aduersus omnes humores noxios uitiorum, ac demum cum sanguine suo, q̃ est uelut syrupus mulcebris, ac suauis ad medicamina liquida, ualens contra omnes animarum languores. Quod si pater carnalis ex naturali pietate panem porrigit filijs suis in mensa, quãto magis pater spiritũ in mensa altaris panem uitæ exhibet cunctis sperantibus in se? Hęc Gulielmus. Qui istam disputationem, ac piam fidei persuasionem diffusè prosequitur, cum hoc summe charitatem inflammet, quod Christus seipso, hoc est, corpore suo ac sanguine suos alit, ditat, impinguat fideles. Patet quoque ex his, quod missæ celebratio non est nisi sanctificatio populi per inuocationem nominis Dei & sacrificium, ac mentilatio causæ populi coram Deo per preces & munera, credentium quoque medicatio, ac spiritualis potionatio per antidotũ & syrupum. Hæc Gulielmus.

Christus in forma humanitatis est in mensa altaris peracta consecratione sacerdotis.

Heb. 9. Heb. 10.

Matt 7. Luc. 11.

¶ Hinc Thomas differuit: In hoc sacramento uerum corpus Christi continetur, quod traxit ex uirgine. & oppositum dicere, est hæreticum. Cur autẽ ecclesiasticorum sacramentorũ perfectio id requirat, ut in uno eorum Christus substantialiter contineatur, & nobis iungat̃ ut alimentum, dictum est supra frequenter. Nã & caput membris ita coniungi rationabile est & salubre. Multę quoque aliæ utilitates ac salubritates inde sequuntur, ut inflammatio, subleuatio spei ex tam familiari coniunctione eius ad nos, & maximum meritum fidei, qua tam multa mira & incomprehensibilia in hoc sacramẽto creduntur. Nec explicari ualet, quam multi, & saluberrimi effectus nobis ex isto prouenient sacramento. Vnde si ea, quæ fidei sunt, sapienter, ac spiritaliter intelligãtur, nullus horror, nulla crudelitas, nulla irrisio ex hac pœnitentia, & manducatione sequuntur. Nec corpus Christi est ibi cõmẽsuratiuè, localiter, per propriam quantitatem directè, quãuis propria eius quantitas ibi sit concomitanter, ut infra dicetur. ¶ Præterea si quæratur, an Christus contineatur in sacramento quantum ad anima respondendum, quòd in hoc sacramento aliquid continetur dupliciter. Primò, ex ui sacramenti: secundò, ex cõcomitantia naturali. Primo mõ continetur ibi id, ad quod conuersio terminatur. Et quid

Thomas.

Eucharistiæ uariæ utilitates.

sit

Cõuersionis terminus ex tribus cognoscitur.

sit hoc, ex tribus sciri potest. Primò, ex parte eius qđ conuenit. Non enim, qđ conuertitur materia sacramẽti, nisi id, cum quo similitudinem habet secũdum suæ proprietatem naturæ, sicut uinum in sanguinem. Secundò ex significatione formæ uerborũ cuius uirtute fit conuersio ipsa. In id ergo conuersio terminatur, quod significatur per formam. Tertiò, ex usu sacramenti: quia quod pertinet ad cibũ continetur sub specie panis, ex ui sacri, & qđ spectat ad potum sub specie uini. Ex naturali autẽ concomitantia & quasi per accidens, continetur sub sacramẽto illud, qđ per se non est terminus conuersionis, sed sine quo terminus conuersionis esse nõ ualet. Cumq; anima Christi non habeat similitudinem cum substantia panis, nec uini, nec in forma sacramenti mentio fiat de anima nec anima conueniat ad usum sacramenti huius, qui est manducare ac bibere, constat, quod ad animam non terminet conuersio panis nec uini, sed ad corpus & sanguinem Chri: quæ nõ sunt mó realiter separata ab aĩa eius, ideo nõ cõtinet ui sacramẽti: sed naturali cõcomitantia ad corpus, qđ uiuificat. Hinc si panis fuisset in triduo sepulturę uersus in corpus Chri, nõ fuisset aĩa ibi. Et ꝙ dictũ est de aĩa, intelligẽdũ est de Chri deitate nisi qđ illa ubiq; est ẽt sine sacramẽto.

Conuersionis terminus ex naturali concomitantiã.

Duplex sacramenti usus.

¶ Quæritur quoque, an Chris cõtineatur sub speciebus panis solum scđm carnem aĩtam. Dicendũ, quòd duplex est usus sacrmti istius, uicz manducare & bibere. Manducare aũt est usus cibi sicci, bibere uerè usus est humidi cibi, Ideo sub specie panis ex ui sacramenti continetur nõ sõlũ caro, sed etiã ossa & oẽs huiusmodi partes: nõ aũt sanguis, qui ex ui sacramenti est sub forma uini. imò ex concomitantia naturali sub specie panis est sanguis, & sub specie uini caro. Conformiter quãtitas & cætera accidentia corporis Christi sunt in sacramento ex cõcomitantia naturali, quia in ea non conueniẽt substãtia panis. Cõtrario quoq; mõ sunt ibi dimensiones corpotis Chri dimẽsiõesq; corporis corporis locati in loco. Substãtia nãq; corporis locati nõ habet ordinẽ ad locum, nisi per suas dimensiones, cũq; dimensiones corporis locati neq́ant simul esse cũ dimẽsiõibus alijs, consequẽs est, ꝙ substantia corporis locati nõ possit simul esse cũ alijs dimensionibus, neq; separatis, neq; in alio corpore existẽtibus. Ecõtrario aũt substãtia corporis Christi per se immediatè ordinat ad hoc, quod sit sub sacrmto & demõsiones eius ꝓpriè ex cõsequẽti, atq; per accidẽs. Substãtia uerò ex hoc, qđ est substãtia, non ꝓhibetur simul esse cũ dimẽsionibus quibuscũq; si ue separatis, aut existẽtibus in tali subiecto, quemadmodum substantia angeli potest simul esse cum alio corpore. Hinc corpus Christi potest sub ꝓpria quãtitate esse sub dimẽsionibus panis Insuper corpus Chri est in sacrmto secundum totã suam quãtitatem. Nã sicut corpus Chri non separat à ꝓpria quantitate, ita una pars quãtitatis non separatur ab alia, quẽadmodum etiã illa, quæ non habẽt quãtitatẽ, possunt indifferenter eẽ, & contineri in magna, & parua quãtitate, ut patz de aĩa, q́ indifferenter est in corpore magno & paruo. Sic id, qđ non rõne suæ ꝓpriæ quãtitatis cotinet sub aliqua quãtitate, potest differẽter esse sub magna quãtitate, & parua. Et ita est de Chro & corpore eius in sacro. ¶ Verũ his objici potest, qm̃ quantũcũq; sub aliqua quãtitate extrinseca continet aliqđ corpus. habẽs partes distinctas secundum suã intrinsecã quãtitatẽ totã, contingit assignare sub qua parte quãtitatis illius singulæ partes contineantur. Sed corpus Christi cũ sit organicũ habet partes distinctas. Si ergo secundum totã suã quantitatem continetur sub dimẽsionibus panis, erit assignare ubi sit caput eius, & manus, & pes, quod est impossibile, qa paruitas quantitatis hostiæ nõ permittit talẽ distinctionẽ partium in corpore Chri. Dicẽdũ qđ situs ꝓsupponit quantitatẽ, & qm̃ quantitas Chri nullam habitudinem habet ad dimensiones panis, ideo etiam situs partium corporis Chri nullã habitudinẽ, seu cõmensuratione habet ad panis dimensiones. Hinc q̃uis corpus Chri confusum sit, qm̃ partes eius ordinem habent inter se, sed secundum ordinẽ illũ non cõparãtur ad dimensiones exteriores Hęc Thomas in Scripto, in quibus continentur, quæ super his scribit in 3 parte quẽst. 76. Scripta quoq; Alber. ¶ Petrus uerò addit: Quidã dixerunt, qđ corpus Chri est in altari sine sua quantitate secundũ substãtiã solum, quia est ibi ut cibus spiritualis, atq; ut terminus cõuersionis substantiæ panis in ipsum. Alij ueriùs dicũt, & cõmuniter sic tenetur, quòd ibi est corpus Chri quãtũ, sed nõ mõ quantitatiuo. Nã licet, sit ibi quãtũ, nõ tñ cõparat ad speciẽ panis ut quãtũ. Sicut eñ q̃uis sit ibi clarũ, nõ tñ sua utitur claritate illuminãdo spẽ. Iõ q̃uis, sit ibi quãtũ, nõ tñ utit quantitate occupãdo locũ, sicut & Deus facere põt ut hic sit ignis, nõ tñ exerceat actũ cõbustionis, Hæc Petr ¶ Idẽ Ric. & addit, Corpus Chri, est in sacro cũ ꝓpria quãtitate, q̃ tñ nõ circũscribitur quantitate aut specie, panis, sub qua realiter cõtinet. Quãtũ em̃ cir cũscriptiuè cõtẽtũ ab alio q̃to cõmẽsurat ei, ita qđ pars parte supfluit parti corrũdet. Quãtitas aũt cõporis Chri nõ commẽsurat parti spẽi, imo est sub qualibet parte hostiæ tota. Quantũ em̃ qđ commẽsuratur alij quãto, applicatur ei primò & per, se, ac immediate ꝓ suã quãtitatẽ. In sacro aũt est contrario mó, qm̃ quantitas corporis Chri est sub spẽ panis per substãtiã corporis, q̃ per se primò, & imediate sub illa spẽ cõtinet Hæc Ric. ¶ De his quoq; scribit Bona. idoneè, ac deuotè, suntq; sententialiter ꝓhabita, q̃ conscribit. Reprobat etiã opinionẽ ꝓtractã dicentiũ ꝙ Chris est in sacro sine propria quãtitate. Nam corpus Chri est corpus naturale, uiuum organicum, qđ nec esse, nec intelligi potest sine quantitate ipsius, sine qua quamuis per omnipotẽtiam Dei possit esse, non tamen bene esse.

Dilutio.

Albertus. Petrus.

Richardus

Bonauen.

¶ Porrò Durandus probat corpus Christi in hoc sacro realiter contineri: quia secundum Augustinum libro 83 q̃st. Circũstantia scripturæ exponit scripturã an uerba eius intelligenda sint ꝓpriè, uel figuratiuè. uerbi gratia Christus ait: Ego sum uitis uera. Si uolumus scrire an hoc dictũ sit propriè an figuratiue, pensamus quod sequitur, Et uos palmites. & constat qđ apostoli non erãt ꝓpriè palmites ergo nec Chris fuit propriè, sed methaphoricè uitis. Sic in ꝓposito Chris dixit, Hoc est corpus meũ: & subiunxit, quod pro uobis tradetur, Cumq; uerũ & reale corpus eius ꝓ nobis sit traditũ, certum est. qđ uero & naturali suo corpore dixit: hoc ergo corpꝰ cũ sua quãtitate in hoc sacramẽto consistit. Quãuis em̃ de intrinseca rõne sit quantitatis, habere positionem in toto, ut una sit extra aliã, tñ de ratione eius non est positio, q̃ est ordo patrium respectu continentis seu loci, quæ positio ad ꝓdicamẽtum pertinet situs: qm̃ sine tali positione potest quantitas inueniri, sicut ultima sphæra non habet il

Durandus

Aug. li. 83

Iohan. 15

Scriptura per literã circunstiam exnitur.

rium positionem, nec corpus Christi in sacramẽto, sed diuina uirtute corpus Christi, & quãtitas eius separantur ab habitudine ista ad locum, non solum ut nõ sint in loco continẽte, sicut nec ultima sphæra, sed ẽt ut præsentes loco non ei commensurent, imò indifferenter se habeant ad totum, & ad partẽ. Confirmat hoc idẽ: qm̃ actus calidi in hebetudine ad alterum, est calefacere illud: sic actus quantitatis in ordine ad alteram, est continere illã, uel continere ab illa, uel ei commensurari. Quemadmodũ ergo uirtute diuina fieri potest, & factũ est sæpe, quòd calidum applicatum calefactibili, illud non calefecit, ut patet de tribus pueris in fornace æstuanti illæsis: sic fieri põt, ꝙ quantitas præsens alteri quantitate, non contineat eam, nec contineatur ab ea, nec ei commensuretur. Hęc Durandus.

Dan. 3.

Scotus.

¶ Consonat Scotus, & addit, magnã esse difficultatẽ, qualiter quãtũ possit simul eẽ cũ quãto, loquẽdo de quantis habẽtibus modũ quãtitatiuũ, q̃ difficultas est minor, dum non habent, uel unum eorũ non habet modum quãtitatiuum, ut in proposito, & de hoc infra dicetur in materia de corporibus gloriosis. Nunc autem uidendũ, quo mõ possibile sit corpus Chri esse i altari sine sui mutatione. localis. Et dicunt qđã hoc esse ꝓ uersionẽ panis in ipm̃.

Dist. 43.

Dionysius

¶ Contra, qđ objicit modis uarijs, & tñ illũ modũ assignãt doctores ꝓcipui, nec uident põderis alicuius, quæ objicit ꝓ hoc: sicut, quòd arguit, per nullã mutationẽ hr̃ per se illud, quod est posteriùs suo termino per se: sed ꝓsentia corporis est posterior corpore ipso. Quod faciliter solueretur, cum sint plures modi dicendi per se, nec oportet, ꝙ id, quod habetur per aliud, habeatur per illud per se. Et breuiter tot difficultatibus materiam hanc inuoluit, ut uideatur obscuratio, non elucidatio esse.

Scotum subtilitatibus suis ueritatem obscurare potius, q̃ elucidare

¶ Postremò, in tractatu quodã sacro altaris magistrali, qui Aegidio de Roma ascribitur, continente theoremata quinquaginta, asseritur: Corpori Chri existenti sub hostia, competit positio seu situs, quæ est differentia quantitatis, non aũt, q̃ est ꝓdicamentum. Corpus etenim Christi prout sacramentaliter est in altare loco circunscribi non potest, idcirco nõ competit ei ibi situs, qui est prędicamentum. Nępe, ut cõmentator quintæ metaphysicæ ait, positio seu situs quẽdã partiũ ordinem importat, ut etiam ibidẽ ait Philosophus. Ordo aũt partiũ duplex est, utpote ordo partium in toto, & ordo earum in loco, & prout partes ordinantur in toto, consurgit inde positio, quæ est differentia, quãtitatis: sed prout ordinant in loco accipitur inde positio, quæ est prędicamentũ. Vterque aũt hic ordo prouenit ex quãtitate aliter, & aliter sumpta. Quẽadmodũ em̃ quãlitates cõparationẽ duplicẽ habent, unam ad sua subiecta, secundum quam conuenit eis dare esse accidentale subiectis: aliam ad obiecta siue ad exteriora, secũdum quã sunt principia actionũ, & cã rõneve agendi, sicut calor per comparationẽ ad subiectũ dat esse calidũ: sed prout cõparat ad calefactibile, est calefaciendi principiũ: sic, & quantitas prout cõparat ad subiectum, cõpetit ei dare esse subiecto quod habet esse quãtũ à quãtitate: prout aũt cõparat quãtitas ad exteriora, est ratio quare aliqd sit in loco sicut calor põt dare eẽ calidũ suo subiecto absque hoc, ꝙ aliquid extra se calefaciat: sic quantitas põt suo subiecto conferre esse quãtũ sine hoc, quòd ꝓ quãtitatẽ cõparetur ad locũ, aut localiter existat, in aliquo. Hinc uerum est, quod communiter dicitur Christum sub hostia esse quantum, nõ quantitatiuè. Est enim eo quantitas propria subiectiuè, non tamen per eam comparatur ad locum. Hæc Aegidius.

Auerois

Aristo. Ordo partium alicuius corporis duplex.

Christus est sub hostia quãtũ non quantitatiue.

QVAESTIO II.

Quæstio & Arguitur contra ueritatem.

RVrsus hic quæritur, *An corpus Christi sit in sacramento circunscriptiue, aut definitiue, & si nõ qualiter sit ibidem.* ¶ Vr, quod circumscriptiuè, aut commensuratiuè sit ibi, cum sit, quòd materiale finitũ, figuratũ, organicũ, & oẽ tale est circũscriptũ, & loco cõmensuratũ. Secundò: qm̃ est in hostia altaris, & non extenditur ultra terminos eius. siq; limitat, & circunscribit ibi, & circunscribi vr̃ tã superficie propria, q̃ superficie continentis. Arguitur quoq;, quòd sit ibi diffinitiuè: nã oẽ creatũ est finitũ, ac diffinitũ, utpote terminatũ: sed modus essendi sequitur ipsum esse. Sicut ergo ipsum esse rei finitũ est, ita & modus essendi in loco, & sic diffinitiuè est in loco. Iterũ, angelus, q̃ est simplex forma, est in loco diffinitiuè: ergo multo plùs corpus Chri, cũ angelus plùs distet à natura loci, q̃ corpus quodcũq;

In oppositum.

In oppositum est, quòd corpus Christi in hostia loco non commensuratur, ut patuit, & simul in pluribus speciebus, ac hostijs est.

Aegidius de roma. Corpus Christi nõ est circunscripture in sacramento.

¶ Circa hæc prætacto tractatu scribit Aegidius: Corpus Christi in sacramento altaris circunscriptiuè non est. Sunt aũt nonnulli, qui imaginationẽ transcendere nõ ualentes, cũ audiunt uerũ corpus Christi esse sub speciebus panis, credunt corpus illud dimensionibus panis cõmensurari, ut in superiori hostiæ parte sit caput, & in inferiori pedes, quòd stultũ est æstimare. Quòd enim aliquid alicubi circunscriptiuè existat, est: qm̃ quantitas locati uniuocè cõparatur ad quantitatẽ loci. iõ corpora existentia in loco per ꝓpriam quantitatẽ circunscriptiuè in loco sunt: eo, quòd rõ quanti, uniuocè dr̃ de corpore locato, & locante. Si aũt substantia separata ut angelus, operetur circa aliquid corpus, in illo secũdũ suã uirtutẽ existens, non circunscriberet ibidem, eo, quòd ratio quaati non dr̃ uniuocè de quantitate uirtutis, & quantitate molis: multoq; minus corpus Christi põt esse in hostia circunscriptiuè, cũ dictũ sit, substãtiã corporis Christi nõ esse in sacro mediãte quantitate, sed quantitatẽ mediante substantia. Denique extendendo nomẽ magnitudinis ad rationẽ substantiæ, ita, quòd sicut in substantia scđm se sumpta ponimus rationẽ finitatis, & infinitatis: sic, & magnitudinem ibi ponamus, inueniemus magnitudinẽ magis æquiuocè dici de magnitudine molis respectu magnitudinis substantialis, quam respectu magnitudinis virtualis. Cũ enim magnitudinẽ attribuimus rebus ratione finitatis, aut infinitatis, cũ finitas, & infinitas magis æquiuocè dicantur de magnitudine molis respectu substantiæ, quàm respectu quantitatis virtualis, magnitudo quoque de eis dicetur magis æquiuocè. Dr̃ namque, magnitudo molis finita, quia determinatũ occupat locũ, uel qm̃ inter determinata clauditur puncta, determinatosve terminos: infinita uerò, quæ clausionem terminorũ non habet. Sic, & quantitas uirtualis uocatur finita: quoniam potest in determinatum obiectum ultra quod se nõ ualet extendere. In substantia uerò reperitur, finitas solũ ex eo, quòd determinatur ad genus, & speciẽ. Minus ergo competit corpori Christi, secundum, quod est in sacramento, circunscribi, & commensuratiuè esse in loco, quàm angelo.

Magnitudo molis

¶ Nec ẽt ẽ ibi diffinitiuè. Arguũt tñ rationis ignari, fidem impossibilia ponere, cum unum, & idẽ numero corpus dicamus simul esse in cœlo, & in altari, imò in altaribus, & hostijs ualde multis. Ad

Obiectio.

Corpus Christi sub ꝓpria quãtitate est sub dimensionibus Panis

Accidentia corporis Christi sunt in sacramẽto.

Diffinire quid sit.

quod aliqui rñderunt, quòd corpus hoc est in cœlo secũdũ ꝓprias dimẽsiones, in altaribus aũt secundum dimensiones panum conuersorum in ipsum, & ita quasi per accidens. Quod q̃uis sit verũ; tamẽ difficultatẽ non remouet. Nã diceret aliquis, nec ꝑ se, neq; ꝑ accidens idẽ corpus posse simul in diuersis existere locis. Oportet ergo assignare modum & rationẽ istius per accidens, cur corpus Christi sub speciebus illis nõ diffinitur. Itaq; aduertendũ, quod aliqd diffiniri est ipsum finiri, seu terminari, ꝓp quod (secundũ philosophũ) diffinitio terminus appellatur, Aliter aũt cõpetit finitio rei, ut est substantia, & ut est quãta. Nẽpe ut substantia finitur quælibet res creata; quia determinatur ad certũ genus, ac speciẽ, certumq; modum indiuiduationis. Sed prout res est quanta, determinatur per locũ. Secundũ ergo, quòd rei cõpetit alia & alia quãtitas, secundum hoc cõpetit ei, diuersimode loco diffiniri. Nam quæ habent quãtitatẽ dimẽsiuã, diffiniuntur loco per cõmẽsurationẽ, & ita se commẽsurant uni loco, ꝙ non alteri. Quæ uero habent quantitatẽ virtualẽ, diffiniuntur loco per operationem. Si ergo aliquid esset alicubi, solũ ratione substantiæ suæ, & quantitas eius esset ibi tantum propter ordinem naturalem, quem ad substantiã habet, illi rei cõpeteret finitas sequẽs naturã substãtiæ nõ illa, q̃ sequitur naturã quãti ꝓut res per quantitatẽ ad alia cõparatur. Cumq; ex ui sacramenti corpus Christi sit in altari ratione substantiæ, & per quantitatẽ ibi non comparetur ad alia: qm̃ finitas substantiæ nõ concernit determinationẽ situs, sed generis, ac speciei sufficit corpus Christi, prout in altari est, determinari ad illud genus, ac speciem, indiuiduationisq; modum, ad quæ determinatur ut est in cælo, non adeundem situm, cum talis finitas cõpetat quantitati, ꝓut res ꝑ eã cõparat ad locũ. Et ita illius per accidẽs, cuius causa quærebatur assignata est ratio. Vnde etiã constat, corpus Christi ut est in cœlo non posse alibi esse, nisi inde recederet. Attamen prout est in uno altari, potest & in alio esse, cum non sit ibi prout ei competit finitas situs, sed finitas speciei, Propter qđ si totũ uniuersum esset panis, inconueniẽs non esset corpus Christi esse ubiq;. Veruntũ corpus Chri ſm qđ est in altari, aliquo modo determinatur ad locũ aliàs nec per se, neq; per accidens cõpetere ei sibi moueri. Sed quia dimensiones panis, ꝑ quas ibi est, sunt finitæ & in loco, etiam corpus Christi determinatur ad locũ illũ, & est in loco ꝑ accidens: non tamen diffinitiuè, cum huiusmodi dimensiones sint in uarijs locis, loquẽdo de eis ſm idẽtitatẽ in spẽ. Hæc Aegi.

Dion. contra Aegid.

¶ Qui de his more suo scribit prolixè. In cuius uerbis uidetur obscurũ, ꝙ dicit corpus Christi esse in altari & hostia ratione suæ substantię, ꝑsertim cum & ipse frequenter testetur, substantię rei non cõpetere secũdũ se esse aliqubi seu in loco. Ideo sicut patebit, uerior est, positio sancti Thomæ, ꝙ corpus

Th. Aqui.

Christi sit in altari & in ista uel illa hostia ratione cõuersionis panis, seu ratione sacramẽtaliũ specierũ, sub qb. remanet ibi. Imo cũ substãtia corporis Chri sit una & eadẽ numero, ac finita, nõ uꝫ rõe suę substantiæ sibi cõpetere in pluribus hostijs esse: nec substantia corporis dominici aliq̃ habet rõnẽ determinationẽ, ac habitudinẽ existẽdi sub speciebus hostiarũ altaris, nisi ex conuersione substantię panis earũdem hostiarũ in ipm, & deinde sacramentaliũ remanẽtiũ specierũ, ꝓut hoc infra declarabit pleniùs. Præterea Thomas ad quæsita rñdet; locus dr̃ circũscribere locatũ ex eo, qđ iã circuitu de scribit figura locati, qm̃ ꝓprii loci, atq; locati oportet unam esse figurã. Figura autem est qualitas circa quantitatẽ. Cũq; corpus Christi non habeat ordinẽ ad species, sub quibus cõtinetur, mediante quã titate, sed ecõtra, ut dictũ est: ideo nec figura corporis Christi correspõdet figuræ specierum, ut patet ad sensum. Idcirco corpus Chri non est sub ipe ciebus circunscriptiuè, & per consequens non est in eis sicut in loco; qm̃ nihil per se, & propriè est in loco, ut in loco, nisi qđ circũscribitur eo. Vnde cõparatio corporis Christi ad species, sub quibus est, non est similis alicui cõparationi naturali: idcirco nõ põt reduci propriè loquendo ad aliquẽ modũ existẽdi in a Philosopho assignatum; aliquam tñ similitudinẽ habet cũ mõ, quo aliquid dr̃ esse in loco, secũdũ qđ eẽ in loco est esse in aliquo separato extra subiã suã, quod non est eius cã. Sicq; ét Innocentius papa dicit corpus Christi esse in pluribus locis: quoniam cõtinetur sub pluribus speciebus. Insuper non est sub speciebus diffinitiuè, qa ad hoc, quòd aliquid sit diffinitiuè in loco, duo requiruntur. Primũ est, ut cõpetat ei ibi esse: quia qđ non est in loco, non ualet diffiniri in eo. Secundũ est, ꝙ sit ibi sicut in loco cõmẽsurato aliquo modo suæ quãtitati seu uirtuti. Corpus nãq; bicubitale nõ diffinitur unius cubiti loco, quãuis aliquo mõ sit ibi. Nec aĩa est diffinitiue i manu, cũ in aliis quoque sit mẽbris, ac partibus corporis: qa non est in manu secundũ totã suã uirtutẽ. Hinc omne, qđ habet quantitatẽ finitã, aut finitã uirtutem, oportet qđ sit diffinitiuè in loco, in quo est. Corpus autem Chri, quãuis sit uerè sub speciebus, non tñ cõpetit sibi esse ibi rõne sui, quoniã neq; rõne suæ quantitatis, neq; ratione suæ uirtutis, sed rõne eius, quod in ipsum conuersum est, cuius dimensiones manẽt quibus ad locũ illũ determinabat: iccirco non diffinitur loco illo, sed simili mõ põt esse alibi, ubicunq; fuerint dimensiones panis conuersi in ipsum. Rõne uero ꝓpriæ quãtitatis cõuenit ei esse tm̃ in uno loco, nec ratione propriè quantitatis habet quod sit ubi consecratur, sed magis ex alterius cõuersione in ipsum. Hæc Thomas in Scripto.

Diffiniri loco duo requirit.

Pe

¶ Quibus Petrus concordãs; Corpus, inqt, Christi comparat ad speciẽ, & ad locũ speciei. Ad speciẽ panis non comparatur sicut ad locũ, sed ut ad signum signati contẽtiuũ. Ad locũ uero speciei cõparatur sicut ad locũ; tamẽ per accidens, non per se: qa nõ scđm se, sed specie mediãte; quẽadmodũ aĩa cõparatur ad corpus, & ad corporis locũ, sed ad corpus tanq̃ ad pfectibile, nõ ut ad locũ; qa locatũ oportet a loco esse seꝑatũ: atq; ad corporis locũ ꝑ accidẽs, utpote corpore mediante. Locus demũ per accidens cõfiguratur locato per se, non locato ꝑ accidẽs: sicut locus hoĩs cõfiguratur corpori eius non aĩæ. Hinc locus speciei sacralis, cõfiguratur speciei, nõ corpori Chri. Qđ aũt corpus Chri nõ sit in specie sicut in loco, ꝓbatur: qa locatũ cõparatur ad locũ scđm quãtitatẽ suã primò & per se, nec substãtia replet, aut occupat locũ nisi mediãte quãtitate. Corpus verò Chri cõparatur ad specieꝫ. inquãtũ est quædã substãtia primò & per se, & sub stãtia panis in substantiã corporis est cõuersa. Quãtitas uerò corporis Chri non est ibi, ſnisi quasi per accidens ꝓpter naturalẽ concomitãtiã ad suũ subiectũ. Nõ est ergo in specie, ut in loco, imo est ibi modo quasi contrario, ei, quo locatum est in loco: quia substantia locata est in loco mediante ꝓpria quantitate, quo primò cõparatur ad locum. Quãtitas uerò corporis est sub spẽ, mediante substantia.

Chri corpus nõ e in spec vt locus

¶ Porro

Th. Aqui. Locus circunscribit locatum.

¶ Porro si quæras, an possit simul esse in pluribus locis seu hostijs: respondendum, quia ut ait Innocentius tertius, sicut filius Dei per naturam diuinam habet triplicem modum existendi in rebus (est namq; in omnibus per essentiam, in iustis per gratiam, in natura assumpta per hypostaticã unionem). Ita corpus eius habet triplicẽ modũ essendi. Est enim in cœlo localiter, in verbo personaliter, in altari sacramentaliter. Et enim secũdũ esse suum naturale, in cœlo est tãtũ in uno loco; secũdũ esse sacramẽtale est in pluribus locis. Et hoc conuenit ei nec inquãtũ glorificatũ, nec inquantũ unitum; sed quia est terminus conuersionis plurium substãtiarum in ipsum in pluribus locis. Hæc Petrus. Cõcordat Richardus, qui & plures quæstiones hic introducit, quæ curiosè uidentur magis, q̃ fructuosę.

Deus sexistit rebus tripliciter Corpus Christi triplicem.

¶ At uerò respõsio Bonau. i dictis Petri cõtinet.

QVAESTIO III.

Arguitur contra ueritatem.

PRæterea quæritur, *Vtrum corpus Christi sit totum in qualibet particulæ hostiæ*. ¶ Videtur quòd nõ, qm̃ sequeretur, quòd ubicũq; esset unum membrum corporis eius, essent omnia membra ipsius: ex quo multa uiderentur seq. inepta, ut quod haberet pedem & ossa in oculo, & cõsimilia multa. Nec videtur ordo, atq; ꝓportio inter membra huiusmodi. Item, cũ omne continuum sit diuisibile in infinitũ, sequeretur, quòd totus Christus esset in infinitis partibus hostię. sicq; esset infinities sub eiusdem hostiæ speciebus.

¶ Quæritur quoq;. an ad motum hostię, seu pixidis moueatur. Videtur, quòd non: quoniã sequeretur, quòd simul & semel moueretur, atq; quiesceret, imo contrarijs motibus moueretur.

¶ Oppositũ tamen probatur qm̃ angelus mouetur per accidens in corpore assumpto, anima quoque in corpore a se informato: cũ tamen angelus et anima sint formæ ĩcorporales. Ergo multo plus corpus Christi in sacramento. Iterum, communiter dicitur, quòd portatur de loco ad locum, & desinit esse in loco isto, ac incipit alibi esse in alio per motum localem.

¶ Ad hæc respondet Antisi. in Summa lib. 4. In hoc sacramẽto quædam sunt ſm naturã, quædam supra naturã, sed nõ supra intellectum, quædam sunt supra naturã, & intellectũ. Secundum naturã sunt accidẽtia sine subiecto, ut color, sapor, rotũditas, quæ sunt ibi secundũ naturã, quia secundũ naturã specificã, ibi sunt. sed hoc supra naturam est, ꝙ sine subiecto consistunt: non tamen hoc est supra intellectum, quoniam intellectus bene concipit accidentia per abstractionem sine subiecto. Cũ que intellectus intelligere queat accidentia absq; subiecto, Deus potest facere ea absq; subiecto esse; quoniam Deus potest plus facere, quã intellectus seu ratio capere. Verum supra naturam & intellectum est, quòd Christus est in tanta quantitate in hostia, sicut in cœlo: nec tamen excedit terminos illius tam modicæ formæ. Dicimus ergo, ꝙ sub totali illa hostiæ forma ita est Christus totus, quod sub nulla eius parte sit totus, Sed dum frangitur hostia, sub qualibet parte diuisionis est integer Christus; & hoc non est tantum ex consecratione, & fractione. Cõsecrata eñ fuit quælibet pars in toto suo, estq; cõsimile in speculo. Nã sicut in speculo uno solũ est una imago, & fracto. speculo in qualibet eius parte imago resultat, ita sub totali forma est Chrs, q̃ est Dei patris imago, q̃ etiã integre continetur in qualibet parte hostiæ fractæ. Vnde sicut ex propositione rei ad diuersas partes speculi, resultãt diuersæ imagines: ita ex ꝓlatione uerborum quæ præcesit in ipsa fractione formæ cõsecratæ, resultat Christus in diuersis hostiæ partibus. Rebus ergo in se consideratis, sacramentũ istud est plenum miraculis: pensata tamen omnipotentia Dei, glorio si, ac benedicti, quasi definunt esse miracula, ut asserit Augustinus. Hæc Antisiodorensis.

At uerò Thomas: Circa hoc, ait an corpus Christi sit totum sub qualibet parte speciẽrũ, est duplex opinio. Vna, quòd hostia integra permanẽte, Chrs totus est in hostia tota, non in qualibet eius parte. Hostia uerò diuisa, Christus totus manet sub qualibet eius parte, & ponunt exemplum de speculo. Verum istud stare nõ põt, quoniam hostia integra permanente, Christus aliquo modo est sub partibus hostiæ, si ergo non sit ibi secundum totũ, erit ibi sub partẽ. sed oẽ, quod est totum in toto, & pars eius in parte est ibi situaliter. sicq; corpus Chri situaliter. esset in sacramẽto circunscriptiuè, quod improbatum est supra: exemplum quoque de speculo nõ est aptum, qa imago speculi non est ibi vt forma absolutè quiescẽs in speculo, sed exaggeneratur ex repcussione. idcirco quãdiu est una superficies speculi, fit solum una reuerberatio, & per consequens una imago resultat. Fracto aũt speculo, sunt multæ superficies, & per cõsequens multæ reflexiones, ac multæ imagines resultantes. Si autẽ esset forma absolutè quiescens in subiecto, aut esset consequens quantitatẽ, sicut albedo, quæ fundatur in superficie aut quantitatem præcedens, ut forma substantialis. Si primo modo, de necessitate esset tota in toto, & pars in parte, ante fractionem speculi, & post. Si autem præcederet quantitatẽ, esset ante, & post, & tota in toto, & tota in partibus, quemadmodum tota substantialis forma ligni est in qualibet parte eius, ita quòd totalitas formæ substãtialis non respicit quantitatis totalitatẽ, sicut est de totalitate formarũ accidentalium, quæ fundantur in quantitate, & præsupponunt ipam. Corpus aũt Christi continet absolutè sub speciebus, & hoc non cõuenit substantiæ mediante quantitate sed ratione substantiæ, in quã substantia panis cõuersa est, ideo etiã ante fractionem est totũ in toto: quoniã ubicũq; erat tota natura panis, est tota natura corporis Christi, & per consequens totum corpus Christi, & tota quãtitas eius. Et hæc est opinio alia, quæ uerior esse vr.

¶ Porrò moueri in loco, ꝑsupponit esse in loco. Vnde ad hoc, quòd aliquid per se moueat in loco, oportet quòd per se sit in loco, & quòd ꝑ se moueatur, non ad motum alterius. Per accidens uerò aliqd mouet in loco dupliciter: Primò, qa ꝑ accidens est in loco, sicq; formæ mouentur per accidens. Secũdò, qa ꝑ se est in loco, sed per accidens mouet in loco, ut patet in his, qui uehuntur. Nam locus quẽ mutãt, est ꝑ se eorũ locus proprius, uel communis. Corpus aut Christi in loco, quem species mutant non est per se, neq; sicut in loco proprio, neq; sicut in loco communi; idcirco per se moueri non põt in illo, neq; per accidẽs, sicut corpora mouentur ꝑ accidens: sed eo modo, quo aliqd per accidẽs est in loco, & per accidens mouetur. Nec differt (ut aliq dicũt) dicere, utrũ species moueant in eodẽ loco, aut transferãtur de loco ad locũ: qa, quòd in eodẽ loco secundũ substantiam manẽs mouetur, mutat locum non solum secundũ partes, sed secũdũ totũ, ut sexto Physicorũ probatur. Hæc Tho. in Scripto.

¶ Insuper in tertia parte. quę. 76. in sacramento, inquit, substantia corporis Christi est ex ui sacramẽti, quantitas autem dimensiua ex ui realis concomitantiæ.

Christus est totus sub qualibet hostię parte.

mitantiæ. Corpus quoq; Christi in hoc sacramẽto est per modum substantiæ. i. per modum quo substantia est sub dimensionibus, nõ per modũ dimensionũ. i. nõ p modũ quo quantitas dimensiua corporis alicuius est sub quantitate dimensiua loci. Natura aũt substãtiæ tota est sub qualibet parte dimẽsionũ, sub quibus cõtinetur; sicut sub qualibet parte aeris est natura: & hoc indifferẽter, siue dimẽsiones actu sint, siue potentialiter separabiles. Hinc Christus est totus sub qualibet parte specierum panis, etiã hostia integra permanente. ¶ Porrò, si quęratur, an ad motũ hostiæ Christus moueatur: rndẽdum, quòd dum aliquid est unũ subiecto & multiplex, secũdũ esse, nil ꝓhibet illud secundum aliqd moueri, & secundum aliud immobile esse: sicut cũ corpori aliud sit esse albũ, aliud magnũ, pót secundum albedinẽ moueri per alterationem, atq; immobile permanere secundum magnitudinẽ. Chſto aũt nõ est idẽ esse secundum se, & sub hoc sacramẽto: quia per hoc quod dicimus eum esse sub hoc sacramẽto, significatur quædã habitudo eius ad hoc sacramentũ. Itaq; secundum hoc esse non mouetur Christus per se secundum locum, sed solũ per accidens: quia nõ est in hoc sacramẽto sicut in loco.

Christus quo desinat in sacramento.

Similiter neq; per se mouẽtur, secundũ esse, quod habet in ísto sacramento, quacunque alia mutatione, puta quãtum ad hoc, quod desinat esse sub hoc sacramento: quoniam quod secundum se habet in deficiens esse, non potest esse deficiendi principiũ: sed alio deficiẽte, desinit eẽ in illo, quẽadmodũ Deꝰ eẽ desinit in creatura, q̃ corrũpit. Sicq; Chſs desinit eẽ sub sacro nõ p localẽ recessum, sed p desitionẽ, & corruptionẽ scraliũ specierum. Hæc in Summa.

3. q. p. 76. ar. 6.

¶ Hinc scribit Aegidi: Quãuis ualde mirabile sit ꝙ corpus Chſi tã magnũ. sub dimẽsionibus tã paruæ hostiæ continetur, tũ secundum ineffabilem fidei ueritatem fateri compellimur, ꝙ nõ solũ totus Christus in tota sit hostia cõsecrata, sed ẽt in qualibet eius parte. Quod triplici uia ostenditur. Primò, secundũ qd̃ substantia corporis Christi cõparatur ad substãtiã panis, q̃ in ipsam cõuertitur. Secundò, put quantitas corporis Christi cõparatur ad substantiã eius, in qua radicatur. Tertiò, put quantitas unius partis cõparatur ad quantitatem partis alterius.

Aegidius de Roma Christum integrum esse sub singulis hostiæ partibus tripliciter ostenditur.

Porrò in rebus corporalibus duplex consistit totalitas, Vna essentialis, alia dimensiua. sicut albedini totalitas cõpetit dimensiua, qua extenditur extensione superficiei, sicq; albedo est tota in superficie tota, & pars eius in parte illius. Totalitas aũtẽ albedinis quidditatiua sua essentialis, & diffinitiua quæ per genus eius, ac differentiã designatur, secũdum quã totalitatem non est tota in toto, & partim in parte, neq; diuiditur diuisione superficiei, imo est tota in tota superficie, & tota in qualibet eius parte. Similiter quoque est in substantijs: quoniam lapis secundum suam totalitatem dimensiuã, est totus in aliquo loco, & pars in parte, sed quo ad suã totalitatẽ essentialẽ specificã, est totus in toto indiuiduo suo & totus in qualibet eius parte, cũ q̃libet lapidis pars sit lapis. Cumq; tota substantia panis cõuertatur in tota substantiam corporis Chſi, loquendo de totalitate essentiali, nõ dimẽsiua (hæc q̃ppe conuersione conuertitur qd in qd, nõ quãtum inquantum) hinc ex ui sacramẽti Chſs est sub hostia solũ secũdũ totalitatem substantialem. Quẽ admodũ ergo aũ conuersionẽ tota substãtia panis quo ad istã totalitatẽ, fuit in qualibet hostiæ parte, ita post conuersionẽ totũ corpus Chſi in qualibet parte est hostiæ. Et qm̃ totã substãtiã corporis sequitur totalitas ꝓprię quãtitatis. ideo ẽt scm̃ istam totalitatem dimensiuã totũ corpus Christi est in qualibet hostiæ parte per ꝓcomitantiã naturalem. Secũda uia probatur hoc sic: Corpus Christi in cœlo consistit localiter utpotè mediante propria quantitate. Sic autem (ut dictum est sæpe) non est in sacramento, sed contrario modo, qm̃ ratione querfionis panis in ipsum, & quantitas sua est ibi concomitantia naturali. In cęlo igitur trahitur totalitas substãtiæ corporis Christi, quantũ ad existendum in loco ad totalitatem suã dimensiuã, per quã ibi localiter ponitur. In hostia uero totalitas eius dimensiua trahitur ad totalitatẽ essentialẽ, ita quòd tota quantitas corporis Christi est in tota hostia, & in qualibet parte ipsius: qm̃ modus totalitatis substantialis, est, ꝙ sit tota in toto, & tota in qualibet parte. Tertia uia patet, quia secũdũ dimensiones panis & dimensiones corporis Christi, triplex comparatio sumi potest. Prima qm̃ dimensiones istæ ita se habent in hostia, ꝙ pariter esse valent. Secunda, quia dimẽsio unius partis corporis ita ad alterius partis dimẽsionem comparat, ꝙ mutuò non resistunt, sed simul sunt. Verum secundum tertiã comparationẽ qua dimensio unius partis hostiæ ad alterius partis suæ dimensionẽ comparatur, una dimensio alteri resistit, non cedit: idcirco nec simul esse possunt imo maiorẽ occupat locũ tota hostia, quàm pars eius. Vbicunque autem est aliqua pars hostiæ, ibi est aliqua pars corporis Christi: & ubi est pars corporis Christi, ibi est totum corpus suum. Et ita corpus illud est in omni particula hostię, Veruntñ per accidens dr̃ moueri localiter: qm̃ transsubstantiatione completa, dimensiones panis remanẽt circũscriptiuè, ac situ aliter existentes, sicq; cõuenit, eis moueri p se, atq; cõtentis sub ipsis, p accidens iuxta illud Philoso. Motis nobis, mouetur omnia, quæ in nobis sunt. Hæc Aegid. In præinductis scripta Petri Richar. & plurium aliorũ continentur, responsa quoque Bonauent.

Durand.

¶ Præterea de his aliter sentit Durandus: Corpus inquiens, Christi nullo mõ in hoc sacramento mouetur ad motũ hostiæ, neq; per se, neq; p accidens: quia dũ aliqua duo ita se habent, quod non sunt unum subiecto, nec se habent ut continens & contentũ. nec habent colligationem & contactũ, moto uno, alterum nullo modo moueẽt: sed ita se habent corpus Christi & hostia. Sequeretur quoq;, qd̃ aliquid simul moueretur contrarijs motibus. ¶ Verũ ad huius opinionis reprobationem sufficit, quod tot doctores ꝓcipui, & præsertim Innocentius papa tertius, dicunt contrariũ. Motiua quoque eorũ idonea sunt. Nec bene sonat asserere, quod corpus Christi non continetur in hostia consecrata. Eadẽ etenim rõne sequereẽ, qd̃ non continereẽ sub speciebus hostiæ, cuius contrariũ dicunt oẽs doctores præcipui: quia nec dicitur contineri in hostia. nisi quia in eius speciebus sacramẽtalibus continetur & per illas habitudinem habet ad locum illum. & consistendi ibidem, intantum quòd speciebus illis corruptis, definit esse ibi, ut patuit.

¶ Postremo Scotus: Corpus, ait, Chſi eẽ in cœlo mõ naturali, & in eucharistia mõ sacramẽtali, est manifestũ. sed dubiũ est de corpore, ut est in eucharistia, q̃ sunt illa, q̃ cõtinet tãquã partes. Et dico qd̃ non continet animam neque accidentia. Et hoc est posibile accipiendo corpus ꝓ primo perfectibili ipsius aiæ: qm̃ nulla est contradictio, corꝰ hmõi esse sine anima & absq; accidẽtibus. Hoc quoq; est cõgruũ, qm̃ species repræsentãt absolutũ: ergo sub

stantiã, & non accidentia. Hoc etiam factũ est, qm̃ si in triduo mortis Christi fuisset eucharistia cõsecreta, fuisset in ea uera res eucharistiæ, utpotè corpus Christi, nec tñ aĩa fuisset in eo. Corpus etiã hoc mõ nõ cõtinet sanguinẽ, quoniã sanguis nõ est animatus: & p cõsequens, nec est pars puri animati. Posibile quoque est istud ex parte sacrĩ: qm̃ eius qd̃ essentialiter est aliud ab alio, esse pót aliud signum. Corpus aũt ꝓtacto mõ sumptũ, essentialiter differt ab anima, & à sanguine, ac aljis: ergo potest aliud signũ habere. Itẽ posibile fuit totũ sanguinẽ separatũ esse a corpore Chſi in morte, & tñ si tũc fuisset eucharistia cõsecrata, fuisset res eadem quæ & mõ. Hoc tenẽdũ est, ꝙ corpus Christi ut primũ signatũ speciei panis & cõtentũ, nõ includit animã, nec accidentia, nec sanguinẽ. Insuper dico, ꝙ non est necesse simpliciter, si Christus seu corpus eius sub mõ naturali habet partes, & proprietates, quòd habeat easdẽ sub modo sacramentali: quia post resurrectionẽ nõ erit eucharistia, nec corpus Christi habebit sub mõ sacralis proprietates & passiones, & tñ habebit tunc ista sub suo naturali mõ essendi. Rursus, non sequitur necessariè ecõuerso si Christus, seu corpus eius habet istas partes, & proprietates sub modo sacramẽtali, qd̃ ob hoc necessariò habeat eas sub modo suæ existentiæ naturali. Dũ enim res aliqua ex sua natura est indifferens ad duos modos offendi, utpote naturalem & sacramẽtalem, tunc sicut simpliciter potest haberi sub uno modo, ita sub alio, &c. Hæc Scotus.

¶ Qui de his multa prosequitur, inquibus multa uidentur contineri inepta. Primò quod dicit corpus Christi, ut est in eucharistia, non continere animam, neq; accidentia, in quibus videtur renouare antiquũ errorem à præfatis doctoribus & ab Innocẽtio papa tertio concorditer reprobatũ, uidelicet corpus Christi esse in altari secundum suã nudã essentiam, qd̃ non solũ falsum est de facto, sed & impossibile est sic esse, ꝓpter absurditates inde sequẽtes, & contradictionũ implicationes. Si aũt uult dicere, quòd corpus Christi, ut in eucharistia est, nõ habet nec cõtinet aĩam, & sanguinẽ, & accidẽtia ex ui sacri seu ui cõuersionis, sed per cõcomitãtiã naturalẽ, hoc staret iuxta ꝓhabita saltẽ secundũ unã uiã. Ob hoc tamen nõ essent uerba illa tam absolutè, & incautè promenda. ꝑsertim q̃a secundum Apostolum ab omni speciei mala abstinere oportet, & cũ hæreticis nec in uerbis cõmunicare debemus, quãtũ uitari pót. Secũdò, ꝙ ait nõ esse imposibile, corpus prout est primũ perfectibile aĩæ esse sine accidentibus. Corpus nãq; non est ab anima perfectibile, nisi iã ad animæ susceptionẽ, ac informationẽ dispositũ per quãtitatẽ, & qualitatẽ, dicente Philosopho: Anima est actus primus corporis organici physici &c. Tertiò, ꝙ ait hoc congruũ esse quoniã species. i. formę sensibiles sacrales panis repsentãt absolutũ, ergo substãtialia & non accidẽtia. Circa qd̃ dico, qd̃ species illæ repsentãt uerũ corpus Chſi, qd̃ nõ dici nudã materiã: Imo q̃tũ ad reẽ existentiã suã, acidentia q̃dã includit, id est, quãtitatẽ, & qualitatẽ, cũ sit corpus organicũ physicũ. Nec sequitur, species illæ repsentãt absolutũ, ergo substãtiã & nõ accidentia cũ quædã accidẽtia sint absoluta, nõ respectiuã seu relatiua. Quarto, ꝙ ait hoc factũ esse. Non eñ factũ est, nec fuit, sed fieri potuit. Quicqd eteñ Christus in cœna consecrauit, & trãslubstãtiauit in corpus suum, & sanguinẽ, sumptũ fuit in cœna, nec mãsit inde residuũ aliqd̃ per triduũ mortis Christi. Nec sequitur, si tũc ita fuisset factũ, ergo mõ sic est, aut sic fieri põt. Tũc eñ corpus Chſi realiter extitit mortuũ & inanimatũ, idcirco nõ sequebatur inconueniẽs, aut implicatio contradictionis, si tunc fuisset sine anima in eucharistia, sicut iam sequeretur, dum corpus eius uerè & incorruptibiliter est animatum, ac uiuũ, si dicaẽ sub speciebus sacramenti esse sine anima, & nõ uiuũ nec animatũ, ita quòd unum, & idem numero corpus esse uiuum, & non viuum, animatũ & non animatũ. Quintò, quod dicit corpus etiam hoc, nõ continet sanguinem: quoniam sanguis non est aĩa tus. Quamuis enim sanguis non sit animatus: tamẽ ad naturalem, realem & perfectam existentiam corporis organici animalis, potissimè hominis, reqrit sanguis: imo & accidẽtia multa, quæ tamẽ animata nõ sunt: Sextò, qd̃ asserit nõ est necesse simpliciter, si Christus sub modo naturali habet partes & ꝓprietates, quod easdem habeat sub modo sacramẽtali. Ad quod dico, istud necessario sequi, & oppositũ huius contradictionem includere. Cumq; sic arguit, post resurrectionem non erit eucharistia &c. dico quòd argumentum hoc impertinens est, atq; infirmum. Non eñ dico, ꝙ ex hoc, ꝙ Chſs est in cęlo localiter, & mõ naturali p ꝓpriã quantitatẽ circũscriptiuè in loco, sequaẽ forma argumẽti, qd̃ sit in eucharistia: sed ſupposito secũdũ fidem, qd̃ sit in eucharistia, seq̃ qd̃ si in cœlo habeat partes corpales & mẽbra, ac proprietates naturales intrisecas, qd̃ etiã habeat eas in sacramento ex ui sacramenti, aut cõcomitanter. Septimò, quod addit, non sequitur econuerso &c. quod eodẽ modo destruiẽ. Probatio quoq; est imbecillis, cum subdiẽ. Dũ res aliqua ex sua natura indifferens est ad duos modos essendi &c. Hoc quippè uerũ est loquendo de modis existendi extrinsecis, seu per respectũ ad extrinseca aliqua, & iõ corpus potest esse utroq; horum modo ra. Sed istud non pertinet ad rẽ. Non enim de his modis essendi est disceptatio ista, sed de partibus corporis Chſi integralibus, quantitatiuis, organicis, proprietatibusq; intrinsecis. Præterea, ex uerbis suis infert corollariũ istud: Ante incarnationem potuit eucharistia fuisse tam uera, ut nunc, tã quantum ad significationem, quàm quantum ad rẽ signatam, & contentam. Ecce qualiter sonat hoc.

¶ Et circa hoc quæri põt quid nominæ eucharistię uelit intelligi, an scilicet sacramentum altaris seu hostiã cõsecratã, aut corpus Chſi ut sua sacramentalibus speciebus cõtentum. Et si sic, certũ est ꝙ eucharistia taliter sumpta non potuit esse ante uerbi æterni incarnationem, in cuius incarnatione formatũ, & assumptũ est hoc corpus: nisi forte ad hũc sensum, quod uerbum æternum absolutè loquẽdo potuit incarnari diu antequã incarnatũ est. Multa his consimilia scribit Scotus. De q̃bus cũ uideantur absurda, prolixitatem deuitans pertrãseo.

QVAESTIO IIII.

ADhuc circa hæc quæritur specialiter de uisibilitate corporis Christi in sacramento altaris, videlicet. *An oculus glorificatus posset illud uidere in sacramento.* Item an angelus, itemq; an Chſs seipsum uideat in altari, & utrum modus existẽtię Christi in altari, transcẽdat cõprehensionẽ oĩs mẽtis creatæ. Ad quæ breuiter est tangenda responsio.

¶ Itaq; ad primum horum Thomas respondet: Corporali oculo nihil uidetur, nisi per hoc, quod oculos ab obiecto immutatur per similitudinem colorum, seu luminis existentis in ipso obiecto, q̃ similitudo fit in primo medio, deinde in uisu. Corpus autem Christi non habet ordinem ad species,

sub quibus est mediãte propria quantitate:ideo generari nõ potest similitudo sui coloris in aere species contingente . Et hoc duplici ratione: Primò, quoniam actio omnis corporalis fit per contactũ, qui consequitur quantitatem, quia contractus nil aliud est,quã iunctio terminorum quãtitatum duarum.Cumq; corpus Christi non tangat aerem circumstantem , idcirco non ualet in ipso coloris sui similitudinem generare. Secundò; quoniam color consequitur quantitatem, cum immediatum eius subiectum sit superficies, & qm̃ corpus Christi nõ hẽt ordinẽ ad hunc locũ rõne propriæ quantitatis, idcirco,nec rõne sui coloris:propter quod nec cõiungitur aeri circunstanti secũdũ quantitatem,nec assimilat illũ sibi producẽdo similitudinẽ sui in ipso.Deniq; magnitudo in æquali distãtia uisa sub maiori angulo uidetur, ut perspectiui demonstrant. Sed maior est quantitas corporis Christi; distantia uerò ad oculum est eadem:ergo oculus uidens corpus Christi, ac hostiã,uidet corpus sub maiori angulo,Corpus autẽ Chr̃i uĩ sub specie hostię, ergo angulus minor cõtinet maiorẽ,qđ impossibile est. Ex q̃bus patet ad primũ respõsio.¶Ad secũdũ, uidelicet utrũ angelus uideat corpus Christi in hostia: respõdendũ, quòd angelus nihil uidet uisione corporali, imò nec corpus assumptũ corporaliter uidet,nec est in ipso nisi visus intellectualis, q̃a sensibilibus non recipit,sed intelligit uel per species innatas,quantum ad ea,quæ naturali cognitione intelligit,aut per uerbum, quo ad ea,quæ naturalem eius excedũt notitiã.Cumq; angeli sint beati,oportet,quòd plenam notitiam habeant omnium, quæ sunt fidei,quantum ad uisionem gloriosam,quę fidei succedit.Ideo sicut fides credit corpus Christi esse sub sacramento, sic uisione beata angeli uidẽt hoc clarè.Credo autẽ,quod omnia,quæ sunt fidei, sint super naturalẽ cognitionẽ angelorum,sicut & hominũ.Propter quod mysteria fidei dicuntur esse abscõdita à seculis in Deo.Hinc naturali cognitione non uident angeli corpus Christi,sed solum beata. Dæmones uerò nullo modo uident plenariè,sed credunt & contremiscunt.Cõformiter cęteri beati uisione intellectuali, conspiciunt corpus Christi in altari,nõ uisione corporali, in qua nec cum angelis sanctis cõmunicant.¶Cumq; inuestigatur,an Christus seipsum uideat ibi, dicendum,q̃ si oculus Christi esset extra species sacramenti,non uideret substantiam suam infra species contentam ex natura gloriæ,nisi miraculosè.Verum de hoc infra dicetur.¶Ad ultimum respondetur, q̃ intellectus noster illa dũtaxat dicitur ꝓpriè cognoscere, seu uidere,quorũ essentię sibi pñtantur lumine naturali,uel lumine gratiæ aut gloriæ.Vñ & a principio dicitur illa uidere, q̃ statim cognitis terminis, quasi uisis essentijs terminorum noscuntur: atque per cõsequens tantum illa, quæ reducuntur in prima principia, sicut conclusiones scientiarũ. Quæ aũt nullũ ordinẽ habẽt ad principia per se nota,neque ad sensitiuã notitiã, non possunt ꝓpriè in statu uiæ uidere. Tale aũt est, corpus Christi esse sub sacr̃o. Hinc intellectus uiatoris nullo mõ hoc põt uidere,& multo minus põt id cõpręhẽdere:q̃a multa uidentur, q̃ nõ compręhẽdunĩ. Compręhẽsores verò (ut dictũ est) ea q̃ fidei sunt,perfectè conspiciũt nõ fide,sed clara uisiõe.Hæc Thomas ĩ Scripto

Angeli vident Christi corpus in sacramento.

Ephe.3.

Iaco.2.

Intellect⁹ viatoris corpus Christi existentiam ĩ sacramento appræhendit.

¶Porrò in 3.parte,quęst.76.addit:Corpus Chr̃i in hoc sacramento est per modum substantiæ,nõ quantitatis.Substantia uero inquantum huiusmodi,nõ est uisibilis oculo corporali nec subiacet alicui sensui imo nec imaginationi,sed soli intellectui cuius obiectum est,qđ quid est,tertio de anima,iõ corpus Christi secundum quod in sacramento cõsistit,nec sensu, nec imaginatione est appræhensibile,sed intellectu.Percipitur quoq; diuersimode a diuersis intellectibus.Cũ enim modus essendi,quo Christus est in sacramento sit supernaturali intellectu,puta diuino,secundum se uisibilis est,& per cõsequens ab intellectu beato angelico & humano,q̃ secundum quod participant claritatem intellectus diuini,uident ea,quæ supernaturalẽ sunt per uisionem diuinæ essentiæ.Ab intellectu autem uiatoris conspici neque nisi per fidẽ,sicut nec cætera supernaturalia:nec intellectus angelicus per sua naturalia sufficit ad hęc intuendum. Vnde nec dęmones queunt per intellectum uidere Christum in sacramento,nec per fidem,cui non consentiunt uoluntate:sed signorum euidentia cõuincuntur,iuxta illud Iacobi; Dæmones credunt & contremiscunt. Porrò,corporalis oculus Chr̃i uidet seipm̃ sub sacr̃o existentẽ, nõ tñ ualet uidere ipsum modum essendi,quo est sub sacr̃o, quia ad solum pertinet intellectũ.Nec est simile de alio oculo glorioso,q̃a & ipse oculus Chr̃i est sub hoc sacramẽto, in quo nõ cõformaĩ ei alius oculus gloriosus . Hæc idẽ in Sũ.

¶Concordat Petrus,q̃ tñ magis sentire uideĩ,qđ Christus secundũ quod in isto est sacr̃o, non uidet seipm̃ oculo corporali,dubitatiuè tñ loqĩ inde.

¶Richardus uerò ꝑ oĩa cõsonat Thomę, & addit q̃ oculus corporalis nec ꝑ naturã, neq; ꝑ gloriã,nec ꝑ miraculũ põt uidere corpus Chr̃i ĩ sacr̃o. sicut nec essentiam spiritualium substãtiarum,quoniã capax non est, nec eleuabilis ad talẽ intuitũ, cũ uidere nil ualeat nisi ꝑ similitudinẽ corporalem. Corpus aũt Chr̃i in sacr̃o est per modũ substantiæ.

¶Bonauentura,demum his cõsonans, opinionẽ narrat quorundã: Quidam,inquiens, uoluerũt hic subtiliari dicẽtes,q̃ existentia ista corporis Christi sit aliquo mõ intelligibilis , ita quòd quãuis sit supra naturã corporis humani non glorificati, non tamen supra naturam corporis humani glorificati, quòd habet naturã,proprietatemq; lucis, quæ potest esse in spacio maiori, atque minori, ita quòd ipsa nõ sit maior, & minor:quemadmodum lux cãdelæ tanta est in parua domo,sicut in magna.Similiter radius, siue dirigatur in longinquum, siue in locũ ꝓpinquũ . Sed istud impertinens est, cum lux non sit corpus nec corporalis defluxus , sed qualitas simplex,quę in suo subiecto artatur sine extenditur,qđ corpori Christi nõ cõpetit.Idcirco dicendum , quod intellectus nr̃ nõ cõsentit, nec capere põt essentiã corporis Chr̃i sub sacr̃o, nisi lumine fidei adiuueĩ.Sensus uerò & imaginatio frequẽter reclamãt.Intellect⁹ uero fide & grã Dei adiutus,resistit eis,ac præualet,respectũ habens ad omnipotẽtiam Dei,non ad causas naturales, ac inferiores.

¶Durandus demũ cõsonans ꝑinductis , fatetur in hoc sacr̃o corpus Christi nõ uideri ab oculo suo neq; ab alieno ob causam ꝑhabitã,sed ab uniuersis beatis oculo intellectuali:qm̃ merito fidei succedit pręmũ uisiõis.Cũ ergo credamus Christũ in hoc sacramento esse realiter,sequiĩ qđ beati clarè hoc uident in hoc sacramẽto cognitione supernaturali.

¶Prętęrea Scotus circa hæc loquiĩ: Videre uno mõ importat intellectionẽ intuitiuã, ꝓut distinguitur cõtra ĩtellectionẽ abstractiuã.Intellectio aũt intuitiua,est rei ut in se p̃sens est:abstractiua uerò põt esse eius,scd̃m quoq; relucet ĩ aliqua similitudine, q̃ põt eẽ existẽtis & nõ existẽtis,& itẽ p̃sẽtis & nõ p̃-

sentis

sentis.Hęc itaq; quęstio est de cognitione intuitiua. Et dico,q̃ intellectus noster pro statu viæ non põt naturaliter videre corpus Christi,ut est in sacramẽto existens, quia non intelligit nisi ex sensibilibus. intellectus verò non alligatus corpori seu separatus,ut intellectus angeli,& animę separatæ, ac mentis beatæ,naturaliter potest videre præsentiam seu existentiam corporis Christi in sacramento: qm̃ intellectus se habens ad intellegibilia, prout in seipsis sunt intelligibilia , priùs intelligit id,quod priùs in se est intelligibile,& per consequens id,quod priùs est in secus :qm̃ vnunquodq; sicut se habet ad esse, ita ad ueritatem,& intelligentiam. Talis aũt intellectus respicit totũ ens,& quodlibet ẽm ordinem suæ intelligibilitatis.Substantia autem sicut prior est entitate,ita,& cognoscibilitate quocunq; accidentali modo ipsius. Ergo talis intellectus priùs intelligit substantiam ipsam, quàm quemcunq; modum ipsius.Ergo nullus modus,qui subest substantiæ, potest impedire intellectionem ipsius a tali intellectu. Hæc Scotus.

Dionysius Contra Scotum

¶De cuius dictis,& argumentis multũ ad miror, q̃ ꝑꝑ huiusmodi præsuasiones leuissimas & inanes toties recedit a cõmuni theologorũ doctrina.Quid enim concludit persuasio ista,nisi,quod talis intellectus naturaliter potest cognoscere corpus Christi vt corpus,non aũt secundum omnia,quæ sibi super naturaliter insunt seu cõpetũt, ut quod hypostaticè sit assumptum a verbo ęterno,& quod supernaturalissimè,& incompræhesibilissimè est in sacr̃o,& modum existentiæ,atq; præsentiæ talis? Imò mirum si aliquis sit tam rudis,qui non videat inefficaciã consequentiæ huius.Intellectus potest hoc cognoscere, quo ad substantiam suam, ergo põt illud cognoscere ẽm omnem modum,& qualitatem , & entitatem eius accidentalem,superegredientẽ omnẽ cursum, legem,ac ordinem rerum naturaliter institutũ. Qualis est argumentatio ista,possum naturaliter cognoscere Petrum quantum ad suam humanitatem , ergo naturaliter possum cognoscere Petrum quantũ ad esse præscitum,aut prædestinatum,hoc est, an sit præscitus,vel prædestinatus.Imò dico,quòd nec cõpræhẽsores in patria sciũt de vitore an sit p̃destinatus siue prę scitus nisi ex reuelatione diuina . Multa alia scribit hic,quæ nec apparentiam habent , vt dũ arguit,Corpus illud in se est obiectũ proportionatũ intellectui tali,ergo accidentalis modus ipsius corporis non impedit,quin sit obiectum intuibile intellectui illi. Ad quod dico,quòd accidentalis modus non impedit,quin sit cognoscibile secundum se, & in se acceptum,sed impedit bene,quòd sit cognoscibile seu obiectum intellectus secundum quod sumitur sub tali modo, præsertim supernaturali, cum illæ modus sit incompræhensibilis per naturam, & per consequens res ut stans sub tali modo.Ampliùs scribit hic,Naturale, & supernaturale non distinguunt naturam alicuius in se,sed tantum in comparatione ad agens.Ideo namq; dr̃ aliquid supernaturale,quia à supernaturali agente,& naturale, quia a naturali agente,&c. Ad quæ dico naturale , & supernaturale quandoq; distinguunt naturam alicuius in se,sicut ipsa gratia gratum faciens,charitasq; infusa specificè distinguunĩ a naturæ &naturali amore,qm̃ gratia gratificans,& charitas,sunt in se supnaturales effectus,natura verò,amorq; naturales sunt naturales effectus.Nec solum prætacto modo distinguuntur naturale,& supernaturale, sed etiam per intrinseca sua formalia principia. Et quia naturale est quod est,& procedit scd̃m solitũ cursum ordinẽ que naturę,ut hominem ex commixione maris ,ac fœmine generari: supernaturale verò, quod est, uel procedit supra naturalem entium legem,cursum,& ordinem, ut mortuum suscitari.

Absurtitates Scoti

¶Insuper,ab eodem agente , scilicet Deo omnipotente, sunt naturales, & supernaturales effectus.eadẽ quoq; cã est agẽs naturale,& supernaturale.Dicunt quippè philosophi,q̃ quatuor sunt causæ uniuersales,videlicet cã prima seu Deus, intelligentia,aĩa nobilis,&natura vniuersalis,seu uis insita cælestibus corporibus , & tamen non loquuntur nisi de naturalibus causis. ¶Iterum ait Scotus:intellectus beatus nullo modo per actum beatificum videt corpus Christi in eucharistia , &c. Ad quod cum doctoribus solidis , atque authenticis dico,quod beati visione beatifica non solum vident diuinã essentiã,sed & alia multa in ea,præcipuè mysteria gratię,& media gloriæ,ac saluationis humanæ,inter quæ unum potissimum est mysteriũ istud existentiæ Chisti in sacramento,idcirco beati in verbo præcipuè hoc cognoscunt.Rursus ait.Quicunq; angelus malus si permittatur uti potentia sua cognitiua,potest intelligere quodcunq; intelligibile creatum,& per consequens posset intelligere cogitationes cordium,&c.Huius oppositum super secundũ patuit copiosè,imò cordis arcana , & quæ ex mera libertate mentis creatæ dependent,effectus quoque penitus contingẽtes futuri,trãscendunt naturalem dæmonũ cognitionem.¶Insuper dicit, quòd Deus possit absoluta potentia causare in oculo glorioso, & etiam non glorioso uisionem corporis huius, q̃uis non esset nisi in sacr̃o, & l. Istud est ꝯ verba Richardi præhabita. Verum absolutæ oĩpotentię Dei non est ullatenus derogandum,quæ & incompræhẽsibiliter plura,& maiora,ac mirabiliora potest efficere,quàm nos ualeamus concipere.

naturale & supnaturale differunt.

¶Tamen Richardus vult dicere, quòd talis visio non potest esse in oculo ex impressione corporis Christi,secundum quod est in eucharistia,quod satis probare videtur.

¶Præterea super his multas propositiones scribit Aegidius:Prima est Christus prout existit in hostia, videri potest ab aliquo alio oculo corporali. Secunda est,Chr̃s oculo corporali se nõ videt in hostia hꝫ ꝓut in hostia esse. Tertia, est,Chr̃s in hostia videt se, prout extra hostiam habet esse. Quarta , Christum existentem in hostia uiatores, nec sensu intellectu quæunt videre . Quinta , omnis substantia separata Christum existentem sub hostia per intellectum videre potest:modum tamen existendi eius nulla intelligentia compręhendit . Nam rerum essentias simplici noscunt intuitu,sed modum existentiæ talis capere nequeunt,cum sit penitus supernaturalis. Hinc sicut res creatas sciunt esse ex nihilo productas,naturali acumine sui intellectus : modum tamen productionis ilius , puta creationis , naturaliter compræhendere per intellectum non ualent, cum omnino supernaturalis sit illa,sic Christum existentem in hostia,quælibet intelligentia naturaliter potest videri , sed modum existentię eius ibidem intelligere nequit:quoniam supernaturalis oĩno est. Has propositiones declarat , ac ꝓbat Aegidius multum prolixè,quod breuitati studens pertranseo,præsertim quia uis rationum eius in præinductis uirtualiter continetur.

¶Prętęrea ad istud, vtrũ Christus oculo corporali se videat in sacr̃o, respondet primo quodlibeto Hẽricus:Quęstio ista ex falsa imaginatione ꝓcedit, ac si corpus Christi esset dimensionatũ sub illis spa-

 ciebus

ciebus,vel ipſæ demenſiones Chriſti eſſent ſimul cũ dimenſionibus ſpecierũ,vt alibi eſſet ſub illis ſpecie bus aſsignare caput,alibi pedes.alibi oculũ,alibi na ſum,quòd falſum eſt,quia tota ſubſtãtia totius cor poris Chriſti eſt vbiq; ſub tota ſpecie ſacri, & ſub qualibet parte eius, & nuſquã dimenſionatum eſt niſi per concomitantiam quandam. Ad hoc autem, quòd Chriſtus alicubi exiſtens,videat ſe ipſum, aut aliud oculo corporali,oportet,quod ibi ſit p ſe, & dimenſionaliter.Et idẽ dicendũ de re uiſa, quia ni hil videtur niſi dimenſionabile, nec videt quis niſi oculo dimenſionato.Abſolutè ergo dicendũ,quòd Chſs ut eſt ſub ſpeciebus ſacri,neq; ſe,nec aliud vi det,nec a ſe,nec ab alio vſ oculo corporali. Nihilo minus Chſs,qui eſt ibi,uidet ſe,& alia,eſtq; viuiſibi lis à ſe,& alijs,non ut eſt ibi ſacramentaliter, ſed ut in cœlo localiter.Hæc Henricus.Cuius dicta ꝓſonãt prænductis, niſi,quòd vſ inſinuare, quod dimen ſiones corporis Chriſti,& dimẽſiones panis in Chri ſti corpus conuerſi, non ſint ſimul. Quod ſi ita ſu matur,quòd infra circumferentiam hoſtiæ nõ con tineantur,aut ſint vtræq; dimenſiones, ſaluari non poſſet.Verum eſt autem,quod non ſint ibi eodem modo,quia dimenſiones panis manent ibi ſitualiter,atq; localiter,nec ſunt totę,& integræ in qualibet hoſtiæ parte:Dimenſiones uerò corporis Chriſti ſunt ibi totæ in hoſtia tota,& totæ in ſingulis par tibus eius, nec ſunt ibi localiter. Nihilominus his obijci poſſet,quia(ut dictum eſt)corpori Chriſti,& partibus eius in ſacramento conuenit non ſolum ſitus ſeu poſitio de genere quantitatis, ſed, & ſitus de genere Vbi,ita,quòd partes corporis Chriſti ha bent etiam ordinem inter ſe,& totum,& ſic una eſt extra eam,& diſtans ab ea.Sed ad hoc patet ex in ductis reſponſio,quia diffuſio ſpecierum fit per me dium,quod non eſt ſine habitudine,& reſpectu ad locum.

¶Inſuper quolibeto ſecundo rñdẽs ad iſtud,utrũ angelus naturaliter poſsit videre corpus Chriſti ſub ſacro Miſterium,inquit,id eſt ſacrum ſecretum ſa cramenti iſtius,in tribus conſiſtit.Primum eſt, con uerſio panis in corpus Chriſti,Secundum, quomo do id,quod fuit panis, non ſit annihilatum, ſed eſt aliquid in corpore Chriſti,ſeu, eſſe illius, quod eſt corpus Chriſti,aliquo modo conuenit ei,quod fuit ſubſtantia panis,ut infra dicetur in alia queſtione, Tertium,quomodo corpus Chriſti habet eſſe ſacra mentaliter ſub ſpeciebus illis ſub quibus antea fuit ſubſtantia panis.Et ad nullum iſtorum poteſt ſe ex tendere videre angeli naturale:quoniam quodlibet horum eſt quid ſupernaturale.Non enim poteſt vi dere illam tranſmutationem,quamuis videre que at defectum ſubſtantiæ panis ſub illis ſpeciebus Nec naturaliter poteſt videre, quomodo eſſe ali quod conueniat in corpore Chriſti ei, quod fuit priùs ſub ſpeciebus panis.Nec tertiò poteſt videre quomodo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus panis,& etiã an ſit ibi; quoniam non eſt ibi perſe,niſi ratio ne ſubſtantiæ,quę quamuis ex ſe naturaliter viſibi lis ſit angelo per intellectum: non tamen ut eſt ibi per concomitantiam , ſed ſolummodo vt eſt alibi per accidentium in loco proprio ſignificationem. Hæc Henricus.

¶In quibus apparet obſcurũ,quòd corpus Chſi dicit ibi eſſe per concomitantiam, cum ſit ibi per conuerſionem panis in ipſum directè, ac deinde per ſpecies remanentes determinationem quan dam habeat ad exiſtendum ibidem,& quantitas ſua propria ibi ſit per concomitantiam naturalem, ut habitũ,eſt,& ipſemet Henricus alibi proteſtatur.iõ forſan.exemplar,quod legi eſt incorrectum.Nec ne gat,hic doctor,quin angeli ſupernaturali cogitio ne hæc noſcant,præſertim in uerbo,

¶Deniq; circa iſta adhuc remanet dubium vnũ; qm̃ dictum eſt corpus Chriſti in ſacro a uiatoribus corporali oculo non uideri : quãuis cõi modo lo quendi dicamus nos illud videre , quando ſpecies ſacrales,ſub quibus continetur uidemus . Remanet inquam queſtio, imò,& contra iam dicta obiectio, quia interdum in hoſtiã conſecrata videtur quaſi caro humana,aut puer,ſeu alia, quædam uiua effi gies, quæ(ut apparet)ſunt corpus Chriſti ſeu Chri ſtus,aliter non adoraretur.

¶Itaq; de hoc Thomas fatetur , Abſq; oĩ dubita tione dicendũ eſt id,quod ibi apparet,eſſe verũ cor pus Chriſti.aliàs non adoraretur,ſed eſt verũ corpꝰ Chriſti,ſicut,& priùs erat .qñ in ſpecie panis videba tur.Sed vtrum ſpecies ibi apparens,ſit ſpecies cor poris Chriſti,difficile eſt determinare . Quidam eñ dicunt,quòd ſpecies illa carnis ſeu pueri,ſit tantum in oculo intuentis.Quod forte aliquando ita eſt, ut dũ uni apparet in ſpecie carnis,alteri ĩ ſpecie panis, vel eidẽ paulopoſt rurſus ĩ ſpẽs panis.Sicq; diuino miraculo fieri põt, vt ſimilitudo corporis Chſi fiat in oculo,ſicut naturaliter fieret,ſi corpus Chriſti ꝓſens eſſet.Nec eſt deceptio,quia non fit niſi ad fidei inſtitutionem,& deuotionem popoli excitandam. Sed quia interdum ab omnibus ita videtur,qñdoq; diu ſeruaẽ in ſpecie tali : hinc alij dixerunt, quòd ve ra ſpecies corporis Chriſti extra exiſtens,viſum im mutat.Nec obſtat,ꝙ videtur in quantitate minori, nec in ſpecie glorioſa , quia in poteſtate corporis glorioſi eſt,ut ſe oſtendat in toto,vel in parte, & in ſpecie glorioſa ſeu non glorioſa. Sed quia immuta tio uiſus ab aliquo corpore per medium fit per cõ tactum eius,quod ſentitur ad medium , quo ſenti tur,oportebit ſecundum hoc dicere,ꝙ corpus Chri ſti iuxta hoc,tangat medium viſionis,& per conſe quens ſit ibi quaſi in loco:& ita , quòd vel ſimul ſit in pluribus locis,vel quod localiter motum ſit de cœlo deſcendens,quòd tamen non eſt impoſsibile ei.¶ Sed huic obuiat, quod Gerimundus dicit, qđ de multorum epiſcoporum conſilio ſigillatim fuit hoc,quod apparebat in ſpecie corporis Chriſti , & poſitum in altari ſeu in pyxide , reſeruatum fuit. Corpus autem Chriſti,ſi ibi eſſet localiter, poſtq̃ ap pariſſet.diſpareret,ſicut contingit diſcipulis eun tibus in Emaus,nec reſeruaretur incluſum. Ideo ſe curius videtur dicendum,quòd ſicut quando vide batur corpus Chriſti inſpecie panis , erant illæ di menſiones ſubſiſtentes,atq; in illis alia ſenſibilia ac cidentia fundabantur : ſic illa eadem dimenſiones manent eiſque alia ſenſibilia accidentia ſuper indu cuntur diuina virtute,quæ ſpeciem carnis prætendunt,quemadmodum priora accidentia prætende bant ſpeciem panis:poteſtque eſſe,quod poſtea ea dem uirtute recedentibus accidentibus illis redeãt accidentia panis,cum & naturali actione interdum aliquod accidentium illorum immutari poſſet, di menſionibus manentibus,ut odor,aut ſapor uini,ſi diu ſeruentur .

¶Præterea quæritur circa hoc an in tali caſu ſu mendum ſit ſacramentum ita apparens.Dicendum, quod uſus ſacramenti,ſicut cõpetere debet materię ſacramẽti ſicut abſolutio aquæ in baptiſmo.Et quo niam corpus Chriſti in ſpecie panis nobis in hoc ſacro proponitur , ideo uſus ſacramenti huius eſt per manducationem.Cúq; in propria ſpecie,aut in

forma

Excuſatus Gãdauus

Quæſtio

Thomas Dilutio.

Corpus Chriſti verum apparet quãque in ſpe carnis aut pueri.

Gerimundus.

Luc. 24. Reſponſio

Euchariſtię myſteriũ in tribus conſiſtit.

Cõtra Gãdauum.

forma carnis cruẽtatæ apparendo , nõ haberet apti tudinẽ,&ita apparens comederetur,nõ dẽt ſumi ab eo,cui ita appare,Si autem omnibus in carnis ſpe cie appareret eſſet cum reliquijs repon ndum. Sed obijci poteſt,quia ſecundum canones, ſacerdos,qui celebrat,debet,quod conſecrat ſumere, quòd non poſſet implere.niſi illud ſumeret,quod in ſpecie car nis apparet.Dicendum,quòd in tali caſu ſacerdos debet iterum celebrare,ut aliqui dicunt,& ſi ſecun dò idem contingat,debet tertiò celebrare. Alij uerò dicunt,qđ in tali caſu ſufficit mãducario ſpiritualis. Nec ideo efficitur ſacerdos tranſſgreſſor canonicæ conſtitutionis , quia ad ea,quæ frequentiùs acci dunt,leges aptantur Hæc Tho.in Scri.

Obiectio. dẽ diſt. 2.ca.Relatum eſt.

Dilutio .

QVAESTIO V.

Arguitur contra veritatem.

RVrſus hic quæritur,*An corpus Chriſti in ſacramento,tangatur a ſpecie ſacramentali ſub qua eſt,uel ab aliquo alio.*¶Vſ,quòd ſic: qm̃ inter ſpeciẽ illã,& corpus Chriſti nullum eſt medium, & ita ſe tangunt.Iterum,corpus Chriſti tpe dominicę paſ ſionis poterat eſſe,ac reſeruari in pyxide, nec ibi manſiſſet viuum,ipſo expirante in cruce:ergo fuiſ ſet ibidem paſsum,& clauis confixum,ac per conſe quens tactum.Nec unum,& idem numero corpus, poterat ſimul tangi,& non tangi.

In oppoſitum. Henricus

¶In oppoſitum eſt,quòd Chriſti corpus non eſt in ſacramento tangibiliter,& quantitatiuè

¶Ad hoc reſpondet Henricus: Oportet hic primo ſcire,qũo uerũ Chriſti corpus habet eſſe ſub ſpe ciebus ſacri determinãtibus ſitũ, & an ꝓ hoc habet eſſe in ſitu determinato. Itaq; aduertendum, quòd aliquid dr eſſe in ſitu determinato, vel per ſe,& pri mò,ut dimenſiones quantitatis,uel per ſe, ſed non primò,ut materia,& formę materiales , quæ exten duntur extenſione quantitatis:quædam uerò , nec per ſe,nec primò,ſed per accidens, atque per aliud ſecundariò,ut incorporalia, quæ non hebent eſſe in ſitu,niſi per ſuam operationem circa localia, uel per paſsionẽ ab eis.Vnde angelus eſt,ubi , & circa, quod operatur:Diabolus quoq;,vbi ignis, quo pu nitur.Primo modo Chriſtus corporaliter eſt per ꝓ prias dimenſiones in parte cœli determinata:ſecun do mõ habet eſſe ibidẽ per ſuas diſpoſitiones mate riales,extenſione quantitatis extenſas,& neutro mõ eſt in ſacro,ſed tertio mõ duntaxat, quia videlicet ſubſtantia panis ſub ſpeciebus ſacramenti,conuer ſa eſt in ſubſtantiam corporis Chriſti,ita, quòd niſi hoc eſſet,non diceretur corpus Chriſti potius eſſe ſub ſpeciebus ſacramenti, quàm ligni,aut ſaxi.Hinc quæſtio iſta ex falſa,& phãtaſtica imaginatione pro cedit,ac ſi quantitas ſpeciei panis concaua eſſet, & intra eius concauitatem dimẽſiones corporis Chri ſti ſuſciperentur,tangente interiore panis ſuperficie exteriorem ſuperficiem corporis Chriſti, quod to tum eſt falſum:tum, quoniam ſpecies illæ ſunt ſoli dæ:tum,quoniam corpus Chriſti non eſt ibi dimen ſiuẽ,aut extenſiuẽ:quoniam ſolum eſt ibi eo , quòd aliquid in ipſum conuerſum eſt, Sed quia in ipſas corporis Chriſti dimenſiones non fit ibi coruerſio aliqua,ideo non ſunt ibi ratione ſacramentalis con uerſionis,ſed ſolum per accidens:quoniam corpus in quo ſunt,ibi eſt:idcirco per eas nullatenus ibi eſt tactus.Hinc abſolutè dicendum , quòd ſpecies ſacramenti nullo modo tangunt corpus Chriſti exi ſtens ſub ipſis.Hæc Henricus.

In ſitu determinate eſſe.multipliciter dicitur.

Corpus Chriſti a ſpeciebus non tangitur.

Richardꝰ.

¶Concordat Richar.Corpus inqens Chſi, ut cõtentũ ſub ſpecie ſacrali,nõ põt immediatè ſub illa ſpecie tangi.Subſtantia aũt corporea præter dimen ſiones intellecta acipitur ut non exteria,ſicque aſsi milatur ſubſtantiæ incorporali.Cumq; corpus Chſi ſit in ſacro non per ſuam demenſionem, quæ ibi eſt concomitanter:ſed rõne conuerſionis factæ in ipſum,non eſt mõ tangibili,quemadmodũ,nec ſubſtã tia ſpũalis pſis loco tangitur ab eodẽ, imò nec a ꝓ prio corpore.ideo primũ argumẽtũ non procedit. Ad tactum namque requiritur plùs, q̃ immediata coniunctio,vtpote localis,ſitualisq; vnio. Ad aliud rñdet,ꝙ in tali caſu corpus.Chriſti in pyxide fuiſſet pęnis affectum,ac mortuũ,paſsione nõ illata ſcđm qđ ibi eſt,ſed innata,inquantum realiter idẽ nume ro cũ corpore crucifixo.Sed qm̃ aliũ modũ exiſten di hꝫ in ſacro,q̃ ſub propria quantitate.& in loco, & aliter incipit ibi eſſe,q̃ in ſitu ſibi cõmenſurato: idcirco aliæ denoſationes cõueniunt ei ibi, q̃ alibi. Vnde,& corpus illud quod fuiſſet in pixide, fuiſſet tactũ,uulneratum,flagellatum, non tamen ſecun dum quod ibi.Hæc Richar.

Diluuntur Obiectio.

QVAESTIO VI.

QVeritur quoq;,*Vtrum ſacerdos vi ſacerdotalis,& per virtutẽ verborum ſacramentaliũ poſſit quantumcunque magnã conuertere materiam panis, ac vini in corpus,& ſanguinem Chriſti.*¶Vſ,ꝙ ſic,q̃a non eſt determinatum quantum, de pane, & vino conuertere poſsit.imò apparet,ꝙ totũ, qđ ſuo uiſui põt repræſentari. ſicq; inæſtimabilis magnitudi nis panẽ conuertere poſſet:tm̃ quoq; de uino,ut cõ tinet mare de aqua. ¶ Ad hoc Bonauen.rñdet :Qui dã dixerunt,ꝙ niſi ſeruetur ritus ab eccleſia inſtitu tus,ſacerdos non conficit,quia ſicut non põt confi cere niſi ſacerdos,ita,nec ipſe ſacerdos conficit,ni ſi ſacerdotum modũ ritumq; ſeruet. Et hoc dicunt eſſe reuelatum, at aliter facientem , reputant ſacri temeratorẽ non ſacerdotem , & ita nedũ totum pa nẽ,qui eſt in foro,non poteſt conſecrare, ſed , nec plùs,quàm condecet,& oportet. Hæc aũt opinio eſt nimium arcta.Nam ritus,& modus eccleſiæ inſtituti ſunt ad ſacramenti ſolennitatem,non neceſsitatem. Hinc alij dicunt,ꝙ ſi aſsint intentio materia, & for ma,ſacerdos põt conficere in quantacunque mate ria.ita,ꝙ totum panem,qui eſt in foro,& totum ui num,qđ eſt in cellario,ualeat conſecrare.Hæc opi nio nimis eſt laxa,& dũ nimis confert verbo,& mi niſterio,infert contumeliã ſacro.Nec eſt credendũ, ꝙ Chriſtus hoc dederit cũ,nec ſapiens hõ dicatur, hoc eſſe dandũ.Hinc ſine iudicio dico , ꝙ non fit virtute verborũ cõuerſio niſi,& aſsit intentio,imò intentio conformis inſtitutioni Chſi, & intentioni rituve eccleſiæ:qa (ut aſſerit Gugo) eę ſacrm̃ irri tũ reputaẽ, ſi ꝙ intentionẽ celebret.Intẽtio aũt Chſi iſtituẽtis,atq; eccleſiæ exequẽtis,eſt ꝓficere ad vſum fideliũ. Cũq; uirtus verborũ ſcđm intentionẽ regu leẽ,ad tantã materiã ſe extendit, ad quantã põt ſa cerdos cõijcere,qđ debeat,& cõgruat ſumi in vſum fideliũ.Idcirco uolens totam, qui in foro eſt, panẽ ꝓſecrare,nil facit niſi tot eſſent cõficaturi, qđ mñ de hoſtijs indigerent.Hæc Bonauẽ.Eadem Alexander.

¶At verò Tho.de hoc aliter videtur ſentire, di cendo.Aliqui dicunt,ꝙ uirtus non eſt data miniſ tro,& verbis ad conſecrandum panem ,& uinum ſub quacunq; quantitate ſed ſub tanta, quanta po teſt cõpetere ad uſum fidelium.Sic enim conforma tur intentio conſecrantis intentioni eccleſiæ. Sed hoc non videtur:quoniam dici non poteſt, quòd quantitas materiæ ſit determinata ſecundum vſum, qui in præſenti occurrit (ſic namque ſacerdos in deſerto exiſtens,non poſſet conſecrare tot hoſtias, quot ſacerdos magnæ parochiæ,quod falſum eſt)

Eucharistię myſteriũ in tribus conſiſtit.

Bonauen.

opinio.

Reſpõſio

Hugo.

Thomas aquinas.

sed secundum usum, qui unquam pōt occurrere. Tā tū ergo de pane, & uino potest consecrare, quantū ab hoībus extat sumptibile. Ad quod non est quantitas determinata: præsertim cū vnus hō posset sumere in magnā, & parua quantitate, iō quātitas magna, & parua nihil facit ad hoc. Porrò sacra ad aliquid ordinantur, idcirco in sacris est duplex intentio: Vna, quæ ordinatutur ad pefectionem sacri, & ista essentialis est sacro. ideo ea omissa, non est sacri confectio. Alia, quæ ordinatur ad finem sacramenti, & hæc sequitur sacramentum. Hinc ea posita, uel sublata, nihilominus perficitur sacramentum, ut si aliquis intendat baptizare ut temporale lucrum cō sequatur, ita in isto sacramento, ut si sacerdos consecret: non ut homini administret, sed ut in beneficijs utatur, uerum est corpus Christi. Vnde, & si sacerdos intenderet cōsecrare magnam quantitatem panis, & uini, non ad usum fidelium, sed ad irrisionem, consecratum esset. Non tamen dico, ꝙ ualeat consecrare totum panem, qui una est ciuitate, aut foro: quoniam forma uerborum demonstratiuo pronomine utens, ostendit, quòd materia consecrāda debet esse coram sacerdote, propter quod sacerdos existens in domo sua, non posset consecrare panem, qui est in altari, quod nec potest de toto pane, qui est in foro, neque de toto uino, quod est in cellario. Verum quantacunque sit quantitas panis, & uini, quæ coram sacerdote proponuntur, credo, quod possunt consecrari ab eo. Quamuis etiam Deus contulit potestatem consecrandi ad Dei honorem, & hominum utilitatem: ministri tamen sæpius abutuntur: quemadmodum, & prælatis data est potestas ad ædificationem, non in destructionem, tamen potestate illa frequenter ad destructionem utuntur. Hæc Thomas in Scripto.

Duplex intētio in sacramētis.

¶Idem in tertia parte quæstione 74. In omnibus iuquiens, materiam habentibus ratio determinationis materię sumitur ex ordine in finem, sicut materia serræ est ferrum, ut apta sit ad secandum. Finis autem huius sacramenti est usus seu sumptio, vel communicatio fidelium. Vnde oportet ut quantitas materiæ huius sacramenti determinetur per comparationem fidelium, non solum eorum, qui nunc sunt, aut assunt, sed qui esse possunt esse, ac sumere, qui numerus est indeterminatus, ideo, & quantitas materiæ sacramenti istius est indeterminata. Hæc Thomas in Summa. 2. Cor. 10.

¶In his Petrus sequitur Bonauenturam.

¶Richardus uerò utranque narrat opinionem, ad nullam specialiter diuertens: sed qualiter utraque posit defendi, declarans. Circa hæc adhuc aliqua a quibusdam quæruntur, de quibus in fine huius materiæ de sacramento eucharistiæ breuiter tangere quid intendo.

De modo conuersionis. Distinctio. XI.

Prima Opinio.

SI autem quæritur, qualis sit illa conuersio: an formalis, an substantialis, vel alterius generis, definire non sufficio. Formalem tamen nō esse cognosco, qa species rerum, quæ ante fuerant, remanēt, & sapor, & pondus. Quibusdā eē vr̄ substantialis, dicētibus sic substātiā, conuerti in substātia, ut hæc essentialiter fiat illa, Cui sensui præmissę auctoritates consentire videntur.

Oppositio.

Sed huic sententię sic opponitur ab alijs: Si substantia panis, inquiunt, uel uini conuertitur substantialiter in corpus, uel sanguinem Christi, quotidie fit aliqua substantia corpus, uel sanguis Christi, quæ ante non erat, & hodie est aliquid corpus Christi, quod heri non erat, & quotidie augetur corpus Christi, atq; formatur de materia, de qua in conceptione non fuit factum. Quibus hoc modo responderi potest, quia non ea ratione dr̄ corpus Christi confici uerbo cœlesti, quod ipsam corpus in conceptu virginis formatum, deinceps formetur sed quia substantia panis, uel uini, quæ antè non fuerat corpus Christi, uel sanguis, uerbo cœlesti fit corpus, & sanguis. Et ideo sacerdotes dicuntur conficere corpus Christi, & sanguinem, quia eorum ministerio substantia panis fit caro, & substantia uini fit sanguis Christi, nec tamen aliquid additur corpori, vel sanguini, nec augetur corpus Cgristi, uel sanguis.

Respōsio.

Augetur in libro sententiarum Prosperi.

Si uerò quæris modum, quo id fieri possit, breuiter respondeo: mysterium fidei credi salubriter potest, inuestigari salubriter non potest. Quod ergo corpus Christi panis mutatione in id nō augmentatur, nec sanguis ex uini conuersione eius volūtati, & potētiæ asscribat, q idem corpus de uirgine eduxit. Fit ergo substātia illa: ista: sine eius augmento. Nec tn̄ concedunt qdā, quod substantia panis aliqn̄ fit caro Chr̄i, & si fiat caro Chr̄i, sicut farina facta est panis, & aqua facta est uinum: nec tn̄ dr̄, farina panis, & aqua est uinum. Alij uerò concedunt illud, quod erat panis, vel uinum, post consecrationem esse corpus, & sanguinem: non tn̄ sequitur, panis est caro Chr̄i, uel uinum est sanguis, quia substantia panis, nel uini postquam facta est caro Chr̄i, uel sanguis non est substātia panis, uel uiui, sed caro, & sanguis. Ideo distinguendum ur̄, cum dr̄: Substantia panis, uel id, quod erat panis, modo est corpus Christi. Manens enim panis, non est corpus Christi: sed mutata in id, quod facta est, est corpus Christi. Nec dicimus substantiam panis, vel uini materiam esse corporis, uel sanguinis domini, quia non de ea, ut de materia

teria formatur corpus, sed ipsa formatur in illud, & efficitur illud. Vnde Augustinus: Corpus Christi dicimus illud, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum sumimus in memoriam dominicæ passionis. Quod cum per manus hominis ad illam uisibilem speciem perducatur, non sanctificatur vt sit tam dignum sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu Dei.

Aug in li. detr. & habetur de conse. d 2. c. corpus.

Asserunt quidam dictum panem transire in corpus Christi.

Quidam uero sic dicunt conuersionem illam esse intelligendam, ut sub illis accidentibus, sub quibus erat priùs substantia panis, & uini, post consecrationē sit substantia corporis, & sanguinis: sic tamen, ut non eis afficiatur. Et sic asserunt dictum panem transire in corpus Christi, quia ubi erat panis, nunc est corpus Christi. Quod si est, quid ergo fit de substantia panis, & uini? Illi dicunt, uel in præiacentem materiam resolui, vel in nihilum redigi. Alij uero putauerunt ibi substantiam panis, & vini remanere, & ibidem corpus Christi esse, & sanguinem, & hac ratione dici illam substantiam fieri istam, quia vbi est hæc, est & illa, quod mirum est. Et ipsam substantiam panis, vel uini, dicunt esse sacramentum. ¶Sed, quod non sit ibi substantia, nisi corpus Christi, & sanguis, ex prædictis, & subditis apertè ostenditur. Ait enim Ambrosius: Panem istum, quem sumimus misterio, illum intelligo vtique, qui manu sanctispiritus formatus est in utero uirginis, & ignè passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum factus est cibus hominum. Vnde ueritas ait: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Et iterum: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Ex his namque duabus sententiis apertè datur intelligi, quia panis ille, & iste, non duo: sed unus panis, & una caro, procul dubio unum efficitur corpus. Illud verè, illud sane, quod sumptum est de virgine, quod resurrexit, & in cœlum ascendit. Item Gregorius. Quis fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem cœlos aperiri, in illo Christi misterio angelorum choros adesse, summa, & ima sociari, unum quid ex inuisibilibus atque uisibilibus fieri? Idem: Eodem momento, & In cœlum rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari videtur. Sicut diuinitas verbi totum implet mundum, ita multis locis illud corpus consecratur. Nec sunt tamen multa corpora Christi, sed unum corpus, & unus sanguis. Ideoque siue plus, siue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter corpus Christi integerrimè sumunt. Pòst consecrationem ergo non est ibi substantia panis, uel uini, licet species remaneant. Est enim ibi species panis, & uini sicut, & sapor Vnde aliud videtur, aliud intelligitur.

Tertia opinio.

Addi. Herici de Vrima.

Quarta opinio Addi Hērici de Vrima

Amb de sacris & legatur cōse dist. 2 c oīa q̄

Psal 77

Iohan. 6.

alias * vnumqu

Quare sub aliæ specie carnem, & sanguinem tradidit Christus.

Sub alia autem specie tribus dicitur de causis carnem, & sanguinem tradidit Christus, & deinceps sumendum instituit, Vt fides, s. haberet meritum, quę est de his, quę non videntur: quia fides non habet meritum, vbi humanā ratio præbet experimentū. Et ideo etiam, ne abhorreret animus, quod cerneret oculus, quia non habemus in usu carnem crudam comedere, & sanguinem bibere. Quia ergo Christum uocari dentibus fas non est, in misterio carnem, & sanguinem nobis commendauit: Etetiam ideo, ne ab incredulis religioni Christianæ insultaretur. Vnde Augustinus: Nihil rationalibus, quàm ut sanguinis similitudinem sumamus: ut, & ita ueritas non desit, & ridiculum nullum fiat a paganis, quod cruorem occisi hominis bibamus. Ne ergo hoc fieret, & ne ueluti quidam horror esset cruoris, in similitudinem accipimus sacramentum. Ex premissis iam liquet, quare sub alia specie, & quare sub ista hoc sacramentum dominus celebrauit, & celebrari à nobis instituerit,

Grego. homilia. 26.

Quare sub duplici specie sumitur Christus.

Sed quare sub duplici specie sumitur, cū sub alterutra totus sit Chr̄s? Vt ostenderetur totā humanam naturā assumpsisse, ut totam redimeret. Panis enim ad carnē refertur, uinū ad aīam, quia uinū operatur sanguinē, in quo sedes aīæ à physicis esse dicitur, ideo ergo in duabus speciebus celebratur, ut aīæ, & carnis susceptio in Christo, & utriusq; liberatio in nobis significtur. Valet enim ut Ambrosius ait, ad tutionē corporis, & aīæ, quod percipimus, quia caro Christi pro salute corporis, sanguis uero pro aīa nostra offertur, sicut præfigurauit Moyses, Caro, inquit, pro corpore uestro offertur, sanguis ꝓ aīa. Sed tn̄ sub utraque specie sumitur, quod ad utramque valet, quia sub utramque sumitur

tur ipse totus Christus.Sed si in altera tantum sumeretur, ad alterius tantum. i. animę, vel corporis:non vtriusque pariter tuitionem valere significaret. Sub vtraq; specie tñ totus sumitur Christus,nec plus sub vtraque,nec minus sub altera tm̃ sumitur. Eadem em̃.ratio est(ut ait Hylarius)in corpore Christi,quæ in māna præcessit.De quo dr̃: Qui plus collegerat,non habuit amplius,nec q minus parauerat habuit minus.Et licet sub vtraque specie sumatur totus Chr̃s,tamen non fit conuersio panis nisi in carnem , nec uini nisi in sanguinem.Nec debent dici duo sacramenta , sed unum , quia sub vtraque specie idem sumitur.Neque debet iterari sacramentum,quia benedictio non repetitur super speciem eandem. Neque aliæ substantię in sacrificium veritatis offerri debent quia de alijs non potest consecrari corpus Christi,uel sanguis.

Hyla. papa ĉ cõse. distin.2.c. vbi pars est. Exo.16. Rom. 14.

Quare aqua admisceatur.

De conse. di.2.c cũ omne. Apoc 17.

Aqua uerò admiscēda est uino,q aqua populũ signat,q p Chr̃i passionem redempt⁹ est.Calix ergo dñicus iuxta canonũ p̃ceptũ,aqua,& uino mixtus debet offerri,qa videmus in aqua populũ intelligi,in uino ostendi sanguinem Chr̃i.Cum ergo in calice vino aqua miscet̃,Chr̃o populus adunat̃,& credentium plebs ei,in quem credit, copulat̃, quæ copulatio aquæ,& uini sic miscetur in calice Chrjsti ut mixtio illa non possit separari.Nam si uinum quis tantum offerat,sanguis Christi incipit esse sine nobis.

Quæritur si irritum sit si aqua prætermittatur.

Iulius pa. alias * oportet: De conse. di.2 c cũ omne. Cyprian⁹ papa de cõse.di.2. c sic in scrĩpti. Cyprian⁹ papa. De cõse. di.2. c.scriptura. Iohan.12 Iohan.6. De terminatio præmissorum. Iulius papa & habetur de cõse.di.1. c. cũ omne.

Si uerò quærit̃,an irritũ sit,qđ gerit̃,si aqua p̃termitat̃:audi,qđ sequit̃ in eodē canone: Nõ põt(inqt)calix dñi esse aqua sola aut uinũ solũ,nisi utrũq; misceat̃.Itē Ciprianus:Calix dñi nõ est aqua sola,aut vinũ solũ,nisi vtrũque misceat̃:sicut,nec corpus dñi põt esse farina sola,nec aqua sola nisi vtrũq; fuerit adauantũ, & panis vnius cõpage solidatũ.Si qs tñ non intendens introducere hæresim,obliuione,uel ignorantia aquam prætermiserit,non videtur esse irritum sacr̃m sed ille grauiter est corripiendus:Nã,& Græcorum ecclesia nõ apponere aquam dr̃.Qđ ẽt ex dictis Cypriani vr̃ posse colligi.Ait em̃:Si qs de antecessoribus nr̃is,vel ignorãtur,vel simpliciter non hoc seruauerit,qđ nos dominus facere,& exẽplo,& magisterio docuit,põt simplicitati eius indulgentia domini uenia cõcedi.Nobis uerò non põt ignosci,q nũc a dño ĩstructi sumus,ut calicē domini cũ vino mixtũ,scđm qđ dominus obtulit,offeramus.Ex hoc vr̃,quod si qs simpliciter, vel ignoranter vinũ offerat sine aqua,sacr̃m ↄficiat.Aqua uerò nullatenus sine vino põt offerri in sacrificio,nec panis nisi de frumento,nec granum frumenti nisi rad actum fuerit in panem,quia Christus,& panem se dicit, & grano frumenti se comparat. Quod ergo supra dictum est,non posse vinum solum offerri,determinari oportet.recipit enim exceptionem.Non põt nisi simpliciter,vel ignoranter fiat:vel non põt.i.nõ debet. Quibusdam tamen videtur hoc generaliter verum.Colligitur etiam ex prædictis, ꝙ Christus vinum aqua mixtum dedit discipulis.Corpus vero tale dedit , quale tunc habuit.i. mortale,& passibile.Nunc uerò sumitur à nobis immortale,& impassibile: nec tamen maiorem habet efficientiam. Euchristia quoq; intincta non debet dari populo pro supplemento communionis:quia non legitur Christus alicui discipulorum præbuisse panem intinctum,nisi Iudę.Tum uerò non accepit Iudas corpus Christi, sed tantum panem : corpus uerò, & sanguinem Christi ante cum alijs discipulis perceperat.

Summa distinctionis XI.

PRæcedenti distinctione ostendit Magister in sacr̃o altaris corpus,& sanguinē saluatoris uerè realiter, ac incõpræhensibiliter contineri Hic docet qualis sit illa conuersio,Deinde pandit circa hoc , quorundam opiniones erroneas.Quo facto,soluit tres quęstiones communes.Prima est,cur Christus non sub specie carnis & sanguinis,sed sub formis panis , & uini instituit carnem suam,ac sanguinem esse sumenda. Secũda, cur sacramentum istud exibet sub duplici specie, cum sub utraque totus sit Christus Tertia,cur aqua miscetur uino in calice,& utrum necessariò requiratur admixto aquæ.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *Vtrum panis substãtialiter, ac instantanee,& miraculose conuertatur transsubstantietur in corpus Christi, & uinum in sanguinem,ita quòd nec annihilentur substantia panis, & uini,nec sub corpore,ac sanguine maneant , nec in aliud resoluuntur.*¶In hac quæstione multa tangunt̃, quæ condependent.Et primò arguitur,ꝙ non conuertit̃ nec trãssubstãtiat̃ in corpus Christi.Vr̃ em̃ hoc derogare p̃stãtissimo corpori Christi,ꝙ tã uilis, & inanimata res,manu hoĩm formata , conuertat̃ in ip̃m, nec vr̃ hoc fieri posse sine mutatione, & augumẽtatione corporis Chr̃i Secundò.substantia panis non est sola materia,nec sola forma,sed vtrũq; simul immediatè vnitum ad constituendũ vnã naturã specificam sicut in cęteris naturalibus materialibus rebus.Aut ergo materia panis conuertitur in materiam corporis Christi , & substantialis forma panis in substantialem formam corporis Christi , puta in animam eius rationalem,aut tota illa substantia panis conuertitur in solam materiam corporis Christi,& quidquid horum dicatur, multa obijciunt̃.Dictum est enim,quòd in sacramento corporis Christi ex vi sacramenti non continetur nisi caro ipsius,aĩa verò per cõcomitantiã:ergo forma panis

Arguitur contra ueritatem.

nĩs nõ ↄuertit̃ in aĩam Chr̃i.Tertiò,subtractis oĩbus accidẽtalib⁹ formis a materiali substantia, nõ remanẽt nisi patres eius essentiales, q̃ sunt nuda materia, & substãtialis forma illius.Cũ ergo facta cõsecratione, & cõuersiõe panis in corp⁹ dñicũ.maneãt oẽs accidẽtales formę panis,uc3 quãtitas eius,& qualitas, nõ vr̃ aliqd cõuerti in corp⁹ dñi,nisi nuda,& prima panis materia,& forma eius substãtialis intrinseca. Materia aũt prima unius rei naturalis,nõ põt cõuerti in materiã primã alterius , nec forma substãtialis vr̃ in ipsam materiæ essentiã cõuertibilis ,cũ forma, & materia sint primò diuersa. Quartò , subtractis a pane eius dimẽsione seu,quantitate,ac cæteris accidẽtalibus formis,nõ manet qcq̃ de pane,nisi indiuisibilis,& incorporalis eius essentia,sicq; corp⁹panis nõ cõuerteret̃ in corpus saluatoris.Rursus,præhabitũ est,quòd quantitas corporis.Christi,& formæ ipsius accidentales sunt in sacr̃o p cõcomitãtiã naturalẽ,ita,ꝙ ĩ eas nihil cõuertit̃,sed tm̃ in substãtiã corporis Chr̃i,& ita in ista cõuersione nõ est nisi trãsubstãtiatio rei indiuisibilis in rẽ ĩdiuisibilẽ,cũ sine quãtitate nõ sit extẽsio,neq; materialis diuisio.Res autẽ indiuisibilis nõ dr̃ corpus, & ita nõ esset hic trãssubstãtiatio panis in corpus Chr̃i.Præterea opatio arguit formã,& ueritatẽ naturæ. Cũ ergo facta cõuersione maneant nõ solũ formę accidẽtales,sed opationes ẽt naturales,vc3 nutritio,generatio , corruptio,vr̃ substantia panis ibi manere.Nempè incredibile prorsus videtur,quòd substantia aliqua solis accidentibus nutriatur,augeatur, aut ex accidentalibus formis generetur substancia,quę tamen omnia ex hostijs consecrationis posse fieri cernuntur.Ecce materia ista difficultatibus plena est, ad quam successiuè,ac distinctè est respondendum.

¶Itaq; Albertus ad istã respondens.In hoc, inqt, sacr̃o est trãsmutatio,q̃ ꝓpriè trãssubstantiatio appellat̃,eo,quòd fit a tota substatia rei vnius in totã substãtiã rei alterius hoc est,a tota substantia panis, & uini,in totã substãtiã corporis, & sanguinis Iesu Chr̃i, quantũ ad formã,atq; materiã, & definit totũ cõpositũ panis,& uini, quantũ ad substantialia: estq; ibidẽ totus Chr̃s quãtũ ad corpus,& aĩam. In oĩ aũt trãsmutatione necesse est haberi extrema, nõ tñ oportet in oĩ transmutatione haberi subiectũ,vt patet de creatione,quia nõ est uerè , ac ꝓpriè transmutatio.Trãsmutatio nãq; ꝓpriè significat fieri rei, & exitũ eius de potentia in actũ, Cũ aũt res est in exitu,& trãsitu illo,non est sub forma,à qua est transmutatio,neq; sub forma,ad quã,nisi in potẽtia tm̃, & transmutatio actus est imp̃fectus , ac permixtus potentiæ.Hinc tale fieri nõ est sine motu,nec motus sine eo,qđ mouet̃:idcirco oportet aliqd subijci tali trãsmutationi.Est aũt trãsmutatio alia cõiter sumpta,quæ nõ est motus,sed mutatio sola,& illa est duplex,vna ab agente naturali seu physico ut est generatio simplex absolutè considerata, & hæc quoque eget subiecto,eo,qđ physicæ agens non agat nisi subiecta sibi materia,in quã agat.Alia est ab agẽte primo infinitæ uirtutis,cuius transmutatio est sine motu indiuisibilis, in qua nihil est nisi existentia huius ex illo,& post esse suum substantiale:ideo in ea non oportet subijci materiam aliquam,& non habet nisi terminos,nõ aũt subiectũ cõe , qđ in transmutatione naturali est tertiũ.In hac aũt cõuersione seu trãssubstantiatione non est mutatio aliqua ,de qua philosophi sint locuti.Quãuis aũt transubstãtiatio præsupponat aliquid ,ex quo est seu fit transsubstantiatio,aliter non esset transmutatio : non tamen hoc remanet. Nam sicut actui creationis , in quantum

Transmutatio dupliciter sumitur.

Me transf. substatiõe nihil nouerũt phijsia

actio est primi agentis,nihil subijcit̃ ut subiectũ , sic trãsubstãtioni nihil subijcit̃ ut subiectũ. Differunt aũt penes terminũ a quo,qa in creatione terminus à quo, est nihil:in trãssubstãtiatiõe verò terminus a quo,est ens.Hinc trãssubstatio est alicuius a quo,nõ alicui⁹ in quo.Et q̃uis sit mutatio à tota substantia, nõ tñ est in nihil,nec manet ibi substantialis forma ipsius panis,nec trãssubstantiatio ista dicit mutationem ullam in Christi corpore, sed in pane. Deniq; in materia ista sicut in materia de superbeatissima trinitate non sunt sufficiẽtia verba ,q̃ exprimũt modũ opatiõis diuinæ, sed balbutiendo resonam⁹ ꝓ posse Dei excelsa Et puto, quòd mutatio ista uerius trãssubstãtiatio nũcupet̃,sicut;& quidã antiq dixerũt.Hinc instãtanea est,ab infinita Dei ꝓcedẽs potẽtia,cui cõpetit agere in instãti,& cõplet̃ in fine ꝓlatiõis verborũ,seu ultimo eius instãti,& ꝓpriè nõ uocat̃ miraculũ,quãuis sit oĩm mirabiliũ maximũ. Hinc cõcedo,qđ trãssubstãtiatio ista nõ est naturalis,nec miraculosa,sed valde mirabilis.Miraculũ verò ꝓpriè sumptũ,est,qđ fit p̃ter spẽ,& hoc est arduũ in solutũ.Hæc aũt trãssubstãtiatio nõ fit p̃ter spẽ,sed cum certitudine spei:qa ex verbis Chr̃i spes de eius euentu certificat̃,neq; insolita est.Quãuis ẽt in materia huius sacr̃i sit potẽtia obediẽtiæ ad istum effectum,attñ potentia illa nil addit sup essentiã rei.Nã si p intellectũ ab inuicẽ separent̃,q̃rit̃ an substãtia illa adhuc sit in potẽtia obediẽtiali ad oĩa ,q̃ Deus de ea vult facere.Si dicat̃,qđ nõ hoc esset hęreticũ:si sic, hr̃ ꝓpositum,velitur ĩ ĩfinitũ. Itẽ trãsubstãtiatio ista nõ est annihilatio substãtię panis,& uini. Quicqd em̃ cõuertit̃ in aliqđ,eo ipso nõ cõuertit̃ in nihil,cum aliqd,& nihil ↄdictoriæ opponant̃.Substãtia autẽ panis cõuertit̃ in corp⁹ Chr̃i, substãtia quoq; vini in sanguinẽ,nec tñ manẽt in se,nec in aliquo sui in Chr̃o Et ista rñsio magis ẽ cõsona dictis sanctorum,q̃ aliæ duæ:quarum una dicit eas annihilari,alia verò dicit eas simul cum corpore Chr̃i , ac sanguine remanere.Etem̃ prima illa, quãuis sit min⁹ cõpræhẽsibilis,magis tñ ẽ eligẽda, qa auctoritatib⁹ sctõrum cõcordat , quorum inspirata reuelatio p̃dicat argumẽtis. Porrò res mutatę dicunt̃ manere, aut ñ remanere scđm exigẽtiã suæ mutatiõis.In mutatiõe em̃,q̃ ẽ de subiecto ad subiectũ, manet subiectum,& nõ accidẽs:manet in qua subiectum, scđm materiã,& formã,& totum cõpositum,in mutatiõe autẽ,q̃ ẽ de nõ subiecto ad subiectum,sicut ĩ gñatione,vel de subiecto ad nõ subiectum , ut ĩ corruptione:manet materia,nõ forma substãntialis , aut accidẽtalis. verum in hac mutatiõe seu trãssubstãtiatione,q̃ ẽ de tota natura,& substãtia subiecti in substãtiã totã alteri⁹,accidẽtia manẽt, & de substãtialibus nihil, imò ẽ aliud scđm qđ p trãssubstãtiatiõe ẽ corpus Chr̃i factum,idcirco nõ ẽ cõuersũ in nihilum. Et cum dr̃, de pane fit corp⁹ Chr̃i ly,de,solum notat ordinẽ Præterea alia,opinio dixit sustãtiã panis manere qa cũ corpus Christi sit glorificatum, & gloriosum, põt simul cum alio corpore esse,& qm̃ manent ibi effectus panis,q sunt reficere , sapere , & fit ibi diuisio.Cui opinioni obijcitur, quia secundum eã uerificari non posset,quod ait saluatori de pane: Hoc est corpus meum,& rursus,iuxta eam accidentia illa ducerent intellectum in substantiam panis, non in corpus Christi inuisibile ibi, & ita non haberent ratione signi,quod est contra rationem sacramenti.Hinc ista opinio nullum iam habet(vt æstimo) defensorem. Hæc Albert. ¶Insuper Thomas circa hæc pleniùs scribens :Opinio ait, quæ dicit substantiam panis in sacr̃o post consecrationem manere

Transsubstantiatio est instãtanea.

Transubstantiatio non annichilatio panis ac vini.

Panis substantia nõ maneт simul cum corpore Christi.

Mat.26.

Thomas. aquinas.

manere simul cũ corpore Chri, incõpetes est huic sacro, impossibilis, atq; hæretica. Incõpetes; qm impediret uenerationẽ huic debitã sacro. Esset namq; idolo latriæ occasio, si adoratio latriæ exhiberet hostiæ, substãtia panis ibi manẽte. Esse quoq; ꝑ significationẽ sacri: qm̃ species non ducerent in verũ corpus Chri ꝑ modũ signi, sed in substantiã panis. Esset ẽt ꝑ usum sacri, qa iam cibus ille nõ esset purè spũalis, sed ẽt corporalis. Et itẽ impossibilis, qa impossibile est aliqd esse vbi priùs non fuit, nihil in ipso mutato, nec aliquo mutate, aut conuerso in ipsum, nec posset ꝑ miraculũ fieri, sicut, quod aliquid esset aial rõnale mortale, & non esset hõ. Aliter etem se habere nunc, & priùs, est idẽ, qd̃ moueri seu mutari. Si igitur corpus Chri esset sub sacro nunc, & non priùs. oporteret aliquẽ motũ, aũt mutationẽ interuenisse, Nulla, aũt mutatio facta est in pane scm̃ istam opinionẽ. Ergo oportet corpus Chri esse mutatũ saltẽ localiter, vt dicat, corpus Chri est hic, qa per motũ localẽ huc uenit. sicq; oporteret corpus idẽ nũero ad diuersa loca simul, & semel venire, qd̃ ꝓstat impossibile esse. Est quoq; hæreticũ, qa nõ esset uerũ, Hoc est corpus meũ: sed, Hic est corpꝰ meũ. ¶ At verò accidentia panis eadẽ numero remanẽt, cuius rõ assignat in litera ex parte vsus sacri, tã quãtũ admãducationẽ spũalẽ, q̃ est ꝑ fidẽ, vt sc3 fides maioris sit meriti: tã quantũ ad manducationẽ sacralẽ: qm̃ horrori esset, corpus, & sanguinẽ dñi sub ꝓpria specie sumere, atq; ab infidelibus irrideret. Est, & alia causa ex parte sacramenti: quoniam spiritualia in sacra smentis per sensibilia ostenduntur. Cumque uerum corpus Christi sit cibus spiritualis, non corporalis oportuit ut per similitudines cibi corporalis significaretur, & sub eis contineretur.

Accidentia panis & uini ea dẽ nũero manent.

Quæstio Substantialis forma panis non remanet facta consecratione.

¶ Si aũt q̃rat, an substantialis forma panis facta cõsecratione remaneat: rñdendũ, quòd non, triplici rõne. Primò, quia in qualibet transmutatione seu conuersione terminus à quo, est eiusdẽ generis cũ termino, ad quẽ. Id aũt ad, quod terminat cõuersio, non est forma tãtum, neq; materia tm̃, sꝫ substantia actu existẽs, Quod declarãt verba, quæ hoc faciunt. quod designãt. Vñ cũ in eis exprimat ꝑ istud pronomẽ, Hoc, substantia actu cõposita: oportet, ꝙ id, qd̃ conuertit in corpus Chri, sit substantia cõposita, nõ materia tantũ panis. ergo forma substãtialis panis non manet. Secũdò: qm̃ frustra maneret. Accidentia quippè manent ut sint signa, quia manent ad hoc, ut ꝑ ea de substãtia subiacente cognitionẽ accipiamus cũ sint sensibilia, & ad cognitionẽ intelligibiliũ uia, Forma aũt substantialis non est quid sensibile, sed ordinata, ad influendum esse substantiale. Cũq; substantia panis ibi nõ maneat, forma substantialis frustra ibi maneret. Tertiò: qm̃ accidentia nõ immediatè ducerent in corpus Chri, sed in substantialem formam panis manentem. sicq; significationi sacrali. quid deperiret. ¶ Verũ, his obijci potest primò, quia quod non conuertitur in aliquid corporis Christi, oportet facta cõsecratione manere, sed forma substantialis panis, non conuertitur in aliquid corporis Christi, quia si sic maximè conuerteret in animã Christi, in quam iuxta præhabita nihil conuertitur. Secundò, panis est res artificialis ergo forma eius est accidens, igitur manet quemadmodum accidẽtia cætera, Tertiò, secundum commentatorem libro de substantia orbis, primoque physicorum, oportet in materia intelligere dimensiones ante formas substantiales aliquo modo in generabilibus, & corruptibilibus, aliàs esse non possent diuersæ formæ in partibus diuersis materiæ cum diuisio non fiat nisi per quantitatẽ: sed dimẽsiones panis manent, ergo, & forma eius substantialis, In oppositum est, quod forma substantiali, accidentibusq; remotis non manet nisi subiectum cõe, qd̃ certũ est non posse conuerti in aliud. Et rñdẽdũ ad primũ, quòd aia non est forma uniformiter perficiens suũ corpus, quo ad totum, & quo ad singulas eius partes recipiunt ab aia perfectionem eis proportionalem. Hinc q̃is in animã Christi nihil conuertatur, scm̃ quod est totius corporis perfectio: tota tamen substantia panis transsubstantiatur, quantum ad formam suã, atque materiã, in corpus Chri totũ, scm̃ qd̃ intelligit, accepisse cõgruẽtes ꝓfectiones in singulis partib⁹, qa sic extat organicũ, & materia aiæ ꝓpria. Ad scm̃, ꝙ q̃is ars ꝑ seipsam non ualeat substantialẽ introducere formã, attñ pòt hoc virtute naturæ, qua utit in sua operatione vt instro: vt patet in hoc, qd̃ aquã cõuertit in uaporẽ, & aerẽ in ignẽ, ignè mediante: ita ꝑ cõmixionẽ farinæ, & aquę, & per ustionẽ ignis, pòt seq; forma substãtialis, qua panis sit panis. Si aũt nõ esset forma substantialis, q̃ est per artẽ inducta, per q̃ panis, substet nisi forma substatialis accidẽtali, vc3 forma farinę Triticum enim à sua specię est corruptum, quia non manet eius operatio, ut queat sibi simile generare. Ad tertium, quòd dimensio, quæ intelligitur ante formam substantialem, non habet esse completum, cum non sit dimensio terminata. Terminatio namque dimensionis est per formam: dimensiones verò, quæ manent post consecrationem, sunt dimensiones terminatæ, cum habeant terminatam mensuram, atque figuram.

In oppositum.

Diluũtur obiecta.

Quæstio. Substãtia panis non annihilatur per cõsecrationẽ.

¶ Nunc perscrutandũ, an in hac conuersione substantia panis annihileꝫ. Dicendum, quòd opinio dicentium hoc, duo ponit sub distinctione. Primũ, ꝙ materia panis resoluitur in præiacentem materiã, uel quod annihilatur, & quantũ ad vtrũque, est falsa. Si enim in præiacentem materiã resolueret, hoc non Posset intelligi, nisi, quod, vel esset materia sine oi forma, quòd implicat, cum materia per essentiã suam sit ens in potentia, & actus eius est forma, & ita si esset sine forma, esset in actu, & nõ esset i actu. Vel, ita, ꝙ resoluatur in materialia elementa, quod esse non ualet; quoniam elementa, illa, aut maneret in loco eodem, & oporteret, quòd sub illis speciebus esset aliud corpus, quàm corpus Christi, atque, quòd illud materiale corpus esset simul cum dimensionibus panis, & multa hmõi inconuenientia sequerentur, uel non esset in loco eodẽ, & sic esset motus localis illius elementi materialis, quod esse non pòt: qm̃ sentiret mutatio talis, si esset. Præterea, cũ motus localis necessariò sit successiuus, oporteret, ꝙ illud materiale elementum priùs relinqueret unã hostię partẽ, q̃ aliã. Cũq; trãsubstantiatio sit instantanea, sequeretur alterũ duorum, quod uel aliquando parte hostię non esset uerum corpus Chri, neq; substantia panis, nec materiale elementum, quod iam recesit ab illa parte, uel aliquando sub eadem parte hostiæ esset corpus Christi, & materiale elementum, quod impossibile est. Ideo dici nõ potest, quod resoluatur in præiacentem materiã. Conformiter dici non pòt. quòd annihiletur eo, quòd oís motus denominetur a termino ad quem, sicut motus ad albedinẽ dr dealbatio. Hinc trãsmutatio cuius terminus esset nihil, posset annihilatio appellari, quod in ista conuersione dici non potest, cuius terminus est corpus Christi, quia & nihil pòt incipere hic esse, cũ non fuerit priùs hic, nisi per motũ, aut mutationẽ sui, siue alterius, terminatã ad ipm aliquo mõ. Iõ si cõuersio illa non terminaretur ad Christi

Substãtia panis non annihilatur per cõsecrationẽ

Christi corpus, oporteret qd̃ corpus illud esset in altari ꝑ motũ sui localẽ, qd̃ reprobatũ est supra. Falsa est ergo opinio illa. ¶ Præterea dũ q̃ritur, an panis possit in corpus Christi conuerti: dicendũ ꝙ in mutationibus naturalibus inuenit. Mutatio quædã sm quã nihil uariat ꝺ intrinsecis rei, sed solũ extrinseca, ut in motu locali: alia quoq; mutatio, in qua uariatur, qd̃ inest accidentaliter enti, sicut i augmẽtatione, & alteratione: alia uerò mutatio est pertingẽs usque ad formã rei substantialẽ, vt gñatio, atq; corruptio. Nulla aũt est naturalis mutatio, q̃ possit ad materiæ mutationẽ ꝓtingere, qa materia ꝑsupponit, quẽadmodũ qlibet agens secũdũ, operat ꝑsupositis his, q̃ sibi sunt data è primò agente. Et hæc principia oportet manere in operatione naturæ, ut 1 Physi. hr. Quemãdmodũ aũt esse cõpositi, qd̃ ex ꝑsuppositione materiæ natura ꝓducit, operationi naturæ subijcit. in ipsa materia actioni subijcitur primi agẽtis, à quo esse suũ porentiale imperfectũ sortita, est sicq; actio Dei pertingit usque ad ipsam materiã, & eⁱ⁹ uariationẽ, ita qd̃ sicut natura facit hoc totũ eẽ hoc totũ, ut ex toto hoc aere totã hãc aquã sic Deus facit ex materia ista signata illã: Cũq; mã signata sit idiuiduatiõis principiũ: iõ hoc soliùs Dei operatione fieri põt, ut hoc indiuidun demonstratũ fiat illud indiuidũ demõstratũ, & talis conuersio est in hoc sacro: qa ex hoc pane fit hoc Chri corpꝰ Hinc ꝑ3, ꝙ ista conuersio differt ab oĩ conersione naturali in quatuor. Primò, qa ad primã ꝓtingit materiã, qd̃ in alijs nõ ꝓtingit. Secundò, qa materia est primum subiectũ, cuiⁱ⁹ nõ est subiectũ aliud: idcirco secũdò differt in hoc, ꝙ ista conuersio nõ habet subiectũ, ut illæ. Tertiò, qd̃ in naturalibus, conuersionibus conuertit totũ, nõ aũt partes, els ẽtiale i partes. Totⁱ⁹ nãq; aer conuertit i aquã, mã uerò aeris nõ cõuert in aliqd imò eadẽ manet. forma quoq; nõ ꝓnertit, sed recedit, & introducit alia. Sed in hac conuersione totũ cõuertitur in totũ: qm̃ panis fit corpꝰ Chri: & partes ẽt cõuertunt in totum, qa materia panis fit mã corporis Christi, & substantialis forma panis, similiter fit illa forma, q̃ est corporis Christi. Quarto, qa in naturalibus cõuersionibus trasmutatur, & id, quod conuertitur, & id, in quod cõuertitur. Nempè, quod in alterum conuertitur, semper transmutat corruptione. Id uerò in quod aliquid naturaliter conuertit, si sit simplex conuersio, transmutat ꝑ gñationẽ, ut dũ aqua gñatur ex aere. Si aũt sit conuersio cum additione ad aliud ꝑexistens illud, cui additur, transmutatur ꝑ augmentũ, uel saltem ꝑ restaurationẽ deperditi, sicut in nutrimentum. Sed hoc ipsum in quod fit conuersio, erat præexistens, & non ei additur: quia (ut dictũ est illud, quod conuertitur, conuertit in ipsum, secundũ totũ, & secundũ partes eiⁱ⁹ oẽs. Vñ, & in transsubstantiatione id, in quod terminat ꝓuersio, utpotè corpus Chri, nullo mõ trãsmutat, sed solũ panis, q̃ conuertit. Itaq; conuersio ista sub nulla conuersionem nãlium continet aliquã tñ conuetiã h3 cũ transmutatione nutrimenti, inquatũ utraq; conuersio fit in aliquid ꝑexistens. Differt quoq; ab ea, inquantũ hic nõ fit aliqua additio termino conuersionis. vt ibi. ¶ Sed obijci pòt, qa conuersio, accidens quoddã est, & oẽ acidens est in subiecto, nec pòt dici, ꝙ huius conuersionis subiectũ fit panis, nec corpus Chri: qa non est idem subiectũ mutationis, & terminus a quo, uel ad quem: ergo panis nequaq̃ in corpus Christi conuertitur. Rñdẽdum, quod transmutatio naturalis ponit actum imperfectũ, ut dr 3. Physi. Cũq; idem sit subiectum actus perfecti, & imperfecti, oportet qd̃ subiectum trãsmutationis naturalis sit id, qd̃ postmodũ est subiectũ actus perfecti, vc3 formæ, ad quã tẽdit motⁱ⁹ & nõ ipsum iã perfectum. Transmutatio uerò huius conuersionis nõ dicit actũ aliquẽ imperfectũ, sed solum quãdã successionẽ perfectorum, non actum tm̃, sed & subsistentium rerum successio quoque est in succedẽtibus sibi, quemadmodũ ordo in ordinatis & iuxta regulã in primo libro traditã de relatiuis, erit ista relatio ordinis huius successionis realiter in pane, qui conuertitur, non in corpore Christi, nisi secũdum rationem, quoniam permanet immutatum.

Conuersio cõuersionem naturalis differt aqua libet alia conuersione.

Obiectio.

Diluũtio.

¶ Querit quoq; , an conuersio ista sit successiua Dicendũ qd̃ cã cur mutatio est successiua, est distãtia eius, quod moueꝫ a termino motus. Distantiam dico, nõ solũ secũdũ loci dimẽsionis, aut quãtitatis, sed, & scm̃ repugnam formæ, aut naturæ. Ideo ubi nihil est repugnans formę introducendæ formã recipitur in instanti ꝑsentiæ agente, ut in illuminatione diaphani: similiter in forma subito inducenda in materia plene parata. Queamodum aũt aer subiacet soli ad recipiendum ab eo, ita natura creata diuino imperio, ut protinus fiat in ea quicqd uult Deus. Alia quatñ efficit successiuè, operando in nobis, scm̃ modum nostrũ Quod, & interdum contingit ex distantia maiori, seu minori eius, quod transmutatur a termino transmutationis. Cumq; conuersio ista essentiã attigat materiæ, secundũ quã separatis ꝓ intellectũ formis, ac dispositionibus, una res nõ magis cõuenit cũ res ista, q̃ cũ illa, non pòt accipi maior, & minor distantia termino, qa hoc singulare demõstratũ, quantũ ad hoc, qd̃ cõuertitur in corpꝰ Chri tm̃ distat ab alio singulari suæ speciei, quantũ à singulari speciei alterius Hinc conuersio ista fit in instanti. ¶ Sed obijci pòt: qm̃ impossibile est aliquid in eodem instanti esse corpus Christi, & panẽ: ergo nõ est idẽ instans in quo est corpus Christi, & in quo est ultimo panis. Sed iter duo istãtia est mediũ ꝑs, vt 6. Physi. ꝓbatur, ergo conuersio ista est successiua. Et rñdendũ, qd̃ ista obiectio à diuersis ẽtiuersimodè soluit. Nã quidã ꝓceduꝫ, quòd fit assignare ultimũ instans, in quo est panis, sicut, & primũ istãs in quo est corpus Chri, ꝓ hoc, qd̃ in quodã toto ꝛpe fuit panis, & ita in quolibet instanti ꝛpis illius, Vñ qdã istorũ dicũt, qd̃ unũ est instãs scm̃ rẽ, i quo est panis. & corpus Christi, sed differunt scm̃ rationem: qa inquantũ illud istãs est finis præteriti ꝛpis, in eo est panis; inquantũ verò principuum est futuri, in eo est corpꝰ Chri. Sed hoc ftare non ualet; qm̃ cõtradictoria simul esse scm̃ rem impossibile est. Et ꝓstat ꝙ scm̃ rẽ maximè simul sunt, q̃ sunt ĩ eodẽ in ẽte scm̃ rẽ. Hinc ipossibile est duo cotradictoria simul esse in eodẽ instãti, quod unum est scm̃ rem, quantũcunq; differat rõne: qã ex illa rõne nõ h3 ordinẽ ad mensuratũ, & ad ꝛps, cuius est terminus, sed ad aiam cõsiderantis. Hinc alii dicunt, quòd istud nunc est quodamodo unũ realiter, & mõ quodam diuersum. Et ponunt exemplũ de duabus lineis se tãgentibus, de quibus constat quod habent duo puncta, qnæ tñ coniunguntur in uno punctolineæ continentis. Cõtigua enim sunt, quorũ termini sunt simul. Conformiter dicũt quod esse panẽ. & esse corpus Christi in altari, contingantur: & ita est unũ instans extra mensurans, in quo primo est copꝰ Chri, & ultimo panis: & tñ sunt duo instantia, si accipiamus duo ꝛpa, quibus mẽsuratur esse panis in altari, & esse corporis Chri. sicq; inter duo instantia quasi contiguata, non oportet ꝛps mediũ eẽ. Sed nec istud pòt saluari, qa cũ punctus sit terminus lineæ, qua ꝓ òt esse mensura intranea, atq; extranea, possibile est,

Obiectio.

Opinione Prima.

Opinio Secunda.

est,& pũcta assignate ĩtrinseca, & extrinseca. Instãs aũt est termin⁹ tpis, qđ nũq; est mẽsura nisi extrinseca: iõ nõ est accipere instans, nisi qđ se habeat instar puncti extraiacentis. Vñ positio ista redit in idem impossibile cũ prima. Iõ tertii dicũt, ꝙ sicut tertio Physicorum ꝓbatur, in toto tpe non est accipere nisi unũ non secũdũ substnntiã, & qđ numerẽtur duo instantta, hoc est secundũ ordinẽ tpis ad motum, & actionem, quã mensurant. Iõ si sumantur duo instãtia respectu eiusdẽ motus. ꝓut tp̃s mensurat principiũ, uel finẽ motus illius: ita oportet duo instantia esse intermediũ tempus, sicut inter principiũ motus & finẽ eius est medius motus. Sr aũt accipantur duo instantia per comparationẽ ad motus diuersos secũdũ quod mensurãt principiũ unius, & finẽ alterius sic inter duo instantia non est tp̃s mediũ: sicut nec mutus est medius inter principium uniùs motus & finem alterius. Ideo cum quies mensuretur tempore, sicut, & motus, duo istantia sunt se inuicẽ consequentia: quorum unum mẽsurat finem quietis quo erat panis, aliud uerò mẽsurat pricipiũ qetis, in quo est copus Christi. Sed hoc iterum stare non ualet, qa instantia temporis distinguuntur per comparationem ad motũ illum, a quo tempus habet unitatem aut multitudinem, ad quem comparatur non solũ sicut mensura ad mensuratum, sed & sicut accidens ad subiectũ, puta ad motũ cęli, qui extat continuus, & interruptionem non patitur, secundũ naturam. Ideo qualitercumq; signes duo instantia in tempore, sp est accipere tempus medium: quia est accipere inter quælibet momenta cœli motum medium, idcirco in alijs motibus non differret, siue comparẽtur diuersa instantia ad motũ eundẽ, siue ad diuersos. Patet quoq;, quod ista positio cõtradicit Phylosopho physicorũ. 8. quo ꝓbat, quod inter quoslibet motus contrarios est media quies, quod non oporteret si duo instantia modo iam tacto possent inuicem cõsequi. Hinc ailj dicunt, quòd ista conuersio, cũ sit supra naturã, nõ habet ordinẽ ad motũ cœlestem: Vñ nec mensuratur tpe, qđ est mensura motus cœli, sed instanti. iõ inconueniens non est, si duo instantia succedant sibi inuicem sine tempore medio, prout, dictũ est primo lib. de motu angelorũ Verum nec hoc ptest stare: qm̃ ista conuersio sequitur motum prolationis verborũ, qui reducitur ad mensurã motus cœlestis, quemadmodhm illuminatio sequitur ad motum localem, quo defertur illuminãs. Hinc oportet, quod instantia in ista conuersione accipiantur secundum mensurã cœli motus. Propterea alij dicũt, ꝙ nõ est simul signare ista duo instantia, in quorum vno primò sit corpus Christi, & in alio ultimo panis Sic enim de necessitate esset inter ea tempus medium, tñ utrumlibet eorũ per se potest signari. sed hoc iterũ nihil est, qm̃ designatio nostra nil facit ad hoc, quòd tempus intersit uel nõ intersit. Propter qđ cũ sint duo instantia, secundũ rẽ. in quorum uno est panisin ultimo, atque in alio cor pus Christi, in primo, siue signẽtur à nobis, siue non, oportet tempus medium esse,

Rẽpõsio uera.

Ideo aliter dicendum est, quod sc3 nõ est designare ultimũ instãs, sed vltimum tempus, in quo est panis. Inter tẽpus aũt & instans non necessariò est medium tempus, sicut inter duo instantia Et ueritas huius patet ex hoc, quod 8. Physicorũ ait Philosophus, quod quando ex albo fit nigrũ, in toto tempore mensurante motum alterationis erat albũ, sed in ultimo, temporis illius instanti est nigrum. Vñ secundũ ipsum nõ est dicendum, quòd in toto tempore illo sit album, sed in toto tempore illo prẹter ultimum instans seu nunc. Cumq; ante ultimũ nunc tpis alicuius, non sit accipere penultimum, sicut nec ante vltimũ pũctũ lineæ penultimũ: iõ nõ esse accipere vltimũ; instans, ĩ quo erat albũ, sed ultimũ tẽpus. Cõsimiliter est de mutationibus, q̃ sunt termini mot⁹, sicut gñatio est terminus alterationis: qa in toto tpe p̃cedentis alterationis erat aer, præter ultimũ instans, in quo est ignis. Iõ cũ conuersio ista sit terminus alicuius motus, puta prolationis uerbotũ, ĩ toto tẽpore p̃cedente extitit panis p̃ter ultimũ instans, in quo est Christi corpus

Quęstio.

¶ Præterea dũ quærit, an ista ꝯuersio miraculosior protẽtior, seu mirabilior sit oĩ alia mutatione: dicẽdũ, ꝙ quãto aliquid est ꝑ manẽtius, tanto difficilius trãsmutat: & quia subiectum in quælibet mutatione naturali manet, ideo in oĩ mutatione tali materia maximè manet, cũ sit oĩm mutationũ subiectũ. Hic mutatio, q̃ atingit materiã, difficilior est, & maioris uirtutis oñsiua, q̃ q̃cunq; transmutatio alia ex parte eius, qđ trãsmutat. Cumq; creatio, & conuersio ista ꝑtingat ad materiæ essẽtiã, ꝯstat eas maioris eẽ oñsiuas uirtutis q̃bus cũq; alijs, ĩ q̃b⁹ mutat uel forma substãtialis, vel accidentalis, uel locus exterior. Et ĩter has duas vr̃ creatio, absolutè loquẽdo, p̃cellere: qa ĩ ipsam essentiã materiæ ꝓducitur. Ex quo sequitur, quod mã ꝑ hãc cõuersionẽ possit in alterũ transmutari: sed ex parte eius, ad qđ est mutatio ipsa mutatio, q̃ est in unione humanæ naturæ cũ diuina ꝑlona, excellit has, oẽsq; alias. Iõ est ipsa miraculũ oĩm miraculorũ.

Obiectio.

¶ Si autem objiciatur, quod in hac conuersione maior est resistentia, quia oportet totum in totum conuerti, iõ & difficultas maior: dicendũ quod in actione põt esse resistentia dupliciter.

Dilutio. Actionis duplex resistentia.

Primò, ex parte agẽtis qñ vc3 ex agẽte ꝯrio uirtus eius debilitatur. Secundò, ex parte effectus, dum ex contraria dispositione effectus impedit. In actionibus demũ, in quibus agens non patitur, prima resistentia locum non habet, sed solum secunda. Idcirco in operationibus diuinis non attenditur difficultas penes resistentiam ad agentem, sed penes impedimentum ad effectum. Magis autem impeditur effectus per subtractionem potentiæ recipientis, quàm per rationem contrariæ dispositionis: quia contraria dispositio non impedit effectum nisi faciẽdo potentiã esse indispositam: ideo maior est difficultas in creatione, ubi omnino materia non præexistit, quàm ubi p̃existente materia est aliquid, quod effectui contrariando, repugnat. Hæc Tho. in Scripto. Hęc eadem scribit in 3. p. q. 75. & scripta ibidem continentur in istis.

Petrus.

Quibus Petrus concordat, eiusq; dicta continentur in his, & inter cætera loquitur: q̃uis unius una sit ultima forma cõpletiua: tamen multæ sunt formæ materiales disponentes. Hinc quamuis aĩa sit ultima humani corporis forma, in quã non transit panis, sed forma eius substantialis, h3 tñ aliã formã corporalem cõplexionis seu, mixtionis, & in hanc transit forma Panis. Hæc Pet.

Richardus

¶ Concordat Ric. qui etiam de ꝯuersione formæ substantialis ipsius panis testat. Tota substantia panis, conuertitur in substantiam corporis Christi, ita quòd materia in materiam, & forma in formam, non in illam, per quam corpus habet esse completum: quoniam illa est aĩa ĩtellectiua, sed ĩ formã corporeã incõpletã, ꝑ quam corpus habet incompletũ esse, etiam in gradu corporeitatis. Hæc Richa.

Dionysius

Circa cuius uerba est obscuritas magna, quia videtur duas substantiales ponere formas in corpore Chrsti. Similiter circa uerba Petri obscuritas oritur prout infra tangetur.

Bonauen.

Porrò Bona. panis inquit p̃cisè cõuertit in id, cũ quo similitudinẽ h3, nã sup similitudinẽ hanc fundat in-

stitutio

stitutio sacramẽtalis, & aduenit sanctificatio verbi. Cumq; panis similitudinẽ tm̃ habeat cũ corpore Chr̃i, idcirco cõuertit tm̃ illud, nõ in deitatẽ, neque in aĩam nec in sanguinẽ aliquid panis cõuertit, qđ tñ non est in sacr̃o sine istis: qm̃ sanguis est ibi cõcomitanter rõne cõmixtionis, aĩa rõne cõiunctionis, deitas rõne unionis. In his uerbis vr̃ Bona. sentire, quod nõ fit ibi cõuersio totius substantiæ in totam substãntiã naturæ assumptæ. Opinionẽ quoq; quã sequit Tho. de instanti cõuersionis, dicit esse fugam, non uerã solutionẽ.

Instãs trãsubstantiationis bifariã consideratur.

Et addit, Tempus seu instãs, qđ est mensura ultimi esse panis, & primi esse corporis potest dupliciter considerari, seu accipi: Primò, ut duratio propria uniuscuiusq;, sicut ait Phũs: Vnum quodq; propria periodo mensurat, q̃ periodus cum re incipit, ac desinit, & ita sunt diuersæ mensuræ discontinuæ, atq; diuersa instantia consequenter se habentia in uno cõtinuo, sicut sunt duo esse, utpotè panis, & corporis Christi. Si aũt accipiatur instans secũdum mensurã communem, q̃ est tp̃s continuum nõ intercisum, ut est mensura motus primi mobilis, uel ẽt prout consideratur secundũ essentiam, non secũdum esse, tunc accipitur determinatũ instans secundum nostrã significationẽ. Signetur ergo unũ instãs in tempore, in quo ultimo est panis: signetur, & alterũ instans, in quo primò est corpus. Ego dico non signetur, qa non est significare duo instantia ꝯñr se habentia in uno continuo. Vnde quodlibet horum per se significari potest, sed duo simul impossibile est signare Sicq; patet qđ in alio instanti secundum rem, & scđm quod est mensura realis, ac propria, habent esse panis, & corpus Christi in hostia, q̃uis secũdum mensurã cõem duo instãtia immediata signare non contingat. Hæc Bona.

Th. Arg.

¶ Præterea Tho. de Argen. tangit hic aliqua contra dicta ex S. Thoma. Petro, & Rich. de cõuersione formę substãtialis ipsius panis in quandã formã corporis Christi, & de hoc infra dicetur.

Doctor cõmunis. Th. Aqui.

Ait quoq; ꝙ quædam rõnes doctoris cõis, quibus probat substantiã panis non remanere facta cõuersione, non concludant, præsertim quod ait corpus Christi ibidem de nouo esse non posse, nĩsi per sui localẽ aduentum, per conuersionẽ in ipsum. Et constat ꝙ in hoc multi ꝯdicunt eidem. Etiã Rich. De his aũt infra pleniùs est dicendum.

Henricus

¶ At uerò Henr. de ista materia scribit ualde prolixè quod libeto 9. & sicut in Scripto super secundum tetigi, ipse posuit duas formas substãtiales in homine. Vnã naturalem eductam de potentia materię, ad quam (ut opinatus est) terminatur gñatio naturalis, quam dixit non esse intellectualis naturæ: Aliam infusam ad quam terminatur creatio, rationalẽ, & intellectualem. ad quod opinandum, sumpsit occasionem ex conuersione, q̃ fit in sacramento: quia (ut dictũ est) in ea est cõuersio totius in totum, hoc est, totius substantiæ panis in totam substantiã corporis Christi. Tota aũt seu integra substantia panis non est sola eius materia, sed ipsa simul cũ sua forma substantiali: nec tota illa substantia conuertitur in solam materiam corporis Christi, sed in materiam illam, ac formã, & non in animam intellectualem: quæ nõ ui sacramenti, sed per naturalem concomitãtiã fertur in sacramento consistere. Ergo præter eam est ĩ corpore Christi alia forma substantialis, per quam ponit in esse corporeitatis, in quã forma substantialis panis conuerti asseritur. Verum qm̃ super ꝓm reprobata est copiosè opinio illa ponentium plures formas substantiales in eodem cõposito, nõ oportet de hoc nunc immorari: sed remanet difficultas, in quam formam substantialem conuertatur substantialis forma panis, si tñ in substantialẽ formam cõuertitur. Si quidẽ secundũ Bonau. materia, & forma panis in solũ corpus, non ens aĩam, nec formam substantialẽ conuerti creduntur. Est ergo hic grandis, imò & maxima difficultas.

Admonitio.

Propter quod docet Henri. ut in his nulla pars pertinaciter defendatur nec aliquid temere asserat, ne incurrat periculũ asserendo quicq̃ de Christo, & corpore eius, atq; conuersione panis ĩ ipsum, quod nõ sit uerũ: imò ꝙ maioris est auctoritatis, Innocentius papa tertius hoc ipsum edocuit, & decreuit. ¶ Præterea qualiter positio sancti Thomæ, atq; sequacium eius queat saluari, nõ video, nisi per modũ, quẽ tangit Henricus. Nẽpè (ut patuit) Thomas aptissimè tenet in hoĩe non esse nisi unã formã substantialẽ, vc3 aĩam rationalẽ quam frequenter dicit in sacramento hoc contineri, nõ ui conuersionis factę in ipsam, sed cõcomitanter, & nihilominus (sicut allegatum est) modo dicit formã substantialẽ panis conuerti in formã corporis Christi, uel (ut uerbis utar ipsius) in formam quæ est corporis Christi: quod iuxta documenta ipsius beati Tho. nequit intelligi de aliqua accidentali forma corporis Christi, cũ & accidẽtia corporis Christi, quãtitas, qualitas & concomitãter in sacramento existant secundũ ipsum, nec substantiã in accidens conuerti fatetur.

Cõcordia.

Hinc (ut tangit Henri.) per horum concordia posset forsitan dicit, ꝙ forma panis cõuertit in formam corporis Christi, non scđm quod est intellectualis, aut rõnalis, sed ut largitur materiæ esse corporeũ. Hanc tñ positionẽ Henri. nõ tenet, qa scđm eã forma panis uerè conuerteretur in essentiã aĩæ rõnalis, q̃uis non scđm gradũ eius superiorem.

Gãdauus.

¶ Itaq; circa hæc scribit Henri. Firmissimè credendũ, panẽ in Chr̃i corpus conuerti non tñ adeo certũ est, quid in uerbis his noĩe corporis debet intelligi, an. s. sola materia, ut hñs partẽ extra partem sub quãtitate: aut materia talis cũ esse corporeo, non includendo in rõne corporis ipsa substãtiã aĩæ, vel materia cum substantia aĩæ, ut dat esse corporeum inclusa in rõne corporis: uel materia cũ aliqua forma substantiali corporea, alia ab anima. Et quicq̃d horum dicatur, seu quocunq; horũ modorũ corp⁹ Christi conuertitur, & taliter credere sufficit, nec in his, q̃ fidei sunt tutum est definire. ubi neq; ecclesiæ neq; sapientũ auctoritas, neq; perspicua rõ definiuit: qa si quid falsum definiretur, ac pertinaciter defenderetur, esset hæreticũ. ¶ In huius quæstionis decisionẽ multa hic scribit hic doctor, quibus cõtradictũ est sup scđm, & ẽt super primũ: ut quod scđm doctrinã Arist. anima intellectiua non est forma cõstituens hominẽ in esse specifico, sed substantia separata, atq; in cunctis hominibus numero una: ita, ꝙ aĩa, q̃ est intrinseca, hominis forma, sit mortalis instar aĩarum brutalium, & ꝙ artistæ nunq̃ posuerũt contrarium horũ. Verũ sicut p̃habitũ est super secũdũ: oĩa ista sunt falsa, uel saltem incerta, & multi artistæ tã Christiani, q̃ Saraceni, tã Græci q̃ Arabes cõscripserunt, qđ secundum intentionem Arist. anima rationalis intellectiua uerè hominis forma substãtialis ĩtrinseca, & numero hominũ numerata.

Anima intellectiua est vera hominis forma.

Et hoc Tho. Alber. Aegidius, & alij plures in libris Arist. valde exercitati, in multis locis, specialibusq; tractatibus diligentiss. probauerunt. Auicẽ. quoq;, & Algazel, multique alij gentiles expositores testati sunt quamuis impijss. Auer. iuxta suas perfidias aliter sensit, & tantos errores dixit fuisse de mente summi illius Philoso.

Scotus.

¶ Ampliùs, Scotus circa hæc prolixiùs scribit, de pluralitate formarum substantialiũ in eodem plu-

ra

ra cõmemorãs, & tãdẽ cũ ꝑfata opinione Hẽrici cõcordãs, qđ in hoĩe ꝑter aĩam rõnalem ponenda sit alia substãtialis forma, in quã dicit substantialẽ formã panis cõuerti. Imò, & addit in alijs quoq; aĩatis ꝑter aĩam eorundẽ ponendã esse aliã formã substãtialẽ. Vñ sic scribit: Dico ꝙ corpus Christi ꝑ se includit materiã, & ad minus formã unã mixti, priorem forma, seu aĩa intellectiua, atq; ꝑ unã hãc formã est in actu partiali, ac ꝑ eã est ꝓpriũ receptiuũ aĩæ intellectiuæ, ꝙuis per eã non sit in genere corporis, ut corpus est genus, nisi ꝑ reductionẽ, & ad istud cõpositũ ꝙ ꝑ se est pars hoĩs, sit per se cõuersio partis, qua si totius in totũ, & partiũ in partes, & per ꝑns hæc forma est formalis terminus cõuersionis, q̃ forma manet eadẽ, siue aĩa uniatur corpori, siue, nõ qa, hęc prior est anima saltem in informando. Et in triduo mortis Christi mansit in corpore Christi, aĩa non manente ibidem, ideo in triduo fuisset eadem, rem huius sacri, si sacr̃m tunc mansisset: quia in triduo illo forma corporeitatis non fuit separata à materia in Chr̃o, & per ꝑns nec separata à materia sua ut in eucharistia. Hæc Scotus. Qui iterum ait: forma animæ non manente, corpus manet, ideo uniuersaliter in quolibet animato necesse est ponere formam illam, qua corpus est corpus, & aliam, qua est animatum, Et loquor de corpore prout est altera pars compositi, manens in suo proprio esse absq; aĩa: Propter qđ habet formam, quã est corpus hoc modo. Rurus scribit. Concedo, quòd totale esse totius compositi, est principaliter per unã formam, & illa forma est, qua totum cõpositũ est hoc ens, & illa est ultima forma ãdueniens omnibus ꝑcedentibus formis. Sicq; totũ cõpositum diuiditur in duas partes essentiales, sicut in propriũ actũ: q̃ est hæc ultima forma cõpletiua, & propriã potentiã, q̃ includit materiam primã cũ omnibus ꝑcedentibus formis. Ex hoc tñ nõ sequit, quin in toto includãtur plures formæ, nõ q̃ dẽ specificæ constituentes cõpositum illud. Cuius exẽplum est in composito ex partibus integralibus. Qñto enim animatum est perfectius, tanto requirit organa plura. Et probabile, quod distincta specie ꝑ formas substantiales, tamen ipsum est uerius unum: ueriùs inquã. i. perfectiùs: non autem ueriùs, id est, indiuisibilius. Hæc Scotus.

Io uno cõ posito una eãdẽ una forma substantialis.

¶ Quo circa dici põt, quòd rectè philosophus dixit: Eædem opiniones infinities iterantur. Etem̃ has opiniones erroneas de pluralitate substantialium formarũ in uno composito. Aristoteles, & Cõmentator ex proposito reprobarunt: præsertim Aristoteles ipse, & ambo reprehenderunt Platonem, eo qđ in eodem homine diuersas posuit formas substantiales in diuersis partibus eius seu organis. Ista quoque opinio super secundũ satis est improbata. Periculosum ẽt vr̃ in Christo præter animam eius rationalem ponere aliam formam substantialem. Et qđ Hẽricus, & Scotus iste arguunt de corpore Christi in triduo sepulturæ, si tunc reseruatum fuisset in hostia consecrata ob hora ꝓsecrationis factæ in cẽna, quod in hostia quoq; obisset, & ita non mansisset ibi nisi corpus defunctum, ac per ꝑns non eadem res contenta, imò sola materia non formata, si non fuit in eo unica forma substantialis. videlicet anima rationalis: solui põt ex dictis super tertium, quoniã corpus illud mansit uerbo unitum sicut, & anima. Quod uerbum uicem animæ supleuit in corpore illo, non in formando nec animando, sed conseruando esse: & ita mansit idẽ numero corpus, & quoad ex titit eadem res contenta. Insuper multa obijcit Scotus ꝓ rõnes, ꝙbus sanctus doctor reprobat opiniones dicentiũ substantia panis, & uini, facta cõsecratione, in sacro manere, seu annihilari, aut in ꝓiacẽtẽ resolui materiã. Verũ obiectiones illæ uidẽtur inutiles cũ uideantur periculosis erroribus aliquo mõ fauere, & distructioni eorundem, resistere. Nihilominus uerũ est, qđ rõnes ille indiputatione scholastica nõ multũ cõuincũt, sicut nec aliæ rõnes naturales addũctæ ad ꝓbationem eorũ fidei sunt. Hinc in talibus magis pẽsandus est fidelis affectus, & pia intentio arguentis, ꝙuis argumentorum in se. Atq; in talibus debent se doctores catholici mutuò adiuuare magis, q̃ impugnare ¶ Postremò, de his copiosè scribit in pallegato tractatu Aegidius: Primũ, in quiens, principium, quod est Deus omnipotens, potest conuertere aliquid in aliud præexistens: quoniã immediatè attingit materiam ut est quid, id est esse tiam ejus: & agere potest præter motũ, & transmutationẽ. Hinc eius uirtute conuerti potest substantia panis in corpus Christi. Nam quantum ad præsens sufficit inter Deum, & agẽs naturale. Duplex est differentia prima: quoniam naturale agens agit per motum, & transmutationem. Deus uersione motu & transmutatione potest producere aliquid. Agẽs namq; naturale, agit ut instrumentũ primi agentis. De ratione autem instrumenti est, ut agat motum à principali agente, ex quo sequitur differentia alia, utpotè quod naturale agens, prout producit res ex materia aliqua priùs attingit eam ut est quãta, quã ut est, quid. Materia namque ut est quid, & solum in potẽtia, atq; secundũ suã essentiã, subiectum motus esse non ualet, cum (secundũ Philosophũ) nullũ impartibile propriè moueatur. Hinc id cui ex sua natura non conuenit agere nisi motum, non potest materiam ut est, quid operando attingere. Deus uerò uniuersitatis creator, sicut cuncta ex nihilo sine motu produxit: sic in instanti in omnibus agere, materiæ quoque essentiam operando, conuertendo, & transsubstantiando attingere potest. Ex his duabus differencijs patet, Deũ altissimum duo posse, q̃ agẽs naturale non potest. Primum est, quòd postquam forma cessit in potentiam materiæ, agens naturale non potest ex eadem materia eandam numero formam rursus producere: quia non agit nisi per motum, de cuius unitatis ratione est cõtinuatio: iõ motus intercisus, idẽ numero nequit redire. Hæc Aegidius, circa primam propositionem tractatus illius. Deinde in secunda propositione testatur: Cum res conuertitur in aliquid præexistens, non est possibile quantum conuerti in quantum. Istud prolixè declarat, quod tamen a multis negatur, dicentibus, qđ Deus absoluta potentia potest quolibet creatum in quodcunq; creatum conuertere. Quod, & Richardus Scotus tuentur. Cõsequẽter decima ꝓpositione fatetur. Quãuis totus Chr̃s sit in qualibet parte hostiæ, non tamen est concedendũ, ꝙ sit in partibus hostiæ infinitis. Quamuis enim omne continuum sit diuisibile in infinitum, loquendo de partibus continuis secundum materiam, cum diuisibile ex indiuisibilibus cõstare, seu integrari non queat. non tamen continuum est diuisibile in partes infinitas secundũ speciem. Nam dari posset tam paruа particula panis ꝙ sub minori non posset saluari species panis, dicẽte Philo. Omnium natura constantium certa est ratio mensura magnitudinis, & augmenti. Ex quibus conlequit, qđ ait in propositione 11. Sic Christus est in qualibet parte hostiæ, quod tñ in punctali hostiæ parte nec est Chr̃s nec pars Chr̃i: & hoc iõ qa in parte pũctali nõ est panis, neq; substantia eius. Christus aũt dicitur esse in hostia, quia in panis in corpus suum

Cõsilium. bonũ qdẽ sed uulgo non ita acceptum.

Aegidius de Roma.

Deus, & agens naturale dupliciter differunt.

Obiectio.

Dilutio:

suum conuersus est. Veruntamen si punctum uocetur etiam minima pars in qua species panis põ; saluari, sic posset dici Christus esse in parte punctali hostiæ consecratę.

corpus tripliciter, accipitur.

¶ Porrò ꝓpositione uicesima affirmat sexta: Corpus, quod est ultera pars compositi, nec ꝑdicatur de toto cõposito, materiam solã significat. Si ergo in tale corpus substantia panis conuerteretur in solam materiam esset conuersa. Corpus autem tripliciter sumitur: Primò, pro trina dimensione, & ita est species quantitatis continuæ. Secundò. pro cõiuncto ex materia, & forma corporeitatis, & ita est genus in prædicamento substantiæ, & prędicatur de homine, ac leone, & lapide. Tertiò, pro ipsa materia organizata, quæ est pars animalis, & informatur ab anima. Insuper addit Aegidius, quòd, materiæ ita sumptæ competit modus quantitatis, seu modus quãtitatiuus, & sic potest corpus uocari, nec modus ille aliquid reale superaddit materiæ. Quantitati aũt per se conuenit extensio, & materiæ per quantitatẽ ita extensæ conuenit habere partem extra partem. & sicut una pars quantitatis ab alia parte quantitatis distinguitur, sic una pars materiæ sic extente, ab alia: sicq; materia modum quantitatiuũ fortitur, sic quoq; materia, q̃ secundum se, quid indiuisibile nominat, ratione modi quantitatiui corpus potest uocari, & quoddam tòtum ex suis partibus constans Ideo quamuis in solam materiam existentẽ in Christo substantia panis conuerteretur, adhuc dici posset ꝙ ibi sit totius in totum conuersio: utpotè totius substantię panis, in totã illã materiã seu in totũ corpus sic sumptũ. Rursus materia aliter sũmpta, põt dici quid compositum, puta ex partibus, & panis dici posset in rem compositam esse cõuersus. Si autem poneremus in quolibet composito unam tm̃ formã substantialẽ, & diceremus, quòd in Christo non fuit forma substantialis, nisi anima rationalis, oporteret nos dicere, quòd panis substantia in sacramento cõuertitur duntaxat in materiam corporis dominici. Corporalia uerò in spiritualia conuerti non queunt. Omnes aũt concedunt quòd totus Christus existat in hostia: cum tamen in animã eius nihil conuersum sit. Nam anima eius in sacramento est solum concomitanter. Verum ponendo plures formas substantiales in Christo, cæterisq; compositis, dicendo, quòd corpus Christi per aliam formã est corpus, & per aliam animatũ, potest esse duplex respondendi modus de conuersione substantiæ panis in corpus Christi. Primus, quòd talis conuersio sit in materiam organizatam, quæ potest corpus uocari. Cumq; materia organizata loquendo de organizatione Physica, non dicat nisi solam materiam. ideo secundum istum modum tota substãtia panis conuerteretur in solam materiam, secundus est, qđ corpus non dicat solam materiam, sed materiã cũ forma corporeitatis. sicq; panis dicatur conuerti in corpus Christi, quia materia panis conuertitur in materiam corporis Christi, & forma in formam, Quid uerò horum sit uerum, non est huius Theorematis definire. Sed hoc dico, quòd si possibile est materiam panis conuerti in materiam corporis Christi & formam substantialem panis in substantialem formã corporeitatis corporis Chr̃i cõuersio totius substantiæ panis in solam materiã corporis Christi est impossibilis reputanda. Primò quia materia non contrariatur formæ substantiali. Secundò: quoniam omnes formæ substantiales, de quibus nunc sermo de potentia materiæ educuntur. sicque quodammodo uirtualiter in ea clauduntur. Tertiò quoniam cõpetit actualitas ex forma; & simili modo formæ conuenit potentialitas, possibilitasque ex materia. Conuertitur autem materia panis in materiam corporis non qualitercunque, sed prout est in corpore Christi extensa, seu in partibus multis, & non ut est indiuisibilis tantum. Denique iste modus, quòd licet tota substantia panis conuertitur in solam materiam illam uidetur ualde probabilis. Veruntamen quia nil prohibetur, quędam falsa probabiliora uideri quibusdam ueris, ideo huic opinioni nõ assentio absolutè, quia de ueritate eius mihi non constat. Aliam uerò opinionem non intelligo, utpotè, ꝙ in corpore Christi sit forma substantialis alia, quã anima, in quam conuertitur ipsius panis forma, substãtialis. Nam ponere plures formas substantiales in eodẽ composito, multas habet difficultates, quas soluere nescio. Nempè si non eandem formam dicunt superiùs, atq; inferiùs, ut si aer non eandẽ formã est aer, & corpus, ac substantia, & dum ex aere fit ignis, remanet in aere forma, ꝙ quam erat corpus, & substantia, quamuis amota, qua extitit aer. Non ergo in tali generatione, generata est substantia, nec corrupta. Eadem ergo est forma, quę dat esse specificum & totum ordinẽ ꝑdicamenti. Alia quoq; multa inconuenientia mihi insolubilia, hanc opinionem sequuntur, ut quòd partes definitionis non essent unũ quia non dicerent unam naturam: sed solum dicerent unum: quoniam essent in eodem: & ita superiora de inferioribus prædicarentur denominatiue, nõ essentialiter. & multa huiusmodi. Habet nihilominꝰ opinio ista specialem difficultatem, prout ad propositum pertinet de corpore Christi. Si namque ponamus multas in eodem composito formas, & substãtia panis conuertitur in corpus Christi: quia materia conuertitur in materiam, & forma in formam: ergo tota substantia panis conuertitur in corpus, quod dicit aggregatum ex materia, & forma. Et constat, quòd corpus sic acceptum, de composito prædicetur. sequitur ergo, quòd tale corpus sit, Christus: eo quòd Christus sit homo, & omnis homo est corpus sic sumptum. sicq; panis conuersus esset in Christum, quod nullus concedit. Hanc ergo opinionẽ de multitudine formarum substantialium in eodem non capio: nec tamen ob hoc his, quæ fidei sunt minus assentio: quia in eis captiuandus est intellectus Quid ergo dicimus? Scio quod substantia panis cõuertitur in uerum corpus Christi, & in illud numero idem, quod ascendit in cælum. Hoc tradidit Christꝰ, hoc tenet ecclesia, hoc sufficit, mihi. Cui autẽ non sufficit hoc, inuestiget (salutis fidei fundamentis) reuerentia, ac timore, qualiter sit illud corpus. Ego autem malo in simplicitate perfistere, quam de arduis tenere iudicare. Hæc Aegidius.

2. Cor. 10. Dionys.

¶ Ex cuius dictis patet difficultas huius materiæ Tamen quod ait, secundum eos, qui ponunt unam duntaxat formam substantialem in Christo, esse dicendum, quòd tota panis substantia in solam materiam corporis Chr̃isti conuertatur, non est uniuersaliter uerum, cum Thomas, Albertus, Petrus Richardus, multique alij pluralitate formarum in eodem negantes, dicant totũ conuerti in totũ nõ in materiam tantum, imò materia in materiam, & forma in formam, iuxta sensum præhabitum. Item quòd ait materiæ organizationem nil superaddere essentiæ materiæ, posset pati instantiam. Quid enim est organizatio, nisi organorum formatio: Hæc de quæstione ista sufficiant. Obiecta autem satis soluta sunt, aut infra soluentur, infra quoque addentur uerba Gulielmi de ista materia.

Quæ-

QVAESTIO II.

Argnt ur in partem negatiuã.

COnsequenter quæritur, *Per quæ uerba ac nomina aptius exprimatur hæc supernaturalis conuersio, an scilicet ista sint uerba, panis fit corpus Christi uinum fit sanguis Christi, panis potest esse, seu fieri corpus Christi, de pane factum est corpus Christi: quod fuit panis, est corpus Christi.* ¶ Videtur, quòd nõ, qa in hac conuersione non manet commune subiectũ, ratione cuius unum extremorũ possit ꝓdicari, ac uerificari de alio, & prætactæ propositiones queant admitti. & tñ sancti patres talibus propositionibus frequenter sunt usi, ut partim habetur in textu; & pleniùs in decreto de consecratione. Verum ista, & consimilia argumenta ex responsionibus soluantur sequentibus.

De condi 2. ca. Ego Ber. 2. ca. Forte

¶ Itaque Antisi. in summa sua lib. 4. ad ista rñdet quẽadmodũ sancti testantur, panis transit in corpus Chri, & uinũ in sanguinem. Hinc omnes propositiones trãsitũ designãtes sunt concedendę in istis, ut ꝙ panis trãsiti in corpus Chri. & transsubstantiatur ac suo modo mutat in illud, & item, ꝙ panis fit corpus Chri. omnes quoq; illæ negãdæ sunt, in quibus non significatur huiusmodi transitus, sicut dicitur, panis est corpus Christi. Hinc asserit Damascenus, quod sicut panis, & uinum per nutrimentum transeunt in corpus hois pexistens, sic panis transit in corpus Christi. Quod tamen est partim dissimile quia per istam conuersionem corpus Christi nequaquam augetur, neque mutatur.

Thomas aquinas.

¶ Hanc respõsionẽ allegat, & approbat, in quodlibe. Hen. At uerò Thomas pleniùs hic respondet, & primò ad istud: Vtrum conuersio ista exprimi possit per uerbũ substãtiuũ alterius tpis, quàm ꝓsentis, dicendo: Quod est panis, erit corpus Chri: uel qđ est corpus Chri fuit panis: Hæc, inquiens, conuersio differt ab oi alia mutatione, qa i ista nõ est accipere subiectũ cõe, sed duos terminos tm, In in oi uerò naturali mutatine est subiectum cõe. Hinc cunctæ locutiones exprimentes mutationẽ, per quã importatur ordo termini ad terminũ, conceduntur in ista materia, ut hæc. Panis conuertitur in corpus Christi. Locutiones uerò, quæ exprimunt identitatem subiecti, nõ sunt propriè concedendę. Sed qa in hac conuersione est aliquid simile identitati, puta communitas specierũ q̃ manet hinc ide, quamuis nõ sint cõuersionis huius subiectum: ideo tales locutiones interdũ à sanctis sunt positæ, ut identitas non referatur ad subiectum, sed ad species eas dem: ideo tales locutiones, cũ sint impropriè, nõ sunt extendendę. Cumq; propositio ista, quod est hoc fuit illud, uel quod est hoc, erit illud, expresse importent idẽtitatem subiecti mutationis propter naturã relationis, non est simpliciter concedenda. Itaq; quod in libro de sacramentis ait Ambrosius, quod ante consecrationem extitit panis, post consecrationẽ est corpus Christi, exponendũ est sic: Quod est sub speciebus panis, primò fuit panis, & post erit corpus Christi Hęc Thomas. Quæ responsio videtur procedere iuxta aliam eius relpõsionem, qua dicit per ly, hoc, demonstrari aliquod cõmune mouens sub utroque termino idem, quæ secũdũ ꝓhabita a multis non acceptatur. Vnde nec uerior videtur propositio ista: Quod est sub speciebus panis, primò fuit panis, & postea corpus Christi, quam locutio illa Ambrosij. Nil. n. assignabile est, qđ primò fuit panis, & postea fit corpus Christi ideo locutio sancti Ambrosij videtur sit exponenda: Ante consecrationem fuit panis, & post consecrationem est corpus Christi, i. in corpus Christi conuersum est.

Ambro.

Quæstio. Thomas.

¶ Porrò cum quæritur, an ista sit uera, panis fit corpus Christi. Thomas respondet: cum dicitur hoc fit illud, ly, hoc, ex ui locutionis importat subiectum factionis, quod utrique termino est cõe: ideo non est propriæ concedenda. Cui responsioni obijcitur prẽinducta Antisiodorensis responsio, & ipse met sanctus doctor dixit in hymno de sacramento Verbum caro panem verũ verbo carnẽ efficit, fitq; sanguis Christi merũ &c. Quamuis autem in factione naturali subiectum factionis utrique termino sit cõe, nõ tñ in factione hac supernaturali, in qua totum transit in totũ. Vnde Damascenus. 4. asserit libro. Christus panem, & uinum fecit corpus suum, & sanguinem. ¶ Si uerò obijciatur, quia omne fieri terminatur ad factum esse: sed hæc nunquã erit uera panis factus est corpus Christi: dicendum, quòd loquendo secundum exigentiam huius materiæ, ista est uera: panis factus est corpus Christi, id est, in corpus Christi conuersum est. Hæc enim factio non est nisi transsubstantiatio, qua totũ transit in totum, atque (ut sanctus ait Hilarius libro de trinitate) nomen sermoni, sed sermo rei debet esse subiectus. Hinc in omni tractatu secundum exigentiam materiæ est loquendum. ¶ Præterea ad istud, utrum ista sit uera, De pane fit corpus Christi, Thomas respondet: secũdum Philosophum, primo Ethicorum, in rebus permanentibus dicimus, per se hoc fit hoc; in non permanentibus autem, per accidens. In non permanentibus demum proprię dicitur, hoc fit ex hoc & paccidens, in permanentibus. Et si aliquando dicatur aliquid fieri ex permanente, hoc est, inquantum cum re permanente intelligitur aliquid non permanens, ut cum dicitur ex ære fit statua, intelligitur ex ære non figurato. Sicque locutio ista, ex hoc fit hoc, principaliter exprimit ordinem terminorum adinuicem, & per ꝓns, qñq; unitatẽ subiecti. Vnde qñq; importat tantum ordinem, sine hoc, qđ importet subiectum. ut cum dicitur, ex mane fit meridies, id est post mane. & ita conceditur ista, ex pane fit corpus Christi, si ly, ex, non denotet subiectũ & quasi causam materialem, sed tantum ordinem conuersionis adinuicem, sed hæc De pane fit corpus Christi, est minus propria, quoniam propositio ista de ꝓsubstantialitate, denotat, ut tangit Ambrosius. Tñ aliquando ponitur de pro ex, sicq; potest ista concedi, de pane fit corpus Chri, sicut ex pane.

Damasce. lib. 4.

Obiectio.

Dilutio.

Ex pane fit corpus Christi.

Panis potest esse corpus Christi. inepte dicitur.

¶ Quæritur quoque, an hæc sit uera, panis potest esse corpus Christi. Respondet, quòd cum potentia pertineat ad subiectum, non est dubium, quòd cum dicitur, panis potest esse corpus Christi, importatur unitas subiecti: ideo non concedenda quia nil panis unquam erit corpus Christi. sed sicut cõceditur ista, panis conuertitur in corpus Christi, ita & ista, panis potest conuerti &c, quia cuius est potentia eius est actus. ut dicit in lib. de somno, & uigilia. Hæc Tho. in Scripto.

Thomas aquinas.

¶ Præterea in tertia parte, quæstio. 75. ad omnia ista sub una quæstione respodet, ubi & istam concedit: Panis fit corpus Christi: Hæc dicens, conuersio panis in corpus Christi, quantum ad aliquid, conuenit cum creatione, & transmutatione naturali: & quantum ad aliquid differt ab utraque. Est enim commune his tribus, ut scilicet post hoc sit hoc. Nam in creatione est esse, post non esse, atq; in hoc sacramento post substantiam panis est corpus Christi. In transmutatione quoq; naturali ignis post aerem. Rursus cõmune est eis qđ prædicti termini non sunt simul. Conuenit autem conuersio

Cõuersio sacramentalis habet aliqd cõe cũ creatione, & trasmutatione naturali.

uersio ista cum creatione, quod in nulla earũ est ali quod subiectum utriq; extremorũ cõe, cuius contrarium est in omni naturali transmutatione. Cõuenit item conuersio ista cũ transmutatione naturali in duobus, quãuis non similiter. Primò: qm̃ in utraque unum extremũ transit in aliud, ut panis in Chri corpus, & aer in ignem, sed non ens nõ conuertitur in ens: ueruntñ aliter accidit hoc i utraq;, qm̃ in cõuersione hac sacramentali tota substantia panis trã sit in totum corpus Christi. In transmutatione uerò naturali materia vnius susc ipit formam alterius, forma prioris deposita. Secundò conueniunt in hoc quòd utrobiq; remanet aliquid idem, quod non cõtingit in creatione, attñ differenter: quia in transmutatione naturali manet eadem accidentia. Ex quib⁹ accipi potest, qualiter in his diuersiomodè sit loquẽdum. Cũ. n. in nullo triũ prædictorum extrema sint simul, idcirco in nullo eorum potest per uerbum substantiuum præsentis temporis unum extremum prædicari de alio. Non enim dicimus, nõ ens est ens uel panis est corpus Christi, aut album est nigrum seu aer est ignis. Sed in omnibus his propter ordinẽ extremorũ posimus uti hac præpositione, Ex quæ ordinem notat. Vnde dicere possumus ex non ente fit ens, ex aere fit ignis, ex pane fit corpus Christi cumq; in creatione unum extremorum non trãseat in aliud, non possumus in creatione uti uerbo conuersionis, dicendo: Non ens conuertitur in ens, quo uerbo uti possumus in hoc sacramento, sicut in transmutatione naturali. Verum quia in hac conuersione tota substantia in totam mutatur, propriè transsubstantiatio nuncupatur. Iterũ, quia i hac conuersione non est commune subiectum ea, quæ uerificantur in conuersione naturali, non sunt conncedẽda in ista. Et primò constat, quòd potentia ad oppositũ, consequitur subiectum: ratione cuius dicimus album potest esse nigrum, aer potest esse ignis quãuis hæc secunda nõ sit ita propria sicut, prima, qa subiectũ albedinis in quo est potẽtia ad nigredinẽ, est tota substantia albi: subiectum uero formæ aeris, est pars eius. Vnde cũ dicitur, aer potest esse ignis, uerificatur ratione partis per synecdochẽ. Porrò in hac conuersione, & creatione, quia nullum est commune subiectum, non dicitur unum extremorum potest esse aliud, ut quod non ens possit esse ens uel panis possit esse corpus Christi. Eadem quoque ratione non potest propriè dici, quòd de non ente fiat ens, aut de pane corpus Christi, quia ly, de notat causam substantialem, quæ substantialitas extremorum in naturalibus transmutationibus attenditur, penes conuenientiam in subiecto. Consimiliter ratione non conceditur, quòd panis erit corpus Christi, uel fiet corpus Christi: Quemadmodum nec in creatione conceditur, quòd non ens erit ens, aut fiet ens, quia hic modus loquendi verificatur in transmutationibus naturalibus ratione subiecti. Nihilominus quia in hoc sacramẽto, facta conuersione, manet aliquid idem, ut accidentia panis, possunt secundum similitudinem quandam aliquæ harum locutionum concedi, vc3 ꝙ panis fit corpus Christi. vel, panis erit corpus Chri; uel, de pane fit corpus Christi. ut nomine panis intelligã non substantia panis, sed in uniuersali hoc, ꝙ sub speciebus panis continetur, sub qbus primo cõtinetur substantia panis, & postea corpus Christi. Hæc idem in Summa. ¶ Cuius hoc ultimum dictum rursus procedit scdm uerba eius prætacta, cum tamen pateat quòd nec accidentia illa, nec panis unquam erit corpus Chri. ¶ Cõcordat Petrus dictis ex Thoma in oĩbus. ¶ Albertus quoq; suis consonat. Hanc tamen, panis fit corpus Christi, negat. attamen non secundum illum sensum, & modũ, quo ea concesi.

3 p. q. 75. ar. 8.

Petrus. Albertus. Bonauen.

¶ At uerò Bonauẽtura, Conuersio, ait, ista est singularis: qm̃ totum transit in totum uirtute supernaturali. ideo non est idẽtitatis panis ad corpus Christi, neque causalitas. In corpore quoq; Christi nulla est innouatio, nec in pane ulla est ordinatio ad istam conuersionẽ secundũ causas inferiores. Ex his quatuor regulæ eliciuntur. Prima est, quod omnia uerba significantia identitatem panis ad Christi corpus, reddunt falsum sermonẽ: idcirco sunt exponendæ siue negandæ, ut cũ dicit, panis est corpus Christi. Similiter non sunt recipiendæ tales locutiones cum relatiuo. Secunda regula est, ꝙ omnia uerba significantia innouationẽ circa corpus Christi, falsæ dicũtur de ipso. q̃ aũt designant conuersionẽ, ac trãsitũ, uerè dicuntur. Et qm̃ gñati dicit innouationẽ, fieri uerò potest transitũ designare, sicut cũ dr hoc fit illud, idcirco cũ uerbo fiendi possunt concedi, non cum uerbo gñandi. Hinc ista magis est propria panis fit corpus Christi, quàm ista, De pane fit corpus Christi. Tertia regula, cum nulla sit ordinatio panis ad corpus secundum causas inferiores: ideo uerba hæc significantia sicut hoc uerbum potest, absolutè dictum, faciunt falsam locutionẽ: ut cum dr, panis potest esse corpus Christi. Si aũt dicatur ordinatio secũdum causas superiores, locutio uera est: ut si dicatur, panis potest cõuerti à Deo. Quarta regula, cum nulla sit ad istud iu pane causalitas, sed solum transitus eius in corpus dominicum: Hinc omnes propositiones causalitatem importãtes, red dũt locutionẽ impropriè. Vnde impropriè sunt cũ præpositionibus de & ex, prout notant causalitatẽ non ut insinuant ordinem. Itaque solum illa oratio est uera, ac propria: iõ qa est uerbum significãs non identitatem, nec innouationẽ, nec ordinationem naturalem, sed solum conuersionem, cum ꝓpositione importante non causam, sed transitum sicut dum dicitur, panis cõuertitur in corpus Christi; Hæc Bonauentura.

Quatuor regulæ circa conuersionis ex ꝓsionem obseruandæ.

Thomas. argẽtinẽ. Scotus Gulielm.

¶ Idem Argentinensis, & Scotus.

PRæterea circa hæc scripsit Gulielmus in suo Sacramentali: In hoc sacramento altaris ipse panis uitæ à fidelibus quæritur ut ipsemet eos seipso reficiat, atque ipsorum, uiscribus ipse inhæreat. Ex quo apparet, substantiam panis materialis in sacramento post aduentum cœlestis, ac uiuifici panis nullatenus remanere. Dignum quippè, & iustum est, ut adueniente uerò, & uiuifico pane, cedat ei materialis, ac uisibilis panis substantia, & recedat ab accidentibus, & à forma sua uisibili, relinquens eam tanti ministerio sacramenti. Nec est contra naturam ullo modo sed iustitia, & ius creatoris, ut ei aduenienti honorem deferat creatura, vc3 panis, relinquens ei penitus locum suum Hoc pia, & ueridica tenet fides. & hæc est intentio, seu ratio transubstantiationis. ipse transitus substantiæ panis materialis uisibilis ob aduentum uiuifici panis saluata forma, & ueritate accidẽtium ad ministerium sacramenti. Non. n. potest dici generatio uiuifici panis fier ibi, cum iam ante ꝓsecrationẽ sit panis ille i se illæsus, ac integer: neq; corruptio panis materialis, cum eius forma substantialis ibi non maneat, sed definat esse, materia quoque ipsius panis formã panis uitæ non uiduat. neq; addatur materiæ, seu corpori panis uitæ, videlicet Christi, neque accrescat. Hæc Gulielmus Qui de his plura conscribit, quæ satis intricata uidentur,

Intẽtio & ratio trãssubstantiationis.

nec

nec intelligenda sunt quasi substantia panis recedat per resolutionem sui in præiacentem materiam, aut per localem uel realem discessionem, aut quod substantialis forma panis desinat ibi esse per relapsum, aut cessionem in potentiam materiæ: sed per ueram & realem transsubstantiationem substantiæ panis in corpus dominicum, quod aduenit ibi non per descensum aut recessum a cœlo, neque per aliquem motum localem, sed absq; sui mutatione incipit ibi esse per transsubstantiationem substantiæ panis i ipsum, secundum expositionem præhabitã: quãquam doctor præfatus in eodem libro hinc inde aliqua scribat, quæ alium modũ, & aliã causam præsentiæ corporis Christi in sacramento altaris videntur præ tendere: sicut dum ait, Quia ergo non per medium quasi transiliens aut transuolans, de altari in altare vel in aliud quodcunque, aut à solio gloriæ suæ desiliens in omnia altaria præsentiam suæ humanitatis exhibet, sed solo imperio, ac suæ beneplacito uoluntatis, cui summa subiectione obedit corpus ipsius subito. & in ipso. Núc, ubi uult, est corpus eius, non suam sequens naturam, sed beneplacitum imperantis, exhibet ergo illud in omnibus sacerdotũ absq; successione motiua, & inde assumit illud in cœlum absq; recessu motiuo. Sicut enim uoluntas eius subita est, & tota simul, sic p̃sentatio, & absentatio, corpopis sui subitæ sunt, & utraque tota simul per se. Quoniam ergo ex sola uoluntate animæ imperantis, aut uerbi æterni, & nequaquam ex natura corporis, acquirenda sunt huiusmodi loca corpori Christi, manifestum est: quoniam corpus illud sequitur uoluntatem imperantis, non propriã suam naturam & propter hoc exhibet præsentiam suam, ubicunque iubetur, & quantuncunq;, non per motũ illuc se transferens, sed per obedientiam inter quã & iussum nihil est mediũ. Hæc uerba doctoris istius prorsus obsura videntur, & vel mysticè, aut methaphoricè sunt prolata, aut certè erroneè. Etenim corpus Christi in altaribus est, atq; in hostijs consecratis, non ex solo imperio verbi, seu animæ Christi, sed, & per transsubstantiationem præfatã: nec solũ est ibi subito, aut instantaneè, sed quàm diu species sacramentales permanent ibi. In diuersis quoque pyxidibus reseruatur assiduè.

QVAESTIO III.

Arguũtur contra ueritatem.

NVnc quæritur de materia sacramenti istius, *An scilicet in solo pane triticeo conficiatur corpus Christi, & sanguis eius in uino uitis duntaxat*. ¶ In qua q̃one quæstiones quãplurimę includuntur, q̃ (ut patebit) in processu tangentur. Et arguitur primò, quod non solum panis triticeus sit materia sacramenti corporis Christi: quia ut multi notabiles dicunt doctores, in pane spelteo confici potest. Secundò: quoniam Christus comparat se grano frumenti, sub quo etiam continentur spelta, & far: ergo in illis, pane inde confecto, poterit cõsecrari. Tertiò, quia si in solo pane triticeo confici, potest, uidetur in pane mixto consecrari non posse. Sed raro inuenitur triticum purum. Quartò, in omni aqua vera potest baptizari, ergo in omni uero pane poterit, celebrari. Quintò, multæ sunt terræ, in quibus non crescit uinum, & uix potest adduci: ergo non conuenit ibi uinum ad consecrationẽ sanguinis requiri, cum materia huius sacramenti debeat esse cõmunis. atque in promptu adipiscibilis. Circa hoc q̃ritur, an in aceto, & agresta cõficiatur. ¶ Circa hæc

Iohan. 12.

loquitur Thomas: Materia sacramenti competere debet significationi sacramenti ac usui: & utroque modo exigitur duplex materia in hoc sacramento. Vsus enim huius sacramenti est manducatio, seu refectio, quæ cibum, potumq; requirit. ideo duplex debet esse sacramenti istius materia: Vna quæ in escam alia, quæ in potum accipitur. Significatio quoque huius sacramenti est duplex: vna qua repræsentat passionẽ Christi præteritam, in qua sanguis a corpore extitit separatus: ideo signũ corporis, signum quoque sanguinis, offerenda sunt in sacramẽto hoc separatim duplici existente materia. Alia significatio sacramenti istius, est salus, & gratia corporis, & animæ, quas inducit. Sacramenta enim efficiunt, quod designant. Panis autem confortationem, & salutem corporis repræsentat, sanguis salutem, corroborationemq; animæ. ¶ Si autem his obijciatur, quia si ita est, communicandus est populus specie sub utraque. Videretur quoque, quòd in terris ubi habetur triticum, & non uinum, liceret celebrari sub specie panis sine sanguinis consecratione: atque in terris ubi est uinum, sine consectione in pane. Et respondendum, quòd populo nõ datur sanguis, ad uitãdum effusionis periculum. At tamen secundum aliquorum morẽ ministris altaris datur sanguis: q̃m de eorũ cautela præsumitur, qđ uitabunt periculum magis, quàm laici. Deniq; in ueteri lege offerẽtes de libaminib. nil habebant, sed soli sacerdotes per libamina autẽ præfigurabatur cõmunicatio sanguinis, sed de sacrificijs partem habebant, per quæ significabatur communicatio corporis Christi. Ad aliud respondendum, quòd quamuis consecratio sanguis non depẽdeat à consecratione corporis, ut quidam dixerunt, tamen non habens utramq; materiam, potius deberet à celebratione desistere, quam contra morem ecclesiæ in una sola conficere. ¶ Præterea si quæratur cur panis, & uinũ sint huius sacramenti materia: dicẽdum, quòd principalis causa institutio est diuina, cuius institutionis est multiplex ratio. Primò, ex parte usus sacri: q̃m panis, & uinum communius in cibum, & potum proueniunt, sicque per ea in spiritualem refectionem manuducimur magis aptè. Secundò, ex sacramẽti effectu: quia ut primæ Corint. 11. ait Glossa panis præ cæteris cibis sustentat corpus, uinum lætificat cor. Ita & hoc sacramentum magis letificat, & sustentat charitate inebriatos, quàm alia sacramenta. Tertiò, ex ritu celebrationis: quoniam duo ista tractantur mundiùs, ac frequentiùs, quàm cætera alimenta. Quartò ex significatione duplicis rei sacramenti. Panis namque ex multis granis conficitur, & uinum ex multis acinis confluit, quod competit ad significandum corpus Christi uerum ac mysticum. Quintò, ex repræsentatione eius, qđ præcessit. Grana namq; in area cõculcanẽ panis in fornace decoquitur, & vinum in torculari, & ita per ea Christi passio designatur. Denique, non decuit sacramentum euangelicę legis in aliqua specie aut materia Mosaycæ legis institui, ut signaretur cessatio sacrificiorum legis illius, quorum sacerdotium imperfectius fuit sacerdotio Christi: ideo cõuenienter ad illas species in nouo testamento reditur, quibus ostenditur sacerdotium Christi sacerdotio leuitico præminere: hoc est, ad materiam oblationis Melcisedec, qui obtulit panem, & uinum, ut probatur Apostolus.

¶ Cõuenit quoq;, ut sit panis triticeus, imò nec cõfici põt nisi ī pane triticeo, cuius causa est institutio Dei, qui in hoc pane confecit. Potestq; triplex ratio tradi-

Duplex sacramenti huius significatio.

Obiectio.

Dilutio. Altera species laicis subtrahẽda propter periculũ.

Abstinendum est a celebratione si altera desit specierum.

Quæstio. Panis, & vinum sũt sacramenti congrua materia.

1. Cor. 11. Psal. 103.

Gen. 14. Heb. 7.

Panis triticeus est sacramenti materia

tradi prima ex effectu, quia hic panis nutrimentũ melius confert. Vnde competit ad significandum excellentiam gratiæ, quæ in isto sacramento præstatur, Secunda ex usu, quoniam panis triticeus in cibum uenit communius. Alii autem panes non fiũt nisi propter defectum tritici. Hinc panis simpliciter dictus, intelligitur de tritico, quemadmodum, oleum de oliuis. Tertia ex re contenta, quæ est Christus, qui se grano frumenti comparauit, dicens: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit &c. Omnis autem panis non est omni pani in specie similis, sicut omnis aqua omni aquę propriè sumptę. Ideo in omni aqua conferri potest baptismus. Aliqui uero affirmant, quòd in spelteo pane confici queat propter similitudinem eius cum tritico. Verum ut pater intuenti, quantum ad figuram plus appropinquat ordeum ad similitudinem tritici, quàm spelta, amoto cortice ab utroq;, quamuis in colore spelta magis conueniat. Sed inter omnia alia huiusmodi. plus cõuenit, maxime in figura, far cum tritico Similiter in colore. Hinc ex identitate figuræ non potest haberi, quod aliquod horum sit eiusdem speciei cum tritico, sed ex alio accipi põt experimentum identitatis specifici. Generans namq;, & genitum conueniunt de necessitate in specie non in accidentibus, imo accidentia uariantur ex causis extrinsecis. Cumq; ex grano tritici vbicunq; seminetur, nunquam nascatur spelta aut far vel ordeum seu aliquid tale, sequit, quòd omnia ista differunt a tritico specie. ¶ Insuper, dum quæritur an confici valeat ex pane mixto de tritico, & alio grano: dicendum, quod ista admixtio potest esse dupliciter: Primò quod extraneum mixtum soluat speciem eius, cui miscetur, trahendo illud ad speciem suam, aut mediam speciem faciendo, vt dum vtrũque æqualiter ponitur, sic tñ, vt æqualitas non solum penes quantitatem, sed etiam iuxta uirtutis proportionem seruetur. Secundo sic, quòd species re, soluatur, sed additum trahatur ad speciẽ eius cui miscetur, vt si modicũ aquę multo uino admisceatur. Si ergo tantum miscetur tritico, quod species tritici corrumpitur, non fit consecratio in pane inde formato. Et de hoc potest haberi iudicium ex sapore, & accidentibus alijs: quoniam teste Philosopho primo de anima, accidentia magnam conferunt partem ad cognoscendum, quod quid est. Si autem species manente appareat dispositio ad corruptionem, potest adhuc inde confici, quãuis graiter peccet inde conficiens propter reuerentiam sacramenti. Porrò quòd species maneat, potest cognosci ex hoc, quod cõtinuitas non est solũta, nec alia accidentia omnino ablata. Cumque amidum fiat de farina triticea, quæ per attritionem, & excolationẽ, atq; uaporis admixtionẽ, uidetur speciẽ farinæ amisisse, vel ad corruptionem omnino esse dispositа: idcirco ex eo p̃ficiẽdũ nõ est, imo nec põt secundũ quosdã. Aliqui quoq; dicũt, quod amidũ cum sit crudum, nõ valet humus sacramenti esse materia, sicut nec pasta: sed si coquat, inde potuerit cõfici: quoniã amidum fit ex farina maximè depurata. Ad q̃stionẽ demũ de materia conse crationis sangui nis, est dicendũ, quod non potest confici sanguis nisi de uino vitis, quia hoc propriè uinũ est. Alia vero dicunt uina propter similitudinem ad illud. Cõmuniq; quoq; hoc uinũ in potum accipitur, & habet proprietates magis conuenientes ad sacri effectum, inquantum calefacit, atq; lætificat. Nec est aliqua terra, ad quã nõ valeat tm̃ de uino adduci, quantũ necessariũ est ad p̃fectionẽ istius sacramẽti. De aceto aũt nõ põt cõfici, qm̃ sicut 8. metaphisicę scribit Philosop. ex vino generatur acetum, sicut ex uino fit mortuũ. Hinc sicut animal viuũ, & mortuũ nõ sunt speciei eiusdẽ, ita nec acetũ, & vinũ: quod oñdunt etiam proprietates eorũ: qm̃ uinũ est calidũ, acetũ est frigidũ: nec fit reditus de aceto in vinũ, sicut nec demorruo ad uiuũ. Idcirco de uino, quod omnino acetũ factũ est, confici nequit, sed si fit acidũ quasi in uia ad acetũ, p̃fici põt inde, sed sine necessitate nõ debet, alias cõficiẽs inde, peccaret. Porrò si vinũ cõsecratũ reseruatũ fiat acetũ, nõ remanet ibi sanguis, sicut nec corpus in pane oino corrupto. Amplius, nec de agresta confici põt. Generabile quippe non recipit speciẽ nisi in termino generationis. Cumq; agresta sit in uia generationis ad vinũ, quẽadmodũ sanguis dũ incipit coagulari est in via generationis ad animal, hinc sicut sanguis ille nõ dũ est animal, ita agresta nõdũ est uinũ. Mustũ uero ad cõpletã vini speciẽ est deductũ. Dulcedo eñ ipsius attestatur maturationi eius, q̃ digestionis est species. Digestio aũt est cõpletio a naturali calore, ut quarto methaphisicę dicit, idcirco, ex musto p̃fici põt, sed nõ decet pp impuritatẽ illius, nisi necessitas exigat. ¶ Præterea q̃rit, an aqua uino sit apponenda, & an hoc fit de necessitate sacramenti, & utrũ in magna quãtitate. Ad quorum primũ dicendũ, qđ imò, qm̃ Chr̃s probabiliter credit aquã oppositisse, cũ in terra illa sint fortia uina, q̃ aqua tẽperanẽ ibidẽ: tñ de aqua nõ fit in euãgelio, mẽtio, qm̃ nõ est principalis materia in hoc sacr̃o, sed appositio eius huic cõuenit sacramento, quantũ ad repr̃sentationẽ passionis Christi, & quantũ ad significationẽ rei sacramenti istius mysticã, per aquã significatã, iuxta illud Apoca. Aquæ multæ, populi multi. Sicque appositio aquæ ad vinum, significat vnionem membrorum cũ capite ratione ipsius cõiunctionis, amorẽ quoq; capitis patientis p̃ mẽbris ad ipsa, ex hoc, q̃ ex duobus p̃iũctis fit vnũ, atq; p̃cessum redẽptiõis a capite ad mẽbra ex ipsa trãsformatiõe aquæ in uinũ. Hinc asserit Glossa sup illud Marci, Accepit Iesus panẽ: Neq; aquã solã, neq; vinũ solũ alicui licet offerre, ne uideat caput a membris secernere, vel Chr̃m sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, vel nos sine illi⁹ passiõe saluari. De aqua demũ apposita ẽ duplex opinio: Vna, q̃ manet in sua natura, & solum uinũ transsubstantietur, sicque aqua nõ apponitur nisi propter significationẽ. Alia, quòd aqua in uinum conuertitur, sicq; totũm Christi sanguinem transsubstantietur. Et quæcunq; harũ opinionũ sit vera, constat, quòd aqua non sit sacramẽti huius materia. Secũda quoq; opinio verior esse videtur, tã secundũ naturalẽ, rõnẽ, qua modicũ aquæ vino multũ maiori admixtũ, absorbet ab illo: quã ẽm sacramẽti istius ritũ, q̃a si aqua in natura propria remaneret, calix cõsecratus non esset tãtum potus spiritualis, sed etiã corporalis, & ita nõ liceret post primã sanguinis sumptionẽ iterum sumere. Ad secundũ quæsitum dicendum, quòd materia proportionatur sacramento, secundum quod aliquid est de essentia sacramenti. Cumq; prehabitum sit, quòd huius sacramenti perfectio consistat in cõsecratione corporis, & sanguinis Christi: & nõ in vsu materiæ consecratæ, sicut in baptismo, & cõfirmatione: ideo ex parte materiæ illud tãtũ est de necessitate sacramẽti, quod designat corpus, & sanguinẽ domini, vtpotè, panis, & uinum. Quod vero significat vsum, & effectũ sacramenti istius vtpote aqua, nõ ẽ de necessitate sacramẽti istius: ideo uinũ sine aqua cõsecrari p̃let, quãuis non sine cõsecrã

Iohan. 12.

Amidum.

Vinum uiris est materia cõsecrationis sanguinis.

Aceto cõfectario nõ põt fieri.

Agresta nequit cõfici.

Musto nõ passim est celebrãdũ. Quæstio; Aqua uino miscetur ī sacrificio.

Mar. 14.

Opinio duæ.

Apo. 17.

tis peccato. ¶Quæritur quoque, an liceat aquam artificialem vino apponere. Respondendum, quòd ex quo ex uino confici potest, aqua non admixta, non impedit consecrationem, si aqua artificialis apponatur: nõ tamen fieri licet, cum aqua artificialis non sit eiusdem speciei cum vera, naturaliq; aqua. Dicunt tamen non nulli, quòd de pane confecto ex farina tritici, & aqua artificiali, vt rosacea, confici posset, quamuis peccaret sic agens. Veruntamen, cum principalis materia sacramenti corporis Christi sit panis, de cuius substantia, & compositione est aqua, cuius diuersificatio specifica parit speciei diuersitatem in pane, seu in materia sacramenti, hinc probabilius uidetur, quòd ex tali pane confici nõ valeret. Nec debet multum de aqua apponi, cum aqua illa debeat absorberi à uino, non ipsum uinũ conuertere in se, nec aliquod medium per mixtionem efficere deo tutũ est apponere modicũ aquæ: præsertim dum vinum est debile: quoniam quantũcunque parum apponatur, significatio conseruat. Hæc Thomas in Scripto. Eadem scribit in tertia parte quæstione 74. vbi & addit, quorũdam fuisse opinionem, quòd aqua uino mixta, conuerteretur in aquam, quæ fluxit in cruce ex latere Christi. Quod reprobat, quia secundum hoc aqua seorsum consecraretur à uino, sicut uinum a pane. Debet quoq; aqua naturalis, non artificialis uino misceri, quia de latere Christi fluxit vera aqua, nõ humor phlegmaticus, ut quidam dixerunt: ad ostendendum, qđ corpus Christi erat verè compositum ex quatuor elementis, sicut per sanguinem fluentum ostendebatur, quòd uerè fuit compositum ex quatuor humoribus, vt Innocentius protestatur. Hæc in Summa. In quibus scripta Petri, Durandi, Richardi, Argentinensis, multorumque aliorum contenta sunt. Et vt refert Innocentius, Græci in celebrãdo aquã non addunt uino.

Opinio.

Vino cõse crãdo pari debet aq̃ apponi

Thomas aquinas. articu. 7.

Aqua naturalis nõ artificialis debet immisceri vino.

Albertus.

¶Porrò Albertus prædictis pro maiori parte cõ sentiens, de materia, cõsecrationis panis aliter sentisse uidetur dicendo. Absq; dubio frumentum est genus, & non species specialissima grani, & habet sub se speltam, & triticum. Vnde spelta frumentũ est, & de ipsa potest confici corpus domini sicut de tritico, & hoc nulli est dubium, considerando granum cum grano, & panem cum pane. Nec obstat, quòd Christus instituit sacramentum hoc in pane triticeo, quia in terra illa est frumentum ꝑm tritici speciem. Spelta aũt, & triticũ non sunt vniusspeciei, sed vnius generis proximi sunt species multũ vicinæ. Ideo partim distant in spicarum formatione, sed quasi nihil distant in forma granorum, & colore, atque sapore panis. ¶Verum his obijci potest quia hæc quæstio (vt dicitur) fuit ad sedem apostolicam deuoluta, iudicatumque fuit ibidem, quòd spelta sit species ordei. Rursus, Christus tactu suæ mundissimæ carnis regeneratiuam vim contulit aquis, suscipiendo in eis baptismum, propter qđ non nisi in aqua exhibetur verum baptisma? ergo, & ipse consecrando in pane triticeo, quem & accepit in manibus suis dignissimis, deditq; illi pani vt in eo duntaxat confici queat. Dicendum, quòd non puto curiã ita determinasse, & si ita determinauit, hoc fuit ex ignorãtia grani materię speltæ: Chrs aũt consecrãdo in specie tritici, dedit virtutẽ generi frumenti in omni specie eius. Hæc Albertus.

In spelta an possit cõsecrari.

Obiectio.

Matth. 26 Dilutio.

Thomas argen

Christus pane tritic cie, conse-

¶Quo circa scribit Argentinensis Consuetudinẽ consecrandi in pane triticeo ab apostolis sumsit ecclesia, atq; apostoli à Christo in cœna, Nam Christus tunc usus est pane triticeo, & eius actio, nostra est instructio. ¶Sed obiici potest: quoniam granũ speltæ, denudatũ a palea, é simile tritici grano, ergo de grano speltę possumus consecrare. Ad hoc aliqui dicunt, quòd granum speltę est eiusdem speciei cum tritico, & ideo confici queat de eo. Verum doctor communis, aliique communiter dicunt contrarium, quoniam unum nunquam generatur ex alio. Aliqui uero dicunt, quòd spelta differt a tritico specie, tamen species est frumenti, & ob id cõsecrari potest de spelta: Ego autem uellem, ꝙ in isto pũcto, & in cunctis similibus, vbi tangitur de necessarijs ad veritatem sacramentorum, doctores nunquã contradicerent mutuo, & vbicunque hoc fieret Romana ecclesia sua determinatione remediũ adhiberet. Duo ergo hic dico: Primum est, quòd tutiùs, atque consultiùs est, in consecratione domini ci corporis vti triticeo pane, quia in hoc vniuersi concordant, quòd inde confici possit. Secundum est, quòd pretacti doctores sufficienter non probãt consecrari non posse nisi ex tritico. Nempe secundum, Isidorum. 17. Ethimologiarum, frumenta sunt quæ habent aristas: cætera, fruges vocantur. Siligo ergo, & ordeũ sunt species frumẽtorũ. Cũq; nec ex scriptura, nec statuto ecclesiæ plus possit haberi de isto, nisi qđ materia cõsecrationis panis debet esse de granis frumenti, non sequitur, quòd non nisi ex tritico confici possit. Nec Christus comparat se grano frumenti tritici, sed frumenti. Nec certum est, quòd Christus usus sit in consecratione triticeo pane, quoniã nec scriptura sacra, neque decretum, nec decretalis, nec originalia sanctorũ hoc dicunt expresse. Et quamuis sic esset, ex hoc tamẽ nõ sequeretur necessitas, sed solum congruitas utendi pane triticeo in conficiendo: Veruntamen præfatæ doctrinæ communi contradicere nolo, sed idcirco hæc tango, quia si in solo pane triticeo confici posset, tunc maius periculum esset in alia quacunque materia celebrare, quàm ex uino uitis non apposita aqua conficere. Idcirco ecclesia illud potius prohiberet, quã istud, & tũ istud nõ prohibet, istud vero distinctè prohibet, ac frequẽter. Hæc Argentinensis. Cuius argumẽtatio vẽ nimis extẽsa: quoniã sequi uideretur ex ea, certum non esse quin etiam ex pane siligineo, ac ordeaceo confici possit. Hinc positio sancti Thomæ extat securior.

erauit in cœna.

Notabile dictum.

duo obser uanda:

Isido. 17. Etinio.

Ichan. 13.

Bonauen.

¶Veruntamen Bonauentura hic scribit: In alio pane, quàm de grano frumenti, & in alio vino, quã de vino uitis, non potest confici: & hoc determinauit Carthaginense Consilium. Porrò in omni pane de frumento. sicut in omni uino de uite, siue ibi sit differẽtia accidẽtalis, siue specifica, ꝙfici põt vt alij dicunt, saluata specie panis, & uini. Hæc ille.

Cõcilium cartha.

¶Qui tamẽ in breuiloquio dicit, quòd panis cõsecrationis debet esse de purissimis granis, qđ non nisi de granis triticeis propriè accipi posse uidetur.

¶Durãdus demũ affirmat, quòd idẽ sit dicere triticum, & frumentum, atq; quòd spelta, & far sint eiusdem speciei cum tritico, & ita ex oibus illis cõfici possit. Quod probat, qm̃ in terris quibuslibẽ se, minato tritico, nascit spelta. Sed ut patet ex dictis, ista non consonant doctoribus magis authenticis.

Durand?

¶Præterea Scotus: Chrs inquit, panẽ triticeũ pro materia sacri corporis sui instituit, atq; in signũ in stitutionis illa materia consecrãdo vsus est. Qđ aũt panis triticeus, & nõ alius sit sacramẽti istius materia, habetur de ꝙsecratiõe distinctiõe. 2. In sacro. De farina quoque triticea, & aqua elemẽtari coagulata debet panis formari: quia supponitur ita fuisse formatũ panẽ, quo vsus est Deus ꝙsecrãdo. Nec sufficit

Quæstio.

Amido nõ fit consecratio.

ficit pasta, sed requiritur panis, quia sic institutũ est.

¶Præterea dubium est de amido, an de ipso valeat formari consecrabilis panis: Et apparet, quòd sic: quoniam vsualiter reputatur panis triticeus. Sed si credamus expertis, qualitates, & operationes, per quas cognoscimus rerum naturas specificas in tota specie, aliæ sunt in amido, ac pane triticeo: ideo non videtur in amido confici posse. Et hoc probabilius est, ideo peccant, qui de amido ꝓparant, ac faciunt hostias consecrandas. Sacerdos autem utens tali materia, magis poterit excusari, dato, quòd in amido nihil conficiatur: qm̃ præsupponit materiam debite præparatam. Quamuis verò in veritate non esset panis talis consecrabilis, tñ non esset populo occasio idololatriæ: qm̃ quantũ in se est, supponit materiam esse idoneam. Denique quamuis pasta, & panis, vt probabile est, non differant specie: non tamen de pasta confici potest: quoniam noluit nobis Christus in sacramentis suis subtilem disputationem imponere de differentia materiarum harum specifica: sed vt panem usualem triticeum habeamus, qui solus est materia apta ꝓ consecratione corporis domini, vt patet de consecratiõe distinctiõe secũda ca. Nõ oportet. Hæc Sco.

de cõ. d. 2. c. Nõ oportet.

Thomas argentinẽ.

¶Sed Argentinensis hic scribit expressè, quod non habetur in iure de consecratione, nec in decreto, neque in decretalibus, sicut Scotus allegat. Et addit se occasione allegationis istius recurrisse ad libros iuris, nec ibi ita haberi. Cui contentioni põt qs faciliter finẽ imponere rextus inspiciendo, quos recolo me legisse, quamuis pro nunc non occurrat memoriæ qualiter habeatur ibidem. Nec dubiũ quin alij quoque doctores allegarent, quæ Scotus, allegat, si illic haberentur.

QVAESTIO IIII.

Quæ alia.

Amplius quæritur, *An Christus in cœna corpus suum sub sacramento accepit, ac manducauit, ac sanguinem suum speciebus vini consecrati potauit.* ¶Ad quod responsum est supra. Quæritur item an sacramentum corporis sui, tradidit Iudæ. Ad qđ

Antisiod.

responsio supra est tacta. Et tunc pleniùs respondẽdo, dicendum, quòd imò, ad dandum exemplum, quod occultis peccatoribus non sunt deneganda sacramenta, atque vt omnem occasionem, male faciendi ei auferet, quam ille concipere potuisset, si eũ ab alijs ibeneficijs dimouisset ante suæ malitię manifestationem: Hilarius tamen uidetur contrarium dicere, sed primum communius dicitur, præsertim quia diuinus Dionysius. 3. Ecclesiast. Hierarchiæ capitulo testatur; Symbolorum conditor sanctissima omnino de ei sacræ concœnanti partitur. Per sanctissima autem intelligit, corpus, & sanguinẽ Christi, vt patet ibidem. Apud Matthæum quoque sine exceptione legitur Christus dixisse, Accipite, & comedite ex hoc omnes. Nec per hoc Christus dedit Iudæ occasionem peccandi, sed potius, pœnitendi: & resipiscendi. Nec obstat, quòd Christus dixit nolite sanctum dare canibus. Nam quamuis prodi tor illæ in veritate fuerit, canis: hoc tamen nondũ innotuit alijs. Hinc expresse asserit Augustinus quod Christus in cœna corpus suũ tradidit Iudæ cũ cæteris. Postmodum vero dedit intinctum panem siue bucellã Iudæ in signum proditionis, & illa bucella non extitit consecrata ideo sub bucella non tradidit ei corpus suum. Quod etiam Iohan. 13. habetur in Glossa. Hinc quoq; de consecratione loquitur Augu. Non mala fuit bucella, quæ data fuit Iudæ a domino. Salutem medicus dedit, sed ille: quoniam malus erat, accepit ad perniciem, non exponitur de bucella illa intincta, sed de portione panis consecrati, quam iam ante acceperat. Vel dicit Iudas id ad pernicię accepisse: quia quod Christus fecit ad ipsius salutem, & commotionem, porrigendo ei bucellam, quatenus uidens se deprehensum, a proposito iniquo desisteret, ipse ad maiorem exasperationem, ac indurationem conuertit. Et tũc eius peccatum est auctum etiam propter præsumptionem, quæ cum magistro misit in paropsidem manum, quatenus audacia bonam conscientiam mentiretur. Hinc post bucellam dicitur in eum introisse diabolus per accumulationem peccati. Hæc Thomas in Scripto. Hæc eadem scribit in 3. parte. 8. quæsti. vbi, & addit, quod non decuit magisterium Christi, vt Iudam peccatorem occultum sine accusatione, & euidenti probatione ab aliorum communione, atque consortio separare, ne per hoc daretur prælatis ecclesię exemplũ faciendi similia.

Hilarius. Dionysius

Iud. Christi corpus accepit.

Matth 7.

Augusti.

de cõ. d. 2. cap. sanctis

Matth. 26.

Iohan. 13

3. par. q. 81 art. 2.

Ista communia sunt, & concordant in eis doctores, Albertus, Bonauẽtura, & cæteri, allegantes, qđ super Leuiticum scribit Efitius archiepiscopus, & patriarcha Hierosolymitanus. Chrs in cœna suum sanguinem consecrauit, & consecratum primo bibit, deinde discipulis dedit. Et item, ꝙ super Ruth. 3. capitulo loquitur Glossa Christus in cœna commedit, & bibit, & quia pueri, id est, eius discipuli, communicauerunt carni, & sanguini id est corpus & sanguinem eius in sacramento sumpserunt, & ipse communicauit eisdem, id est, corpus suum, ac sanguinem sumpsit.

Albertus. Bonauen.

Efitius.

Hebręi. 2.

QVAESTIO. V.

Antiodo. libro. 4.

REstant hinc adhuc alia perscrutanda, scilicet. *An consecrandum sit in fermẽto, uel azymo.* Et quale corpus Chrs dedit discipulis: hoc est an mortale, seu potius immortale, & vtrũ Corpus Christi in triduo in pyxide reseruatũ mãsisset ibid ẽ vtrũ uiuũ: etiam per omniptoentiam Dei hoc fieri potuisset.

¶De primo horũ scribit Antiosi. in Summa sua libro 4. Conficiunt Græci de fermentato, latini de azymo, & probant Græci, quod de fermentato sit conficiendum, quia (vt dicunt) dominus fecit pascha luna tertia decima dum nulla azyma erant in domibus Iudæorum. Præoccupauit quippè dominus facere pascha, vt dicunt: quoniam occidẽdus fuit luna 14. Istud quoque multipliciter probant. Primo: quoniam veritas correspondere debet figuræ, & umbræ: sed 14. luna offerebat in lege agnus paschalis, & typicus ad vesperã ergo, & tunc Christus per agnum illũ præfiguratus, fuit oblatus. Igitur in die parasceues fuit. 14. luna, & in quinta feria luna. 13. Secundo, quia in Ioh. scriptum est, ante diẽ festũ paschæ sciẽs Iesus, qa. uenit hora ei°, vt transeat ex hoc mũdo ad patrem: ergo ad ante diẽ festum comedit pascha, quæ dies fuit luna 14. Rursus quoq; legitur apud Iohannem: Ipsi nõ introierunt prętorium, vt non contaminarentur, sed manducarent pascha. Alia etiam quædam his cõsimilia introducunt, sed contra eos est euangelium cũ dicat Matthęus, Prima die azymorũ accesserũt discipuli ad Iesum, dicentes? Vbi uis paremus tibi pascha? Et illo die comedebant Iudæi azyma, nec aliquid fermentatum, tunc in eorũ domibus fuit. Idem asserit Marcus. Et Lucas ait, venit dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha, & ita tunc fuit luna. 14 Tunc ergo dominus confecit, & hoc in azymo, quo solo tunc vescebantur Iudæi. Deniq; hoc, Romana tenet ecclesia, quæ ab apostolis hoc accepit, quorum princeps Petrus tunc affuit. In typico autem pascha duo notantur, vide-

Typicum paschã vero rñdit ĩ duobus.

licet immolatio, eius atque comestio. Immolatio autem veri agni, videlicet Christi, inchoata est 14. luna, quia tunc captus est Christus, & pati incepit. Et quantum ad hoc, veritas consona est figuræ, & vmbræ. Comestio uero comestioni plænariæ correspondet. ¶ Si demum quæratur, cur nos non seruamus pascha 14. luna sicut Iudæi: dicendum primò, ne videamur Iudaizare. Secundò, qua præceptum fuit in Exodo de agno paschali, Non comedetis ex eo crudũ quid, nec coctũ aqua, sed assum tantum igni. Sed in triduo mortis Christus fuit quasi in mortis assatione, & tertia die resurgens, plenè pręparatus est spirituali comestioni. Tertiò, quia tunc Christus perfectè factus est pascha nostrum, transiens ab hac via, & mortalitate pręsenti, ad beatæ immortalitatis fœlicitatem, & gloriã. Hæc Antisiodorensis.

Quæstio. Ecclesia celebrat pascha nõ 14. luna. Exo. 12.

Thomas. Aquinas.

¶ Verum de his Thomas pleniùs, ac planiùs scribens, dominus, inqt, in azymo cõfecit, vt ex tribus Euangelistis manifestè habetur, & ita in primitiua ecclesia apostoli obseruabãt, ac celebrabant, quem morem Romana ecclesia ab apostolis, qui eam fundauerunt, accepit, ut Innocentius tertius refert. Postea vero, vt recitat Leo papa imminente hæresi Ebionitarum, qui dixerunt legalia simul cum euangelio obseruanda, sancti patres ne hæreticis illis cõsentire uiderentur, statuerunt instinctu spiritus sancti celebrari in fermentato. Cessanteq; hæresi, Romana ecclesia ad pristinum rediit mortem. Græci vero manserunt in obseruantia illa, addentes, quòd in fermentato tantum cõfici posset, ad quod probandum, dixerunt dominum in fermentato cõsecrasse. Cumque tres euangelistæ dicant dominũ prima die azymorum instituisse hoc sacramentũ, quidam Græcorum in tantam proruperunt insaniam, quod dixerunt tres euangelistas falsum scripsisse, atque a Iohanne esse correctos, dicente: Ante diem festum paschæ &c. ¶ Denique dato, quòd Christus luna 13. cœnam illam (vt dicunt) fecisset adhuc euidenter ostenditur, quòd in azymo Christus confecit: quia (vt scribit Chrysostomus super Matthæũ) apertissimè dominus demõstrauit, quòd a circuncisionis suæ principio usq; ad diem paschę extremum, non fuit diuinarum contrarius legum, in quibus præcipiebatur, vt cum azymis comederetur paschalis. Idcirco, dicendum, quòd in azymo, Christus confecit, & ita conficiẽdum est, quamuis, & in fermentato confici posit, sed non sine peccato, vtpotè morem, & ordinationem Romanæ ecclesiæ non seruando. Itaque auctoritatem illam sancti Iohannis, Ante diem festum paschæ, Græci isti falsè exponunt, quia eorum intellectus est manifestè contrarius tribus euangelistis, quibus nullatenus contradicere licet. Nec hoc alicubi inuenitur in lege, quòd lunam quartamdecimam anticipare aut peruenire licuerit. Vnde quidam Græcorum dixerunt non eandem fuisse diem, in qua saluator pedes lauit discipulorum, & istud instituit sacramẽtũ sed vna aliã præcesit; & quòd de prima loquať Iohannes, de alia cæteri euãgelistæ, ꝙ est cõtra usum ecclesiæ, quæ quinta feria ablutionẽ celebrat pedũ & contra euangelij textũ; quoniã vt habeť ex serie euangelij beati Iohannis probatur eodẽ sero, quo pedes lauit, a Iuda post bucella recedente est traditus. Hinc dicendum, quòd dies festus paschę, vocať prima dies de septẽ, quæ fuit celeberrima, & extitit luna 15. atq; in vespere pcedẽte offerebať, & comedebatur agnus paschalis cũ azymis panibus. tũcq; Christus fecit cœnam cum discipulis. Et hanc diẽ dicunt tres euangelistæ diem primum azymorum, & Iohannes ante diem festum paschæ. Insuper, non oportet veritatem in omnibus correspondere figuræ, Alioquin dicere oportet Christum fuisse ad vesperam oblatum in cruce. Quod vero obijciunt, quod Iudęi non introierunt prætorium &c. soluit: quoniam pascha multis modis sumitur in scripturis, & ibi pro paschalibus cibis accipitur. Chrysostomus tamen loquitur super Iohannem, quòd intelligitur de agno paschali, quem in alia die, quam lex instituit, comederunt soluentes legem, vt desiderium suum implerent in Christi occisione. Obijciunt quoque Græci, quòd dies sepulturæ Christi, vocatur magnus dies festus: ergo fuit primus dies septem dierum illorum solennium, qui primus dies celeberrimus fuit secundum legem. Item, vbi nos habemus, accepit Iesus panem in Græco habetur nomen hoc artos, quòd significat fermentatum. Et respondendum, quòd dies sepulturæ dicitur magnus, quia in eo cum festiuitate paschali concurrebat festiuitas sabbathi. Artos quoq; in Greco interdum pro pane azymo ponitur. Nam in Exodo vbi nos habemus panes azymos, in Græco habetur, artos azymos. Quod autem dicunt nos iudaizare, celebrãdo in azymo, nihil est, quia (ut ait Anselmus) iudaizare non est idem quod facere aliquid, quod fiebat in lege. alioquin, & ipsi græci iudaizarent, celebrantes in fermentato: quia in lege fuit præceptum, vt panes primitiarum fermentatos offerrent Iudæi. Sed facere aliquid legis hac intentione, ut legalia obseruentur, est iudaizare. Non autem hac ratione, sed vt Christo nos conformemus, atque ecclesiæ statuto obediamus, celebramus in pane azymo, qui huic competit sacramento: quia per azymum significatur puritas vitæ, quę semper seruanda est, quemadmodnm in thurificatione deuotio orationis. Idcirco utrunque seruatur in noua lege. Hęc Thomas in Scripto. At uero in 3. parte, quæstione 74. Circa materiam, ait sacramẽti istius sunt duo consideranda; videlicet, quid sit necessarium; & quid conueniens. Necessariũ est, vt sit panis triticeus: non autem, quòd sit azymus: quoniam in utroque confici potest. Conueniens verò est, vt vnusquisque secundum ritum suæ ecclesiæ in celebratione sacramenti se habeat. Super qua re sunt diuersę consuetudines ecclesiarum. Ait namque Gregorius, in registro: Romana ecclesia offert azymos panes eo, quòd dominus sine ulla cõmixtione suscepit carnem: cęteræ ecclesiæ offerunt fermẽtatum eo, quòd verbum patris indutum est carne, sicut fermentum miscetur farinæ. Ideo sicut peccat sacerdos in ecclesia latinorum celebrans in pane fermentato, ita peccaret presbyter in Gręcorũ ecclesia celebrans in azymo, quasi peruertens morem suæ ecclesiæ: Veruntamen consuetudo celebrandi in azymo, est melior. Primò quoniam Christus in azymo confecit, atque instituit istud. Secundo, quoniam panis est proprie materia sacramenti corporis Christi sine corruptione concepti. Tertio, quoniam hoc magis cõpetit synceritati fideliũ quę requiritur ad vsum huius sacramenti cõdignũ, iuxta illud Apostoli: Pascha nostrũ immolatus est Chrs. Itaq; expulemur in azymis synceritatis, & ueritatis. Habet tamen consuetudo Gręcorum aliq̃ rationem, & propter significationem, quã tãgit Gregorius, & propter detestationem hęresis Nazareorum, qui euãgelio miscebãt legalia. Hęc Thoma in Summa, in quibus quid continetur, qď dictis ex scripto eius ꝯtrariari videtur cũ dicat ibidẽ in fermen-

Innocẽti9 papa. Leo papa. Ebionitarũ hęresis. Iohan. 13. Ioh. Crysostomus. Respõsio. Iohan. 13. Leuit. 23. Exo. 12.

Matth. 26. Marc. 14. Luce. 22. Iohan. 13. Iohan. 18. Pascha multipliciter dicitur. Iohan. 19. Leuit. 13. Artos. Exodi. 18. Anselmus Iudaizare quod sit. Leuit. 7. Gregori9. Cõueniẽtius est in azymo celebrare: 1. Cor. 5.

mentato non posse confici sine peccato, nisi hoc intelligatur de latinis. Insuper, in Summa contra errores Græcorum disseruit, quemadmodum præfati errantes contra unitatem corporis mystici peccant, Romani pontificis plenariam potestatem negantes, sic contra puritatem sacramenti corporis Christi delinquunt, dicentes ex azymo pane corpus Christi consecrari non posse. Quod etiam doctorum græcorum auctoritatibus improbatur. Dicit quippè Chrysostomus super illud euangelij, Prima die azymorum: Primam diem dicit diem Iouis, in quo incipiebant legis cultores pascha celebrare, id est, azyma commedere, omni expulso fermento Dominus ergo mittit discipulos suos die Iouis, Petrum scilicet, & Iohannem &c. Ergo quinta feria absoluto omni pane fermentato, Christus cœnam fecit nouissimam, qua instituit sacramentum. Dicit item Gregorius Nazianzenus: Celebremus festum domino in iubilo, non veteri in fermento. Quo constat, quòd azyma magis congruit unitati corporis Christi tam ueri, quàm mystici. Hæc idem ibidem.

Io. Chry. Mat. 26. Grego. Nazian.

Petrus. Richard9 Dionysi9.

¶ Idem Petrus, & addit Richardus: Grauiter peccant conficientes de fermentato, eo quòd Christus cõfecit de azymo: & quoniam Petrus Christi uicarius sic conficiendum instituit, ac sancta Romana ecclesia sic obseruat, & præcipit obseruari.

¶ Hæc verba Richardi (vť uidetur) dictis Thomæ in Summa nõ bene concordant. Certũ est autem, quod omnino delirant, imò magis insaniunt, mentiendo, quod ex azymo pane non valeat confici, cuius contrarium tã innumerabiles sancti, ab omnipotente Deo diuersis, innumerabilibusq; præclaris miraculis mirificari, dixerunt. Quorum, & multi fuerunt presbyteri.

Albertus. 1. Cor. 1.

¶ Vnde Albertus hic scribit: In azymo, & fermẽtato confici potest de potestate verborum. Verum de congruentia, & iure, & sine peccato, non potest confici nisi in azymo. Ideo Græci peccant contra congruentiã sacramenti, & ꝯtra ius inconsecrando, sed dicentes, quòd non posit consecrari nisi in azymo, nesciunt quod dicunt, sicut in pluribus: quoniam modo non uerificatur, quod ait Apostolus, Græci sapientiam quærunt. imo potius sapientiam, & studium amiserunt, ideo stultis assertionibus detinentur. Hæc Albertus.

Bonauen.

¶ Scripta demum Bonauenturæ de ista quæstione continentur in dictis ex Thoma in Scripto, & Antisiodorensi. Similiter scripta Argentinensis.

¶ Porrò Durandus, & Scotus nil speciale de istis scribunt vltra præhabita.

QVAESTIO VI.

Arguitur cõtra ueritatem.

NVnc quæritur, *quale corpus dedit Christus discipulis in cœna sub sacramento.* ¶ Videtur quòd impassibile, quia secundum quod ibi erat, nec poterat capi, nec capax fuit alicuius impressionis, passionis aut influxionis ab alio: quia non fuit ibi quantitatiuo, extensiovè modo. Rursus, nihil potest ab alio pati, nisi aliquo modo tangatur ab illo, cum actio, & passio sint per contactum, secundum Philosophum, estque præhabitum, quòd corpus Christi sacramento est intangibili modo, in tãtum, quod nec ipsæ sacramentales species tangunt illud. Præterea super illud. Matthæi, transfiguratus est ante eos, loquitur Glossa: Corpus quòd habuit per naturam mortale, dedit discipulis in cęna nõ mortale, neque passibile, & si fuisset passibile, non uidetur, quòd discipulis potuisset sine sui passione, & læsione manducari. Ad idẽ est Hugo, qui manifestè hoc dicit.

Mat. 17. Hugo. In oppositum.

¶ In oppositũ est ratio, auctoritasq; multorum, dicentium, quòd tale corpus tunc dedit discipulis, quale tũc habuit, utpotè passibile, & mortale, alioquin contradictoria uerificarentur de eodem. Rursus, de corpore, quod tunc dedit, dixit: hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, quod utique fuit passibile, ac mortale Vnde plures expositores, atque doctores fatentur, quòd tale cõtulit corpus quale habeat.

Matt. 26. Albertus.

Christus ante resurrectionẽ, vsum 4. dotiũ habuit. Math. 17 Marc. 6.

¶ Ad hæc respondet Albertus: Quæstio hæc pro utraq; parte sua habet defensores Nempe sequentes Hugonem, dicunt, quòd Christus ante resurrectionem suam usum, seu actum quatuor dotium corporum glorificatorum assumpsit, non habitũ: usum videlicet subtilitatis, quando ex vtero uirginis clauso exiuit: usum agilitatis, dũ sup undas maris deambulauit: vsum claritatis, in transfiguratione: vsum impassibilitatis, in sacramentali hac communicatione: Et hæc est sententia magistri Hugonis de sancto Victore. Cumque obijcitur, quòd secundum hoc contradictoria verificata de eodem fuissent: respondetur, quòd non sequitur, quia passibile, & impassibile, mortale, & immortale sumuntur ęquiuocè. Passibile nãq;, & mortale sumuntur secundũ habitũ, immortale vero, & impassibile secundũ actum, vt idẽ sit immortale, & impassibile, qď nõ patiens, & non moriens in distributione sacri: Ego autẽ magis assentio alteri opinioni, quam Magister tangit in litera. Glossa quoq; sup epistolã ad Corin. qď sc3, tale dedit quale tũc habuit, atq; Innocentius libro de Sacramẽtis, qď sc3 dedit corpus suum passibile. Vnde, & in memoriã suæ passionis frequentatur hoc sacramentum. Quod autẽ obijciť ex verbis Hugonis, dicendũ, quòd illa fuit eius opinio, quã sequi non tenemur. Attñ si uellemus eam sequi, diceremus, quòd ipse hoc refert, quantũ ad hoc, quod nõ patiebať secũdũ actũ sub sacramẽto. Huius tñ non exprimit causam, nec puto, quòd cã fuit ista, quòd impassibilitatẽ assumpsit: sed alia q̃ paulo post exprimetur. Videntur autẽ inducti ad istud, quia in sacramẽto isto aliquid masticari uidetur, ac diuidi. Sed ob hoc nõ oportet ad istã opinionem induci: quoniam talia nõ referunť ad corpus Christi, sed ad formas accidentales, vt sequenti distinctione dicetur. Hæc albertus.

Obiectio. 1. Cor. 11. Hugo.

¶ Hugo autẽ sic arguebat: Tenuit se in manibus, tenens, fuit mortalis, tentum, immortale. Ego absq; præiudicio veritatis magis ad hoc accedo, vt illud impassibile, & immortale, quantum ad significationem pertinet sacramenti, tradidisse dicatur. Si enĩ hoc potuit esse, quòd se ipsum gestauit in manu, & corpus suum sine corruptione sui edendum distribuit, & tamen, qui dedit, & qui dabatur, & qui portauit, & qui portabatur idem esset, quid mirum, si dicatur, quòd ipse in eo, quod dabatur, extitit immortalis, & in eo, quod dedit mortalis. Hæc Albertus.

Thomas. aquinas.

¶ Concordant Thomas, qui contra opinionem Hugonis sic arguit, hoc stare non potest, quia substantia corporis Christi eadem est sub sacramento, & sub propria forma, seu specie sed per comparationem ad exteriora non est eadem, quia in specie propria comparatur ad exteriora secundum situm propriarum dimensionum: in sacramento autem secundũ dimensionũ panis. Hinc proprietates, quę absolutè insunt corpori Christi, oportet eodem,

modo sibi in esse, secundum, quòd est in sacramento, & vt est in specie propria. Illæ vero q̃ cõueniunt ei in comparatione ad aliud corpus extra, nõ eodẽ modo, vt patet de uisione, Pasibilitas autem est proprietas absoluta corporis Christi. Vnde cum in propria specie esset pasibile, etiam in sacramento fuit pasibile, sicut, & alij dicunt. Hæc Thomas in scripto. Idem in tertia parte, quæstione 81. Vbi, & addit. Quamuis corpus Christi sub sacramento non erat impasibile: tamen impasibiliter fuit ibi, seu impasibili modo, quemadmodum corpus illud secundum se inuisibile, fuit inuisibiliter ibi. Sicut enim visio requirit contactum corporis, quod uidetur ad circunstans medium uisionis: sic pasio requirit contactum corporis, quod patitur ad ea, quæ agunt in ipsum. Corpus autem Christi secundum quod est sub sacramento, non conparatur ad ea, quæ circunstant mediantibus dimensionibus proprijs, quibus corpora se tangunt, sed mediantibus dimensionibus panis, & vini Ideo species illæ sunt, quæ videntur, & patiuntur, non corpus Christi. Hæc ibi,

Bonauentura. Corpori Christi cõuenit duplex proprietas.

¶Quocirca scribit Bonauẽtura: duplex proprietas conuenit corpori Christi, quædam absoluta, & quædam relatiua per comparationem ad locum. Proprietas absoluta conuenit copori Christi, put in vno est loco, & cum sit vna, tamen conuenit ei ut in omnibus. Proprietas vero relatiua ad locum cum in diuersis sit locis, & si conueniat ei in uno loco, non oportet, quòd in omnibus. Vnde non oportet, quòd si corpus Christi sit in pluribus locis, si mouetur in vno, quod moueatur in alio. Similiter non oportet, si quis percutit illud in uno loco, quod percutiat eum in alio: quoniam talis operatio respicit localem agentis præsentiam Ita similiter, non oportet, vt si uideatur in uno loco, videatur in alio, quia hoc respicit corporalem, & situalem visibilis præsentiam. Hæc Bonauentura. Qui de his plura inducit, quæ sequenti distinctione ponentur. In his cocordant doctores nũc omnes, aut pene omnes, nec aliquem legi sequentem opinionem Hugonis,

Antisiodorẽsis lib. 4

¶Vnde Antisiodorensis in Summa loquitur libro quarto: Ponatur, quod aliquis discipulorum seruasset corpus Christi consecratum in pyxide: toto triduo sepulturæ, & quæratur an mortuum fuisset in cruce, videtur quòd non quia impasibile fuit ibi, ac immortale. Constat autẽ, q̃ mortuum fuit in cruce, ergo idem numero corpus fuit mortuum, animatum, & non animatum. Propter hoc dicunt nunc omnes magistri, quod dominus dedit in sacramento corpus suum pasibile, ac mortale, distinguunt istam, corpus Christi sub forma panis est pasibile, quia pasibile idem est, quod potens pati. Si ergo determinatio hæc, sub forma panis, determinet ly, pasibile, quantum ad infinitiuum ibi cointellectum, falsa est: cum sit sensus, corpus Christi potest pati sub forma panis. Si vero determinet ly, pasibile, quantum ad potentiam patiendi, uera est: & est sensus, corpus Chisti existens sub forma panis, habet potentiam patiendi. Distinctionẽ hãc approbamus. Hæc Antisiodorensis.

QVAESTIO VII.

MOdo quærendum est, *Vtrum per omnipotentiam Dei potuit anima Christi separata a corpore in cruce pendente, ac sepulto manere vnita corpori eius sub sacramento*, & an corpus Christi sub specie sacramentali consistens, in casu posibili passum, crucifixum, ac mortuum fuisset ibidem: & rursus, si aliquis apostolorum consecrasset in triduo, an in corpore consecrato fuisset anima Christi. In hac quæstione tria tanguntur. Et videtur, q̃d primum fuit posibile. Nam corpus Christi simul & semel est in pluribus locis: ergo & anima potuit simul esse in pyxide, seu corpore consecrato, & in limbo. Rursus Deus potest aliquid per sui ipsius multiplicationem facere esse in pluribus locis potest quoque per transsubstantiationem unius in aliud hoc ipsum. Insuper, mors Christi fuit uiolenta, & ei illata a Pilati ministris, quorum actio non pertingebat ad corpus Christi in altari, nec tetigit illud. Iterum, corpus Christi nõ expirauit nisi per sanguinis effusionem, quæ sub speciebus sacramẽtalibus esse nequiuit.

Arguitur in partem affirmatiuã primi quęsit.

¶Ad hæc præsertim ad primum, respondet Henricus. 1 3. quodlibeto: Esse in corpore potest incorporeæ substantiæ conuenire dupliciter. Primò per suam substantiam, secundò per suam operationem Per substantiam suam, dupliciter: primò situaliter, secundò localiter. Incorporea autem nequeunt esse localiter in re. Loquendo autem de esse in loco situaliter per suam substantiam dico, quòd cum anima separata sit incorporalis substantia, sicut, & angelus, quæ secundum essentiam suam est simplex, sicut vnitas abstracta, nõ ut punctus, qui in magnitudine determinat sibi locum. Angelus autem, & anima nullum sibi in magnitudine determinant situm, extra quem esse non ualeant: hinc difficile est mihi intelligere, quomodo anima situaliter sit in aliquo corpore, aut magnitudine, & hoc absq; operatione in illa, & absque pasione a corpore, aut ab existente situaliter in eodem. Consimiliter quoque de angelo. Attamen: quoniam hoc tenere præcipit quidam articulus de contrario interdictus, idcirco non contradico. Porrò per operationem suam habet anima esse in corpore dupliciter; primò per operationem primam, quæ est dare esse & conuenit animæ inquantum est corporis forma atque essentia distincta ab angelo. Secundò per operationem secundam, quæ duplex potest attribui animæ. Vna, inquantum est substantia incorporea conueniens cum angelo. Primo modo conuenit animæ operatio, qua dat corpori, seu toti composito per suas potentias sentire, velle, intelligere: nec conuenit animæ operatio ista, nisi per primam, ideo nequit angelo conuenire. Secundo modo, vt aliqui dicunt, non conuenit animæ operatio aliqua, sicut mouere secundum locum sed falsum est hoc. Veruntamen aliqui dubitant de hoc, an post separationem a suo corpore possit esse in illo, ipsum mouendo localiter. Et quantum ad hoc, dico quòd non uideo, cur anima Christi non poterit in triduo esse in corpore suo, non ut forma, sed ut mouens, sicut & angelus potest esse in corpore. De esse autem animæ Christi incorpore suo sacramentaliter existente in pyxide, dico, quòd quamuis idem corpus fuit in sepulchro, & pyxide: tamen alio, & alio modo fuit ibi, & ibi, atque secundum modum, quo habuit esse in pyxide, nulla operatio extrinseca, nec aliquod extrinsecum potuit corpus illud attingere. Vnde quamuis corpus mortuum, & uulneratum fuisset in pyxide, quod uulnerabatur, & moriebntur in cruce: in cruce tamen moriebatur, & vulneratum fuit, sed non in pyxide. Conformiter dico, quod licet anima Christi tunc potuit fuisse in suo corpore in sepulchro, & circa illud aliquid operari, non tamen in pixide, licet cum hoc verum fuisset dicere, q̃d fuit in corpore illo:

Resposio Henricus quod li. 13 Substãtia corporea dupliciter est in loco

Anima dupliciter ẽ in corpo per operationem.

lo. In pyxide namque non potuit esse in corpore suo, nisi per concomitantiam, & hoc nisi per hoc, quòd actu animaret illud, quemadmodum modo in pyxide in suo corpore animato. Non enim dicuntur esse in sacramento per concomitantiam, nisi quæ essentialiter, & intrinsecè, & non ab extrinseco pertinent ad illud. Ideo quamuis rectè dicatur, quòd corpus, quod habuit vulnera, fuit in pyxide, non tamen propriè dicitur, quòd ipsa uulnera erant in pyxide. Hæc Henricus. In quibus videtur obscurum, quod ait, quòd in tali casu corpus illud non moriebatur in pyxide. Sed de hoc plenius iam dicetur. ¶Denique, huius responsionis sententiam breuiter sanctus Thomas perstringẽs: Deus, inquit, bene facere poterat, q̃d anima Christi a corpore separata in sepulchro iacente, esset in loco vbi erat corpus, sub sacramento, & hoc importat respectum ad extra: sed nõ quòd esset vnita sub sacramento, vt forma, quia hoc pertinet ad dispositionem interiorem. Vnde ineuitabiliter sequeretur duo contradictoria esse simul. ¶ Ad id uero, quod quæritur de pasione, & morte corporis Christi, si seruatum fuisset sub sacramento in pyxide: respondendum, quòd omnia verba quæ significant pasionem ab extrinseco illatam, nõ possunt attribui corpori Christi, prout est sub sacramento, Cuius ratio ex dictis apparet. Vnde non posset dici quod in pyxide crucifigeretur, aut uerberaretur, aut huiusmodi aliquid, nec ex hoc sequeretur, quòd duo cõtradictoria simul sint vera: quoniam non secundũ idem comparatur aliquid ad corpus Christi hic, & ibi. Omnia namque verba, quæ significant pasionem innatam, conueniunt ei vt reseruato sub sacramẽto, sicut hæc verba, dolet, patitur, morietur &c. Non autem hæc verba, crucifigitur, lanceatur, flagellatur, cruentat. Pasiones quippè extrinsecæ pertingunt ad substanitam corporis Christi, mediantibus dimensionibus proprijs, non autem mediantibus dimensionibus panis. Ideo propter impressiones extrinsecas, quę ad speciem pertinẽt panis, nulla pasio intrinseca attribuitur corpori Christi: sed propter impressiones extrinsecas ad dimensiones proprias pertinentes, attribuuntur pasiones corpori Christi tam extrinsecæ sub ꝓpria specie tantũ, quoniam intrinsecæ etiam sub specie aliena Hinc propter crucifixionem in Caluariæ loco factam, corpus Christi seruatum moriebatur sub propria specie, & item sub sacramento. Ex quibus patet solutio ad obiecta. Insuper, cum animatio sit proprietas intrinseca, constat, quòd sicut corpus Christi sub propria specie fuit exanime, ita sub sacramento. Vnde si corpus Christi fuisset a discipulorum aliquo consecratum, non fuisset ibi anima. Quidã vero dicunt, quòd forma consecrationis tunc fuit suscepta in triduo, & quod si primo consecratum, reseruatum fuisset, desiisset ibi esse mortuo Christo. Sed hæc friuola sunt: quoniam nec ratione nec auctoritate probantur. Hæc Thomas in Scrip.

Thomas aquinas.

Quæstio.

¶Idem in tertia parte, quæstione 81. In idem redit, quod ait Albertus: In hac, dicens, quæstione cum antiquis dicendum, quòd quædam nomina, verba, & participia dicunt pasiones naturales, vel communes ad pasiones naturales, ac violentas. Et hæc copulari possunt, ac conuenire corpori Christi, reseruatum fuisset in pyxide in triduo mortis, ut dolet, moritur. Quædam dicunt pasiones violentas ab extra illatas, vt uulnerat, & cætera, quæ non conueniunt Christo, nisi sub propria forma. Significant enim pasionem secundum quod est effectus, a quo illatio actionis. Hanc responsionem significabant antiqui per versus hoc. Pyxide seruato poteris copulare dolorem Innatum, sed non illatus conuenit illi. Hæc Albertus.

Albertus.

¶Concordant Bonauentura, Petrus, Richardus, alijque communiter.

Vtrum in sacramento eucharistiæ sint accidentia in seipsis substantia, & vbi fundentur. Dist. XII.

SI autem quęritur de accidentibus, quę remanent, id est, de speciebus, & sapore, & pondere, in quo subiecto fundentur: potius mihi uidetur fatendum, existere sine subiecto, quam esse in subiecto: quia ibi non est substantia nisi corporis, & sanguinis dominici, quæ non afficitur illis accedentibus. Non enim corpus Christi talem habet in se formam, sed qualis in iudicio apparebit. Remanent ergo illa accidentia per se subsistentia ad mysterium, ad gustus, fideiq; suffragium quibus corpus Christi habens formam, & naturam suam, tegitur.

De fractione, & partibus.

Solet etiam quæri de fractione, & partitione, quæ ibi uidetur fieri, vtrum vera sit; & si ibi vera fractio est, cuius rei sit, vel in qua re fiat. Cũq; non fit ibi alia substantia, quàm Christi, si in aliqua substantia est illa fractio, in corpore Christi videt esse: Sed econtra, cum ipsum corpus incorruptibile sit, quia immortale, & impassibile, in ipso non posse esse uidetur. Nam & Christus redarguit carnalem sensum discipulorum, qui putabant carnem Christi sicut aliam, in partes diuidendam, & morsibus dilacerandam. Ideo qui busdam placet, quòd non sit ibi fractio sicut videtur: sed dicitur frangi, quia uidet frangi. Quibus objcitur, quòd ait Ambrosius. Nihil falsi putandum est in sacrificio veritatis. Vel sicut fit in magorum præstigiis, vbi delusione quadam falluntur oculi, vt videant esse, quod non est. Ad hoc illi dicunt: Non fallit nos usus, nec fallitur. Quod esset, si crederetur ita frangi, vt uidetur. Nec illusio est: quia ad utilitatem fidei, non ad deceptionem ita fit, sicut & Christus se ostendit duobus discipulis in via in specie peregrini:

De con. d. 2. c. forte. Ioh 6.

Prima opinio, & falsa Ambro.

grini:nec in eo tamen talis forma erat,sed oculi eorũ tenebantur ne eum agnoscerent.

Aliorum opinio.

Secunda opinio & falsa

Alij vero dicunt, ꝙ sicut ibi species panis est, & non est ibi res cuius,vel in qua sit illa species;ita est ibi fractio,quæ non fit in aliqua re, quia nihil ibi frangitur. Quod mirabiliter Dei potentia fieri dicunt,vt ibi fiat fractio ubi nihil frangitur.

Aliorum opinio.

Tertia opinio & falsa.

Cõfessio Berengarii, & hr de cõse.d. 2. ca. ego. Berenga.

Alij tradũt corpus Christi essentialiter frangi,& diuidi,& tamen integrum, & incorruptibile existere: Quod se colligere asserunt ex confessione Berengarii,qui cõfessus est coram Nicolao papa,& pluribus episcopis, panem, & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus, & sanguinẽ Christi esse:& sensualiter non solum sub sacramento,sed in veritate manibus sacerdo, tum tractari,& frangi,& fidelium dentibus atteri.

Sententia probabilior.

Opinio magistri vera. 1.Cor.10.

Sed quia corpus Christi incorruptibile est,sanè dici potest fractio illa, & partitio non in substantia corporis,sed in ipsa forma panis sacramentaliter fieri: vt fractio, & partitio sit ibi,quæ fit non in substantia corporis sed sacramento,id est in specie. Ne atũmiremis,vel insultes si accidentia videantur frangi,cũ ibi sint sine subiecto,licet quidam asserant ea fundari in aere, Est ibi vera fractio,& partitio,quę fit in pane, idest,in forma panis. Vnde Apostolus ait;Panis quem frangimus,quia forma panis ibi frangitur,& in partes diuiditur: Chs vero integer manet,& totus est in singulis. Vnde Augustinus. Quando Christus manducatur,vita manducatur. Sed quis audeat manducare dominũ suum & tamen veritas inuitans nos ad manducandum,ait: Qui manducat me, viuet propter me. Non occiditur Christus vt manducetur, sed mortuos viuificat. Quando manducatur,reficit,non deficit viuit mducatus,ꝙa surrexit occisus:nec qñ manducam⁹,partes de illo facimus,& quidem in sacramento sic fit:Item, Norunt fideles quemadmodum mãducẽt carnem Christi. vnusquisque accipit partem suam. Vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur & manet integer totus,per partes manducatur in sacramento,& manet integer totus in cœlo,manet integer totus in corde tuo. Ideo ista dicuntur sacramenta:quia in eis aliud uidetur,& aliud intelligitur:videtur panis,& calix, quod & oculi *renunciant. Quod autem fides instruẽda postulat,panis est corpus Christi, calix est sanguis. Ex his datur intelligi,quòd fractio, & partes,quæ ibi uidentur fieri, in sacramento fiunt,id est,in specie uisibili. Ideoque illa Berengarii verba ita distinguẽda sunt,vt sensualiter non modo in sacramento, sed in ueritate dicatur corpus Christi tractari manibus sacerdotum:frangi vero,& atteri dentibus verè quidem, sed in sacramento tantum. Vera ergo est ibi attritio,& particio, sed in singuli partibus totus est Christus. Vnde Hieronimus. Singuli accipiunt Christum dominum, & in singulis portionibus totus est:nec per singulos minuitur,sed integrum,se præbet singulis. Item Hilarius:Vbi pars est corporis,ibi est & totum.

Augu. & habetur de cõ. di. 2. Inuitat.

Iohan.6.

Augu. de cõse.dist. 2 c. q mãducat.

alias * denuntiant.

Intellectꝰ verborum Berẽgarii

Hier. sert quodã, & hr de cõ. se.dist. 2. c singuli accipiunt. Hilarius papa.

Quid ille partes significent.

Quid autem partes illę significent. Sergius papa tradit,inquiẽs; Triforme est,corpus Christi;pars *oblatæ in calicem missa,corpus Christi,quod iam surrexit,monstrat:pars comesta,ambulantem adhuc super terram: pars in altari vsque ad finem missæ remanens,corpus iacens in sepulchro significat, quia vsque in finem seculi corpora sanctorum in sepulchris erunt. Et sicut partes illæ mysticam tenent significationem, ita etiã, & fractio,passionis Christi,& mortis est repræsentatio. Vnde ipse ait?Hoc facite in meã commemorationem,id est, in memoriam passionis, & mortis meæ. Nam vt ait Ambrosius. Quia in morte Christi liberati sumus,huius in edendo,& bibendo carnem, & sanguinem memores esse debemus. Sed caueat quisque ne indignè percipiat, quia iudicium sibi manducat. Non enim est iste panis,qui vadit in corpus, sed panis vitæ æternæ qui animæ nostrę substantiam fulcit. Sic ergo uiuè,vt quotidie mereari accipere,ne accedas indignus. Indignus est,qui aliter celebrat mysterium,quàm Christus tradidit: vel qui habens mortale peccatum,accedit. Ergo & si sint peccata quotidiana, vel non sint mortifera,antequam accedas,dimitte debitoribus tuis. Si dimittis,dimittetur tibi:& sic securus accede. Panis enim salutaris est,non uenenum. Si ita accedis,spiritualiter manducas. Spiritaliter enim manducat,qui innocentiam ad altare portat.

Sergius papa. De conse. di.2.c.triforme alias * oblata.

Ambro. de cõse d. 2,c.nõ iste

Matth. 6.

Matth 26. Luce.22. 1. Cor.11.

1.Cor.11.

Si illud

Si illud sit sacrificium,& si sæpius immoletur Christus.

Post hæc quęritur,si quod gerit sacerdos, propriè dicatur sacrificiũ uel immolatio: & si Christus quotidie immoletur,vel semel tantum immolatus sit. Ad hoc breuiter dici potest,illud,quod offertur,& consecratur a sacerdote,uocari sacrificium,& oblationem:quia memoria est & repręsentatio veri sacrificij,& sanctę immolationis factę in ara crucis,Et semel Christus mortuus in cruce est, ibique immolatus est in semetipso: quotidie aũt immolaẽ in sacro,quia in sacro recordatio fit illius,quod factũ est semel. Vñ Aug. Certum habemus,ꝙa Christus resurgens ex mortuis,iã non moritur &c,tamẽ ne oblisca mur quod semel factum est,in memoria nostra omni anno sit.s. quoties pascha cęlebraẽ. Nunquid toties Christus occiditur Sed tm̃ anniuersaria recordatio repręsentant,qđ olim factũ est,& sic nos facit moueri tanquam videamus dominũ in cruce Itẽ,Semel immolatus est Chs in semetipso,& tñ quotidie immolatur in sacro. Qđ sic intelligendũ est,ꝙa in manifestatione corporis & *distinctions membrorum semel tm̃ in cruce pepẽdit,offerens se Deo patri hostiã redẽptionis efficacẽ eorum.s. quos prædestinauit: Itẽ Ambro. In Chro semel oblata est hostia ad salutẽ sempiternã,potẽs. Quid ergo nos? Nonne ꝑ singulos dies offerimus? Offerimus,sed ad recordationẽ mortis eius, & una ẽ hostia,nõ multę. Quo una & nõ multę:ꝙa semel immolatus est Chs. Hoc aũt sacrificiũ exemplum est illius:idipm sp idipm offerẽ,,pinde hoc idẽ sacrificium. alioqn dicẽ:qm̃ in multis locis offertur,multi sunt Chi. Nequaquã,sed unus ubiq; est Chs:& hic plenus existens & illic plenus:sicut qđ ubiq; offertur,unũ est corpus:ita,& vnũ sacrificiũ. Chs hostiẽ obtulit ipsam offerimus & nũc:sed qđ nos agimus, recordatio est sacrificij. Nec cã suæ infirmitatis reperiẽ,ꝙa ꝑficit hoiem, sed nostræ:ꝙa quotidie peccamus. Ex his colligitur,esse sacrificium & dici, quod agitur in altari: & Christum semel oblatum,& quotidie offerri:sed aliter tunc,aliter nunc. Et etiam quæ sit uirtus huius sacramenti,ostenditur:remissio scilicet peccatorum uenialium,& perfectio uirtutis.

Roma. 6.

Aug. sup. psal.20. & hr de con. dist 2. ca. Semel Christus.

alias * distinctione.

Aug.in li. sententiarũ Prosperi. & hęre de. de cõ. dist. 2. ca. Semel immola. Ambrosi. ꝑ epistolã ad He. & allegatur de cõ.dist. & cẽ christo.

De uirtute sacramenti.

De causa institutionis.

Institutũ est em̃ hoc sacrm̃ duabus de causis,in augmentũ uirtutis.s.charitatis,& in medicinã quotidianæ infirmitatis. Vñ Ambro. Si quotiescunque effunditur sanguis Christi,in remissionem pecatorum effunditur sẽper accipere,qui semp pecco,debeo semper habere medicinã. Itẽ Augu. Iteratur quotidie hęc oblatio,licet Chs semel sit passus:ꝙa quotidie peccamus peccatis,sine quibus mortalis infirmitas uiuere nõ põt. Et ꝙa quotidie labimur,quotidie Chs mysticè immolatur pro nobis. Dedit em̃ nobis hoc sacrm̃ salutis,ut quia nos quotidie peccamus:& ille iam mori nõ põt,ꝑ hoc sacrm̃ remissionẽ consequamur. Quotidie comeditur ipse,& bibitur in ueritate, sed integer,& uiuus manet. Itẽ mysterium fidei dr̃,quia credere debes,quod ibi salus nostra cõsistat. Si aũt quę ratut,utrũ quotidie cõicandũ,sit,audi qđ inde tradit Augu. Quotidie (inquit) eucharistiã accipere nec laudo,nec uitupero:oĩbus tamen dñicis diebus cõicandũ hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est,grauari magis dico eucharistiæ perceptione, quã purificari. Et licet quis peccato mordeatur,si peccandi tamen de cætero nõ habeat uoluntatẽ,& satisfaciat lachrymis & orationibus accedat securus:sed hoc de illo dico,quem mortalia pcta nõ grauant¶ Quod ter in anno cõicandũ sit. Et si nõ frequentiùs,saltem ter in anno hoies communicent,nisi forte quis criminalibus impediat:in pasca.s.& penitentia,& natali domini. Oẽs ergo cõicent, ꝙ noluerint carere ecclesiasticis liminibus.

Ambr. de sacris li. 4.ca. 5.de cõ.dist. 2. c.Si quotiescunque Au.ad Ianuariũ,de cõ di 2.c. Vtru sub. Greg de con.dist 2. ca. Quidfit san.

Ibidem. Aug.li.de eccl. dogmat c.53. De cõ. di. 2.ca. Quotidie. Fabianus papa de odi.2.c Et si non

Sũma distinctionis. XII.

IN præcedentibus tractauit Magister de sacramento eucharistiæ, quantum ad id, quod in ea est sacramentum & res: hoc est,de uero & naturali corpore & sanguine Chri. Hic tractat de illo,quãtum ad id,quod est in ipso tantũ modo sacramentum,id est, signum rei sacræ, utpotè sacramentalibus speciebus, quæ signa sunt ueri corporis & sanguinis domini: & de alijs quibusdã mirabilibus,quæ contingunt in eo, puta de fractione, cũ tamen nulla in ipso frangat substantia. Quo circa occurrunt aliæ magnę difficultates,qualiter species illæ possint nutrire, augere,reficere:& qualiter queat aliquid generari ex eis & de resolutione, quæ apparet in eis.

QVAESTIO. I.

HIc quæritur primò, *An in isto sacramento accidentia per se existant,hoc est, sine subiecto.* ¶ Et uidetur,quòd non, primò probatur omnium auctoritate philosophorum,qui cõcorditer reputauerunt hoc impossibile esse. Secundò,quia hoc implicat, & absolutè impossibile est, sicut impossibile est hominem esse,& non esse rationalis naturæ. De ratione etenim accidentis est,inhęrere, & inde nomẽ sortitur. Nè dr̃ accidens quasi ad aliud cadens,ut potè,se in se fulcire non ualens, nec sustentare seipsum. Tertiò,cõtradictionem includit aliquid esse,& non esse. Cum ergo (iuxta Philosophum) accidentis esse sit inesse, cõstat quod quam impossibile

Arguitur contra ueritatem.

bile sit ipsum esse, & non esse simul, tam impossibile est ipsum esse & non inesse, seu subiecto non inhærere. Quartò, per multa experimenta uidetur ostendi, quòd in hostia consecrata maneat substantia panis, atq; in uino consecrato substantia uini. Ridiculum namq; esset apud Philosophos dicere, quod accidentia inebrient, satient, & q̄ substantia generetur ex accidētibus, & tamen hæc fieri ex hostijs consecratis, & uino consecrato, experientia multiplex probat, cum & vermes generētur ex huiusmodi putrefactis: & quod nutritur, ex nutrimento sustentatur, quod, & conuertitur in nutritum.

¶In oppositum est auctoritas totius ecclesiæ, ac fidei Christianæ, quæ ab exordio frequētauit istud mysterium, quod, & Deus omnipotens per innumerabilia confirmauit miracula: tantoq; plenius, quāto hoc sacramentum incomprehensibilibus extat.

¶Ad hæc respondet Albertus. Quæstio ista grauissima est, ad quam dicimus, quod accidentia in sacramento manent sine subiecto. Non enim efficiunt, neq; denominant corpus Christi, nec sanguinem eius, neq; substantiam panis & uini, quę (sicut ostensum est) transsubstantiantur, nec manent. Et sicut cætera in hoc sacramento supermirabilia sunt & incomprehensibilia prorsus, ita & istud. Rursus quēadmodum cætera in sacramento hoc consistētia, modum, ac statum assumunt & induunt altioré ac penitus supernaturalem, ita & formæ accidēta les. Transsubstantiatur quippè ibi corpus animatū, in corpus animatum, non gloriosum in corpus gloriosum, naturale in diuinum, & corpus ipsum illo caliter est ibidem, sic & accidentia modum sortiū tur substantiæ. Et huius rei quatuor rationes a magistris traduntur. Prima, ut non existente ibi substantia, quæ proprium fuit subiectum specierum illarum, ad spiritualem escam mens rapiatur humana, ex significatione accidentium in rebus corporalibus, ad spiritualia transuolans, ac ea intelligens. Secunda ratio est, ut totū, quod est in isto sacramēto, agnoscatur fidei esse & supra naturā. Hinc Hugo disseruit. Diuina & increata sapientia carnem Christi sub corporalis edulij specie uelatam, ac sumendam proponit, ut sensus foueatur in uno, & fides in altero. Tertia ratio est, assuefactio hominum ad credendum supernaturalia, cum uideant oculis suis accidentia, quæ nullum subiectum afficiunt. Quarta ratio est, ordinatio complectiua eorum, q̄ in hoc sacramento consistunt: quia cum omnia inferiora huius sacramenti statum accipiant altioré consequens fuit, ut accidētalia quoque signa modum obtinerent sublimiorem, in hoc quod remanent sine subiecto in obsequiū sacramēti. Ad obiecta ergo dicendum, quòd accidentia illa duplicia sunt. Nam quædam sunt qualitates sensibiles, quæ sunt sensuum propriorum obiecta. Quædam uerò sunt obiecta communis sensus, ut quantitas & figura. Hæc autem non æqualiter habent se ad subiectum, imo secundum ordinem naturæ, qualitas p̄ximior est subiecto, quàm quantitas, & inter qualitates illæ, quæ obiecta sunt tactus, causæ sunt aliarum: & immediatè complexionem qualitatum tactus sequuntur & gustus: quoniam gustus est quidam tactus. Cūque saporis signa sint odores, odor proximior est subiecto, quā color. Atq; per hunc modum uidetur dicendum, q̄ continens colorem est quantitas: & causans ipsum est complexio qualitatum tactus. Sicque conseruatur ibi non solum uirtute diuina, sed etiam naturali. De quantitate autem non uidetur, quòd ualeat esse sine subiecto

Dist. 13. Ar. 16. in Solu.

Resp. 4. pulcherrimarum r.

secundum naturam, sed solum potest ate diuina. Quamuis enim quantitas sit ante corpus naturale non tamen est ante compositum ex partibus substantiæ, quæ sunt materia & forma. Itaque ex his uidetur sola quantitas in sacramento esse sine subiecto. Hæc Albertus, qui plura scribit de his, quæ nunc ex dictis Thomæ clariùs innotescent.

¶Itaque Thomas: Quemadmodum, inquit, prima propositione libri de Causis asseritur, prima cā est uehementioris impressionis super causatum causæ secundæ, quàm ipsa causa secunda. idcirco dum causa secunda remouet suam influentiam a causato, adhuc potest remanere influentia causæ primæ in causato, sicut remoto rationali, remanet uiuum: quo remoto, remanet esse. Cumque accidentium & omnium existentium causa prima sit Deus: cū autem secunda est substantia, seu subiectum, ex cuius principijs accidentia oriuntur, potest Deus accidentia conseruare in esse, remoto influxu & conseruatione causæ secūdæ. Cumq; obijcitur, quod accidentis esse est inesse, dicendum qđ inesse non dicit esse accidētis absolutè, sed potius modum essendi, qui competit ei ex ordine ad causam proximam sui esse, quem ordinem potest accidens amittere sine sui corruptione diuina uirtute.

¶Et si rursus obijciatur, quoq; res per se existens est substantia, sicque accidens ita per se existens substā tia esset: dicendum, quia (ut probat in sua methaphy. Auicen.) per se existere non est definitio substantiæ, quia per hoc nō designatur quidditas eius sed esse quod differt a sua quidditate. Definitio autem uel quasi definitio substantiæ, est res habens quidditatem, cui acquiritur esse non in alio. Consimiliter esse in alio, non diffinitio accidentis: sed res, cui debetur seu conuenit esse in alio, & hoc nec separatur nec separari potest ab accidente.

¶Præterea, quòd substantia corporalis sit subiectum accidentium, habet ex sua materia, cui primò inest subijci alteri. Prima autem dispositio materiæ est quantitas, quia secundum quantitatem attendi tur diuisio materiæ & indiuisio, & per consequēs unitas & multitudo, quę sunt prima consequentia ens: ideo sunt dispositiones totius materiæ, nō huius, aut illius tantum. Hinc omnia alia accidentia fundantur in substantia mediante quantitate, & quantitas prior est illis. Propter quod nō claudit in sua ratione materiam sensibilem, quā uis includat materiam intelligibilem, ut 7. metaphy. dicitur. Vnde ex hoc quidam decepti fuerunt, ita ut crederent dimensiones esse substantiam sensibilium rerum: quia remotis qualitatibus, nihil sensibile manere uidebant nisi quantitatem, quæ tamen secundum esse suum dependet ad substantiam, sicut, & accidentia alia. Diuina autem uirtute confertur dimensionibus, quæ fuerunt in pane, ut sine subiecto substant in hoc sacramento, quod est prima proprietas substantiæ; & per consequens eis præstatur, ut sustentent accidentia alia, sicut & ante dū eis sustantia suberat. sicq; alia accidentia sunt in dimensione subiectiuè, dimensiones uero sunt sine subiecto. Hæc Tho. in Scrip.

¶Idem in tertia parte, questione septuagesima septima, ubi & addit: Quidam dicunt accidentia illa eē in aere circunstante, quod esse non ualet, qm̄ aer non est talium accidētium susceptiuus, nec denominatur ab eis: Nec accidens idē numero manēs, potest trāsire de subiecto in subiectum. Ad motum quoque accidentium horū aer depellitur, nec aer,

Aquinas.

Accidētia esse est inesse.

Obiectio.

ille proprijs accidentibus spoliatur, ut his informe tur. Cætera aūt accidentia manent dimensionibus indiuiduata, & dimensiones per se diuina uirtute. Hæc Tho. in Summa.

Tho. li. 4. contra gē. cap. 65.

¶Cōcordant his scripta eiusdē in Summa contra Gentiles libro quarto, quo addit. Habet hoc, p̄priū quantitas dimensiua præter cætera accidentia, quod ipsa secundum se, seu per se indiuiduatur q̄a positio, q̄ est ordo partiū in toto, in eius ratione includitur. Est enim quantitas positionem habens. Vbicunq; autem intelligitur diuersitas partiū eiusdem speciei, necesse est intelligi indiuiduationem. Nam quæ unius sunt speciei, non multiplicantur nisi secundū indiuiduum. Nec enim apprehendi possunt multæ dealbedines, nisi put sunt in diuersis subiectis. Sed apprehendi possunt multæ lineæ, etiam si secundum se considerentur. Diuersus etenim situs, q̄ per se linea inest, ad pluralitatem sufficit linearum. Cumque sola quantitas dimensiua de sui ratione habeat, unde multiplicatio indiuiduorum in eadem specie accidere possit, prima radix multiplicationis huius ex dimensione esse vī. Nā & in genere substantiæ multiplicatio indiuidualis fit per diuisionem materiæ, quæ nec intelligi pōt, nisi secundum quod materia sub dimēsionibus cō sideratur. Remota etenim quantitate, substantia omnis indiuisibilis remanet, prout primo physicorum ait Philosophus: Manifestū aūt est, qđ in alijs generibus accidentium multiplicantur indiuidua speciei eiusdē per sua subiecta. Cumq; in hoc sacramento ponamus dimensiones subsistere per se, & alia accidentia fundari in eis ueluti in subiecto, nō oportet nos dicere, quòd accidentia huiusmodi in diuidua non sint. Remanet quippè in ipsis dimensionibus radix indiuiduationis. Hęc idem ibidem.

Perrus Accidentiūd uplex est subie ctum.

¶Consonat Petrus, additq;: Duplex est subiectū accidentium, utpotè primum, & p̄ximum, seu mediatum & immediatum. Subiectum primum, & mediatum extat substantia, & sine illo sunt omnia accidentia sacramenti istius, quia substantia ibi non manet: Subiectum uero immediatum, & p̄ximum est quantitas, qua mediante, accidētia multa insunt substantiæ, ut color per superficiem. Et sine tali subiecto non sunt omnia accidentie, illa, cum in dimensionibus subiectentur nonnulla. Substantia uero est immediatum quantitatis subiectum, quæ sequitur substantiā ratione materiæ, quem admodum qualitas ratione formæ. Hæc Petrus.

Richard.

¶Porrò Richar. Quidam, inquit, dixerunt accidentia non posse fieri sine substātia, nec posse esse sine subiecto, eo quòd contradictionem includat. Cum enim substantia minus dependeat ab accidē tibus, q̄ econtra, possibile esse fieri per omnipotentiam Dei totam substantiam mundi sine accidente consistere. Quod uidetur absurdum: quoniā sequeretur, quòd possibile esset hominem fieri sine quantitate, ac totam mundi substantiam comprehendi

Opinio

posse in uno puncto, qđ eis absurdum vī. Sed quia hic error est cōtra doctrinam ecclesiæ, asserentis accidētia ibi sine subiecto esse; alij dicunt accidētia sine subiecto consistere in sacramento: qm̄ opinātur quantitem continuam non differre a substātia corporea, nisi secundum relationem, seu positionē; quia quod dicit substantia absolutè, dicit quātitas sub modo se habendi, qui est habere partem extra partē actualiter non distinctas. Continua quoque quantitas qualitatis ipsa, ut habens partem extra partem actualiter non distinctas. Et dicunt quod quamuis natura non possit cāre quantitatē qualitatis, nisi mediante quantitate substantiæ, tñ continuas quantitas qualitatis diuersa est realiter a continua quantitate substantiæ, sicut quantitas a substantia. Dicuntq;, quòd in sacramento altaris quātitas remanēs est quantitas qualitatis: quia ut opinātur, quantitas substantiæ nequit a substantia separari. Verū ista opinio est contra Philo, qui in prædicamentis distinguit quantitatem a substantia & qualitate. Est quoq; contra cōem positionē doctorum & contra experientiam. Dum enim substantia corporea condensatur sine conuersione alicuius rei in ipsam, efficit minoris quantitatis absq; alicuius suæ partis amissione. Est etiam contra rationē. quoniam in diuersis substantijs speciei differentibus, uidetur posse esse eadem quātitas specie: non enim alia est longitudo uel latitudo, aut profunditas in pugillo aquæ, quàm aeris. Itē naturaliter impossibile est, corpus, quamuis sit quantitas, simul esse cum alio corpore, quod est quantitas. Sed qualitas simul est cum substantia. Ergo ex prædicta opinione hoc sequitur impossibile, quod naturaliter simul sint duę soliditates, imò & multo plures: quia qua ratione albedo propriam habet quantitatem: eadem ratione & sapor, & caliditas, atq; frigiditas. Dicendū ergo, q̄ extendo nomen accidentis ad omne, quod non est substantia, nec pars substantiæ, quędā sunt accidentia, quæ non sunt nisi respectus, & quædam de quorum ratione est res absoluta & respectus, ut simitas: & quędam, de quorum essentia nihil est nisi absolutum. Loquendo ergo de accidentibus primo, & secundo modo, accidentia fieri non possunt sine substātia. Si uero importent respectus immediatè fundatos super substantiā, contradictionem includit. Ad quod sequitur, quod nequeant fieri sine subiecto per quamcumq; potētiam. Accidentia autē tertio mō dicta, potentiam posse separari a substātia, nullā contradictionē includit. Existentiæ enim accidentis, duæ sunt causæ, uic3 Deus & creata substantia. Et Deus sine causa illa secundaria, potest accidēs huiusmodi cōseruare, sicut ostēsum est. Hæc Richardus. In cæteris sicut Petrus.

Duobus modis con tingit log de accidē tibus.

¶Et uerò Bonauē. hic absolutè rñdet, q̄ p diuinā potentiam accidentia possunt sine subiecto existere, quoniam differunt realiter. Veruntāmen ratio illa instantiam patitur, qm̄ accidentia succesiuè naturæ nequaquam queunt esse sine subiecto, a quo nihilominus realiter distinguuntur. sicut dicetur

Bonauē.

¶Vñ & Durandus hic, ait, ac probat, quòd accidens absolutū pōt esse sine subiecto, nō autem accidens relatiuum potest esse absq; suo fundamento.

Durandus

¶Præterea Scotus hic ait: Sunt duæ opiniones extremæ. Vna, quæ ponit solā quantitatem esse & posse eē sine subiecto in sacro. Quod probat primò qm̄ sola quantitas per se indiuiduatur, ut tactum est. & rursus, quoniā si albedo esset separata a quantitate, non esset sensibilis, imo & in diuisibilis esset. Itē in tali casu esset qualitas spiritualis, nec corruptibilis esset & posset esse modo spiritalis substantiæ. Sed istæ rationes non concludunt. Non prima, quoniam nullum agens est singulare per aliqd alterius generis. Quemadmodū enim in oī genere est aliquod supremū in coordinatione ipsius, & media genera, ac species: ita & infimum, de quo cætera omnia illa prædicantur. Qualitas ergo ēt qñ est in quantitate, non est per quantitatem formaliter hæc, sed per intrinsecum aliqd. Ratio quoque illa, q̄ albedo esset insensibilis, non procedit. Nam quamuis non esse sensibilis de propinqua potentia

Scotus. Opiniones due.

Attamen esset de potentia remota, quia ex sua na-

tura conuenit ei esse in subiecto sensibili. Idcirco, non sequitur, quòd posset esse modo angelico: quia ex sua natura apta nata est esse in quantitate, non angelus. Insuper contra opinionem hanc arguo: Dependentia ad primum essentialior est, quàm ad secundum seu posterius, loquendo de dependentibus absolutis. Qualitas autem est forma absoluta, ergo essentialiùs dependet à substantia, quàm quãtitate. Si ergo qualitas potest esse depẽdentia actuali ad substantiam, poterit esse sine depẽdẽtia actuali ad quantitatem. Secunda opinio est huic omnino contra, utpotè quòd nullũ accidens possit esse subiectum alterius accidentis: quia accidentis non est nisi inhærere, non alterius dependentiam terminare, nec subijci alteri. Vnde secundum Boetium, simplex forma non potest esse subiectum: ergo omne accidens in isto sacramento consistens, est sine subiecto. Sed huius probatur cõtrarium, cum unũ accidens denominet aliud, & illud afficiat, atq; perficiat, ut claritas superficiem. Hinc inter istas opiniones teneo medium distinguendo de subiecto. Nam quoddam est subiectum ultimatum, quod ultimate determinat dependentiam formæ, cui competit inhærere, & ita substantiæ est esse subiectum. Secundo sumitur subiectum pro proximæ terminãte dependentiam formę accidentalis, & sic unum accidens potest alterius dependentiam terminare. Hæc Scotus.

Boetius.

Dionysius

¶ Qui circa hęc scribit multum prolixè, & ea, q̃ magis inuoluunt quàm elucident ueritatem. idcirco pertranseo. Verum prima opinionum istarum, videtur esse Thomæ, Alberti, Aegidij, Petri, Richardi: qui tamen non negant, quin per omnipotentiã creatoris etiam accidẽtia de genere qualitatis possunt esse sine subiecto in sacramento, sed fine necessitate ad miracula non recurrunt, neque multiplicant ea.

Argent.

¶ Argentinensis demum hic loquitur, quod accidentia quæ formaliter dicunt respectum, nequeũt esse sine subiecto etiam per omnipotentiam Dei, iõ sex prædicamenta, de quibus agitur in libro sex principiorum, sine subiecto nequeunt esse, videlicet actio, passio, situs, habitus, quando, & ubi, & p̃sertim relatio, quoniam aut formaliter dicunt respectum, aut tanta necessitate implicant ipsum & connotant, quod sine subiecto nequeunt esse, neq; intelligi. ideo necessariò concernunt semper aliqd in quo sunt, uel circa quod habeant esse. Idem patet de numeris, quoniam numerus separari non ualet a rebus numeratis, nec separabilis est numerus a decisione continui, ut tertio Physicorum patet etiam de accedẽtibus successiuis. Tempus nanque non est separabile à magnitudine, seu mobili: imò de formali ratione accidentis successiui, est quòd una pars succedat alteri: quod fieri nequit, nisi subiecto supposito, in quo huiusmodi partes sibi inuicem succedant. Idem patet de quarta specie qualitatis, quæ separari non potest a quantitate, cum impossibile sit esse figuram sine lineis. Similtas quoque si separetur a naso, non est similtas, cum similtas sit curuitas nasi: Hæc Argentinensis.

Dionysius

¶ Quæ recitatiuè induco magis, quàm assertiuè. In hac q̃ppè materia opiniones sunt plurimæ, diuersis motiuis persuasæ. Et quamuis interdum in conclusione concordent: in medijs tamen dissentiunt, una iudicante quod motiua alterius non concludant. Et breuiter infinita contentio est in his, ex ceptis his, quæ fidei sunt. ¶ Postremò Aegidius in

Aegidius de Roma.

tractatu præallegato de sacramento, multa super his scribit: Cætera, dicens, accidentia per sua subiecta indiuiduationem suscipiunt sola quantitas dimensiua, secundum seipsam uel seipsa est hæc. & ut iuuiduetur, subiecto non indiget. Idcirco ex parte indiuiduationis reprobari non potest, quin quantitas in hoc sacramento possit esse per se. Nempè cũ tota causa, ob quam dicimus accidens non posse p̃ se esse, sit q̃a a subiecto dependet: ideo secundum quod accidentia magis, & minus a suis dependet subiectis, & magis, & minus difficile est sustinere quod ualeant per se esse, loquendo de accidentibus permanentis naturæ, quia de successiuis certũ est, quòd non. Accidentia uerò, quæ per sua indiuiduantur subiecta, uel impossibile est per se existere sine contradictionis implicatione, aut ualde difficile est hoc sustinere. Si ergo ostendatur, non omnia accidentia per sua subiecta indiuiduari, & quod quantitas per seipsam indiuiduetur: nõ poterit huius sacramenti ueritas impugnari ex hoc, q̃d quantitas per se existat. Quod autem quantitas indiuiduetur per se, & non alia accidentia, triplici uia p̃batur. In tribus enim differunt uniuersalia a particularibus. Primò, quoniam particularia habent esse & determinatum ad locũ, & tempus, Vniuersalia non. Ideo dicitur q̃d particularia sunt hic, & nunc, uniuersalia uero ubiq; & semper. Secundo, quòd particularia plurificantur in eadem specie, uniuersalia uero non. Vniuersalia enim plurificantur per differentiam formalem. Tertio, quòd particularia sunt corruptibilia, atq; mobilia. Ex his formantur tres rationes. Prima, quia (ut probat Auicenna in metaphysica sua, substantiæ accidit esse in loco: quia substantiæ non competit ubi, nisi per quantitatem, & quicquid corporalium est in loco, per quãtitatem est in eo. Ergo quãtitati per se, non per aliud competit hoc. & ita per se est hæc. Secũda est, quia in quantitate possumus intelligere plura in eadem specie, ergo ipsa per seipsam indiuiduatur. Quantitas etenim per se ipsam extensa est, cætera non nisi per eam. sicq; quantitas per seipsam habet partes extensas, quæ eiusdẽ sunt speciei. Tertia, quoniam quantitati conuenit moueri localiter, sicut eẽ in loco, eo modo, quo ei competit actualiter esse, & per consequens esse indiuiduale. Vnde impartibilia, seu non quanta, immobilia appellantur. Et sicut hoc triplici modo probatur quantitatem indiuiduari per se, non per subiectum, sic ex opposito triplici modo probatur, cætera accidentia per sua subiecta indiuiduationẽ accipere. Primò, quia non habent esse signatum nisi per subiecta, nec plurificantur nisi per ea: nec queunt esse subiecta motus, nisi per ea, quibus insunt. Amplius, quicquid Deus potest per creaturam, potest per se: ergo sicut per ipsa subiecta conseruat accidentia in esse, ita põt hoc per seipsum, nisi aliud obstet, sicut in successiuis, & relatiuis, in quibus est impossibilitas & incapacitas essendi sine subiecto seu fundamẽto ex parte ipsorum, non ex impotentia Dei. Vtrum accidẽtia absoluta præter quantitatem, quæ p̃ sua indiuiduantur subiecta, possint indiuiduari alio modo uirtute diuina, incertum est: & hoc inuestigare magis uidetur curiosum, quàm fructuosum. Quoniã ergo in hoc sacramento sola quãtitas ponitur per se sine subiecto existere, cætera uerò accidentia in quantitate fundantur, doctrina fidei de existentia accidentium sine subiecto, nil irrationale continet. ¶ Conueniunt autem quantitati respectu accidẽtiũ aliorũ quatuor, ex quibus probamus alia, ac cidentia inesse substantię mediãte quantitate, & q̃ cętera

Quantitas indiuiduatur per se.

Auicenna

Accidẽtia qũo indiuiduantur

Quãtitati quatuor cõueniunt

cætera accidentia in quantitate fundantur. Primũ est, qm̃ quantitas magis de propinquo se tenet ex parte materiæ, quàm accidentia alia: & ex hoc primò sequitur secundum, ut q̃ materia ab omnibus alijs accidentibus absoluitur, præterquàm a quantitate. Et ex isto secundo sequitur tertiũ, utpotè, q̃ quantitas immediatiùs adhæret materiæ, quàm accidentia cætera. Ex quo tertio sequitur quartum, quòd scilicet materia potest intelligi cum quantitate, aliàs accidentibus circumscriptis, seu abstractis: non autem potest intelligi materia cum accidentibus alijs, quantitate circumscripta. Hæc Aegidius. Qui de his scribit prolixè.

Aeg. dius Ant. li. 4.

¶ Præterea scribit Aegidius accidens non posse intelligi sine subiecto: Antisi. uerò in Summa sua libro. 4. affirmat, quòd accidens diffiniri potest, atq; intelligi sine subiecto, loquendo de accidenti secũdum suum esse formata, seu quãtum ad suam essentiam abstractè consideratam, prout diffinitur per ꝓprium genus differentiamque intrinsecã. Verumtamen iuxta intentionem Aegidij, plenè non ualet intelligi, nisi per suum subiectum, a quo habet originationẽ, conseruationem, unitatem, & indiuiduationem secundum naturã. Et quamuis nõ insit actu aptitudine tamen inhærere, & aptitudinalem habitudinem ad subiectum habere, inseparabile est ab eo. Cumque scire sit rem per causam cognoscere, non potest accidens sine suo subiecto plenariè nosci, nec definiri.

QVAESTIO II.

Quæstio.

OVerit, cõsequent, e An accidentia in sacramento remanentia, possint facta consecratione agere & pati, quæ ante consecrationẽ, utpote seipsum, aut aliud extrinsecum immutare, ad generationem disponere, nutrire: & an aliquid possit ex eis generari. ¶ Videtur, quòd nullum istorum conueniat eis. Primò, quoniam agere est suppositorum, ac subsistentiũ rerum, non formatum simplicium. Idcirco secundum Philosophum, qui dicit animam intelligere, dicit eam texere: cum tamen anima substantialis sit forma. Non ergo conueniunt formis accidentalibus. Secundò præhabitum est, quòd formæ istæ in sacramento habent modum essendi supernaturalẽ & eleuatum. Non ergo naturales actiones, & passiones conueniunt eis, cum modus agendi sequatur modum essendi. Videtur quoque, quòd nõ possint corrumpi, cum sint formæ immateriales. Et prorsus incredibile uidetur apud eruditos in philosophia, q̃ ex eis aliquid possit generari, nutriri, augeri. Ex eisdem quippè nutrimur, ex quibus cõponimur, nec possent superfluitares ex eis resolui.

Arguitur contra ueritatem.

Respõsi.

¶ Ad hæc respondet Aegidius: Nulla transmutatione facta in corpore Christi, saluare possumus alterationem in hostia: quoniam remanet quantitas panis, subiecta qualitatibus secundum quas cõtingit aliquid alterari. Cum itaque supra ostensum sit quomodo in hostia consecrata saluari ualeat motus localis, restat ostẽdere qualiter ibi saluetur motus alterationis. Potest equidem hostia consecrata calefieri, infrigidari, imò rarefieri, & condensari. Nec dici potest, q̃ sit ibi illusio in ueritatis sacramẽto sicut in prestigijs fit magnorũ: neque q̃ ibi fit alteratio uera, & tamen nil immutetur: præsertim cũ per huiusmodi alterationem fiat dispositio ad corruptionẽ: qa per nimiã calefactionẽ posset hostia incinerari, nec miraculosè, sed naturaliter fit hoc. Sola ergo restat hæc uia ad declarandum qualiter ista contingunt, ut dicamus in sacramento hoc remanere quantitatẽ qualitatibus subiectã, quia secũ dũ qualitates fit alteratio. Propterea dicere possumus, quòd eadem dimensio successiuè diuersarũ, contrariarumque qualitatum sit subiectum. Quẽad modũ enim naturaliter est generatio in rebus corruptibilia communicant in materia, quæ est subiectum formarum substantialium, sic naturaliter saluare possumus alterationem in sacramento: quoniam manet ibi quantitatis, quæ subiectum est qualitatum. Sufficit quippè ad saluandum transmutationem, ponere aliquod tertiũ, quod subijci possit formæ utrique.

Accidẽtia a panis & uini ī sacrõ. qũo agũt. & patiuntur.

¶ Verum his obijci potest, quia secundum Philosophum Ilæ, id est, materia prima, maximè est subiectum generationis. Primum autem in omni genere, causa aliorum sequentium. Ergo quantitas sine materia nequit esse alicuius alterationis subiectũ. Rursus, sicut materia prima est principium omnis alterationis passiuę, sic forma principium est omnis alterationis actiuæ. Cum ergo nec forma substãtialis ipsius panis, ac uini, facta transsubstantiatione permaneat, uidetur, quòd nec qualitates remanentes in pane, & uino consecrato, potuerunt aliquam actionem habere. Sicq; albedo hostiæ usum non immutaret, nec sapor uini gustum, nec humor eius aliquid humectaret, quorum oppositum docet experientia. Dicendum, quòd causa, cur quantitas nequit esse naturaliter subiectum transmutationis sine materia, & eius substratione, est: quoniam quatitas naturaliter esse non potest nec conseruari in esse absque materia. Conformiter, quòd qualitates actiuæ non possunt esse actiua principia alterationum sine forma substantiali: quoniam naturaliter esse, aut conseruari non queunt sine huiusmodi forma. Cum ergo uirtute diuina supernaturali cõferatur in sacramento quantitati sine subiecto existere, qualitatibus quoque sine substantia in quantitate conseruari, ac permanere potest quantitas ipsa ex omnipotentia Dei esse subiectum transmutationum, & alterationum, ac si subesset ei materia: sic & qualitates manentes exercere ualent suas operationes: acsi maneret ibi forma substantialis.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Hinc quoq; probatur, q̃ non augmenta corporis Christi substantia, circa sacramentum altaris per rarefactionem & condensationem contingere. Potest motus augmenti: quia dimensiones indeterminatæ, determinatis dimensionibus sunt subiectæ tam autem supra ostendimus, quomodo in hostia consecrata ualeant esse motus localis & alteratio: restat ostẽdere, qũo ibi saluentur diminutio, & augmentũ, qd̃ maioris est difficultatis: Augmẽtũ aũt & diminutionẽ circa aliqd dupliciter intelligere possumus. Primò, per subtractionem alicuius partis, seu per additionem nouæ materię, sicut in nutritione uiuentiũ, & ẽt quodammodo aliorũ. Secõdò per condensationem, & rarefactionem. Possunt etenim uini species, sub quibus est sanguis Christi, frigore congelari & condensari, sicq; locũ occupare minorẽ, & tunc sub dimensionibus minoribus eẽt sanguis Chri. Per calorẽ quoq; possunt rarefieri species illæ, & sic occuparẽt locũ maiorem, ita quod sanguis sub maioribus dimensionibus erit q̃ ante. Quod certum est fieri, sed qualiter fiẽt, difficile est uidere. Naturaliter quippè loquendo, nõ est dare aliquam mutationẽ nisi sit subiectũ tertiũ, qd̃ subijci possit duabus formis oppositis, uel priuationi, ac formæ. Non enim esset motus, aut mutatio secundum illuminationẽ, nisi esset diaphanũ, se diuersimode habens. Iuxta hunc modum saluamus

Augmẽtũ & diminutio dupliciter intelligitur.

in

in sacramento motum localem & alterationē: quoniam hostia moueri potest localiter, quia dimensiones hostiæ existentes circumscriptiuè in loco, possunt successiuè se commensurare locis diuersis. Sic etiam alteratio ibi esse potest, quoniam eadem quantitas qualitatibus differentibus, contrarijsve subiicitur. Porrò in prætacta augmentatione, & diminutione quæ fit per condensationem & rarefactionem, nihil subijcitur dimensionibus panis aut uini. Quomodo ergo fiunt ibi? Itaque aduertendū, quod in materia panis, & uini, omnium que generabilium & corruptibilium rerum, est quantitas duplex & duplex genus dimensionum. Sunt enim ibi dimensiones determinatę, & indeterminatæ. Vicinus nanque quod tantum de materia est sub uno pugillo aquæ, quantum sub decem pugillis aeris, nec tamen tantum occupat locum in uno sicut in alio: quoniam nullum horum conuenit materiæ p se, sed per quantitatem. Si ergo probare poterimus, quòd non sit eadem quantitas, per quam materia est tanta, uidelicet unius pugilli in aqua, & occupat tantum locum, utpote decem cubitorem in aere: rursus, si declarare poterimus q̄ quantitas illa per quam materia est tanta, præcedit quantitatem illam, per quam materia occupat tantum locum; & quod in prima quantitate per quam materia est tanta, fundatur uelut in subiecto alia quantitas, per quam materia occupat tantum locum: facile erit sustinere, quō per condensationem rarefactionē contingant augmentum & diminutio in sacramento; & occupatio maioris, minorisque loci. Nam quantitas, per quam materia est tanta, possunt dici dimensiones indeterminatę: dimensiones uerò determinatæ dici possunt quantitas, per quam materia occupat tantum locum. Nunc itaque declarandum, quòd quia quantitas illa per quam materia dicitur quanta, quæ dici potest dimensiones indeterminatæ, subiecta est quantitati, per quam occupat locum tantum, quæ dici potest dimensiones determinatæ: oportet dimensiones indeterminatas subijci dimensionibus determinatis. Et quia tantumdem de materia, dum est sub forma aquæ, occupat, locum minorem: & dum est sub forma aeris, occupat locum maiorem: oportet easdem dimensiones indeterminatas, aliquando subiici maioribus dimensionibus determinatis, & interdum minoribus. Vtrę que autem dimensiones panis & uini manent, facta transsubstantiatione illorum: idcirco saluatur per hoc ibi occupatio maioris, minorisq; loci, & motus ad maiorem, atque minorem quantitatem: quoniam remanent ibi dimensiones indeterminatæ, possibiles subiici diuersis dimensionibus determinatis. Et ut hæc clariùs intelligantur, ostendendum est primò, quod quantitas illa, per quam materia est tanta, non est eadem cum quantitate, per quam materia occupat tantum locum: & quòd dimensiones indeterminatæ non sunt eadem per essentiam cum dimensionibus determinatis, loquendo de eis prout nunc loquimur. Quod primò ostenditur, quia materia potest remanere tanta, absque hoc quod maneat occupatio tanti loci. Cum enim ex aqua fit aer manet materia tanta, quoniam quantum materiæ fuit sub forma aquæ, tantum fit sub forma aeris: quoniam nihil de materia ibi deperditur, quia nihil ibi annihilatur, nec quicquam materiæ de nouo producitur, aut creatur: non tamen manet occupatio tanti loci. Secundò quoniam uirtus naturalis agentis potest inquātitatem materię, per quam materia occupat tantū locum, ut dum naturaliter ex aqua fiat aer. Sed nulla uirtus naturalis agentis potest immutare quantitatem, per quam materia est tanta. Non enim naturaliter fieri potest, quod paruum de materia fiat multum: quia tunc de grano milii fieri posset mōs unus. Dimensiones ergo indeterminatæ non sunt eædem cum dimensionibus determinatis. Conformiter potest probari, quod dimensiones indeterminatę priores sunt dimensionibus determinatis, & eis subiectę sunt. Aliàs materia posset absolui ab una sicut ab alia, quod non est uerum. Quacunque enim transmutatione naturaliter facta, semper manet materia tanta, quanta fuit priùs, sed non semper occupat tantum locum.

Materia mutabilis dupliceꝫ habet quātitatem.

¶ Præterea, quamuis transmutatione completa nulla ibi maneat materia: attamē generatio & corruptio possunt eē ibidē absque miraculo alio: quamuis difficillimum uideatur, qualiter istud possit saluari, uidelicet quòd ex hostia putrefacta uermes gignuntur, & ex ea combusta remanet cinis, quæ sunt materiales substantiæ, quarum pars extat materia. Aliqui ergo dixerunt, q̄d dimensiones indeterminatæ conuertuntur miraculosè in naturam materiæ, sicque generari possunt inde istæ substantiæ. Sed hoc sustinere uidetur magis difficile, quàm dicere, quòd talia generantur ex aere circumstante, uel ex materia de nouo producta. Quamuis magni sint, qui hoc dixerunt, & si mouerent, suam positionem defenderent: attamen dicta eorum intellectum meum non quietant. Imò & ipsemet alibi aliter sunt locuti, utpotè quod sicut miraculosè accidentibus illis collatum est sine subiecto subsistere, ita sine adiuncto nouo miraculo facere possunt, ac pati, quod facit, patiturq; substantia: & ita possunt inebriare, nutrire, & possunt ex eis generari uermes & cinis &c. Verum istud intellectum nostrum excedit, & intellectus noster, q̄ ad intellectum totū non attingit, non quietatur in huiusmodi dictis. Quamuis enim diuina uirtute datum sit accidentibus illis p se existere: non tamen datum est eis esse substatiam. Tenendo igitur quasi niam mediam dicimus, quòd dum ibi ex putrefacta aut combusta hostia generatur uermis, aut cinis, incipit ibi esse materia, ex qua talia generātur. Corruptis enim accidentibus panis. atq; inductis accidentibus alijs definit ibi esse corpus Chri, & incipit ibi esse materia, & hoc naturaliter sine miraculo. Possumus quoque dicere, q̄ quinque sunt ibi simul, & in eodem instanti, quamuis naturali ordine unū sit alio priūs. In eodem namque instanti plenè corrupta sunt ibi accidentia panis, & introducta accidētia alia: & definit ibi esse corpus Christi, & incipit ibi esse materia, atq; de ea educitur forma substantialis uermis, & cineris. Quod ut clariùs pateat, aduertendū q̄d dupliciter dicitur aliquid naturaliter fieri. Primò, quoniam naturale agens id efficit. Secundò q̄a natura sufficiēter disponit ut fiat. Primo modo ex igne naturaliter gignitur ignis. Secūdo modo homo ex homine, cum utiq; anima intellectiua ab extra fit. Ita per transmutationem naturaliter factam circa sacramentū inductis ibi dispositionibus, quę ordinem habent naturalem ad materiam, naturaliter habet esse ibi materia, quamuis solus Deus ualeat eam producere. Hæc Aegidius prolixè prosequitur, & prout pōt declaratin qbus sunt multa incerta, & obscura, sicut quod dicit de duplici dimensione, & duplici quantitate in eodē, realiter adinuicē distincta, de quibus infra magis ueritas elucebit.

Qño gñatio & corruptio in hostia sint consecrata non existēte ibi materia.

Iste est Thom. magister Aegidij quę sufficiter obijt quādo Aegidius ista conscripsit.

Naturaliter fit aliquid dupliciter.

¶ Insuper circa hęc asserit Thomas: Agere, proprio

priè non est nisi rei per se subsistentis, ideo neque materia neque forma, ppriè egit, sed cōpositū. Qd̄ tamen non agit ratione materiæ, sed formæ, quæ est actus materiæ & actionis principium. Cūq; quātitas teneat se ex parte materiæ, & qualitas ex parte formæ, quantitas non agit nisi mediante qualitate, quæ est per se actionis principium. Hinc qualitates sunt sensibiles primò, quātitates secundò. Cū ergo in sacramento qualitates retineant eundem modum essendi, quem habebant substantia panis ibi consistente, quia in quantitate subiectantur: ita habent eundem modum agendi, ita ut immutent & agant naturaliter sicut priùs. Quantitas uerò, quoniam habet alium modum essendi: quia nō est in subiecto, non est agere nisi mediante qualitate.

Accidētia essentialiter immutare possunt aliquid extrinsecum 3. de aīa.

¶ Porrò dum quæritur, utrum accidentia in sacramento possint aliquid extrinsecum essentialiter immutare: dicendum, quòd in actionibus naturalibus formæ substantiales non sunt immediatum, & proximum actionis principium, sed agunt mediantibus qualitatibus actiuis & passiuis, ut proprijs instrumentis. Vnde tertio de anima dicitur, quòd calor naturalis est, quo agit anima, iō qualitates agūt non solunt uirtute propria, sed etiam uirtute formæ substantialis. Propter quod actio earum terminatur non solū ad formam accidentalem, sed etiā substantialem. Hinc generatio est terminus alterationis. Huiusmodi quoque instrumentalem uirtutem accipiunt eo, quòd ex essentialibus causantur principiis. Vnde sicut remotis substantijs, manet in accedentibus idem esse secundum speciem uirtute diuina, ita remanet in eis eadem uirtus, quæ priùs: ideo sicut priùs poterant immutare ad formam substātialem, ita, & facta consecratione, neq; agunt ultra speciem suam, sed uirtute diuina.

Quæstio. Accidētia quomodo queūt corrumpi.

¶ Quæritur quoq;, qualiter queant corrumpi. Dicendum, quòd sicut unaquæque res habet propriū esse suæ speciei, ita & propriam actionem. Vnde sicut in qualitatibus remanentibus in sacramento, manet actio conformis actioni substantiæ priùs existentis: ita etiam esse subsistens, quod conuenit dimensionibus remanentibus, est conforme illi eē quod priùs substantia habebat. Hinc sicut qualitas fecit eandem actionem, quam priùs faciebat, substantia panis & uni existēte ibidem, sic esse, in quo dimensiones subsistunt, corrūpitur, eisdem passionibus, qbus & aī. Sicque accidentia manentia corrumpuntur eodē mō, quo aī corrūpi ualebant. Poterant uerò ante corrumpi dupliciter. Primò, manente subiecti substantia, per aliquā alterationem accidentalē, sicut uinū mutare pōt suum colorem siue saporē. Quantitas uerò ita corrūpi nequibat p motū in quantitate, uidelicet p augmentū: qm̄ panis & uinū non sunt corpora animata. quæ possunt esse subiectum augmenti, & diminutionis: per sed additionem, uel diuisionem, quia secundum philosophum 3. Methaphysicæ in additione quantitatis ad quantitatem, una quantitas incipit esse duabus desinentibus esse. Econtrario in diuisione. Secundo, per corruptionē substātiæ, q̄ corruptio cōtinit de trāsmutatione accidentiū ex parte qualitatum; qm̄ sicut generatio, ita corruptio est terminus alterationis. atq; ex parte quantitatis; quia una quaq; res naturalis determinatā habeat quantitatē, poterit diuisio in tm̄ procedere, q̄ spēs rei nō pmaneret. Vñ cū in hoc sacro aliqñ aliqua facta alteratiōe in qualitatibus, adhuc manet eē illud dimēsionū, cōforme substātiæ p̄cedēti, tūc rōne corruptiōis accidentiū nō definit ibi esse corpus domi-

Accidētia duob' modis corrūpuntur.

8. Metha.

nicū. Interdū uerò alteratio uenit ad terminum & tunc tollit esse prædictū, & definit esse sacramentū. Similiter ex parte quātitatis: q̄a si fiat diuisio in partes tantę quantitatis. quæ sufficiat ad speciem panis, & uini, sunt alię dimensiones: qm̄ partes continui, quæ erant potentia, fiunt actu; sed esse conforme præexistēti substanciæ manet: ideo adhuc est sacramentum. Si autem quantitas partium ad hoc non sufficiat, utrumq; definet esse, puta dimēsio, & esse & p̄dictum, & tunc corpus Chri definit ibi esse.

Opinio. Quæstio.

¶ Præterea, dum quæritur, an aliquid ualeat generari ex huiusmodi speciebus: quidam respondet q̄ species illæ possunt putrefieri & corrumpi: tamē ex tali putrefactione non geuerantur uermes, neque substantia alia. Sed hoc nihil est. Nam accidentia cum corrumpuntur, non penitus annihilantur: immò succedit eis sensibile aliquid, quod oportet de nouo esse generatū: nec differt an sit uermis aut cinis, seu aliud quodcunque: quia de omnibus est eadem difficultas. Alij ergo dixerunt, quòd substantia panis remanet ibi, quod rebrobatum est supra. Opinio.

Alij, quòd ex mutua actione, accidētiū sacri ad corpora circunstantia, generanē uermes ex aere continente. Qd̄ nō uī, qm̄ accidentia illa non habent ibi ullam actionem, quam haberent si substantia panis ibi esset. Sed qñ substantia erat ibi, non poterāt uermes generari ex aere, nec cinis per talem actionē. Sensibiliter quoque apparet, quòd in loco ubi extitit corpus Christi, est illud, quod generatur, & præcedentis alterationis uestigia apparent ibidem. Aer uerò: ante ultimum instans corruptionis speciērū, non erat in illo loco: quia sic subintrasset dimēsiones, sub quib. fuit Christi corpus: nec mouebat ad locum illum, imò forsitan fuit quietus. Vnde sequitur, quod totus motus localis aeris & alteratio eius & corruptio, ac generatio uermium, aut cineris, sit in eodem instanti, quod est impossibile. Rursus, idē accideret, si corpus Christi conseruaretur infra solida corpora. Idem quoque posset accidere, si corpus Christi in magna quātitate esset consecratum. Opinio.

Nec tanta inspissatio aeris posset de facili euenire sine sensibili eius immutatione. Hinc alii dicunt, quod sacramento peracto redit substantia panis sub speciebus, sicque ex ea talia generantur. Sed nec hoc potest stare, quia quamdiu est ibi corpus Christi, non redit substantia panis: quia sic simul esset ibi corpus Christi & panis substantia. Corpus uero Christi manet ibi tādiu sicut species panis, q̄bus remotis, iam non est ibi substantia panis, sed uermis, aut cinis. Nunquam enim est substantia panis sine speciebus ipsius, idcirco substantia panis non potest redire, nisi dicatur redire, quo ad materiam tantum, quia eadē illa materia, quæ prius erat sub forma panis, postmodum fit sub forma cineris alicuius huiusmodi. Et hoc stare posset iuxta sm̄ opinionē prǽhabitā, quantum ad hoc, quòd ponēbat substantiam panis in præiacentem resolui materiam, quod improbatum est supra; sed quantum ad aliam partem, qua posuit, quod annihilaretur, stare non ualet. Quod enim annihilatum est, nō potest rursus sumi. Quantum uerò ad primam opinionem, quæ tenetur communiter, omnino stare non ualet: quoniam quod in aliud est conuersum, non potest redire nisi illud aliud conuertatur in ipsum. Substantia autem panis in Christi corpus cōuersa est, & hæc substantia panis facta est substantia corporis Christi. Vnde non potest esse, quòd substantia panis redeat, nec quo ad se totam, nec quo ad partem, nisi corpus Christi conuertatur in substan-

Dimensio determinata differt ab indeterminata.

ſtantia panis,quod eſt impoſſibile. Si autem ſubſtã
tia panis redire dicatur non eadē numero,ſed ſpe-
cie,dicere oportebit,quod illa alia materia de no-
uo creetur.Et forte hoc intellexerunt, qui dixerũt
Rñſio.
ſubſtantiam panis redire Sicq; ſatis probabiliter p
hunc modum ſuſtineri poteſt opinio, ut dicatur
quòd ad hoc Deus materiam creat, ne ſacramentũ
depræhendatur, ſicq; fides meritum perdat. Nec
tamen materia corporalis in principio creata au-
getur: quoniam quantum de materia conuerſum
fuerit de ſubſtantia panis in corpus,tantum de ma
teria nunc creatur de nouo. Poteſt tamē & aliter di
ci,quòd ſicut ſpecies illæ ex hoc, quòd per ſe ſubſi-
ſtunt, habēt,qđ poſſunt agere, quicquid poterant
agere exiſtentibus ſubſtantijs panis,ac uini: ita ha-
bent,quòd poſſunt conuerti,in quicquid conuerti
poterant ſubſtantiæ præexiſtentes.Quod ſic intelli
gi poteſt: nam ut Cõmentator primo phyſicorũ,
Auerrois.
& in libro de ſubſtantia orbis ait: In materia gene-
rabilium & corruptibilium oportet intelligere di-
menſiones interminatas ante aduentũ formæ ſub-
ſtantialis. Aliter non poſſet intelligi diuiſio mate-
riæ, ut in diuerſis partibus eius diuerſæ formæ ſub
ſtantiales conſiſterent. Huiuſmodi autem dimen-
ſiones poſt aduentum formæ ſubſtantialis accipi-
unt eſſe terminatum, atq; completum. Quicquid
autem intelligitur in materia ante aduentum for-
mæ ſubſtãtialis,manet idem numero in generato,
& in eo,ex quo generatur:quoniam poſteriori re-
moto,remanet priùs.Dimenſiones autem illæ inter
minatæ ſe habent ad genus quantitatis ſicut mate
ria ad genus ſubſtantiæ. Hinc ſicut in quolibet cõ-
pleto in genere ſubſtantiæ corporalis, eſt accipere
materiam,quæ eſt ens incompletum in genere illo
ita in dimenſionibus completis in ſacramento, eſt
accipere dimenſiones incõpletas: & his medianti-
bus materia panis formã reciperet eius, quod ex
pane generaretur, pane non conuerſo in corpus
Chriſti. Vnde ſicut dimēſionibus illis collatum eſt
per ſe ſubſiſtere,& ſubeſſe illi eſſe,qđ eſt conforme
eſſe prioris ſubſtantię, & terminationi quantitatis,
& omnibus alijs accidentibus:ita etiã datur eis, qđ
poſſunt ſubeſſe alteri formæ naturali, & acciden-
tibus aliis,qa de natura ſua non habent, ꝙ ſubſint
tantũ accidēti,ſed etiã formæ ſubſtantiali: & tunc
uel ex cõſequēti adueniret etiã materia ꝓpter natu
ralem concomitãtiã formę ad materiã, ſicut pro-
pter naturalē concomitãtiã animæ Chriſti ad cor-
pus ſuũ erat aĩa ſub ſacramento:& hoc quodãmo-
do redit in primũ dictũ.ut ſcʒ materia ibi de nouo
fiat,vel ipi dimēſioni dabitur uirtute diuina natura
materię,propinqtatem ad ipſam, ut ſic illud gene-
ratũ ſit cõpoſitũ ex materia & forma, ſicq; dimen-
ſio poteſtate diuina cõuertitur in materiam dimē-
ſionatam,& fit illa.¶Ex his aliqualiter patet reſpõ-
Quæſtio. Spēs ſacrales poſſũt nutrire.
ſio ad quæſtionē,qua quæritur,an ſpecies iſtæ ſacra
mentales poſſint nutrire.Ad quod dicendum, qđ
quidã dixerãt ſpecies illas non nutrire, ſed ſolum
reficere,atq; inebriare ex ſola immutatione acci-
dentali,quēadmodũ quidam inebriantur odore,&
reficiuntur,ac famē ãmittunt ex odore, & ſapore,
ſed hoc non poteſt eſſe: quoniam talis immutatio
quãuis ad horã reficiat: attamen ſuſtentare, non
põt. Qđ tñ faciunt ſpecies illæ,ſi in magna quantita
te ſumãtur.Alij ergo dixerunt, ꝙ ibi manet forma
ſubſtãtialis ipius panis,habēs eãdē opationē,q̃ ha-
buit panis,ideo nutrit.Sʒ hoc eſſe nõ põt:qm̃ ope-
ratio formæ eſt agere,& nõ pati. Nutrimētũ autē
non nutrit,niſi ſcđm quod couertit in nutriti ſub
ſtantiam,ideo nutrit ſecundum qđ patitur,& ſcđm
qđ ex eo aliquid generatur, quod non poteſt dici
de forma.Iccirco dicendũ, qđ cũ ex illis ſpeciebus
generari aliquid poſſit, ſicut modo expreſſum eſt,
eodē mõ poſſunt nutrire.Cũ aũt dicitur ſacramen-
tũ hoc,ſeu cibus iſte nõ tranſire in uentrē,nec ale-
re carnē:intelligēdũ eſt quãtum ad rem contẽtam,
quod eſt corpus Chriſti uerum,quod non conuer
titur in manducantem. Accidentia quoq; manen-
do in ſuo eſſe accidentali,non nutriunt, ſed prout
in aliud conuertuntur, ſeu aliud ſub eis cauſatur
aut redit ¶Præterea quęritur, an aliqs liquor poſ-
Quæſtio. Opinio.
ſit ſpeciebus ſacramẽtalibus uini miſceri.Ad quod
aliqui dicũt,ꝙ quicũq; liquor addatur ſpeciebus il
lis in quantacũq; quantitate, mox deſinit ibi eſſe
corpus Chriſti:quoniam dimenſiones illæ manent
eædē,liquor quoq; additus per totum diffunditur.
Cũq; corpus Chriſti non ſit ſub ſpeciebus illis cum
alio corpore,oportet,quòd in toto deſinat ibi eſſe
corpus Chriſti.Sed iſta opinio ſtare non ualet.Cõ-
Opinionis ĩprobatio
ſtat enim qđ corpus Chriſti manet ibi, quãdiu illa
accidētia manēt.Illa uerò accidētia non aliter cor
rumpuntur,q̃ corrũperet ſubſtãtia panis & uini.Ex
Liquor ſi addatur ſpēbus ſacramētalibus.
paruo aũt liquore adiũcto nõ deſtrueret uinũ, iõ
nec ſpēs uini remanentes.Nec quælibet dimēſionũ
deſtructio tollit ſacramentũ.Sicut eñ additio, ita
diuiſio aliã facit dimēſionē.Diuiſio quippe nõ tol-
lit ſacramēti ueritatē, ut patet in pane qui frangit.
Vnde nec additio:quoniam illã dimenſionũ uarie-
tas, quã facit talis additio & diuiſio, eſt quantum
ad in determinationē ipſarum nõ quãtũ ad deter-
minatũ eſſe earũ,ſecũdũ quod cõpetit ẽis ſubſiſtere
nec q̃tũ ad eſſe in quo ſubſiſtũt,conforme ſubſtan
tię præcedenti. Nec paruus liquor poteſt per om-
Reſpõſio melior.
nes dimēſiones diffundi,niſi rarefieret & tranſmu-
ret in aliã liquoris ſpē. ideo nõ oportet,quod oc-
cupet oēs dimenſiones.Ideo aliter eſt dicendũ, qđ
hoc mõ admiſcetur liquor quicunq; ſpeciebus il-
lis,ſicut ad admiſcetur ſubſtãtiæ uini. Liquor aũt
additus, ſi eſſet æqualis quantitatis aut maioris,p-
tingeret ad omnes dimenſiones uini: & ita ſi eſſet
alterius,atq; alterius ſpeciei, faceret aliã liquoris
ſpeciē mediã.Si aũt eſſet eiuſdem ſpeciei uinum,fa
ceret aliud uinum ſecundũ numerũ, maximè quã-
tũ ad accidentia.Porrò ſi liquor additus eſſet quã-
titatis minoris, non poſſet ptingere ad omnes di-
menſiones totius uini,ſed ad aliquas:& illas immu
taret altero dictorũ modorũ,& forte immutaretur
ſecundũ ſpeciem, ſi eſſet alterius ſpēi.Cõſtat itē, ꝙ
in hoc ſacramēto nõ manet corpus Chriſti, niſi
quãdiu ſpecies illæ manent eædem numero: ideo
ſi apponatur paruus liquor,corrũpet partem ſpe-
cierum,& ſub illa parte deſinet eſſe corpus Chriſti.
Non eñ ꝓbabile eſt,quòd una gutta aquæ per to-
tum ſcyphum diffundatur.ſi autem in magna quã-
titatę addat̃,corrũpet ſpēs ſecundũ totũ,ſicq; tota
liter deſinet ibi eſſe corp⁹ Chr̃i.Hæc Tho.ĩ Scripto.
¶Eadem ſcribit in tertia parte, q̃ſtio 77. ubi, &
tenet pro probabiliori reſponſo, quòd ſicut diui-
na uirtute cõfertur quãtitati p ſe ſubſiſtere, & alijs
accidentalibus formis ſubſtare,ita & uicem ſupple
re ſubſtantię,atq; materiæ in hoc, quod aliqd ge-
neretur ex dimenſione, & nutriatur ex ea p modũ
ꝑtactum,Idem tenet in Summa cõtra Gẽtiles libro
4. & quæ ſcribit ibi iã ſententialiter ſunt inducta.
Cap. 65. Albertus.
¶Rñſio demum Alberti conſonat reſponſioni
Thomæ in Scripto: Ego, inqt nulli pjudico. Qui-
dã enim dicunt,quod in tranſitu ſpecierũ in alia,re
dit ſubſtantia prima ſpecierum illatum. Alij dicũt
quod

quòd ſicut ſpecies ibi ſine ſubſtantia quaſi in actu
ſubſtantiæ,ita in nutriendo habenti ſubſtantiæ actũ,
& utrumq; ſatis congruè dici poteſt.Veruntñ acci-
dens hic in ſubſtantiam non mutatur. Hæc Albert.
¶Cuius hoc ultimum verbum non videtur concor
dare Thomæ,dicenti,quòd quantitas ſeu dimenſio
fit diuina uirtute materia dimenſionata.
Petrus. Richard⁹.
¶Petrus in oĩbus his ſequitur Thomã, & proba
biliùs arbitrat̃,quòd formæ illæ accidentales finali
An ſpēs ſacramenti nutriant.
ter cõuertit̃ in eoſdem humores,in quos fieret ſub-
ſtantia, ſi adeſſet conuerſio.Concordat Richardus.
¶At uerò Bonauentura:Aliqui,inquit, dicunt, ꝙ
Bonauent. opinio.
accidentia illa non reficiunt nutriēdo, nec in alimē
tum conuertuntur, quia nec accidentia poſſunt ita
conuerti,attñ agunt,aerē,ac cerebrum immutãdo.
Vñ multi inebriantur ex uini odore Sed; qm̃ ex cõ-
Opinio cõmunior.
buſtione hoſtiæ cineres generantur, & ex putrefa-
ctione uermes, cummunior extat opinio, ꝙ perci-
piens ſacr̃m alitur,ac nutritur, quod ſatis patet ad
ſenſum:qm̃ bibens uinum conſecratum,ſitim extin
guit in ſe,ſi ſitiat.Cumq; objicitur, quòd alimentũ
Obiectio.
eſt ſubſtantia,diuerſimodè reſpondetur. Aliqui eñ
Opinio.
dicunt,quòd uirtute ſupernaturali accidentia ꝯuer
tuntur in ſubſtantiam.Nempè, qui omnipotēte ſua
uirtute põt accidentia illa ſubſtentare ſine materia,
poteſt eadem ſua uirtute in ſubſtantiam ea conuer
tere,in quam conuerteretur panis ſubſtantia ſi ad-
eſſet.Et hoc dicunt ipſum ſacr̃m exigere, ne depræ-
hendatur,& ne fides merito ſuo priuetur. Alij di-
cunt,quòd diuina uirtute redit ſubſtantia panis,qñ
deſinentibus,& corruptis ſpeciebus,deſinit ibi eſſe
ſacramentum.Et hoc dicit Innocentius in libro de
Innocēti⁹
eccleſiaſticis officijs.Hanc poſitionem credo proba
bilem,& ſecuram, maximè: quoniam tanti viri au-
ctoritate fulcitur.Caute tamen procedendum eſt
hic, quia in hoc ſecretum fidei latet, & ſancti non
multum loquuntur de his.Et quis ſcit, an Deus fa-
ciat ſic, aut ſic?Nec videtur omnino improbabile,
quòd aliquod accidēs in ſubſtãtiã ꝯuertat̃,cũ diui-
na uirtute per ſe ſubſiſtat. Sic nec improbabile re-
putatur,quin ſicut ſubſtantia panis in corpus Chri
ſti miraculosè conuertitur,ita, & reuertatur. Cum
enim in conuerſione ſubſtantiæ panis, corpus Chri
ſti non generetur, nec fiat,& tamen ſub ſpeciebus
illis eſſe incipiat corpus Chriſti, quis audeat hoc
tanquam irrationabile reputare,ut corpore Chriſti
non corrupto, ſed deſinente eſſe ibidem, ſubſtan-
tia illa,quæ priùs ſuſtentabat accidentia illa,reuer-
tatur:cum accidentia illa non ſint ob aliud ſine ſu-
biecto,niſi ob dignitatem,reuerentiamq; contenti,
Quæſtio.
vtpotè ſacramenti?¶Quòd ſi quæratur,an illa reuer
ſio ſit generatio,creatio,aliave mutatio;dici põt,ꝙ
ſicut illa conuerſio eſt ſingularis mutatio,ita,& iſta
reuerſio.Quicquid autem horum dicatur,dumodo
non pertinaciter aſſeratur,nullum conſiſtit pericu
lum.Solum hoc obſeruetur, ut capacitatis noſtræ
2.Cor 10.
intelligentia in Chriſti obſequium totaliter capti-
Quæſtio.
uetur.Hęc Bonauentu.¶Qui infra quærit,vtrum ac
cidentia illa habeant potentiam conuertendi alia
Cõtra veritatē arguitur.
in ſacramentum, vtpotè ſi uino conſecrato appona
tur aqua:Videtur,quòd ſic, quia ſi aquæ benedictæ
In oppoſitum.
addatur aqua non benedicta,totum eſt aqua bene-
dicta.In oppoſitum eſt,quia nihil conuertitur in ſa
Reſpõſio.
cramentum niſi per trãſſubſtantiationem, quę fit
ſacramentum talium uirtute verborum,non ui ſpe-
cierum.Dicendum ad quæſtionem,ꝙ non:nec eſt ſi
mile de aqua benedicta:qm̃ benedictio aquæ non
ponit niſi accidens aliquod proprietatem quan
dam ſanctificationis.Hęc autem conſecratio ponit
conuerſionem in veram ſubſtantiam,continentiam
que eiuſdem realem,quę eſt a ſola increata uirtute.
Hæc Idem.
Dion.car.
¶Ex præinductis iã declarata eſt hęc ſacroſanctæ fi
dei veritas,quantum humani ingenij imbecillitate
fieri poteſt.Nihilominus quidam circa hæc tot facit
inuolutiones,ut ſi ſcripta eius produxerim, profe-
ctus legentis impediretur magis,quã creſceret.Re-
citat circa hæc primò opinionem ſancti doctoris &
primò facit ſcrutinium circa hoc, quòd ſanctus ille
affirmat formas ſubſtantiales agere mediate p qua
litates actiuas,ut formam ignis per calorem. Quali
tates quoq; agere,& producere ſimile ſibi in ſpecie
ſicut calor cauſat calorem:non autem agere ultra
ſpeciem ſuam,niſi uirtute formę ſubſtantialis.Circa
hæc grandem facit inquiſitionem, & diſputationē,
quid ibi intelligatur per uirtutem,& in quo ſit rea-
liter uirtus illa:cum tñ hæc plana,& certa ſint, nec
dignum ſit talibus immorari, præſertim cum om-
nis effectus agat quodam modo in uirtute propriæ
cauſæ.i.virtute ſeu poteſtate, quam habet à ſua cã,
vel uirtute,quæ eſt in cauſa ſua realiter,& in ipſo in
fluentialiter, ſeu per quandam impræſſionem, aut
participationem:quemadmodum ſerra uirtute ar-
tis artificis cooperatur ad formæ artificialis indu-
ctionem,atq; propria uirtute,ſeu accumine cauſat
ligni ſecationem.Inſuper contra dicta beati Thomę
arguendo,aſſumit ſic:Nihil eſt in accidente nobi-
lius eo.Hoc falſum vr̃,cum charitas, & actio eius
ſint in voluntate,beatitudo quoq; in intellectu, aut
voluntate,& tamen præſtantiores ſunt naturalibus
illis potentiis,& ſummę perfectiones earum forma-
les.Secundò aſſumit ſic:Quod non eſt, non eſt cau-
ſa.Hoc quoq; inſtantiam patitur;qm̃ finis obtinen-
dus,nondum conſiſtens niſi in appræhenſiones agē
tis,eſt cauſa,imò,& cauſa cauſarum uocatur: quo-
niam mouet efficientiam, qui mouet materiam,
qua mota,inducitur forma, ſicque acquiritur finis
Tertiò ſic aſſumit: Nihil eſt cauſa inſtrumentalis
reſpectu eius, ad quod producendum ſufficit ſo-
la ſua virtus actiua.Hoc reprobatur:quoniam om-
nis cauſa creata, eſt inſtrumentalis cauſa reſpectu
ſui effectus per comparationem eius ad primam
cauſam.Veruntamen cauſa inſtrumentalis multipli
citer dicitur, & uile cenſetur de vſu nominum di-
ſceptare.Iuxta hũc modum poſſent,& cætera ſcri-
pta eius impugnari.
Tho. Ar. Durand⁹. Gulielm⁹ Parrhiſi.
¶Argentinenſis, & Durandus pręinductæ com-
muni doctrinæ ſatis concordant.
¶Porrò Gulielmus parrhiſie.in ſuo Sañali tuetur,
& probare conatur, quòd ſpecięs ſacrãles non nu-
triunt verè,nec augent ſumentem: Menſa, dicens,
altaris menſa eſt animarum,non corporum.Placuit
Miraculũ
autem clementiſſimo creatori hoc declarare iſto
miraculo.Quidam ſacerdos credens hoſtijs verum
panem ſubeſſe, conficiebat in magna quantitate,
prout ad corporis ſui ſuſtentationem ſufficere æſti
mabat,& eas in cibum accepit. Qui infra paucos
dies abſq; ulterius morbi occaſione defunctus eſt,
ipſo mortis ſuæ experimento congnoſcens, ho-
ſtijs conſecratis non ſubeſſe,quod vere poſſet cor-
pus nutrire.Non tñ negamus odore quodã poſſe
corpus nutriri,ſed odor ille eſt uaporoſa ſubſtantia,
non accidens.Odore aũt,qui accidens eſt, non põt
hoc fieri.Hęc Gulielmus,qui probat iſtud per argu
Tho. Ar.
menta quædã prætacta.¶Porrò Argen.cũ pallegatis
doctoribus contrarium tenens,refert factum quod
dam huic contrarium:Audiui,inquiēs,à ſacerdote
fide digno, ꝙ imminente quodam terribili prælio

Romanorũ,cõsecrauit hostias plurimas ꝓ militib⁹ cõgressurus cõicandis, q casu ita se offerente, non cõicauerunt, ꝑꝑ ꝙ oẽs hostias illas solus accepit, ex q̃bus fuit sic saturatus, qđ aliũ cibũ nõ affectauit. Verũtñ ista narratio præinductæ non obuiat, q̃a Gulielmus non negat, quin dimensiones panis impleãt stomachum, & occupent locum: qualitates quoque concedit situm posse auferre, non alere.

QVAESTIO III.

Arguitur contra veritatem.

Modo quærendũ, *An corpus Christi frangantur in sacramento.* ¶ Vĩ ꝙ sic, q̃a ita vĩ ad sensum, & nisi sic esset, videreť ibi esse deceptio, sensuũq; illusio, quam in tãto ueritatis mysterio esse nõ decet. Rursus, corpus Christi verè comeditur, ergo masticatur, ac frangitur. Iterum, frequenter in ipso missæ officio uisus est angelus Dei quasi cũ gladio diuisisse infantulum sub hostia apparentẽ, ergo tali apparitioni aliquid correspondet reale. alioquin fictio esset siue deceptio. Ampliùs, formæ illæ sacramentales non videntur diuidi posse, cum forma dicatur simplici, & inuariabili consistere essentia.

Respõsio. Bonauent.

¶ Ad hæc Bonauentura rñdet: Quidam (ut refert Magister) dixerunt verũ corpus Christi frangi in sacro, non tñ lædi, neq; corrumpi, & hoc super naturaliter fieri, sicut in cœna Christus dedit discipulis corpus suũ adhuc passibile, quod sine eius læsione edebant. Et assumpserunt pro se verbũ hoc Augustini, Vnusquisq; de altari accipit partem suam.

August.

Verba quoq; Berengarij, qui de suo errore pœnitens, locutus est corã Nico. papa Confiteor verũ corpus Christi manibus sacerdotum attrectari, ac frangi.

Berenga. de con. d. 2.ca.

Quod verbum a papa, atq; concilio extitit acceptum. Sed istud erroneum est. Quod enim incoruptibile est, non potest realiter diuidi.

Ego Berengarius.

Verba verò Augu. & Berengarii intelliguť dicta ratione sacralium specierum, quæ diuiduntur, in quibus cõsistũt diuisio, masticatio, attritio. Quomodo aũt corpori Christi competit manducari, dictum est ante

Lucæ. 24.

¶ Porrò dum quæritur, an speciebus sacralibus competat fractio: rñdendum, quòd quidã dixerũt, quòd ibi non sit vera fractio, neq; diuisio, sed solum apparens, nec tñ est falsitas, neq; deceptio, quia non ordinatur ad fallendum, sed instruẽdum, sicut, quòd Christus finxit se longius ire, ac duobus discipulis in alia apparebat effigie. Hæc opinio reprobatur, quia si non est ibi fractio, ergo nec masticatio, nec specierũ attritio, quod est ꝯ experientiam. Ideo alia dixit opinio, quòd ex parte sacerdotis ibi sit actus seu fractio: attñ nil frangitur ibi, quia nec corpus Christi, nec species, quod stare non valet: qm̃ fractio actiua infert fractionem passiuã. Est ergo tertia positio uera, quòd sicut ibi sunt veræ dimensiones panis transsubstantiati, veraq; quantitas, ita & fractio uera non in dimensionibus corporis Christi.

Hostię fractio quod designet.

Deniq; fractio illa designat dominicã passionẽ, & tres illæ paticulæ hostiæ consecratæ, tres partes mystici corporis Chri, puta ecclesiæ, cuius una pars regnat in cœlis, alia quiescit in spe in monumentis, tertia versatur in labore, ac tentationum periculo. Hęc Bonauentura.

Albertus.

¶ Concordat Albertus, q addit: Comestio multa includit, puta diuisionẽ cibi per dentes, masticationem, traiectionem in uentrem, digestionẽ, & incorporationẽ, & tm̃ passiuè conceditur, quòd corpus Christi comediť rõne traiectionis illius. Berẽgarius quoq; in signum detestationis pristini sui erroris, per excessum confessus est corpus Christi dentibus atteri, manibusq; tractari, & masticari. Hæc Albe.

Thomas aquinas.

¶ At verò Thomas: Corpus, inquit, Christi est sub speciebus sacri, non mediantibus proprijs dimẽsionibus suis, imò illæ sunt ibi concomitanter. Iõ quicquid conuenit corpori Christi mediantibus dimensionibus suis, hoc nõ ꝯuenit ei ẽm qđ est sub sacro.

Corpus Christi nõ sub ꝓprijs dimensionibus est in sacramento.

Cumq; diuisio quantitatiua ei non valeat conuenire, nisi mediante propria dimẽsione, sequiť, quòd fractione specierum non frangitur corpus ipsius: imò, nec frageretur, quãuis passibile esset, sicut fuit in cœna. Aliqui aũt dixerunt, quòd nec species frangeretur, ita quòd ibi sit fractio sine subiecto, quod dicit non põt, cũ fractio sit quidam motus: iõ ẽm rationem suæ speciei, requirit terminum a quo, & terminum ad quẽ. sicq; oportet ibi esse vnum, quod in multa diuiditur, quod est satisfactionis subiectum.

Fractio Hostiæ qđ significet.

¶ Præterea de causis fractionis sciẽdũ, quòd in hoc sacro est duplex res sacri, videlicet corpus Christi verum, & mysticum. Hinc fractio duo significat. Primũ est ipsa diuisio corporis Christi, facta in passione. Secundum est distributio uirtutis redemptionis Christi per diuersa membra ecclesiæ, quàm significationem tangit diuinus Dionysius 3. capitulo ecclesiasticæ hierarchiæ,

Dionys⁹.

& iuxta hoc accipitur significatio patriũ ẽm diuersum statum membrorum: qm̃ quidam adhuc uiuunt in corpore, & hi significantur per partem, quæ comeditur, quia diuersis pœnalitatibus atterũtur, suntq; in motu ut Christo incorporentur. Quidam sunt mortui, qui sunt in differentia duplici.

Psal.

Nam quidam sunt in plena participatione salutis, & hoc est corpus Christi, quòd iam surrexit, ut Christus, & beatissima virgo, & hi significantur per partem in calice missam: quoniã ille inebriãtur ab hubertate domus Dei. Quidam sunt in expectatione plenæ glorificationis, ut qui iam stolam animæ tantum habent, ut animę beatæ in patria, vel neutram, ut in purgatorio consistentes, & hi significantur per partem, quæ reseruatur vsque in finem missæ. Hi namque perfectam gloriam consequenter in fine, & interim in sepulcris quiescunt. Hæc Thomas in Scripto. Ista communia sunt, & eis doctores concordant, idcirco, nec immorandum est.

QVAESTIO IIII.

Eucharistia virtutes auges.

Etiam, *Quæritur hic de effectibus huius sacramenti.* ¶ Quo circa asserit Tho. primò rñdens ad istud, vtrũ per hoc sacrm augeantur uirtutes. Proprius effectus cuiuslibet sacramenti, accipiendus est ex similitudine ad materiam sacramenti ipsius. sicut expurgatio veteris uitæ est effectus baptismi per ablutionem aquæ significata. ideo cum materiale in hoc sacramento sit cibus, oportet, quòd effectus proprius sacramenti istius sumatur iuxta similitudinem ad cibi effectum. Cibus autem corporalis primo in cibatũ conuertitur, atque ex tali cõuersione deperdita restaurantur, quantitatẽque auget.

Effectus sacramenti.

Spiritualis verò cibus non conuertitur in manducantẽ, sed illum conuertit in se.

Gall. 2.

Hinc proprius effectus sacramenti istius, est conuersio hominis in Christum, ut cum Apostolo dicat: Viuo autem iam non ergo, uiuit verò in me Christus. Ad quod sequuť alii duo effectus, puta augmentum spiritualis quantitatis in incremento seu profectu uitutum, & restauratio deperditorum per remissionẽ nenialium, seu per reparationẽ cuiuscunque præcedẽtis defectus.

Obiectio.

¶ Si aũt obiiciatur, ꝙ augere uirtutes commune est omnibus sacramentis, non ergo huic est proprius sacro:

Dilutio.

dicendũ, qđ augmentum dupliciter dr̃. Primò prout in uiuentibus, & non uiuẽtibus inueniť,

Aumentũ dupliciter dicitur.

ꝓut quælibet additio facit augmẽtũ. sicq; uirtutes augeť ꝑ oĩa sacra, dũmõ grãm inueniant in subiecto ex hoc, ꝙ ipsa sacramenta ex se nata sunt gratiã

causare

causare. Scđò augmẽtũ dr̃ ꝓpriè, ꝓut in uiuẽtibus ẽ ex ꝯiũctione nutrimẽti. Et ita est ꝓprius huius sacri effectus. Põt quoq; sacrm istud ꝓducere ad ꝑfectionẽ charitatis, loquẽdo de ꝑfectione uiæ, nõ patriæ.

Quæstio. Innocen.

¶ Quęriť quoq;, an sacrm hoc prosit beatis, ad augmentũ gloriæ. Apparet, quòd imò, quia (ut Innocẽtius ait) in collecta beati Leonis papæ hr̃, Annue nobis dñe, ut aĩæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio.

Respõsio.

Insuper offerť pro paruulis decedentibus in innocẽtia baptismali. Dicendũ, ꝙ gloria cõpræhendit præmiũ beatorũ, quòd duplex est, utpotè gaudiũ essentiale, & accidentale, quod habent de quocunq; creato:

Beatorum duplex est premium.

gloria autẽ beatorũ, quo ad præmiũ seu gaudiũ essentiale, augeri non põt scđm opinionẽ ꝓbabilẽ: sed quantũ ad præmiũ accidentale, vsq; ad diẽ iudicij. Nam, & tunc de glorificatione corporis crescet, imò de oĩbus factis bonis accrescit gloria eis: quia gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agente.

Lucę. 15.

Sic quoq; gaudent de oĩbus, quæ fiũt in Dei honorẽ, maximè de his, in quibus de eorũ electione, & gloria agimus gratias Deo. Hinc simpliciter loquendo quantum ad essentiale gaudiũ sacrm hoc nõ auget gloriã in beatis, sed solũ quoad gaudiũ accidentale.

Diluuntur obiecta.

Ad obiecta dicẽdũ, ꝙ ut Innocen. soluit, quicunq: talis modus loquẽdi inueniť, intelligẽdus est ut ad hoc prosit, ut a fidelibus magis, ac magis glorificetur Deus, vel sctũs talis.

Missa celebratur ꝓ pueris.

Porrò, ꝓ pueris baptizatis missarũ solennia celebraň, non ut ipsi iuueň quãtũ ad culpæ remissionẽ, aut gloriæ incremẽtũ, sed ob alias causas. Primò, ꝑꝑ uiuorum solatiũ. Scđò, ad oñdendũ paruulos pertinere ad mystici corporis vnitatẽ, dũ idẽ modus exequiarũ seruať in ipsis, ac alij. Tertiò, ad commendandum redẽptionis humanæ mysterum, quod in hoc sacro cõmemorať, per quod paruuli sine proprio merito salutem consequuntur æternam.

Quæstio.

¶ Insuper quæritur, an huius sacri effectus impediatur per solum mortale peccatum. Dicẽdũ, quòd oĩs perfectio acquirenda, impeditur per remotionẽ dispositionis ad eam. Quemadmodum aũt dispositiones materiales se hñt ad perfectionẽ formæ, ita actus se habent ad perfectionem finis.

Quæ fructũ impediant Eucharist.

Cumq; hoc sacramentum perficiat hominem coniungendo ultimo fini, idcirco ad hoc, quòd effectum suum plene habeat in sumẽte, oportet, quod assit actualis deuotio, quę cum interdũ sine mortali pctõ impediatur, cum distractiones uariæ ipsam impediant, & peccata actualia actũ uirtutũ amoueant seu interrũpant, abq; mortali peccato põt huius sacri impediri effectus, ita, quòd aliquis augmentum gratiæ non consequatur, nec tñ mortalis peccati incurrat reatum, sed forte reatum uenialis peccati, eo, quòd imparatus accedat. Effectum uerò baptismi non impedit nisi mortale peccatum: quoniam in baptismo datur primum esse spirituale. Veruntamen non est dicendum, quòd omne peccatum veniale impediat huius sacramenti effectum, sed solum illud, quod tollit actualem deuotionem illam, quæ in hoc sacramento exigitur. Hæc Thomas in Scripto.

Quæstio.

venialia peccata eucharistia tollit

Obiectio.

¶ Præterea si quærať, an uirtute huius sacri peccata uenialia dimittantur. dicendũ, quòd uirtute huius sacri sit transmutatio quædam hoĩs in Deũ, & hic est proprius sacri huius effectus Cumque ex charitatis feruore dimittantur peccata, eo, quòd contrarientur charitatis feruori, idcirco ex consequenti uirtute huius sacramenti uenialia dimittuntur. Hinc tantus posset esse feruor deuotionis, quòd omnia uenialia deleret peccata. Et si objciatur, quòd tunc homo frequenter sine oĩ cõsisteret culpa, contra illud Iohan. si dixerimus, q̃a pctm̃ non habemus nosipsos seducimus:

1.Io.1. Dilutio.

rñdend, qđ non est incõueniẽs, ꝙ hõ aliqua hora absq; oĩ ueniali sit culpa, q̃uis hoc non diu duret ꝑꝑ difficultatẽ uitandi uenialia, & quo maior est feruor deuotionis in celebrando, aut cõicãdo, eo plùs de uenialibus delet: non tñ semꝑ oĩa: qm̃ non est proprius eius effectus uenialia tollere. Gratię demum sacri huius effectus uenialia opponuntur, quia in hoc sacramento non solum confertur gratia habitualis, sed etiam exercetur feruor actualis deuotionis.

Quæstio.

¶ Quæritur demum, an uirtute sacri istius etiam mortalia dimittaň peccata. Et rñdẽdũ, quòd effectus huius sacramenti correspondet his, quæ exterius in ipso geruntur.

Eucharistia mortale peccatũ non dimittit.

Exterior autem usus huius sacramenti consistit in manducatione, quæ non conuenit nisi uiuenti. Hinc effectus huius sacramenti ꝑsupponit uitam gratiæ in sumente. Cumque mortale peccatum uitam spiritualem corrumpat, ideo sacramentum hoc non est ad abluenda peccata mortalia, sed solummodo culpas, quæ cum uita gratiæ stare queunt.

Obiectio.

¶ Sed objci potest, quòd dicitur in complenda, Sit ablutio scelerum, &c. Dicendum, quòd (ut Innocen. scribit) illæ locutiones sunt impropriæ: Dicitur quippè sacramentum hoc crimina abluere inquantum impedit ea, præstando robur contra ea, & quia in aliquo potest esse peccatum mortale, de quo sibi conscius non est, & talis si deuote accedat, consequitur remissionem illius.

Dilutio.

¶ Verum objci potest: quoniam celebrans pro iniquis, interdum impetrat eis ueniam, & gratiæ infusionem uirtute sacramenti istius, ergo plùs sibiipsi potest hoc impetrare, & ita, quamuis iniquus, põt licitè celebrare, & mortalium remissionem sibi mereri.

Obiectio.

Dicendũ, ꝙ eucharistia non solũ est sacrm, sed etiam sacrificium, inquantum aũt est sacramentum, habet effectũ in oĩ uiuente, in quo exigit præexistere uitam gratiæ. inquantum verò est sacrificiũ, habet effectum quoque in alijs, in quibus non præexegit uitam spiritualem in actu, sed in potentia.

Dilutio.

Idcirco si dispositos inueniat eos, obtinet eis gratiam uirtute sacrificij ueri, a quo oĩs gratia in nos fluxit, & per consequens peccata mortalia in eis delet, non sicut proxima causa, sed inquantum impetrat eis gratiã deuotionis charitatis, quæ cõtritionẽ ꝑficiet, & remissionem peccati.

Eucharistia sacrm est & sacrificium.

Quæstio.

¶ Circa hoc quæriť, an hoc sacrm remittat pœnã peccati mortalis, dicendum, qđ eucharistia, inquãtum est sacrm, habet pro principali effectu hoĩs unionem cum Deo. hinc per modum sacramenti non aufert nisi ea, quæ in habente uitam, inuenit opposita huic unioni, & talis non est pœna peccati mortalis dimissi.

Eucharistia peccati mortalis pœnã nõ aufert.

ideo inquantum est sacramentum, non habet pro effectu dimissionem pœnæ peccati mortalis, sed inquantum sacrificium accipit rõnẽ satisfactionis. sicq; tollit pęnã in parte, aut toto, sicut, & aliæ satisfactiones ẽm mensuram pœnæ debitæ pro peccatis, ac deuotionis, qua sacramentum offertur. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Prętérea super his scribit diffusè in tertia parte, quęstione 79. primò respondetur ad illud, utrum per hoc sacramentum gratia confertur. Effectus, inquit, sacramenti istius consideratur dupliciter. Primò ut principaliter ex eo, quòd in sacramẽto hoc continetur, quod est Christus, qui sicut in mundum sensibiliter ueniens, contulit mundo uitam gratię, iuxta illud Iohan. Gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est, ita in hominem sacramẽtaliter ueniens, uitam gratiæ operatur, secundum illud: Qui manducat me, uiuet propter me. Vnde

Cyrillus testatur: Viuificatiuũ Dei verbum vniens se ipsum propriæ creaturæ, fecit, & ipsum uiuificatiuã. Decebat namq; cũ nostris quodammodo uniri corporibus per sacr̃m, cuius sacram carnem preciosum que sanguinem in benedictionem uiuificatiuã accepimus. Secundò, consideraẽ ex eo, quòd per hoc sacr̃m repræsentatur, quod est passio Christi: id circo effectũ, quẽ passio Christi fecit in mundo, sacr̃m hoc facit in hoie. Vñ super illud Iohãnis, Continuo exiuit sanguis, & aqua, dicit Chrysost. Quia hinc suscipiũt principiũ sacra mysteria, cũ accesseris ad tremendũ calicẽ, accede quasi ab ipsa Christi costa bibi turus. Vbi, & ipse dñs dicit, Hinc est sanguis meus, q̃ p uobis effundet̃ in remissionẽ peccatorũ. Tertiò, consideraẽ effectus sacri ex mõ, quo traditur, utpotè per modũ cibi, ac potus. ió oẽm effectum, quem cibus, & potus corporalis faciunt, quantũ ad uitã corporalẽ, q̃ sustentant, augent, reparant, roborãt, & delectãt: facit hoc sacr̃m, quantũ ad uitã spiritualẽ. Ió ait Ambro. Panis est uitæ æternæ, quæ fulcit animæ nostræ substantiã. Et Chrisost. dicit super Iohan. Præstat se nobis desiderantibus, & palpare, & comedere, & amplecti: Vñ, & ipse dñs dicit: Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Quarto cõsideraẽ ex speciebus, sub quibus tradit, utpotè speciebus panis, & uini, q̃ ex multis constant, & redigũtur ad aliquid vnũ. De hoc Augustinus dicit: Dñs noster corpus, & sanguinẽ suũ in eis rebus cõmẽdauit, quę ad vnũ aliquid redigunt̃ ex multis. Sicq; spirituale fideliũ unionẽ designant. Vñ loquitur Augustinus: O sacr̃m pietatis, o signũ vnitatis, o uinculũ charitatis. Cũq; Christus, & passio eius sit gratiæ cã, & refectio spiritualis, & charitas, sine gratia esse non ualet; ex omnibus his manifestum est, quòd sacramentum hoc conferat gratiam. ¶ Præterea si quæratur, an effectus eius sit adeptio gloriæ: respondendum, quòd in hoc sacramento consideranda sunt tam Christus in eo contentus, quàm usus sacramenti, & ex utroque competit sacramento, quòd adeptio gloriæ est eius effectus. Nam Christus sua passione modo aperuit, atq; promeruit nobis aditum regni cœlestis. Refectio quoque, qua sacramentum istud nos reficit in uia per gratiam, perducit ad refectionem patriæ per gloriam.

¶ Ampliùs queri potest, utrum hoc sacramentum præseruet hominem a peccatis futuris. Dicendum, q̃ sicut per cibum corporeum præseruatur homo a morte corporali, ita per hoc sacramentum præseruatur homo a peccatis futuris. Præseruatur autem homo a morte corporali dupliciter: Primò, inquantum natura hominis interiùs roboratur contra interiora corruptiua, & sic præseruatur, a morte per cibum, & medicinam. Secundò, per hoc, quòd munitur contra exteriores impugnationes, sicque præseruatur per arma, quibus corpus munitur. Vtroq; itaque modo præseruat hoc sacramentum a peccato futuro. Primò, per hoc, q̃ Christus coniungitur nobis per gratiam, roborat spiritualem hominis uitam tanquam spiritualis cibus, medicinaque animę. Secundò, inquantum est signum passionis Christi, per quod uicti sunt dæmones, sicq; repellit omnẽ impugnationem eorum. Vnde super Iohan. Chrysostomus. Vt leones flammam spirantes, sic a mensa illa discedimus terribiles effecti diabolo. ¶ Quæritur etiã, an per peccatum veniale impediatur huius sacramenti effectus. Dicendum, quòd effectus sacramenti non solum est adeptio gratiæ habitualis seu charitatis, sed etiam actualis, quædam refectio dulcedinis spiritualis, quæ refectio impeditur per uenialia peccata, per distractionem, & imparatum accessum. Augmentum uerò gratiæ seu charitatis habitualis, non impeditur, nec tollitur per uenialia illa. Hæc Thomas in Summa. In quibus scripta Alberti, Petri, Richardi, & plurium aliorum uirtualiter continentur. ¶ Porrò Bona. Hoc est, ait, sacramentum unionis. Ideo primus eius effectus est vnire, aut vnitos magis unire. Magis aũt vnire contingit tripliciter: Primò, quia vnitur uinculo maiori, ut qui charitatem habet maiorem. Secundò, quia eodem uinculo unitur strictiùs, ut qui eodem habitu amat feruentiùs nunc, quàm ante. Tertiò: quoniã firmiùs diligit, ut qui in eodem habitu magis est radicatus. Dicitur ergo hoc sacramentum magis unire: qm̃ dignè accedentem reddit feruentiorem, ut carbo ignitus. Reddit etiam fortiorem, ut bonus cibus. Aatq; ex hoc, quòd reddit charitatem magis ignitam, adiuuat ad consumendum uenialis peccati rubiginem. Ex hoc quoque, quòd magis confirmat mentem, confert ad uitandum scelera uniuersa, sicque ratione ũtriusque, ualet ad uirtutum augmenta porisimè, non quantum ad eius essentiam, sed quo ad eius feruorem, & radicationem. Peruor etenim ille quotidie per uenialia minoratur, similiter, & radicatio. Idcirco oportet per hunc cibum restaurari deperditum, Nec obuiat hos effectus produci etiam per alia sacramentam, aliasque uirtutes, alio, ac alio modo. Nam, & sacramenta, ac uirtutes se inuicem adiuuant, ac diuersum habent modum agendi Hæc Bonauent.

Aegydius quoque super decretalem, Cum marthæ, consõnat inductis.

Bonauen.

Vnionis Dei & hominis triplex gradus.

QVAESTIO V.

Ampliùs quæritur, *An expediat homini frequenter celebrare, & communicare.* Videtur, quòd non, quia accedent indignè, hoc est, cum mortali peccato, peccat mortaliter. Cum ergo homo ignoret an sit dignus amore, uel odio, id est, an sit in charitate, aut culpa mortali, uidetur se committere discrimini, cum incertitudine tali accedens. Rursus, accidens, aut reputat se indignum, aut dignum; si indignum, insipienter, & periculosè agit accedendo, cum dicat Apost. Quicunque manducauerit panem hunc, uel biberit calicem domini indignè, reus erit corporis, & sanguinis domini.

Arguitur contra vẽritatem.

1. Corin. 11

Ad hæc Thomas respondet: Quæ in hoc sacramẽto geruntur, similitudinem habent cum his, quæ in corporali accidunt nutrimento. Cum enim fiat deperditio quædam continua naturalis humiditatis seu humidi radicalis, per actionem naturalis caloris exercitiumque laboris, oportet frequenter corporeum sumere alimentum ad restaurationem deperditi, ne deperditio illa continua mortem inducat. Conformiter, ex concupiscentia innata, & occupatione circa exteriora, fit deperditio deuotionis, atque interni feruoris, quibus homo in Deum colligitur. Hinc oporter ut pluries deperdita restaurentur, per huius uiuifici cibi sumptione, ne hõ a Deo alienetur totaliter. ¶ Si autem queratur, an sit quotidie celebrandum, seu communicandum, cum dicat Ambro. panis iste quotidianus est, accipe quotidie, quod tibi profit, quotidie ad salutem: Dicendum, quòd in hoc sacramento duo requirun tur ex parte recipientis, videlicet desiderium coniunctionis ad Christum, quod facit amor, & reuerentia sacramenti, quæ pertinet ad donum timoris. Primum incitat ad frequentationem sacramenti quotidianam, secũdum retrahit. Si quis ergo per experientiam

Resp̃onsio Th. Aqui.

Quæstio Ambro.

Celebrare quotidie an expediat.

perientiam noscat ex quotidiana celebratione in se augeri charitatis feruorẽ, ac reuerentiã sacr̃i, talis deberet quotidie communicare. Si autem sentiret illa in se ex quotidiana communione non multũ augeri, talis deberet aliqñ abstinere, ut postmodum cum maiori reuerentia, ac feruore accedat. Et quantum ad hoc, vnusquisq; relinquendus est discretionis suæ iudicio. Ideo loquitur Augustinus: Dixerit quispiam non quotidie eucharistiam esse sumendam, alius affirmat quotidie, faciat unusquisque, quod secundũ suã fidẽ pie credit esse agendum. Et probat hoc per exemplum Zachęi, & Centurionis, quorum primus ex charitatis feruore accepit Christum in domo gaudens, alter ex reuerentia dixit: domine, non sum dignus, &c. & ambo domino placuerunt.

Augustin.

Lucæ. 19 Matth 8.

¶ Præterea si quæratur. an sufficiat communicare semel in anno: dicendum, quòd secundum diuersos status fidei, diuersus de hoc modus innoleuit. In primitiua namq; ecclesia uigente deuotione ex propinquitate ad tps dñicæ passionis, eratq; maior fidelium ab fidelibus impugnatio, quia hæc mensa contra tribulationes ecclesiæ præparatur, quotidie cõmunicatio fidelibus indicebatur. Vñ Anacletus papa dixit: Peracta consecratione, omnes cõicent, qui nolunt ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim apostoli statuerunt. Postrea fuit indictũ, ut saltẽ ter in anno cõi carent. Vñ Fabianus papa differuit: Si non pluries saltẽ ter in anno cõicent oẽs, vc̃ pascha, pẽtecoste, & natali domini, propter solennitatem dierum illorum. Deinde statutum est ut ad minus semel in anno cõicent, nihilominus licet pluries cõicare. Vñ beatus Augustinus hortatur, cunctis diebus dñicis communicandum. Nec debet quis uno die plùs, q̃ semel communicare, ut per hoc designetur unitas dominicæ passionis, & maior exhibeat reuerentia sacramento. Verum sacerdos cum publica sit persona habens non solum pro se, sed & per alijs sacrificare, & eis sacramenta administrare, potest necesitate cogente pluries celebrare in die. Ex his patet respõsio, si quæratur, an liceat omnino a communione cessare. Dicendum est enim, quòd non, propter præceptum ecclesiæ de communione ad minus semel in anno sumenda, & propter rationabilem causam statui illius, & hoc, si asint opportunitas, & facultas. aliàs sufficit spiritaliter communicare. Ipse quoq;, qui celebrat, communicare tenetur, nisi ineuitabili impedimento impediatur, quia in sumptione, & manducatione ratio huius sacramenti completur, cum sit alimonia spiritalis. Laudabilius quoq;. uirtuosius, & magis meritorium est accedere, quàm a tanto sacramento abstinere, cæteris paribus, utpotè si cum præparatione debita accedatur. Hæc Thomas in Scripto. Eadem in 3. parte. 8. quæst.

Anacletus papa.

Fabianus papa de con. d. 2. c. Et si ex. de pœnit & re. ca. rationis. Augusti.

Laicus dũ taxat sem el vno die cõicent.

¶ Concordat Albertus, dicens, quòd inter feruorẽ charitatis trahentem ad celebrandum, aut cõicãdum, & inter timorem reuerentiæ tetrahentem. medium seruet temperatrix discretio. Qui insuper, quæ rit, cum patres primum statuerint, ut quodlibet die dominico, & deinceps tribus vicibus per annum communicet populus, cur statutum est ut semel in anno hoc fiat. Et utrum matronæ deuotæ maritæ, & se a coitu retrahentes per unam noctem, uel duas, alias q; deuotè, prohibendæ sint ne communicent sæpius. Item quæri potest de uiduis, & alijs castè uiuentibus. Respondet, Sancti illi patres fuerunt in alio seculo respectu temporis nostri: quoniam tunc nouitio feruore adhuc feruebat ecclesia.

Albertus.

Quæstio.

Cur cõtra antiqua statuta sufficiat semel in anno cõicunicare.

Mat. 24.

Postmodum uenerunt tempora periculosa, in quibus refriguit charitas. tuncque propter indignitatem populi Christiani, statutum, est ut ter in anno, communicet. Deinde propter grauiorem populi declinationem, & pronitatem ad uitia, & deformationem, statutum est ut saltem semel in anno, & utinã hoc deuotè impleret. Videtur quoq;, quòd fœminæ illæ prætactæ non sint cohibendæ a frequentiori communione, præcipuè de mense in mensem, quia iniustè arcerentur, quæ dignæ sunt, & impiè cum eis agitur dum eis cibus subtrahitur salutaris, qui datus auget eis gratiam concupitam.

Quæstio.

Quæritur item de pœna nõ cõicantium saltem semel in anno, an sint excommunicati Dicendum, q̃ tales absq; dubio excommunicandi sunt post sufficientem admonitionem, & videntur esse obstinatæ malitiæ, aut certe hæreticæ prauitatis. Ideo meo iudicio multum delinquunt prælati, tales fouendo quos præcipuè excommunicare deberent. Et hoc videtur innuere Fabianus papa, dicendo: Ad minus ter in anno communicent, qui nolunt ecclesiasticis carere liminibus, id est, ab ingressu ecclesiæ prohiberi. In sup puto, q̃d communicare volentes debent ad minus triduo abstinere a coitu. Vnde in synodo Elibertana habetur: Omnis homo ante sacram communionem debet abstinere ab vxore tribus, aut quatuor, aut sex diebus, nec inter catholicos computari, qui in pascha pentecoste, & natali domini non communicauerit. Veruntamen si alter coniugum reddat debitum solum inuitè, non est a communione arcendus, sed, qui inordinatè extorquet. Hæc Albertus.

Excõmunicandus est qui nõ quotanis semel cõmunicat.

Fabianus papa de cõ. d. c. 7.

de cõ. d. 2 Omnis hõ

Aliquantis per abstineat ab vxore cõmunicãd.

Albertus

¶ Richardus ponit, respõsionem Thomæ quasi in forma.

¶ His demum Bonauentnra alludens, ait: Siquis semper esset paratus, semper utile esset sacramentum istud accipere: ut mundum receptaculum habens, comederet cibum hunc cum honore, deuotione, ac fructu multiplici. Hinc fidelibus primitiuæ competebat omni die accedere, utpotè sanctis. Postmodum verò charitate refrigescente, instituta sunt tempora communicandi diuersa, &c. ut supra. Hæc Bonauentura.

Bonauen.

¶ Postremò circa hæc dico, quòd cæteris paribus, multo meliùs sit ex charitate, & zelo boni communis accedere, quàm ex humilitate, & timore cessare, præsertim cum sacramenaum istud sit sacramentum totius charitatis, liberalitatis, ac gratiæ, medicinaque animæ. Et dato, quòd quis tã meritoriè, quo ad se, abstineret, sicut accideret: tamen multo fructuosiùs est accedere, per comparationem ad alios, quia deuotè accedens, multipliciter succurrit non sibi duntaxat, sed, & toti ecclesię, & uiuis, ac mortuis, specialiter quoque astantibus, & eis pro quibus sacrificat, ac deposcit. Quamuis autem nullus sit absolutè dignus celebrare, aut communicare, per consideratioenm ad infinitam dignitatem Christi, & quo ad suæ deitatis maiestatem, nec non etiã per respectum ad suæ assumptę humanitatis sancti tatem, & honorabilitatem; tamen secundum quandam proportionabilitatem dignus est homo, si cum debita diligentia, custodia, humilitate, munditia. & feruore se præparet, & accedat. In hac re multi sacerdotes etiam religiosi sunt negligentes, imò, q̃ pigri, ne dicam acedioſi, qui acediam suam, qua facili occasione a celebratione cessant, palliant quodam uirtutum colore, quasi præ reuerentia tanti sacrificij accedere non audentes. Quod si ita esset, nec in cæteris diuini

Consiliũ saluberrimũ de cõmunione frequentãda.

cultus obſequijs tam negligentes, ac tepidi eſſe auderent. Veruntamen, qui accedunt quotidie, ſtudeant tanto feruentiùs, quanto frequentiùs tãta myſteria pertractare, & corã altisſimo iugiter mũdi, ac fructuoſi conſiſtere. Poſtremò, quod dictũ eſt oportere ad minus ſemel in anno cõicare, intelligẽdũ eſt quantũ eſt de lege cõi. Nihilominus multi fuerunt ſancti utriuſq; ſexus, uitã anachoreticam prorſus diuinã in ſolitudine tranſigentes, qa infra plurimos annos, nec ſacr̃alem confesſionem fecerunt, nec ſacram communionẽ ſumpſeruut, ut Paulus primus eremita, & beatisſima illa Maria Aegyptiaca.

Si hæretici, & excommunicati hoc ſacranentum conficiant.

Diſtinct. XIII.

De poteſtate conficiẽdi.

Aug. in li. de corpore domini & allegatur. q.1.c. intrà catholicam.

SOlet etiam queri, utrum praui ſacerdotes hoc ſacramentum conficere queant. Ad quòd dici poteſt, quòd aliqui licet ſint praui, conſecrant verè, ſcilicet, qui intus ſunt nomine, & ſacramento, & ſi non uita, quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo efficitur creatoris. Vnde Auguſtinus: Intra catholicam eccleſiam in myſterio corporis, & ſanguinis domini, nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur ſacerdote, quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo perficitur creatoris, & uirtute ſpiritusſancti. Credendum eſt enim, quòd in verbis Chriſti ſacramenta conficiantur. Sicut ipſe eſt, qui baptizat, ita ipſe eſt, qui per ſpiritum ſanctum ſuam ſufficit carnem, & ſanguinem. Item Gregorius putant quidam communionem corporis minus eſſe ſanctificatam, ſi illorum fiat officio, quorum uita eorum oculis videtur ignobilis. Heu in quàm magnum laqueum incidunt, vt diuina, & occulta myſteria plùs ab alijs ſanctificata poſſe fieri credant, cum unus idemque ſpiritus ſanctus in tota eccleſia inuſibiliter ea myſteria, & operando ſanctificet, & ſanctificando benedicat. Myſterium ideo dicitur, quòd ſecratam, & reconditam habeat diſpenſationem. Sacrificium uerò, quaſi ſacrum factum, quia prece myſtica conſecratur pro nobis in memoriam dominicæ paſſionis. Sacramentum eſt in aliqua celebratione, cum res ita fit, ut aliquid ſignificatæ rei accipiamus. Sacramenta ſunt, baptiſma, chriſma, corpus Chriſti, quę ideo ſacramenta dicuntur, quia ſub tegumento uiſibilium rerum, diuina uirtus ſecretius ſalubritem eorundem ſacramentorum operatur Vnde a ſecretis uirtutibus, uel ſacris ſacramenta dicuntur. Panis, & calicis ſacramentum. Græcè euchariſtia dicitur: latine bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore, & ſanguine Chriſti? Siuè ergo per bonos, ſiue per malos miniſtros intra eccleſiam diſpenſetur: ſaramentum tamen eſt, quia ſpiritus ſanctus uiuificat, nec bonorum diſpenſatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur. Hoc de corpore domini, hoc & de baptiſmate, & chriſmate dicendum eſt, & tenendum, quia uirtus diuina ſecretiùs operatur in eis, & diuina ſolumodo eſt hæc virtus ſiue poteſtas, non humanæ efficaciæ. Illi verò, qui excommunicati ſunt, vel de hęreſi manifeſtè notati, non videntur hoc ſacramentum poſſe conficere, licet ſacerdotes ſint, quia nemo dicit ipſa conſecratione, offero: ſed, offerimus, quaſi ex perſona eccleſiæ. Et ideo cum alia ſacramenta extra eccleſiam poſſint celebrari, de hoc non videtur. Quod etiam Auguſtinus tradere videtur, dicens: Recolite nomen, & aduertite veritatem. Miſſa enim dicitur, eo, quòd cœleſtis nuncius ad conſecrandum uiuificum corpus adueniat, iuxta dictum ſacerdotis dicentis: Omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum, & cætera. Idcirco ni ſi angelus uenerit, miſa nequaqnam iure uocari poteſt. nunquid enim ſi hoc myſterium hæreticus auſus fuerit vſurpare, angelum de coelis mittit Deus oblationem eius conſectare, maxime cum eiſdem per prophetam comminatus ſit, dicens: Maledicam benedictionibus ueſtris. Quod benedictionibus eorum ſe aſſerit maledicturam ueritas, quid erit de hoſtia? Ergo dicemus illam poſſe benedici ab illo, quem ſcimus a Deo fore maledictum cum ſua benedictione? Si enim Deus maledixerit benedictionibus hęreticorum, & ſimoniacus benedixerit, quis eorum pręualebit? Nunquid benedictio maledicti ad nihilum poterit redigere verba uériſſima comminantis Dei? Ex his colligitur, quòd hęreticus a catholica eccleſia præciſus, nequeat hoc ſacramentum conficere, quia ſancti angeli, qui huius myſterij celebrationi aſſiſtunt, tunc non aſſunt, quando hæreticus, vel ſimoniacus hoc myſterium temeratiè celebrare prȩſumit. Non enim dubitari licet, vbi corporis dominici, & ſanguinis myſteria geruntur, ſupernorum ciuium adeſſe conuentus. In huius autem myſterii expletione ſicut formam ſeruari, ita ordinem haberi, ſcilicet ut ſit ſacerdos, & intentionẽ adhiberi oportet, ut illud facere intendat. Sed ſi non credit de

1.Cor 12. Iſido.li.1. etymolo. — Iohan 6. — Augu. in ſermone. de corpore Chriſti. Vnde dicatur miſſa. — Mat.2. — Quæſtio.

illo

Reſpōſio.

illo myſterio ſicut ueritas habet, nunqd põt intendere illud cõficere? & ſi non intẽdit, nunquid conficit? Aliqui dicunt ẽt, non rectè de illo myſterio ſcientes, poſſe intendere, non quidem illud conficere. Quod iam eſſet rectè credere: ſed id agere, quod geritur ab alijs, dum illud conficitur, & ſic adhibetur intentio, & ſi intentio dicat deeſſe conficiendi illud myſterium, tamen ex quo intendit ea dicere, & agere, quæ ab alijs geruntur, impletum myſterium. Illud etiam ſane dici poteſt, quod a brutis animalibus corpus Chriſti non ſumitur, & ſi uideatur. Quid ergo ſumit mus, uel quid manducat Deus nouit hoc. De hoc cœleſti myſterio aliqua perſtrinximus a catholicis fideliter tenenda. Qui enim his contradicit, hæreticus iudicatur.

A brutis anima. lib. euchariſtia non ſumitur.

Quid faciat hæreticum, & quid ſit hæreticus.

Hilarius in 2. li. de trinitate. — Hilarius li.8. de trinitate.

Ne autem ignores, quid faciat hæreticum, vel quid ſit hæreticus, audi breuiter quid inde ſancti doctores tradant. Hylarius ait: Extiterunt plures, qui cœleſtium verborũ ſimplicitatem, non ueritatis ipſius abſolutionem ſuſceperunt, aliter interpretantes, quàm dictorũ uirtus poſtularet. De intelligentia enim hæreſis, non de ſcriptura eſt, & ſenſus, non ſermo fit crimen. Idem in octauo, Intelligentię ſenſus in crimine eſt. Hieronimus dicit, quòd ex uerbis inordinatè prolatis, nutritur hæreſis. Auguſtinus definiens quid ſit hæreticus, ait: Hæreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maximę gloriæ principatusque ſui gratia, falſas, ac nouas opiniones gignit, vel ſequitur.

Hiero. ſuper Olee. Augu. de vtilitate credẽdi, & hr. 2.4.q. 2.ca. hæreticus.

Summa diſtinctiõis. XIII.

SVpra egit Magiſter de euchariſtiæ ſacramento, hic tractat de eius miniſtris, ſeu de poteſtate conficiendi. Et primò quærit, an uitioſi prȩſbyteri uerè conficiunt. Ad quod catholicè reſpondendo, inſerit quædam non uera, utpote, quòd hæretici, & excommunicati non conſecrent. Ad quod probandum inducit quædam Auguſtini eloquia. Inſuper addit circa hæc, quid ſit propriè hæreſis, & quid reddat hæreticum.

QVAESTIO I.

Arguitur contra veritatem. 1. q. 1. ca. Intra catholicam.

CIrca hæe quæritur, *Vtrum omnis ſacerdos vere ordinatus ſeu rite conſecratus in ſacerdotem, quã tuncunque iniquus, excommunicatus, ſchiſmaticus, interdictus, ſuſpenſus ſiue hæreticus, uere conficiat, dum intendit conficere, & debita forma, atque materia vtitur.* ¶Videtur, quòd non: quoniam Canon. ait: Quicunque ab unitate eccleſiæ fuerit alienus, execrare põt, non ꝯſecrare. Oẽs aũt prætacti ſunt extra eccleſiaſticam uirtutẽ. Iterũ Auguſtinus ait. Extra. eccleſiã non eſt ueri ſacrificij locus. Omnes aũt prędicti ſunt extra eccleſiã. Ait quoque Hieronymus, quod præfati pollutum commedunt panem, ergo non corpus Chriſti, quod nullatenus eſt pollutum. Rurſus, prima quęſtione 2. Quidam, aſſeritur: Degradati poteſtatem non habent conſecrandi, ſed baptizandi. Sanctus etiam Cyprianus fatetur, Sacramenta hæreticorum ſacrilegia ſunt.

Augu. — Hiero. — Cyprianus — Bonauen. Reſpõnſio

¶Ad hæc Bonauentura reſpondet. Aliqui diſtinxerunt de quorum numero uidetur fuiſſe Magiſter, ꝙ ſacerdotes mali quidam ſunt occultè mali, & de eccleſia ſaltem numero, ac quantum ad faciem exteriorem, & tales conficiunt. alij ſunt apertè mali, & ab eccleſia præciſi, & iſti nequeunt conſecrare. Verum iſta opinio conſonat Cypriano dicenti, quod hæretici non habeant uera ſacramenta. cuius oppoſitum probat Auguſtinus, & oſtenſum eſt ſupra. Idcirco dicendum, ꝙ duo attenduntur in ſacramento, videlicet ſacramenti ueritas, & eius utilitas, quæ eſt incorporatio, ſeu unio ad myſticum corpus. Quantum ergo ad ſacramenti veritatem, omnes ſacerdotes uerè conficiunt, in quibus eſt ordo ſacerdotalis, & intentio conſecrandi, cum forma verborum, & requiſita materia. Boni uerò ſacerdotes conficiunt etiam quantum ad ſecundum, hoc eſt, quo ad utilitatẽ ſuam, ac aliorum: ſacerdos uerò peccator occultus, ad ſuam damnationem, ſed ad aſſiſtentium vtilitatem, qui cum fide, & deuotione audiunt eius miſſam. Porrò præciſus, & hæreticus, ad ſuam, ac aſſiſtentium damnationem. Cumque in præciſis, & hæreticis manifeſtis priuetur ſacramentum ſuo fructu: quamuis ſit ibi verum corpus Chriſti. Hinc ſacri canones, atque ſanctorum auctoritates ita loquuntur, quaſi non uerè conficiant, & hoc in deteſtationem impietatis ipſorum, non ratione operis operati, & per hoc ſoluuntur, & concordant auctoritates, quæ pro utraque parte diuerſimode loqui videntur. Hæc Bonauentura.

Reſpõſio. vera. duo in ſacramento attẽdũtur — Sacerdos malus cõſecrat. — Diluũtur. obiecta

¶Qui inſuper quærit hic, vtrum poteſtas ſacerdotalis magis conſiſtat in anima ſacerdotis, aut in forma verborum. An etiam brutum, ut mus, hoſtiam conſecratam comedat, corrodat, traijciatque in uentrem, & vtrum ſacramentum in uentrem communicantis deſcendat. Ad quæ omnia reſponſum eſt ſupra.

Quæſtio. — Thomas

¶Concordat Thomas. Quidam inquiens, aſſeruerunt, quòd hæretici, & præciſi, excommunicati, atque ſchiſmatici, cum ſint extra vnitatem eccleſię, non valeant conſecrare, cuius opinionis uidetur fuiſſe Magiſter in litera. Sed; quoniam omne, quòd per conſecrationem collatum eſt, extat perpetuum: ideo ſicut baptiſmus, qui per conſecrationem donatur, nunquam amittitur, quantum ad impreſſum characterem, quantuncunque quis in hæreſim, ſchiſma, uel excommunicationem labatur, ita, nec ſacerdatalis ordo ullo poteſt modo amitti. Cumque conſecrandi poteſtas ordinem ſacerdotalem ſequatur, omnes illi præfati conficiunt, quamuis ad ſuam perniciem. Interdum tamen dicuntur conſecrare non poſſe, quia id propriè dicimur poſſe, quod poſſumus de iure. Hinc ſacramentum eorum uocatur panis pollutus: quoniam quamuis in ſe inuiolabiliter ſanctum ſit, tamen ratione effectus accidentaliter conſequentis, fertur pollutus: quoniam ipſi ſe pollunt conficiendo, & ſumendo hoc ſacramentum, imò, & alios, qui ſacramentum ab ipſis ſcienter recipiunt. Idem dicendum eſt de degradatis: quoniam ordinem non amittunt.

Sacerdotalis ordo non amititur. — Quare hęreticorũ ſacrm vocetur panis pollutus.

Quæstio.

¶Præterea si quæratur, an plùs ualeat missa boni sacerdotis, quàm mali, dicendum, quòd de missa loqui dupliciter possumus: Primò, quo ad id, quod in ea est essentiale, quod est corpus Christi, & sanguis, seu ipsum sacrificiũ, & ita a quocũq; dicatur, equaliter bona est: quoniam opus operatum, æqualiter bonum est, salubre, ac uirtuosum. Vnde asserit Augustinus: In mysterio corporis, & sanguinis domini, nil a bono sacerdote maius, nil a malo minus perficitur, quia non in merito consecrantis, sed in uerbo perficitur creatoris, & in uirtute spiritus sancti. Secundò, quantum ad id, quod annexum est sacramento, & secundarium est. sicque boni sacerdotis missa melior est, quia non solum efficaciam habet ex opere operato, sed etiam ex operante. Vnde cæteris paribus, meliùs est audire missam boni sacerdotis quàm praui.

Augu.

Quæstio. Frequentanda sacra Missæ.

¶Insuper quæritur, an liceat sacerdoti a celebratione omnino cessare. Ad quod quidam dixerunt, quòd imò, nisi habeat aliquos sibi commissos, ac subditos, uel ex obedientia teneatur. Sed; quoniam teste Gregorio, dum dona crescunt, rationes crescunt donorum, cum sacerdoti sit nobilissima potestas collata, negligentiæ reus erit, nisi illa utatur ad Dei honorem, & ad suam, ac aliorum salutem, & opem, cum, & princeps apostolorum dicat: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. nisi forsan, quis ex familiari spiritus sancti instinctu dimittat, sicut ip uitas patrum de quodam sancto patre narratur. Hæc Thomas in Scripto.

Bre.

1. Pet 4

ar. primo.

¶Præterea de his quoq; in tertia parte, quæstione. 82. testatur. Sacramentum hoc tantæ est dignitatis, q̃ non conficitur nisi in Christi persona. Quicunque autem aliquid agit in persona alterius, oportet hoc fieri per potestatem ab illo collatã. Potestatem autem consecrandi solis sacerdotibus contulit Christus, in quorum persona dixit apostolis: Hoc facite in meã commemorationem. ¶Insuper malus sacerdos conficere potest. Non em̃ propria potestate, aut meritis suis hoc consecrat sacramentum, sed uirtute Christi ut eius minister, atq; in eius persona. Non autem desinit esse minister Christi, quia malus. Habet namq; saluator, & malos, seruos, præsertim loquendo de seruis officialibus, & ministris in donis gratiæ gratis datæ. Hinc, & hæretici, schismatici, excõmunicari, degradati, possunt confi cere: quamuis quidam dixerunt contrarium, decepti in hoc, quia (ut ait. Augustinus in secundo contra Permeniamum) aliud est aliquid non habere omnino, & aliud non habere hoc rectè. Similiter aliud est, non dare, & aliud non dare rectè. Illi ergo, qui intra ecclesiam constitui, receperunt potestatẽ consecrandi corpus Christi, rectè hãc habent potestatem, qui si postea labantur in hæresim, schisma, ex communicationem, præcisionem, non rectè ea utuntuntur. Quòd autem potestatem retineant, patet, quia (ut ait Augusti. ibidem) dum ad ecclesiam redeunt, non denuo ordinantur. Possunt ergo cõficere, præsertim cum consecrandi potestas ad charakterem spectet ordinis sacerdotalis. Omnis autem charactere, sacramentalis, indelebilis est, iuxta præhabita. Hinc demum non licet alium missam audire, nec ab eis sacramenta suscipere, quia hoc esset eis communicare in uitijs, loquendo de hæreticis, scicaticis, excommunicatis, degradatis, qui per sententiam ecclesię sunt ab executione consecrandi suspensi. Peccatores, uerò, non ita per sententiam ecclesiæ ab executione sui officij sequestrati, non sunt de necessitate ita uitandi. ¶Aduertendum est etiam, quòd quamuis missa mali sacerdotis minus ualeat, quàm missa boni, quantum ad orationes, & cętera sacramenta annexa, ut sunt deuotionis affectus, & laudes Dei, attamen orationes impij sacerdotis considerantur dupliciter. Primò, prout procedunt ab ipso in propria sua persona, & ita non sunt Deo acceptæ. Secundò, prout effunduntur, & offeruntur Deo in persona totius ecclesiæ, cuius sacerdos talis, minister est, quod ministerium, sicut iã tactũ est, manet in prauis ministris. ¶Iterum quæritur hic, utrum plures sacerdotes possint eandem numero hostiam consecrare. Dicendum, sacerdos in sua ordinatione constituitur in gradu eorum, q̃ acceperunt a Christo in cœna potestatem consecrãdi hoc sacramentum. ideo secundum quarundam consuetudinem ecclesiarum, sicut apostoli Christo cœnanti concœnauerunt, ita noui ordinati episcopo ordinanti cõcelebrant nec ob hoc iteratur consecratio super eandem hostiam, quia ut Innocen. secundus testatur, omnium intentio ferri super eandem hostiam debet. Hæc Tho. in Sum.

Missa mali sacerdotis quantũ ualeat.

Oratio impij sacerdotis duplex cõsyderatio

Matt. 26. Mar. 14. Lucæ. 22. Iohan 13. 1. Cor. 11.

Thomas aquinas. Bonauen.

¶Porrò, ut Bonauentura, alijq; dicunt, ꝓpter hæc quatuor uitia, quæ sunt, hæresis, schisma. excommunicatio, fornicatio notoria, repelluntur sacerdotes ab huius celebratione sacramenti, quia hæc uitia specialem habent repugnantiam ad istud sacrm. In hoc quippè sacro est secretum fidei, ideo repelluntur hæretici: est uinculum charitatis, ideo, & schysmatici: est uas gręe, iõ, Simoniaci, qui gratiam uendunt, & emunt, & eleuat hoiem ad statum spirituale, iõ fornicatores notorij tanq̃ omnino carnales.

Que uitia magis repugnẽt cõ lebratiõi.

Richard⁹.

¶Deniq; sicut refert Richardus. Quidam dixerũt degradatos ipso sacerdotio seu consecrandi potestate esse priuatos: quoniam relinquuntur seculari iudicio puniendi. Sed hoc stare non potest, ut patet ex dictis, nec persuasio ualet, quoniam non fuisse iudici seculari, non est ordini essentiale, sed ex priuilegio cõuenit clericis: quo, suo facinore meretur degradati priuari.

Diaconus eucharistiam extra necessitatẽ non dispensat.

¶Ampliùs, sicut Thomas, Richardus, & alij quidam hic dicunt, dispensare, seu alijs ministrare hoc sacramentum, regulariter spectat ad sacerdotes, qui medij sunt inter Deum, & populum, repręsentantque Christum, & ipsorum consecratæ sunt manus ad tractandum corpus dominicum, non autẽ diaconorum. ideo ipsis non conuenit, nisi cogente necessitate, aut ex comissione episcopi, seu sacerdote longe posito, & absenti. Participat namq; diaconus aliquid de potestate, & eminentia sacerdotali.

Obiectio.

¶Si autem obijciatur, quia de beato Laurentio recitatur, quòd dominici sanguinis dispensatio fuit ei commissa, qui non sacerdos, sed diaconus fuit: sanguis autem ad istud pertinet sacramentum, sicut, & corpus: respondetur, quòd sanctus Laurentius non legitur dominici corporis, sed sanguinis, dispensator fuisse, nec est eadem ratio de utroque quia dispensans sanguinem, non tangit nisi uasculum, qui uerò dispenlat corpus dominicum, tangit illud. Manus autem diaconorum non sunt consecratæ ad tangendum hoc sacramentum. Hæc illi.

Dilutio.

QVAESTIO. II.

Deinde hic quæritur, Quid sit propria hæresis & quid facit hæreticum.

¶Circa hoc ait Albertus: Hæreticus dicitur a uerbo hęreo hæres, uel a Greco nomine hæresis, quòd est electio. Primo modo uocatur hæreticus, qui inordinatæ hæret suæ sententiæ, quamuis a fide sit aliena, & eam defendit. Secundò, quia talem suum errorem

rorem cum electione sectatur magis, quam uerã sententiam scripturarũ, nec sanæ informationi acquiescit, imò pertinax manet.

Bonauẽ.

¶De his pleniùs scribit Bonauẽtura. Henricus, inquiẽs, nõ ex dono Dei, sed ꝓpria quasi auctoritate, & proprio sensu accipit aliquã falsam sententiã, quã dr̃ eligere, nõ qñcunq; opinat falsum aliqd, se qñ falsum prȩceptat, & pertinaciter tenet, siue ipse, siue alter inuenerit tale falsum seu finxerit. Vñ definiẽdo dici potest: Henricus est diuinæ legis ignorãtia uel contemptu, pertinax erroris inuentor, aut alieni sectator erroris, qui catholicæ ueritati magis uult aduersari: quàm subijci. Qui autem suam sententiã q̃uis erroneam, seu peruersam, nulla petinaci animositate defendunt, parati corrigi, non sunt inter hæreticos computandi. Hæc Bonauentura.

Hæretici definitio.

Thomas. ar. primo.

¶Porrò Thomas in secũda secundę, quę. 11. Electio, inquit, spectat ad hæresim. Electio autẽ est mediorũ ad finẽ, præsuppositio fine. In credendis uerò uoluntas assentit primo in creatoq; uero, tanquam ꝓprio bono, ac ultimo fini. In fide aũt credentis est aliqd, cuius dictis credens assentit. & hoc est principale in fide. Aliud est snia, quam sequendo credit alicui. A fide ergo Christiana dupliciter deuiatur. Primò, non assentiendo ipsi Christo, & talis est infidelitas Iudeorum, atq; Gentiliũ, q̃ circa finem habent uoluntatem peruersam. Secundò, per hoc qd̃ Chro assentire intendit, sed errat in medijs, eligendo ea, q̃ nõ sunt tradita a Chro, sed quæ propria ratio suggerit, & iuxta proprium sensum uerba Chri exponit. Hinc hæresis est species infidelitatis eorum, qui fidem Chri ꝓfitentur, sed fidei documenta corrumpũt. Iõ in libro de utilitater credendi asserit Aug. Hęreticus, est qui temporalis utilitatis, & maximè principatus, aut gloriæ suæ causa, falsas nonas opiniões gignit, aut sequitur Hæc Thomas in Summa, qui ét in Scripto multa inducit de his, de quibus pertrãseo quoniam alibi, ubi opportuniorem habent locum, scripsi de eis.

A catholica fide dupliciter deuiatur.

Augustin.

Thom.

¶De enormitate autem hæreticę prauitatis asserit Thomas: Vnũ quodq; dr̃ malum secundum quod nocet. Vnde cum hæresis plus noceat, quàm aliquod aliud pctũ, quia omnium uirtutum fundamentum (utpotè fidem) subuertit, maximum est omnium uitiorum ex genere suo: quia duritiam cordis habet adiunctã, electionemq; mali, quãtis ex accidenti aliquod peccatũ possit esse grauiùs eo, in quantũ maior Dei contemptus includeretur in eo, uerũ de eo quod est ꝓ accidens, non est curandum secundum Philosophum. 5. Ethicorum. Hæc Thomas in Scripto. Verũ in prima secundæ pleniùs docet, qualiter grauitas in peccatis diuersimodè, & ex diuersis pensat̃. Estque probabile, quod sicut charitas Dei est summa uirtus, sic odiũ Dei grauissimũ sit pctũ cũ & 8. Ethicorum dicatur, quod pessimum opponitur optimo. Quibusdam quoq; uidetur, quod peccata in spiritum sanctum grauissima sint.

Aristotel.

Ethicorũ.

2. Timo. 2. Hæretici no sunt in ecclesia tolerandi.

¶Quæriť demũ, an hæretici sint substinendi. Ad qd̃ idẽ doctor rñdet: Hæresis est uitiũ infectiuũ. Propter quo dad Timoth. de hæreticis ait Apostо: Multũ ꝓficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cãcer serpit. Hinc ecclesia eos è consortio excludit fideliũ ꝑsertim ne simplices conuersenť cũ eis, ne corrũpãtur. Ideo per ecclesiã incarcerant̃, & puniunt̃, potissimũ si inficiant alios. Si aũt nõ inficerent alios: possent tolerari. Qui uerò sunt firmi in fide, possent cũ ipsis cõuersari, ut ipsos quertant, nõ aũt in diuinis: qm̃ excõicati sunt, & blasphemi. Propter q̃ in iudicio seculari licitè possent occidi, suisq; bonis spoliari ét si alios ñ corrũpãt, q̃a in Deum blasphemi sunt, cũ falsam fidem obseruent. Propter qd̃ iustiùs possunt puniri, q̃ rei criminis læsæ maiestatis, & quàm hi qui falsam cudant monetã Hæc in Scripto. Porrò in secunda secundæ quæstione. 11. Duo inquit, circa hæreticum possunt pẽsari. Vnum ex parte hæretici, puta pctũ ipsius, & p hoc mereť nõ solũ excommunicari, seu ét mox occidi. cũ multo grauiùs sit fidẽ corrumpere, quàm monetã falsare. Secundum est misericordia ecclesiæ, cuius est errantem ad ueritatẽ reducere & ita ecclesia nõ statim dãnat hæreticũ, sed primò, ac secundò piè, ac sapienter admonet, ac instruit eũ. qui si tunc permanserit pertinax separat eũ ecclesia à se per excõmunicationis snĩam atq; ulteriùs relinquit eum seculari iudicio traden dum ad mortem. Ait quippè Hieronimus: Secandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis est repellenda, ne tota domus massa inficitur. Arrius una scintilla fuit in alexandria, sed quoniam statim obrutus non est, totum orbem flamma eius depopulata est. Extirpanda ergo sunt zizania, dũ fine extirpatione tritici fieri potest: Hæc In Summa. Ait quoq; Antisiodorensis in summa sua, Henricis literatis, qui qñq; fuerunt catholici, non esse audientiã dandã: imò tollendos esse de medio, nisi simpliciter resipiscant, ne & alios suis persuasionibus uersutijsq; inficiẽt. Simplices uerò aliũde deceptos, piè esse informandos, ac reuocandos.

Hereticũ licet occidere. ar. 3

Antisiod. Hereticis libertatis non est cõcedẽda audientia. Summarium est istud.

¶Hęc circa istã distinctionẽ sufficere possent: nũc tamen aliqua sunt addenda in fine huius ultimæ distinctionis de sacramento eucharistiæ, & Primò de defectibus, qui contingunt in missæ officio, & pœnitẽtijs iniungẽdis. Vñ sanctus Tho. hic scribit:

De defectibus, qui contingunt in missæ officio, & de pœnitentijs eisdem iniungendis.

Sacramenti negligentia quæ pœna sit plectenda.

de con. di. 2. c. Si per negligentiam.

TILLE, cuius negligentia accidit ut mus seu aliud brutum, commedit species sacramẽtales, seu hostiã ꝓsecratã quadraginta diebus d3 secũdũ canones pœnitere, & bestiola si capi pót cõburi, eiusq; ciuis in sacrarium mitti. Si autem amissa fuerit, aut pars eius ita ut nequeat inueniri, pœniteri debet uiginti diebus. Si uerò per negligẽtiam aliqd de sanguine stilauerit in tabulã, q̃ terræ adhæret, lingua lambetur: & tabula radetur ac igni comburetur, & cinis in altari condetur, & sacerdos quadraginta dies pœniteat. Si autem sup altare stillauerit calix, minister sorbeat stillã, & tres dies pœniteat. Si aũt sup linteũ altaris, & ad aliud stilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat. Si autẽ usq; ad tertiũ linteũ, nouẽ diebus pœniteat. Si usque ad quartũ, uiginti diebus. Et linteamina, q̃ stilla tetigerit, tribus uicibus lauet minister calice subtus posito, & aqua ablutionis sumatur, ac iuxta altare condať. Turũ est quoq; ut pars lintei abscindať, & cõburať, & cinis in altari ꝓdať. Porrò si aliquis ꝑ ebrietatẽ aut uoracitatem eucharistiã uomuerit, quadraginta diebus pęniteat. Clerici uel monachi diebus, septuaginta, episcopus nonaginta. Si aũt infirmitatis causa uomuerit, septẽ diebus pœniteat. Dicunt autem quidam, q̃ pœna irrogata fuit propter cautelã ut negligentia magis uitet̃. Ideo circunstantijs pẽ satis, pót minui, seu addi ad eam, Tutiùs tamen est ut pœna seruetur iam dicta. Debet uerò (ut aliqui dicunt

de cõ. di. 2. si quod per ebrie.

Thomas aquinas.

cunt illis diebus ieiunare, & à communione cessare Alij dicunt, quòd his diebus iniungenda est pœnitentia arbitraria, pensatis conditionibus negocij, ac personæ, & hoc probabilius videtur. Hęc Thomas in Scripto.

ar. 6. Misse defectibus quomodo sit succurrendum.

¶ Insuper in tertia parte, quæst. 89. quærit, vtrum sufficienter possit occurri, hoc est prouideri, seu remedium adhiberi defectibus, periculis, inopinatisq; casibus, q̃ circa celebrationẽ ꝓtingunt. & arguit sex argumentis, quòd non: quæ argmenta non aliud q̃runt, quàm quid agendum sit in huiuscemodi casibus. Idcirco vt clariùs intelligantur hæc omnia, ponam casus in forma, & ad unumquemquem ponam huius sancti doctoris responsa.

Quæstiones 6. Prima.

¶ Itaq; quæritur primò, quid agendũ sit, si sacerdos ante consecrationẽ moriatur, aut alienetur, aut aliqua infirmitate impediatur, ne sacramentũ sumere ualeat, & missam perficere, ficq; vt non posse satisfacere præcepto ecclesiæ, quo iubetur ut sacerdos celebrans sacramentum accipiat.

¶ Rospondendum, quòd si sacerdos morte, aut graui infirmitate prę occupetur ante consecrationem, non oportet per alium sacerdotem suppleri officium inchoatũ: si uerò incepta consecratione euenerit, utpotè corpore cõsecrato ante sanguinis consecrationem, seu consecrato utroq; debet missæ celebritas per aliũ adimpleri. Hinc ut in decretis 7. quæst. prima Nihil, habetur. In Toletano concilio legitur, censuimus conuenire ut dum à sacerdotibus tæmpore missarum sacra mysteria celebrantur si ægritudinis alicuius contingat euentus, quo sacerdos cœptũ nequeat explere officium, sit liberũ episcopo, seu præsbytero exequi consecrationem incepti officij alterius. Non enim aliud competit ad supplementum initiatis mysterijs, quã, aut incipiẽtis, aut subsequentis benedictione cõpleta sacerdotis: quoniam nec perfecta videri possunt, nisi perfecto ordine compleantur: Cum enim simus omnes unum in Christo, nihil contrarium format persona rum diuersitas, ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei representat: nec tamen quod uerè languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem cõuertatur Nullus ergo absq; patenti prouentu molestiæ sacerdos, uel minister imperfecta præsumat relinquere munera. Quod si quis temerariè præsumpserit, excõmunicationis sententiam sustinebit.

7. q. 1. c. Nihil.

1. Cor. 11.

Quæstio.

¶ Secundò quæritur, quid agendum sit, quando sacerdos ante consecrationem, uel post recolit, se aliquid comedisse, aut bibisse, aut alicui mortali pec cato non confesso, aut excõicationi subiacere, cuius ante non recordabatur, in quo casu videtur ꝓplexus. Dicendum quod ubi difficultas occurit, sem per eligendum est id, quod minus habet periculi. Maximè autem periculosum est circa hoc sacramẽ tum, quod est contra ipsius sacramenti perfectionẽ Imò hoc sacrilegium grande est. Minus autem est, quod ad sumentis pertinet qualitatem. Ideo si sacerdos post consecrationis inceptionem recordetur se comedisse aliquid, aut bibisse, nihilominus, debet sacrificium perficere, sacramentumq; sumere. Similiter si recollat aliquod peccatum se habere, pœnitere debet cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Sic si meminerit excommunicationi se subiacere assumat propositũ petendi humiliter absolutionẽ, sicq; per inuisibilẽ pontificem absoluetur, quantũ ad istum actum. Si uerò ante consecrationem memor sit alicuius istorum, tutiùs reputarem, præsertim in casu mandu cationis, & excommunicationis, quòd inceptã desereret missam, nisi graue scandalum timeretur.

Minus periculi habẽs semp eligendũ.

¶ Tertiò quæritur, quid agendum, si in uinum cõsecratũ cadat musca, aranea, aut aliud animal uenenosum: uel si sacerdos agnoscat aliquid uenenosum calici esse immissum. In quo casu uidet perplexus quia si summit uidetur Deum tentare, & occidit seipsum: si non sumit uidetur agere contra præactum præceptum ecclesiæ. Dicendum, quòd si ante consecrationẽ tale quid accidat, & sacerdos hæc deprehendat, debet totũ effundere. ablutoq; calicè, aliud uinũ infundere consecrãdũ. Porrò si post consecrationem aliquid horum contingat, ac deprehendatur, debet animal cautè capi, & diligenter saluari, atq; cõburi, & ablutio simul cũ cineribus in sacrariũ mitti. Si aũt deprehenderit uenenũ esse immissum nullatenus sumere debet, nec dare alteri ad sumendum, ne calix uitæ uertatur in mortem. sed debet diligenter in aliquo uasculo ad hoc apto, cum reliquijs conseruari: & ne sacramentum maneat imperfectum, debet aliud uinum opponere, atq; de nouo resumere à sanguinis consecratione, sacrificium que perficere.

Quæst. 3.

7. q. 1. cap. nihil.

Quæstio. 4

¶ Quartò quæritur, quid agendum sit, quando ꝓ negligentiam ministri non apponitur aqua, aut etiã nec uinum, nec sacerdos aduertit hoc. Dicendum ꝙ si sacerdos ante consecrationem sanguinis, etiam post corporis consecrationem, percipiat uinum, aut aquam non esse in calice, debet statim apponere, & consecrare. Si uerò post consecrationis uerba percipiat aquam deesse. debet procedere: quoniam aqua non est de necessitate sacramenti, & puriendus est, cuius negligentia hoc contingit, nulloq; modo miscenda est aqua uino iam consecrato: quoniã sequeretur corruptio sacraméti pro aliqua parte. Si uerò post verba consecrationis percipiat uinum non esse in calice, si hoc percipiat ante corporis sumptionem, debet deposita aqua, si imposita est, imponere uinum cũ aqua, & resumere à uerbis cõsecrationis sanguinis. Si uerò hoc post corporis sumptionẽ percipiat, debet apponere aliã hostiam consecrandã simul cũ sanguine. Quod dico, quia si diceret sola uerba consecrationis sanguinis, non seruaretur debitus ordo consecrandi. Et sicut dicitur in præacto capitulo concilij Toletani, perfecta videri non possunt sacramenta, nisi perfecto ordine compleantur. Si uerò inciperet à consecratione sanguinis, & repeteret omnia uerba sequentia, nõ cõperent nisi adesset hostia consecrata, cum in uerbis illis occurrant quædam dicenda atque fienda non solum circa sanguinem, sed etiam circa corpus. Debet quoque in fine sumere hostiam iterum consecratum, & sanguinem, non obstante etiam si priùs acceperit aquam, quæ erat in calicè: quia præceptum de perfectione sacramenti, maioris est ponderis, quàm præceptum de accipiendo sacramentum hoc a ieiuno.

Quæstio. 5.

¶ Quintò quæritur, quid agendum sit, quando sacerdos non recolit se uerba consecrationis dixisse, aut aliqua, quæ in consecratione huius sacramenti dicuntur. Nam uidetur peccare, siue reiteret uerba super eandem materiam, quæ forte iam protulit, siue utatur pane, & uino non ꝓsecratis quasi cõsecratis. Dicendũ, quòd quamuis sacerdos non recolat se dixisse aliqua, quæ dicere debuit: non tamẽ debet ex hoc mente perturbari. Non enim, qui multa dicit, meminit omnium quæ iam dixit, nisi forte aliquid in dicendo appræhenderit sub ratione iã dicti. Sic enim efficitur aliquid memorabile.

¶ Vnde si aliquis attentè cogitet id, quod dicit, non,

non tamen rogitet se dicere illud, non multum recolit postea se illud dixisse. Sic ꝙppè fit aliq̃d obiectum memoriæ, inquantum accipitur sub ratione ꝑteriti, ut dicitur in libro de memoria. Veruntamen si sacerdoti probabiliter constet se aliqua omisisse si illud non est de necessitate sacramenti, nõ æstimo quod propter hoc debeat resumere immutando ordinem sacrificij. Si uerò certificetur se omisisse aliqua eorum, quæ sunt de necessitate sacramenti, vcz formas consecrationis, idem videtur agendum, q̃d dictum est de defectu materiæ, ut scilicet resumaẽ à uerbis consecrationis, & cętera per ordinem repetantur, ne immutetur sacrificii ordo.

Quæst. 6.

¶ Sexto quæritur, quid agendum sit quando dilabitur ex frigore hostia consecrata, seu non consecrata de manu sacerdotis in calicem ante perfectionem uel postea. In quo casu non videtur sacerdos posse seruare ritum ecclesiæ de ipsa fractione, uel quòd sola tertia pars mittatur in calicem. Dicendũ quòd fractio hostiæ consecratæ, seu quòd una sola pars mittatur in calicem, respicit mysticum corpus, quemadmodum admixtio aquæ: ideo prætermissio horum non facit sacrificij imperfectionem, ut propter hoc. necesse sit aliq̃d iterari circa celebrationẽ sacramenti istius. Hæc Thomas in Summa. Vbi, & quæritur, quid agendum sit, quando per negligentiam sacerdotis effunditur Christi sanguis &c. ad quod iam ex Scripto responsum est, & additur hic, quod si per negligentiam sacerdotis hostia conseruetur tam diu, ut putrescat, sacerdos triginta diebus pœniteat, id est, ieiunet, & à communione cesset, sicut expositum est.

Henricus quodli. 2.

¶ Denique pręinductis ex Thoma, Alberto, Bonauentura, Aegidio ac alijs, de existentia Christi sub hostia, quàm diu manent ibi formæ accidentales, seu species, concordant scripta Henrici quodlibeto secundò. Qui, & quolibeto quarto interrogat, an species illæ sacramentales nutriant. Ad quod respondet omnino, ut Thomas in tertia parte.

Quæstio. 5

¶ Ampliùs 9. quodlibeto, ultima quæstione scisscitatur, utrum per miraculum, & absolutam Dei omnipotentiam possit unum, & idem corpus simul esse in diuersis locis localiter. Respondetur, quòd sic, q̃a miraculosè plura corpora possunt simul esse in uno loco: ergo & unum in pluribus locis. Item corpus Christi simul est sub pluribus dimẽsionibus sacramentaliter, sed uirtute diuina possunt dimensiones panis conuerti in dimẽsiones corporis Christi: ergo uirtute conuersionis dimensiones corporis Christi erunt ubi erant dimensiones panis. Sicut ergo substantia corporis Christi potest per conuersionem eodem tpe esse sub diuersis dimensionibus diuersis altaribus, sic dimẽsiones corporis Christi per conuersionem possunt esse in diuersis altaribus, ubi erant diuersæ dimensiones conuersæ in illas. sed nõ sunt dimensiones corporis Chri, nisi ubi est uerum, & totũ, ac integrũ corpus Christi, ergo totũ Christi corpus simul potest esse per miraculũ in locis diuersis. In oppositum est, q̃a sic ꝓdictoria essent simul uera: quoniam dimẽsiones corporis connumerantur dimensionibus loci. Si ergo idem corpus esset in pluribus locis, esset unũ, & plura: & ita esset unũ, & non unũ, & hoc fateor concedendum. Nempè qua ratione posset idem corpus esse simul in duobus locis, eadem ratione, & in tribus, & quatuor: & ex consequenti, in omnibus seu ubiq;, quod deitati est proprium. Idcirco simpliciter dico impossibile esse, idem corpus simul esse in pluribus locis.

Arguitur contra ueritatem.

In oppositum.

Vnum corpus non potest esse simul in pluribus locis.

Denique, si idem corpus ęque corporaliter, & dimensionum esset in pluribus locis, aut ergo quod existit in uno loco, existit in alio, aut non. Si sic ergo si in uno loco sit gelu, in alio calor, simul haberet calorem, & frigus. Similiter in uno loco ex defectu uictualium esuriret, in alio comedens saturaretur: atq; in uno loco infirmaretur in alio esset sanum. Imò in uno moreretur, in alio uiuum, & sanum maneret. Si dicatur secundum, cõsimilia inconuenientia sequerentur.

Soluuntur obiecta.

¶ Nec simile est, quod garaitur de existentia plurium corporum in vno loco: quia ex hoc non sequitur contradictoria esse simul uera, sed sequitur contraria dispositio circa idem ad esse simul cum alio, à qua contraria dispositione potest absolui. In corporibus namq; nihil repugnat ipsa esse simul nisi dimensiones: & hoc nón propter dimensionem essentiam, sed propter situm, quem natæ sunt habere in loco, qui situs est accidens dimensionem, quemadmodum situs, qui est ordo partium inter se, est differentia illis essentialis. Etenim propter situm, qui dicit ordinem ad locum, tangunt se corpora, & tenent se extra se, & se se nequeunt penetrare, estq; dispositio illa imperfectionis in dimensionibus, & præter dimensionum essentiam, ita quod quamuis non naturaliter, tamen supernaturaliter separabilis est ab illis per totem substantialitatis: quæ est q̃dam potentia non resistendi, ita quod non resistit alicui, nec aliquod sibi. Sicq; corpus per eam illabi potest alteri corpori. & hoc absque eo, quod tangat illud resistendo. Vsi & tale corpus non h3 esse ꝑ se in loco ꝑ continentiã inter latera circundantis. Ad aliud dicendũ, q̃d in eucharistia duo sunt, utpotè species illæ uisibiles, & res contenta, quæ est corpus Christi. Circa quod duo considerantur, puta conuersio facta in ipsum, & per ipsam conuersionem suam esse alicui, ubi ante non erat sine sua mutatione, & motione. nec potest hoc secundũ esse sine primo, quia impossibile ẽ Christum dimẽsionaliter simul esse in pluribus locis. Dicuntq; alibi q̃d nec primũ horũ potest esse sine secundo, ita scilicet quòd si ponantur simul, & dimensiones, & substantia panis conuerti in dimensiones, & substantiam corporis Christi, ex ipsa cõuersione necesse est esse corpus Christi, vbi cõuersio facta fuit. & panis desinit eẽ panis. Quod & si uerũ eẽt, nõ tñ esset ibi corpus Chri secundũ rõnẽ suarũ dimensionẽ, ideſt, dimensionũ, de quali mõ quærit hæc quæstio: idcirco ex illo non potest istud probari. Nam & si dimensiones panis conuerteretur in dimensione corporis Christi absq; conuersione substantiæ panis in substantiam corporis, nõ tñ dimensiones corporis Christi essent in substantia panis dimensionaliter, quia sic informarent, atq; extenderent, ac figurarent. Hæc Henricus. Qui de his scribit plixè, & infra patebit, qualiter uerum sit, quòd de dote agilitatis hoc loco deprompsit.

Scotus contra hæreticum.

¶ Verum huius positionis contrarium asserit Scotus: Maxima, inquiens, mihi certissima est, Deo esse possibile quicquid non includit euidenter contradictionem, & ad quod non sequitur necessariò cõtradictio. Tale est, & idem corpus esse in pluribus dimẽsionaliter, atque localiter. Dico ergo, quòd Deo simpliciter est facere idem corpus simul esse in diuersis locis localiter. Hoc patet ex intellectu terminorum. Cum enim dico idem corpus simul esse in diuersis locis localiter, nihil dico supra corpus nisi respectum extrinsecum aduenientem, fundatum, in quanto ad aliud quantum circun-

scri-

scribens. Talem autē respectum plurificari super idē fundamentum ad diuersos terminos, non apparet contra aliquid notū secundū rationē: quia respectus itrinsecus aduenientes, de quibus hoc minus vī possunt plurificari, fundamento eodem manente, ut secundū albedinē unam, similitudines duas fundari ad terminos duos. Porrò quod vbi non dicat nisi respectū extrinsecum aduenientē, ostensum est. Et mirum, quòd sequentes rationē, tantū sequuntur imaginationē, quod quia imaginatio non separat locū à corpore, nec econtra, nec percipit unū plurificari sine alio, ut ideo dicunt impossibile esse simpliciter, unū sine alio plurificari; præsertim cū ipsa vbi sint posteriora quanto locato, & accidentaliter, ac cō tingentur aduenientia. Hæc Scotus.

¶ Qui circa hæc prolixè discepтat, & quicquid sit de veritate conclusionis, videntur dicta præcedētis positionis magis idonea. Quid autē oīpotens possit in istis difficultatibus, diffinire, videtur incautū. Varijs etenim modis potest eundem effectum producere, & pluribus, ac mirabiliorib, modis, quàm ex cogitare ualeat homo. Nec audeo dicere, quin possit efficere, corpus Christi esse sub speciebus panis aliter, quā per conuersionem panis in illud, aut per localē eius motū siue descensum: Etenim posset hoc forsan solo imperio absq; alicuius conuersione in ipsum. Attñ idē corpus numero, posse simul esse in pluribꝰ locis localiter, non videtur possibile, non ex impotentia Dei, sed ex capacitate effectus, & incompossibili, & repugnātia consequentium ad hoc. Etquæ contra hoc modo obiecta, sunt, non concludunt. Nē pè quando arguitur ita, Cum dico idem corpus simul esse in locis diuersis, nihil dico supra corpus, nisi respectū extrinsecum &c. Respondeo, quòd dicendo unum, & idem corpus esse simul in locis diuersis, dicis, & includis omnia illa, quæ necessariò consequuntur ad esse in pluribus locis simul localiter, utpotè propria dimensione cōmensurari locis diuersis, & haberi diuersa ubi, atque per se diuersis differentijs motuum, ac alterationum moueri simul, & affici, ac cætera ex Henrico iam tacta, quæ uni, & eidem corpori simul nequeunt conuenire pariterque inesse. Nec ipsum ubi, dicit solum respectum, cum sit reale prædicamentū à prædicamento relationis realiter distinctum. Iuxta hunc modum multa ualde in dictis istius de hac quæstione, ac alijs continentur: quæ & si prima facie alicuius apparentiæ forsitan videantur, acutiùs tamen inspecta, facile dissoluuntur.

Soluūtur argumēta. Scoti.

Tho. ar.

¶ Denique Thomas de Argentina, hoc loco recitat opinionem dicentium quantitatem non distingui realiter à re quanta, seu corpus quod est de genere quantitatis, à corpore, quod est de genere prædicamento substantiæ, seu à materia quanta. Quod primò sic probant: Omnem rem priorem altera, potest Deus facere, & conseruare, & posteriorem destruere, non mutando localiter rem priorem. Ergo si quantitas differret à substantia, & est posterior ea saltem ordine naturæ, & causalitate, potest Deus quantitatē destruere. substantia localiter nō mutata ergo substantia adhuc erit extenta, & occupans locum ut priùs, & per consequens adhuc manet continua, & quanta, sine quanto realiter distincta ab ea Secundò, substantia lapidis intelligi potest manere in eodem loco, in quo est circunscripta, seu abstracta ab ea per intellectum omni re posteriori ea: sed non potest intelligi manere in loco sine quantitate, ergo quantitas nō est ea posterior, nec acidens eius realiter ab ipsa distinctum Tertiò, si quantitas differt à substantia posset Deus facere, quod substātia corporalis coexistet quantitati, nec formaretur per eam: ergo talis substantia esset quanta seipsa sine omni quantitate sibi per informationem adiuncta, quoniam tota illa substantia correspōderet toti quantitati, cui coexisteret, atque per consequens pars parti, sicq; substātia illa seipsa ꝓsisteret quāta qa non informat, ut supponit quantitate. Quartò, secūdum Magistrum, color, sapor, & consimilia accidentia in sacramēto, sunt sine subiecto: quod falsum esset si quantitas à substantia differet realiter: essent enim subiectiuè in quantitate. Quintò, quātitas differt substātia ergo eius subiectum est materia, aut forma, aut compositum ex utroque; non materia, quia si aliquod accidens ꝓcederet formam substātialem in materia: nec forma, quia tunc si materia esset separata à forma, non esset quanta neque cōpositum, quia sic subiectum, qnantitatis esset compositius quantitate, quod falsum est: qm̄ nullum accidens absolutum est simplicius suo subiecto. Sextò quantitas non est idem, quod substantia, non esset substantia contrarium susceptiua, quod est contra philosophum in prædicamentis. Septimò, si differunt realiter substantia, & quantitas, tunc quando de denso fit rarum, aut est ibi quantitas noua, aut non. Si sic, aut est tota noua, & sic, tota ibi quantitas prima corrūpitur, quod falsum vī aut partim est noua, & tunc petitur de illius nouæ quantitas subiecto, quia est tota substantia, aut pars eius, quorum utrumq; inconueniens: quia quocūque illorum dato, sequitur quod duæ quantitates sint in eodem subiecto, quod uia naturæ est impossibile. Si uerò in illa substantia nulla noua quantitas est acquisita, & tamen est rarefacta: Hoc non pōt esse, nisi quia eadem quantitas coexistit nunc maiori loco, quàm priùs: & hoc æque bene potest dici de substantia: ergo frustra ponitur substantia differre à quantitate. Octauo, id, de quo uerè prædicantur ꝓprietates, hoc uerè est quantitas: sed de substantia prædicātur ueraciter proprietates quantitatis, vide licet longum, latum finitum &c. Nono, cuicunque conuenit definitio, conuenit definitum, substantiæ, autem corporeæ conuenit definitio quantitatis cōtinuæ: quoniam partes eius continuantur ad terminum eundem communem, aliàs abinuicem essendisiunctæ. ¶ Verū hæc non concludunt, quia res simpliciter absolutæ, distinctæ genere prædicamentali differunt realiter: & tales sunt substantia, & quantitas. Prēterea, augmentum, cuius terminus est quantitas, & generatio, cuius terminus est substantia, realiter distinguuntur: ergo & præfati hi termini eorū dem. Præterea, lignum, & lapis differunt specie, non tamen pedalis quantitas utriusque: ergo quātitates, & substantiæ eorum realiter distinguntur. Præterea in consecratione sacramentali panis, & uinum substantialiter transmutantur: & tamen eorum quantitates dimensione uerè manent, sicut ꝓbatum est. Præterea, quantitas per se sensibilis est, substantia uerò per accidens, ut secundo de anima dicitur: non ergo sunt idem in re. Rursus, secundum Phil. si sola substantia esset non esset aliqua magnitudo: ergo substantia, & magnitudo, q̄ est quantitas non sunt realiter idem. Ad primum ergo obiectū, dicendum, ꝙ substantia secundum se, & per se sumpta, est indiuisibilis, nec occupat locum: & quis prior sit quantitate, nō tñ prior est ea, quantum ad esse locale. ad scdm, ꝙ substātia nō pōt intelligi manere i loco circunscriptiuè sine quantitate, sicut nec alba sine albedine. Ad tertiū, quod falsum assumit, quia

Quātitas nō distinguatur a re quanta. Arguitur cōtra ueritatem.

Re, phant prędicta.

Soluūtur rationes.

quia in sacramento substantia corporis Chri coexistit quantitati panis, nec tñ coextensa est illi seipsa.

Ad quart.

Ad quartū, ꝙ qualitates in sacramento sunt sine subiecto primo. i. subiecto, quod est substantia, quāuis non sine subiecto proximo, quod est quantitas. Ad

Ad quintū

quintū, quòd materia sine forma substantiali potest esse subiectū quantitatis, ut patuit in corpore Chri

Auerrois.

in triduo mortis. Auerrois quoq; libro de substantia orbis, dicit in cœlis non esse materiā, in qbus tñ conspicimus quantitē. Ad sextum, quòd non sequitur, imò & substantia indiuisibilis contrariorū est susceptiua, ut anima gaudij, & mœroris. Ad septimū dico, ꝙ quādo d̄ denso fit rarum, est ibi quātitas noua: & si tota densi substantia transmutatur, tota quātitas erit noua: si pars, tunc pars: & subiectum illius

Ad sextū.

Ad septimum.

nouæ quantitatis erit substantia ex transmutatione huiusmodi genita &c. Ad ultima duo dicēdum, qd̄ illud est quantitas, cui primò, & per se, ac immediatè ꝓueniunt ꝓprietates: quātitatis: sed non ꝓueniūt substantiæ, nisi per aliud, & mediatè, puta per quantitatem. Hæc Argentinen. Qui etiam scribit hic, quòd opinio omnium doctorum de Anglia est, & quorundam de Parrhisijs, quòd in uno, & eodem, imò, & in quolibet homine sint plures formæ substantiales.

Ad octauū, & nonum.

Richardus

¶ Hinc quoq; scribit Richardus supra, 12. distinctione: Aliqui opinantur quantitatem continuam non differre à substantia corporea, nisi secundum relationem seu positionem: quia quod dicit substātia absolutè, dicit quantitas secundum modum se habēdi, quia est habere partem extra partē actualiter non diuisas. Et dicunt quòd quamuis natura non possit causare quantitatem qualitatis, nisi mediante quantitate substantiæ tamen continuo quantitas qualitatis realiter differt à continua quantitate substantiæ, quemadmodum qualitas à substantia, atque quòd quantitas remanens in sacramento altaris, sit quantitas qualitatis

Aristo.

Hæc autem opinio est contra philosophum, qui in prædicamentis distinguit quantitatem à substantia & qualitate, estq; contra communem positionem doctorum, & contra experientiam. Cum enim substantia corporea condensatur absq; alicuius rei con uersione in ipsam efficitur minoris quantitatis absque aliquius partis suę amissione. Est etiam contra rationem: quoniam longitudo, latitudo siue profunditas non est alterius speciei in pugillo aquæ pugil loque aeris. Porrò quod dicunt quātitatem qualitatis, realiter differrē à quantitate substantiæ, & illam realitatem esse idem cum quantitate, est contra auctoritatem, & rōnē Ait namq; Philoso. 6 physico. quod qualitas non est quanta nisi per accidēs: quod uerum nō esset, si ex se uel ex sua natura consisteret quanta. Impossibile quoq; est naturaliter corpus, quod est quantitas, simul esse cum alio corpore quod est quantitas: sed qualitas simul est cū substantiæ ergo naturaliter simul sunt ibi duæ soliditates, imò, & plures: qa qua ratione albedo haberet ꝓpriā quantitatem, etiam sapor, caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, haberent proprias quantitates: nec solum simul essent quantitas substantiæ, & quātitas qualitatis, sed etiam soliditates plurium qualitatum. Patet ergo, quòd opinio illa multa inconuenientia implicat. Hæc Richardus.

Aegidius de Roma.

¶ Ad idē cōfert, quod scribit Aegidius in tracta-

tu de sacramento altaris: Dum res cōuertitur in aliquid ꝑexistens. non est impossibile quātū cōuerti in quātū sed, qd in qd. quo cōstat quantitatē corporis Chri esse sub sacro ꝓ cōcomitantia. Ex quo probat quod quantitas corporis Chri sit realiter distincta à corpore ipso. Alioquin conuersio esset in quātitatē & quantitas esset ibi ex ui sacri, seu conuersionis non concomitationis, & conuerteretur ibi quantū in quantū, nec totū corpus Christi esset sub qualibet particula hostiæ, imò & corpꝰ Christi esset ibi de localiter, ut videtur. Quæ oīa reprobata sunt supra, nec sonāt satis chatolicè. Cōstat quoq; qđ secū dū Philosophū substantia nō capit magis, & minus ergo substātia naturæ humanæ ꝓfecta, tota, & integra est quantum ad substantialia, in infantē, sicut in uiro. Quod uerū nō esset, si quantitas eēt ipsa substantia corporis. Vnde alibi, ꝓstat Richa. quòd ex theologica ueritate puta ex his, quæ in sacro credūtur, multo certiùs, infalibiliùsq; probatur, quod quātitas differt à re quanta, q̄ ex philosophia. Postremò de effectibus huius superdignissimi sacramenti scribit Gulielmus in suo Sacrmentali: ¶ Quēadmodum aqua baptismalis uerè est aqua regenerans, & unda purificās, non sua natura, sed uirtute diuina, quæ ꝓ uerbū inuocationis accidens efficit sacramentum sic uera Christi caro accessu uirtutis diuinæ, quæ ab ea nunquā recedit, fit sanctificationis sacratissimum instrumentum, ac dignè sumentibus sacræ refectionis adiumentum. Quæ uirtuosissima est, ꝓpter Dei sapientiam, & Dei uirtutē, cuius ipsa est ustimentum. Nempè si uestis sancti Iohannis Apostoli ex contactu sacri corporis id uirtutis obtinuit, ut per manū Aristobuli adhuc incredulitactu suo tres mortuos suscitauit, quid de hoc uestimēto Dei omnipotentis, id est, corpore Christi, pia fides edocet sentiendum? Si Petri apostoli baculus ex attactu Petri assequi potuit in tactu suo mortuum socium beati Martialis Lemonicensis suscitaret, & usq; in præsens retinet ut dæmones de obsessis expellat corporibus & eos ad loquendum compellat, quid de sacratissimo Christi corpore sentiendū? Si Christus dominus tantas uirtutes corporibus, atq; reliquijs sanctorū suorū largitus est, imò ossibus eorū, & capillis, & quod plus est, eorum pulueri, ac sepulchris quō nō incomparabiliter multo maioris, ac plures uirtutes carni suæ glorificatissimæ, ac deitati unitæ donauit? Quid enim mirabile, ac præclarum poterit cogitari, quòd non ad sanctorum suorum reliquias uel ēt memorias operatus sit Christus, & usq; nunc operetur? Ampliùs, si fimbriæ uestimenti sui hoc tribuit, ut eius tactu hemororrissa sanaretur à sanguinis fluxu: imò quòd omnes qui tangebant eam, curarentur ab ægritudinibus suis. quid in æstimabilis potestatis, & supernaturalis efficaciæ credēdus ē suo sacratisimo, & illi beatissimo corpori cōtulisse? Præterea, si carni, seu pinguedini serpentinę, de qua tyriaca coficitur, uirtutē concesit effugandi uenenum, quòd hominis uitam extinguit, quanto fortius sacratissimę cani suæ uirtutem prestitit eijciendi animarum nostrum uenena, id est, uitia, & peccata, tentationis, & passionum aculeos? Insuper si ligno uitę in medio paradisi uirtutē impressit, ut uitam corporalem perpetuaret utentium fructu illius, quomodo nō potius carni suæ, ac sangnini contulit, ut perpetuare uitam ualeat animarū, quæ, utique quodammodo fructus ipsius sunt? Ipse uerò uerissimæ uitæ uerissimum est signum. præterea, si hanc uirtutem dedit herbæ peoniæ, & lapidi lapidi ut phātasmata fugēt. Itēq; dæmonia: si

Gulielmus parisiensi.

Eucharistiæ, uarijs sunt effectus.

Reliquijs sctōrū miraculorū uirtutem Deus contulit.

Aristo.

Matt. 9. Mar. 6.

Thyriaca.

Gen. 2.

Peonia & lapis phātasmā fugant, & dæmonia

potestatem

potestatē hāc præstitit uerbis exorcismorū quorūdā ut eis arceantur, & ligentur dæmones, & alia fiant miranda, quæ in libris magicis continent, quo uerbum per quod facta sunt omnia, carnem, quā pro nostra salutè assumpsit, nō uniuersis uirtutibus gloriæ suæ ɔgruentibus, & saluti congruentibus aīarū illustrauit? Nōne ipse smaragdo impresit hanc uim ut lætitiā operetur in animabus gestantium ipsum? Lapidi quoque bufonis, ut expellat tristitiam: & lapidi topazioada, ut tpantiā ab ardore libidinū donet? ac diamāti, ut gratiositatē inducat, ac pariat in gestāte? Propter hæc oīa & alia inumerabilia mirabi liū, q̄ ꝑ parte maxima præterimus eius, & quæ nec nosce, nec numerare sufficimus, merito beatos reputamus eos, qui tā diuinissimæ excellentiæ sacramentū tota deuotione, ac ueneratione assidua amplectuntur, suscipiunt, & spiritaliter intra se iugiter retinere conantur. Hec Gulielmus.

Iohan.1. — Smaragd⁹ lętitiā operatur. — Bufonis lapis tristitiam pellit. — Thophasius libidinē domat. Adamas gratiositatē inducit.

De pœnitentia. Distin. X I I I I.

POst hæc de pœnitentia agēdum est. Pœnitentia longe positis à Deo necessaria est, ut appropinquēt. Est enim, ut ait Hieronymus, secunda tabula post naufragium: quia si quis uestem innocentiæ in baptismo perceptam peccando corruperit, pœnitentiæ remedio reparare potest. Prima tabula est baptismus, ubi deponitur uetus homo, & induitur nouus Secunda, pœnitētia: qua post lapsum resurgimus, dum uetustas reuersa repellitur, & nouitas perdita resumitur. Post baptismum prolapsi, per pœnitentiam renouari ualent, sed non per baptismū. Licèt homini sepiùs pœnitere, sed nō baptizari. Baptismus tantum est sacramentū, sed pœnitentia dicitur, & sacramentum, & uirtus mentis. Est pœnitentia interior, & est pœnitētia exterior. Exterior, sacramentum est: interior uirtus mentis est: & utraque, causa salutis est, & iustificationis. Vtrum uerò omnis exterior pęnitentia sit sacramentum uel si non omnis, quæ hoc nomine censenda sit, consequenter uestigabimus. A pœnitentia cœpit Iohannis prædicatio dicentis: Pœnitentiā agitè, appropinquabit enim regnū cęlorum. Quod autem præco docuit: illud post ueritas prædicauit, exordiū sumens sermonis A pęnitentia. Pœnitentia dicitur à puniendo, qua quis punit illicita, quæ commisit. Pœnitentiæ timore concipitur. Vñ Isaia: A timore tuo dñe concepimus, & perperimus spiritum salutis. Est autem pœnitentia, ut ait Ambro. mala præterea plagere, & plāgeda iterum non commitere. Item Greg. Pœnitere est ante acta peccata deflere, & flenda non commitere. Na n q sic alia deplorat, ut alia tñ committat, adhuc pęnitentiam agere, aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxuriæ quis defleat, & adhuc auaritię æstibus anhelat? His verbis quidam uehementiùs inhærentes, contendūt uerè pœnitentem ultra nō posse peccare damnabiliter: & si grauiter peccauerit, ueram non præcessisse pęnitentiam. Quod etiam alijs muniunt testimoniis. Ait enim Isidorus: Irrisor est, & non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet. Nec uidetur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus. Canis reuersus ad uomitum, & pœnitens ad peccatū. Multi lacrymas indesinenter fundunt, & peccare non desinunt: quosdam accipere lacrymas ad pnīam cerno, & effectum penitentiæ non habere: quia inconstantia mentis nūc recordatione peccati lacrymas fundunt, nunc reuiscente usu, ea q̄ fleuerunt. iterando committunt. Isai. de peccatoribus dicit Lauamini, mundi estote. Lauatur, & mūdus, est qui, & præterea plangit. & flenda iterū non cōmittit. Lauatur, & non est mūdus q plangit, q̄ gessit, nec deserit: & post lacrymas ea, q̄ defleuerat, repetit. Item Augu. Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Nihil prosunt lamenta si replicantur peccata. Nihil ualet ueniam à malis poscere, & mala denuo iterare. Item Grego. Qui commissa plangit, nec tamen deserit, pœnæ grauiori se subijcit. Item Ambrosi. Reperiuntur, qui sæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si uerè pœnitentiam in Christo agerent, iteranda postea non putarent: quia sicut unum baptisma, ita est una pęnitentia. His aliisque pluribus utuntur in assertionem suæ opinionis. Sed Ambrosius dicit. Hæc uera pęnitentia est, cessare a peccato. Et iterum: Magni profectus est, renunciasse errori: imbutos enim uitiis animos exuere, atque emendare, uirtutis est perfectæ, & cęlestis gratiæ Et ideo sanè ita diffiniri potest.

De pœnitētia in generali. — Hiero. li. 5 super Ezechi. ca. 16. & hr de pœ. d. 1. ca. secunda tabula. — Matt. 3. — Ma 4. — Vñ dr pœnitentia. — Esa. 26. c. — Ambro in sermone drage, & de pe. di. 3 ca pę. & c. inestiuum & c. sunt quo — Gregori⁹. — Isiodor⁹. 2 li. de summo bono cap. 16. & habetur de pe di. 3 c. irrisor. — 2. Pet. 2. — Prou. 26. — Aug. in li. soli loqo. de pœ. di. 3. c inanis. — Esa. 1. — Ambro. in li. 2. de pœnitētia ca. 11. & habetur de pe. di. 3. c. reperiūtur. — Gre. 3. parte pastor. c. 1. ad monitione. 31. de pœ. 3. c. qui commissa — Augusti. sup octonariū. 22.

De pœnitentia, & determinatio præmissorum.

Pœnitentia est uirtus, qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus, & odimus, & plangenda ulterùs committere nolumus, quia pęnitentia uera est, in animo dolere, & odere uitia. Vnde illa uerba præmissa, pęnitere est ante acta deflere, & flenda non committere: recte sic accipi possunt, non ad diuersa tempora, sed ad idem referantur: ut scilicet tempore, quod deflet commissa mala, non committat uoluntate uel ope flenda: quod innuitur ex verbis consequentibus. Nam qui sic alia deplorat &c. Hinc Augu. ait Cauendum est, nequis existimet nefanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non posidebunt, quotidie perpetranda &

Ambrosi⁹ super epistolam ad Cypria. — Augustin⁹ in enchiridiō. & habetur de pe. di. 3. c. sane cauēdum. — Detertminatio præmissorum uerborū. — 1. Cor. 6. — Gala. 6.

& eleemosynis redimenda. In meliùs est enim uita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis propitiandus est Deus: non ad hoc emendus, quando mō, ut ea semꝑ liceat impunè committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, & si miserādo deleat commissa peccata, si non satisfactio congrua negligatur. Item Pius papa: Nihil prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis opera agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur. Qui ergo à malis sic mentem reuocat, ut commissa plangat, & plangenda commitere non uelit, nec satisfacere negligit, uerè pœnitet. Nec ideo non est uera pœnitentia, quia forte post non de proposito, sed casu, uel infirmitate peccabit. Ille autem irrisor est, & non pœnitens, qui cōmissa plangit, ut plangenda uoluntate vel opere cōmittere non desinat. Ille etiam qui post lacrymas reperit quæ fleuit, lauatur ad tempus, sed mundus non. i. illa munditia non est ei sufficiens ad salutem, quia est momētanea, non perseuerans. Item illud, Inanis est pęnitentia, quā sequens culpa coinquinat, sic intelligendum est, Inanis est. s. carens fructu illius pœnitentiæ, quam sequens culpa inquinat. Illius enim fructus est, uitatio gehennæ, & apdeptio gloriæ. Mortificatur enim illa pnīa, & alia anteacta bona per sequens pctm̄: ut nō sortiantur mercede, qua meruerunt cum fierent: & quam haberent, si peccatum non succederet. Sed & si de peccato succedenti pęnitentia agatur, & pęnitentia, q̄ præcessit, & alia anteacta bona reuiuiscūt sed illa tantum, quæ ex charitate prodierunt. Illa enim sola uiua sunt, quæ ex charitate fiunt. Ideoq; si per sequentia peccata mortificantur, per subsequentè pęnitentia reuiuiscere possunt. Quæ uerò sine charitate fiunt, mortua, & inania generantur, & ideo per pęnitentiam reuiuiscere nō valent. Similiter intelligendum est. illud. Nihil prosunt lamenta &c. Et illud. Nihil ualet &c. enim replicent peccata, nihil ualet ad salutem, uel ad ueniam sine p̄cedens lamentum: quia nihil relinquitur de uitæ munditia, quia aut peccata dimissa redeunt, ut quibusdam placet, cū replicantur: uel si non redeunt, eis tñ deletis, propter ingratitudinem ita reus, & immundus constituitur, cū adhuc inexpiandis implicat, ac si iam deleta redirent. De hoc tñ. s. an peccata redeant, post pleniùs agemus. Similiter nihil ualet ad salutem obtinendam, uel ad munditiam uitæ habendam, veniam de malefactis poscere, & malefacta, denuo iterare. Ita etiam intelligendum est illud, quod idem Augu. alibi ait: Penitentia est quædam dolentis uindicta, semper puniens in se, quod dolet cōmisisse. Et infra: Quotidie dolendum est de peccato, quod declarat ipsa dilectionis uirtus. Penitere enim est pœnam tenere, vt semper puniat in se ulciscendo, quod commisit peccando. Ille autem pęnam tenet, qui semper vindicat, qđ comisisse se dolet. Pęnitentia ergo est uindicta, semper puniens in se quod dolet commisisse. Quid restat nobis nisi dolere in uita? ubi enim dolor finitur, deficit, & pęnitentia. Si uerò pęnitentia finitur, quid relinquitur de uenia? Tandiu gaudeat, & speret de gratia, quandiu substentat à pęnitentia. Dicit enim dominus: Vade, & ampliùs noli peccare. Non dixit, Ne pecces: sed ne uoluntas peccandi in te oriatur. Quod qūo seruabitur, nisi dolor in penitentia continuè custodiatur? Sed semper doleat, & de dolore gaudeat: & non sit satis, quòd doleat, sed ex fide doleat: & non semper doluisse doleat.

Ponit determinationem Isidori. — Pius papa de pę. di. 3 c. nihil prodest. — Ponit determinationem Augustini. — Aug. in li. de unica penitentia & hr de pe. di. 3. c. pœnitētia est qdam. — Iohan. 5. & 8. Lucę. 7.

Determinatio intelligentiæ dictorum.

De pęnitentia perfectorum, uel ad salutem sufficienti, intelligēdum est, quod supra dixit. s. pęnitentia est uindicta semper puniens, quod commisit, & alia huiusmodi. Illud uerò. Si pęnitentia finitur, nihil de uenia relinquetur, dupliciter accipi potest. Si enim iuxta quorundam intelligentiam peccata dimissa redeunt, facile est intelligere nihil de uenia relinqui: quia peccata dimissa iterum replicantur. Sicut enim ille, qui ex seruitute in libertatem manumittitur* interim uerè liber est, & tñ propter offensam in seruitutem postea reuocatur: sic & pęnitenti peccata uerè dimittuntur, & tñ propter offensam, quæ replicatur, iterum redeunt. Si uerò non redire dicantur, sanè potest dici, etiam sic nihil de uenia relinqui: non quòd dimissa peccata iterum imputentur, sed quia propter ingratiutudinem ita reus, & immundus constituitur, ac si illa redirent.

Augu. px. — alias* iterum. — Amb li. 2. de penite. d. 3. c. reperiuntur.

De solenni, & unica pœnitentia.

Illud autem, quod Ambro. ait, Reperiuntur &c. Et sicut unum baptisma, ita, & una pnīa: non secundū generalem, sed secundū specialem morē ecclesiæ de solenni pęnitentia dictum intelligitur: quæ apud quosdam semel celebratur, non interatur. Item illud aliud Ambr. Pęnitentia semel usurpata, nec uerè celebrata, & fructum prioris aufert, & vsum sequentis ammittit: de solenni intelligitur. Solennis ergo pęnitentia, ut Amb. ī eodem ait, est, quæ fit extra ecclesiam in manifesto in cinere, & cilicio. Quæ pro grauioribus, horrendisq;, ac manifestis delictis tantum imponitur: & illa non est iteranda pro reuerentia sacramenti, ut non uilescat, & contemptibilis fiat hominibus. Vñde Augu.

Pœnitentia solennis.

Aug. Quãuis cautè,& salubriter ꝓuisum sit,ut locus illius humillimè pnīæ semel in ecclesia ꝯcedat,ne medicina uilis,uel minus utilis esset ægrotis, quæ tanto magis salubris est,quanto minus ꝯtemptibilis fuerit:quis tñ audeat Deo dicere. Quare huic homini,q post pnīam primã rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Origenes quoq; de hac solenni pęnitentia,quę pro grauioribus criminibus iniungitur,ait: Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit,quæ non in crimine mortali,uel in blasphemia fidei,sed in sermonis,uel in morũ uitio consistat,hæc culpa semper reparari potest,nec inter dicitur aliqñ de hmõi pnīam agere. Sed non ita de grauioribus criminibus. In grauioribus enim criminibus semel tantum pœnitentiæ conceditur locus, Communia,q̃ frequenter incurrimus,semper penitentiam recipiunt,& sp redimuntur. Cõia dicit,venialia peccata,& forte mortalia,quædam alijs minus grauia: quæ sicut sæpę committuntur,ita frequenter per pœnitẽtiam redimuntur. Sed de grauioribus criminibus semel tantum agitur pęnitentia. s. solęnnis. Nam & de illis si iterentur, iteratur pœnitentia, sed non solennis: quod tamen,in quibusdam ecclesijs non seruatur.

Origenes super Leu. ca. 25. qui vendi.

Auctoritatibus probat, quòd non semel tantum frequenter peccata dimittantur per pœnitentiam.

Quod uerò pœnitentia non semel tantum agatur, sed frequẽter iteretur:& per eam frequenter iterũ uenia pręstetur,pluribus sanctorum testimonijs probatur. Ait em̃ Augustinus scribens ꝯ̃ quosdam hæreticos,qui peccãtibus post baptismum semel tantum dicebant utilem esse pęnitentiam,ita: Adhuc instant perfidi, qui sapiunt plusquã oportet:non sobrij,sed excedentes mensuram,dicunt:Et si semel peccantibus post baptismũ valeat pęnitentia:non tamẽ sępe peccantibus proderit iterata: alioquin remissio ad peccandum esset incitatio. Dicunt enim:Quis non semper peccaret,si semper ꝑ pęnitentiã redire posset? Dicunt enim dominum incitatorem mali, si sp peccantibus subuenit: & ei peccata placere,quibus semper pręstò est,gratia. Errant autem. Constat enim multũ ei peccata displicere,qui semper præstò est ea destruere: sed si ea amaret,non semper ea destrueret. Idem ad Macedonium: Intantum hominum iniquitas aliquando progreditur,ut etiam post peractam pęnitentiam,post altaris reconciliationem, uel similia,uel grauiora committant:& tamen Deus facit etiam super talis oriri solem suum, nec minus tribuit,quàm ante tribuerat largissima munera vitæ,& salutis: & quamuis eis in ecclesia locus illæ pœnitentiæ non concedatur, Deus tñ super eos suæ patientiæ non obliuiscitur. Ex quorũ numero si quis uobis dicat: Dicite mihi, utrum aliquid prosit ad uitam futurã, si in ista uita illæ cebrosissimæ uoluptatis blandimenta contempsero,si me pęnitendo uehementiùs,quàm priùs excruciauero, si vberiùs fleuero, si melius uixero si pauperes largiùs sustentauero,si charitate ardentius flagrauero. Quis uſm ita desipit, ut huic homini dicat. Nihil tibi ista in posterũ proderunt? Vade, saltem huius uitæ suauitate fruere. Auertat Deus tam immanẽ,sacrilegamq; dementiã. Itẽ Iohan. Chrysost. de reparatione lapsi: Talis,mihi crede,talis est erga hoĩes pietas Dei. Nunquam spernit pnīam,si ei syncerè,& simpliciter offerat̃, etiam si ad summum quis perueniat malorũ: & inde tñ uelit reuerti ad uirtutis uiam suscipit libenter:& amplectitur: & facit omnia quatenus ad priorem reuocet statum. Quodq; est adhuc præstantiùs, & eminentiùs,etiã si non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem,quantulamcunque tamen & quantumlibet breui tempore gestam non respuit pœnitẽtiam, suscipit etiam ipsam nec patitur quamuis exiguæ conuersionis perdere mercedẽ. Exemplis ẽt hoc idẽ astrui põt. Dauid em̃ ꝑ pnīam adulterij simul,& homicidii ueniã ĩpetrauit, & grauiter tñ postea deliquit in populi enumeratione,qđ populi multitudo ꝓstrata ostendit. Illud aũt mirabile est,ꝙ angelo feriẽti plebẽ, se obtulit,dicens: Grex istè qd fecit? Fiat manus tua in me,& in domũ pr̃is mei. Quo facto, statim sacrificio dignus iudicat̃, q absolutione æstimabat̃ indignus. Nec mirũ si tali sua oblatione pro populo, peccati sui adeptus est ueniã: cũ Moses offerẽdo se pro plebis errore, pc̃tã diluerit. His,alijsq; testimonijs pluribus euidenter ostenditur,per pnīam non semel tantũ,sed sæpius nos à peccatis surgere & uerã pęnitentiam sæpius agi. Voluntariè enim peccantibus nobis, ut ait Apost. pro peccatis non relinquitur hostia secunda, s. quia semel tantum Chr̃m oportuit pati,nec relinquit̃ secundus baptismus. Relinquit̃ uerò secunda pęnitẽtia,& tertia,& deinceps ut9 Iohan. Chyst. super hunc locum ait: Sciendũ,inquit,quòd hic quidam exurgunt, horum uerborũ occasione pnīam auferẽtes,quasi ꝑ pęnitentiã nõ ualet pc̃õr post lapsum resurgere secundò,& tertiò,& deinceps. Verũ etiam in hoc pęnitentiam non excludit nec propiciationem,quæ sæpe fit per pœnitentiam,sed secũdum baptismũ,& hostiam,

Augu. li. de pęnitẽtia cap. 5. 2. habetur de peni. d. 3. c. adhuc instant. Roma. 12.

Augu. ad Macedonium & habet̃ de pe. di. 3. ca. in tantum. Matt. 5.

Iohan. Chry. 2. habetur đ peni. d. 3. c. talis.

2. Reg. 11. 2. Reg. 12. 2. Reg. 24. 1. Par. 24. Ambro. in apologia Dauid ca. & 2. habetur de pe. d. 3. illud.

Exo. 32. Heb. 10.

Completo

Biblioteca Universitaria Granada

Summa distinctionis XIII.

COMPLETO tractatu de tribus sacramentis, quæ pertinent ad bonum obtinendum (Per baptismum namq; gratia prima,primò acquiritur, cũ baptismus sit regeneratio spiritalis: per confirmationem augetur, ꝑ eucharistiam perficitur) nũc agit de quarto sacramento. i. de pœnitentia, per quam gratiarũ obstacula remouẽtur,& mens ad oẽm gratiã suscipiendã disponit̃: imo sine hoc sacr̃o nullus adultæ ætatis uitio inquinatus, quodcunq; aliud sacramẽtũ salubriter potest ꝑcipere. Primò ergo oñdit. Magister hui9 sacramẽti necessitatẽ, & utilitatẽ,deinde diuidit eam in pœnitentiã interiorem,& exteriorẽ & qd sit pœnitentia ipsa diffinitiue. Quocirca ostẽdit quorundam errorem,dicentium pęnitẽtiã iterari non posse,quemadmodũ,nec baptismũ. Inducit quoq; motiua ipsorum,& verba sanctorũ intricata exponit. Quocirca tractat de pęnitẽtia perfectorũ, de pœnitentia quoq; solenni, & quare non iterat̃.

QVAESTIO I.

Arguitur aduersus veritatem

HIc quæritur primo. *Vtrum pœnitentia sit sacramentum, & quid sit pœnitentia.* ¶ Videtur, quòd non, quia sicut præhabitũ est sacramentũ est uisibile elementum,atque sensibile aliquid. Pœnitẽtia aũt est uirtus vel actus virtutis. Virtus autẽ secũdum Augustinũ, est bona qualitas seu habitus mentis,& ita est inuisibilis res,similiter actus eius. Rursus,sacramenta consistunt in rebus,& verbis certis præfixis,desuper institutis. Quod non uidetur in pęnitentia posse dici, quoniam nullibi in scriptura canonica legitur forma eius expressa. Insuper apparet,quòd non sit uirtus,sed potius passio animæ,vt pote dolor seu pœnitudo animi de malo.

August.

Antisi. li.

¶ Circa hæc scribit Antisio. in Sũma sua libro. 4. Quemadmodum in eucharistiæ, sacramento sunt quatuor, uidelicet forma panis, forma uini, q̃ duo sunt sacramentum, & non res: tertiũ vero est corpus Christi verũ,quod est res, & sacramentũ quartum est corpus Christi mysticum, quod est res, & non sacramentum: ita in sacramento pœnitentiæ sunt quatuor,utpote confessio, contritio, satisfactio,remissio culpæ,inter quæ confessio,& satisfactio sunt sacramenta,& non res, suntque sacramẽta interioris contritionis, & remissionis peccati, imo,& ultimo, ac principaliter remissionis peccati,quoniam propter illam obediendam confitemur,& satisfacimus. Porro contritio est sacramẽtũ,& res. Significat em̃ remissionẽ peccati,& efficit eã: res aũt est respectu ꝯfessiõis:& satisfactiõis. Itaque cõfessio ista exterior,& satisfactio, sunt extrinsecũ aliqd,& efficiũt,qđ figurãt, videlicet remissionẽ peccati nõ tñ efficiũt oẽ,qđ figurãt: qm̃ nõ efficiunt id,qđ primo figurant,puta contritionẽ. Nec est necesse, quod sacramentum nouæ legis efficiat omnifarie, quod designat,sicut in sacramento eucharistiæ forma panis nõ efficit simpliciter corpus Chr̃i,sed panem cõuertit in illud,& efficit mysticũ corpus id est mysticam,spiritualem ve vnitatem in ipsius fidelibus. Nec verum,quod semper vnius nõ sit nisi unum signum. Nam idem potest significari per plura,ut patuit supra. Vnde dicimus quod confessio exterior,& satisfactio, sunt unum sacramentum extrinsecum, quemadmodum forma panis,& forma uini sunt unum sacramentum in sacramento altaris: quia utrunque conuenit in hoc, quod cõstat ex pluribus partibus mundis, & puris. Similiter confessio exterior, inquantum est puniens per erubescentiã,& satisfactionẽ:& satisfactio,inquantum est puniẽs per realem afflictionem forinsecus: sunt idem sacramentum. i. sacrum signum interioris cõtritionis,& remissionis peccati,quia secundũ idẽ significant illas: quia qui punit se, quodammõ conterit atq; annihilat se. Hæc Antisiodorensis.

Pęnitẽtiæ sacramentum quatuor req. ais.

Sacra nouæ legis nõ omnipharie efficiunt qđ significãt.

Idem præteriti significari per plures.

¶ Præterea Thomas: sacramentum,inquit, importat sanctitatem actiuè per modum hominibus congruentẽ,vt sc3 adiungat̃ significatio sanctificatiõis inuisibilis ꝑ uisibilia signa. Hinc vbicunq; fit sanctificatio significata ꝑ sensibilia signa, ibi est sacramẽtum,& ita est hic. Quẽadmodũ aũt in corporalibus medicinis quædã cõsistunt in sola passione,vel receptiõe curati,ut sectio uulneris,uel appositio emplastri: qdã in actu laborantis,ut curationes: ita in sacramentis,qdã nõ requirũt actũ eius, qui sanctificatur,quantũ ad substantiam sacramenti nisi per accidens,ut remouẽs,prohibẽs,ut in baptismo,& cõfirmatione: quædã uero requirũt essentialiter,& ꝑ se actũ eius,qui suscipit sacr̃um, tanquã ad essentiam sacramenti pertinentẽ,vt in pœnitẽtia,& matrimonio. In illis itaq; sacramentis,q̃ sine actu nostro cõplent̃,est materia,quæ designat,& causat quasi materia exterius apposita. In illis uero sacramentis,q̃ actũ nostrum reqrunt,non est talis materia: sed ipsi actus apparentes hoc agunt,quod in aliis materia. Cũ autẽ sacramentum dr̃ esse materiale,elemẽtũ, sumit̃ materiale elementum multum extensè pro omni sensibili,siue sit corporalis materia, siue sensibilis actus. Ipsi quoq; exteriores actus in sacramento sunt loco rei, & forma absolutionis sunt uerba in quibus hoc sacramentum cõsistit. non tamen requiritur hic determinatio tanta uerborum,sicut in eucharistia,& baptismo,qm̃ nõ est hic materia uerbo uitæ sanctificanda sicut in illis. ¶ Sed quæri põt cur diuinus Dionysius lib. de ecclesiastica hierarchia de hoc sacramento non tractat. Dicendũ qđ intentio eius in libro illo non fuit tradere sacramentorum notitiam: imo de aliquibus ibi tractat, quæ non sunt sacramenta ut sunt institutiones seu consummationes monasticæ atq; exequiæ: sed intẽdit ibi determinare, quod exteriores ritus significant actus spirituales. Cumque in pœnitentia,& matrimonio non sit ritus certus determinatus, cum nõ habeat materiam sicut alia sacramenta, ideo non determinat de eisdem. ¶ Porrò dum quæritur, an pœnitentia sit uirtus: dicendum, quòd in pœnitentia homo se habet tanquam recipiens, & ut agens. Recipit namq; a Deo ueniã,& reconciliationem:& secundum hoc habet pœnitentia rationem sacramenti. Ex parte uero actus sunt de ipso diuersæ opiniones. Vna, quod solum sit actus uirtutis, non uirtus. Quod stare non ualet,quia cũ actus uirtutis sit in dormiente, dormiens non posset dici pęnitens. Alij ergo dixerunt, quòd ex hac parte pœnitentia sit uirtus,non propriè,sed extensè loquendo, ꝓut omne laudabile uirtus uocatur,quamuis sit passio. Sed nec hoc uerum est, quia secundũ Philosophũ. 8. Ethicorum,principale in uirtute est electio. Vnde omnis habitus,qui facit rectam electionem,uirtus propriè appellatur. Idcirco cum actus pœnitentiæ non causetur tantum ex passione,sed magis ex electione,etiam si nulla sit passio,constat, quod propriè uirtus sit. Veruntamen pœnitentia non secundum idem est passio,& sacramentum: sed inquantum pœnitens per pœnitentiã recipit gratiam uulnus peccati sui curantem,pœnitentia ipsa est sacramentum: inquantum uero pœnitens per habitum infusum ordinatur ad actum rectum, sic penitentia est uirtus, nec ipsa realiter idem est quod gr̃a grati

Tomas aquinas.

Sacra quędam actũ recipiẽtis exigunt q̃dam non.

Sacramentũ quo dicatur materiale elementum.

Dionysi9.

Pœnitentiæ sacramenti Dion. nõ meminit.

Pœnitentibus est non tãtũ actus laudabilis.

 ficans

ficans propriè dicta, quãuis extenso nomine gratia nuncupetur: quia suo modo iustificat, sicut, & gr̃a.

Pœnitentia est uirtus specialis.

¶Quæritur quoq; an pœnitere sit actus specialis uirtutis. Et respondendum, quòd quidam dixerunt ꝙ pœnitere non sit actus specialis uirtutis, Sed hoc esse, non potest qm̃ aliquid est de ratione pęnitentiæ, prout nunc de ea loquitur, quod non est de ratione uirtutis cõiter sumptæ, vicȝ satisfacere pro peccato cõmisso. Hinc alij dicunt, qđ est uirtus specialis, & specificatur ex hoc, quod detestatur peccatũ a se cõmissum. Verũ hoc nõ põt specificare virtutem: quia cũ uirtus sit quid peccato contrarium, maximè repugnat eidem, prout est in eodem subiecto. Vnde hoc est omni virtuti cõmune, ꝙ repellit peccatum a suo subiecto. Ideo alij dicunt, quòd specificatur per hoc, quòd peccatum suum sub spe veniæ detestatur: quod stare non valeat: qm̃ nulla uirtus sortitur speciem ex hoc, quod a uirtute alia importatur. Quod autem dicitur spe venię, non aliud dicit nisi imperium spei, idcirco ex hoc non haberet rationem specialis virtutis, sicut nec actus castitatis ex hoc, quod a charitate imperatur, suscipit rationem specialis virtutis. Hinc aliter est dicendũ vcȝ quòd pœnitentia accipit specialem rationem obiecti ex hoc, quòd respicit peccatum vt expiabile per actũ pœnitẽtis, sicq; actus pœnitentiæ non est absolutè detestari peccatum, sed detestari illud cum expurgatione eius, quantum ad culpã, & quãtum ad pœnam. Hoc etenim nulla alia uirtus facit.

Soluitur obiectio.

¶Cum ergo obijcitur, quòd pęnitentia expellit omne peccatum, ergo est uirtus generalis: dicendum quòd omnis uirtus expellit peccatum sibi oppositũ formaliter, quantum ad actum primum, qui est informare subiectum. Actus uero secundus in uirtutibus aliis qui est operatio, non ordinatur principaliter ad expellendum peccatum, sicut est in pœnitentia. Hinc pœnitentia non formaliter, sed quasi effectiue excludit peccatum. Habet namq; peccatũ expellendum pro materia, & operatur circa illud, vt expellatur: ideo non opponitur formaliter omni peccato, sed impœnitentiæ. Vnde & quamuis pœnitentia habeat actum circa materiã omnium uitiorum, & per consequens oĩm quoq; uirtutum, tamen considerat specialem rationẽ obiecti in materia circa quam operatur, quẽadmodum magnanimitas habet quodammodo pro materia, & obiecto operationes omnium aliarum uirtutum sub ratione magni: quia in omni virtute operatur magnificè, vt dicitur tertio. Ethicorũ. ideo sicut magnanimitas uirtus est specialis, ita & pœnitentia. Circa hoc q̃rit, cur philosophi de uirtute hac pnię non sunt locuti.

Pœnitentię virtutẽ philosofi, non nouerunt.

¶Dicendũ qđ ideo, quia peccati remissio seu expiatio spectat ad prouidẽtiã Dei de rebus, actibusq; humanis, inquantũ culpa offenditur, & pœnitentia placatur. Philosophi autem non considerauerunt uirtutes in actibus humanis dirigentes prout ordinantur ad prouidentiam Dei, sed ad bonũ humanũ. Verũ ex similitudine ad virtutes, de q̃bus locuti sunt, possumus & uirtutem istã accipere. Quẽadmodũ em̃ alicuius virtutis est, ut hõ, q̃ offensus est, placet̃ ab offendente; ita & huius uirtutis est vt Deus, quẽ offendim⁹, pęnitẽdo placare conemur.

Pœnitentia nõ est virt⁹ theologica.

¶Ex his cõstat, quòd pnĩa nõ sit theologica uirtus. Talis equidẽ uirtus habet Deũ pro obiecto, & fine. Pęnitẽtia autem ꝓ obiecto habet peccatum, quod expiare intendit.

Virtutes infusę tripliciter se habent ad Deum.

Quocirca sciendũ, quòd uirtutes infusę se tripliciter habẽt ad Deũ. Nam aliquæ hñt Deũ ꝓ obiecto, & fine, ut theologicæ: quędã uerò nõ pro obiecto in quod transeant actus earũ, sed pro proximo fine, vt patet de latria: qua aliquis ꝓstationes seruitutis quasi materiam habet, quas ordinat immediatè in Deum, & tales uirtutes theologicis propinquissimę sunt. Vnde & actus earũ theologicis uirtutibus attribuuntur, tanquam proximis imperantibus, iuxta quod asserit Augustinus: Deus fide, spe, charitateq; colitur.

August.

Quædam autem nõ habent Deum pro obiecto, neque pro fine proximo, sed ultimo: sicut temperantia, quæ habet passiones pro materia, & quietem animi pro proximo fine, quem ordinat vltra ad Deũ. Pęnitentia uero quamuis non habeat Deum pro obiecto: attamen habet Deum, pro proximo fine; quia ad hoc contra peccata sua mouetur, vt Deo reconcilietur ꝓpter quod actus eius, qui est peccata expellere seu iustificare, quãdoq; fidei, interdum charitati ascribitur.

Pęnitẽtia ad iustitiã rediuntur.

¶Præterea si quæratur, ad quã uirtutẽ cardinalẽ pnĩa reducatur: dicendum, quòd ad iustitiam. Veruntamen cum iustitia sit quædam æqualitas, ideo non potest esse perfecta iustitiæ ratio, ubi non est adæquatio vera, sed aliq̃s iustitiæ modus: quẽadmodum. 5. Ethicorum ait Philo. quòd domini ad seruum non est simpliciter iustũ, sed iustũ dominatiuum.

Tho. eadẽ dis. q. p. ad 4. qu.

Cumq; inter Deum, & hominem sit distantia maxima, non potest esse iustitia proprie dicta hominis ad Deum, sed aliquis iustitiæ modus quasi ꝑ similitudinem.

Debitor fit homo homini dupliciter, similiter Deo.

Homo quippe efficitur debitor alteri homini dupliciter. Primò, per id quod sibi ab illo est datum, sicut in communicationibus uoluntariis, puta in emptionibus, & uenditionibus, Secundò, per id quod ei subtraxit, in cõicationibus inuoluntarijs, sicut sunt furtum, percussio. Similiter hõ fit debitor Deo: primò, per beneficia ab ipso recepta, & sic reddit debitũ ei, ipsum colendo per latriã secundò, per hoc, quòd in Deũ peccauit, & sic reddit ei debitum per pœnitentiam. Hinc sicut religio seu latria ponit̃ à Tullio pars iustitiæ non quasi species, sed ut pars potentialis, inquantum quendam iustitiæ modum participat, ita, & pœnitentia pars iustitiæ perhibetur.

Cicero. Differt pęnitentia a patientia

Differt quoque pœnitentia a patientia, qm̃ pœnitentiæ, est ferre difficilia sponte assumpta, patientiæ uerò, ęquanimiter sustinere difficilia aliunde illata.

Pœnitẽtia differt a iustitia uindicatiua ĩ duobus.

¶Insuper, circa descriptiones pœnitentiæ in litera datas, sciendum, quòd pœnitentia, & iustitia uindicatiua sunt aliquo modo circa idem, ucȝ circa punitionem offensæ, & differunt in duobus: primò, quoniam uindicatiua propriè est in iudice pœnam infligente, quam reus patitur, quandoque inuitè. Pœnitentia uero est in reo pœnam uoluntariæ sustinente pro suo peccato. Secundò, quoniam uindicatiua respicit offensam cõmuniter: sed pœnitentia respicit propriè Dei offensam. Vnde oportet, ꝙ pœnitentia consistat in emẽdatione offensæ sponte assumpta, & tali, qualis competit Deo.

1. regũ 15.

Quemadmodum autem in hominibus, qui uident ea, quæ foris parent, fit offensę recompẽsatio per aliqua exteriora: ita Deo qui intuetur cor, oportet recõpẽsationẽ fieri in cordis affectu.

Reconpensatio offense exteri⁹ fit duobus modis pariter. & interi⁹.

Fit quoq; bñ recõpensatio præcedentis offensæ exterius, modis duobus. Primò, per hoc, quod quis exterius pœnam subit pro offensa, quam fecit. Secundo per hoc, quod cauet in futurum ab offensa alterius, quę duo oportet hominem Deo exhibere in corde per pœnitentiã pro peccatis: primò, per dolorem cordis pro malis, quæ fecit, secundò, ꝑ ꝓpositũ abstinendi ab illis de cætero: Et hęc duo tangit descripto Gregorii atq; Ambrosii, cũ dr̃: Pnĩa est pręterita mala deflere, & deflenda iterũ non cõmittere, quamuis non ponãtur sub forma definitionis.

Grego.

Ambro.

Pœnitentię diffinitio.

Propter

Pœnitentiæ diffinitio.

Propter quod Magister ad formam ea reducens, ponit tria. Vtpotè genus, cum ait: Pœnitentia est virtus. Et dolorem de malis præteritis, addens: Qua commissa mala deplangimus. Propositum quoque futuræ emendationis, subiungens: Cum emendationis proposito. Et ad idem pertinent cęteræ deffinitiones.

Obiectio

Dilutio.

Si autem objciatur, quòd stultũ est dolere de eo, quod non potest non esse, sed præteritum non potest non esse præteritum: dicendũ quòd quamuis peccatum existat præteritum, quantum ad actum: manet tamen quantum ad effectũ reatus, aut maculæ, seu diuinæ offensæ, & ita de eo tanquam de malo præsenti est dolor. Hæc Tho- in Scripto.

3. p q. 85. ar primo. Dolor dupliciter sumitur. 2. ethico.

¶His addit in tertia parte, quæstione 85. Dolor seu tristitia dupliciter sumitur. Primò, vt est passio appetitus sensitiui, sicque pœnitentia non est virtus, sed passio. Secundò, prout consistit in uoluntate, & ita est cum quadam electione, quæ cum fuerit cum recta ratione, necessariò est actus uirtutis: quoniam virtus est habitus electiuus, secundum rectam rationem, vt secundò dicitur Ethico. Docetque ratio de Dei offensa maximè esse dolendũ. Denique, cum species habituum distinguantur secundum species actuum: ideo vbi occurrit specialis actus laudabilis, necesse est ponere specialem uirtutem. Cumq; in ipsa pœnitentia sit huiusmodi actus, uidelicet operari ad destructionem peccati præteriti, inquantum est Dei offensa, quod non ꝑtinet ad rationem alterius virtutis, constat, quòd specialis sit uirtus. Hæc in Summa.

Petrus. Richard⁹. Pœnitentia qua dupliciter sumitur.

¶Concordat Petrus in omnibus. ¶Richardus quoque, & addit: Pœnitentia quadrupliciter sumitur. Primò pro remedio contra mortale peccatum per sacerdotes administrãdo, & ita est sacramentũ, non uirtus. Secundò, pro habitu habilitante hominem ad pœnitendum sub circunstantijs debitis, & ita est virtus. Tertiò pro actu huius virtutis. Quartò pro dolore sensibili pro peccatis. & ita est passio appetitus sensitiui, & auget, fouet, ac promouet pœnitentiæ actum dum eum præcedit: cum autem sequitur ostendit eundem.

Virtus dicitur generalis tripliciter.

¶Insuper uirtus dicitur generalis tripliciter. Primò essentialiter, vtpote indeterminatè accepta, quæ prædicatur, de omni virtute. Secundo causaliter, & sic charitas est virtus generalis inquantum complet, mouet, ac format vniuersas uirtutes. Tertio dispositiuè, & sic pœnitentia dicitur uirtus generalis, qua per eam disponitur homo ad omnium susceptionem virtutum. Dicuntque aliqui, quòd obiectum pœnitentiæ est peccatum, inquantum Dei offensiuum, quibus obiicitur, quod sicut charitatis est Deum diligere, ita & eius offensam odire.

Obiectum pœnitẽtię quid sit.

Idcirco uidetur dicendum, ꝙ pœnitentiæ obiectum est proprium actuale peccatum sub ratione, qua est diuinæ legis transgressio, uindicabilis, & expiabilis per actum pœnitentis. Hinc quoque dicendum, quòd pœnitentia est species specialissima: quia sub hac ratione formali respicit omne peccatum actuale mortale. Hæc Rich.

¶In cuius verbis uidetur obscurum, quod ait obiectum pœnitentiæ esse peccatum mortale actuale quanquam sanctus Thomas, & alii quidam hoc dicant. Non enim minus pœnitendum est de peccato mortali omissionis, quàm cõmissionis. Obscurũ quoq; apparet, qđ in præhabitis Thomæ verbis habetur, quòd Philosophi nõ sint locuti de virtutib⁹, nisi prout ordinantur in bonum humanum, nõ pro ut ordinant̃ ad prouidentiã Dei. Meliores namque philosophorum, præsertim Plato atq; Platonici, apertissimi me posuerunt animã hominis immortalem, & per virtutes posse ad felicitatem pertingere.

Plato immortalitatẽ animæ statuit.

Hortabanturq; suos auditores a vitiis ad uirtutes redire. De quibus super Iohannem asserit Augustinus: Fuerunt Philosophi de uirtutibus subtilia multa dicentes, definientes, distinguentes, ratiocinationes acutissimas concludentes: qui etiam hominibus dicere ausi fuerunt, Nostram sectam sequamini, si beate uiuere uultis. Nec dubium quin Plato in Phædone loquatur de uirtutibus, prout ordinantur, ac ordinant ad beatitudinem. Aliqui tamẽ Philosophi prouidẽtiam Dei circa actus humanos, immortalitatemq; animæ negauerunt, de quibus uerificari potest, quod asserit Thomas.

Albertus.

¶Porrò Albertus sequitur opinionem dicentiũ, quòd pœnitentia non est propriè uirtus, sed communiter, & extensè loquendo: & quòd sit illo modo uirtus generalis, quantum ad materiam circa, quam uersatur: quia de omnibus est peccatis, nihilominus sub speciali ratione, vt dictum est, & quãtum ad hoc, potest dici uirtus specialis.

Bonauen.

¶Præterea Bonauentura sequitur positionem ex Thoma inductã, & addit: Pęnitentia est expulsiua peccati actualis, quod est macula animam deformans, atque ad malum inclinans, seu a bono dehabilitans, & est naturam etiam uulnerans: quam culpam perpetrauit quis per actum uolũtatis cum delectatione, & libidine. Cumq; delere culpam, ut deformantem, sit gratię reformantis: delere verò culpam vt dehabilitantem, sit uirtutis habilitantis: & delere eandem vt uulnerantem, sit sacramenti curãtis. ideo, pęnitentia recte uocatur gratia, virtus, & sacramentum.

¶Concordant Argentinensis. Durandus, & alij plures.

Scotus. Quid remaneat in aĩa post actũ pctĩ

¶Atuero Scotus. Videndum, inquit, quid manet in peccatore, transeunte actu peccati, a quo nominatur peccator: quia si tale nil maneret in eo, non oporteret quærere quid sit delendum in eo, imo esset similis ei, qui non peccauit. Itaque aduertendũ, quòd est duplex iustitia, habitualis uidelicet charitas, & gratia, & actualis rectitudo nata inesse actui elicito: Nam actus natus est elici conformiter regulæ suæ, in qua cõformitate consistit rectitudo: Cũque opposita æquè multipliciter dicantur, erit & duplex iniustitia, habitualis videlicet, puta priuatio gratiæ in eo, cui debet inesse, & actualis, utpotè priuatio rectitudinis istius in actu, cui deberet inesse. Sed licet post actũ extrinsecum trãseuntem manet quędam iniustitia habitualis: non tamen ab illa sola dr̃ q̃s peccator. Alioquin, q̃ cõmisisset duo milia peccata mortalia, & qui vnũ solũ, essent ęque peccatores: quia in quolibet pctõ mortali gratia aufertur totaliter. Dicitur ergo, ꝙ in aĩa, q̃ peccauit, manet reatus culpæ, qui, est q̃dam obligatio ad pœnã debitã illi culpæ, estq; obligatio illa quædã realis relatio, non fundata sup actũ culpæ, sed super essentiam animæ, nõ tñ nisi præuia culpa actuali. Hæc Scotus: Qui vltimum istud reprobat cõsequenter, & tenet illud remanens non esse nisi rationis relationẽ, quã & asserit esse ordinationem peccatoris, ad pœnam: quæ ordinatio est inconueniens naturæ ipsius. Ideo macula nominatur, quę etiam dicit̃ reatus, inquantum est obligatio ad pœnam formaliter. Veruntamen potius dicẽdum censetur, quòd macula illa sit priuatio nitoris gratię, ac virtutum, bonorũq; actuũ debiti in esse. Circa istud, qđ ab alijs clarè exprimitur, facit tantã inuolutionẽ, & agitationẽ vt nil aliud videat̃ nisi obscuratio veritatis.

Mos. Scoti.

QVAESTIO II.

COnsequenter quæritur. *De origine, ordine, & subiecto pœnitentiæ*. Hoc est. *An timore cõcipiatur, & vtrum sit prima virtus, atque in qua potentia subiectiue locetur imo, & in quibus personis consistat, an scilicet in solis viatoribus, & vtrum in omnibus illis*

Arguitur contra veritatem.

¶Videtur autem, quòd non concipiatur timore primo, cum sit virtus infusa, & per consequens nullo actu, studio, aut conatu humano acquisita. Item nõ nulli conuertuntur, ac pœnitent desiderio uitæ æternæ, aut naturali dei amore: quidam ex præuentione diuina, dulci, ac gratiosa. Insuper nõ uidetur,

primo.

2 quod pœnitentia sit prima virtutum, ac fundamentum earum, sicut probabitur.

3

Responsio Bonauen.

¶Ad hæc Bonauentura respondet: Origo uirtutis pœnitentiæ effectiua, est Deus, qui eam sicut, & cæteras uirtutes infusas per creationem donauit. Origo vero dispositiua, a nobis est: quoniam qui creauit nos sine nobis, non iustificat nos sine nobis Dispositio uero procedit hoc ordine: Primò necesse est Dei bonitatẽ, iustitiamq; cognoscere, cui omne displicet malum culpæ, & quòd inde offenditur nec relinquit id impunitum: se quoq; quædam fecisse, quæ illius displicent æquitati, quod est cognitio propriæ culpæ, atque ex hoc agnoscit se diuino iudicio obligatum ad pœnam. Necesse est ergo misericordiam Dei cognoscere, qua paratus est redeunti, ac pœnitenti ignoscere, & ita ex prima illa notitia gignitur timor: ex secunda spes veniæ, & ex illis uoluntas reuertendi per pęnitẽtiam ad ipsum, & castigandi se, satisfaciendiq; ei per gemitum, & alias pœnas, & faciendo quod in se est, ad iustificationem disponit se. Hinc pœnitentia potius dicitur timore concipi, quàm generari, quia generare est effectui principij, sed concipere receptiui. Magis etiam dicitur pœnitentia concipi timore, quàm amore, quia peccator nondum habet amorem Dei, sed sui: qui amor nunquam generat pœnitentiam, nisi quando timet. Vnde quamdiu sic amat, & credit, non fugit peccatum: ideo non concipitur fide, quoniam ante timorem non est pœnitentię seminarium, quod est a culpa cessare. Hinc item magis cõcipitur timore, quàm spe. Timor etenim concipit, spes promouet. Ex quibus patet, quod concipitur timore seruili. Nec hoc inconueniens est, quia conceptio ista non est per productionem in esse, sed ꝑ dispositionem præfatam.

August.

Pœniten. timore cõcipitur.

Prius dupliciter dicitur.

¶Prætrrea, si quæratur de ordine pœnitẽtiæ, hoc est, an sit prima uirtus: dicendum, quod prius dupliciter dicitur: Primo secundum substantiam, secũdo penes vsum. Secundum substãtiam omnes virtutes sunt simul, secundum vsum vero est distinguendum: quia aut loquimur secundum imaginis reformationem, & sic est fides prima, aut secundum regressum, & reparatione, sicq; pœnitentiæ actus est primus, quoniam immediatio est. Nam & si simul stet motus liberi arbitrij cum contritione, qui motus a multis dicitur fidei motus: gratia tamen adueniens per modum reparantis, & expellentis culpã, immediatè respicit pœnitentiæ motum, seu actum. Quemadmodum enim gratia ordine naturæ prius expellit peccatum, quam habilitet, & coaptet ad bonum, ita necesse est ut homo ex parte sui in iustisicatione sua primo aspernetur culpam, quam dirigatur in opus bonum. Hinc constat qualiter intelligendum sit, quod super illud Matthæi, Pœnitentiã agite, asserit Glossa: Prima uirtus est, per pœnitentiam punire peccatum, imo per præinductam distinctionem soluuntur, faciliter quæ pro vtraque parte introducuntur.

Pœnitentia non est simpliciter prima virtutum.

Matt. 3.

¶Amplius, de subiecto pœnitentiæ diuersæ, extant opiniones. Vna, quod pœnitentia circuit omnes animæ uires, quoniam omnia deflet, & expellit peccata. Cumque pro omnibus culpis delendis, & ad fletum perfectũ concurrant omnium motus virtutum, & ad expulsionem uitiorum habitus cunctarum virtutum, dixerunt pœnitentiam in omnibus viribus esse instar generalis iustitiæ: ad quod probandum, allegant Glossam super. illud Esaiæ. Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit Interlinealis exponit, plangẽdo, & Glossa ait: Quẽadmodum cithara compositum sonum non emittit, si una chorda fuerit rupta, sic spiritualis uenter prophetæ, si vna uirtutum chorda defuerit dulcemelos non resonabit. Ergo & pœnitentiæ luctum oportet per omnes uires diffundi. Satisfacit namq; penitens orando, quantum ad rationalem: ieiunando, quantum ad concupiscibilem? seq; affligendo, quantum ad irascibilem. Sed cum iuxta præhabita pęnitẽtia sit specialis uirtus, ac habitus, oportet, quòd sit in vna speciali potẽtia subiectiue. Hinc alij dicunt, quòd sit in libero arbitrio, quod dicunt distinctam potentiam a ratione, & voluntate, ac eis superiorem, vt super secundum est recitatum ac improbatum: Ideo alij dicunt, quòd pœnitentia sit in ui rationalis, quia reducitur ad iustitiam, quam dicunt esse in ratione. Iustitiæ quippe est reddere unicuique, quod suum est, quod propriè est rationis, cum sit actus iudicialis, & ratio in regno animæ iudex sit, in qua etiam ratione ponitur prudentia, sicut dux, & consiliarius. Vñ iustitia, q̃ est virtus cardinalis, dicitur omnes uires animæ circuire & aliquos habitus continet, qui ad effectiuam pertinere uidentur, vt pœnitentiam, & obedientiam. Hinc pœnitentia quoq;, quamuis in vna si ui multas tamen circuire perhibetur, estq; in rationali tanquam regitiua ipsius concupiscibilis. Sed rationabile non uidetur, quòd pœnitentia, quæ sonat affectum, cum sit dolor, ponatur in rationali. Habitus quoque uirtutis non est ponendus circa potentiã imperantem, sed elicientem. Nam in eliciendo est difficultas. Vnde actus seu motus virtutis non dicit̃ proprie esse nisi potentiæ elicientis, sicut pugnare pro bono cõmuni, est propriè fortitudinis actus, quamuis charitas imperet eũ, Hinc alia positio est, quod pœnitentia sit in irascibili, id est, in superiori ui affectiua, quæ est voluntas, quemadmodũ spes & charitas: quia hæ omnes dicunt affectiones, & pœnitentia respicit arduum, atq; insurgit contra malum culpæ, tanquam odiens, persequens, ac puniens illud. Huic positioni consentio. ¶Si uero obijcias, quomodo potest pęnitentia esse in irascibili, cũ sit species iustitiæ, quæ est rationali: dicẽdũ, qđ iustitia est in trib⁹ uiribus, vt dicit Glossa Genesis 2. Et si instes, quomodo potest unus habitus esse in uiribus tribus, dico, quòd iustitia cardinalis est habitus, nõ sicut particularis ꝯclusio, sed sicut vna tota lis scientia, q̃ cõtinet multos habitus sciẽtiales particulares. Sic & iustitia cõtinet obediẽtiam, humilitatẽ pœnitentiam, largitatem, ac veritatem: & secũdũ hos habitus potest iustitia ĩ diuersis uiribus collocari. Nam veritas est in rationali, largitas in cõcupiscibili, pœnitentia, & humilitas in irascibili Attñ omnes uniuntur in hac rõne communi, quę est unicuiq; reddere, quod suũ est. Cũ autẽ auctoritas aliqua dicit, quod pœnitentia est in ratione, dicendũ qđ ratio dupliciter sumit̃: scilicet ꝑpriè, ꝑ speciali poten-

Esa. 16.

Pœnitentia est subiectiue in voluntate

Soluitur obiectio. Gene. 2.

potentia, quæ etiam dicitur intellectus: & communiter, pro tota parte hominis superiori, quæ rationem, & voluntatem includit. Hæc Bonauentura.

Pœnitentia quõ dicatur secũda tabula post naufragium.

¶Qui in quæstionibus circa literam addit. Quæro quomodo pœnitentia nuncupatur secunda tabula post naufragium. Si enim est secunda tabula post baptismum, ergo erit secundum sacramentũ. Et cur dicitur tabula, quid item naufragium. Et dicendum, quod mare est mundus iste, iuxta illud psalmi: hoc mare magnum. Nauis vero, in qua & per, quam transit homo super undas maris huius, est gratia spiritussancti, vel ecclesia glutino charitatis coniuncta, secũdum illud Prouerbij: facta est quasi nauis institoris. Naufragium fuit corruptio nostra in Adam, in qua omnes posteri eius actati sunt super undas seculi huius per concupiscentiã, & per pœnam. Ab hoc naufragio liberatur homo primitus per baptismum, qui restituit innocentiam gratiamq; amissam: idcirco uocatur, & est tabula prima. Cumque quamplures gratiam deserant baptismalem, nec per baptismum denuo possunt reparari, indigent rursus tabula alia, quæ est pœnitentia: in qua cuncta lauantur, & homo spiritaliter renouatur. Vtrunq; demum tabula nominatur: quoniam sustinet, ac sustentat viatorem, ne periclitetur per culpam, nec uitijs, tentationibus, inquietudinibus seculi obruatur. Non tamen ponit hominem ita in tuto, sicut erat in innocentiæ statu: Per naufragium quoque quidam intelligũt casum in quod cunq; mortale peccatum. Cumq; duplex sit mortale peccatum, utpote originale: & actuale: contra originale est baptismus, contra actuale pœnitentia. Prior tamen expositio melior est. Hæc Bonauentura.

Psal. 103. Prouer. 31 Ro. 5. 1. Pe 3.

Mortale peccatum duplex.

Dionysius.

¶In quibus, quod ait de subiecto, & multiplicitate iustitiæ, non apparet: quia iustitiæ subiectum uidetur esse voluntas, & ipsa est simplex specialisque habitus, vnum simplex habens subiectum, vt declaratum est pleniùs super secundum, & tertiũ.

Thomas. Aquinas.

¶Circa hæc loquitur Thomas Virtutem pœnitẽtię Deus nobis infundit, dispositio uerò aliqua ex parte nostri procedit. sicq; originem quandam habet in nobis. Verum cum actus humani non ex necessitate, sed ex libero procedant arbitrio non potest ex parte nostri assignari causa aliqua, ex qua actus nostri semper rectè procedant, sed ex quo ut in pluribus: quod contingit propter indispositionẽ & uariationem existentem in nobis, quæ tamen necessariò non inclinat; Hinc omnes sermones mortales, intelligendi sunt ut in pluribus, vt primo Ethicorum habetur. Cumque secundum Damascenũ, pœnitentia sit reuocatio a peccatis, oportet originem eius accipere secundum dispositionem existẽtis in peccato, qui non habet gustum spiritaliter sanum, vt ex dulcedine diuinæ bonitatis à uitijs retrahatur, imo habet affectũ inordinato suiipsius amore infectum, idcirco per pœnas, quæ suæ naturæ, ac uoluntati contrariantur, retrahitur. Hinc ut in pluribus, pœnitentia in eis ex timore habet initium, quamuis in aliquibus ex quodam inchoetur amore.

Damasce.

¶Porrò dum quæritur an pœnitentia sit prima virtutum: dicendum, quòd uirtutes omnes pariter infunduntur quantum ad habitus sed quòd una dicitur prior altera, intelligendum est quãtum ad ordinem in earum actibus consideratum. Cumq; per actus uirtutum homo tẽdat in Deum, oportet ordinem actuum considerari secundum ea, quæ sunt in motu. Motuum uero uoluntatis præcedit cognitio quia ut fertur tertio de anima, appetibile imaginatum aut intellectum, mouet appetitum: similiter æstimatio possibilitatis: quia electio, quæ est principalis motus uirtutis, non est de impossibili estimato. Motus autem aptus in duobus consistit, puta in fuga mali, & prosecutione boni: quæ duo diuersimode ordinantur. Quandoque enim aliquis fugit malum propter desiderium boni, aliquando econuerso. Et hic motus frequentiùs est in conuersione peccatoris ad Deum per pœnitentiam. Hinc actũ pœnitentiæ præcedit fidei actus, quia accedentem ad Deum oportet credere. Motus quoq; spei cõiunctus est motui timoris, quia ex motu spei habetur æstimatio de possibilitate ueniæ consequendæ. Iõ ait Gregorius, quòd pœnitens mouetur inter timorem, & spem. Deinde ut in pluribus, sequitur pœnitentiæ motus. Deinde motio, seu actio charitatis, & aliarum uirtutum per ordinem. Quandoque ẽt motio charitatis præcedit pœnitentiæ motum, sed ille amor non est charitas, quia amissa charitas nõ recuperatur nisi per contritionem de culpis præteritis, quæ contritio est pœnitentie actus. Itaque pęnitentia prior est charitate, & virtutibus eam sequentibus, atq; posterior fide. Veruntamen fides, & spes non habent rationem perfectæ uirtutis, nisi per charitatem sint informatę, & secundum hoc pęnitentiam sequuntur. Sicq; pœnitentia: aliquo mõ prima est inter omnes uirtutes. Ex quibus patet responsio, si quæratur vtrum pœnitentia sit fundamentum uirtutum. Respondendum est enim, quòd fundamentum in spiritualibus dicitur ad similitudinem fundamenti in corporalibus, quod duas habet proprietates. Vnam, quod est prima pars ædificij: secundam quod ipso totum ædificium sustentatur: Hinc in spiritualibus aliquid dicitur fundamentum, vel ratione prioritatis, vel ratione conseruationis, sustentationisq; aliorum, aut etiam ratione vtrisq;. Prioritas quoque dupliciter potest attendi: Primo, quantum ad spiritualium disciplinam. sicq; quæ primo discenda sunt in Christiana religione, fundamenta uocantur. Secundò, quantum ad uitam spiritualem, & sic fides dicitur fundamentum simpliciter primum: timor autem, & pœnitentia, in genere pertinentium ad effectum, quantum ad fugam mali, charitas vero, quantum ad prosecutionem boni. Sed ratione sustentationis, in prosperis humilitas dicitur fundamentum, in aduersis autem fortitudo: Timor quoq; & pœnitentia in recedendo a malo, diuersimode sunt fundamenta: quoniam timor est primum in toto genere, quod est recedere a malo; pœnitentia autem quantũ ad speciem istam, quod est ratio recedendi a malo cõmisso. Hinc, & timor præcedit pœnitentiam, sicut principia generis priora sunt principiis speciei.

3. de aĩa.

Motus appetitus in duobus consistit.

Heb. 11.

Grego.

Fundamẽtum duas habet proprietates. Pęnitẽtia quõ dici queat uirtutũ fundamẽtum

¶Præterea cũ dicitur, qđ pœnitentia est secũda post naufragiũ tabula, ẽ locutio methaphorica, qui enim nauigant prospero itinere mare, prima tabula sustentantur, vtpote integra naui. Passi autem naufragium, pertingunt ad portum auxilio alicuius tabulæ nauis fractæ, & hæc secũda tabula nuncupantur, etiam post naufragium: non quod sit secunda post naufragium, sed quia ipsa existens post naufragium, est secunda à tabula, quæ erat, ante, naufragium. Vnde consuetudo Hieronymi est, vt patet eius dicta legenti, ut omne illud, quod præstat remedium post periculũ aliquod, uocet secundam tabulam post naufragium. Cumq; gratia baptismalis, per quam in ecclesia collocamur, prima tabula ante naufragium appelletur. Passis quod

cumque naufragium per mortale peccatum, atq; a gratia innocentiæ cadentibus, non restat remedium nisi pœnitentia idcirco pœnitentia secunda tabula dicitur. Hæc Thomas in Scripto.

Thomas.

¶De subiecto autem pœnitentiæ recitat opiniones, quæ ex Bonauentura iam recitatæ sunt, & improbat, & concordat responsioni Bonauenturæ in hoc, tam hic, quàm in tertia parte quæstione 85. At tamen, sicut patet ex dictis iam hoc, quod pœnitētia dicitur secunda tabula post naufragium, aliter Thomas, aliter Bonauentura exponit, & utraq; expositio bona est, ac suos habet sequaces.

Petrus. Richard⁹.

¶Scripta Petri de his in dictis Thomæ includuntur, & consonant eis.

¶Richardus vero: In eadem, inquit, potentia est habitus, in qua est principalis actus ipsius. Actus autem pœnitentiæ est in voluntate. Etenim actus eius præcipuus est proprium peccatum suum punire, in quantum est contra iustitiam legis diuinæ, & expiabile per actus pœnitentis. In peccati punitione principale, est efficax displicentia culpę. Displicentia autem est actus existens in uoluntate. Hæc Rich.

¶Qui etiam scisciatur, an pœnitentia sit nobis ex acquisitiõe, hoc est, an sit uirtus acquisita. Ad quud breuiter respondetur, quòd sicut ponuntur in nobis aliæ uirtutes morales naturales, & aliæ acquisitæ, ita & pœnitentia. ¶Item quærit, an aliquando formetur (id est charitate perficiatur) actus pœnitendi: non elicitus ab aliquo pœnitentiæ habitu. Respondet, Ad hoc aliqui dicunt, quòd non, ita qđ primus pœnitentiæ actus, quo quis primo pœnitet imminente mortis articulo, nunquã formatur: sed tali infunditur pœnitentiæ habitus, quo de nouo salubriter pœnitet. Hæc autem opinio, nec auctoritate, nec ratione probatur: ideo magis uidetur cõtrarium. Hæc Richardus.

Dionysi⁹.

¶Quibus obiici põt, quòd iuxta præhabita virtus pœnitentiæ simul cum charitate: ac aliis uirtutibus infunditur, ita quòd charitas pœnitentiam illam habitualem non præcedit duratione.

Albertus.

¶Præterea Albertus præhabitis pro maxima parte concordans, respondendo ad id, in qua ui animæ sit pœnitentia, aliquid afferit speciale: Aliqui in quiens, dicunt pœnitentiam animæ esse subiectum uirtutum, ac uitiorum; quod tamen non est verum nec subtili ratione prolatum. Impossibile enim est aliquid esse subiectum non habens proprietatem materiæ: ideo anima est subiectum omnium, quę sunt in anima secundum id, quod est, non secundũ id quo est. Attamen uerum est, quòd cum anima perficiatur formis, atque habitibus, quę sunt in ea, perficitur quodammodo quo ad hanc, & quo ad illam potentiam, & hoc forsitan dicere volunt, dicẽdo, quòd hæc, vel illa uirtus est in illa vel illa potẽtia. Dico ergo sine prejudicio, quòd pœnitentia est in irascibili, cum sit uindicta puniens in se propriã culpam. Hæc Albertus.

¶De cuius verbis oritur admiratio, cum ipsemet toties fateatur diuersas uirtutes in diuersis esse potentijs animæ, sicut & hoc loco, postquam asseruit uirtutum subiectum, non esse uim animæ, protinus addit pœnitentiam esse in irascibili, quam frequenter perhibet uim animæ esse. Denique iuxta eum inter essentiam animæ, & operationem ipsius media est potentia, per quã, & a qua procedit actio mediãte uirtute, seu habitu & habitus ipse determinat aptat, expeditamque reddit potentiam ad agendum. Hinc communiter atque concorditer dicũt doctores, quod fides est in intellectu, sapientia quoque, scientia, prudentia, & ars: spes verò, charitas, timor vt est donum, in voluntate. Nec cogit persuasio illa. Nam & in potentijs animæ est aliquid materialis proprietatis, cum ab essentia animæ fluere, ac dependere dicantur, perficique indigeant, & quidam effectus consistant.

Soluitur ro. alberti

¶De pœnitentia cõposuit dominus Gulielmus. Parrhisiensis episcopus, tractatum specialem deuotionalem, ac multum subtile. Secunda, inquiens, tabula post naufragium, qua post reparationem, & liberationem rursum mersi eripimur, & pœnitentia, in tantum salubris, & necessaria, vt sine ea baptismus liberare non valeat adultos, qui præter originale passi sunt naufragium mortalis peccati. Pœnitentia vero sine baptismo potest saluare adultum, dummodo non asit contemptus baptismatis. Videtur autem pœnitentia quasi pœnæ tentio dicta, propter amissam innocentiam, seu quasi tentio amissæ innocentiæ: Pœnitens quippè amissam innocentiam quasi tenet, dum uoluntate, atque proposito eam tenet, dum eam desiderio toto insequitur, toto dolore reuocat, toto studio. totisq; uiribus recuperare conatur. Est ergo voluntate, ac proposito in statu innocentiæ, quam peccando amisit, nondũ actu, imò iam quasi habet eam, habendo plenam, & integram uoluntatem habendi eam Nempe maximum omnium, quibus innocentia tenetur, est bona uoluntas: minimum uerò est opus, quod Deus modicum reputat, & computat, ubi perfecta uoluntas affuerit. Pœnitens autem ueraciter, vellet se nunquam peccasse: sed quia non peccasse impœnitentia perhibetur, vellet innocentiam tenere: nec valet, ideo totus dolet de amissione, totus ardet in recuperatione, totum quod potest paratus est facere, vt eam rehabeat. Itaque verè pœnitens, qui nomine, & re pœnitens est, tantam sortem, ac partem gratiæ iam accepit, vt ab omni debito, quo præcedente lapsu se obligauit, se absoluere meritò suffi cat. Quasi ergo æstimationem omnium amissorum in ipsa compunctionis gratia recipit, ac restituit. Insuper pœnitentia rectè etymologizat ac dicitur quasi tentio pœnæ, id est pœnalis afflictionis, cum sit quasi carcer, & mors ueteris hominis, & punitio sui ipsius pro peccatis. Est namque pœnitentia quasi crux patibulum hominis veteris. Pœnitentem etenim dolor compunctionis vrget interiùs, & labor satisfactionis præmit exteriùs. Est quoque pœnitentia iudicium propriæ condemnationis, quo reus accusat, & diuidat semetipsum: & terminatio ęgritudinis interioris, redditio rationis, computus, ac reconciliatio ab offensis, natiuitas spiritualis parturitionis, resurrectio ex mortuis, ortus surgentis auroræ de tenebris, abiectio Aegyptiæ seruitutis, computrescente iugo a facie olei: contritio, annihilatio, & in puluerem redactio ueteris hominis, feriente desuper pilo doloris, ac malleo indignationis contra seipsum, ac propriam peruersionem, eductio item de conclusione, & carcere, restitutio sedis gratiæ, thronique gloriæ: triumphus iniquitatis, atque victoria salutaris, Deniq; auctoritatem ita iudicandi, & puniendi seipsum, fortius est homo a creatore, eo ipso, quo ab illo constitutus est, dotatus arbitrio, rationisque particeps, & naturali lege imbutus potissimè, quia & lege diuina instructus, qua edocetur de conditoris iniurijs, & offensis summè incomparabiliterq;, dolore, ac toto conatu satisfacere illi, & recuperare amicitiam, ac gratiam eius, & de cætero uitare omnem inhonorationem ipsius. Hæc Gulielmus.

Gulielm⁹ Parrisiens de ratiõe & ꝓprietatib⁹ pœnitentiæ.

Pœnitẽtia quasi pœnę tẽtio dici põt.

Isaiæ. 19.

Qui

¶Qui in præfato tractatu, & in suo sacramentali de his loquitur copiosè, prout opportunis tangetur locis.

QVAESTIO III.

ET quia iam tactum est de subiecto pœnitentiæ, quæritur plenius. *In quibus naturis, & personis, locum habuerit, aut habeat pœnitentia ista seu pœnitẽtia virtus.* Si enim uirtutes connexæ sunt, nec una sine alia valeat haberi, vt qđ in comprehenforibus, & in Christo, gloriosaq; uirgine, atq; in innocentibus seu paruulis baptizatis pœnitentia habet locũ.

Arguitur contra ve ritatem. Respõsio. Tho. Aq.

¶Ad hoc Tho. respondet: Habitus medius est inter actum, & potentiam, & quia remoto priori, remouetur posteriùs, non econtra: idcirco remota potentia ad actum, remouetur, & habitus, non autem remoto actu, & quia subtractio materiæ tollit actum, propter hoc, quòd actus non potest esse sine materia in quem transit, ideo actus uirtutis non cõpetit alicui, cui non suppetit materia habitus tamẽ potest inesse eo, quòd materia possit competere, & ita possit in actum transire: quemadmodum paupere homo habere potest habitum seu uirtutem magnificentiæ, quamuis non habeat actum: quoniam potest habere magnitudinem diuitiarum, quæ sunt materia magnificentiæ, ideo cum innocentes in statu innocentiæ non habeant peccata, quæ sunt materia pœnitentiæ, sed possunt habere: ideo actus pœnitentiæ in eis esse non potest, sed habitus, & hoc si gratiam habeant, in qua omnes uirtutes infunduntur. Porrò, dum quæritur, an pœnitentia sit in beatis, dicendum, quòd uirtutes cardinales manent in patria secundum actus, quos habent in suo vltimo fine vt super tertium dictum est. Cumq; pœnitentiæ uirtus sit pars iustitiæ, quæ est uirtus cardinalis: idcirco quicunque habet virtutem pœnitentię, in hac uita, perseueranter habebit eam in regno cœlesti, non tamen secundum eundem actum quem nunc habet, sed actus pœnitẽtiæ erit ibi, gratias agere Deo pro misericordia dimittẽte peccata Postremo cum in angelis sanctis peccatũ non fuerit, nec esse possit, constat in ipsis non esse uirtutem pœnitentiæ, nec actum eiusdem, similiter nec in anima. Christi: in dæmonibus verò, & cæteris condemnatis, cum sint obstinati in malis, non potest esse pœnitentia vt est virtus, sed ut est passio, utpote dolor. & quædam tristitia de propria culpa, secundum, quod culpa est eis tantæ miseriæ causa. Et quamuis in spiritibus non sit dolor, vt est passio partis sensitiuæ: tamen in eis est aliquid simile videlicet motus uoluntatis detestans, & contristans seu dolens. Vnde in libro Sapientiæ legitur de damnatis. Dicentes intra se pœnitentiam agentes.

Soluitur obiectio.

Sapien. 5.

Obiectio.

¶Verum his obijci potest, quia in vitas patrum. quidam patrum fertur dixisse, Abraham pœnitebit quòd nõ plura operatus est bona, cum uiderit gloriam beatorum. Dicendum, quòd voluntas beatorum in patria est omnino conformis voluntati diuinæ. Vnde sicut Deus voluntate antecedente uult omnia esse bona, non autem voluntate consequente, ita etiam est de beatis. Et talis voluntas antecedens, improprie pœnitentia appellatur a sancto illo patre. Hæc Thomas in scripto.

Diluitio.

Tho. Ar.

¶Concordat Bonauentura, & Petrus.

¶Porro Thomas de Argẽrina, ab his partim dissẽtiẽs, ait quod paruulo in baptismo infunditur pœnitẽtiæ uirtus, dato, quod nũquam peccet, nec in futurum possit peccare, Doctores quoq; cõmuniter fatentur, quòd uirtus pœnitẽtiæ nũquã fuit in Christo, & tamẽ hic dicũr, quod manet in animabus beatis ad ornamentum. Ex quibus sequitur necessariò, quòd aliquod animę ornamentũ defit animæ Christi, quod inconueniens esse uidetur. Hinc saluo meliori iudicio, videtur dicendum, quòd actus magis proprius pœnitentiæ, est inclinare animam ad faciendum emendam Deo pro relaxanda offensa. Ad quem actum aliquis potest se habere dupliciter Primo absolutè, sicut qui peccauit aut peccat, & ista non conuenit innocenti, nec Christo: Alio modo sub conditione, taliter cogitando, Si quocũque modo Deum offenderẽ, mox emendarem, & ex corde protinus pœniterem. Hoc modo actus pœnitentiæ debet esse in quolibet iusto, quamuis innocente, tam uiatore, quàm comprehensore, Hinc pœnitentia non solum quantum ad ornatum, sed etiã quantum ad huiusce modi actum, uidet esse in Christo non minus, quàm in quocunq; alio iusto, ac innocente. Hæc Argentinensis.

Richard⁹.

¶Verum in his scripta sancti, Thomæ multo rationabiliora esse uidentur. Nempe cum habitus ordinetur ad actum, non est rationabile ponere habitum vbi impossibile est eius consistere actum. Cõditionalis quoque nil ponit. Et talis voluntas non est nisi valde incõpleta velleitas, nec ad eam requiritur pœnitentiæ virtus, sed sufficit charitas, & illuminatio mentis. Deniq; aliquid spectat ad ornatũ, & pfectionẽ i uno, qđ nõ ptineret ad pfectionẽ & ornatũ in alio, sed ad grãdẽ impfectionẽ in alio, sicut in homine esse dificuruum, atq; quotidie in scientijs, uirtutibusq; proficere, quod in angelis esset imperfectionis. Imo in eodem homine aliquid est perfectionis, & ornamenti in uno ipsius statu, quod in alio eius statu imperfectionis existeret in eodem: sicut esse fortem fide, & spe, est perfectiõis & decoris in via, non in patria. Sic quamuis pœnitentiæ uirtutem habere sit ornamentum in beatis, qui aliquando potuerunt peccare: non tamen in Christo secundum assumptam naturam, secundum q̃ fuit cõfirmatus in bono, & cõprehensor, quantũ ad superiorem animæ portionem a primo incarnationis instanti. Eadem etiam ratione, qua probatur in Christo pœnitentia esse sequeretur, quòd in ipso sint fides, & spes, præsertim cum hæ virtutes sint pœnitentia digniores, Vnde & magis ornauit. ¶Richardus quoque sanctum sequens doctorem, Ad istam, inquit quæstionem aliqui dicunt, Beatorum aliqui nunquam peccauerunt, sed transgredi potuerunt: qui si peccassent peccatum eorum potuisset remitti, vt sunt animæ beatæ in nocẽtum, si diu mãsissẽt in corpore. Alij nũq̃ peccauerũt sed potuerũt peccare, & si peccassent, ueniã cõsequi nequiuissent, vt sunt angeli sancti. Alij peccare potuernnt, & peccauerunt, vt qui in hac uita finaliter pœnituerunt. In primis est habitus pœnitentiæ. Nam quãuis in eis non habuit actum: potuit tamen habere. Habitus namq; infusus, non præsupponit actum neque includit, sed præsupponit in subiecto suo possibilitatem ad actum possibilem elici per illum eundem habitum in numero, vel per alium speciei eiusdem. In tertijs quoq; est habitus pœnitentiæ, quia in eis potuit habere suum actum, & habuit: imo ad huc habet non actũ illũ, qui est de peccato dolere, sed q̃ gaudere de remissione pcti, & se uelle, nũq̃ peccasse si esset possibile: ĩ medijs uero nõ ẽpniæ virtus, quoniam nunquam potuisset in eis suum actum habere, quia pœnitere non potuisset. Vnde nec pœnitentia fuit in Christo. Habitus enim præsupponit esse, vel fuisse ĩ illo, in quo ẽ possibilitatẽ ad iuũ

actum. In existentibus uerò in purgatorio, est pœnitentia, quãtum ad actum, & habitũ. Dolent etẽ, de suis peccatis, & aliquo modo gaudent de remissione peccati. Hæc Richardus.

Richard⁹ ¶Ex quibus etiam patet, quòd in statu innocentiæ fuit pœnitentia habitualis in primis parentibus.

QVAESTIO IIII.

QVeritur quoq; *Vtrum pœnitentia debeat vsq; in finem uitæ cõtinuari, an gaudio interrumpi, & an ualeat iterari.* ¶ In hac quæstione tria tanguntur. ¶ Primum est, an pœnitentiam oporteat vsque in finem durare. Videtur, quòd imo. Primò omne tempus uitæ præsentis indultum est nobis vt pœnitentiam in eo agamus, ut sancti patres testantur. Secundò, peccatum inquantum est contra Deum maiestatis, ac sanctitatis immensæ, est enormitatis quodammodo infinitæ; ergo per totum tempus vitæ nostræ, etiam si mille annis uiueremus debemus inde dolere, & illud deflere.

¶ Secundum quod quæstio tangit, est: vtrum pœnitentia sit gaudio interrumpenda. Videtur, quòd sic, quia afflictus indiget uicissim consolatione. Et quia de omni actu uirtuoso gaudendum est, ipsiq; actui meritorio delectatio est annexa, uidetur qđ de ipso actu pœnitentiali gaudendum sit, & delectandum in ipso.

¶ Tertium est, an pœnitentia possit iterari: & ꝑ patet, quòd non, quia de ratione pœnitentiæ est ꝑterita mala deflere, & defienda non cõmittere. Quędam etiam peccata irremissibilia nominantur. Sed Gregorius & primo Regum habetur. Si peccauerit uir in uirũ placari ei potest Deus. Si autem in dominum peccauerit, quis orabit pro peccato illius? 1. Reg. 2.

¶ Ad hæc respondet Albertus: Absque ambiguitate, pessima est hæresis, dicere pœnitentiam non Pœnitẽtia est iterabilis. posse excidere, nec iterare, sicut Magister in litera bene declarat, nec fundamentum, aut ratio est vere potentię, de cætero non peccare, sed habere propositum firmum amplius non peccandi. Et ita pœnitentia quodammodo est infinita, non duratione, sed cordis intentione: quoniam detestatur peccatum in perpetuum, inquantum intendit illud nunquã reiterare. Hinc si quis patiatur recidiuum, nõ sequitur, quòd non fuerat ante ueraciter pœnitens nec impossibile est eum iterum pœnitentiam iterare, cum totum tempus uitæ præsentis sit tempus merendi, & demerẽdi. ¶ Et si obijciat illud Apostoli ad Hebræos, gustauerunt etiã bonũ uerbũ dei, uiresq; seculi uenturi, & prolapsi sunt, impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, rursus renouari ad pœnitentiam: respondendum, quod aliud est renouari, ad pœnitentiam, & aliud iterum pœnitere. Renouari enim ad pœnitentiam, est denuo baptizari in remissionem peccatorum, quod non potest contingere. Sed iterum pœnitere, est manẽte charactere baptismali rursus de peccato dolere cum emendationis proposito. Si autem instetur, quia baptismus non potest iterari, imo iniuriam ei infert, quia repetit illum, vt patuit: ergo nec pœnitentia, præsertim cum vtrumq; a Christi passione efficaciam sortiatur: dicendum, quòd non est simile propter tria. Primo, quia baptismus immediatè trahit ad suam a Christi passione tantummodo ideo sicut passio Christi non iteratur, sic nec baptismus. Pœnitentia autem supponit aliquid in nostra uoluntate, quæ mutabilis, iterabilisque consistit, cuius dolor est pœnitentia. Secundò quia baptismus charactere imprimit, ut patuit supra, idcirco si iteraretẽ esset in eodem duo characteres baptismales. Tertiò, quia baptismus est contra originale peccatum, quod non iteratur; Pœnitentia uero contra actuale, quod iteratur quotidie. Hæc Albertus.

Heb. 6. Obiectio. Diluitio. Secunda obiectio. Diluitio. Baptismꝰ non iteratꝰ

Tho. Aq. Contra errorem dicẽtiũ vere pœnitentẽ non posse cadere.

¶ Consonat Thomas: Opinio, inquies, quæ dicit hominem a pœnitentia uera non posse excidere, falsa, est & similis errori dicentium, quòd charitas semel habita, non possit amitti. Quod reprobatum est super tertium: quoniam charitas non aufert libero arbitrio flexibilitatem in statu uiæ, similiter, quod futurum est, non est de integritate, atque essentia uirtutis nunc existentis, & actualiter inhærẽtis, nisi secundum quod illud futurum est præsentis, in apprehensione, ac uoluntate. Habitus quippè cum naturæ permanentis, totam suæ essentiæ perfectionem habet in instanti, quæ & tota simul in vnum actum potest effluere. Hinc potest esse pœnitentia uera, quamuis ab ea per recidiuum quis excidat. Quemadmodum autem offensa quandam habet infinitatem, ita, & actus contritionis, inquantũ procedit ex gratia, & actuali motione spiritus sancti, efficaciamq; sortitur ex uirtute: & merito Christi quodãmodo infiniti. ¶ Porrò dum quæritur, an dolorem pœnitentiæ oporteat gaudio interrumpi dicendum, quòd gaudium, & tristitia secundum genus contraria sunt: non tamen quodlibet gaudium cuilibet tristitiæ opponitur, sed tristitiæ de eodem. Si autem de contrarijs sunt vel de diuersis, vnum potest esse causa alterius, vel naturale ad ipsum. Qui etenim de alicuius præsentia gaudet, sequens est ut de eius absentia contristetur. Similiter, quando de aliquo contristari est nobis vtile, seu decens ipsa tristitia potest esse materia gaudii. Si ergo gaudium, & tristitia directè contraria accipiantur, nõ possunt simul esse in eodem secundum idem. Si uero sint de contrarijs vel diuersis, possunt esse simul, quantum ad causam suam: quoniam potest simul inesse uoluntas de alio: imo & simul, si unum sit ratio alterius. Verum quantum ad sensum, qui requiritur in utroq;: quoniam gaudium non est sine perceptione conuenientis, neq; tristitia sine perceptione nociui, impossibile est utrunque simul inesse intensè: quia dum anima circa unum intense occupatur, ab alio retrahitur. Sed imperfectè possunt simul inesse: ita tamen quod unum sit modo perfectius, & alium postmodum, dolor autem, qui est in pœnitentia, est de peccato commisso: ideo simul cũ hoc non potest esse gaudium de eodem, sed potest esse gaudium de spe ueniæ, quam pœnitens concipit ꝑ dolorẽ, & item de hoc ipso, quod habendo dolorẽ ꝑ suis peccatis, facit quod debet: ideo detestatio peccati commissi, quæ est causa doloris, & uolũtas detestandi, quæ causa est gaudii, simul sunt Nam uolẽs detestatur. Cumque unum sit ratio seu causa alterius, anima ad utrunq; simul potest conuerti, inquantum ex utroque fit quodãmodo unũ. Cum autem ex duobus fit unum, vnum est quasi materiale, aliud vt formale, iõ anima conuertitur ad unum per priùs, & ad aliud per posteriùs, idcir co utrunq; non potest simul esse secundum rationẽ suam completam, sed nunc vnum, nunc alterum. Dum quippe bene conuertitur ad spem ueniæ, tũc principaliter concipitur gaudiũ, & dolor de peccato ex consequenti. Quando uero principaliter conuertitur ad peccatũ cõmissum, tunc est contra. Hæc Thomas in Scrip. De tertio scribit sicut Albertus.

Actus contritionis efficaciam fortitur.

Quæstio.

Qñ gaudiũ tristitiaq; possit: simul inee.

Bonauen. ¶ Præterea Bonauẽtura. Causa, ait deceptiõis dicentiũ non posse hominem a uera pœnitentia cadere,

fuit: quia non attenderũt quid designet hoc nomen uera cum dr pœnitẽtia seu charitas. Vera quãuis enim unum dicat in diuisionem principiorum entis, & uerum dicat in diuisionem entis abesse seu ab actu absoluto: attamen ꝓut natum est fieri apud intellectum etiam bonum indiuisionem dicit ab actu ut in finẽ relato, & dum uerum reflectitur super bonum, dicendo: uera uirtus, utrumq; potest Veritas pœnitẽtiæ bifariam sumitur. importari, & utroq; accipi modo. Itaq; ueritas pœnitentiæ dupliciter sumitur, quemadmodum, & uniuscuiusq; uirtutis. Nam primò dr uirtus uera, q̃ habet uerum opus uirtutis, uel nata est habere de se. Et hæc ueritas est de uirtutis essentia. Secundò dicitur uirtus uera, quæ perducit in finem: & hæc ueritas non est essentialis uirtuti, sed solum dicit uirtutis statum, seu continuationem. Itaque pœnitentia dicitur uera primo mõ, si sit dolor de culpa cum efficaci emẽdationis proposito, quamuis non perseueret usque in finem: sed secundo mõ dicitur uera, quando perducit ad ultimum finem. Postremò crudelissimus, ac pessimus error est, dicere qđ Error pessimꝰ. Ezech. 18. pœnitentia nequeat iterari, claudens uiscera misericordiæ Dei, & homines faciens desperare, ac pene uniuersos a salute secludens. Vnde per Ezechielem dominus protestatur. Si impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis suis omnium iniquitatũ eius non recordabor amplius. Hæc Bonauentura.

Richardꝰ. ¶ Concordat Richardus & addit: Pœnitentia accipi potest ut uirtus, & ut sacramentum, & de peccato remisso per pœnitentiam, quæ est uirtus, seu actus uirtutis, tenetur homo per pœnitentiam, quæ est sacramentum, recipere si potest. Si autem homo non habeat coniecturam probabilem de remissione Cogitans de suo peccato quomodo detestari debet. sui peccati, & quando ex deliberatione cogitat de suis peccatis, tunc ea detestari tenetur. Non enim seruat fideliter recuperatum diuinæ amicitiæ fœdus, cui actu non displicet id, quod inter Deum, & ipsum causa inimicitiæ fuit, qñ de illo actualiter cogitat, atque deliberat. Et quoniam hõ q̃diu est in hac uita, potest facere, quod in se est, potest gratiã recuperare. Homini autem hoc facienti, Deus gratiam & pœnitentiã mox infundit. Hæc Richardus.

QVAESTIO V.

NVnc quæritur, *An debeat esse aliqua solemnis pœnitentia, & de ritu illius, atque an possit reiterari.* Videtur quòd nulla debeat pœnitentia solemnis seu publica confitenti imponi. Hoc enim esset Contra ueritatem. eius peccatum manifestare, & alios perterrere, & a confessione auertere. Oĩa quoq;, q̃ in foro cõsciẽtioso inter cõfessorẽ cõfitẽtemq; fiunt, debẽt esse secreta. Nõ ergo publica pœnitentia est iniũgẽda.

Thomę responsio. Pœnitẽtia ꝓpter quatuor interdum debet esse publica. ¶ Ad Hæc Thomas Aliqua, inquit, pœnitentia debet esse publica & solennis propter quatuor. Primò ut publicum peccatum publicam habeat medicinam. Secundò, quoniam maxima confusione etiã in hoc mundo est dignus, qui grauissimum facit scelus. Tertiò, ut sit aliis ad terrorem, ne tale quid audeant perpetrare. Quartò, ut sit eis ad pœnitẽdi exemplum ne desperent, qui grauibus detinentur excessibus, si cǫ; in his pœna corrñdet culpæ, dum enormi, ac publicò sceleri grauis, ac publica iniũgitur pœna. Vnde patet, quòd confessor in tali casu non patefaciat facinus confitentis, cum aliunde cõstet grauitas sui excessus in speciali, uel saltem in generali. Interdum quoque unus pro alio pœnitẽtiam agit, & ita non sequitur, quòd taliter pœnitẽs personaliter excessit enormiter. Nec istud derogat secreto fori confessionis: quoniam sicut confitens confitetur secretè, ita & pœnitentia ei occultè iniungitur, q̃ tñ exequi ipse potest apertè. Dicitur aũt pœnitẽtia oẽs renouare defectus, restituẽdo, ac reducendo confitentem ad pristinam gratiã, non ad pristinã dignitatem: iõ mulieres post peractã pœnitentiã nõ uelantur, quoniam uirgineam non recuperant dignitatem. Similiter post publicã pœnitentiam peccator non potest ad clericatum assumi. & episcopus talem ordinans, potestate ordinãdi priuandus est, nisi fortè necessitas exposcat ecclesiæ, aut cõsuetudo. Tunc enim dispensatiuè ad minores recipitur ordines, non ad ordines sacros. Primò propter dignitatem ordinum horũ. secũdò, propter recidiuãdi timorẽ. Tertiò, ꝓpter scandalum euitandum in populo, quod posset oriri ex præcedentium memoria delictorũ. Quartò quoniam, non haberet frontem corrigendi alios, cum eius excessus fuerit publicus. Deniq; de ritu solẽnis pœnitentię aduertendũ, quòd omnis pœnitẽtia solẽnis est publica, non econtra: Pœnitẽtia quippè solẽnis fit sic: In capite quadragesimæ tales pœnitentes præsentant se cum presbyteris suis episcopo ciuitatis ante fores ecclesiæ, sacco induti, nudis pedibus, uultu demisso, coma deposita: & eis in ecclesiam introductis, episcopus cum omni clero dicit septem psalmos pœnitentiales. Deinde manum eis imponit, aquam benedictam aspergit, cineremq; eorum imponit capitibus, cilicio operit colla eorum, denuncians eis lacrymabiliter, quod sicut Adam eiectus est de paradiso, sic ipsi de ecclesia eijciuntur, & iubet ministris ut eos de ecclesia pellant, clero eos persequente cum responsorio isto: In sudore uultus tui. Porrò in cœna domini Gen. 5. omni anno a suis presbyteris in ecclesiam reducuntur, & erunt ibi usq; octauas Pasche: ita tamen quod nec communicabunt, nec pacem accipient. sicque fiet omni anno quamdiu additus ecclesiæ eis est interdictus. Vltima uerò, eorũ reconciliatio reseruatur episcopo, ad quẽ spectat solennis pœnitentiæ impositio. Potest autem imponi uiris, ac mulieribus, sed nõ clericis propter scãdalũ. Talis quoque pœnitentia non debet imponi, nisi pro peccato, quod totam commouerit urbem. pœnitentia de mũ publica & nõ solẽnis, est q̃ in facie ecclesiæ fit. nõ cũ solẽnitate prædicta, ut peregrinatio per mundum cũ baculo cubitali. Potest quoq; iterari, atq; a simplici sacerdote iniungi, imò & clerico potest imponi. Interdum tamen unum istorum ꝓ alio ponit, ut solennis pro publica, & econtra. Mulieri uerò nõ deponitur coma in solẽni pœnitẽtia sicut uiro, qm̃ mulier gerit comã in signum subiectionis.

Mulieres coruptæ nõ velantur publicam pœnitentiam agens non ordinatur

Solennis pœnitẽtia quomodo fit.

Quibus imponi potest pœnitẽtia solẽnis

Pœnitẽtia publica, quæ fit.

Solennis pœnitẽtia non iteratur.

¶ Deniq; solẽnis pœnitentia non ad iteranda. Primò, ne ex iteratione uilescat. Secundò, propter significationẽ, quia designat eiectionem Adæ de paradiso, quę semel tantum est facta. Tertio, quoniã solennizatio ista, est quasi quædam professio pœnitentiam perpetuo conseruandi, Veruntamen si peccauerit denuo non negatur ei pœnitentiæ locus, sed alia pœnitentia ei est imponẽda. Hæc Thomas in Scripto. Concordat Petrus, Rich. aliique cõmuniter, Qui affirmãt triplicem esse pœnitentiam puta priuatam seu secretam, quæ communiter fit occultè. Item publicam & solennem.

QVAESTIO VI.

MOdo quærendum est de effectibus pœnitentiæ, qui sunt multi. Et quæritur primò, *An per pœnitentiam auferantur, ac dimittantur peccata.* ¶ Videtur, quòd non, quoniam de Antiocho rege 2. Mach. 9. legitur 2. Machabeorũ, qđ sentiẽs se iusto Dei iudicio plagatũ, pœnituit, ueniã petijt, & multa opera bona

Heb. 1.

bona se promisit facturũ, nec meruit exaudiri. De Esau quoque ait Apostolus ad Hæbreos, quòd nõ inuenit pœnitentiæ locum, quanq̃ cum lachrymis inquisisset eã.

Antisiod.

¶Quæritur quoq;, an per pœnitentiã dimittatur reatus, id est, obligatio ad pęnam ꝓ culpa dimissa, & itẽ reliq̃æ uitiorum. ¶Circa hæc scribit Antisi. in Summa libro 4. dum peccator primò ad Deum conuertitur, dimittit suum pctm̃, proponẽs de cętero non peccare, & de suis dolet peccatis quod totum aliquo mõ facere põt ꝑ fidẽ informẽ, & per timorem seruilẽ, liberumq; arbitrium. Cum uerò facit omnino, quod in se est, tunc protinus Deus quoq; facit quod in ipso est, sicut ait per Zachariam prophetã: Conuertimini ad me, & cõuertar ad uos.

Zach. 1.

Et cũ Deus ita se cõuertit ad hominem infundit ei gratiã gratũfaciẽtẽ, quæ expellit pctm̃, & pœnã æternã mutat in tẽporalẽ adhuc tñ manet in pœnitente uitiorum sequela, quæ triplex est.

Pctã dimissa sequuntur tria.

Prima est, difficultas uidendi spiritualiter, seu spiritualis obscuritas Nõdum eñ põt tñ clarè uidere quid sit agendum, & q̃d nõ, sicut añ pctm̃.

Mar. 2.

Quod figuratum est in cæco a Chr̃o illuminatio: quæ dixit: video homines sicut arbores ambulantes. Secunda est difficultas bene agendi iuxta bonum affectum, Tertium est pœna tẽporalis. Duo prima tollit, ac pellit contritio, gratiã & eius illuminationẽ ac confortationẽ adipiscendo, sicut ait Apostolus:

Heb. 13.

Optimũ est gratia stabiliri cor. Tertium aufert ꝑ modum meriti, dummõ cõtritio in tm̃ crescat, ac uigeat. Præcipua uero difficultas est, auferre has uitiorum reliq̃as, ac sequelas in his, q̃ praua cõsuetudine sunt infecti, cũ in Ecclesiaste dicaẽ: Si retusum fuerit ferrum, multo labore acuiẽ.

Eccl. 10.
Obiectio.

Sed argui põt, quòd non requiratur contritio ad delendum obscuritatẽ uidẽdi, & difficultatẽ bene agẽdi: quia uirtutes non solum ꝑ motum doloris contrarię sunt illi obscuritati, ac difficultati, sed & per motũ clarificationis: ac roborationis, cum sint lumina, arma, ac fortitudiens animi.

Dilutio.
In pnĩa esse debet dolor.

Respondendum, ꝙ in pęnitentia requiritur dolor. primò, qm̃ est medicina cõtraria causæ morbi, id est, libidini, seu concupiscentiæ, qua homo uult in creatura inordinatè delectari. Secũdò q̃a peccatũ est q̃dã rubigo, idcirco multa defricatione, afflictione, atq; punitione oportet ipm̃ auferri. Vnde ait Gregorius, ferrum nostrę mentis ad subtilitatẽ non ducit, nisi frequenti tribulationũ asperitate elimeẽ. Hæc Anti.

Bonauen.
Bifariam dolere cõtingit propter peccata.

¶At uerò Bon. de peccatis, inquit, dolere, seu pœnitẽtiã agere, cõtingit dupliciter. Primò propter læsionẽ naturę, & pœnam debitã pro peccato. Secũdò, ꝑꝑ diuinæ maiestatis offensam, atq; iustitiæ derogationẽ cũ emẽdationis ꝓposito ac conatu. Primo mõ põt q̃s pœnitere ex sola natura. Nam sicut hõ, se naturaliter diligit, ita & naturaliter odit id, per quod malũ incurrit. ideo pœnitentia ista est in dãnatis & in prauis hominibus. Potissimè quoq; erit in angelis malis, qñ omnino absorpti erunt a pœnis. Verũ in hac pœnitentia uiuit & regnat mala uoluntas, cum sit proprij boni amica. Propter qd̃ Deus eam nõ acceptat, nec taliter pœnitens ueniã, gratiãve meretur. Secũdo mõ pœnitere, non est sine gratia Dei gratumfaciente aut gratis data, quæ in tm̃ disponit ad gratiam gratificantẽ, qd̃ omnis sic pœnitens, mox consequitur ueniã & gratiam Dei, imò dato per impossibile, quòd diabolus taliter pœniteret, misericordiã sortiretur. sed libero arbitrio nequit se uertere ad ueniam postulandam.

Gratiam pœnitendi quib. deus largitur.

Gratiam uerò taliter pœnitendi Deus finaliter nulli largitur nisi cum quo uult misericordiam facere consummatam.

Antioch⁹, Esau
Isidor.

Itaq; Antiochus & Esau non pœnituerunt secundo modo, sed primo. Quod ait Isidorus in lib. de ordine creaturarũ, qd̃ dęmones nõ pœnituerunt: & si pœnituissent, ueniam non obtinuissent: intelligendum est de pœnitẽtia primo mõ accepta.

¶Pręterea si quæratur, utrum pœnitentia restituat homini opera bona priùs mortificata per culpam: dicendum, quòd uerum est, & communis tenet positio, quòd opera quæ priùs fuerunt uiua, ac postea per culpam mortalem mortificata, restituuntur: & denuo uiuificantur, gratia redeunte. Vnde super illud Ioelis. Reddã uobis annos quos comedit locusta, asserit Glossa.

Ioelis.

Non patitur dominus perire hubertatẽ id est, meritorum fęcunditatem, quã perturbationẽ amisistis. Deniq;, quòd q̃s premio operum priùs meritoriorum priuatur, est quia peccando mortaliter incapacem se fecit mercedis æternę; Ergo cum pœnitendo exhibeat se rursus capacem illius, reuiuificantur in ipo, non quòd ęodem numero redeant, sed quòd reputantur ei in premium, & acceptantur à Deo, ut priùs. Dicunt quoque nonnulli, quòd opera bona in charitate facta, in quantum bona sunt, à Deo sunt: ideo sunt in laudem Dei, & ipse de eis laudandus est. Et quia in unitate mystici corporis, id est, in charitate ecclesiæ facta sunt, pertinent ad mysticum corpus: & quia ex libera, & iusta uoluntate hominis prodierunt, ad ipsius facientis meritum spectant. Idcirco ipso peccant, manent in mystico corpore: & alij electi de ipsis gaudebunt, ac Deum inde laudabunt. sed isto per pęnitentiam resurgente, ei denuo reuiuiscunt, sicq; nunq̃ inania sunt.

Pęnitẽtia perfecta q̃ sit.

¶Quæritur, quoq;, an perfecta pœnitentia restituat in pristinum gradum Et respondendum, qd̃ pœnitentia nominatur perfecta dupliciter. Primo, quantum ad durationem tantum. Secundò, quantum ad durationem & feruorem. Vt primo modo exhibita, non restituit semper in pristinum gradum ut si fiat ita remissè, quòd faciens eam non præparat, se ad gratiam tantam, quantã amisit. Si uerò ꝑfecta sit secundo modo, dico quòd si pœnitens tã feruenter dolet de culpa, ut decet cum qui de tanto cecidit statu, credo, quòd per eam redit in pristinum gradũ. Vnde in libro quinque responsionum de ista pœnitentia, loquitur Augustinus.

August.

Pœnitentia est res quædã perfecta, ac optima, uniuersos defectus reuocans ad perfectum Nã & opera Dei ꝑfecta sunt, & ipse medicus summus quantum in se est sanitatem largitur perfectã. Hæc Bonauẽtura.

¶Ex quibus patet responsio ad alia quædam, q̃ quærit, uidelicet, an necesse sit resurgere in charitate ęquali, aut maiori.

Opinio.

Ad quod aliqui dicunt, quòd imo, quia (ut opinanẽ) Deus non permitteret cadere suos electos, nisi uideret, quòd hoc eis deberet ꝓdesse: & addunt, quòd Deus electos suos in meliori statu, seu dispositione uitæ ipsorum accipit de hac uita, & item qd̃ opus bonum remuneratur a Deo, quantum meruit radix, ex qua fuit.

Improbatio opinionis.
Prouer.

Sed hanc opinionem credo falsam, quia contingit perfectũ cadere uirum: qui tamen pęnitendo resurgens, nõ statim perfectus est, quia nemo repetente sit summus. Item minima, charitas potest delere omne peccatum, non ergo oportet in charitate æquali resurgere. Sed potest aliquando in minori. Item qui in maiori extitit charitate añ ruinã potest remissiùs pęnitere, & ita charitatẽ sortireẽ minorẽ. Hęc Bon.

Bonauen.
Th. Aquin.

¶At uerò Tho. super his plenùs scribẽs: Pœnitẽtia, ait, põt ꝯsiderari, ut sacramẽtũ, & ut uirtus. Et utroq; mõ aliquo mõ cooperaẽ ad remissionẽ peccatorũ. Nã ut est sacramentum euangelicæ legis, gr̃a daẽ in ea ad defectũ illũ sanãdũ, cõtra quæ est instituta, utpotè ad dimissionem actualis peccati. Operatur quoque ad remissionẽ peccati, inquantum uirtus speciali mõ præ uirtutibus cęteris: q̃a secundũ omnẽ uirtutem formatã, ex parte habitus dimittuntur pctã ex parte gr̃ę, q̃ cũ ea infunditur, sed hoc est formaliter remittere. Pœnitẽtia uerò ex parte sui actus habet, quod pctã per eã dimittũtur secundũ qd̃ pctã sunt materia eius. Cũ eñ peccatũ ex hoc remitti dicatur, uel retineri, qd̃ habet rationem offensæ, id quod tollit offensam, aufert pctm̃. Cũq; offensa, inquãtũ huiusmodi, sit inæqualitas quædam, qua unus alteri detrahit, qd̃ illi debetur actu illius uirtutis pctm̃ dimittiẽ, q̃ inæqualitatẽ illã ad æqualitatẽ reducit.

Pœnitentia quõ cõpẽsat Dei contẽptũ.

Quod facit pœnitentia, q̃ in recõpensationẽ diuinæ offensæ spiritũ cõtribulatũ offert Deo: ideo pœnitentiæ etiã ex parte sui actus conuenit pctã auferre. Et hoc non est solũ formaliter, sed etiã efficienẽ per pęnitentiã pctã dimitti. Veruntñ pœnitentia non semper tollit totũ reatũ peccati. Vt eñ 8. Ethic. ait Phũs: Tam iustitia, q̃ amicitia in quadã æqualitate consistit. Qui ergo aliquẽ offendit, peccat cõtra ęqualitatẽ amicitię inquantũ affectũ debitũ nõ impẽdit, & cõtra æqualitatẽ iustitiæ, inquantũ rẽ alteri debitã subtrahit. Et sicut hæc duo in offensa q̃ñq; inuicem diuiduntur, ita & in recõpensatione aliq̃ñ separãtur, ut qm̃ pęna per uiolẽtiam offendenti infertur. Tunc eñ sit recõpensatio quantũ ad iustitiam, non quantũ ad amicitiã. Similiter, quãdo offendens placat offensum uerbis, re subtracta, non restituta sit recõpensatio amicitiæ, nõ iustitiæ. Peccator ergo per affectum peccandi amicitiã Dei uiolat, atq; per inobedientiã seu transgressionem legis diuinæ honorẽ debitũ subtrahit Deo. Et ex primò amittit gratiã & incurrit offensam, & ex secundo meretur pœnã: ut quod subtraxit per inobediẽtiã, subtrahatur ab eo per pœnã.

Reatus quod.

Hoc quoq; meritũ pęnæ uocatur reatus. Ideo dum ꝑ pœnitẽtiã qua hõ se subijcit Deo, pctã detestando cum emendatiõis ꝓposito, remittitur pctm̃ quantum ad offensam: nõ tamẽ oportet, quòd dimittatur quantum ad totum reatum, nisi pœna iam persoluta.

Obiectio.

¶Si autẽ obijciatur, q̃a Deus nõ plus exigit in pœna, quàm fuit in culpa, sed maior dolor est in contritione de peccato, quàm fuit delectatio in peccando: quoniam quantitas doloris de peccato, est secundum quantitatem amoris diuini, q̃ maior est, quã omnes cupiditas: ergo Deus non exigit ꝓ peccato aliam pęnã, quàm illã quæ est in cõtritione, sicque pœnitentia ab omni soluit reatu.

Diluti 4.

Dicẽdum ꝙ secundum philosophum 5. Ethicorum in recõpensatione iniuriæ iustitia cõmutatiua non semper seruat æqualem quantitatẽ absolutè in pœna ei, quæ fuit in culpa. Non enim si quis percussit principem, sufficit ꝙ repercutiatur tantumdẽ, req̃rit tñ æqualẽ pœnam, habita priùs cõparatione ad personam in quam, culpa cõmissa est. Cũq; per pœnitentiã homo de seipso faciat iustitiã Deo, non sufficit tantus dolor in pnĩa, quanta delectatio fuit ĩ culpa: qm̃ illa delectatio in iniuriã Dei fuit, inquantum Deo prætermisso, homo delectationi se subdidit in peccando.

Non oĩs pęnitẽtia defectus tollit.

¶Insuꝑ, si quæraẽ an ꝑ pnĩam reliq̃æ pctĩ tollantur, dicẽdum, qd̃ sicut pnĩa nõ tollit reatũ totaliter ꝑ quẽlibet actũ, sed tunc qñ ad perfectum, ꝓducĩt secundũ omnes pœnitentiæ partes, sic nec oportet per primũ pnĩæ actum uniuersos defectus auferri, qui ex actuali sequũtur pctõ, & reliquiæ peccatorũ seu uitiorũ uocanẽ. Vñ & in corporali sanatione, cui pnĩa assimilatur, reddita sanitate, adhuc q̃dã manent reliq̃æ morbi prioris quousq; ꝑfecta sanitas obtineatur

Pœnitẽtia restituit virtutes & gratiam.

¶Amplius ꝑ pnĩam gr̃a, ac uirtutes restituunẽ, hæ nanq; causanẽ in aĩa ex diuinæ hominis influentia, quæ intercipitur & impeditur per pctm̃. quẽadmodũ nubes interposita inter solẽ & nos, radios eius tollit à nobis, iuxta illud Isaiæ.

Isai. 59.

Pctã ur̃a diuiserunt inter Deũ ur̃m, & uos. Cumq; pñia tollat pctã, & in primo suo actu offensam pctĩ deinde reatum: iõ sicut uentus auferens nubẽ, restituit nobis solis splẽdorẽ, sic pœninẽtia tanq̃ remouens qd̃ ꝓhibebat gr̃am, restituit nobis gr̃am gratumfaciẽtẽ & oẽs uirtutes. Et hoc mõ est hõ causa gr̃æ, sibi desuꝑ datæ, se disponendo & obicẽ remouendo. Nec obstat, ꝙ in eodem instanti obex remoueẽ, & gr̃a datur. Nã & in eodẽ instanti, quo obstaculum luminis, primò remotũ est, lumẽ consequiẽ, & tñ remotio luminis est, causa illuminationis. Ex istis eliciẽ, ꝙ opera bona ex gñe, extra charitatem fctã nõ uiuificanẽ ꝑ charitatẽ sequentẽ: Nã qd̃ aliqua bona ꝑ pœnitentiã restituunẽ, non est nisi, ꝑ accidens: inq̃tũ pœnitẽtia remouet ꝓhibens. Talis aũt cã exigit cãm ꝑ se respectu effect⁹, cui⁹ ipsa est cã ꝑ accidens. Nulla aũt põt poni cã ꝑ se uiuificationis operũ extra charitatẽ factorũ, qm̃ uita operum ex uita operantis depẽdet: idcirco quod opera uiua sint, habent à charitate, & gratia, quæ non formãt neq; uiuificãt, nisi actus q̃ ꝓcedunt ex ipsis.

Opera bona in charitate fctã peccatum tollit.

¶Deniq; opera facta in charitate, per peccatum mortale sequens mortificantur, quia in potentia fiunt & in idonea ad perducẽdum hominem in uitam beatã.

Obiectio.
Dilutio.

Et si obijciatur, quòd nõ manent, ergo nõ mortificantur, dicendum quod sicut opera praua trãseunt actu, & manẽt, reatu, sic opera bona in charitate facta quãuis actu desinant esse, tñ manẽt quantum ad meritũ: & quãtũ ad hoc, possunt mortificari.

Obiectio.

Sed contra hæc obijci potest, quoniã pœna non debet excedere culpã. Si ergo sit aliquis multis actib⁹ bonis abũdans, nõ uidetur decere bonitatem diuinam, ut illum priuet tot, tantisq; meritis uitæ æternæ, propter unum opus iniquum.

Dilutio.

Et respondendum, ꝙ omnia merita nostra, ac bona sunt Dei dona: per ingratitudinem autem mereẽ hõ accepta beneficia perdere. Ideo per quodcũq; mortale peccatum quantumlibet paruum, meretur homo omnium præcedentium actuum amittere merita. Veruntñ opera bona, ac meritoria persequens mortale peccatum mortificata, per sequentem pœnitentiam rursus uiuificantur. Opera namq; facta in charitate manent ad meritum in Dei acceptatione: & ita efficatiam habent perducendi hominem ad uitã beatã, à quo effectu impediuntur in recidiuante ꝑ accidẽs, hoc est, ꝑ sequẽs pctm̃, per quod sit hõ indispositus & indignus ad præmiũ ꝓcedentiũ meritorũ. Cumq; per superuenientem pnĩam indispositio, atq; indignitas remoueanẽ à pœnitẽte, palam est quod opera illa bona denuo uiuificãtur in ipso q̃a suũ sortiunẽ effectũ, & receptantur à domino, cui per pœnitentiam recõciliatur peccator.

Hugo.

Vnde quod Hugo ait: Nemo peccet in spe, quia quod semel amittitur, ampliùs nõ recuperatur: intelligẽdũ est de tempore ipso, qd̃ semel amissum recuperari nõ ualet: Ideo temporis iactura extat grauissima.

In peccato sunt duo.

¶Præterea quæri potest, an isti effectus cõueniãt pœnitentiæ, inquantum est uirtus, uel inquantũ est sacramentum. Dicẽdum, quod in peccato cõsiderãdo sunt duo, utpote inordinatio actus, & macula ꝯsequẽs inde in anima. Et secundũ hoc, peccatũ dupliciter

pliciter remittitur. Cũ enim per illam inordinationem homo iniuriam fecerit Deo, idcirco ex hac parte peccatum remittitur, per quod inęqualitas illa iniuriæ reducit ad æqualitatẽ iustitiæ: quod facit pœnitentia per actũ suum, inquantum est uirtus. Ex parte uerò maculę, peccatum remittitur per gratiam, quæ formaliter maculam aufert, sicut albedo nigredinem, atq; ex consequenti, per uirtutes alias gratia formatas. Cumq; pœnitentia sit talis uirtus, etiam ipsa formaliter tollit peccatum ex parte habitus. Et hoc est, quod aliqui dicunt, quòd remittit peccata inquantum sacramẽtum uel virtus. Nõ enim põt dici gratia, nisi inquantũ informata est ea, uel propter similitudinem operis: sed ex parte hac, qua tribuit gratiã, tollit quasi effectiuè peccatum, sicut inducens albedinem tollit nigredinem. sicq; pœnitentia in quantum est sacramentum, dimittit peccatum: quoniam sacramenta nouæ legis, sunt instrumentales causæ gratiæ. Deus uero remittit sicut causa efficiens principalis, & Christus homo, sicut meritoria causa, sacerdos uerò sicut minister Dei, sacramentorumq; dispensator, Et quoniã cæteri effectus pœnitentiæ iam prætacti, sequũtur ex ea inquantum remittit, seu tollit peccata, iõ similis est rõ de cæteris oĩbus pœnitẽtiæ effectib⁹.

¶Postremò quæritur, an sine pœnitentia peccator remissionem consequi ualeat peccatorum. Et dicendum, quòd manente causa, manet effectus. Causa autem quare priuatur quis gratia, est iniquitas peccatoris, qua Deum offendit: quæ quamdiu ad æqualitatem reducta non fuerit, nõ cessabit priuatio gratiæ. Qđ cum per pœnitentiam fiat, non potest sine pœnitentiæ actu remitti peccatum. Vnde libro de pœnitentia loquitur Augustinus: Nemo suæ uoluntatis arbiter constitutus, potest nouam uitam incipere, nisi pœniteat eũ ueteris uitæ. Hinc pœnitentia dicitur sacramentum necessitatis. Quemadmodũ enim baptismus ordinatur cõtra originale peccatum, ita pœnitẽtia cõtra actuale. Sed ab originali nullus adultæ ætatis potest mundari, nisi actu, aut proposito baptismum suscipiat, ergo & sine pœnitẽtia taliter accepta, nemo ab actuali purgatur. Et si obijciatur quòd sufficit bona uoluntas & feruens affectio, dicendum, quòd ista sine gratia haberi nõ queũt, nec gra sine pœnitentia in eo, q̃ fuit in peccato actuali mortali. Hæc Th. in Scripto. In quibus Albertus. Petrus, Richardus, aliique cõmuniter satis concordant.

Augus.

Obiectio.

Quòd pluribus irretitus peccatis, non potest pœnitere de uno uerè, nisi de omnibus pœniteat. Distin. XV.

Absq; pœnitentia nulla est remissio.

De pœna specialiter quantũ ad eius gtes, elidens errorem eorum, qui dicunt qđ pœnitẽtia potestfieri ā vno peccato sine alio.

Naum 1.c. & habetur de pœ. d. 3. sunt plures.

Determinatio præcedentiũ. Exo. 5. Aug. sup. cãti. Deu. 27. & alle. de pœ. d. 3. c. ignis.

Quot modis contingant flagella. Iohan 11. 2. Cor. 12. Num. 12. Iohan 9. Act. 12 Hiere. 17

IT sicut prædictis auctoritatibus illorum error cõuincitur, qui pœnitentiam sępius agendam non putant, & per eam a lapsu peccantes frequenter surgere diffitentur, ita eisdem illorum opinio eliditur, qui pluribus irretitum pecatis, asserunt de uno uerè pœnitere, eiusdemque ueniam à domino cõsequi posse sine alterius pœnitentia. Quod etiam auctoritatibus astruere conãtur. Ait enim propheta: Non iudicabit Deus bis in idipsum, uel ut alij transtulerũt Non consurget duplex tribulatio. Si ergo (inquiunt illi) aliquis sacerdoti fuerit confessus unum de duobus uel pluribus peccatis, & de illo iniunctam sibi pœnitentiam à sacerdote satisfactionem expleuerit, cæteris tacitis, non pro illo peccato amplius iudicandus est, de quo satisfecit ad arbitrium sacerdotis, qui uicem Christi in ecclesia gerit Ideoque si de eo iterum iudicetur, bis in idipsum iudicat Deus, & consurget duplex tribulatio. Sed de his ergo oportet illud tantum intelligi, qui præsentibus supplicijs commutantur in bonum, & sic perseuerant. super quos nõ consurget duplex tribulatio. Qui uerò inter flagella duriores & deteriores fiunt, ut Pharao, præsentibus ęterna connectũt ut tpale suppliciũ sit eis ætęrnæ pœne initiũ. Vnde Augustinus: Ignis succẽsus &c. ideſt uindicta Dei hic incipiet, & ardebit usq; ad extremã damnationẽ. Hoc cõtra illos notandum est, qui dicunt illud, s. Non iudicabit Deus bis in idipsum, ad omnia pertinere flagella, quia quidam hic flagellis emendantur, alii & hic in æternum puniuntur. Quinque enim modis flagella contingunt, uel ut iustis per patientiam merita augeantur, ut Iob: uel ad custodiam uirtutũ, ne superbia tentet. vt Paulo uel ad corrigenda peccatam, ut Marię lepra: uel ad gloriam Dei, ut de cęco nato: uel ad initium pœnæ, ut Hęrodi: quatenus hic uideatur, quid in inferno sequatur. secundum illud: Duplici contritione contere eos domine. Illa ergo auctoritas Nahum, non cogit nos sentire omnia quæ temporaliter puniuntur, non ulterius a Deo punienda: nã etsi super eũdem locum Hieronymus dicat Aegyptios & Israelitas à deo tẽporaliter punitos, ne in ęternũ puniretur: non est tamen de omnibus generaliter intelligendum. Ait enim sic: Quod genus humanum diluuio, Sodomitas igne, Aegyptios mari, & Israelitas in Eremo perdidit: scitote ideo temporaliter pro peccatis punisse, ne in æternum puniret. quia non iudicabit Deus bis in idipsum. Qui ergo puniti sunt, postea non punientur: alioquin mentitur scriptura, quod nefas est dicere.

Quæ sit intelligentia præmissorum.

Attende lector his uerbis & caue ne de omnibus generaliter intelligas: sed de his tantum, q̃ inter ipsa flagella penitentiã egerunt, in Deũ Hebræorum, quã etsi breuẽ & momentaneam, tamen non respuit Deus. Quod autem qui per temporale flagellum non cor-

corriguntur, post ęternaliter puniantur: ibidem ostendit agens de fideli deprehenso in adulterio, qui decollatur: ubi ostendit leuia peccata breui & temporali supplicio purgari, magna uero diuturnis, æternisq; suppliciis reseruari, ita inquiens. Quęrat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut enim punietur & falsum est, quod dicitur, Non iudicabit deus bis in idipsum: aut non punietur, & oportandum est adulteris, ut hic breui pœna puniantur, ut frustrentur in cruciatus æternos. Ad quod respondemus, Deum ut omnium rerum ita supliciorum quoq; scire mensuras: & non præuenire sententiam iudicis, nec illi in peccatorem exercendæ dehinc pœnæ auferre potestatem & magnum peccatum magnis, diuturnisque lui cruciatibus. Si quis uerò punitus sit temporaliter, ut ille, qui Israelitę maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat, tales postea non puniri, quia culpa leuis præsenti suplicio compensata sit: leuis enim culpa leui supplicio compensatur. His satis innuit Hieronymus grauia peccata & hic puniti graui supplicio, & in futuro punienda ęternaliter, de quibus pręsentia non agitur inter flagella. Leuia uerò, quæ hic puniuntur, leui pœna compensatione recipere: quod in bonis fieri non ambigimus, & in malis forte etiam fit ita, Satis iam apparet, quòd illi de prophetia induxerunt, non facere pro eis, qui dicunt ei, qui crimen sibi reseruat, de alio ueniam præstari per pœnitentiam. Alias quoque auctoritates inducunt. Ait enim Gregorius, Pluit dominus super unam ciuitatem, & super alteram non pluit. & eandem ciuitatem ex parte compluit, & ex parte aridam reliquit. Cum ille, qui proximum odit, ab aliis uitijs se corrigit: una, eademque ciuitas ex parte compluitur, & ex parte arida remanet, quia sunt quidam, qui eum quędam uitia resecẽt, in aliis grauiter perdurant. Idem Ambrosius. Prima consolatio est, quia non obliuiscitur miserei Deus. Scđa per punitionẽ, ubi etsi fides desit, pœna satisfacit & releuat. Ratione quo que utuntur, dicentes: Si ei, qui unum peccatum confitetur, altero tacito satisfactione a sacerdote iniunctam expleuerit, nunquid si & peccatum tacitum confessus fuerit, proquę pro eodem peccato nisi reiteretur, nulli bis pœnitentiam imponit. Fuit ergo illa peccati condigna satisfactio, unde & peccatum deletum uidetur.

Leu. 10. Hieron. in Nahũ prophetã. c. 1. du pœ d. 3 c. quærat hic. Nahum. 1

Leu. 24. Num. 4.

Gregorius supra. Ezechie. li 1 homi. 10. & habetur de pœ. dist. 2. c. pluit Amos 4.

Amb. sup. psal. 118. Beati im. sermo. 18. & habetur de pœn. d. 3. c. prima cõsolatio.

Quomodo accipienda sint præmissa.

His rñderi potest sic, illud Gregorii, Pluit dominus &c. non ad criminis ueniam, sed ad operis praui desertionem referendum est: ut ideo pars ciuitatis dicatur compluiquia ab actu, & delectatione peccati, cui ante seruiebat, modo cessat, non quòd eius ueniam habeat. Vocaturque pluuia illa talis continentia, qua ab opere peccati reuocatur quia ex fonte gr̃æ Dei id cordi instillatur, ut uel sic paulatim ad pœnitentiam ueniat: uel eo minus a Deo puniatur, qui diuturniori delectatione & actu peccati maius sibi accumulasset tormentum. Si uerò ad indulgentiam reatus pluuia referatur, euangelicæ sententiæ contrarię uidebitur. Si enim propter misericordiam, qua quis proximo suo non misereretur, etiam quæ dimissa sunt replicantur ad pœnam: multo magis, quæ non dum sunt dimissa, propter odium fraternum ad pœnam reseruari probantur. Etsi ille, qui arbiter suæ uoluntatis constitutus est, non potest inchoare nouam uitam (ut ait aug.) nisi pœniteat eum ueteris uitę. quomodo ad nouitatem indulgentiæ perueniet, qui odii uetustatẽ non deposuit? illud etiam, quod Ambrosius ait, Etsi fides desit, pœna satisfacit &c. non de fide intelligitur, qua creditur in Deum, sed de conscientia delicti. Deest enim fides cum conscientia peccati non subest. Nam cum delicta omnia nemo intelligat, est aliquando in homine peccatum, cuius non habet conscientiam. Vnde Apostolus: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Cum ergo quis flagellatur pro paccato, cuius non est conscius, si patienter fert pœnam, & humiliter amplectitur: cògitãs se forte peccatum habere, quod non intelligit, & pro eo puniri a Deo, pœna illa satisfacit & releuat grauatum. Ad hoc autem, q̃ od obiicitur de satisfactione illa: Si satisfactio non fuit, iterũ imponenda est: si uero iterum imponenda non est, satisfactio fuit, sed si satisfactio fuit, ueniã impetrauit: Rñderi põt, satisfactionẽ ideo non fuisse, quia ille dignos fructus pœnitentiæ non fecit. Est em̃ satisfactio pñæ, ut ait Aug. peccatorum causas excidere, nec suggestionibus earum aditum indulgere. Idem: Sane qui sceleratè uiuunt; nec curant talem uitam, moresque corrigere: & inter ipsa facinora sua eleemosynas frequentare non cessant: frustra ideo sibi blandiuntur: quia dominus ait, Date Eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis Hoc enim, quàm latè pateat, non intelligunt. Multa enim sunt genera eleemosynarum, quæ cum facimus, adiuuamur. Non solum qui dat esurienti cibum, sitienti potum, & huiusmodi: sed etiam qui dat ueniam petenti, eleemosynam dat: & qui emendat uerbere in quem potestas datur, uel

De pœ. d. 3 ca. quærat hic alios Gregorius usque ad fi nẽ Isai. 5.

Matth. 18.

Augus.

Ambrosi⁹

Psalm. 18. 1. Cor. 4.

Augus. in li. de pœn.

Mat. 1. Luc 3. De generibus eleemosynarũ

coer-

coercet aliqua disciplina,uel orat ut ei peccatum dimittatur,eleemosynam dat: quia misericordiam præstat. Multa enim bona prestantur inuitis, quando eorum consulitur utilitati, & non uoluntati: sed ea maior est, qua ex corde dimittimus,quòd in nobis quisque peccauit. Minus enim magnum est,erga eum esse beniuolum,qui tibi nihil
Ibidē ca. 73. mali fecit illud multo grandius,ut tuum etiam inimicum diligas: & ei qui tibi malum uult,& si potest, facit:semper bonum uelis, faciasque,quod possis. Quod ergo dominus
Matth. 5. ait: Date eleemosinam, & omnia munda sunt uobis: ita ne intellecturi sumus, ut non credentibus in Christum munda sint omnia,si eleemosynas istas dederint. Qui uult ordinate elemosynam dare, a se debet primum incipere, & eam primum sibi dare. Est enim eleemosyna opus misericordiæ,uerissimeque dictum est,Miserere animæ tuæ placens Deo. Non ergo se fallant,qui per elemosynas largissimas fructuum suorum uel pe
Eccl. 30. cuniæ impunitatem se emere æstimant, in peccatis permanentes: quæ ita diligunt, ut in eis optent uersari. Qui uerò diligit iniquitatem,odit animam suam: & qui odit ani-
Psalm. 10. ma m suam,non est misericors ei,sed crudelis. Diligendo quippè eam secundum seculum odit eam secundum Deum. Si ergo uult ei dare eleemosynam, per quam fit munda,odeat eam secundum seculum, & diligat eam secundum Deum. Hac eleemosyna quam sibi homo primitus debet:mundantur interiora. Ad quod hortans Christus ait:
Mat. 23. Tit. 1. mundate,quæ intus sunt:Immundis enim nihil est mundum: sed polluta sunt eorum mens & conscientia, ut ait Apostolus. Immundi uerò sunt omnes, quos non mundat
Actu. 25. fides,quæ creditur in Christum, de qua scriptum est. Mundans fide corda eorum. Sed ne istas eleemosynas,quæ fiunt de fructibus terre, respuere Christus uideretur: Hæc inquit,oportuit facere, scilicet iudicium & charitatem Dei, & illa non omittere. scilicet eleemosynas fructuum terrenorum. Ex his datur intelligi,quòd in peccato mortali per
Mat. 23 manentes,etsi eleemosynas largas,faciant, non tamen per eas satisfaciunt:quia inordinate agunt,dum a se non incipiunt:nec propriè dicitur eleemosyna tale opus, dum sibijpsis crudeles existunt non placentes Deo. Non ergo dicenda est illa peccati satisfactio,quam quis agit pro uno peccato dum perdurat in altero. Quia nihil prodest ieiuna
De pœ di. 3.ca.nihil Prodest. re, & orare & alia bona agere,nisi mens reuocetur a peccato: & si aliquando conuersus tacitum peccatum sacerdoti fuerit confessus. de utroque imponenda est ei sati sfactio,quia de primo condignè non satisfecit.

Secundum quosdam fuit satisfactio.

Quibusdam tamen uidetur fuisse satisfactio, sed infructuosa, dum in peccato alte-
De pœ.d. 3.ca quę. rathic ad finem ro persistit:percipietur tamen fructus eius,incipietque proficere, cum peccati alterius, pœnituerit. Tunc enim utrunque dimittitur peccatum, & satisfactio præcedens uiuificatur,quę fuerat mortua sicut baptismus illi,qui fictè accedit,tunc primitus ualet, cum
Augu. de pœ.d.3.c. pium est fictio a mante recedit per pœnitentiam. Et in huius opinionis munimentum actoritates. Ait enim Augustinus: Pium est credere,& nostra fides expostulat,ut cū gratia Christi in homine destruxerit mala priora,etiam remuneret bona: & cum destruxerit quod
Hierony: in ibidem. c. si quando Psal. 125 suum non inuenit, diligat bonum,quod in peccante plantauit. Item Hieronymus: Si quando uideris inter multa peccata quenquam facere aliqua iusta opera, non est tam iniustus Deus,ut propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum: sed faciet ea metere,& in horrea congregare,quæ bona in terra seminauit. Sed hęc dicta intelligimus de illo, qui in charitate quodam. tempore bona facit, & bonus est:alio uerò tempore malus est, & multa peccata facit. Non ergo intelligendum est eum inter multa peccata iusta opera fecisse,quasi simul uno,eodemque tempore peccata fecerit & iusta opera, sed diuersis temporibus utraque fecisse. Nisi enim bonus foret, quando bona fecit,non seminasse diceretur in terra bona. Destructis ergo malis post opera bona commissis,priora bona in charitate scilicet facta, quæ sequentia mala mortificauerant. pœnitentia de illis malis habita,uiuificantur & remunerantur. Vnde Apostolus: Iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, opera mortua nominans,
aliàs profi cere. priora bona significat, quæ per sequens peccatum erant mortua: quia hi peccando priora bona irrita fecerunt:Hęc sicut peccando irrita fiunt, ita per pœnitentiam reuiuiscunt, & ad meritum æternitatis * prodesse incipiunt: Similiter & illud bonum
aliàs bene. amat Deus, quod plantauit in peccante: in illo scilicet, qui post bonum illud peccauit, non simul peccans & * bonum operans extitit: quia talis hominis opus non diligeret Deus ad remunerationem. Potest etiam accipi de operibus bonis,quæ ab aliquo
De operibus bonis. fiunt dum malus est, & in peccato mortali persistit, uel ad tempus uel usque in finem . quæ dicuntur à Deo remunerari, & non dari obliuioni: non quia proficiant ad

uitam æternã obtinendam, sed ad tollerabilius extremi iudicij supplicium sentiendum:sicut de fide & cæteris,quę sine charitate habentur. Aug. ait: Si quis non habens charitatem,quæ pertinet ad unitatem spiritus,& uinculum pacis, quo ecclesia congregata connectitur:in aliquo schismate cōstitutus, ne Christum neget,patitur tribulationes,famem, persecutionem uel flāmas, uel bestias, uel ipsam crucem timore gehennę, nullo modo ista culpanda sunt,imò & hæc laudanda est patientia. Non enim dicere poterimus melius ei fuisse,ut Christum negando nihil horum pateretur,quæ passus est confitendo:sed æstimandum est fortasse tolerabilius ei esse futurum iudicium,quàm si Christū negando nihil horum pateret, ut illud quod ait Apostolus: Si tradidero corpus meū ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. ideſt nihil mihi prodesse intelligitur ad regnum obtinendum,sed ad extremi iudicii tolerabilius subeū dum supplicium. Et infra. Hæc propter charitatem dicta sunt,sine qua in nobis non potest esse uera pœnitentia:quoniam in nobis charitas Dei est,quę tolerat omnia.

De pœ. d. 3.ca quod ergo. Aug. de uera pœn & hīde pœn. dist. si quis autem. Collo 4. 1. Cor. 13. Ibidem. 2. Cor. 12.

Perstringit dictorum summam, ut alia addat.

Ex his ostenditur,bona quæ sine charitate fiunt,prodesse quidē ad tolerabiliorem pœnam sentiendam,sed non ad uitam obtinendam. Illa enim quę in charitate quis facit si postea,plapsus fuerit nec exurrexerit: non esse in memoria Dei Ezechiel dicit:Si auerterit se iustus a iustitia,& fecerit iniquitatem,nunquid uiuet? omnes iustitię eius,quas fecerat,non recordabuntur, in peccato suo morietur & non erunt in memoria iustitię quas fecit. In cuius loci expositione Gregorius ait: Hoc nobis maximè considerandum est:quia cum mala committimus sine causa ad memoriam transacta bona reuocamus quoniam in perpetratione malorum,nulla debet esse fiducia bonorum præteritorum. Intelligendum est hoc ad uitam percipiendam bona præterita non dare fiducia m: etsi ad mitiorem pęnam: alioquin præmissæ auctoritati Augustini obuiaret. Et bona ergo sine charitate facta, & bona in charitate facta, quæ concomitantur mortalis culpa, quam non delet sequens pęnitentia: ad sensum mitioris pęnæ proficiunt, non ad uitæ fructum.

Ezec. 18. & 33. Gregorius de pœ. di. 4. cap. hoc nobis.

Auctoritates alias inducit contra eos, qui dicunt de uno peccato præsentiam agi altero tacito.

Satis arbitror illis esse responsum, qui asserunt de uno crimine pęnitentiam agi, & ueniam prestari,alio in delectatione retento, uel per confessionem non exposito: qui non modo præmissis auctoritatibus confutantur,sed etiam subditis: Ait enim Augustinus: Sunt plures,quos pœnitet peccasse,sed non omnino:reseruantes sibi quædam in quibus delectentur, non animaduertentes dominum simul mutum, & surdum à dæmonio liberasse: per hoc docens nos nunquam de omnibus sanari. Si enim uellet peccata ex parte reseruari, habenti septem dæmonia proficere potuit sex expulsis: expulit autem septem, ut omnia crimina simul eiicienda doceret. Legionem uerò dæmonum ab alio eijciens, nullum reliquit ex omnibus, qui liberatum possideret: ostendens, quod etsi peccata sint mille, oportet de omnibus pęnitere. Nunquam aliquem sanauit dominus, quem non omnino liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbato: quia & corpus ab omni infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans pęnitentem oportere simul dolere de omni crimine. Scio enim Deū omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen, reseruat, de alio recipiet ueniam? Sine amore Dei consequeretur ueniam, sine quo nemo unquam inuenit gratiam? Hostis enim Dei est dum offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est,ab illo qui iustus & iustitia est,dimidiam sperare ueniam. Iam enim sine uera pęnitentia in ueniret gratiam. Pęnitentia enim uera ad baptismi puritatem confitentem conatur ducere. Recte enim pęnitens, quicquid sordis post purificationē baptismi contraxit,oportet ut abluat saltem lachrymis mentis. Sed satis durus est,cuius mentis dolorem oculi non declarant. Sed sciat se culpabiliter durum,qui deflet damna temporis,uel mortem amici,& dolorem peccati non ostendit in lacrymis. Quem ergo pęnitet,omnino pœniteat. Idem pęnitentes si uerè estis pęnitentes,& non estis irridentes,mutate uitam, reconcialiamini Deo. Pęnitentiam agis genua figis,& rides, subsannas Dei patientiam. Si pœnitentiam agis, pęnitet te:si non pęnitet te,non es pęnitens. Si ergo pęnitet te cur facis, quæ male fecisti? Si fecisse pęnitet,noli facere:si adhuc facis,certè non es pęnitens. Ité Innocentius secundus: Admonemus fratres nostros, ne falsis pęnitentijs laicorum animas decipi, & in Infernum pertrahi patiantur. Falsam autem pęnitentiam esse constat, cum spretis pluribus, de uno solo pęnitentia agitur, uel cum sic agitur de uno, ut non discedatur ab alio.

Aug. de uera pęn. ca. 9. b De pœ. d. 3. ca. sunt plures. Matt. 17. Mar. 7. Luc. 8. Mar. 5. Ioh. 7. In quodā sermone de pęnitentia 1. Cor. 5. Innocentius 2. de pœ. d. 5. ca. fratres nostros.

Repetit

Repetit de vera pœnitentia, ut addat quædam.

aliás. * de let.

Matt. 26. Hier. 4. super Matt. c. 17. & al legatur d. pœ. di. 3. c. nihil Iudę. pfuit. Psal. 108.

August. in epistola secũda ad Macedonium.

Et præmissis perpiscua fit notitia ueræ pęnitentiæ, uel satisfactionis. Illa enim uere est pęnitentia, quæ peccatum abolet, quod illa sola facit, quæ scelus corrigit. Illa uerò scelus corrigit, quæ odium commissi criminis & cõmittendi cum desiderio satisfaciendi affert. Iudas enim pœnituisse legitur sine assecutione ueniæ, quia tali pęnitẽtia non correxit crimen. Vnde Hieronymus; Nihil Iudæ profuit egisse pęnitentiam, per quam scelus corrigere non potuit. Si quando frater sic peccat in fratrem, ut emendare ualeat qđ peccauit, potest ei dimitti: sin autem permanent opera, frustra uoce assumitur pœnitentia: Hoc est, quod de eo dicitur. Et oratio eius fiat in peccatum: ut non solũ emendare nequiuerit proditionis nefas, sed proprii homidii scelus addiderit. Caue qualiter intelligas illud, Vt emendare non ualeat, quod peccauit &c. Non enim emendatio hic intelligenda est, rei demptæ recompesatio, sed delicti exprobatio & abominatio cum satisfactionis desiderio. Demit enim iniustè qs alicui, quod restituere non ualet, oculum uel uitam & huiusmodi: & tamen si pœnituerit peccati cum amore condignè satisfactioni ueniam habet. Nec ideo quisquam putet, qui rem alienam iniustè abstulerit, quam reddere potest: de illo peccato pęnitere, ac ueniam consequi, nisi restituat ablatum. Quam diu enim res, propter quam peccatum est, non redditur, si reddi potest: non agitur pœnitentia, sed fingitur.

Sũma distinctionis. XV.

Nahum. 1

Gratian.

PRæhabita distinctione tractauit Magister quid sit pœnitentia ipsa in se, & de quibusdã proprietatibus eius, quorundam quoque errores excludens: hic circa eãdem materiam excludit & alium quendam errorem dicentium hominem posse pœnitere, satisfacere, & ueniam obtinere de uno peccato mortali, alijs pęccatis mortalibus retentis, seu per pœnitẽtiam non deletis. Et de hoc tractat diffusè, ac diligenter, motiua illius opinionis tangens, ac soluens & multa uerba sanctorum obscura exponens, catholicæ, ac benè declarans, atq; ecclesiasticam assertionem demonstrans, uidelicet mortalia simul inexistentia non posse ab inuicem diuidi, quantum ad pœnitentiam, ac uenię consecutionem. Tanguntur autem in textu materię scripturarum utiles ualde, & specialiter uerba Hieronymi circa illud Nahum prophetæ. Non uindicabit dominus bis in idipsum de Aegyptijs à Deo plagatis, de Sodomitis sulfureo igne consumpsit, & de Israelitis in solitudine propter sua peccata occisis, an per temporalem pœnam euaserunt æternam: De qua etiam materia plenè tractat Magister Gratianus in decreto, cuius dicta concordant his. Deinde circa finem huius distinctionis breuiter tangitur de satisfactione & restitutione, & quòd ad satisfactionem specialiter pertinent oratio, eleemosyna, ieiunium nec relaxatur peccatum, nisi restituatur ablatum. Cum prætactus error in ista distinctione plenissimè reprobetur, quæ paucos aut nullos habet nunc defensores, idcirco doctores specialiter scribunt hic, & q̃runt de satisfactione & de pręnominatis partibus eius; & item de restitutione.

QVAESTIO I.

Obiectiones cõtra ueritatem

PRimò ergo hic quæritur. *Quid sit satisfactio, & an homo ualeat pro suis peccatis satisfacere Deo.* ¶Et sicut continetur in litera, satisfacere est peccatorum, seu uitiorum causas excidere, & eorũ suggestionibus aditum nõ prębere, aut indulgere. Contra quod obijcitur, quia satisfacere est per opera satisfactoria offensam, atq; iniuriam alicui irrogatam recompẽsare. Et sicut habetur in textu, satisfactionis opera quantum ad Deum, præcipuè sunt orare, eleemosynam dare, & ieiunare, quæ non sunt idem quod causas uitiorum excidere. Rursus causæ, & radices uitiorum sunt fomes, & innata fragilitas; amor priuatus, instabilitas cordis: quæ nõ uidentur posse excidi. Imo circa hæc excidenda, & extirpanda perpauci uidentur intenti, & ita paucissimi satisfacerent Deo. Videtur quoque, quòd homo non queat satisfacere Deo, quia non potest aliquid æquiualens rependere Deo. Satisfacere autẽ dicit quandam adæquationem satisfactiui ad offensam iniuriati, inæqualitatem iniuriæ, seu offensæ reducendo ad cõplanationem, & æqualitatem complanationem, & æqualitatem iustitiæ. Cum ergo peccatum deitatis offensiuum, & iniuriatiuum, sit quodammodo infinitæ enormitatis, non uidetur homo pro illo satisfacere posse. Item quicquid habemus, sumus & possumus, à Deo sortiti sumus, ac ei debemus tam pro beneficio creationis, quàm conseruationis, & potissimè pro supernaturalibus beneficiis eius Ergo ex illis non possumus ultra debitum illud Deo aliquid exhibere, ac debita alia ei persoluere.

Respõsio Antisio. Trifariam & offendimus satis facimus. Exo. 5. Satisfactio non utilis.

¶Circa hæc scribit Antisiodorensis in Summa lib. 4. Dicendum est, inquiens, de satisfactione. Sicut enim tribus modis offendimus Deum uidelicet corde, ore, & opere, sic iustum est, ut tribus modis satisfaciamus: corde per contritionem, ore per confessionem opere per satisfactionem. Hoc significatur per triduum, de quo moyses ait in Exodo. Ibimus uiã triũ dierũ in solitudinem, ut sacrificemus Deo nostro. Tunc demum utilis est exterior satisfactio, quando homo uidet, odit, ac detestatur fœditatem sui peccati, quo sufficienter expleto, aptus est Deo immolare dignas, spiritalesque hostias. Itaque satisfacere est causas peccatorum excidere, & cet. Qui abstinet à peccatorum proposito non peccandi, satisfacit. Ait namque Hieronymus: Nõ ieiunat, qui abstinet a carnibus naturalibus. & uescitur carnibus draconis id est, diaboli, cuius carnes sunt, arrogantia, odium, inuidia, detractio, contentio &c. Ergo abstinere a peccato, est ieiunium, quod elegit dominus. Si autem obiiciatur, quod ministri ecclesiæ cõfessores, sequi debẽt Christum summum sacerdotem, qui pro peccato non iniũxit exteriorem satisfactionem, sed abstinere de cætero a peccato, dicens mulieri in adulterio depræhensæ, Vade, & noli ampliùs peccare, ergo minores sacerdotes non debent exteriorem satisfactionem iniungere.

Abstinere a peccata ieiuniũ est electum. Obiectio. Iohan. 8.

Iohan. 8.

Rursus, ueraciter pœnitens, in infinitum plùs dolet de culpa sua, quàm de amissione suæ pecuniæ. Habet enim charitatem, quæ in infinitum plùs odit peccatum, quàm temporale damnum. Cum ergo pœnitere, sit dolere, quòd est quodam punire, sequit, quòd pœnitens interiori punitione incomparabiliter se plùs punit, quàm peccando gauisus est, uel exteriori satisfactione affligitur.

Dilatio.

Non ergo requiritur exterior satisfactio. Rñdendũ, quòd sacerdos quædam iniungit ad fundamentum satisfactionis, utpotè abstinere a vitijs, & restituere ablata, sine quibus nullus dignè satisfacere ualet. Quædam uerò iniungit ad expeditionem satisfactionis, ut ueritate prauorum consortia. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Hinc dictum est Lot: Noli post tergum respicere, &c. Quædam iniungit ad substantiam satisfactionis, ut ieiunare, eleemosinas dare, peregrinationes, disciplinas, & consimilia. Quædam uerò ad perfectionem, plenitudinem, & securitatem satisfactionis, ut opera supererogationis. Abstineres igit̃ à peccatis, fundamentum est satisfactionis, non ipsum satisfacere. Duplex quoq; est excisio causarum peccati. Vna simplex, cõsistens in abstinentia à peccato, alia quodã modo uiolenta, & per contraria, quemadmodum per ieiunium excidimus causam luxuriæ, per eleemosynarum largitionem causam auaritiæ. Sicq; accipitur excidere causas peccatorum in pręhabita dimensione. Ieiunium quoq; à solis corporalis cibis dominus non acceptat, sed illud, quo simul à uitiis abstinetur. At uerò minores sacerdotes Christũ sequi debent in actibus uirtuosis, nõ in eminentia, atque potentia, in quibus, nec possunt, nec debent ipsum sectari. Dominus autem mulierem illam in adulterio captam vidit pro suis peccatis perfectè punitam, per contritionem, & erubescẽtiam, quam coram hominibus fuit passa: ideo aliam ei pœnitentiam nõ iniunxit. Et quia minores sacerdotes pœnitẽtiũ corda non intuentur, ignorant an contritio sola sufficiat: ideo exteriorem satisfactionem iniungunt. Nec sequitur, magis dolet, ergo magis se punit sola contritione, cum dolor ille non sit ita proportionalis exteriori punitioni. Hęc Antisiodorensis.

Satisfactio multiplex.

1. Cor. 17. Geñ. 19.

Causarum peccati excisio duplex.

Sacerdotes in qb sequantur Christum

Mulier in adulterio dephensa.

Thomas. Aquinas. Actus dicitur uirtutis duob' modis.

¶Pręterea circa hæc Thomas primo sciscitatur, an satisfactio sit uirtus, uel actus uirtutis. Respondet, aliquis actus uirtutis dupliciter. Primò materialiter, & sic quilibet actus non implicans, nec includens malitiam, nec defectum debitæ circunstantiæ dici potest actus uirtutis: quoniam quolibet tali actu potest uirtus uti in suum finem, ut ambulare, &c. Secundò dicitur actus esse actus uirtutis formaliter, quia in nomine suo formam, & rationem uirtutis habet implicitam, sicut fortiter sustinere est fortitudinis actus, formale autem cuiuslibet uirtutis moralis, est ratio medii. Hinc omnis actus, qui medij rationem importat, est formaliter actus uirtutis. Cumque ęqualitas sit medium, quod designat satisfactio in nomine suo cum nil dicatur satis nisi secundum proportionem æqualitatis ad aliquid, constat, quòd satisfactio etiam formaliter sit actus uirtutis.

¶ Si aũt quæratur cuius uirtutis, dicendum, quòd secundum philosophum 5. Ethicorum. mediũ iustitiæ sumitur secundum adæquationem rei ad rem in aliqua proportionabilitate. Cumque talem adæquationem nomen satisfactionis designet, cõstat, quòd satisfactio sit formaliter iustitiæ actus. Porrò iustitiæ actus secundum philosophum, est, uel sui ad alterum, ut dum quis reddit alteri, quod ei debet, uel alterius ad alterum, ut cum index facit iustitiam inter duos. Dum autem actus iustitiæ est sui ad alterum, æqualitas in ipso faciente consistit. Cum uerò est alterius ad alterum, æqualitas consistit in passo iniustum. Cumque satisfactio æqualitatem designet infaciente, dicit actum iustitiæ, qui est sui ad alterum, propriè loquendo. Sed sui ad alterum potest quis facere iustitiam, vel in actionibus, vel in passionibus, vel in rebus exterioribus, quemadmodum, q̃ iniuria fit alteri, uel subtrahendo res eius, uel eũ aliqua actione lædendo. Et quoniam usus exteriorum rerum est dare, aut exhibere, ideo actus iustitię secundum quod æqualitatem in exterioribus rebus constituit, est reddere.

¶Circa prætactam demum iustitiæ definitionem notandum, quòd iustitia non solum tendit ad hoc, ut præcedendem tollat inęqualitatem, puniendo culpam præteritam: sed etiam ut in futurum custodiat æqualitatem, quia secundum philosophum 3. Ethicorum pœnę sunt medicinæ. Hinc satisfactio, quæ est actus iustitię pœnam inferentis, est medicina curans peccata præterita, atque à futuris præseruans. Ideo dum homo homini satisfacit, præterita recompensat, & de futuris cauet. Sicque satisfactio potest dupliciter definiri. Primò, respectu culpæ præteritæ, quàm recompensando curat sic ita describitur: Satisfactio est illatę iniurię recompensatio in æqualitatem iustitiæ. Et in idem redit descriptio. Anselmus, dicentis: Satisfacere, est Deo debitum honorem impendere, ut consideretur debitum ratione culpæ commissæ. Secundò, potest definiri, prout præseruat à culpa futura, & ita definit eam hic Augustinus, dicendo: Satisfacere est peccatorum causas excidere, &c. Præseruatio demum à morbo corporali, fit per ablationem causarum, ex quibus consequi potest morbus. Sed in morbo spirituali non est sic: quoniam liberum arbitrium non cogitur, idcirco manentibus præcedentibus causis, potest morbus iste uitari, quamuis difficulter: remotis quoque causis illis, potest incurri. Ideo in hac satisfactionis diffinitione duo ponuntur, puta abcisio causarum, quantum ad primum ac: renitentia liberi arbitrij contra peccatum quantum ad secundum. Denique intelligenda sunt hæc de proximis causis peccati actualis, quæ sunt libido ex consuetudine peccandi, vel actu peccati relicta, & quædam reliquiæ peccati præteriti, ac exteriores peccandi occasiones: ut locus, mala societas, &c. quæ causæ possunt uitari: quamuis, quæ est causa remota peccati, nequeat totaliter extirpari. Hoc quoque sciendum, quòd causa mali seu priuationis eo modo, quo habet causam, est bonum deficiens. Bonum uerò faciliùs tollitur, quam construatur. Idcirco faciliùs est causas priuationis seu mali abscindere, quàm ipsum malum remouere, quòd non remouetur, nisi bonum constituendo, ut patet in cæcitate, & causis eius.

Definitiones satisfactionis due.

August.

¶Modo videndum, qualiter ualet homo pro suis peccatis satisfacere Deo. Itaque aduertendũ, q̃ hõ dupliciter fit debitor Deo. Primò rõne beneficij accepti, secundò, ratione peccati commissi, vel admissi. Quemadmodum autem latria seu gratiarum actio respicit debitũ accepti beneficij, sic satisfactio respicit debitum peccati cõmissi. In honoribus autem exhibendis dijs, atq; parentibus, et secundum philo-

Hõ duob' modis cõstituitur debitor Dei.

philosophum. impossibile est reddi æquiualens secũdum quantitatem. Sed sufficit, quòd hõ faciat, quòd potest: qm̃ amicitia non respicit æquiualens, sed qđ possibile est. Et hoc etiam est æquale aliqualiter, puta ſm proportionabilitatem. Nã sicut se habet hoc, quòd Deo debitum esset, ad Deum ita hoc, quòd iste potest reddere, habet se ad ipsum. Sicq; aliqua forma iustitiæ conseruatur ibidem. Consimiliter est ex parte satisfactionis. Itaq; non potest homo satisfacere Deo, si ly satis, æqualitatem quãtitatis importet; sed prout æqualitatem proportionis designat. Et sicut hoc sufficit ad rationem iustitiæ, ita ad rationem satisfactionis. Ad obiectum ergo dicẽdum, quòd sicut offensa habet quandam infinitatem ex infinitate maiestatis diuinæ, ita, & satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordiæ, prout satisfactio informata est gratia: per quã acceptum redditur Deo, quod homo reddere potest. Veruntamen quidam dicunt, quòd peccatum habet infinitatem ex parte auersionis, & sic gratis dimittitur: sed ex parte conuersionis est grauitatis finitę, & ita pro eo satisfieri potest. Sed hoc nihil est, quoniam satisfactio nõ correspondet peccato, nisi secundum quod est offensa Dei, quod non habet ex parte conuersionis, sed solum ex parte auersionis. Hinc alij dicunt, quòd etiam quantũ ad auersionem, pro peccato satisfieri potest uirtute meriti Christi, quod fuit quoddãmodo infinitum. Et hoc est, quòd dictum, est, quòd per fidem mediatoris hominibus gratia data est. Attamẽ si Deus hominibus alio modo gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum prædictum. Hæc Thomas in Scripto.

Satisfactionis propositio.

Dilutio obiecti tertij supra& circa, quæstionis initium.

Opinio.

Improbatio opinionis.

Attendes.

¶ Sciendum autem, quòd sanctus doctor istè recessit a corpore, ac migrauit ad dominũ in compilatione tertiæ partis summæ ante ipsius completionẽ, in tractatu isto de pœnitentia. Interim quidam doctor suppleuit, quòd defuit ex hoc scripto eiusdem sancti doctoris: idcirco de cætero scripta illa ex tertia parte nõ allego, quia nil aut parum ibi habetur, nisi, quod ex hoc scripto acceptum est. ¶ Concordat Alber. & Petrus.

Richard⁹ Quo satisfieri põt Deo.

In idem redit responsio Richardi, dicentis: Hominem posse satisfacere Deo, intelligi potest dupliciter, Primò, quòd hoc possit per se sine alterius adiutorio, & ita non potest hoc. Secundò, quòd per adiutorium meriti, ac gratiæ Christi hoc possit, & ita est concedendum. Quærit quoque Richardus, an Deus posset homini dimittere culpam mortalem sine ipsius contritione, & satisfactione. Et respondet, quod de lege communi non possit hoc fieri, cum repugnet omnino iustitiæ. Dicuntque aliqui, quòd nec de lege speciali possit hoc fieri, quia culpa sine gratiæ infusione non dimittitur: gratię uerò obex non potest auferri sine contritione, quæ est satisfactio quædam. Sed quidam dicunt contrarium, quia quod Deus potest per causam secundam, & instrumentalem, potest immediatè per seipsum. Mihi uerò, ait Richardus, videtur, quòd impio, quàm diu est in actu peccati, gratia non possit infundi, nec culpa dimitti: sed in somno hoc fieri potest, cum tunc nihil positiuum sit in eo, nisi, quod bonum est, & à Deo, & quod præter hoc in ipso est, non est nisi priuatio gratiæ, ac uirtutis: Hæc Richardus.

Absque contritiõe non est remissio regularis.

Opinio.

Opinio priori cõtraria.

Bonauen.

¶ At uerò Bonauentura respondendo ad istud, an homo queat reconciliari, ac satisfacere Deo, ponit duas responsiones, uidelicet tam illam, quàm Thomas ponit, ac sequitur, quàm aliam; quam breuiter tangit, ac reprobat. Bonauentura utramque dicit esse probabilem. Veruntamen responsio Thomæ uerior esse uidetur, eo dempto, quòd ait peccatum habere rationem offensæ, ac culpæ solum ex parte auersionis a Deo, & non apparet, cum, & conuersio illa sit à Deo prohibita, atque in se inordinata, & pœna sensus correspondeat ei. ¶ Insuper prætactis ex Richardo consonare uidentur uerba Scoti, dicentis: Ad deletionem culpæ mortalis post baptismum commissæ, requiritur punitio uoluntaria, uel punitionis uoluntas quorum nullum sine pœnitentia esse potest. Quod tamen non intelligo de requiri simpliciter necessariò, cuius oppositum contraditionem includat: quoniam posset Deus remittere sine omni actu illius cui remittit: sed nec de requiri necessariò, supposito hominis actu, cui remittatur. Posset namque Deus remittere per aliquem feruentem motum dilectionis in Deum, absq; quocunque actu prædicto, sumpto sub propria ratione, puta in actu feruoris ad martyrium statim suscipiendum. vbi forte non esset cogitatio de aliquo mortali peccato, nec per cõsequens aliquod, pœnitere prædictum, & hoc formaliter, quamuis uirtualiter in illo actu esset pœnitere. Itaque ad deletionem culpę regulariter necesse est pœnitere, & dico regulariter fieri, quod sit secundum regulas à diuina sapientia determinatas: quarum hęc una est, quòd peccatum mortale non dimittatur sine displicentia de peccato commisso, quæ regula est rationabilis valde: quoniam sicut peccatum auertit à fine, & conuertit ad creaturam, ita rationabile est, quòd non deleatur nisi per motum contrarium auertentem a peccato, & a creatura, secundum quod circa illam fuit peccatum, & conuertentem ad Deum. Hæc Scotus. ¶ Introductis autem ex Thoma concordant scripta Argentinensis, Durandi, ac plurium aliorum.

Thomas ſm sio verior.

Scotus.

QVAESTIO II.

QVæritur quoq;, *An homo queat satisfacere pro uno peccato sine alio*, & utrum pœnitentia seu satisfactio in mortali peccato facta, sit ualens, aut potius iteranda, uel saltem alicuius temporalis boni, aut commodi meritoria, uel infernalium supplicium mitigatiua. ¶ In hac quæstione multa tanguntur. Primum est, an homo possit satisfacere, reconsiliariq; Deo pro uno peccato sine alio. ¶ Videtur, quòd sic. Peccata enim sigillatim, ac diuersis temporibus fiunt. & diuersas pœnas merentur, nec habent connexionem: ergo singulatim possunt deleri, & expiari. Nam & homo potest se emendare de uno, non se emendando de alijs. Rursus, durus esset homo, qui non reciperet solutionem, & satisfactionem pro una parte debiti sibi obligati, nisi, & totum pariter solueretur. Ergo multo minus hoc decet superpijssimum Deum. Insuper uidetur, quòd pœnitentia facta in mortali, sit ualida. Aliàs enim omnes essemus in grandi periculo. cum ignoremus an digni simus amore, an odio. Cumque mortaliter peccat, qui se committit discrimini, oporteret uos indesinenter reiterare pœnitentiam nobis iniunctam, cum simus incerti an eam ex charitate soluerimus. Deinde apparet, quòd opera extra charitatem, non sint meritoria alicuius boni, nec minoratiua alicuius supplicii. Peccator namque secundum Augustinũ: non est dignus, quo uescitur pane, & à mortuo, & displicente, & odio habito non potest procedere opus acceptum ei, qui odio habet illum. Sed qui in mortali est culpa, est spiritualiter mortuus, ac displicẽs Deo, & inimicus eius. Ampliùs cũ pœna inferni finita sit intẽsiuè

Cõtra ueritatem.

Eccle.9.

Augustin.

si per opera bona extra charitatem facta minueretur, posse tandem per ea totaliter expiari, ac tolli. ¶ In oppositum est, quòd nullum bonum est irremuneratum, & quod Deus non, est pronior ad puniendum, quàm ad ignoscendum.

¶ Circa hęc scribit Bonauentura. Quidam dixerunt de uno peccato satisfactionem fieri posse, peccatore existente in alio, quia immensa Dei benignitas, acceptat satisfactionem quantumlibet modicã. Verum hi non aduerterunt quid sit satisfacere. Nã satisfacere non solum designat tolerationem pœnè pro culpa. Non enim Deus delectatur directè in pœnis nostris, sed in iustitia uoluntatis, & reconciliatione, quæ agitur per uirtutes, & per conuersionem mentis ad ipsum. Quod esse non põt, q̃diu aliquod peccatum mortale manet in nobis, & hoc pp connexionem uirtutum in una gratia, quæ delet omnem culpam mortalem, cum habeat omnem uirtutẽ sibi annexam, & itẽ propter diuinam largitatẽ, quæ nequaquã ſm partem gratificat, imò omnem offensam simul cõdonet. Et rursus pp peccata mortalia, quæ omnia communicãt in auersione, atq; cõtemptu Dei, & oĩa sunt contra Deum, & proximũ. Idcirco si Deus remitteret culpã de uno sine alio, is, cui remittitur, simul esset amicus, & inimicus, conuersus, & auersus, reconciliatus, & non reconciliatus. Ideo in Eccles. habetur: Qui in uno peccauerit, multa bona perdet. Et beatus Iacobus in sua ait Canonica: Qui offendit in uno, factus est omnium reus: qm̃ qui peccat in uno, non satisfacit pro aliquo, eo, quòd in uno peccato unus offendit. Imò in omnibus peccatis unus, & idem inhonoratur, relinquitur, atq; cõtemnitur. Et impossibile est, quòd Deus simul sit amicus, & inimicus eiusdem. Hinc p Isaiam dominus loquitur: Ecce ad contentiones, & lites ieiunatis. Nunquid tale est ieiunium, quod elegi? Gregorius quoq; i homilia: Qui sic alia plãgit ut alia commitat, pœnitentiã agere dissimulat, aut ignorat. Hoc ẽt rõne probatur, quia in hoc peccator dignus est pœna, quòd in se imaginem Dei deformat. Ergo non satisfacit nisi per reformationem imaginis, quæ non reformatur, nisi omni mortali peccato excluso. Hæc Bonauentura.

Ecclę 9. Iaco. 2

Isaia. 58. Gregori⁹.

In peccato cõstitus, an satisfaciat de alijs peccatis

¶ Qui consequenter respondens ad istud utrum homo abstinens, seu alia satisfactoria, & pœnitentia pro peccatis, hoc est, utrum homo & contritus, & confessus, ac pœnitentiam sibi iniunctam in charitate facere inchoans, & ante eius complectionem in mortale uitium corruens, satisfaciat pro illis confessis, continuando, & complendo satisfactionem sibi iniunctam: Satisfacere, inquit ex sua significatione includit Dei acceptationem, & reconciliationẽ, ac amicitiã. Cumq; sine gratia gratum faciente, & charitate impossibile sit quẽq; Deo placere, eiusq; opera acceptari à domino, ideo sine charitate, & gratia impossibile est satisfacere Deo. Attã potest se homo in peccatis existens præparare ad gratiam, & ita satisfacere ex eadem. Sicq; intelligendum est, q̃ Daniel dixit Nabugodonosor regi: Peccata tua eleemosinis redime. Porrò dum quis satisfactionem sibi iniunctam compleuit, si probabiliter putat seu uerisimiliter dubitat non satisfeciſſe se Deo. i ex charitate non impleſſe, non debet a satisfactione cessare, quousque per probabilia signa certitudinem habeat de culpa dimissa, & pœna. Hinc sicut dictum est de alijs sacramentis, præsertim de eucharistia, quòd non ualet nisi charitatem habentinon tamen tenetur quis uerè ex charitate accedere, sed, probabiliter se ad eam disponere, ita de satisfactione dicendum, quòd opera pro satisfactione tenetur implere, seq; quantum in se est, ad charitatem disponere. Et sic absolutus est in foro ecclesię, atq; a pœna conscientiæ suæ, & in foro Dei est absolutus, ita ut non peccet in hoc faciendo. Attã per hęc opera non absoluitur omnino. Iõ sanũ consiliũ est, quòd hõ semper pœniteat. Sufficit tñ cum, signis probabilibus pœnitentiã feciſſe, nec oportet eam reiterare. Hinc aduertẽdum, q̃ duplex est forũ ſm duplex iudicium, utpotè forum ecclesiæ, & forum diuinæ iustitiæ. Primum est manifestum, ſm occultum. Si quis impleat pœnam, pœnitentiamve iunctam sine remorsu diligentis conscientiæ: tamen extra charitatem, non tenetur satisfacere amplius, nec iudicio sacerdotis, nec conscientiæ suæ. Tenetur tñ iudicio Dei, q̃a adhuc Deus exigit pœnã.

Duo sunt fora iudiciorum.

¶ Præterea quæritur, an opera satisfactoria extra charitatẽ facta, adueniente charitate, reuiuiscant. Dicendum, quòd de hoc sunt duæ opiniones. Vna, quòd opus satisfactorium quantum est de sua ratione, perfectè meretur collationem gloriæ, remissionemq; pœnæ. Collationem gloriæ inquantum est ex charitate: remissionem pœnæ, inquantum est sacramentale. Ideo sufficit, quòd fiat in charitate, quãtum, ad hoc, quia per charitatem pœna debita fit satisfacienti proportionalis pœna, quàm sustinet. Dicunt ergo, quòd impossibile sit opera illa uiuificari, quantum ad meritum seu retributionem uitæ ęternæ: quoniam non fuerunt ex charitate: sed quantum ad meritum remissionis pœnæ, quia non erat defectus illius, nisi quia pœna non erat proportionalis: ideo isto posito, in charitate, & pœna facta proportionali uiuificantur, quantũ ad hoc, quòd sunt computanda in sortem. Sicq; aliter uiuificantur, quàm opera mortificata. Nam illa uiuificantur ad retributionem ęternam, ista solum ad pœnæ dimissionem. Alia opinio est, quòd omne opus satisfactorium est opus meritorium uitæ æternæ, & fieri oportet ex charitate, idcirco non uiuificatur. Prima opinio est multum probabilis. sed ista secunda securior est. Verum tunc quæstio oritur, quia si opera ista non uiuificantur, an homo per ea aliquid mereatur a domino. Respondendum, quòd de hoc quoque sunt duæ opiniones. Prima, quòd homo per ea, nil mereatur, nec de congruo, neque de condigno, quãuis Deus rõne suæ abundantissimæ largitatis ea aliquo mõ remuneret. Alii probabiliùs dicunt oppositũ, ita, quòd quamuis peccator per opera bona in genere nihil mereat de condigno, aliquid tñ meretur per ea de congruo. Peccator quippè qñq; facit bonum opus ex genere ad propriam gloriam, ut dãdo eleemosinam ad propriam laudem, & sic demeretur. Aliquando verò facit hoc ad gloriam Dei, & propter naturalẽ amorem Dei, quem habet, & hoc non potest esse sine aliqua gratia gratis data, quæ disponit de congruo ad gratiam gratum faciẽtẽ, q̃ gratiã gratis datam Deus aliquo modo acceptat, & ex hoc peccator meretur de congruo. Quod meritũ cõparatum merito charitatis, est improportionale: vt punctus lineæ, & linea superficiei. Vnde sicut linea nihil est ad superficiem, aliquid tñ est in se, ita est de peccatore ad iustum, & de eius amore naturali ad infusum charitatis amorẽ, atq; de merito congrui ad meritũ cõdigni. ¶ Postrema, si inuestiget an opa hmõi ualeant ad tolerabilitatẽ pœnarũ: dicendum, quòd hmõi opera bona dum recta fiunt intentione, valent ad multa. Primò, ad tempora-

Opiniões duę. Opera extra charitatẽ facta

Bona. ea. dẽ. d. q 4.

Opinio-nes duę.

Opera bona extra charitatẽ valent ad multa. Ilaia. Augu.

lium multiplicationē, Isaias ait: Si volueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis. Secundò, ad tolerabilitatē pœnæ æternæ, quemadmodū loquit Augustinus, quòd valent ut tollerabilior (id est, minus afflictiua) existat dānatio. Quod a diuersis diuersimodè intelligit. Quidā dicūt, quòd pœnam facit tolerabiliorem, non ipsam pœnā mutādo, sed fortificando subiectū. Sed hoc non congruit dicere, quòd uirtus aliqua deī dānato pp opera illa bona ex genere, quæ faciat mitiùs sustinere: qm̄ aut daretur ad semper, vel ad tempus: quorum utrumq; in cōueniēs est. Nam uirtus illa, aut est naturalis, aut gratuita, quorum neutrū facile est assignare. Alij dicūt, ꝙ valent ad remissionem pœnæ uermis, quia non tantum conscientiæ sustinebunt remorsum, quantū haberent si nulla opera bona fecissent. Sed illud nō ualent, quia remorsus conscientiæ erit ſm quantitatem culpæ, sicut, & ignis. Ergo si non ualet ad ignē, nec ad uermē. Idcircò dicendum, quòd valet ad tolerabilioré dānationē ex consequenti, quia impediunt culpam factam aggrauari, & retrahūt hoīem a peccandi frequentia, atq; ab intentione libidinis, & contemptus. Non em̄ ex tanta peccat libidine, q̄ interdum facit aliqua opera bona, ut, qui obliuiscit Dei, Adhuc quoq; per consequens ualent ad tolerabiliorem dānationem, & ad ignē, ac uermem: qm̄ talis minus torquebitur, & minorem habebit remorsum, quàm si opera illa non fecisset. Minus, ergo punietur, nō de culpa, quàm cōmisit, sed de malis, quæ commisisset, & de bonis, quæ omisisset, si illa opera bona non fecisset. Et ita intelligendum est de illo, qui moritur statim, & de ao, qui magis vult mori, quàm negat Christum, & de consimilibus. Deniq; circa illud non consurget duplex tribulatio intuendum, quòd tribulatio quadrupliciter potest intelligi duplicari. Primò, quantum ad subiectum punitū; secundo, quantum ad modum puniendi, tertiò, secundum proportionem ad meritum: quartò, penes statuū diuersitatem. Et tribus modis tribulatio duplicatur. Primò, quantum ad subiectum, quia in anima, & corpore affliguntur. Secundò, quo ad modū punitionis: quoniam habent pœnam damni, & pœnam sensus, & per ignem, ac frigus, quemadmodū peccauerunt per timorem, & amorem. Tertiò, quantum ad statum, quia, quorundam, ut impœnitentium pœna hic incipit, & in futuro continuatur. Sed quantum ad proportionem ad meritum, non consurget tribulatio duplex: quoniam Deus semper punit citra condignum. Hæc Bonaventura.

Per opera extra charitatem bona quo tollerabilior fiat damnatio.

Num. 16.

¶Præinductis concordat Albertus: Opera, inquiens, pœnitentię, in quibus quæritur Dei placatio, oportet fieri secundum voluntatem, acceptationemque Dei. Acceptatio autem Dei non est in nobis, ex nobis, nec in opera nostra ex ipso opere nostro, sed ex eo, quòd a Deo accepimus, quod est gratia, gratum faciens. Hinc oportet opera talia ex gratia gratum faciente producere. De his multa conscribit Albertus, quæ ex dictis Thomæ nunc introducendis clarius innotescent. Itaq; sanctus doctor circa quæstiones prætactas conscribit. Cum per satisfactionem tolli debeat precedens offensa, oportet, quòd modus satisfactionis conueniat deletioni offensæ precedentis, cuius deletio est amicitiæ restitutio. Hinc, quod amicitiæ restitutionem impedit, satisfactioni repugnat. Et tale est omne mortale peccatum. Ideo impossibile est hominem satisfacere de uno mortali peccato, si manet in aliquo alio. Hinc satisfactio facta in mortali peccato, non ualet quia in satisfactione oportet, quòd amicitia restituta, restituatur etiam æqualitas iustitiæ, cuius ꝓrium amicitiā soluit, ut dī 9. Ethicorū. Porrò æqualitas in satisfactione ad Deū, non est ſm æquiualentiam, sed magis scm̄ acceptionem diuinā. Hinc oportet ut si iā offensa sit dimissa p̄ pcedētē contritionem, quod opera satisfactoria sint Deo accepta, quod eis dat charitas: iō sine charitate satisfactoria nō sunt. Et sicut hō non est certus, quòd satisfaciendo fuit in charitate, ita, nec de vera, & plena satisfactione. Propter quod in Ecclesiastico dī: De propitiato peccato noli esse sine timore. Nec tn̄ iō necesse est satisfactionem reiterare, si cōsciētiam peccati mortalis hō non habet. Quamuis enim per huiusmodi satisfactionem non expiet pœnam; non tn̄ incurit commissionis reatum ex satisfactione neglecta: sicut, nec ille, qui accedit ad eucharistiæ sacm̄ sine conscientia mortalis peccati, cui subiacet, reatum indignæ susceptionis incurrit, si tn̄ debitam diligentiam fecit conscientiam suam examinando, aliter fatsum esset: qm̄ nulli debet sua negligentia suffragari. Hinc quoq; stare non potest, quòd aliqui dicūt opera extra charitatem facta, per sequentem charitatem uiuificari, quo ad hoc, quòd sint satisfactoria respectu pœnæ, non quantum ad hoc, quod sint meritoria vitæ æternæ; quoniam utrumq; habent ex eadem radice, & ratione, puta ex hoc, quod grata sunt Deo, Ideo sicut charitas aduenies non potest ea gratificare, quantum ad unum, ita nec quantum ad aliud. Veruntamen attendendum, quod quædam sunt satisfactiones, ex quibus manet effectus in satisfacientibus, etiam actibus ipsis cessantibus, sicut ex ieiunio manet corporis debilitatio, & ex eleemosinarum largitione diminutio substantiæ, & ita de consimilibus, & tales satisfactiones in peccatis exhibitas non oportet reiterare: qm̄ quantum ad id, quod de ipsis manet, Deo per pœnitentiam sunt acceptæ. Satisfactiones vero, quæ in satisfaciente post actum non relinquunt ullum effectum, sunt iterandæ, sicut orationes. Actus vero interior, sicut contritio, quia omnino pertransit, nequaquā uiuificatur, sed oportet, quòd iteretur.

Non iuxta equiualentiam, ſ3 iuxta Dei acceptationē satisfacimus.

Eccl. 5.

¶Insuper, si quęratur an talia opera sint meritoria alicuius boni, saltim temporalis: dicendum, quòd meritum, propriè dicitur actio, qua fit, ut ei, qui agit, sit iustum aliquid dari. Iustitia aūt dupliciter dicitur. Primò propriè, quę respicit debitum ex parte recipientis. Secundò, impropriè, & quasi similitudinaria, quę respicit debitum ex parte dantis. Aliquid etenim decet interdum dantem dare, ad quod recipiendum non habet debitum seu ius ipse recipiens. Sicq; iniustitia dicitur decentia bonitatis diuinæ, secundum quod ait. Anselmus, quòd Deus iustus est: tamen peccatoribus parcit; quoniam decet eum. Et iuxta hæc meritum dupliciter dicitur. Primò, actus, quo agens debitum habet seu ius aliquid recipiendi, quod uocatur meritum condigni. Secundò id, per quod efficitur, ut sit debitum dandi in dante secundum condecentiam eius, quod uocatur meritum congrui. Cumque in omnibus, quæ gratis dantur, prima oratio dādi sit amor, impossibile est, quòd aliquis faciat sibi debitum tale, qui amicitia caret. Cumq; omnia bona tpalia, & æterna ex diuina liberalitate nobis præstentur, nullus acqrere pōt debitū recipiēdi aliqd horū, nisi p charitatē ad Deū. iō opa extra charitatē facta, non sunt meritoria exꝺigno, neq; æterni tpalis alicui boni apud Deū. Verum: qm̄ diuinam condecet bonitatem, ut ubicunq; aliquā inuenirit dispositionē,

a dijci

adijciat perfectionē: iō merito congrui dicitur quis promereri aliquod bonū p̄ opera extra charitatē facta. Atq; ſm hoc, opera ista valent ad triplex bonū, vtpotè ad teporaliū consecutionem, ad dispositionē infusionis gratiæ, & ad assuetudinem operū bonorū. Quia tn̄ hoc meritū nō propriè meritū appellatur, iō potius concedendū, quòd huiusmodi opera nō sint meritoria alicuius boni, quàm quod sint meritoria. Deniq;, quia ſm Philosophū 8. Ethicorū, filius p̄ oīa, quæ facit, non potest æquiualens reddere his, quæ a patre suo recepit, p̄ quod pater nunquā efficitur debitor filij sui. Et multominus pōt homo per æquiualentiam meriti, Deum sibi constituere debitorē. Hinc nullū opus nostrū ex quantitate suæ bonitatis habet, quòd aliquid mereatur, sed ex ui charitatis, quę facit ea, quę sunt amicorum esse communia. Veruntn̄ opus malum ex quantitate suæ malitiæ, secundum æquiualentiam meretur pœnam: quia ex parte Dei non sunt nobis aliqua mala facta sicut bona. Porrò, dum quæritur an tale opus bonum, extra charitatem valeat ad infernalis pœnæ mitigationem: dicendum, quòd diminuere pœnam eternā, intelligi pōt dupliciter. Primò, ꝙ quis liberetur a pœna, quam meruit: sicq; cum nullus sibereē a pœna nisi sit absolutus a culpa, quia effectus non minuuntur, neq; tollunt, nisi causa sit diminuta, aut ablata: Hinc p̄ opera extra charitatē facta, quæ nec culpam tollere, nec pœnā minuere queūt, pœna infernalis mitigari non ualet. Secundò ita, quòd meritū pœnæ impediatur. sicq; opera illa infernalē minuūt pœnam. Primò: qm̄ homo reatū omissionis euadit, qui opera illa exercet. Secundò: qm̄ opera illa, aliquo modo disponunt ad bonum, ita, quòd homo ex maiori peccat contemptu, imò, & a multis retrahitur peccatis. dilationem quoq;, aut diminutionē tēporalis pœnæ seu mortis per ea meretur, ut tertiò regū de Achab. describitur: Sic, & tpalium consecutionē bonorum. Quidam verò affirmāt, quòd diminuunt pœnā in inferni; non de ea aliquid subtrahēdo quantū ad eius substantiā, sed fortificando subiectū, ut melius valeat sustinere. Sed hoc esse non valet, qa fortificatio esse non potest nisi ex ablatione passibilitatis. Passibilitas verò est ſm culpæ mensuram. Iō si non minuitur culpa, subiectum non fortificatur. Alij dicunt, quòd minuitur culpa quantum ad conscientię uermem, licet non quantum ad ignē. Quod etiam nihil est: quoniam sicut pœna ignis æquatur culpę, ita, & pœna remorsus conscientiæ. Hæc Tho. in Scripto.

Pœnam æternā minuere qđ sit.

3. Reg. 21. Opiniones

Petrus. Richard.

¶Consonat Petrus, & addit Richardus, quòd loquendo de satisfactione quantum ad actum exterior em, temporalemq; pœnam, homo potest satisfacere de uno peccato, non de alijs, implendo pœnam debitam uni peccato, non alijs, dūmodo pro alijs satisfacere tempore opportuno proponat. Nam obligatio ad talem pœnam stat simul cum charitate. Hæc Richardus.

Scotus.

¶Præterea huic responsioni. Richardi consentit Scotus, & addit, quòd etiam loquendo de satisfactione quantum ad actum interiorem, qui est contritio, potest homo satisfacere, & dolere actualiter de uno peccato, non habendo contritionem, aut satisfactionem actualiter de alijs. Quemadmodū ēt pōt cogitare de uno, non de alijs. Tn̄ in tali actuali de contione de uno contritionē habet, de alijs saltē in habitu. Imò impossibile est aliquem reconciliari Deo de uno peccato, & manere in alio. Vnde

Augusti.

Augustī. de vera, & falsa pœnitentia: Scio Deum esse inimicum omni criminoso. Quomodo ergo, qui crimen reseruat, de aliquo recipiet ueniā sine Dei amore, sine quo nemo unq̄ inuenit gr̄am? Infidelitatis spēs est, a Deo ueniā sperare dimidiā. Hæc Sco.

¶Qui consequenter aliquid addit dissonum a p̄dictis: Dico, inquiens, sine præiudicio, quòd qui semel pœnitet verè, & recipit pœnitentiam sibi a confessore iniunctam, quantumcunq; postea recidiuet, nunquam tenebitur nisi ad illam unicam satisfactionem implendam. Et si impleat eā in charitate, hoc meliùs est, quia non tm̄ soluit pœnam, sed, & meretur. Sed si impleat eam uolūtariè extra charitatem, soluit pœnam. non aūt meretur gratiam. Et in primo est satisfactio simpliciter, quia reconcilians, & placans. In secundo est satisfactio, quia uoluntaria redditio, sed nec reconcilians, neq; placans. Et si arguas, mortua est, ergo non est satisfactio: non sequitur, nisi, quòd non est satisfactio placans, neq; recōcilians in amicitiam. Et si dicatur, ergo non est satisfactio, non sequitur: quoniam sufficit Deo uoluntariè soluere pœnam debitam ad punitionem peccati commissi. Hæc Scotus.

Obiectio

Obiectio. Improbatur Scoti opinio.

Tho. Ar.

¶Cuius opinio, præallegatorum doctorum concordi assertione, & ratione satis confutari uidetur.

¶Vnde, & Argentinensis loquitur contra eā: Nullus homo carens gratia, & charitate, potest Deo satisfacere de peccato: quoniam opera hominis talis non sunt Deo grata, accepta, seu chara. Etem̄ inimicus nō gratificat, nec acceptat opus inimici, sed homo sine charitate, inimicus est Dei, & ita ē actua liter contra eum: quoniam omnes nascimur natura filii iræ. ut ait Apostolus Non autem possumus satisfacere Deo, nisi in quantum ipse acceptat, atq; gratificat modicum illud, quod facimus. Preterea deficiente uera contritione, non potest satisfactio debita fieri. Contrito autem charitatem requirit, imò satisfactio non minus præsupponit contritionem, quàm confessio, cum tres sint pœnitentiæ partes, quæ sunt contritio, confessio, satisfactio, & tertium non minus præsupponit primum, quàm secundū. Confessio autem sine contritione non ualet. Amplùs, ab eadem radice procedunt opera satisfactoria, & meritoria, sed sine charitate mereri non possumus, ergo, nec satisfacere. Hæc Argenti, qui defensorem contrariæ positionis insinuat esse in aliquo imitatorem Pelagiani erroris, ac hæresis asserentis hominem ex puris naturalibus mereri, ac satisfacere posse. ¶Vnde, & Rich. differuit: Non potest fieri satisfactio per opera, quæ fiunt in peccato mortali. Deus namq; cum bonorum nostrorū non egeat opera hominis non acceptat tanquam satisfactoria, nisi accepret operantem, Propter, quod in Genesi afferitur: Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Deus autem non acceptat hominem existentem in peccato mortali. Hæc Richardus. Et breuiter. iuxta præhabita hoc est contra significationem, & rationem satisfactionis, quòd non sit placans, nec amicitiam reparans.

Ephe. 2.

Tres pœnitentię partes quę fiunt.

Richardus Pſal. 15.

Gen. 4.

QVAESTIO III.

Quæritur quoq;, *An satisfactionem oporteat fieri per opera pœnalia, & vtrum cuncta pœnalia, & aduersa, quæ seruis Dei contingunt, sint satisfactoria eis, si æquanimiter tolerentur, ac quæ, & quot sint satisfactoria opera.* ¶ Videtur, quòd non oporteat opera satisfactoria esse laboriosa, dura, pœnalia, quia, ut ait apostolus Iacobus, charitas operit multitudinem peccatorum. Charitas ergo potissimè satisfactiua est, quę ēt maximè placat offensum. Secūdò, quanto opera satisfactoria ex maiori ueniunt

Iaco. 5.

charitate,tãto sũt delectabiliora, & ẽt magis satisfactoria,reconciliatiuaq; Dei,qa ut dictũ est, sine charitate satisfactoria esse nõ valẽt. Insup vĩ,qpaduersa, & aspera non sint satisfactoria:qm̃ ꝓmereri cõsitic in actione,non in pasſione:atq; in his,quæ voluntariè agimus,in his,quæ necessariò sustinemus,& quæ bonis,ac malis cõia sunt, cuiusmodi sunt flagella,q̃ accidunt nobis.Vĩ quoq;,quòd opera satisfactoria nõ solum sint tria hæc,oratio,eleemosyna, ieiuniũ. Nam peregrinationes,disciplinæ,vigiliæ, sunt satisfactiones pro culpis,quemadmodum tria illa. imò cũ oratio sit actus spiritualis,dulcis,ac aiæ refectiuus,in tm̃ ut sanctus Iacobus protestetur,Tristatur aliquis vestrũ,oret æquo animo,& psallat non uĩ inter opera satisfactoria esse ponẽda.Rursus,lacrymatio præsertim satisfactoria est pro culpis.Item,ipsa contritio,& confessio sunt satisfactiuæ pro uitijs,& satisfactiones pro ipsis, ergo satisfactio non differt a contritione, & confessione.

Respõsio.

Albertus.

Satisfactio qđ dicatur hic.

¶Circa hæc scribit Albertus; Satisfactio non dr̃ hic oẽ illud,quod soluit culpam aliquo mõ,aut pœnam debitam culpę,sed illud,quod licitum est,& taxatum ui clauium ẽm sacerdotis arbitrium. Illa eñ pœna uoluntaria est, simplex,& ordinata ẽm quantitatem delicti.Verum in contritione,& confessione,quę sunt pœnæ,videlicet dolor in contritione, & pudor in confessione,quæ sunt pœnæ ex natura corrupta inflictæ pro peccato,non taxantur, nec limitantur secundum tempus certum. Imò quanto maiores sunt,tanto meliùs,dummodo discretum, & rationabile extet obsequium.Hinc quamuis per eas peccatum expellitur, non tñ sunt satisfactoriæ secundum iudicium, atq; arbitrium fori communis. Idcirco hæc pars,quę est satisfactio, ab ipsis distinguitur. Præterea, dolor in contrito,& pudor in confitente,& uon dicunt nisi pœnam interiorem. Satisfactio verò est etiam foris in conspectu ecclesiæ seu ministri,propter quod tunc totus homo punitur:qm̃ pœna interior redundat extrinsecus, & manifestatur in corpore ob hoc, ut aliqui dicunt, hæc pars pœnitentię satisfactio præcipuè nominatur.Prima tamen solutio est melior, quia ut dictum est,satisfactio respicit iudicium arbitrij voluntatis diuinæ.Hæc Albertus.

Tho.Aq.

¶Porrò Thomas diffusiùs loquens:Satisfactio,inquit respicit culpã præteritã,pro qua per ipsam fit recõpensatio,& ad culpã futurã,a qua per satisfactionem perseruamur,& quantũ ad utrumq; exigitur,quòd satisfactio per opera fiat pœnalia.Recompensatio quippè offensę importat quandã adæquationem,quam oportet esse eius,qui offendit, ad eũ, qui offensus est.Adæquatio autem in humana iustitia,attenditur per subtractionem ab uno, quihabuit plùs iusto,& per additionẽ ad alterum, cui subtractum est aliquid.Quamuis aũt Deo quantum est ex parte sui,nil subtrahi possit:tamen peccator quãtum in se est,subtrahit aliquid Deo,utpote debitum honorem,& cultum.Vnde oportet ad hoc,quòd recõpensatio fiat,quòd aliquid sutrahatur a peccante per satisfactionem, quòd cedat in Dei honorẽ, Sed opus bonum ex hoc,quòd huiusmodi,non subtrahit aliquid ab operante, imò potius perficit ipsum.Ad hoc ergo,ꝙ opus sit satisfactorũ, oportet, quòd sit bonum,ut cedat in Dei honorem,& pœnale,quatenus peccatori aliquid subtrahatur, puta aliquid delectationis,aut corporalis quietis. Conformiter pœna præseruat a culpa futura, quia non facile homo ad peccata reuertitur,ex quibus pœnam perpessum se recordatur.Ideo pœnæ sunt medicinæ,& earum timore homo a peccatis retrahatur.

Ad corpꝰ satisfactoriũ requir.

¶At uerò recompensatio offensæ præteritæ fieri potest ab eo,qui offendit, & item ab alio. Cumque ab alio fit, magis sortitur rationem vindicationis, q̃ satisfactionis.Sed qñ fit ab offenssore,propriè satisfactio appellatur.Itaq; si flagella,quæ pro peccatis diuinitus infliguntur,fiant aliquo modo ipsius patientis,ita, quòd acceptantur ab eo, & patienter feruntur pro peccatis ad Dei honorem, rationem satisfactionis accipiunt:non autem, si ei omnino displiceant.Hinc teste Gregorio, quemadmodum ex eodem ignè aurum rutilat,& palea fumat, ita eisdẽ flagellis boni purgantur,& mali per impatientiam inquinantur. Quamuis autem flagella seu pœnæ respectum habeant ad culpam præteritam,non tñ sp ad culpam personæ,sed frequenter ad culpam naturæ.Nẽpè si in natura humana non præcessisset aliqua cul a,non fuisset secuta aliqua pœna. Sed; qm̃ qua culpa in natura præcesit, dum personæ alicui pœna a Deo infertur sine culpa personæ,hoc fit ad meritũ uirtutis,& ad cautelam peccati sequentis.

Pœnæ a Deo inflictæ an satisfaciant.

Gregorius.

Satisfactionis operũ numerus.

¶De enumeratione demum operũ satisfactoriorũ dicendum,quòd cum satisfactio debeat aliquid nobis subtrahere ad Dei honorem , & non habeamus nisi tria bona,videlicet bona aiæ, bona corporis,& bona exteriora.quæ sunt bona fortunæ:hinc ex bonis fortunæ:aliquid nobis subtrahimus per eleemosynam,&,& ex bonis corporis per ieiunium. Ex bonis autẽ animę non oportet, ut aliquid nobis subtrahamus quantum ad essentiam , vel quantum ad diminutionem ipsorum , quia per ea efficimur accepti:sed per hoc ea submittimus Deo totaliter, quod fit per orationem.Competit quoq; hic numerus ex ea parte,qua satisfactio causas peccatorum excidit:quia radices peccatorum sunt tres, concupiscentia carnis contra quam est ieiunium:concupiscentia oculorum, contra, quam ordinatur eleemosyna,& superbia uitæ, contra , quam est oratio. Quamuis quoq; oratio dulcis sit,præsertim oratio contemplatiuorum,attñ oratio pro peccatis, inquãtum gemitus,& lacrymas habere, si aliqualiter afflictiua.In refrenatione quoq; distractionum , ac cordis custodia,tempore orationis labor consistit.Quãuis etiam quolibet horum trium per appropriationem contra aliquod speciale malum, seu vitium adaptetur.nihilominus omnia tria contra singula uitia valent.Ideo ei,qui non potest unum eorum peragere,aliud iniungatur. Et præcipuè eleemosyna potest aliorum vices supplere. Nam , & alia satisfactionis opera meretur homo sibi communicari ab eis,quibus eleemosynas tribuit. Alia quoque satisfactionis opera ad tria hæc reducuntur. Quicquid enim ad afflictionem corporis pertinet , refertur ad ieiunium,& quicquid ad proximi vtilitatem expenditur,eleemosynæ rationem sortitur, & ad eam reducitur.Omnis etiam latriæ cultus sub oratione compræhenditur.Vnde,& unum,ac idem opus potest habere plures rationes satisfaciendi. Hæc Thomas in Scripto.Eandem Petrus.

Eleemosyna cõmendatur.

Richardꝰ opus dupliciter pnale.

¶Concordat Richardus,& addit: Opus uocatur pœnale dupliciter. Primò , ex genere operis , secundò,exparte operantis.Loquendo de opere pœnali primo modo, satisfaciendum est pro peccato per facta pœnalia , tam propter emendationem culpæ præteritæ, quàm propter præseruationem à culpa futura.Culpæ namque debetur pœna. Pœnæ quoque secundum Philosophum , sunt medicinæ non tantum curatiuæ , sed item præseruatiuæ. Loquendo autem de opere pœnali secundo modo

Flagellorũ Dei sufferentia.

modo, non oportet:qa frequenter opera ex genere suo pœnalia , sunt delectabilia ex charitate feruida operãtis. Insuper sustinens flagella, siue immissa per iustam operationẽ, cuiusmodi sunt omnia illa , quę Deus infligit , siue per actionem iniustã , ut ea, quæ Deus iustè permittit ab iniustis infligi, non satisfacit ea sustinendo,inquantum patiens tantum,qa sic sua uoluntas nequaquã cooperatur ad ea,ut actiuũ principium.Oportet aũt ut voluntas eius,qui meretur,sit actiuũ principiũ meriti:sed inquantum uolũtas patienter,& pia intentione sustinet ea ꝓ suis demeritis,sic sunt sustinẽti satisfactionis materia,formaliter aũt ipsa satisfactio in actu volũtatis cõsistit. Flagella demũ,q̃ ipsemet Deus infligit,maiorem habet efficatiã inclinandi voluntatem ad bonum, q̃ illa,q̃ non immittit,sed permittit inferri. Hæc Rich.

Bonauen. Quare per opera pœnalia fit satisfactio,ratio, quadruplex.

¶At uerò Bonauentura:Satiffactio ait,fit per pœnalia opera quadruplici rõne.Prima,quia in satisfactione est ablati honoris redditio. Hinc pœnitens debet honorem istum reddere Deo magis, quàm si non abstulisset eundem.Vnde oportet,ut non tñ famuletur Deo per bonam operationem,uerum etiã seipsum deijciat per pœnarum spontaneam assumptionem. Secunda ratio:quoniam satisfactio est de ordinati ordinario,quòd cum deordinatum est per culpam, optimè ordinatur per pœnam.Tertia,quia est infirmi curatio.Pœnitens enim ante infirmatus per delectationem caloris curatur per pœnalitatem algoris . Quarta: quoniam ibi est persolutio debiti Cumq; peccator sit debitor pœnę,debet per pœnam satisfacere.Sicque Deo debitum honorem impendere.Est etenim multiplex debitum ita colendi Deum.Vnum,prouenies ex beneficijs desuper datis,quòd per gratiarum actionem implemus. Secundum,prouenies ex diuino mandato, quòd implemus per obedientiæ executionem. Tertium , ex maiestatis imperio , quod debitum implemus per Iatriæ adorationem. Quartum , quod prouenit ex peccati contractione,cui satis facimus per pœnitentialem nostri punitionem.

Colendi Deũ multiplex debitum.

¶De operibus autem satisfactionis sciendum , ꝙ quodlibet horum trium,oratio.ieiunium , eleemosyna.tripliciter sumitur:scilicet propriè, communiter , communissimè. Proprie , oratio est ascensus mentis ad Deum,ad aliquid degustandum , vel impetrandum,aut exoluendum.Communiter , oratio dicitur secundum , quod compræhendit omnem actum contemplatiuę uitę ad Deum relatum utpotè meditationis,lectionis Communissimè, secundum quod compræhendit omnem actum bonum, iuxta quod dicitur:Non cessat orare,qui non cessat benefacere.Ieiunium quoque propriè nuncupatur afflictio carnis secundum gustum.Communiter verò omnis afflictio carnis in vigilijs , disciplinis, fiagellis.Communissimè autem, abstinentia ab omni peccato mortali,ut dicit Isaias: Hoc est ieiunium, ꝙ elegi , Dissolue colligationes impietatis, &c. Similiter eleemosyna propriè est opus pietatis,impensum proximo ad releuãdum eius indigentiam corporalem . Communiter , omne opus pietatis exhibitum proximo , siue sit corporale , siue spirituale . Communissimè , omne opus misericordiæ,impensum sibijpsi, uel proximo,secundũ quod asserit Augustinus.Eleemosyna hominis debet inciperè à seipso,iuxta illud Ecclesiastici: Miserere animæ tuæ placens Deo.Itaque tria hæc sumpta communiter,non propriè,nec communissimè,sunt partes satisfactionis:quorum sufficientia sumitur ẽm appropriationem,& secundum proprietatem. Secũ

Oſonius Iaus, & descriptio.

Ieiunium quid.

Isaia.58.

Eleemosyna quid

Ecclę.30.

dũ appropriationẽ, iuxta triplicẽ radicẽ peccandi,q̃ est concupiscentia carnis,&c.ut dictũ est. Secundũ proprietatem verò sic sumitur: Omne opus pœnale,aut ordinat nos ad Deum , & sic est oratio , aut ad nos,sic est ieiunium,quo maceratur propria caro,aut ad proximum,& ita est eleemosina.Aliter accipitur sufficiẽtia ista secundum appropriationem: quoniam per orationem Deo reconciliamur. Oratio,aũt duas,quibus ascendat ad Deum,deber habere alas, puta ieiunium,& eleemosynam, iuxta illud in Thobia:Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna,&c.Vnde Augustinus in libro de sermone domini in monte.Si uis orationem tuam uolare in cælum,fac ei duas alas . Accipitur quoque sufficientia ista penes uitam actiuam , & contemplatiuam. Ad actiuam pertinet eleemosyna , ad contemplatiuam oratio.Ieiunium ad utramque, & ad utramq; expedit,ac disponit. Hæc Bonauentura.

Tob.12. Augusti.

¶Præinductis consonant scripta Antisiodorensis, dicentis:Tres sunt species satisfactionis.Oratio, quæ tollit pondus superbiæ:ieiunium , quod tollit pondus luxuriæ:eleemosyna,quæ tollit pondus auaritiæ.Quibus sublatis,oratio celerrimè uolat in cœlum.Iterum ait.Nihil est satisfactorium, nisi aliquo modo pœnale,idcirco oratio,quæ nihil pœnalitatis habet,sed tota delectabilis est, ut oratio uiri contemplatiui pro gaudijs regni cœlestis, non est satisfactoria.Hæc ille in Summa , de quorum ueritate plenius dictum est.

Antisiod. Tres satisfactionis species.

¶Postremò Scotus:Satisfactio,inquit,propriè dr̃ operatio exterior laboriosa seu pœnalis , sponte assumpta ad puniendum peccatum suum , ad placandum Dei offensam. Vel est pasſio seu pœna uoluntariè tolerata pro causa illa,Si autem aliquis nõ sit bene dispositus ad suscipiendum , & exequendum unum horum operum satisfactoriorum , quãuis sibi appropriatè correspondet iuxta exigentiam suæ culpæ , tunc debet ei sacerdos iniungere aliud,ad quod conspicit eum magis dispositum, ac potentem.Ad quod necessaria est confessori magna discretio,ut si confiteatur de furto,iniungenda esset eleemosynarum largitio,ad quam ex sua inopia existit ineptus.Similiter si dies lapsus sit in uitia carnis , propter quæ iniungendum esset ieiunium, ad quod si inueniatur inuoluntarius,uel probabile sit, quòd illud cito dimitteret, iniungenda est ei oratio, & eleemosinarum collatio. Si autem nullam pœnitentiam uelit subire, & tamen dicit se displicentiam de suis habere peccatis,ac firmum ꝓpositum non recidiuandi, absoluendus est, non remittendus,ne cadat in desperationem, & infinuanda est sibi pœnitentia sua, & hortandus est vt uelit eam implere in se,vel in sua æquiualente. Atque dicendum est sibi.quòd nisi adimpleat eam hic, oportebit ad minus eam implere in purgatorio.Vnde de Christo est propheratum.Arundinem conquassatã non conteret.Hæc Scotus.¶Sed cum satisfactio sit pars pœnitentiæ,non apparet, quòd nolens aliquã satisfactionem pœnitentialem assumere,sit absoluẽdus,præsertim cum sit hoc euidens signum impœnitentię,quantumcunq; dicat se pœnitere.Et si obijcitur,quod Christus mulieri in adulterio depræhensæ satisfactionem nullam iniunxit,respondet Antisiodorensis,quòd Christus uidit eam perfectè punitã per contritionem,& erubescẽtiam, quàm passa fuit coram tam multis interdum namq; sufficit contritio ad totam pœnam delendam.Sed, quia sacerdos non videt an sit tanta confitentis contritio , ideo pœnitentiam aliquam illi iniungit.

Scotus.

In satisfactione iniũgẽda consilio & esse debet discretus.

Satisfactionẽ accipere recusans absoluendus est

Isai.42. Matt.11. Impugnatur Scoti opinio.

Ioha.n.8. Obiectio.

QVAESTIO III.

In partem affirmatiuam.
Augustin.

Modo de restitutione scrutandum est diligenter, Et primò nunc quæritur, *An restitutio sit pars satisfactionibus, & necessaria ad salutem*, ¶ Vr, q sit pars satisfactionis. primò: qm sine restitutione nemo pôt satisfacere Deo, nec pximo: qm teste Augustino, non dimittitꝛ pctm, nisi restituatur ablatū. Secundò: qm satisfactio est restitutio quædam, qua pœnitens Deo restituit, ac rependit honorē, ac cultum, quos ei peccando subtraxit. Vr quoque, quòd sit semper necessarium, neque possibile ablatum restituere. Nam, qui alium diffamuit, mutilauit, aut sanitate priuauit, non vr ei posse restitutionem peragere, quia non ualet ei æquiualēs reddere. Et circa hæc occurrunt multa quærenda, q̃ infra tangenda sunt, utpotè cui sit restitutio facienda, & vtrum statim, & quis tenetur ad eam, an scilicet solus, qui abstraxit. Nempè de hac materia frequenter rogatus sum à uiris religiosis aliquid scribere, quia in foro confessionis, & alibi sæpe occurit materia ista. Et quid agendum sit de lucratis per uarios ludos, prę sertim per aleas, & taxillos.

Respōsio Thomas.
Inæqualitas iustitię repugnās bifariā cōtingit.

¶ Itaq; circa hęc scribit sanctus Thomas: inæqualitas opposita iustitiæ, duobus modis contingit. Primò, ex rebus exterioribus, ut dum unus rē alterius aufert, aut detinet. Secundò in actionibus, & passionibus, ut dum quis alium percutit uiolenter. Et hæc duo qñq; sunt separata, ut patet per se. qñq; uerò cōiuncta, ut cum quis per uiolentiam aliquid ab alio accipit, in quo accipit illud, iniuriam, aut contumeliam infert, sicut, qui alium spoliando lædit, & percuti, & iuxta hoc reparatio æqualitatis iustitiæ dupliciter significatur. Reparatio namque æqualitatis existentis in rebus. restitutio appellat. Reparatio uerò inæqualitatis existenti in actionibus, & passionibus satisfactio noīatur. Hinc satisfactio quandoq; est sine restitutione, ut dum quis se humiliat proximo de aliquibus contumelijs ei dictis. Interdū quoq; restitutio est sine satisfactione, sicut qñ quis mutuum reddit. Aliquando uerò utrunq; exigitur, ut dum quis alteri rem suam uiolenter subtraxit, ac detinet, Et ita nunc loquimur de restitutione rei iniustè ablatæ per quod hō Deum offendit, & proximū.

Restitutio & satisfactio nōidē sunt.
Opinio:
Improba.

Quidam igitur dicunt, quòd talis restitutio non est pars satisfactionis: qm non debetur Deo tm, sed et proximo nec, sit ad sacerdotis arbitrium Vñ dicūt, quòd sit ad satisfactionem quoddam præambulū. Sed hoc nihil est, quia omne peccatum commissum in proximum, etiam in Deum commissum est, quemadmodum in dilectione Dei includitur dilectio proximi. Propter quod satisfactio proximi coniunctam habet satisfactionem Dei. Nec obstat, quòd non est ad arbitrium sacerdotis, quia sacerdos non est ibi uicarius proximi, sicuti est vicarius Dei, ideo satisfactio Deo facienda, dependent ex arbitrio sacerdotis, non autem satisfactio, quæ simul facienda est Deo, & proximo.

Opinio an alia q̃ im,pbatur.
Retutio: quid sit.

Hinc alij dicunt, quòd restitutio consistit pars satisfactionis. Sed nec hoc uerum est quoniam satisfactio offensam remouet, atque à pœna debita liberat. Nullus autem ex hoc ipso, quòd desistit offendere, consequitur hoc, quod de præcedenti offensa reconciliationem inueniat, uel pœnam pro illa debitam euadat: sed hoc tantum consequitur, q maiorem offensam, & pœnam non accumulat sibi. sicque cessare ab offensa, nulla est per satisfactionis. Ideo cum restitutio nil aliud sit quàm ab offensa cessare; qm ex hoc ipso, q rem alienam detinet, domino rei inuito, ostendit: constat, q restitutio non est pars satisfactionis propriè sumptæ, sed præambulum ad satisfactionem. Veruntamen bene concedimus, q satisfactio proximo facta, est pers satisfactionis Deo exhibitæ. attamen restitutio nō est pars satisfactionis, nec Deo, nec pximo factæ.

Restitutio ablati necessaria.

¶ Præterea restitutio ablati de necessitate est facienda. Quemadmodum enim per satisfactionem oporter hoīem recōciliari Deo, ita, & proximo suo. Reconciliatio autē non aliud est, q̃ amicitię reparatio. Manente aūt causa dissolutionis amicitiæ, amicitia reparari non valet. causa aūt dissolutionis amicitiæ, fuit inæqualitas causata ex iniusta arreptione seu detentione rei alienę: iō illa satisfacere nequit, nec Deo recōciliari, qui rē male ablatam, aut male detentam non reddit. Sed sciendū, quia ut 8. Ethicorum ait Philosophus, amicitia non semper requirit æquale, sed quod possibile: ideo si aliqua sint ablata, quæ omnino restitui nequeunt, sufficit uoluntas restituendi cum tanta restitutione sicut possibile est, secundum conditionem vtriusque, iuxta arbitrium.

Obiecto si dilutio.
Quādo restitutio famæ sit facienda.

¶ Ad obiecta ergo de his, qui alios diffamant, mutilant, seu irreparabile, aut incompensabile demum inferunt: respondendum, q ille, qui alicuius maliciam manifestat ei, qui habet corrigere, uel etiam si sit incorrigibilis in conspectu ecclesiæ. ut confusus à peccato desistat, uel saltim alij ab eius consortio corruptiuo discedant, seruato ordine charitatis, nō iniustè aufert famam alteriùs, nec ad illius restitutionem tenetur. Si autam intentione diffamandi id fecerit, iniustè aufert quamuis sit verum, quod dixit. idcirco ad famæ restitutionem obligatur, dicendo se falsum dixisse, si falsum dixit, vel quocunque alio modo, non tamen aliquod mendacium interferendo; quia non debet alterius famam restituere mentiendo. Attamen dicere potest se incautè esse locutum, quamuis, quod dixit, sit uerum:

Restitutio & inuer.

Denique restitutio principaliter est inuenta in m dānis, quæ inferuntur in rebus fortunæ, quæ plenariè possunt restitui. In damnis uerò, læsionibusque personæ, quę non possunt ad ęquale bonum restitui, restitutio fieri debet qualis possibile est, secundum bonorum ac prudentium uirorum, & iuxta iura patriæ circa hoc instituta. Verum his obijci potest, primò, quia, qui impedit alium à consecutione alicuius boni, æquiualenter aufert sibi hoc bonum: non tamen tenetur ei restituere illud, aut recompensare, quemadmodum, qui impedit alium à consecutione prębendæ, Secundò, qui occasionem dat damni, damnum intulisse videtur secundum regulam iuris. Sed, qui subuertit semina proiecta in terram, dat occasionem damni de toto fructu. Similiter, qui detinet pecuniam creditoris ultra terminum præfixum, ex qua ille lucraretur, dat occasionem damni totius huiusmodi lucri. Nec tamen apparet, quòd isti ad restitutionem omnium talium teneantur.

Exod. 22.

Insuper argui potest, quòd homo plùs restituere obligetur, quàm abstulit. Nam dominus iussit in Exodo, pro una oue furata restitui quatuor oues, atque pro uno boue quinque boues. Vnde Zacheus locutus est: Si aliquem de fraudaui, reddo quadruplum. Et respondendum ad primum, quòd impediens aliquem à consecutione præbedę, si facit hoc: quoniam alter indignus est, uel ut de alio meliùs prouideatur, non iniustè hoc agit, ideo, nec restituere obligatur, Si autem animo lędendi illum, tenetur ad restitutionem. non quidem tanti quantū ualebat prębenda: qm ille nondum fuerat eā adeptus, sed pensatis conditionibus vtriusque bonorū arbitrium. Ad 2m, quod ille, qui suffodit semina non tenetur ad tantum, quantum fructus agri fuerant

ualituri

ualituri: sed quantum ager sit seminatus, consueuit ualere. Nam multis modis pôt agri fructificatio impediri. Sic quoq; dicendum de eo, cui non restituit debitum tempore suo, quia non tenetur restituere tantum quantum potuisset ille alter lucrari: sed secundū æstimationem lucri, quod accidere solet, pensato labore, & inforrunijs, quæ acidere aliàs possent in lucro: quoniam lucrum non prouenit ex pecunia tantum, sed item ex industria, & labore, Ad tertium, quid illud præceptum legis.

Exeq. 19.

Mosaicæ, quāuis sit de moribus: non est tamen morale, sed iudiciale. Talia quippè præcepta pro loco, ac tempore populo illi dabantur, idcirco non obligant, nisi de nouo statuantur ab aliquo auctoritatem ad hoc habente. Quod uerò dixit Zacheus, non fuit necessitatis, sed supererogationis ex abundantia deuotionis.

Quæstio. In partē affirmatiuam. Respōsio.

¶ Præterea quæritur an solum ille, qui accipit alienum, ad restitutionem tenetur. Videtur, quòd sic, nā aīas ille qui damnum perpessus est, reciperet multo plus, quam amisit. Dicēdum, quòd de illis, qui ad restitutionem tenentur, dantur hi uersus.

Iusio, concilium, consensus, palpo, recursus.
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Propter quinq; tenetur quis ad restitutionem.

Inter quæ quinq; sunt, quæ semper ad restitutionē obligant, quorum primum est iusio, qua quis iubet alium deprędari, aliàs tyranni non astringerentur ad restitutionem. Secundum est consensus ad rapinam perpetrandam in eo, sine quo rapina non poterat fieri. Tertium est recursus, ut cum aliquis receptor latronum est, & eis patrocinium præstat. Quartum est participatio in crimine, ut dum quis latroni se sociat ad spoliandum, & partem accipit spoliorum. Quintum est, non obstans, dum quis ex officio tenetur obstare, quemadmodum principes qui in terris suis debent seruare iustitiam. Vnde si non obstent pro posse, tenentur ad restitutionē eis qui in eorum territorio spoliantur. Verum in alijs casibus enumeratis non obligatur quis semper ad restitutionem, nisi in casibus certis, videlicet, quādo probabiliter credit, quòd cōcilium sum fuit efficax & quòd aliàs iniusta oblatio non fuisset commissa.

Propter consilium aliquando restitutio ē faciēda.

Similiter non omnis palpo, id est, adulator tenetur ad restitutionē, sed qui adulando incitat ad auferendū, dicendo hoc signū esse strenuitatis, aut aliquid simile. Conformiter mutus uocatur, qui ex officio reclamare tenetur, nec reclamat: nec tñ semper ad restitutionem tenetur, nisi operetur, ut fiat iniusta ablatio, sed debet inducere eum, qui abstulit, quatenus reddat. Sicque non omnis, qui non manifestat, ad restitutionem astringitur, sed ille qui Pro latrone zelat, & particeps est lucri. In omnibus etiam his si principalis restituit, alij Deo obligantur, à debito restituendi.

Quæstio: In partem negatiuam obiectiones Rñsio.

¶ Insuper quæritur, an restitutio faciēda sit semp ei, qui damnum perpessus est. Et uidetur, quod nō, quia qñq; ille nescitur, Iuterdū etiā non potest peruenire ad illum sine grādi periculo, Sic etiam in deprædatione ciuitatū pdator ignorat, cui intulit dānum. Dicendum, quòd restituere est aliquem rursus statuere: in suarum rerum possessione: ideo restitutio fieri debet ei, qui re sua priuatus est.

Si incertū sit cui sit restitutio facienda.

Ad obiecta autem dicendum, quòd qñ incertus est dñs rerum ablatarum, pauperes sunt hæredes: ideo nō deobligatur à debito restitutionis, nisi det, pauperibus p anima eius, cui restitūtio debeantur, adhibita tamē priùs diligenter debita pro illo cognoscendo, aut reperiendo. Si uerò sint res magni ualoris, debet sibi transmittere si commode potest. Nec obstat, qđ ex hoc patitur damnum, quia ipsemet causa est sibi huiusmodi damni. Si autem trasmittere nequit, uel res modici est ualoris, potest eam dare propinquis illius si habet, uel alicui claustro si non habet, ppinquos, cum protestatione qđ, reddere tenebuntur, si ille requisierit aut usquam comparauerit.

Qui deprędatur communitatis qūo restituet.

Porrò, q deprædatur communitatē, & nescit quē, quos, in speciali restituere debet pauperibus illius ciuitatis aut uillæ uel cōitatis, seu in alios pios usus talis cōmunitatis expendere secundum arbitrium episcopi aut illorum, ad quos communitatis illius pertinet cura.

Restitutio ecclesiæ qñ facienda.

Quod si prælatus alicuius ecclesiæ res suę ecclesiæ iniuste concedit. & perdit, restitutio fieri debet ecclesiæ, ne res illæ deueniant ad successorem illius pręlati: quoniam quamuis ipse eas recipere non meretur tamen ecclesia eas non debet amittere. Hec Thomas in Scripto.

Fama, an fertur tripliciter.

¶ At uerò in secunda secundæ, quæstione 61. hæc eadem scribit, & aliqua addit uel planiùs exprimit dicens: aliquid potest alteri formam auferre tripliciter. Primò, uerum dicendo, & iustè, seu ordinatè, ut dum quis crimen, alterius prodit debito ordine charitatis, atq; iustitiæ obseruato, & tunc non tenetur ad formæ restitutionem, neq; ad aliquam recōpensationem faciendam. Secundò, falsum dicendo & iniustè, tuncque tenetur ad famam restituendam, confitedo se falsum dixsse. Tertiò. uerum dicendo sed iniustè, ut dum quis crimen pandir alterius nō seruato debito ordine, vtpotè non procedendo secundum formam, & ordinem fraternæ correptionis, & tunc ad famę restitutionem tenetur, quantū potest, tamen sine mendatio, ita ut fateatur se male dixisse, & quod iniustæ diffamauerit eum etsi nō potest ei restituere famam, debet ei aliter pro posse facere recompensam.

Exod. 42.

¶ Quæritur quoque an sufficiat restituere simplum. Et videtur, quòd non, quia (vt actum est) in Exodo dominus iusis pro una oue furata reddi quatuor oues, & pro uno boue iniustè sublato quinque boues. Dicendum, quod dum quis iniustè accipit rem alienam, duo sunt consideranda. Quorum unum est inæqualitas ex parte rei, quæ interdum est sine iniustitia, sicut in mutuis. Aliud est iniustitiæ culpa, quæ potest esse etiam cum rei æquitate, ut cū quis intendit inferrè uiolentiam alteri, sed non potest.

In lesione pximi duo.

Quantum ad primum, adhibetur remedium per restitutionem, inquantum per eam ęqualitas reparatur. Ad quod sufficit, quod tantum restituat quantum de alieno accepit. Sed quantum ad culpam, remedium adhibetur per pœnam, cuius inflixio pertinet ad iudicium, ideo antequam sit condemnatus per iudicem, non tenetur plus reddere quam accepit. Sed data sententia, tenetur etiam soluere pœnā. Per quod obiecti patet solutio, quia lex illa fuit determinatiua pœnæ per iudicem infligendę. Tamen ad obseruantiam illius iudicialis præcepti, nemo in euangelica lege tenetur. In qua nihilominus aliquid simile statui posset per tantæ auctoritatis prælatum, seu iudicem. Denique cum restitutio ordinetur ad utilitatem eius, cui sit (nam cuncta quæ possidemus sua ratione utili cadunt) idcirco dum res restituenda videtur grauitas noxia ei, cui esset restituenda uel alteri, non est pro tunc illi restituenda: detinens uerò eam, non debet eam sibi appropriare: sed uel reseruare, ut eam congruo restituat tempore, uel alibi tradere tutiùs conseruandā Verum his obijci potest, quod symoniacè recipiens illicitè recipit: non tamen debet restituere danti. Similiter meretrix uitiosè recipit pręcium corporis

sui,

sui, non tñ obligatur reddere danti. Et rñdendum, quòd aliquis dupliciter illicitè dat. Primò: qm̃ datio ipsa illicita, & ꝯ legem, vt Symoniacè tribuens, & talis meretur, quod dedit, amittere idcirco nõ debet ei restitutio fieri. Nec qui recepit, potest licitè retinere: qm̃ contra legẽ accepit, sed debet in pios usus conuertere. Secundò, aliquis donat illicitè, quia dat propter illicitam rem, quãuis ipsa datio nõ existat illicita. sicut dans meretrici ꝑpter fornicationem, iõ mulier datum illud potest sibi licitè retinere: si tamen per fraudem aut dolum superfluum aliquid extorsit à uiro, tenetur restituere ei.

Prælat⁹ rẽ ecclesiæ tripliciter subripere potest.

¶ Præterea aduertendum, quòd prælatus rem ecclesiæ tripliciter potest subripere. Primò, si rẽ ecclesiæ non sibi, sed alteri deputatã usurpet, ut si episcopus rem capituli sibi usurpet: & sic planum quod restitutionem debeat facere ipsi capitulo, ponendo in manus eorũ, ad quos spectat de iure. Secundò si rẽ ecclesię deputatam suæ custodiæ in dominium trãsferat aliorũ, vtpotè cognatorum, & tunc restituere debet ecclesiæ, atque sub sua cura habere. Tertiò potest hoc facere animo solo dum scilicet incipit habere animum possidendi rem ecclesiæ, tanquam suam, non nomine ecclesiæ, tuncque restituere debet, talem animum deponendo.

Acceptio rei alienæ trifariam contingit.

¶ Ampliùs, circa illum, qui rem alienam, accepit sunt duo consideranda. utpotè res acccepta, & ipsa acceptio. Ratione rei tenetur restituere eam. Ipsa uerò acceptio rei alienæ potest tripliciter se habere. Interdum namque est iniuriosa, videlicet contra voluntatem domini rei, ut patet in rapina, & furto, tũcq; tenetur homo ad restitutionem, nõ solum ratione rei, sed etiam ratione iniuriosæ actionis, quãuis res apud ipsum non maneat, & ultra hoc pro iniuria debet puniri. Secundò aliquis accipit rem alterius in suam utilitatem absque illius iniuria, & dissensu, sicut in mutuo, tuncq; teneẽ restituere, quod accepit, non solum ratione rei sed etiam acceptionis, etiam si rem amisit. Tenetur quippè ei recompẽsam, qui sibi exhibuit gratiam. Tertiò quis accipit rem alterius absque illius iniuria: non tamen ꝓ sua utilitate, ut ĩ depositorum commissione. Idcirco q̃ accipit ita, ĩ nullo tenetur ratione acceptionis: imò accipiendo impendit obsequium. Teneẽ autem ratione rei. Vnde si ei subtrahatur absque propria culpa, tenetur ad restitutionem. Secus esset, si ex magna sua negligentia perderet rem. Quemadmodum autem tactum est supra, principes iustitiam conseruare tenentur in terra: & si per eorum negligentiam latrones, prædones, spoliatores increscant ac spoliant uiatores, tenentur, principes ipsi spoliatis ad restitutionem. Nam redditus, quos habent, sunt quasi stipendia ad hoc instituta, ut in terris suis conseruent iustitiam. Tenetur etiam homo ad restitutionem statim, & citiùs quo potest: quoniam sicut peccatum est rem alienam iniustè accipere, ita peccatum. & eã apud se detinere inuito dño rei. Nã impedit hominẽ ab usu rei suæ. Et si obijciaẽ quod rem alienam restituere, est præceptum affirmatiuũ: ergo obligat semper, sed non ad semper: dicendum quòd præceptum hoc quamuis secundum formam uerborum sit affirmatiuũ, implicat tñ in se negatiuum illud præceptum, quo prohibemur rem alterius detinere. Hæc Thomes in Summa.

Depositũ accipiens si amissum fuerit an teneat restituere.

Redditus principũ.

Obiectio Dilutio.

¶ In prima demum secundæ quæstione 105. aliqua scribit de his, quæ in pręinductis, & introducẽdis satis contineri censentur.

¶ De his Petrus non scribit, nisi quod q̃rit utrum restitutio sit pars satisfactionis. Et rñdet, quòd pars satisfactionis dicitur aliquid dupliciter. Primò, cõmuniter, quia ad debitam satisfationem exigitur sicq; satisfactionis pars restitutio dici potest. Secundò propriè id, in quo satisfactio ipsa consistit, & ita non est. Hęc Petrus.

Contra dicitur ÿbis Thomæ.

¶ Quod autem in præhabitis sancti Thomæ uerbis asseritur, quod restituere non est nisi à peccato cessare, non vr̃ omnifariè uerum: quia dum quis dolet ex corde de iniusta ablatione, & detentione alieni, & restituere illud proponit tẽpore oportuno, iã cessat ab illo peccato, nõ tñ restituit absolutè loquẽdo. Restituere quoq; dcit actũ, non aũt cessare à culpa, quãuis mãliter possit actũ includere potest ẽt accipi negatiuè, ac pruatiuè. Verius etiam reor quod restitutio sit pars satisfactionis propriè loquendo. Sed pars multipliciter dicitur, ut potè pars integrabilis, pars essentialis, pars subiectiua, pars potestatiua. Vnde uidetur pars satisfactionis, sicut declinare à malo pars appellatur iustitiæ.

Restitutio pars est satisfatiõis Ric. eadẽ dist. q. 3. 4.

¶ Richardus autem de his scribit diffusè: opus, inquiens, pœnale per, quod secundum diuinam iustitiam soluitur seu remittitur pars pœnæ debitæ pro pctõ, est pars satisfactionis. Iustitia uerò in Deo dupliciter sumitur, secundum Anselmũ in prosologion Primò, pro condecentia bonitatis diuinę: secundò ꝓ rectitudine uoluntatis ad retribuendũ vnicuiq; secundum merita sua. Primò mõ restitutio est pars satisfactionis: quoniã condecet bonitatẽ Dei, vt hoĩ facienti actum, quẽ præcepit Deus, non tantum imputet sibi actũ illum ad meritum gratię, sed etiam remittat sibi pro actu illo aliquid pœnæ debitæ pro peccato. Sicut uidemus, quòd rex aliquis liberalis militi suo sibi reconciliato, attamen, obligato ad aliquam emendam pro aliquo forefacto, interdum remittit partem emendæ propter hoc, quòd fideliter exhibet regi obsequium, quod, & alias impendere tenebantur. Sed per comparationem ad iustitiam Dei secundo modo acceptam, restitutio nõ est pars satisfationis: quia secundum rigorem iustitiæ non põt satisfacere homo per opus, ad quod faciẽdum extitit obligatus, etiam si non peccasset, vel si totam pœnam pro peccatis debitam exoluisset Ab hac responsione parũ, aut nihil differt positio dicẽtium, quod restitutio est pars satisfactionis ex misericordia potius, quam ex iustitia. Hæc Richa.

Iustitia in Deo bifariam sumiẽ.

¶ Qui insuper quærit, utrum damnificans alium in bonis animę aut corporis, tenetur ad restitutionem. Respondet. Nemo potest alium damnificare in anima nisi dispositiuè, utpotè inclinando ipsum ad culpam exemplo, uerbo aut omissione. Et talis pro restitutione tenetur pro posse illum disponere ad recuperandum amissa animę bona, atque pro ipso orando, & aliorum orationes procurando ipso. Sed in bonis corporis potest unus alium simpliciter damnificare occidendo, lædendo, aut spoliando. In quibus quamuis non queat membrum, aut uitam, seu sanitatem restituere, tenetur tamen refundere alia bona pro damno illo pensatis, qualitate lęsi quantitateque damni, & viribus damnificantis.

De lesiõ famæ proximum.

¶ Quæritur quoque, utrum iniustè damnificans alium in fama teneatur ei restituere famam. Ad qđ respondet, sicut ex Thoma responsum est, & addit. Qui diffamat alium de ipso falsa dicendo, talis tenetur facere posse suum fideliter ut illi sua fama restituatur dicendo se falsum dixisse quamuis ex hoc crederetur infamis: Nam quamuis homo teneatur propriam famam magis tueri, & conseruare, quàm alienam, cæteris paribus, magis tñ tenetur

alteri

alteri seruare famã suam iustè, quã seruare propriã famã iniustè: quia tenetur bonũ animæ suæ perferre bono propriæ famæ. Interdum quoq; damnificat qui alium in fama sua iniustè indirectè. dum propriũ crimen renuit pandere, aut fateri. Et talis quãuis peccet, non tamen tenetur alteri restituere famã recognoscendo propriã culpam, ut quidam probabiliter dicunt: quia dum alter non seruat iustitiam ipsum accusando, uel denunciando, nec ipse teneẽ se ita culpabilẽ insinuare. Aliqui tamen contrarium dicunt, quod nimis durum videtur.

Renuens proprium crimen fateri accusantẽ an lędat. Opinio.

¶ Si autem quis teneatur alicui restituere aliqua, & sciat, qđ ille per illa impugnaret bonũ cõe, nõ debet ei restituere statim, sed restituenda illa diligenter seruare apud se, uel facere apud aliũ reseruari fideliter, ac secure, quatenus restituanẽ tẽpore oportuno illi, aut eius hæredibus, quando hoc fieri poterit sine præiudicio boni cõis. Præterea qui in guerris scienẽ inferũt innocẽtibus damnũ, teneneẽ, illis ad restitutionem, non obstante consuetudine contraria: qm̃ mala consuetudo est corruptela. Veruntamen illi in guerris innocentes nõ sunt, qui habenti bellum iniustum fauent directè aut indirectè dum modo sciant illum hebere bellum iniustum, uel hoc merito scirent.

In guerris damna qñ sint resarcienda.

¶ Denq; qui intulit alteri damnum, se habet aliquid ultra necessitatem sustentationis naturæ, quãuis sic necessarium sibi ad uictum secundum condecentiam sui status, tenetur restituere: quia non licet ei uiuere de alieno, cum seculari honore. Si autem non habet nisi necessaria ad sustentationem naturæ: est distinguẽdũ. Aut enim is, cui restituendum est, nõ indiget restitutione ad necessitatem naturæ: & tunc alter restituere non teneẽ, quia ex naturali iure licitus, est unicuique usus possessionis ad necessitatem naturę suæ. Extrema quippè necessitas, omnia facit esse communia. Aut indiget illo ad sustentationẽ & tunc subdistinguo. quia aut priùs taliter indiget re restituenda, què alter, aut eodem tempore taliter indigẽt ambo. aut alius ille priùs sic eget re illa. Primo modo, atq; secũdò. dici posset qđ restituere obligatur, qa res illa nunquã fuit sua de iure: quia dũ alter fuit in statu, in quo res illa fuit sibi extremè necessaria, non potuit fieri huius illo contradicente. Sed tertio modo restituere non tenetur, quia extrema necessitas facit rem illam tunc esse ipsius.

Quę inopia excuset à restitutione dãni illati.

¶ Porrò si quis prædicat in fundo suo uenas, per quas deriuabatur aqua ad puteum alterius, intentione nocendi alteri, tenetur ei ad restitutionem damni. Si uerò hoc facit sine fraude, intendens utilitati suæ consulere, ut si multum utile sibi sit facere murum, nec potest conuenienter fieri fundamentũ sine illarum præscisione uenarum, non tenetur ad aliquam restitutionem: quia ius habet faciendi in agro suo suam utilitatem. Vnde regula iuris est: Nemo damnum alteri facit. nisi qui id facit, ad quod faciendum ius non habet ¶ Insuper, qui retrahit à religionis ingressu personam utilem, intentione dãnificandi, tenetur illi conuentui, cui subtrahit talẽ personã, ad bonorum arbitrium. Si uerò hoc faciat intentione consulendi suæ utilitati. temporali, aut spirituali, non sugerrens falsum, neque infraudẽ non tenetur illis ad aliquam restitutionem: sed personę cuius spiritualem impediuit profectum, tenetur in spiritualibus ad restitutionem quantũ potest.

Præscindens aquę venam alterius in suo tñ agro.

Qui retrahit a religionis ingressu alium.

Quæstio.

¶ Præterea quæri potest quid de muliere, quæ ex adulterio suscipit filium, per quod exhæredat uerũ hæredem. De aliqui dicunt, quòd ad restitutionem non obligaẽ, si hoc fecit nõ aĩo exhæredandi, sed luxuriãdi. Dicendũ quod mulier illa non excusaẽ, quin teneatur ad restitutionem post mortem mariti⁹, nisi filius à matre persuasus, hæreditatẽ uoluerit reddere: non tamen tenetur credere matri, nisi uoluerit sibi facere certam fidem de hoc, quod ex adulterio habuerit eum. non tamen tenebitur ad restituendũ totam hæreditatem: quoniam multa poterant impedire, ne hæreditas deuolueretur ad alium: sed tenebitur ad interesse iuxta bonorum arbitrium.

Quę ex adulterio genuit hæredem mariti.

¶ Amplius, damnificans alium iniustè in sua libertate, videlicet procurando iniustè ipsum redigi in seruitutem, tenetur se facere seruum pro illo, si aliter non potest eum restituere libertati: nisi forsan hoc reddundaret in detrimentum boni communis in quo casu teneretur ad omne aliud interesse ad bonorum arbitrium. Quantumcunque uerò damnificaret illũ in possessionibus, nunquam teneretur pro restitutione se vendere in seruum, quia libertas inæstimabilis res est.

Qui alium priuat libertate.

¶ Pręterea: quoniam restituenda sunt, quæ per usuram sunt acquisita, quæritur an quilibet in quocunque contractu accipiens aliquid ultra sortem, teneatur illa, quo accipit ad restitutionem. Et uidetur quòd sic, quia frequenter continetur in iure, quicquid ultra sortem accipitur, vsura est respondendum, quòd in contractu aliquid accipere vltra sortem, quadrupliciter potest intelligi. Primo de mutuo: secundò de locatione: tertiò, de uenditione: quartò, de emptione. Primo modo contingit accipere aliquid ultra sortem, aut rõe pœnæ conuẽtionalis à iure permissæ, aut rõne donationis, aut ratione interesse, aut tanquam exactum pro mutuo directè, uel indirectè, explicitè uel implicitè, Primo modo accipiens aliquid ultra sortem, non tenetur ad restitutionem, si pœna non fuit apposita in fraudem usurę: sed intentione arctandi accipientem ad obseruationem fidelitatis promissæ: quia ut dr̃. ff. de regulis iuris, quod nomine pœnæ ab aliquo est exactum, hoc nemo restituere cogitur. Accipiens quoque secundo modo ultra id, quod mutauit, restituere nõ tenetur. Si enim mutuo aliquid alteri nõ fraudum vsuræ, & ille tanquam gratus reddit mihi plus ex sua liberalitate, non teneor restituere: quia illud meum est iure liberalis donationis Tertiò quoque modo utpotè ratione interesse, licèt accipere ultra sortem pluribus modis: primo, dum fideiussor pro defectu debitoris compulsus est creditori soluere capitale, atq; usuram. Tunc namq; fideiussor debet à debitore utrumq; recipere, quia seruari debet indemnis. Extra de fideiussoribus ca. Constitutus. Secũdò dum mutuans incurrit damnum ex hoc, quod ille, qui accepit, non soluit in termino assignato, extra de fideiussoribus, ca. Peruenit. Tertiò dum aliqd in pignoratur meritò pro dote. Tunc enim marit⁹ ultra capitale põt retinere fructus perceptos ad on⁹ matrimonij supportandũ, extra de usuris, ca. Salubriter. Quatrò, quando Vassallus ecclesiæ impignorat illi feudũ, quod tenet ab ea, nec interim reddit ecclesiæ seruitium, quo ei tenetur pro feudo. Tunc quippè potest ecclesia retinere capitale cum fructibus perceptis. Sicque posset etiam dominus temporalis: qm̃ cũ usura sit præter ius naturæ, ẜm philosophum primo poli. &c. & contra ius diuinum, iuxta illud Lucę, mutuum date, nihil inde sperantes: si illud esset usura, non liceret ecclesiæ, nec clerici. Qđ aũt id liceat, habetur extra de usuris, ca. Cõquęstus Quinto. cum quis mutuat illi, qui uiolenter, aut fraudulenter suam rem detinet. Tunc etenim mutuãs restituere non tenetnr id, quod ultra mutuum accipit: quia non accipit alienum, sed quod suum est retrahit ad se. Quarto modo, videlicet ut aliquid exactum

Lucæ. 6.

ctum

ctum ꝑ mutuò directè, aut indirectè, implicitè, vel explicitè ultra sorté accipere, pôt fieri sine pacto, ac insinuatione intentionis plus habédi, aut cũ insinuatione, & pacto. Primo modo accipiens aliquid ultra sortem, restituere non tenetur: quãuis peccet, si corruptam habuit intentioné plus habendi. Corrupta demum fuit intétio, si mutuauit principaliter in spe lucri: non auté, si secundario, extra de usuris, ca. Cõsuluit, in Glossa. Secũdo modo, non licet: quia sic est quasi quoddam pactum interpretatiuè, q̃a ex hoc præsumit acceptor mutui, qđ ipse mutuans mutuat intentione plus habendi: & quod ille non mutuaret nisi ipse daret ultra sortem. Idcirco si dat aliquid mutuanti, non est liberalis donatio, sed quasi sub conditione coacta. Tertio modo contingit aliquid accipere ultra sortem quadrupliciter: Primò, quando capitale, & lucrum ponuntur sub certitudine. Secundò quando capitale sub certitudine ponitur, & lucrum in fortuna, ut cum aliquis alteri mutuat, centum sub tali pacto, quòd habebit aliquam lucri portionem, si fuerit lucrum, capitali suo sibi semper saluo quicquid contingat. Tertiò dum lucrum ponitur sub certitudine, & capitale sub forma: ut cũ quis eunti ad nundinas mutuat centum pro certa summa pecuniæ recipiens in se periculum capitalis nisi pereat per culpam uel negligentiã mutuũ accipientis. Quartò dum utrumq; ponitur: quod non videtur notabiliter magis in fauorem dantis, q̃ accipiẽtis. Tribus primis modis accipiens aliquid ultra sorté. Ad restitutioné tenetur; quia ꝯctus sunt usurarij, siue fiant directè, siue indirectè, uel explicitè, siue implicitè. Cumq; istud non sit tam euidens de tertio modo sicut de primo, & secundo, ideo istud de tertio modo probatur ꝑ auctoritatem, extra de vsuris, ca. Nauiganti, quo loco dicitur, Nauiganti, uel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem pro eo, quod suscipit in se periculum, recepturus aliquid vltra, vsurarius est cẽsendus. Quarto modo aliquid accipiens vltra sortem, restituere nõ tenetur: quoniam ratione uerisimilis dubij excusatur contractus huiusmodi, extra de usuris, cap. Nauiganti Rationeq; huiusmodi dubij excusatur, qui merces suas uendit, ut termino certo recipiat ampliùs pro eisdem, quam valent tempore contractus si tñ contractus tpe eas non fuerat uenditurus. Si auté aliàs tpe contractus fuit rem illam venditurus pro minori præcio, atque ex certa scientia plus recipiat alio tempore, quasi usurarius est censendus. Porro in contractu locationis illicitum est ultra rem locatam accipere aliquid, ac retinere pro usu rei locatæ, etiam dum locantur res, quæ non peiorantur, ut pecuniæ, uel scyphi argentei, ad honorandum illum, qui accipit. Sic enim dare pecuniam non est eam mutare, sed locare. ff. Commodati, vel contra. Ibi etenim dicitur, quod non potest cõmodari id, quod vsu consumitur, nisi forte ad pompam vel ostentationem quis accipiat. In contractu quoque uenditionis licitum est accipere ultra sortem: non tamen ultra id, quod res ualet dum venditur. Nempè eandem rẽ uno tempore, & in una terra emit unus pro centum, quæ in alio tempore, & in alia terra ualet centum uiginti. Item ratione emptionis redditus hæreditarij, vel ad uitam, licitum est recipere prouentus, quamuis excedant sortem, si in emptione seruetur æqualitas iuris naturalis, sine qua nulla emptio licita esse potest. 16. quæ. 3. ca. Si sacerdos. Ratio autem, cur pro re mutua nil exigi potest ultra sortem, & potest pro re locata, est: q̃m mutuũ est de rebus quarum principalis

Modi varij vltra sortẽ recipiendi qui sint licitus

de vsuris Contra c. Cõsuluit.

Extra. de usuris ca. Nauigan.

In contractu locationis.

In contractu venditionis.

vsus non pôt cõcedi sine reipsa, eo q̃ ille usus est earũ consumptio, ut patet in esibilibus, & potabilibus uel distractio, ut patet de pecunia, quę ad hoc principaliter est inuenta, ut expendatur in emptione rerum aliarum. Idcirco quando res tales alijs conceduntur, trãsfertur in illos earum dominiũ. Vnde mutuare est de meo tuum facere. Cumq; concedere principalem vsum rerum illarum, sit concedere res ipsas: ille, qui ultra recompensationem rei exigit recompensationem pro vsu eius, exigit pro eadem re bis recompensationem, quod est contra naturalis iuris æqualitatem. Locatio uerò est de rebus, quarum vsus concedi potest sine re, quia earũ vsus non est earum consumptio. Hinc vendi potest dñium domus, retento vsu ipsius: & concedi usus retento dominio. ideo ille, cui restituitur domus locata, si ultra hoc exigit precium pro vsu illius, non exigit pro eadem re bis recompensationem, nec recompensationem pro eo, quod non est. Hæc Richardus:

¶ Qui insuper sciscitatur, utrum homo tenetur restituere ea, quæ legitima mercatione lucratus est de bonis, quæ ipse, uel pater eius acquisierunt per vsuram. Videtur, quod sic: quoniam tenens rem impignoratam, tenetur eam restituere cum fructibus perceptis, si sibi soluitur capitale pro quo res fuit impignorata. Si autem de fructibus sortem receperit, tenetur restituere pignus sine solutione alia, hoc excepto, quod sibi debetur pro laboribus & expensis. extra de usuris, cap. primo, & sequenti. ergo à simili, si de eo, quod mihi restituere debuisti lucratus es deductis expensis, & retento, quod tibi pro labore debetur, residuum lucri cum hoc, quod ante debebas, restituere teneris. Ad istam quæstioné aliqui dicunt, quòd talis non tenetur restituere lucrum prędictum: lucrum tamen de re furtiua, uel rapta reddere obligatur: quando usurarius est dominus rei, quam lucratus est per vsuram, furator autem non est dominus rei furatę, nec raptor rapinę. sed contra, quicunque dominus alicuis rei est dominus, eius aliquo iure non iniuria est dominus: sed rei acquisitæ per vsuram, vsurarius nõ est dominus aliquo iure. Hinc alij dicunt, quòd vsurarius non solum tenetur ad restituendum vsuram, sed etiam quicquid lucratus est iusta mercatione de re per usuram acquisita, priùs tamen deductis laboribus, & expensis. Furantem, seu raptor, de lucro iusta mercatione acquisito, nõ debet inde deducere, nec labores, neq; expensas: quoniam mitiùs agendum est cum usurario, quàm cum latrone, aut fure. Sed contra hoc est, quod pro re sterili nemo debet exigere fructum. Pecunia uerò de se res sterilis est, quia per se nullam potest parere fructum, sed solũ per laborem, solicitudinemque utentis. Ergo lucrum de pecunia tua non debes exigere, si in lucro illo non laborasti, neq; solicitus extitisti. Hinc mihi videtur dicendum, quòd rerum quędam sunt, quæ habent vsufructum, ut res quarum vsus non est earum consumptio, neque distractio: & si quis talem rem extorserit per vsuram non solum obligatur ad restituendum rem ipsam, sed, & fructus perceptos, deductis priùs laboribus & expensis: quoniam tales fructus, sunt fructus rerum, quarum alius dominus est. Quædam quoque sunt res, quæ non habent principaliter vsufructum, cuiusmodi est pecunia. Lucrum enim de pecunia proueniens, non est fructus pecuniæ, sed humanæ industrię, ac laboris. Cumque homo dominus sit suæ industriæ, atq; laboris: ideo lucrum

quod

Quæstio. de mercationibus.

quod iusta mercatione adeptus est de pecunia per vsurã exorta, restituere non tenetur. Veruntamen q̃a pecuniã alterius ꝑter eius absolutã uolũtaté detinuit, si ille, cui facienda erat restitutio, ex hoc aliquod damnum incurrit, alius sibi tenetur ad restitutionem damni unà cum restitutione usurę.

¶ Rursus quæritur, utrum homo tenetur restituere ea, quę reperit fortuna. Dicendum, quod rerum quædam sunt communes omnium iuræ naturali, ut uolucres non domesticæ, & pisces maris, quædam uerò sunt uniuersitatis, sicut quod est communitatis, ut theatra, stadia, ac consimilia: quædam autem sunt propriæ singulorum. Si quis ergo inueniat aliqua de primò genere horum, restituere, nõ tenetur Si auté inuenerit aliqua de secundo genere, restituere communitati tenetur. Rem autem singularis personæ singulari personæ. Et secundum hanc distinctionem concordantur, & soluuntur diuersæ auctoritates, quæ diuersimodè loqui videntur. Si etenim quis sciat, cuius sit res inuenta, nec restituerit eam, similis est raptori; & si nesciat cuius sit non tamen potest eam retinere, sed debet fatere, quòd in se est ut sciatur cuius sit: quia ut dicitur. ff. de furtis &c. qui alienum quid iacens in terra, causa lucri faciendi sustulit furto astringitur, siue sciat, cuius sit, siue non. Et hoc rationabile est, quia cum sciat rem suã non esse, supponere debet, eam de iure ad alium ꝑtinere. Quod si inuenire nequeat cuius sit, restituat illi, cui incumbit cura reipublicæ.

¶ Adhuc, quæritur utrum homo tenetur restituere ea, quæ lucratus est per ludos prohibitos. Videtur, quòd non, quoniam meretricium magis prohibitum, ac vitiosum consistit, quàm huiusmodi ludi, sed meretrix non tenetur restituere pręciũ corporis sui; ergo nec lusor lucratam pecuniam. Item, quòd torneatores in tornamentis lucrantur restituere non tenentur secundum leges: In contrarium est, quia ab alio repeti non potest, quòd ille restituere non tenetur, sed secundum constitutionem Grecam. vsque ad quinquaginta annos repeti potest, quod in ludo amittitur alearum. Dicendum, quod aliqui ludi sunt ita prohibiti, quod non iubetur restitui, id, quod lucratur homo secundũ legem ludorum illorum, ut torneamenta in quibus, quod quis lucratur, restituere non tenetur, quamuis peccet mortaliter excercendo ludum ab ecclesia tam uehementer prohibitum, ita ut careant ecclesiastica sepultura occisi in illo. Alij sunt ludi ita prohibiti, quòd pręcipitur restitui, qđ homo lucratur cum eo, ut ludus alearum, & taxillorum. Non tamen prohibitum est ludere non ex cupiditate, & ꝑ communi conuiuio. Itaque cõmunis, atque securior uia est, quod eo ipso, quo ludus taxillorum prohibitus est, homo ipso iure tenetur restituere, quod tali ludo lucratus est: quia non tantum prohibetur ille ludus, sed etiam acquisitio lucri per talem ludum. Ratio demum, quòd leges potius prohibent ludum alearum, quàm tornamenta, est quia in ludo torneamenti sunt multi labores, qui macerant carnem, & à turpibus retrahunt, & exercent se, ac artem militiæ discunt pro defensione reipublicæ, sed propter abusus superuenientes & crudelitates, & uanitates annexas ecclesia ludum illum districtè rationabiliterque prohibuit. Ludus autem taxillorum ocium nutrit, & plurima mala habet adiuncta, nec aliquid utile ibi addiscitur, & totum exercitium ludi illius fortunæ committitur atque inititur. Hæc Richardus.

¶ Porrò inscripta Alberti de restitione in præha

De rebus inuentis. Quæstio. Respõsio. Rerũ differentia.

Inuẽtã rẽ seruare nõ pôt, & si dñm ne sciat.

Quæstio. de obtẽtis per ludos ꝓhibitos. In partem negatiua arguitur.

In opposi tum.

Respõsio. Ludoru duo gña.

Via securior.

Alearũ ludus potius quamque torneamẽ torum ꝓhibetur.

Albertus.

bitis uerbis Thomæ quasi totaliter continentur. Aliqua tamen possunt addi satisfactio, inquit, bene definitur, cum dicitur: Restitutio est rei ablatę redditio, uel recompensatio. Ablatum namque, aut restituitur in numero, & tunc redditur, aut in æquiualenti, & tunc recompensatur. Contingit ergo dupliciter reddere, Primò secundum ablati ualorem, & ita fama ablata, atque uirginitas uiolata, restitui nequeunt. Secundò penes acceptationẽ eius, cui abltaũ est aliquid, q̃ restitutio fit iuxta arbitrium uirorum bonorũ, & hoc fit, quotiescunq; debitor facit quicquid potest ad satisfaciendum læso, & siue læsus tunc remittat, siue nẽ, nihilominus excusatur, q̃ abstulit corã Deo. Deniq; clerici, & quidã religiosi suadentes pricipibus licitas esse quasdam acceptiones, quæ reuera iniustæ sunt, ad restitutionem tenentur. Quemadmodum etiam consiliarij praui, qui instar Achitofel excogitant uarios modos extorquendi, & auferendi ab alijs, uolentes placere impijs principibus, ac tyrannis. Emissarij quoque, qui exequuntur, quod illorum consilio norunt iniustè esse dictatum.

¶ Deinde q̃rit hic doctor, quid debeat restitui. Quã q̃stioné dicit esse difficilé ponẽdo casus de diffamante, & femina suffodiente, seu aliquem impediente à cõsecutione alicuius spiritualis, secularisve boni. Ad quæ respondet, sicut ex Thoma responsum est: & addit, quod omne illud ablatum est restituẽdum, quod cum dolore amittitur cum delectatione, utilitate, aut honestate possidetur; præsertim cuius ablatio, aut minoratio ad uituperium pertinet vel ad damnum. Auferre uerò famã in his, quæ spectant ad unitatem non censetur peccatum, nec satisfactionem requirit. In cæteris, sicut in dictis sancti Thomæ inductum est,

¶ Scipta uerò Thomæ de Argentina, consonãt ꝑ omnia præinductis ex sancto doctore, & Richardo de media uilla, & addit: Si quis bona fide emat ablata, non debet damnificari; quia non sciuit nec suspicabatur illa esse iniustè ablata, idcirco si dominus talium rerum uult eas rehabere, debet huic emptori restituere precium capitale. Ad uerò de muliere, quæ falsum hæredem constituendo, defraudat uerum hæredem, aliqui dicunt, quod mulier talis satisfacere nequit, nisi illud suo reuelet marito, quatenus spurium illum priuet hæreditate. Qđ non videtur idoneè dictum, quia seipsam exponeret mortis periculo, & uirum suum uxoricidio. Ideo dico, quòd mulier illa posse suo debet laborare, vt spuriùs ille intret religionem, & talem religionem, in qua non sit capax hæreditatis. Quòd si noluerit spurius, puto, quòd mater sua debeat ei, quod gestum est, clam reuelare; ipsumq; admonere, ne animam suam perdat usurpando hæreditaté sibi indebitam. Potest quoque hæc reuelare confessori spurij in confessione, uel extra & supplicare ut super his spurium illum informet. Si acquiescere nolit, & mulier superuixerit suo marito, debet parcius viuere, quatenus hæredi dãnificato recompenset damnum suum pro posse.

¶ Queritur etiam, quo tempore tenetur quis restituere. Quæ quæstio dupliciter potest intelligi. Primò. de illo nunquam fuit bonæ fidei possessor, & ille tenetur immediatè restituere quantum potest Secundò, de illo, qui aliquando fuit fidei bonæ possessor, tamen antequam transeat tempus præscriptionis, sufficienter informatur de hoc, quod iniustè possidet aliquid: & quod illi per quos, seu a quibus habet rem illam nunquam fuerunt ueri possessores

sessores

Restitutio fit dupliciter.

2. Reg 17.

Quid debeat restitui. Quæstio.

Respõsio &

Argẽtine.

De muliere ex adulterio herede cõstituentem. Opinio.

Quæstio. Quo tpe sit facienda restitutio.

fessores rei illius. Atq; sufficienter docetur iniustus ille possessor, cui debeat reddere illam rem. & tunc ad restitutionem tenetur immediatè, & indilatè, qa eiusdem est criminis alicui rem suam iniustè auferre, & detinere, nisi dilatio expediat, ut quando furioso non redditur gladius. Tertiò põt hæc quæstio introduci propter tempus præscriptionis quia, aut est præscriptio iuris, ex tempore capiens firmitatem cuius præscriptionis tempus est decem anni ꝙ personam laicam, & priuatam, si præsens sit: & uiginti anni si absens existat. Intelliguntur autem esse præsentes, qui in eadem prouincia cõmorantur: absentes verò, qui sunt in diuersis prouincijs. Porrò ꝙ ecclesiam non præscribitur, nisi tpe quadraginta annorũ, ut patet decima sexta quæstione tertia. Et excipitur ibi Romana ecclesia, ꝙ quã non præscribitur, nisi tempore centum annorum. Differt item præscriptio ab usucapione: quia præscriptio cadit super rẽ immobilem, ut est ager, uilla, castrum. Vsucapio super rem mobilem, ut sunt pecunia, liber, uestis. Quæro ergo, si quis rem possideat pacificè bona fide per totum tps præscriptionis, concurrentibus conditionibus uniuersis, requisitis ad pscriptionis valorem quç multæ sunt ualde. Deiñ ueniat quis, euidenter ac sufficiẽter, declaransq; ꝙ bona illa fuerãt sua, uel ad ipsum legitima successione pertineãt, vtrũ teneaẽ bona illa restituere illi: Respondeo, quòd non: qm̃ ius canonicum, ac ciuile conferunt ei iustum titulum possidendi. Verum quidam doctores tenent cõtrarium, asserentes, quòd in foro conscientiæ restituere obligatur nec ius humanum sua institutione potest præiudicare iuri diuino, ac naturali, ita faciat id, quòd meum est, esse tuum: cum homo legislator nõ sit dominus rerum. sed Deus creator legislator supremus. Insuper quòd non est secundum se licitum, sed tantum à iure permissum, non præbet defensionem, in conscientię foro. Talis autem est præscriptio: quoniam solum est à iure permissa, ad uitandum maius malum, videlicet iurgia, quę possunt oriri propter dominia, sed ita non concluduntur. Et dico, quòd princeps terrenus non solum est rerum tutor, sed etiam distributor secundum merita, atque demerita possidentium eas. Hinc sicut propter crimina aliqua tollit uni suum & præstat hoc alteri: sic in proposito per prescriptionem aufert uni propter negligentiam suam, quod fuit, aut esset suum, & alteri illud largitur. magna uerò est negligentia eius, qui infra tot annos præscriptionis non requirit rem debitam sibi. Hic iura testantur, quòd qui rem suam curare negligit, meritò eius proprietatem amittit. Hæc Argentinensis.

Cõtra ecclesiã non prescribitur.

Quæstio. De ijs quę ex præscriptiõe possidentur

Resp̃sio.

Opinio.

¶ Verum secunda opinio ampliùs placet quibusdam. Nam dato, quòd negligens sit: tamen negligentia illa posset puniri alia minoriq; pœna, & posset quis ex alia meliori causa omittere huiusmodi rei suæ requisita. Nec dominus terrenus potest esse rerum distributor principalis, aut secundum propriam uoluntatem sed solũ secundũ summi legislatoris complacitum, seu iuxta diuinam naturalemq; legem, uel saltem non contra eas.

Scotus.

¶ Ad uerò Scotus circa hæc scribit prolixè, in primis discutiens an omnia ista exteriora debeant esse cunctis communia, de quo satis dictum est in scripto secundi. Deinde inserit multa, quæ in dictis Richardi iam habita sunt. De muliere quoque spurium habente scribit sicut ex Thoma de Argentina inductum est. De his quoque, qui tenentur ad restitutionem, allegat & exponit præfatos uersiculos Iussio consilium, confessus. palpo, recursus. Particeps, mutus, non obstans, non manifestans. Et qui illorum teneantur ad restituendum insolidũ, sed uno eorum restituente omnes alij liberantur à debito restituendi, quo ad illum, cui unus ille satisfecit, & tenentur pro taxa portionis, quæ eos contingit, illi ꝙ pro ipsi omnib⁹ satisfecit. Insuper addit, quod quãuis teneatur damnificato restituere ablatum, & ultra hoc suum interesse, & fructum perceptum de re, si res fuit fructifera: non tamen fructum, qui prouenit ex industria eius, qui utitur illa re. Ex quo sequitur, quòd lucrum acquisitum ex pecunia fœnebri, non tenetur reddere fœnerator. Alioquin ille, qui reciperet, posset iustè usurarius esse: quia recipere fructum de sua pecunia uenientem per alterius industriam, est facere usuram. Et hoc est forte, quod magis posset homines inducere ad usurã: qm̃ de usuris lucrantes, id quòd lucrantur restituere non tenentur: imò id suum est, quia per eorum industriam est, acquisitum. Alienum verò est restituẽdum. Hæc Scotus.

Diluitio.

Dionysi⁹.

¶ Qui in huius quæstionis decisione sequitur ualde opinionem ex argentinensi inductam de præscriptionis ualore, etiam in conscientiæ foro, potissimè probans hoc: quia (ut ait) dominiorum, & terrarum diuisio, translatio permutatio, factæ sunt ab exordio, auctoritate humana principium seculi huius præsertim imperatorũ: ergo & postea corundẽ auctoritate talia fieri potuerunt. Quod dictum nec scripturis canonicis, nec prouidentiæ Dei satis cõsonare uidetur. Omnino enim omnipotentis Dei ordinatione, iustitia, moderamine ab exordio diuisa est terra, trãslata sunt regna, uariata dominia, posessiões mutatæ sunt, iuxta illud Danielis: Ipse mutat tempora, & ętates, transfert, atq; constituit. Vnde per Ieremiam testatur: Ego feci terrã in fortitudine mea magna, & dedi eã ei, qui placuit, in oculis meis. Hinc sicut in Deuteronomio recitatur, præcepit filijs Israel de Aegito egressis, ne mouerentur ad plium contra Idumæos, nec contra Moabatas, neque aduersus Ammonitas: quoniam terras, in quibus cõmorabantur, tradidit patribus eorum, ac ipsis in possessionem. Hinc quoque in Cantico Deuteronomij Moyses cecinit. Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Quibus, & regna Cananæorum diuisit in mansiones. Hoc est quod Paulus apostolus protestatur. Deus fecit ex uno omne genus hominum in habitare super faciẽ vniuersæ: definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum. Quod qualiter factum est in. Genesi, in Paralipomenon, & alijs locis scripturæ clarè, ac copiosè docetur, unde in Danielæ describitur, qualiter secundum ordinem prouidẽtiæ Dei iuxta hoc exigentiam meritorum hominum, diuersis nationibus successiuè tradita est, & ablata Monarchia. Propter quod in Ecclesiastico scriptum est. Deus transtulit regna de gente in gentem propter diuersos dolos, & iram, & iniustitias. Quod autem principes seculi, diuisiones quasdam fecerunt terrarum, ex diuina prouidentia ortum habet, cuius dispositione, aut promissione cuncta aguntur in terris. præsertim in rebus, actibusque humanis.

Daniel. 2. Iere. 27.

Deut. 32.

Gen. 11. 1. Par. 1. 2 Danie. 5

Eccli. 10

¶ Præterea Scotus respondendo ad istud, utrum damnificãs alium in bonis personę uidelicet animæ & corporis, tenetur ad restitutionem, inter cætera scribit: Nullus potest alium damnificare in bonis animæ, inducendo ad culpam directè, seu necessitando, cum peccatum ex propria uoluntate peccantis dependeat: sed indirectè inclinando, persuadendo, scandalizando, & à bonis actibus retrahendo, siue impediendo. Quod qui fecerit, tenetur omnimodo sibi possibili ad restitutionẽ, id est, ad ædificationẽ illius, ut recuperẽtur in eo bona uirtutũ. Inducere ergo eum debet efficaciter ad pœnitentiã, uirtuososq; actus. Et si sola indictio non sufficiat, qa faciliùs est peruertere, q̃ cõuertere tenetur per se orando, & aliorũ orationes procurãdo, gratiã cõuersionis illi acquirere, & itẽ per alios persuasores idoneos, ad hoc agẽdum studere, nõ tñ pãdẽdo occulta pctã illius. Ex quibus patet, quantũ periculum sit, & pctñ, alios solicitare, aut inducere ad peccatũ, quia uix potest restituere illis, quod debet, & quia bona uirtutum, quæ abstulit, sunt præciosima bona, & mala ad quẽ induxit sunt pessima mala, & damna grauissima, idcirco, incomparabiliter plus damnificat proximum, qui in istis damnificat eum, quàm qui solum in corparalibus rebus. Et ergo secundum iustitiam tanto plus obligatur restitutionẽ facere proximis in his, quã in alijs. Si damnificauit autem proximum in bonis corporis, aut intulit mortem, aut læsionem circa mortẽ, & talis læsio uel est irremediabile malũ, ut mutilatio, aut remediabilis, ut uulneratio simplex. Mutilatio quoq; est duplex, una enormis, quæ impedit totaliter actum humanum competentem homini secundum partem abscisam, ut amputatio manus: uel non enormis, quæ non ex toto impedit talem actum, amputatio digiti. Videndum est ergo, qd in damnis iltis posit iustè restitui, & quid inde statutum sit. Quantum ad primum, dico, quòd si lex talionis in his omnibus statueretur, iuxta consisteret: quia difficile est in his aliam dignam recompensationẽ rependi: nec tamẽ ob hoc iudaizaremus, quia aliqua præcepta iudicialia ueteris testamẽti possent à principe Christiano, uidelicet papa, aut imperatore, institui, atque à Christianis seruari, non in quã tum per Moysen data, sed quia à Christiano principe auctoritatem habente rationabiliter instituta. Sicut & princeps unius regni, posset populo suo mandare aliquas ordinationes, & leges alterius regis, ac regni, & una religio aliquas accipit ordinationes ab alia religione. Sic si modo statueretur, quòd blaiphemi, atq; adulteri acciderentur, multo iustius esset, quàm quod ordinatum est, ut fures suspendantur, sicut blaiphemia, & adulteria sunt multo grauiora facinora, quàm sit furtum. Sed clarũ est ad qd aspiciant principes Christiani: quia ad commodum temporale, propriumq; honorẽ magis, quàm ad honorem, & cultum diuinum. Ideo grauius puniunt peccata in proximum, quàm peccata in Deum. Verumtamen in multis terris pro scelere homicidij pœna talionis infligitur, & iustè, quia hoc non solum consonat legi Moysi, imò & legi naturali, & approbatum, ac confirmatũ est in euangelica lege, Christo dicente: Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit. Et si alicubi non infligitur pœna huiusmodi, expedit homicidæ, ut in recõpensam exponat se morti pro fidei defensione, seu pro bono communi. Quod si tantam restitutionem noluerit facere, non tamen potest esse a restitutione immunis, sicut fatui quidam absoluunt tales, non ostendentes eis restitutionem pro homicidio eis incumbentem, quasi faciliùs possit transire homicida, quàm (ut ita dicam) canicida, aut boucida: quoniam qui bouem aut canem alterius perimit, non absoluitur sine restitutione. Quod sit interfectus sustentauit quosdam propinquos, ut parentes, uxorem aut filios: interfector omnibus illis tenetur ad restitutionem, quantum ipsis abstulit per illius occisionem.

Periculũ magnũ ijs quo ad peccata alios inducunt.

In principijs.

Matt. 26.

¶ Hæc Scotus, qui multa scribit de his, nescio an tam sapienter, quàm audenter. Nẽpè simpliciter asserit, & euidenter fatetur se non uidere, quòd lex aliqua iusta potuit ordinare hominem pro solo furto occidi. Et esto, inquit, quòd Iudæis licuisset pro furto occidere. Rigor iste potius reuocatus esset p euã gelicam pietatem de fure, quàm de adultero: sicut & furtum minus peccatũ est, quàm adulterium, iuxta illud Prouerbiorum: Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit. Furatur enim ut esurientem repleat animam. Qui autem adulter est, propter cordis inopiã perdet animam suam, id est, uitam amittet quia lapidabitur iuxta legem. Veruntamen his obijci posset, quia in ecclesia Dei fuerunt de gratia Dei aliqui sancti, & iusti imperatores, multoq; plures sanctissimi summi põtifices, qui Dei honorẽ magis, quàm temporale commodum intenderunt, & tamen nullus eorum instituit furta, & adulteria puniri iuxta mẽsuram enormitatis eorum, ita ut adulter tanto plus puniatur quã fur, quanto grauiùs crimen est adulteriũ, q̃ furtum, & ut ad adulteri potius occidãtur quã fures: Periculosum, quoq; uidetur asserе, quòd pro solo furto non ualeat pœna mortis inferri. Denique leges, & plebiscita rectè instituũ tur secundum exigentiam finis eorum. Finis autem iuris ciuilis, est conuersatio hominum ad inuicem pacificat, & quieta, cui fini cum furtum præcipuè aduersetur, nisi rigorosissimæ exterminetur, imo magis, quàm adulterium, vt uidetur saltem in pluribus terris, sequitur, quòd furtum non immeritò punitur suspendio. Imo etiam secundum iura canonica. minus peccatum punitur districtiùs, ut uxoricidium, quàm matricidium, eo quòd homines nõ sint proni occidere matrẽ, sicut uxorem. Sic & maior pœnitentia imponitur adulescenti pro fornicatione, quàm seni, ut infra dicetur.

Impugnatur Scoti sententia.

Prouer. 6.

Obiectio

Minus peccatũ sæpe graui punitur.

¶ Insuper addit Scotus: Pro mutilatione enormi & non enormi, non est in ecclesia instituta restitutio, nisi pecuniaria, quæ correspondere debet nõ solum damno per mutilationem pro tempore toto futuro, quo usurus, qui esset membro abciso, sed & expensis oppositis in curatione, & ultra hæc etiam placationi ipsius læsi, quæ requiritur, quamuis non esset mutilatio talis: imo & consolationi afflicti. Cũque de mutilatione de solatio si perpetua, plus ponderanda est de solatio pauperis, quàm diutitis: quia pauper magis indiguit membro abciso ad victum necessarium sibi, ac suis, quamuis ex alia parte ponderanda sit conditio seu dignitas diuitis. Hæcidem.

Bonauen:

Male acqsita quando debẽt restitui.

¶ Præterea de his nisi perpauca scribit Bonauentura, & ad hoc, utrum restitutio sit pars satisfactionis, respondet sicut ex Petro inductum est. De ipsa restitutione circa literam ait. Vtrum de male acquisitis possit eleemosina, uel debeat restitutio fieri, respondet: Quædam sunt male acquisita, in quibus transfertur dominium, & non competit repetitio, & talia non est necesse restitui, & possunt licitè retineri, ut lucrum histrionis, preciumque prostibuli, & talia possunt in eleemosinam dari, sed recipienda non sunt in oblationem, si sit publicum crimen, propter honorem altaris, & cõfusionem peccati, ut recipiscãt. Hinc in Deuteronomio legitur. Non offeres mercedem prostibuli. Quædam sunt, in quibus non transfertur dominium, & competit repetitio, ut

in furto, & rapinæ, & de talibus non poteſt oblatio fieri, nec eleemoſyna, ſed reſtitutio fieri debet. Atque ad hoc genus reducuntur omnia, quæ mala fide, & iniuſto titulo poſsidentur, quia iniuſtus titulus pro nullo habendus eſt. Malę autem fidei poſſeſſor uocatur, qui contra legum interdicta mercatur, ut quæ habentur per uſuram, & Symoniam. Idcirco de talibus non debet elleemoſyna fieri. Si autem quæratur de aleatore, dicendũ, quòd generaliter malæ fidei poſſeſſor eſt, & iniuſto poſsidet titulo. idcirco nullatenus pōt retinere, quod lucratus eſt, cum tali ludus ſit turpis, & reprobatus, & contra Deum, ac omnia iura. Vtrum tñ reſtituere teneať, diſtingunt aliqui: q͂a, aut ille penes quẽ lucratus eſt, talis pſona ē qđ rebus ſuis peſſe non poteſt: ut minorennis, pupillus, ſurdus, mutus aut incurabiliter languidus: & ſic reſtituere obligatur. Si uerò ſit talis perſona, quæ amittere poteſt, tunc aut tractus eſt ipſe ludens, & inductus ad ludendum ab illo, aut non. Si tractus fuit ab illo, non tenetur, ut reſtituere illi: quoniam illi non competur repetitio in uindictam peccati, ſed eleemoſynam inde facere poteſt. Si autem ipſe ludens traxit illum, tunc ipſe non ualet inde eleemoſynam inde facere: quoniam reſtituere obligatur ſaltem in foro conſcientiæ. Nam quamuis nemo uelit amittere: tamen qui non uult amittere nec ludere, ſed inducitur ad ludendum, minus culpabilis eſt. Idcirco non debet damnificari. Et qui induxit eum, cum ſit magis culpabilis, non debet meliorari in aliquo. Nulli tamen licet ex hoc aliquid lucri acquiſiti in proprios vſus conuertere. Similiter dicendum de torneamentis, quod ſcilicet in illis pactionibus, quas habent inter ſe, bona non transferuntur in inuicem: ideo in uſus pauperum conuertantur propter ludi inhoneſtatem, & iuris prohitionem. Hæc Bonauentura, cuius hoc ultimum uerbum de torneameneis, videtur à præhabitis diſſentire.

De lucro ex ludo qñ reſtitui debeat.

Antiſiod.

¶ Inſuper de his multa conſcribit Antiſiodorenſis concorditer ad prædicta. Primò, quòd reſtitutio non eſt pars ſatisfactionis, ſed præambulum ad eandem. Secundò, quod obligatus ad reſtitutionem, tenetur reſtituere ſtatim, ſi poteſt, iuxta illud Deuteronomij: Cum uotum feceris domino, non tardabis reddere. Cum ergo uotum ſtatim reddendum ſit, eadem ratione furtum, & rapina, & omne aliud reſtituendum, nec licèt differrè ſine uoluntate eius, cui quis debet, uoluntate inquam impetrata non per fraudem. Quidem etenim impetrant fraudulenter, allegantes maiorem inopiam, neceſsitatem, ſeu impotentiam, quàm ſit, quibus incumbit facere id, quod poſſum. Creditor namq; potius uult rehabere partem, quàm nihil. Si obijciatur, quia confeſsio, præſertim exterior, & ſatiſfactio poſſunt differri, ergo, & reſtitutio: dicendũ quod non eſt ſimile: quoniam reſtitutio eſt de purè naturalibus moralibus, non autem confeſsio illa exterior, nec ſatisfactio. Vnde nec Papa diſpenſare poteſt aduerſus eam.

Deut.23. Reſtitutio mox facięda.

Obiectio. Dilutio.

Quæſtio.

¶ Deinde quæritur, an ad reſtitutionem tenentur currentes cum fure, iuxta illud Pſalmi quadrageſimi nomi: Si videbas furem, currebas cum eo. Et Iſaiæ primo capite: Principes tui infideles, ſocij furum. Currentes autem cum fure uocat, communicantes in crimine, de quibus ſunt uerſus præhabiti.

Pſal 49. Iſai.1.

Iuſsio, concilium, conſenſus, palpo, recurſus.
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Reſpōſio.

¶ Reſpondet, quod duplex eſt neceſsitas, utpotè abſoluta, & conditionata. Si ergo fur ipſe, id eſt principalis auctor iniquitatis reſtituat currentes ſecum, à reſtituendi debito abſoluuntur: ideo ipſi nō tenentur reſtituere neceſſariò, niſi neceſsitate, conditionata, uidelicet ſi fur non reſtituat.

¶ Iterum quæritur, an generalis neceſsitas eccleſiæ diſpenſet, ſeu excuſat à reſtitutione, utpote ſi milites habeant bona iniuſta, & fides periclitetur in locis fidelium, Chriſtianique occidantur ibidem à perfidis, an eccleſia diſpenſare cũ militibus queat, quod bona illa retineat ad expendẽdum ea in ſubuentione fidei, atque credentium. Reſpondet, præceptum de reſtitutione, cum ſit de primis, & puris moralibus eſt immobile, idcirco in nullo caſu diſpenſationem recipit, uel admittit, nec dominus papa poteſt in hoc diſpenſare. Vnde nec milites nec alij debens in tali cauſa expendere aliena. Quemadmodum enim Deus non indiget noſtro mendatio, ut loquantur pro eo dolos, ut dicitur in Iob: ita non indiget fraudibus, & iniuſtitijs, ut pro illo faciamus iniuriam alijs.

Pręceptũ de reſtitutione non admittit.

Iob.13.

Quæſtio.

¶ Ampliùs quæritur de illo modo currendi cum fure, qui per partipationem fit, dum quis participat furo uel rapinæ participatio fit uarijs modis, puta per hæreditariam ſucceſsionem, per dationem, per uenditionem, & emptionem, aut ſimili modo. Vnde datur hæc regula. Quicunque habet conſcientiam rei alienæ, tenetur reſtituere, aut uerò domino rei, aut ei, à quo habet. Qui autem huiuſmodi bona per dationem habet, tenetur ea reddere uero domino cum conſenſu eius, qui contulit ea ſibi, quatenus, & ille dator abſoluatur a debito illo. Si uerò habet eā per emptionem, aut uenditionem, reſtituere debet ei, à quo habet, ut ipſe ſeruetur indemnis: quoniam magis debet prouidere indemnitati ſuæ, quàm damno alterius. Si uerò comſumpſit rem illam, non tenetur eam, neque equiualens reſtituere domino rei, ſi conſumpſit eam ignorans, quod eſſet de iure alterius, niſi in fraudem conſumpſiſſet eam, uel alijs rebus eam admiſcuiſſet, ne poſſet diſcerni. Cum autem congruerit, rem illam fuiſſe alterius, debet ſatagere, ut illi recompenſetur. Porrò de his, q͂ per uiolentiam, aut furtum recuperant ſibi ablata, dicimus, quod non tenentur ad reſtitutionem, dummodo ſine ſcandalo faciant hoc, & hoc ſaltem ſecundum iudicium populi: Nam Ioſue per inſidias cœpit oppidum. Hai. Veruntamen ſecundum iudicium fori exterioris iſtud, non licet: quia maximum periculum immineret reipublicæ, ſi unuſquiſque præſumeret ſubijpſi iuſtitiam facere.

Regula.

Ioſue.6.

Quęſtio. Hypocritę i. adulatores tenētur ad reſtitutionem. Gene.27.

¶ Quæritur item de acquiſitis per ſimulationem ſiue hypocriſim, ſeu per fraudem uel adulationem: an ſic acquirens, teneatur ad reſtitutionem: ut ſi diues fingat ſe pauperem, ſanus ifirmum, hypocryta ſanctum. Reſpondemus, quod non eſt ſimile de errore perſonę, & de errore fortunæ, uel qualitatis. Nam error perſonæ, generaliter impedit dationem, ſicut, & matrimonium, præter quam in benedictione. Nam, & Iſaac benedixit ueraciter Iacob, quem putauit Eſau eſſe. Hinc qui per ſimulationē pauperatis aliqua acquiſiuit, cum diues ſit, reſtitutionem tenetur. Non tamen ei, à quo accepit: quoniam non eſt ille re ſua de fraudatus, imò à Deo mercedem accepit, ſed reipublicæ, quam de fraudauit, id eſt, pauperibus. Hypocrita quoq; & adulator qui fraude adepti ſunt aliqua, ad reſtitutionem tenetur, qui dolus nemini debet ſuffragari, non tamen

men ſemper ei, a quo acquiſierunt, ſed tunc ei, quādo ille eſt ſimplex, nec adulationem aduertit. Si autem non eſt ſimplex, ſed adulationem cognouit & tamen dedit illi propter adulationem, non eſt ſibi reſtituendũ, quia indignus eſt rehabere, ſed pauperi. Meretrix quoq; ſi fraude utatur, tenetur reſtituere, quòd fraude obtinuit, ut ſi pingat oculos ſtibio, & faciem ornet, aut nobilem ſe ſimulet. Hæc Antiſiodo. in Summa libro. 4.

Vdalricus

¶ Prædicta etiam omnia. Vdalricus in Sũma ſua collegit lib. 6. ubi & addit: Dicta de debito reſtituẽdo intelligenda ſunt, quamdiu ſubeſt reſtituendi facultas: quæ intelligenda eſt uſque ad mendicā paupertatem, vel extremam neceſsitatem. Aſſerit quoque pro ſimplici furto non eſſe infligendā pœnam mortis, nec dimembrationem, & hoc ſecundum ius poſitiuum, atque humanum, ſed in exilium deſtinandus eſt: aut fuſtigandus. Quibus uerbis addit conſulte: Oppoſitum huius ſeruatur in multis terris ex conſuetudine, quam iuſtam fecit neceſsitas pacis communis, & incorrigibilitas hominum atque experta malicia plurimorum id eſt pronitas ad furandum. Hæc Vdalricus.

Durādus Franciſcanus.

¶ At uero Durandus, non ille, quem hucuſque multoties allegaui, qui fuit ordinis ſancti Dominici, ſed Durandus ordinis ſancti Franciſci, cuius Summa ſententioſa eſt ualde, & mihi præ cæteris. Summis placens, ſuper his in ſua diſſeruit Summa. Multiplex eſt ludus, quorum unus, de quo nunc ſermo, recte uocatur ludus confuſionis, ut eſt ludus taxillorum & aleæ. Qui meritò ludus confuſionis cenſetur, quia in ipſo bona omnia confunduntur, utpote bona naturæ, & gratiæ, ac fortunæ, imo, & bona glorię amittuntur, qui & hominē æterna confuſione dignum efficit. Circa quem ludum conſideranda ſunt quatuor. Primo quid dicatur aleæ ludus. Reſpondetur. Ludus aleæ dicitũ omnis ludus, qui iuribus fortunæ innititur. Ludus autem qui non innititur fortunæ iuribus, poteſt in pecunia fieri, ſecundum modum iam exprimendum, vt fiat ſine periculo atque dolo. ff. de aleæ luſu, & aleatoribus ubi dicitur. Senatus conſultus, uetuit in peccunia ludere, præterquam ſi quis certet haſta, uel pila, iaculo iacendo, vel currendo, ſaliendo, luctando, uel pugnando, quòd ſit cauſa uirtutis, id eſt, fortitudinis exercitandæ ad finem honeſtum. Ludus autem qui innititur iuribus fortunæ, non poteſt in pecunia fieri, niſi ſex concurrāt. Primum eſt congruitas perſonæ. Clericis nanque non licet. Vnde aleator publicus, & uſurarius repelluntur à dignitate obtinenda, conſuetudine nō obſtante. Extra de exceſ. præ. Inter dilectos tamen in beneficio obtento poteſt ſibi epiſcopus gratiā facere, ſi ſe corrigat, aliàs de iure debet deponi. 14. quæ. 4 ca. Si quis. Secundum eſt congruitas materiæ, quia pro eſculento licet, ff. de alea le. quod in conuiuio. Tertium eſt finis, ut non cauſa auaritiæ fiat, ſed recreationis intuitu. Quartum eſt menſura, quia non licet ludere ultra ſolidum unum, etiā ſi multum diues ſit luſor C. de religioſis ſe. l Aliarum uſus. Quintum eſt congruitas temporis, ut nō tempore luctus, aut pœnitentiæ, ſeu communionis ludatur. Sextum eſt congruitas modi, ut ſit ſine fraude, & non contra legem ludi, nec ludentem prouocet. Cumque ludus iſte aliàs illicitus ſit, lex punit cooperantes: quoniam hoſpes tenens luſores, non poteſt agere cauſam ſuæ iniuriæ, imo ſi qs eum uerberauerit, aut aliquid ei abſtulerit tempore, quo ludebatur in domo eius, non datur ei iudicium. ff. de aleatoribus le. 1. Quod intelligitur, quādo cauſa emolumenti ſui conſueuit tenere luſores et quando occaſione ludi hoc ſit, Lex quoq; punit inſpicientes: q͂m clericus inſpiciens arcetur a miniſterio. Item punit ludētes, quoniam id, quod lucrantur, nequeūt retinere. Similiter punit cogentes ludere, quia mulctantur pecunia, vel incarcerātur, aut in publica uincula dantur. Et ut tenet opinio, id quod perdit aleator, non poteſt repetere: ſed pauperibus dandum eſt: quoniam turpitudo ueritur ex parte utriuſq; Tñ ſ͂m Raymundũ, ſi luſit inuitus, & tractus eſt ad ludum, reddendum eſt ei. Et ſi lucratus eſt, non tenetur reſtituere ei, a quo tractus eſt ad ludendum: nec tamen poteſt tenere, ſed debet pauperibus erogare Nec obſtat prædictis, ſi luſor dicat, quamuis ex cupiditate luſerim, non tamen feci iniuriam proximo, cum & ipſe uoluntarius acceſſerit, & idem mihi feciſſet, ſi ualuiſſet. Reſpondendum eſt enim, quòd inuitus, & non volens amiſit. Cumq; ludus iſte ſit turpis, & reprobatus ſecundum leges, ita quòd nec ſponſio facta in ipſo tenet, cum ſit contra Deum, & contra oīa iura, nemo poteſt, per ludũ iſtũ accipere titulũ iuſtũ, nec bonam fidem. Hinc ſecundum Hoſtiēſem, nunquam retinendũ eſt lucrũ tale: quoniam ſaltē, in iudicio contentioſo nō credit, quin ex cupiditate pdiit ludus, qa p maiori parte ſit ita. Et ſi dicat ſe non luſiſſe ex cupiditate, ludat ſine denarijs. Hæc Durandus.

Circa ludũ aleę 4 cōſideranda. Ludus aleæ q͂.

Hoſpes tenens luſores.

Aſpiciens luſores.

Aleatori qñ reſtituendũ eſt pditum.

Obiectio.

Reſpōſio.

Hoſtiēſi.

Durādu.

¶ Qui inſuper de reſtitutiōe pſonarũ eccleſiaſticam adminiſtrationē habentiũ, ait: Prælati, & alij, eccleſiaſticam adminiſtrationem habentes, tenenť eccleſiam reddere idemnē, ſi prælatus de rebus eccleſiæ meliorauit patrimoniũ ſuum: & item ſi pp nimiā negotiorum ſuorum ſolicitudinē, neglexit bona eccleſiæ pcurare. Videť quoq: teneri de culpa, & negligētia ſui pcuratoris, atq; uicarij. Porrò ſi de ſuo expēderit aliqđ pro negotijs eccleſiæ, poteſt illud repetere, uel heres eius ex eius cōmiſsione, ut ſic fiat recompenſatio. Item non deſeruiētes & tñ accipiētes diſtributiones quotidianas, niſi in infirmitate, vel neceſsitate corporali, aut p euidenti eccleſiæ utilitate, ipſarũ dominium nō accipiũt, ſ. d ad reſtitutionem tenenť. Idem de anniuerſario p mortuis eſt tenendũ. Deniq; ſacerdos, aut clericus abutēs rebus eccleſiæ, aut abutiť non ſeruiendo, ut ſi nō fecit reſidentiā, & ſic tenetur reſtituere fructus pceptos, uel in uſus pauperũ erogare. Aut abutiť male ſeruiēdo, & male ſeruando; & ſic aut expēdit res eccleſiaſticas in peccato mortali, & ad mortale: aut ī mortali, ſed nō ad mortale. Si primo mō, ut ſi dedit turpibꝰ pſonis, aut mimis, aut hiſtrionibus, vel ioculatoribꝰ, pter peccatum, vel carnalitatem, fauorēve ſeculi, ſic peccat mortaliter, & ad reſtitutionem teneť. Reſtituere quoq; debet ex patrimonio, aut artificio, uel rebus, q͂ datæ ſunt ratione ſuæ perſonæ. Nā alias res tribuere debet pauperibus indiſtinctè, præter uictum, & ueſtitũ: quia patrimoniũ Chriſti eſt pauperum. Item recipiens eccleſiam parrochialem, nō intendens promoueri, ſed fructus p annũ pcipere, dũ voluntate mutata pmotus fuerit, tenetur ad reſtitutionē. Imo, & qui ſic contulit, tenetur eccleſiā ſeruare indemnem. Si uerò expēdit in mortali nō ad mortale, ut ſi cauſa eleemoſynæ, uel p ſuſtentatione naturę cōtulit aliqua meretricibus, hiſtrionibꝰ &c. reſtituerę nō tenetur: quoniam odienda ſunt uitia, non homines. De his quoq;, qui taliter receperunt propter cōmittendum peccatũ, nō dubium quin ad reſtitutionē,

Accipientes diſtributiones quotidianas in tēplo abſq; ſeruitio.

teneantur: sed non ille, qui dedit superiori: quoniam hoc ad ecclesiæ utilitatem expendit. Conformiter diuites, & potentes restituere obligantur, quando per fraudes, vel minas, uel per importunitatem recipiunt res ecclesiæ, non propter hospitalitatem, aut rationabilem causam. Hæc Durandus. Qui de his scribit egregie, ac diffusè, quæ omnia recitare esse nimis prolixum. Nempe de restitutione aduocatorum, quibus illud officium est illicitum, ut sunt religiosi, & clerici in sacris constituti, & item de restitutione aduocatorum, quorum negligentia, uel imperitia perditur causa, & qui inidonei sunt ad aduocandum, & qui plùs iusto accipiũt mercedem, vel causas quas, sciunt iniustas, assumunt: de restitutione etiã ad q̃ tenentur testes iniqui, iudices iniusti, imperiti, & qui sine rationabili causa iudicium protrahunt in grauamen proximorum, atque de restitutionibus ad quas diuersa genera hominum, officiatorum mercatorum uiatorũ mechanicorũ obligatur, scribit, q̃ aliis plenè. In quibus omnibus, constat, quòd quicunque alium iniustè damnificat, defraudat, grauat, aut decipit, ad recompensam, seu restitutionẽ tenetur, sicut qui iniustis mensuris uruntur, & res suas nimis carè uendunt & qui infideliter seruiunt, ac laborant. Idem dicendum de medicis, qui immoderatum accipiunt lucrum, aut peritiores se ostendunt, aut simulãt, quam sunt, uel ne uideant imperiti, inepta medicamina applicãt, aut certe nociua. Qui omnes ad restitutionẽ tenentur, imo interdum rei sunt mortis eorum, quibus prę sumunt mederi, ut etiam super Genesim scribit Henricus de Hassia.

Multa genera hominũ ad restitutio. obligatorum.

Henricus de Hassia.

¶ Sed nunc huic quæstioni terminum imponendo, quæritur primò, quid per ludum aleæ intelligatur, dicendum, quod pluribus modis accipitur alea. Ait quippe Brachilogus: Alea dicitur ludus quidam, seu instrumentum, quo luditur, ab Aleo milite sic uocato, qui in bello Troiano ipsum ludum inuenit. Sicque uidetur species specialissima.

Alea multifariã accipitur.

Brachylogus.

¶ Idem dicit Huguitio. Et quidam dicunt, quod sit ludus, qui theutonicè uocatur schyfspeel. Secũdo accipitur pro omni ludo, qui fortunæ innititur, prout in Summa Durandi, & Summa confessorum habetur: & ita uidetur esse genus seu species subalterna. Tertiò pro ludo taxillorum. Vnde tertio Decretalium titulo de uita, & honestate clericorum; quo dicitur, Clerici ad taxillos, & aleas non laudant. Glossa quædam interlinearis exponit, ly, & pro ideſt. Quartò, secundum quosdam ludus aleæ nuncupatur omnis ludus, qui ex cupiditate, ac lucri desiderio exercetur. Quæ acceptio est valde extensa, atque impropria, cum plures ludi qui innituntur arti, & industriæ, ac uiribus, etiã sæpe ex cupiditate, ac desiderio lucri agantur. Itaque id, quod homo lucratur ludo illicito, lucratur, & acquirit illicitè: idcirco id restituere debet, aut in pios usus conuertere. Quæ autem requirantur ad hoc, quòd ludus sit licitus, modo in ista expressum est quæstione, Dictum est quoque, qui ludi ex seipsis existant illiciti, & in iurè prohibiti, utpote hi, qui innituntur principaliter, aut præsertim fortunę, ut ludus taxillorum, & alearum. Qui autem uiribus, arti seu industriæ, innitiuntur, in iure permittuntur, & liciti prohibẽtur, dum in eis illa seruantur, quæ iam dicta sunt requiri ad hoc, quòd ludus sit licitus. Nec aliquis ludus ex sua specie tam licitus est censendus, quin ex immoderato affectu ludendi uitiosus reddatur. Et item si per ipsum præcepta Dei, aut ecclesiæ negligantur, sicut in his, qui tempore diuini ludunt, officii, quod audire, aut facere obligantur. Verum tamen, quidam iuristæ dicere audent, quòd ludus taxillorum, & aleæ uniuersaliter non extet prohibitus: cum tamen in multis utriusque iuris locis prohibeatur. Idcirco securiùs est simpliciter sic tenere. Attamen hi, qui dicunt ipsum uniuersaliter non esse prohibitum, addunt, quòd non liceat taliter ludere, nisi pro esculento, & poculento utique moderato, & sobrio: & si aliquo modo pro pecunia, non tamen ultra solidum unum: ita tamen, ut non cupiditate ludantur, sed causa recreationis honestæ, ac licitæ. Verum iuxta præhabita, tutiùs est hoc modo ludere ludo non prohibito in aliquo iure, & ne occasione ludi taxillorũ seu alearum specie tenus, seu opinionatiuè liciti, deueniatur ad immoderantiam, & excessum in ludo illo. Insuper diebus festiuis specialiter est illicitum ludis insistere, & ludendo quicquam lucrari, præsertim ex cupiditate, seu desiderio lucri, cum nec tunc liceat per officia mechanica in se licita lucris uacare. Legi demum in dictis cuiusdam, q̃d quicquid lucratur homo ludendo pro deductione temporis, recreationeque uirium, uniuersaliter restituere obligatur. Ad quod allegat Bernardum, & Thomam, & nescio an nomine Bernardi denotet sanctum Bernardum, sed puto, quòd a nullo eorum hoc dictum sit, nec a Bernardo iurista. Quod enim huiusmodi lucro, quis lucratur, posset esse iustè lucratum, sicut & ille ludus potest, licitè fieri, imo, & uirtuosè uirtute eutrapeliæ. Et si fiat pro esculento, poculentoue sobrio, aut pro nummo non ultra solidum, nec cupiditate, sed rationabili causa, non tenetur lucrans restituere tale lucratum. De hac materia quoque scripsi in tractatu de regimine curatorum.

Oẽm ludũ licitũ immoderatum facit illicitum.

Opinio.

Feriis illicitũ est ludis vacare

Opinio.

¶ Postremo Henricus in suis, quodlibetis circa hæc plurima scisciatur, ac loquitur, primò interrogamus, utrum qui acquisiuit ecclesiasticum, beneficium per simulationem, atque hypocrisim, teneatur resignare, seu restituere illud. Videtur quòd imo: quoniam non intrauit per ostium, quod est Christus, ergo intrauit sicut fur, & latro, Christo ipso protestante: Qui non intrat per ostiũ sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Sed fur & latro restituere obligantur furtiuè, & latrocinanter acquisita. In oppositum est, quod Iacob simulatione quadam procurauit sibi beneficia patre suo. Dicendum, quòd in collatione, ac receptione ecclesiasticorum beneficiorum, curandum est vt dignis, idoneisque donentur, ne dans sit personarum acceptor: & recipiens, mercenarius. Distinguendum est ergo. Aut em recipiens simulauit se quatenus dans aspiceret ad hoc, quod simulauit, & ob hoc, beneficium sibi conferret: & ipse, dans in conferendo ad illud respexit. Aut iste pp aliud se simulauit, nec conferens dedit aspiciendo ad simulationẽ, sed ad hoc, quod simpliciter fuit doneus. Aut iste simulauit ut ille ad simulationẽ aspiceret: ille tñ ad eã nõ aspexit, vel ecõuerso ille ad eã, aspexit sed iste nõ simulauit ad hoc. Si primo modo, nullo modo tenetur ad restitutionem, quoniam simulatio fuit beneficii collationi impertinẽs. Si secundo modo, aut erga simulatio fuit de eo, q̃ est simpliciter bonum, per quod sc3 persona est beneficio, ac dei seruitio, ut est actus uirtutis, aut simulatio fuit de eo, q̃ indifferens est, atq; impertinens

Henricus: Quæstio.

Iohan. 10.

Gene. 17.

Respõdeo.

tinens ad Dei obsequium, ut sunt fauor, & amicitia humana. Si primo modo conferens, & si ad illud respiciat, quod simulatur: quoniam tamen nemo sanæ mentis in conferendo respiceret ad illud, inquantum simulatur, sed solum inquantum æstimatur inesse, ad quod æstimandum ille se simulat. Quãuis ergo ista peruersa intentione simulat seu confingit in se esse, quod non est: attamen quia conferens in conferendo respicit ad id, quod uerè creditur inesse, confert bene, & sanctè. Ille uero, qui sic se simulando beneficium obtinet, si alias sit idoneus, peccat in illa simulatione, ac praua intentione, qua per simulationẽ intendit beneficium adipisci: ideo inde pœnitentiam agere debet, sed resignare beneficium non tenetur. Estque simile de illo, qui aliàs idoneus est beneficium obtinere, & offert munus plato, ut sibi beneficium conferat, quod ille respuẽs non acceptat, uel si acceptat, non tamen propter illud, beneficium illi largitur, sed pro eo, quòd aliàs est idoneus. Vnde si ita se simulans, aliàs non esset idoneus, peccaret dupliciter, utpote simulando, & beneficium sibi incompetens acceptando, Prælatus quoque multum peccaret si eum idoneum sciret, ad restitutionem tamen non tenetur, nisi ita sit, quòd mortaliter peccat omnis, qui beneficium tenet ad quod est, & esse se scit inidoneum ad seruiendum. Quilibet namq; tenetur remouere a se, quod tenet se in peccato mortali. Porrò simulatio fuit de his, quæ pertinent ad fauorem, amicitiamq; carnalem quæ pertinent ad bona personalia tantum, & ideo sunt, quasi munera oblata a lingua, uel obsequio: hinc credo, quòd in isto casu peccat dans, tanquam personarum acceptor, & quantum in ipso est, Simoniacus fit: & recipiens Simoniam quandam incurrit ac restituere obligatur. Hæc Henricus.

Obiectio.

¶ Quibus obiici potest, quòd nullus idoneus est beneficium ecclesiasticum obtinere, nisi sit membrum, & seruus Christi, imo ut Gulielmus Parrhisiensis, Vdalricus, Iohannes quoque in Summa cõfessorum, multique alii dicunt: Qui in mortali peccato nouit seu merito sciret se esse, peccat mortaliter instando pro beneficio, cum sit illo indignus. Qui ergo p simulationem intendit beneficium consequi, eo ipso quo tam impius simulator consistit, beneficio est indignus.

Quæstio.

¶ Insup quærit Henricus quodlibeto sexto, utrũ habens apud se rem restituendam, teneatur eam restituere statim. Ad quod respondet satis concorditer ad prædicta, uidelicet quòd sic regulariter generaliterq; loquendo: quamuis interdum ita non sit in casu, ut si is, cui restituendum esset, sit impos mentis &c. vt supra.

Quæstio.

¶ Iterum quærit, utrum recipiens aliquid ab eo, cuius bona sunt partim iustè partim iniustè acquisita, restituere teneatur. Circa quod multipliciter distinguit, & sub distinguit: quoniam bona illa aut ab inuicem sunt distincta, ita quòd dominus nouit, quid habeat iustè, quid iniustè: aut unum non est separatum, ac distinctum ab alio, ita quòd dominus nescit, quid habeat iustè, quid iniustè. Et similiter de recipiente est distinguendum: quia aut nouit, quid ille iustè, quidve iniustè possideat. Et si qd recipit quid scit illum iniustè habere, ad restitutionem tenetur. Si autem ignorat hoc, excusatur quousque cognouerit. Quod si nouerit bona illa non esse ab inuicem distincta, ac separata, nec unum posse dicerni ab alio, per idem est, ac si omnia essent iniusta. Si autem dans alteri bona iniusta, intendit de bonis suis iustis facere recompensam, potest recipiens datum sibi tenere. Si uero dans intendit recipientem obligare cum dono illo dato ad id, ad qd ipse dans extitit, obligatus recipiens restituere obligatur. De his scribit prolixè.

¶ Ampliùs quærit, an recipiens aliquid pro mutuo sine pactione, ad restitutionem tenetur. Respondet, quòd si intendebat aliquid ultra mutuum capere, illicitè recipit ultra mutuum. Si autem hoc nõ intendebat nec attraxit ad mutuandum à se intuitu commodi sui, & alter sibi aliquid præbet, sponte ex beneuolentia in recognitionem beneficij sibi impẽsi, potest illud ita recipere. De his, qui tã multa sunt dicta, pertranseo. Quærit item quodlibeto 8. utrum res præscripta bona fide, cum constiterit de mala fide, tenens eam teneatur restituere eam illi, ad quem alias pertineret de iurè. Ad quod diffusè, & eleganter respondet, tangendo de hoc opiniones superiùs tactas: & magis uidetur consentire opinioni dicentium, quòd tenẽs rem illam, tenetur in casu proposito restituere eam, & hoc secundum ius canonicum, quamuis non secundum ius ciuile nec aliter tutus sit.

Questio. Recipiens p mutuo sine pactione.

Quæstio.

QVAESTIO V.

NVnc de partibus satisfactionis dicẽdum est, & primò de eleemosyna, de qua quæritur, *quid sit, & cuius uirtutis sit actus, qualiter quoque sit pars satisfactionis, cum multi, quibus illicitum est dare eleemosynas,* satisfaciant Deo, sicut eleemosynarum datores, & de speciebus ac diuisionibus eleemosynæ. Itaque eleemosyna sic definitur: Eleemosyna est opus, quo aliquid datur indigenti ex compassione propter Deum, Misericors namque ex cõpassione alienam miseriam quasi propriam computat, & illam à proximo expellere nititur, propter quod sua bona communicat illi, quod meritoriũ non est, nisi fiat finaliter propter Deum. Sicque ipsi actus, quibus aliis subuenitur, eleemosynæ appellantur: Similiter ipsa data indigentibus communicata. Frequenter enim nomen actus seu habitus, pro materia seu obiecto accipitur, quemadmodũ fides pro re credita, & spes pro bono sperato. In prætacta quoque definitione compassio sumitur potius pro condolenda superioris appetitus, quã pro passione appetitus sensitiui. Nihilominus ex condolenda superioris appetitus fit redundantia, atq; impressio in inferiorem, quæ propriè passio, & compassio nominatur, & ad subuentionem, seu eleemosynarum largitionem concurrit, & mouet. Si uero dictis obiiciatur, quòd eleemosynæ dantur religiosis, & clericis non indigentibus, respondendum, quod dantur eis tanquam ministris pauperum, quatenus quod ipsis superest, egenis dispẽsent. Insuper eleemosyna est actus uirtutis, quæ misericordia nuncupatur, quæ est pars seu species liberalitatis, quæ coniectat bonum communiter, in dationibus. Misericordia uero coniectat in dationibus bonum aliquod speciale, quod est releuamen miseriæ proximorum. Pietas quoq; uno modo pro misericordia sumitur, & sic eleemosyna dicitur opus pietatis. Imo & misericordia interdũ pro passione partis sensitiuę accipitur, & ita nõ est uirtus. Amplius, eleemosyna uocatur satisfactionis pars non integralis, subiectiua, præsertim eleemosyna, ad quam, quis aliunde nõ obligatur, quam exercet, & ordinat homo ad expiationẽ reatus culparũ suarũ. Si autem quæratur, an cadat sub pcepto, quemadmodum aliarum actus uirtutum: dicen-

Eleemos: diffinitio.

Obiectio.

Respõsio.

Quo religiosis dẽtur eleem.

Misericordia. Pietas.

de eleemosyna quo sit, praeceptum. dum,quòd imo, & reducitur ad illud præceptum. Habeas in honore parentes. Parẽtum etenim nomine omnis proximus designatur,secundum Augustinum.Nam & honor ille ad reuerentiam, & subuentionem in necessariis pertinet.Cumque præceptum istud sit affirmatiuum,obligat semper, sed non ad semper,sed pro loco,& tempore opportuno. In subueniendo eẽ ordineum Ordo demum subuentionis est, sicut & ordo charitatis,ut homo subueniat primo sibiipsi, deinde magis coniunctis,& consequenter extraneis.Exigit ergo præceptum Dei,ut id,quod homini superest ultra decentem sui ipsius, ac suorum prouisionem, indigentibus communicet,& impendat,potissimè in necessitate. Eleemosyna etiam dicitur potissima inter partes satisfactionis;quoniam uirtualiter continet orationem,atque ieiunium,& est quædam oblatio, quæ recipientem obligat ad orandum pro dante.Et quanto ex maiori datur affectu, tanto est efficatior, sed quo ad accidentale præmiũ, confert specialiter magnitudo dati exterioris,quod etiam attenditur penes facultatem donantis. Eleemosynarũ qdã corporales, qdam spũales. Eleemosynarum autem,seu operationum misericordiæ, quædã sunt corporales,quædam spirituales,& utreq; sunt septem. Primæ continentur hoc uersu.

Visito,poto,cibo,redimo,tego,colligo, condò.
Secundæ uero tanguntur versiculo isto.
Consule,castiga,solare,remitte,fer, ora.

Præterea de quibus rebus danda sit eleemosyna, & quibus competit eam dare, tactum est in præcedẽti, quæsito. Quæstio. Nempe cum uir sit caput uxoris, & principalis in regimine domus, non licet uxori sine cõsensu uiri facere eleemosynas magnas,ac speciales nisi forsan sit lucrosa, aut specialia bona habens pter dotem. Idem dicendum de filio familias respectu parentum, sine quorum licentia non competit ei facere eleemosynas magnas aut damnum sensibile inferentes,nisi forsan ex instinctu spiritus sancti. Idem de seruis,& ancillis dicendum. Conformiter monacho dispensationem rerum monasterii non habenti,& in claustro manenti, non licet facere eleemosynam sine superioris licentia, & nisi forsitã illo absẽte modicum sub spe ratihabitionis, In uia autem,& studio positus,potest moderatam eleemosynam facere, de rebus quarum dispensatio sibi cõmissa est.Certum est etiam, quod impiis non sit eleemosyna danda ad fouendum eorũ malitiam, sed dari potest ad succurrendum naturæ. De his scribit Thomas tam hic, quàm in Secunda secundæ diffusè,de quibus pertranseo, quia communia sunt, & in aliis diuersis opusculis, tractatibus, & sermonibus, & multa de eis conscripsi, nec talibus in hoc opere immorari oportet.

QVAESTIO VI.

1 Timo. 4. Matth. 9. Amplius quæritur, *An ieiunium pars satisfactionis existat.* ¶Videtur,quòd non, quoniã ieiunare commune est bonis, ac malis, & secundum Apostolum, corporalis exercitatio ad modicũ utilis est. Christus quoq; asserit: Non possunt filii spõsi ieiunare,quãdiu cũ illis est sponsus. Cũ ergo Christus multipliciter sit nobiscum, non congruit nobis in uita hac ieiunare.

Bonauen. Matt. 17. ¶Circa hæc scribit Bonauentura: Ieiuniũ est op⁹ satisfactoriũ,secundum quod Christus ait: Hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione:& ieiunio, Est iniqua satisfactorium liberando a pœna, sit opus pœnale. Hinc Deo est placitũ: quoniam animæ, & corporis est reordinatiuũ, quatenus corpus spiritui non repugnet, quia ut Salomon ait, qui a pueritia delicate nutrit seruum suũ, postea eum sentiet contumacem, atque ut spiritui totaliter subiiciatur, iuxta illud Apostoli: Castigo Corpus meum,& in seruitutem redigo. Et item, ne æternaliter crucietur,secundum illud Ecclesiastici Est qui multa redimat precio modico. Et ut etiam æternaliter glorietur,dicente Apostolo. Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrę, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Prou. 29. 1. Cor. 9. Eccle. 20. 2. Cor. 4. Itaq; ieiunium placet Deo, non propter solam exteriorem afflictionem, abstinentiamq; a cibis, sed in quantum ab animæ uirtute procedit, & ordinatur ad finem salubrẽ, imo & ex interiori contritionis dolore assumitur. Sic quoque corporalis exercitatio per se solã modicum ualet: sed & comparatiue loquendo, ad modicum utilis perhibetur, utpote pietatis respectu. Verum his obiici potest:quoniam ieiunare est uitam abbreuiare,cum in ieiunio sit maior consumptio,& minor restauratio,qui autem uitam suam abbreuiat, homicidia censetur,cũ dicat Hieronymus. Obiectio. Non refert an tempore paruo uel magno te ipsum interimas. Respondendum, quòd uitam abbreuiare contingit dupliciter: Dilutio. Primò,ex intentione,& ita illicitum est. Secundò,præter intentionem, & hoc uel dando operam rei licitæ, vel illicitæ rei. Primo modo non est peccatum, sed secundo. Aliqui tamen dicunt,quòd abstinentia non accelerat mortem, tamen,ut credo,grauis abstinentia mortem bene accelerat. Sed moderatè affligenda est caro,ut uitia mortificentur,nec natura ipsa deficiat Hæc Bonauentura:

Richard⁹. ¶Insuper Richardus: Abstinentia,inquit,est uirtus, non prout solum aut absolutè designat abstractionem cibi,aut potus, sed prout importat abstractionem cibi,ac potus,ratione regulatam. Quæstio. Et quæratur, an ieiunium sit abstinentiæ actus: dicendum quòd tripliciter sumitur ieiunium. Primò,pro ieiunio naturæ, quo unusquisque homo quotidie ante primam suam refectionem ieiunus uocatur, quod non est actus uirtutis. Secundo, pro ieiunio gratiæ, quod est actus abstinentiæ, qui est refrenare delectationes gustus in cibis secundum regulam rationis, siue homo comedat semel in die, seu pluries, quod est abstinentiæ actus. Tertio,pro ieiunio ecclesiæ, quod institutum est satisfaciẽdum pro peccatis. At quod requiritur, quòd nõ solum abstineat homo ab his, quæ prohibet uirtus,sed etiam ab his quibus aliàs uti possemus salua uirtute. Qui enim commisit illicita,satisfacere debet,ab aliquibus licitis abstinendo:ita tamen,ut uirtutis medium non corrumpatur.

¶Præterea,an omnes ieiunium teneantur. Dicendum,quòd ieiunium sumptum non ut est actus uirtutis tantum, sed precisè ratione huius, quod superaddit statutum ecclesiæ,non est de iure naturali neque diuino,sed purè positiuo. Tali autem iure, prohibentur, aut præcipiuntur ea, quæ aliàs bene, & male fieri possent. Ideo legislator condendo ius positiuum, non intendit homines legitimam excusationem habentes, obligare ad obseruantiam huiusmodi iuris. Multi uero sunt homines legitimã excusationem habentes, propter quam meliùs est eos non obligari ad ieiunandum, quàm obligari, ut sunt pueri, mulieres prægnantes, ægrotantes, nimium senes, necessariũ uictũ cum graui labore lucrãtes,& ad sancta loca peregrinãtes, ac necessaria uictui ostiatim mẽdicantes, Mulieres quippè pgnãtes indigent sumere cibum non solum pro se, sed

& pro nutrimenti sui fœtus. Interdum quoq; habent desideria tam intensa ad alimenta, quod nisi possent desiderio suo satisfacere, esset tam ipsius, quàm fœtui periculosum. In senibus quoque multum debilis est calor,& uirtus, & quamuis sint sicci siccitate opposita humiditati naturali: superabũdat tamen in eis humiditas accidentalis, ex indigestione causata. Vnde si totus cibus, quem pro uno die requirit eorum natura sumeretur ab eis una uice,nimis obtunderetur, & grauaretur in eis calor naturalis, nec possent cibum conuenienter dignerere. Dispensatio petenda. Qui autẽ non ieiunant, debent si potuerunt dispensationem à suo petere præsidente, & ille debet eis concedere.

Quæstio. ¶Quæritur demum, an esus carnium frangat ieiunium. Videtur quod non,quoniam uinum magis incendit concupiscentiam, quàm esus carnium,saltem quarundam, Rursus quidam pisces magis oblectant gustum,quàm carnes,saltem nonnullę. Esus carnũ ieiunãtibus interdictus est. Vinũ ieiunantibus pmissum. Et respondendum, quòd ieiunio ecclesiæ annexa est abstinẽtia ab esu carnium, vt in decreto habetur: qm̃ esus carnium multum excitat carnis concupiscentiam, ad quam edomandam institutum extat ieiunium. Et quamuis etiam vinum excitet illam, tamẽ aliunde utile est ad digestionem. Exhilarat quoque quod ualet contra mœrorem,qui ieiunantibus solet accidere. Et multis esset ualde graue à uino abstinere. Quamuis etiã aliqui pisces magis delectãt quàm carnes quædam: communiter tamen magis delectat manducatio carnium. Ecclesia autem respicit ad id,quod ut in pluribus accidit.

Triplex ieiunium Ebrietas violat ieiunium ¶Iterum quæritur, an gula & ebrietas frangant ieiunium, Dicendum qđ triplex est ieiunium. Vnũ à uoluptatibus,& iniquitatibus abstinere, quod est perfectum ieiunium, & soluitur per quodcunque mortale peccatum. Aliud est actus uirtutis abstinẽtiæ, quod per gulam uiolatur. Tertium est ieiuniũ ecclesiæ,quod frangitur per q̃libet,quę est mortale peccatum,inquãtum ieiunium hoc includit id, qđ necessarium est ad actum uirtutis abstinentiæ, sed quantum ad id, quod additur ex statuto ecclesiæ, specialiter frangitur per gulam, quæ est in comedendo plus, quàm semel, atque in comedendo cibos, qui ieiunantibus interdicuntur, & in præueniendo nimis notabiliter horam comedendi ab ecclesia determinatam. Ebrietas bifariã sumitur. Denique intuendum,quod ebrietas dupliciter sumitur, primò pro impedimento usus rationis ex immoderata potatione, quod est passio quædam,& pœna peccati. Secundò, pro immoderata sumptione potus inebriantis, quod peccatum est maximè præcauendum,& frangit ieiunium,quod est abstinentia a peccatis,& id quod necessariũ est ad uirtutem sobrietatis. Richard⁹. Hæc Richardus. Quæ penè omnia etiam continẽtur in Thoma hic in Scripto,& in Secunda Secundæ.

Tho. Aq. Refectionis hora. ¶Porrò de hora reficiendi in diebus ieiunii, addit Thomas hoc loco: Competens hora comedendi in diebus ieiunii est hora nona, & hæc est ab ecclesia instituta, & communiter obseruata, quia secundum commune cursum tempus comedendi, est hora sexta. Cibus namque non debet addi, quousque natura circa cibum præcedentem est occupata. Occupatur natura circa cibum. Occupatur autem circa cibum præcentem dupliciter. Primò,in digerendo. Cumq; digestio fiat per calorem, illud tẽpus digestioni est congruũ, in quo calor naturalis ad interiora reuocatur, uidelicet nox, propter subtractionem solis, ac somnum, in qua intenduntur naturales uirtutes. Secundò cibum decoctum deducendo per membra, quibus est assimilãdus: ad quod requiritur, quod calor nutrimentum deducens,usq; ad extremas,partes corporis reuocetur. Calor uero solis, naturalẽ calorẽ ad exteriora euocat: ideo quando completur solis ascensus,quod fit hora sexta, quia tũc est circa medium,tunc opus eius completum est. Hinc tunc cõmuniter est tempus comedendi: Et quia ieiunium debet esse satisfactorium,ac pœnale,idcirco magis differtur: non autem in tãtum,ut humor cibi sumpti penitus exiccetur, aut uirtus naturalis multum debilitetur. Proptrrea partito residuo tempore, hora nona occurrit, in qua cibus secundum statutum ecclesiæ in diebus ieiunij est sumendus. In ueteri testamẽto ieiuniũ p̃telabatur. Nec obstat quòd in ueteri testamento ieiunabant usque ad uesperam, quia nos nostro ieiunio conformamur nouo homini Christo, qui per passionem suam nos reuocauit à uetustate,ac tenebris,ideo tunc ieiunium soluimus,quando Christus passionem suam finiuit vtpote hora nona. Sed ante hanc renouationem competebat tempus vespertinum ieiunantium comestioni, ad designandum, quòd propter cibum veteris hominis in tenebras peccati,ac mortis erãt deiecti,a quibus non statim exuebantur etiam post tribulationes uitæ præsentis: quia in morte ad limbum descenderent,qui locus extitit tenebrosus.

Electuaria an liceat sumere. ¶Porro de electuariis aliqui dicunt, quòd si ad delectationem sumantur, soluenti ieiunium: nõ autem si causa medicinæ sumantur. Quod non uidetur,quia statutum legis positiuæ non attendit intẽtionem obseruãtis, sed actum, eo quòd modus uirtutis nõ cadat sub præcepto. sed est finis præcepti. Ex intentione autem potest quis mereri, ac demereri. Idcirco dicendum,quòd electuaria quamuis aliquo modo nutriant, non tamen iste est principalis usus eorum. Vnde nec loco manducationis accipi solent. Hinc talis sumptio non soluit ieiunium ecclesiæ, quamuis homo posit totaliter aut in parte ex tali sumptione meritum ieiunii perdere, Ieiunare& ieiunii meritũ amittere. mortaliterq; peccare, si sit immoderata libido, non tñ ex hoc est trãsgressor p̃cepti ecclesiæ, nisi in fraudẽ acciperet, aut si eis quasi alijs cibis uteref ad famẽ extinguendam. Hæc Thomas in Scripto.

Richard⁹. ¶Concordat Richardus, Petrus, & alii quidam. Petrus. Idem quoque in Secunda Secundæ. In quibus tñ obscura quædam contineri uidentur. Legis positiue intẽtio. Primò, q̃ ait statutum positiuæ legis non attendere intentionẽ obseruantis. Lex etem positiua intendit hoĩes facere uirtuosos,& a peccatis retrahere: ad q̃ p̃sertim requiritur rectificatio intentionis, quæ teste Ambrosio, imprimit speciem actioni. Ambrosi⁹. Rursus, legislator intendit,ac tendit ad hoc,ut subditi obediant suæ iussioni,non solum materialiter quo ad tenorem, superficiéque uerborum, sed magis formaliter iuxta suã intentionem. Modus virtutis. Deinde, q̃ ait modũ uirtutis non cadere sub p̃cepto. Modus q̃ppe uirtutis ẽ,ut agat taliter sicut oportet,& discrete,ac ordinatè, & cũ circunstantiis debitis, qđ uidetur cadere sub præcepto, saltem in multis, cum & ipse S. doctor affirmet ordinem charitatis cadere sub præcepto: obseruãtiam quoque temporis,quantum ad horã refectionis in diebus ieiunij,quamuis non punctualiter.

¶Rursus, cũ ieiunia ĩstituta sint p carnis afflictione, p cõcupiscentia edomãdo, & satisfactoria sint, inquãtũ pnia: uidetur omnino contrariũ intentiõi ecclesię in dieb⁹ ieiunii electuaria sumere,& lauticias huiusmodi quærere, nisi sit ĩgẽs necessitas. Potissime vero his uidetur esse hoc illicitum, qui abũdãter,& laute reficiunt in diebus huiusmodi. Et multi pessima cõsuetudine trahunt, atq; fallũtur in hoc,

NVnc circa istam distinctionem tractandum esset de oratione, de qua cum specialem tractatum ediderim, modo pertranseo, non nisi pauca breuissimè perstringendo. Nēpe ut scribit Richardus, oratio uno modo uocatur desideriū aliquid impetrandi, & ita est actus uoluntatis, Alio modo uocatur expresio desiderii huius, & ita est quædā petitio, & actio intellectus. Atque ut asserit Hugo, est pars contemplationis: quia ut loquitur. Damascenus, oratio est ascensus mentis in Deum, est actꝰ uirtutis moralis, quæ latria nuncupatur, quæ Deo cultum ac ceremonialia exhibet. Oratio quoque est duplex. Vna publica, quæ a ministris ecclesiæ ꝑ populo manifestè, ac solenniter funditur, quam oportet non solum esse mentalem, sed item uocalem. Alia est priuata oratio, quam quisq; pro se, aut aliis seorsum offert altissimo, & illa potest esse solū mentalis. Ad efficaciam uero orationis, præcipuè confert attentio sensus, & feruor affectionis obtinendi, quod petitur: consideratio quoque propriẹ defectuositatis, ac uilitatis, & item contemplatio excellentiæ bonitatis, pietatis ac iustitiæ Dei, vt sic cum profunda humilitate, & charitatis ardore, cū reuerentia, & grandi custodia cordis inuocemus omnipotentem, cum timore, & puritate repræsentante nos ei. Et taliter Deum orare, non caret labore, in tantum, quod abbas Agathon dixit, non esse laborem, sicut orare Deum.

Richardꝰ. Oĩo qđ. — Hugo. — Damasce. — Oĩo duplex. — Orationē faciunt efficacē attētio & feruor.

¶Hinc scribit Bonauentura: Vocalis oratio ordinatur ad mentalem, non econuerso. Itaque quædā oratio est purè mentalis, dum labia non mouentur sed cor cū Deo intime loquitur. Vnde ait Gregorius: Orare est amaros in conpunctione gemitus fundere, non ornata verba resonare. Quædam vero est purè uocalis, quādo mens nil cogitat de his, quæ postulat, nec in generali, neque in speciali, nec se refert ad Deum, neque ad finem propter quem orationem emittit. Tertia est oratio, mixta ex utraque. Et si verba tunc impediant attentionem, atque feruorem orantis, expedientiùs ei esset mentaliter solum orare, si tamen sit oratio in qua liceat verba dimittere Si uero attentio verbis iuuetur, utilis est mente, & ore orare. Et ita communiter expedit hominibus nondum spiritualibus, neque perfectis.

Bonauen. — Orationis tria, gña.

¶Præterea si quæratur, quæ oratio sit satisfactoria, credo, qđ oĩs, quoniam nulla oratio est, in qua non laborent uirtutes animales, & quātū delectat spiritꝰ, tātū caro tabescit frequēter. Virtutes quoq; animales minus intētæ sunt regimini corporis. Credo ēt, quòd illa oratio inter cẹteras magis satisfactoria est, in qua accenditur homo ad gemitum: qa hæc ē, in qua Deus maximè delectatur. Cūq; illa sit gratia specialis, nō imponitur à sacerdote, sed preābulū eius, puta vocalis oratio. Hæc Bouauentura.

Oratio, q satisfactoria?

¶Verū Antisiodorensis dicit in Summa sua lib. 4. quòd oratio uiri contemplatiui est tota delectabilis ideoq; non satisfactoria. Sed prætacta positio uerior esse uidetur, sicut & supra ostensum est.

Antisio.

De tribus, quæ in pœnitentia consideranda sunt. Distinctio. XVI.

IN perfectione autem pœnitentiẹ tria obseruanda sunt. s. conpunctio cordis confessio oris, satisfactio operis. Vnde Iohannes os aureum: Perfecta pœnitentia cogit peccatorem oĩa libenter ferre: in corde eius contritio, in ore cōfessio, in opere tota hūilitas. Hæc est fructifera pnĩa, vt sicut tribus modis Deū offendimus, s. corde, ore, & opere, ita tribus modis satisfaciamus. Sunt enim tres peccati differentiæ, ut ait August. & in corde, & in facto, & in consuetudine, uel uerbo, tanquam tres mortes. Vna quasi in domo, s. cum in core consentitur libidini. Altera quasi prælatam iam extra porta, cum in factum procedit * libidini assentio. Tertia, cum malæ consuetudinis tanquam mole præmitur aĩus. uel noxiæ defensionis clypeo armatur, quasi in sepulcro iam fœtens. Hæc sunt tria gña mortuorum, quæ Deus legitur suscitasse. Huic ergo triplici morti: triplici remedio occurritur? contritione, confessione, satisfactione. Conpunctio nobis commendatur ibi, Scindite corda uestra, & non uestimenta uestra. Confessio ibi, Iustus in principio sermōis, accusator est sui. Et ibi. Dic iniquitates tuas, ut iustificeris. Verè enim confitetur, qui se accusat, qui execrando malum sibi imputat. Et ibi, Effundite coram illo corda uestra. Et iterum, Confitemini alterutrum pctā uřa. Satisfactio à Iohanne præcipitur, ubi ait: Facite dignos fructus pnĩẹ, s. ut secundum qualitatem, & quantitatem culpẹ sit qualitas, & quantitas pœnæ. Non enim par debet esse fructus boni operis eius, qui nihil vel minus peccauit. & eius, q grauiùs cecidit. Ideo discretio pẹnitenti ualde necessaria est, ut illa gerat, quæ tradit Augu. dicens: Consideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseuerantia, in uarietate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, an in ipsius uitij multiplici executione. Oportet enim pænitere fornicantem secundum excellentiam sui status uel officij, & secundū modū meretricis, & ĩ modū operis sui, & qualiter turpitudinē peregit: si in loco sacrato, si in tpe orationi constituto, ut sunt festiuitates, & tempora ieiunij. Consideret quātū perseuerauerit, & defleat, quòd perseuerāter peccauerit, & quāta uictus fuerit im pugnatione. Sunt enim, qui non solum nō uincuntur, sed ultra se pctō offerunt: nec expectant tentationem, sed præueniunt uoluptatem. Et ptractet secū, quā multiplici actione uitij delectabiliter peccauit. Omnis ista uarietas confitēda est & deflenda, vt cum cognouerit, quod peccatū est, cito inueniat Deum sibi propitium. In cognoscendo augmētū peccati, inueniat ēt cuiꝰ ætatis fuerit: cuius sapientiæ, & ordinis. Immoretur in singu-

Io. Chrysosto. de pe. dis. 1. c. perfecta pœnitent. — Augusti. de serm. dñi habito ĩ mōte. — Matt. 9. c — Luc. 7. b — Iohā. 11. c — Iohel 2. c — Prou. 18 c — Psal. 61. b. — Iaco. 5 d. — Matt. 3. b — Luc. 3 b — Deut. 25. — Beda. — Aug. in libro de vera, & falsa pe. c 14. & habet de pe. dist. 5. cōsideret. — *libidinis

lis

lis istis, & sentiat modum criminis, purgans lacrymis omnem qualitatem uitij: defleat uirtutem, qua interim caruit. Dolendum est enim non solum, quod peccauit, sed quia se uirtute priuauit. Defleat etiam: quoniam offendens in uno, factus est omnium reus. Ingratus enim extitit, qui plenus uirtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Alio etiam modo offendens in uno, factus est omnium reus, qa oĩs uirtus patitur detrimentum ab uno uitio. Ponat se omnino in iudicio, & potestate sacerdotis nihil sui reseruans sibi: vt omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda uita animæ, quæ faceret pro euitanda corporis morte: & hoc cum desyderio quia uitam recuperat infinitam. Cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus, Semper deprecetur Deum. Offerat Deo, mentem & cordis contritionē. Deinde & quod potest, det de possessione: & tūc si quod offerat, securꝰ offerat. Respexit dñs ad Abel, & ad munera eius. Priùs dicit ad Abel, quā ad munera eius. In iudicio ergo cordis conferrenda est eleemosyna tribuentis. Nec cōsiderandū est quantū, sed qua mente, qua affectione dat, quod potest. Qui ergo sua peccata redimere uult temporalium oblatione, priùs offerat mentem. Caueat etiam, ne ductus verecundia, diuidat apud se confessionem, vt diuersa diuersis uelit sacerdotibus manifestare. Quidam enim vni celant, quod alteri manifestandi conseruant: quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper venia carere, ad quam per frusta putat peruenire. Caueat etiam ne priùs ad dominicū corpus accedat, quam confortetur bona conscientia: & doleat, quòd nondum audeat sumere, quem multum desiderat cibū salutarem. Cohibeat etiam se a ludis, à spectaculis seculi, qui perfectam uult consequi remissionis gratiam. Isti sunt digni fructus pœnitentiæ, animam captiuam elaqueantes & in libertate seruantes. Et infra: Quærat anima dignos fructus, & si non dignos pœnitentiæ. Sunt enim digni fructus uirtutum, qui non sufficiunt pœnitentibus. Pœnitentia enim grauiores postulat, ut dolore, & gemitibus mortuus impetret uitam. Ex his ostenditur, qui sint digni fructus pœnitentiæ, quibus uera satisfactio expletur: & quod non omnes digni fructus, sunt digni fructus pœnitentiæ. Quod de illa pœnitentia intelligitur, quæ maiorum est criminum. Non enim sufficiunt grauiter delinquentibus, quæ sufficiunt minus vel parum peccantibus.

Iaco. 2. — Gene. 3. — Tomas aquinas. — Iaco. 2. — Gene. 4. 35. — Qđ nō est diuidēda confessio per diuersos sacerdotes. — De penit. dist. 5. cap. cōsideret.

Quæ sit falsa satisfactio.

Et sicut sunt digni fructus pœnitentiæ, ac vera satisfactio, ita & indigni fructus, & falsa satisfactio, id est, falsa pœnitentia. Vnde Gregorius: Falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritates sanctorum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoq; miles, vel negotiator, vel alicui officio debitus, quod sine peccato exercere non possit: si culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam uenerit, vel qui bona alterius iniustè detinet, vel qui odium in corde gerit: recognoscat se ueram pœnitentiam non posse peragere, nisi negocium relinquat, uel officium deserat, & odium ex corde dimittat, & bona, quæ iniustẹ abstulit, restituat. Nec tamen desperet, interim quicquid boni facere potest, hortamur ut faciat, ut Deus cor eius illustret ad pœnitentiam. Cum sit pœnitētia interior, & exterior, de utraque per prẹmissa satis apparet, quæ sit uera, & quæ sit falsa.

Gregoriꝰ.

De tribus actionibus pœnitentiæ.

Prẹdictis uero adiiciendum est, quòd tribus modis agitur pœnitentia. Ante baptismum, scilicet, de prioribus peccatis post baptismum, de grauioribus, quæ post committuntur. Est etiam pœnitentia uenialium quotidiana, quæ etiam humilium est, & perfectorum. Vnde Augustinus: Tres sunt actiones pœnitentiæ, quas mecum eruditio vestra recognoscit. Vna est, quæ nouum hominem parturit, donec per baptismum omnium præteritorum ablutio fiat peccatum: quia nullus suæ uoluntatis arbiter, nisi pœniteat, eum veteris uitæ, nouam inchoare potest. Aqua paruuli sunt immunes cum baptizantur, quia nondum possunt uti libro arbitrio: quibus tamen ad remissionem originalis peccati, prodest eorum fides, a quibus offeruntur. Altera est actio pœnitentiæ post baptismum, quẹ fit, pro illis peccatis, quẹ legis decalogus continet. Agunt ergo homines pẹnitentiam ante baptismum de peccatis prioribus, ita tamen, vt etiam baptizetur, sicut. Petrus ait: Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisq; vestrū in nomine domini &c. Agūt etiam pœnitentiam, si post baptismus ita peccauerunt, vt excommunicari, & reconciliari postea mereantur. Est etiam pœnitentia bonorum, & humilium fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes: Dimittẹ nobis debita nostra &c. Neque ea nobis dimitti uolumus, quæ dimissa nobis in baptismo non dubitamus, sed illa, quæ humanæ fragilitati, quāuis parua, tamen celebra subrepunt, quæ sic collecta contra nos fuerit, ita nos gaudebunt, & oppriment sicut vnum aliqđ grāde pctm̄,

Augu. contra Felicianum. — Exod. 20. — Act. 16. — Matth. 6.

Quid enim interest ad naufragium, an verò grandi fluctu nauis operiatur, & obruatur, an paulatim surrepens aqua in sentinam per negligentium culpam impleat nauē & submergatur, Ideo ieiunium, & elemosynæ, & orationes inuigilent, in quibus cum dicimus. Dimitte nobis debita nostra &c. manifestamus nos habere, quod nobis dimittatur, & in his verbis humiliantes animas nostras: quotidianam agere pœnitentiam non cessamus.

Matth 6. Luc. 11.

De satisfactione venialium.

Quæ autem pro uenialibus sit satisfactio sufficiens, Augustinus insinuat, ita inquiens in Enchiridio. De quotidianis, & breuibus, leuibusque peccatis, sine quibus hæc uita nō ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere, Pater noster, qui es in cœlis &c. Delet omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata. Delet & illa à quibus uita fidelium etiam scelerate gesta, sed pœnitendo in melius commutata, discedit. Vt sicut veraciter dī. Dimitte nobis debita nostra: ita & veraciter dicaī, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, id est, sic fiat, quod dicitur, quia & ipsa eleemosyna est, veniam petentibus omnino ignoscere. Ex his, aliisque præmissis iam facilè est intelligere, quæ pro uenialibus sit exhibenda satisfactio. Sufficit enim dominica oratio cū ieiunio aliquo, & eleemosynis: sic tamen, ut præcedat contritio aliquantula, & addatur confessio si adsit facultas: de qua confessione post tractabitur.

Augusti. in Enchi. capit. 71. Mat. 6.

Pro grauioribus uero peccatis hæc etiam in satisfactione adhibenda sunt, sed multo vehementiùs, atque districtiùs: quia ut ait Augustinus, Ad agendum pœnitentiam non sufficit mores in melius commutare, & a malis factis recedere, nisi & de his, quæ facta sunt, satisfaciat domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.

Summa distinctiōis. XVI.

IN præcedenti distinctione egit Magister de pœnitentia, & facientibus eam in generali, & qualiter ualeat iterari, & de restitutione, ac satisfactione, satisfactionisq; partibus, quæ sunt, elemosina, ieiuniū, oratio. Hic tractat de partibus pœnitentiæ, quæ sunt quasi integrales partes ipsius, id est de contritione, confessione, & satisfactione. Deinde ostendit, quæ sit pœnitentia, & satisfactio uera, & quæ falsa. De triplici quoq; confessione, uel potius triplicium uitiorum confessione subiungit, hoc est, de confessione peccatorum ante baptismum, & de confessione peccatorum post baptismum, quæ peccata duplicia sunt, utpote mortalia, ac uenialia, & qualiter, ac quibus actibus pro utrisque sit satisfaciendum.

QVAESTIO. I.

Cōtra ueritatem arguitur primo.

HIc quæritur primò, *Vtrum hæc tria, contritio, confessio, satisfactio, sint partes pœnitentiæ.* ¶ Videtur, quòd non, quia aut sunt partes subiectiuæ, aut integrales, non autem sunt partes subiectiuæ, quoniam satisfactio non est pœnitentiæ species, cū pœnitentia nō prædicetur de satisfactione. Imo pœnitentia cessante, satisfactio remanet. Nec sunt partes pœnitentiæ integrales, cum pœnitētia sit quid spirituale, & simplex, cui non competit ex pluribus integrari. Item partes rei integrales sunt simul, sed unum trium istorum præcedit aliud tempore Contritio nāq; prior est confessione, & horū utrūq; satisfactionē præcedit. Iterum pœnitentia est sacramentū, & sacramentum est sensibile signum inuisibilis rei, qđ nec cōtritioni cōuenit, nec satisfactiōi.

Rōsp̄sio. Albertus.

¶ Circa hæc scribit Albertus, Cōtritio, confessio, satisfactio, sunt ipsius pœnitētię partes potestatiuæ. Pœnitentia nāq; est quoddam operans ad morbi actualis destructionē, qui morbus non solū est culpa, sed & reat⁹ culpā sequēs, estq; difficultas ad bonū, ex cōsuetudine, & dispositionibus peccati innata. Porrò reatus consequens, triplex est. Vnus conIunctus est culpæ, id est, debitum pœnæ, æternæ, quo soluto, manet adhuc debitum seu reatus ad purgatorij pœnam, non proportionatam uiribus pœnitētis. solutoq; illo, nihilominus manet reatus ad pœnam temporalem, uiribus pœnitentis proportionatam, sed potest adhuc manere difficultas bene agendi. Itaq; ad totum hunc morbum delendum, tria requiruntur, puta contritio delens primum, & confessio delens secundum, satisfactio quoq; delēs tertium. Difficultas uero ad bonum tollitur consuetudine boni in omnibus istis. sicq; potestas pœnitentiæ perficitur tribus istis, & sine his non est perfecta. Sunt ergo hæ partes potestatiuæ. Et si quis subtiliter consideret, sunt partes talis totius, quod medium est inter homogeneum, & heterogeneum. Nec hoc ponere est absurdum, quia Philosophus 5. Philosophiæ testatur: In totis, in quibus diuersitatem secundum aliquid facit transpositio, & non facit secundum aliud, recipiunt totum, & omne, quē admodum numerus. Nam secundum quod numerus est multitudo numerata per unum, dicitur omnis numerus: secundum uero quod numeratur binario aut trinario, in quibus ordo facit diuersitatem, dicitur totus numerus. ideo ordo est inter homogeneum, & heterogeneum. Sic quoq; hic dicēdum uidetur, quod partes istæ recipiunt prædicationem totius secundum quod dolor gratia informatus, agit in omnibus eis, secundum relationem uero ad effectum, diuersitatem non capiunt: quia, nec tota pœnitentia est in contritione, nec tota in satisfactione, sed in omnibus simul sumptis.

Reatus est pē sequēs triplex &c.

Ad destructionem morbi spiritualis tria necessaria.

¶ Ex quibus partim patet solutio quæstiōis, quæ quæritur, an pœnitentia prædicetur de tribus his simul, aut sigillatim. Videtur quippe dicendum, quod tria hæc sunt partes potestatiuæ pœnitentiæ, & omnes simul operantur in ea, & etiam successiuè. Simul quidem, secundum, quod una est in actu uel duę in actu, & tertia in affectu, seu uoto quemadmodū contritio, est in actu uis satisfactiōis est in co

secundum

secundum quod iniuncta est pro peccatis, & uis cōtritionis, quo ad dolorem, & peccati detestationē. Sicque una non separatur ab alia, nec ista repugnant. Nam & satisfactio ad minus adest in uoto, ac interiori lamento. Erubescentia etiam, & lamentatio confessioni adiunctę, reducuntur ad satisfactionem, & sunt quædam satisfactoriæ pœnæ. Hæc Albertus.

Th. Aqui.

¶ Quæ Thomas clariùs depromens: Pœnitentia, inquit, offensam culpæ abolet præcedentis per modum recompensæ, quæ differt a recompensatione uindicatiuæ iustitiæ: primò, quia in uindicatiua iustitia reus se habet ut patiens, sustinendo pœnam quæ ei pro culpa sua infigitur. ideo ad illam recōpensationem non præsupponitur in illo dolor de culpa sua, sed ex pœna recompensante dolor infligitur sibi. In pœnitentia uerò ille, qui peccauit, habet se ad recompensationem, etiam sicut agens, quoniam sponte ad pœnam illam accedit, ideo displīcentia culpæ in ipso præexigitur. Secundò differt, quia in uindicatiua iustitia taxatur pœna recompensans secundum arbitrium iudicis, & non eius, inquem peccatum commissum est. In pœnitentia uerò oportet, quòd pœna recompēsans taxetur secundum arbitrium eius, inquem culpa commissa est: quoniam recompensatio illa fit ad reconciliandum mentem offensi, quod fieri nequit, nisi pœna recompensans sufficiat uoluntati illius. Hinc oportet in pœnitentia recompensationem secundum arbitrium confessoris uicarij Dei fieri. Vnde utrique recompensationi commune est, quod non fit secūdum arbitriū eius, qui peccauit, sed alterius hominis. Rectum uerò arbitrium exigit cognitionem culpæ, quæ dū ei insinuatur, qui pœnam debet taxare, confessio appellatur. Si autem per alium uocatur conuictio. Cumq; in pœnitentia qui peccauit, ad recompensam & satisfactionem sponte accedat requiritur confessio. sicque recompensatio gradibus tribus perficitur. Primus est displicentia culpæ puta contritio: secundus, notificatio culpæ, id est confessio: tertius, recompensatio pro peccato secūdum confessoris iudicium, quod est satisfactio.

Satisfactionis pœna taxari dēt iuxta arbitrium confessoris.

Ad cōpensandū deo tria necessaria.

¶ Deniq; tria hæc sunt partes pœnitentiæ non subiectiuæ, ut aliqui opinantur, cum de tribus his simul sumptis pœnitentia singulariter prædicetur. Ideo alii dicunt, quòd sint pœnitentiæ partes potestatiuæ, quod etiam stare, nequit: quoniam totū potestatiuum adest cuilibet suæ parti completæ secundum rōnē suæ essentiæ. Tota aūt rō pœnitentiæ nō est in quolibet horū, nec unū eorum includit alia, idcirco dicendū cū aliis, q̄ sunt partes pœnitentiæ integrales. Partes aūt integrales sunt duplices, scilicet homogeneæ. Et interdum una est prior alia ordine naturæ, interdum ordine temporis, quēadmodū ét in partibus essentialibus. Hæc Thomas. Cuius responsio a dictis dissentit Alberti.

Pœnitētia ante baptismum.

¶ Insuper Thomas scribit sicut præhabitum est. Ad suscipiendum gratiam in baptismo, necessariū est in adultis ante baptismū, pœnitere, & omnem peccādi affectū detestari atque abiicere. Et hæc uocatur pœnitentia ante baptismum, quę est quasi remouens prohibens gratiæ infusionem, & pœnitentia ista non est ꝓpriè sacramētum, sed actus uirtutis, quæ pœnitentiam nuncupatur. estque prior baptismo tempore uel natura. Pœnitentia aūt ut est sacramētū, consistit in dispensatione ministrorū ecclesię: Sacraméta quoq; non dispensantur nisi his, qui sunt de ecclesia, ergo ante baptismum non cōpetit alij pœnitētię sacramentū, cum per baptismū fiat homo de ipsa ecclesia. Hæc idem.

Pœnitētia ut sacramentum.

Obiectio.

¶ Quibus obijci potest, quòd homo ante talem baptismi acceptionem potest esse in charitate, & gratia, uerumq; membrum Christi, ac salubriter pœnitere, atque absolui in casu necessitatis humano proposito plenum baptismi.

¶ Præterea dicit: Pœnitentia dupliciter sumitur vc3 largè, & propriè sumitur, dicit dolorem de peccato commisso in præterito, & sic nullo modo pōt esse pœnitentia de originali peccato, quia non est commissum, sed contractum. Largè uerò pœnitentia sumitur pro omni displicentia mali præteriti, & ita debemus de peccato originali dolere, inquātum impeditiuum est gloriæ, & per ipsum primò efficimur filii iræ: non tamen debemus confiteri de ipso, cum fuerit in nostra potestate illo carere: nec ei debeatur pœna sensus, sed damni, Pœnitentia autem pœnam sensus importat. Hæc idem.

Pœnitētia bifariam sumitur.

Obiectio.

¶ Quibus itē objcit, quòd ēt de peccatis omissionis est pœnitentia propriè dicta. Peccatū quoq; originale quāuis nō sit cōmissum p respectū ad posteros, tū quo ad primos parētes, est pctm cōmissū.

¶ Deinde sanctus doctor subiungit: Veniale peccatum ex nostro actu incurrimus, & ei sensibilis pœna debetur. idcirco ad eius dimissionem pœnitentia operatur quantum ad tres partes suas, uidelicet quo ad contritionem, confessionem & satisfactionem: & non solum secundum quod pœnitentia est uirtus, sed etiam inquantum est sacramentum. Quæritur autem circa hoc, an ad pœnitentiam uenialium, teneamur. Dicendum quod dū quis ad ali quid teneri asseritur, necessitas quædam ad illud notatur. Necessitas autem est duplex. Vna absoluta, qua tenemur ad ea, sine quibus saluari non possumus, & ita non tenemur ad pœnitētiā de ueniali qū eā omittendo non incurrimus mortē, nisi forsitan ex contemptu hanc omitamus. Alia est necessitas ex suppositione alicuius finis, sicut dicimus aliquid necessariū, sine quo nō possumus consequi finē intentum, sicq; necesse est homini de uenialibus pœnitere, si debeant ei in hac uita dimitti. Hoc tamen modo non dicitur quis propriè teneri ad ali quid sed largè, atq; secundum quid. Hæc idem.

Pōtō venialis debetur pœnitētia.

Quæstio.

Necessitas dupl.

¶ Quibus etiam obiici posset, quòd homo posset nunc tam intensè de peccatis suis mortalibus pœnitere tāque feruenter, & purè, ac frequenter ad Deū affici, quòd omnia uenialia sua sibi dimittērētur, quamuis de eis nil actualiter cogitaret. Quod, & fieret, si pro Christo sustineret martyriū. Certū est quoq;, quòd nullo horū modorū teneamur de uenialibus pœnitere distinctè, ac sigillatim. imò hoc uidetur impossibile. ¶ At uerò hi tres modi pœnitentiæ, secundum doctorem sanctum, distinguuntur secundum diuersos modos q̄bus pœnitētia agitur, idcirco sunt tres partes subiectiuæ pœnitentiæ, quæ est uirtus, non pœnitentiæ, quæ est sacramentum: qm̄ pœnitētia ante baptismū non pertinet ad sacramētum. Accipiuntur ergo hi modi secundum statum pœnitentis diuersum; quia aut est extra ecclesiam etiam numero, & sic est prima pœtentia, q̄ est ante baptismum: aut est extra eam merito, sed non numero, & ita est pœnitētia de mortali, aut est intra ecclesiam merito & numero, sicque est pœnitentia uenialium. Hæc Thomas in Scripto.

Obiectio.

Petrus.

¶ Præterea Petrus: In aliis, ait sacramentis est aliqua materia exterior, ut in baptismo aqua. In hoc autem sacramento materia est actus hominis, sc3 exterior cōfessio. Hō autem ex partibus duabus consistit quarum una, scilicet anima, mouet corpus

idcir co

idcirco in actibus humanis est gradus incipiens ab imperfectionibus ad perfectiora. Cumq; malum cadat a perfectione, & bonum perfectionem quandã requirat: ideo quamuis malum sit ex particulari defectu in actu uno: attamen bonum ei oppositum completur ex pluribus actibus. Hinc ad perfectum esse pœnitentię sacramenti, requiruntur pariter tria prædicta: & hoc, secundũ quod sunt in re, aut in proposito: & de uno quoque eorum prædicatᷣ pœnitentia prout est uirtus, non ut sacramentum.

Ad perfectionẽ pœnitentię tria necessaria.

De uenialibus an cõfitendum.

Amplius, de uenialibus non est de necessitate confessio facienda, nisi per accidens. Primò, ratione dubii, ut quando putantur esse mortalia. Secundò, ratione statuti, ut dum is, qui tenetur in anno semel confiteri, nõ nisi uenialia habet: uel ratione periculi, ut quando uenialis delectatio ad hoc perducta est, quòd nisi homo se ab ea auertat, pertrahit ad mortale. Hæc Petrus.

¶Concordat Antisi. sicut supra partim ĩductũ ẽ.

Bonauen.

¶Bonauentura quoque: Pœnitentia, inquit, dupliciter sumitur, uidelicet pro pœnitentia uirtute, & pro pęnitentia sacramento. Si loquamur de pœnitentia uirtute, sic contritio, confessio & satisfactio non sunt partes pœnitentiæ integrales, sed potestatiuæ. Quemadmodum enim ab una egrediuntur plures potentię, ita ab uno habitu plures actus. Virtus namque pœnitentiæ ordinat hominem, ut puniendo se, faciat emendam secundum omne forum. Ideo quilibet actum horum recipit denominationem ab habitu illo, ut pęnitentia seu quoddam pœnitere dicatur. sicq; habere uidetur rationem partis potestatiuæ: tamen reuera non habet: quia confessio non est pœnitentia nec ipsa satisfactio, sed sunt actus a penitentia egredientes, similiter satisfactio, atq; contritio. Si autem loquamur de pœnitẽtia sacramento, sic sunt partes eius integrales, quantum ad esse suum perfectum. Hinc rationabiliter ait Magister quod in perfectione pęnitẽtiæ tria sunt. Etsi objiciatur, quòd non sunt simul, dicendum, quòd sunt simul uoto, quamuis non actu. Qui enim contritus est proponit confiteri, & satisfacere.

Pœnitẽtia interdum uirtus, interdum sacramentũ dicitur.

¶Deniq; satisfactio dupliciter sumitur. Primò ꝓ ipsa reconciliatione, sicq; cum omnes pœnitentiæ partes sint ad reconciliationem ordinatæ, quęlibet potest satisfactio, seu satisfactoria appellari. Secundo, pro pœnæ debitæ persolutione. & ita est pars specialis pœnitentiæ, quæ est assumptio, seu adimpletio pœnæ iniunctæ. Nihilominus satisfactio cõuenit alijs duabus pęnitentię partibus per accidẽs, puta contritioni ratione doloris coniuncti in parte sensitiua, & confessionis ratione pudoris annexi.

Satisfactio bifariam sumitur.

Quæstio.

¶Circa hoc quæritur, an compunctio & contritio sint idem realiter. Respondendum, quòd dolor uocatur contritio, & item cumpunctio. Contritio, quia cor terit uel quia dolore illo peccata in corde dimittuntur: Compunctio autem, quia mentem salubriter pungit duplici respectu, uidelicet ex carẽtia gloriæ, & ex consideratione diuinæ offensæ, & iuxta hoc attenditur duplex dolor, tanquam irriguum superiùs, irriguumq; inferiùs. & ita compunctio communior est, quàm contritio.

Contritio compunctio.

Ios. 5. Iud. 1.

Quæstio. Peccatum originale, an displicere debeat.

¶Porrò si inuestigetur, an de peccato originali pœnitere oporteat: dicẽdũ, quòd de originali peccato contingit loqui communiter, & specialiter. Communiter, ut est in omnibus, & ita ad eius deletionem non requiritur aliquis actus ex parte eius in quo est, ut patet in paruulis. Specialiter quoque quantum ad adultos, qui illud habere se nesciũt, & quantum ad hos, non oportet, quod aliquis actus detestationis adueniat. Rursus est loqui de originali, quantum ad adultos, qui illud habere se sciunt, & quantum ad illos, est congruum ut displiceat ipsis peccatum hoc in generali, quoniam displiceri eis debet oẽ, quod a Deo separat mentem: non aũt in speciali, cum non sit actu ipsorũ cõmissum.

¶Quæritur quoq;, an de uenialibus pœnitere tenemur. Et respondendum, quòd de ueniali peccato contingit loqui dupliciter. Primò in se: secundo, ꝓ ut est occasio periclitandi per immoderatum consensum, seu per contemptum. Itaque de ueniali cõsiderato in se, non est necesse pœnitere, nec pœnitentia interiori, nec exteriori: quoniam ueniale etiam post hanc uitam remittitur. Sed loquẽdo de ipso quantum ad periculum, ad quod ducit impęnitentem, necesse est de aliquibus uenialibus pęnitere, quando homo aduertit periculum, quemadmodum Augustinus dicit in litera. Tria ꝗppè sunt uenialium genera, quædam sunt ex subreptione, de quibus non tenemur confiteri, nisi de congruo. Quædam ex uoluntate, cui si cõsenserit homo incidit in mortale, & de tali ueniali tenetur homo cõfiteri non simpliciter, sed in casu siue pro loco, & tẽpore, quando uidelicet recogitat illud, ne cadat si ei consentiat. Quædam etiam sunt uenialia, quæ per multitudinem suam augent libidinẽ, sicut illa in quæ est cõsensus, sed deordinatio est infra Deũ, atq; de talibus tenetur homo pœnitere ne multiplicentur, ac per hoc periculo, ac discrimini se cõmittat. Talia enim comparat Augustinus arenæ, bestijsque minutis, guttis multiplicatis, & scabiei. Hæc Bonauentura.

Quæstio. De ueniali quando sit pœnitẽdum.

Augustin. Tria uenialium genera.

Augusti. Moderantur quædã dicta à Bonauẽtura.

¶In quibus durum uidetur, quòd uenialia ex uoluntate procedentia, asserit esse talia, quòd homo incidit in mortale si illi consentiat uoluntati: nisi forsan intelligatur, de uoluntate prorsus immoderata, prædominantem complacentiam in tali peccato habente. aliàs non apparet, quia in omni peccato mortali statuit sibi peccans ultimum finẽ in re creata caduca, & uana. Quod accidit quoties rationalis creatura acquiescit propriæ uoluntati contra pręceptum Dei. In his continetur, sententia responsionis Richardi.

¶Deinceps Scotus circa hæc aliqua introducit, eandem cum pręallegatis doctoribus sententiam obscuriùs exprimens, & pro parte ab ipsis dissentiẽs, contritio, dicens, confessio & satisfactio, nullo modo sunt partes pœnitentiæ, ut est sacramentũ: quoniam pœnitentia, quę est sacramentum, non est nisi absolutio sacramentalis, facta sub certis formis: quæ est quid extrinsecum, cuius contritio quæ est quid spirituale in anima, nullo modo est pars neq; confessio, quę non est de essentia absolutionis illius, imo tempore eam præcedit. Satisfactio uerò sequitur eam. Hæc Scotus.

Scotus.

¶De quo non immerito admiratio oritur, quod non erubuerit ea scribere, quasi nullus præcedẽtiũ iam præfatorum doctorum intellexerit, quòd sit pœnitentiæ sacramentum, seu ipsa pœnitentia ut est sacramentum, & quæ sunt partes ipsius. Ideo ad rebrobationem huius dicti sufficiat, quòd tot solẽnes, pręcipuique doctores scripserunt contrarium & Magister in litera: quorum dicta consonant sanctis doctoribus. Augustino, Hieronymo, Hilario, Chrysostomo, imò ex uerbis ipsorum sunt sumpta. Quid uerò realiter sit pęnitentia sacramẽtalis, an s. absolutio ipsa, an aliud, supra præhabitum est, & infra clariùs exprimetur. Argumentum autem Sco

Scoti improbatio.

ti solutum est. Nempe hoc probat quod tria ista non sint partes pœnitentiæ essentiales, seu quidditatiuæ: non autem, quod non sint partes pœnitentiæ quasi integrales.

Durãdus.

¶Hinc scribit Durandus: Tria hæc non sunt partes pœnitentiæ, ut est uirtus. imo sic contritio est actus eius elicitus, quoniam actus pęnitentiæ sic acceptus, est actualis displicentia de peccato commisso, & hæc displicentia extat contritio. Confessio uerò, & satisfactio sunt actus imperati a pœnitentia taliter sumpta. Hæc Durandus. Qui consequenter probat, quòd confessio, & satisfactio non sunt partes pœnitentiæ sacramenti, loquendo de partibus propriè sumptis, id est, essentialibus: non autem ꝗđ non sint quasi partes integrales ad perfectam pœnitentiæ consistentiam requisitæ, loquendo etiam de satisfactione, prout est in re, uel in proposito.

Thomas.

¶Atuero Tho. circa hęc multas mouet utiles quęstiones. Prima est, utrum ueniale peccatum possit dimitti uoluntate ad illud manente. Respondet,

Quæstio.

Peccatum quodlibet potest dimitti quantum ad duo, uidelicet quantum ad culpam, & quantum ad pęnam. nec remissio quantum ad pęnam, potest esse sine remissione, quo ad culpam: quia quamdiu manet culpa, manet debitum pęnę: Culpa uerò in deordinatione uoluntatis consistit. idcirco non potest culpa dimitti, nisi reordinetur uoluntas, quod fieri nequit, quamdiu in sua deordinatione persistit. Hinc ueniale non potest dimitti, quamdiu uoluntas manet ad illud. Veruntamen ueniale peccatum aliquando dimittitur ei, qui non habet displicentiam actualem de eo, ut de martyribus constat qui mox euolant, quamuis forsan de uenialibus suis culpis non cogitent, & per consequens nec actualem habeant displicentiam de eisdem. In talibus ergo, quę non occurrunt memorię, sufficit displicentia habitualis, cum & mortalia oblita taliter remittantur, ut infra dicetur.

Nõ remittitur sola pœna absque culpa peccati.

Veniale peccatum non dimittitur illud amanti.

¶Secundo quærit, an unum peccatum ueniale sine alio possit dimitti; Respondet, Dum aliquam cõnexionem non habent adinuicem, unum sine alio potest auferri, non autem quando connexionem adinuicem sortiuntur. Peccata autem mortalia, quamuis connexionem non habeant adinuicem ex parte conuersionis: habent tamen connexionẽ a parte auersionis, quoniam ab eodem summo bono auertunt: ideo unum sine alio remitti non ualet quia remissio culpæ per oppositionẽ plus respicit auersionem, quàm cõuersionem. Nam culpa dimittitur per restitutionem, & reductionem ad illud à quo separauit. Venialia uerò connexionem non habent, nec quantum ad conuersionem, nec quantum ad auersionem: imò in eis nulla est auersio ab ultimo fine, quamuis in actu eorum aliquis sit defectus circa ea, quæ ad finem ipsum expediunt Si autem objciatur, quoniam ei, qui displicet Deo, non dimittitur culpa, quamdiu displicet illi. sed ueniale peccatum displicet Deo, ideo manente uno dimittitur aliud. Dicendum, quòd peccatum mortale sic displicet Deo, ꝙ etiam peccantem Deo efficit displicentem, inquantum pulchritudinem gratiæ quã Deus amat, priuat, ac aufert. Veniale uerò peccatum quamuis Deo displiceat, quia inordinatum est, peccantem tamen Deo displicentem non facit quia per ipsum non tollitur claritas gratiæ, sed quodammodo obnubilatur, inquantum processus eius ad exteriora impeditur. Propter quod ait Gregorius: Peccatum ueniale obscurat, mortale obtenebrat. Hinc unum ueniale nõ impedit dimissionem alterius, sicut unum mortale alterius remissionem Hæc Thomas.

Quãdo ueniale unũ dimittatur sine alio.

Obiectio. Dilutio.

Gregori.

¶Quibus objci posset, quòd nisi peccatum ueniale faceret peccantem aliqualiter displicentem Deus propter illud non infligeret illi pœnam, nec cõsolationem ei abstraheret, nec repræhenderet ipsum. Deniq; nisi Petrus aliqualiter Christo displicuisset, dicendo, Absit a te domine, non erit hoc tibi: Christus non dixisset ad eum, Vade retro me sathana &c. & tamen in uerbis illis bonus, & syncerus ille Petrus non peccauit mortaliter.

Obiectio. iusta. Matth. 16. Marc. 8.

¶Tertiò quærit, an ueniale possit dimitti sine mortali. Dicendum, quòd remoto priori, remouetur posteriùs: nec posteriùs restituitur, nisi restituto priori. Feruor autem charitatis, cui ueniale opponitur, est ipsa charitate posterior. Hinc quamdiu non restituitur charitas, nec feruor charitatis potest recuperari: in qua recuperatione consistit peccati uenialis dimissio quemadmodum in recuperatione charitatis dimissio peccati mortalis. Hinc ueniale dimitti non potest ei, cui non remittitur peccatum mortale. Potest quoque ad hoc ratio assignari ex parte remittentis: quia mortale peccatum separat a Deo, qui solus peccata dimittit, ideo habens peccatum mortale, non percipit effectum Dei in remissione uenialis peccati. Similiter assignatur ratio ad hoc ex parte eius, quo fit remissio, utpote charitatis, quæ uniuersa delicta operit, quam aufert peccatum mortale. Hæc Tho. & concordant doctores communiter. Henricus quoque in quodlibetis, qui consequenter fatentur peccata uenialia æternaliter puniri in inferno, eo quòd mortalibus sint annexa, sine quarum remissione ipsa non remittuntur.

Quæstio. Veniale peccatum nõ dimittitur absque mortali, si fuerit.

Luc. 4.

Henricus uenialibus in inferno pœna est æterna.

¶Quartò sciscitatur, an ueniale peccatũ queat dimitti sine gratiæ nouæ infusione. Ad quã facilis extat responsio, quòd sicut ueniale habitum gratiæ nõ aufert, ita ad remissionem non exigitur grãæ nouæ infusio: sed sufficit, quòd gratia iam habita, procedat in actum. Si autem objiciatur, quòd ueniale aliquo modo maculat animam, quæ macula uidetur sint gratię infusione tolli non posse: dicendum quòd macula potest inesse dupliciter. Primò, per pulchritudinis priuationem, & ita ueniale non maculat, quoniam gratiam, quæ est animæ decor, non tollit. Secundò, per hoc, quòd pulchritudo quæ inest, impeditur ne foris appareat, sicut per puluerem pulchritudo faciei fœdatur. talisque macula est in ueniali peccato, quia per ipsum impeditur gratiæ decor, ne tam perfectè in actibus exterius ostendatur: idcirco ad talis maculę detersionem non oportet nouam gratiam infundi, sed per actum gratiæ inexistentis impedimentum relucentię gratiæ tolli.

Quæstio.

Obiectio.

Dilutio. Peccatum dupliciter macula.

¶Quintò interrogat, utrum gratia sine contritione possit peccatum ueniale dimittere. Et respõdet. Veniale non dimittit, quãdiu uoluntas manet in illo. Volentem autem recedere ab eo, quòd uoluit, est ei displicere, quòd placuit. Talisque displicentia, dolor contritionis uocatur, quando per gratiam informatur. Hinc ueniale peccatum sine contritione non dimittitur. Verum contritio tripliciter accipi potest, uidelicet pro habitu, & actu, ac medio modo. Habitu autem existens contritio, nõ sufficit ad peccatum uenialis dimissionem. aliàs quicunque uirtutem pęnitẽtiæ habens, cuius actus est ipsa contritio, consecutus esset remissionem uenialis peccati, imò sic ueniale cum gratia stare non posset; nec tamen semper requiritur actualis.

Quæstio. Ad peccati uenialis remissionem, necessaria contritio.

Contritio trifariam sumitur.

contritio, quia sic peccatum oblitum dimitti non posset. Idcirco dicendum, quòd requiritur contritio medio modo: quando uidelicet & si peccatum non displiceat actu explicitè: displicet tamen implicitè: quoniam ex uirtute actus quem agit, sequeretur displicentia actualis explicita peccati uenialis, si cogitatio ad illud ferretur. Hinc dum homo per charitatis affectum fertur in Deum, quamuis actualiter de uenialibus culpis suis non doleat, imò nec cogitet explicitè: tamen eorum remissionem in toto uel in parte consequitur: quia in illo motu implicitè continetur displicentia de peccato ueniali uno uel pluribus, uel omnibus. Etsi feruenter fertur in Deum, displicet ei omne, quod ab ipso retardat. Vnde potest esse tam feruēs motus seu affectio charitatis in Deum, quod uniuersa uenialia peccata cō sumit, etiam sine actuali cogitatione, seu consideratione ipsorum.

Feruens motus, seu affectio amorosa in Deū delet uenialia.

Quæstio.

¶Sexto inquirit, utrum ad uenialium confessionem tenemur. Respondet, quòd confessio ad hoc necessaria est, ut pœnitens satisfactionem accipiat secundum mensuram, seu modum delicti. Peccato autē ueniali non debetur pœna satisfactoria taxata: quia pœna illa esset proportionata pœnæ peccati mortalis, a quo ueniale distat in infinitū. Hinc per solam contritionem interiorem peccatum ueniale potest dimitti. Et quod aliqua satisfactio exterior pro eo iniungitur, hoc magis est ad deuotionem, uel contritionem excitandam, quàm ad satisfaciendum. Ideo ad confessionem uenialium non tenemur: neque necessitate absoluta, quia sic de eis nec pœnitere, nec ea uitare tenemur: neque necessitate, quæ est ex parte finis, uidelicet remissionis eorū quia & sine confessione actu uel proposito existente possunt remitti, sed perfectionis est ea confiteri. Hæc Thomas.

Per quę dimittuntur uenialia.

Casus quibus uenialia tenemur confiteri.

¶Veruntamen sicut præhabitum est, in aliquibus casibus tenemur de eis confiteri utraque necessitate: ut si quis non habeat nisi uenialia peccata, cum teneatur semel confiteri in anno, tenetur ea confiteri: alioquin uideretur transgressor præcepti ecclesiæ. Et sicut tenemur de eis pœnitere necessitate ex parte finis, ita & ea confiteri tenemur ista necessitate: saltem in casu, in quo, & de eis pœnitere astringimur.

Quæstio.

¶Septimò inuestigat de remediis generalibus, p quę uenialia remittuntur. de quibus testatur, Venia le peccatum per charitatis feruorem dimittitur, qui feruor explicitè, uel implicitè continet contritionem. Hinc per illa, quæ ex se nata sunt excitare charitatis feruorem, uenialia dimitti dicuntur. Huiusmodi autem sunt omnia, quę conferunt gratiā, sicut omnia sacramenta. Ea quoque per, quæ impedimenta feruoris charitatis, ac gratiæ auferuntur, ut aqua benedicta, quæ uirtutem reprimit inimici, & benedicto existopalis, & etiam exercitia humilitatis ex parte nostri, ut tonsio pectoris, oratio dominicalis, item panis benedictus, confessio generalis, compassio, iniuriarum remissio, extremaque unctio, & quæcunque unctio sacralis, ac alia quæcūq; pœnitentia leuis. Hęc Thomas in Scripto. Qui alibi addit his, ingressum ecclesiæ, per quem dicit (ut pie creditur) ueniale dimitti, sicut per aquam benedictam. In his sententialiter continentur responsiones Alberti, Bonauenturæ, Petri, Richardi, & plurium aliorum de ista materia.

QVAESTIO. I.

Contra ueritatem arguitur.

PRæterea quæritur. *An de peccatis præcedentibus baptismum oporteat ante susceptionem baptismatis pœnitere ac confiteri.* ¶Videtur quòd sic, quia principium bonorum, confessio est malorum, & qui impœnitens & incontritus ad baptismum accedit, fictus accedit.

In oppositum. Bonauen.

¶In contrarium est, quòd baptismus est principium, ac ianua sacramentorum.

¶Ad hoc Bonaventura respondet: Quemadmodum quædam sunt in prædicamento per se, ut genera subalterna, & species: quædam per reductionem, ut principia & priuationes: ita tenendum est de articulis fidei. Nam quædam sunt directè credibilia & credenda, ut articuli fidei. quædam uero sunt antecedentia, & quædam consequentia. ut dictum est super tertium. atq; in omnibus his censetur hæreticus, qui sentit peruersè, seu contra determinationem ecclesiæ. Sic quoque est de præceptis decalogi, quòd in eis sunt quędam prohibita principaliter & explicitè, quædam tanquam annexa, & implicitè: sicut in hoc præcepto, Non mœchaberis, explicitè prohibetur adulterij actus, implicitè uerò ois actus interior, & exterior illiciti coitus. Sicq; antecedenter Deus prohibet concupiscētiā coitus, aspectūq; mulieris ad concupiscendum: consequēter uerò prohibetur omnis inordinata effusio seminis. Sic & præceptum, pœnitendi sacramentaliter & confitendi, propriè & directè respicit baptizatos. Et loquendo de pœnitentia ut est uirtus, necesse est adultum ante baptismum pœnitere non autē ut est sacramentum, sed congruit ut ante baptismū confiteatur. Confessio namq; fit sacerdoti, ut homo peccata sua recognoscat, atque de eis erubescat, ac de eorum remissione gratus sit Deo. Ideo de congruo debet baptismum præcedere, sed non oportet, nec debet sequi absolutio, neque ligatio, quoniam totum soluitur in baptismo. Ideo pœnitētia quantum ad contritionem, præcedit necessariò quantum ad confessionem, de congruo: quantum ad absolutionem, & satisfactionem, neutro modo. Et quia sacramentum istud completur in absolutione, quoniam ibi exhibetur, remedium: ideo pœnitentia ut est sacramentum ecclesiæ, baptismum sequitur, non præcedit. Hęc Bonauentura.

Cēsendus hæreticus quis?

Exod. 20. Deut. 5. Matth. 5.

Præceptū confitēdi sacramentaliter solis baptizati datum.

Dionysi. Bonauenturæ sententiam tēperat.

¶In quibus quòd ait pœnitentiam quantum ad contritionem, oportere baptismum præcedere in adultis, oportet sane intelligi. Sufficit enim attritionem habere aliàs nullus adultus in baptismo purgaretur a mortali peccato.

Richard.

¶Hinc clariùs scribit Richardus: Pœnitentia cōsiderata ut sacramentum, non est necessaria de peccatis præcedentibus baptismum. Considerata uerò ut uirtus, adhuc dupliciter sumitur: utporè uirtus informis, & ut uirtus formata. Et ut uirtus formata, non est necessaria de culpis præcedentibus baptismum: quia cum talis pœnitentia non possit simul esse cum peccato mortali, nunquam per actualem susceptionem baptismi remitteretur peccatum mortale actuale: qa aut per pœnitentiam esset iam ante remissum, aut baptismum suscipiens esset indispositus ad remissionem peccatorum mortalium. Sumpta uerò ut uirtus informis, hoc est, ut detestatio quædam peccati cum proposito emendandi, quamuis non penitus sufficienti ad expulsionem peccati, ad minus necessaria est de omnibus peccatis mortalibus actualibus præcedentibus baptismum, tanquam causa remouens ipsum, quod prohibet susceptionem gratiæ baptismalis. Hec Richardus Idem Petrus.

¶Concordat quoq; Argentinensis & addit: Vnus & idē morbus multiplici indiget medicina. Primò medici-

Idē morbo multiplex cōuenit medicina.

medicina præparatiua, seu dispositiua. Secundò, medicina sanitatis inductiua. Tertiò, medicina moridæ qualitatis expulsiua, quæ qualitas est perfectę sanitatis impeditiua. Sic in proposito attritio, seu displicentia peccatorum præcedens gratiæ infusionem, est quasi medicina dispositiua: perfecta uero contritio, sanitatis est inductiua: confessio autem, & satisfactio, expulsiuæ sunt reliquiarum infirmitatis peccati. Mitigant namque uiolentam inclinationem, qua homo inclinabatur ad peccandum antequam pœniteret. Quamuis autem minister ecclesiæ sacerdos, dicatur sacramentum conferre, nō tamen causat materiam sacramenti, sed ipsam præsupponit. Quemadmodum ergo in baptismo minister præsupponit materiam, ad quam accedente uerbo ministri fit sacramentum: sic in proposito sacerdos absolutionem sacramentalem cum iniunctione satisfactionis unit confessioni cōtritæ, sicq; integratur pœnitentiæ sacramentū. Hęc Argent.

Th. Aquil. Quæstio. Circunstātia quid.

MOdo de circunstantijs restat agendum, de q bus sanctus Thomas hic præ cæteris multa conscribit utilia, primò quærens, utrum circunstātia sit proprietas actus moralis. Respondet, Actus nostri dicuntur morales, in quantum à ratione ordinantur in finem uoluntatis, quia ex hoc habent rationem boni, aut mali. Omne autem, quod ordinatur in finem, oportet fini esse proportionatum: ideo ratio, quæ actum nostrum refert in finem, attēdit proportionem actus ad ea, quæ ad finem contingunt. Et hæc cōmensuratio circunstantia nominatur. Cumque in omni pportione oporteat, ad minus esse terminos duos, cum nihil sibi ipsi proportionetur: hinc circunstantia actus moralis dupliciter accipi consueuit: quoniam potest circunstantia dici, uel illud ad actū concurrens, ad quem proportionatur, sicut locus, aut tempus, uel ipsa proportio, quæ ex illis relinquitur, ut quando uel ubi. Sic ergo ultimo modo circunstantiam accipiendo erit conditio, aut proprietas actus. Verum primo modo sumendo, quædam circunstantia est proprietas actus, ut modus agendi, & quædam extra, ut locus & tempus. Insuper circunstantiæ assignantur hoc uersu;

Circunstātia actus moralis bifariam sumitur.

Circunstātię assignātur.

Quis, ubi, quibus, ubi, quibus auxilijs, cur, quo, qñ.

Qui uersus distinguit circunstantias Tullij atque Boethij, prout à rhetore considerantur, qui ex eis accipit argumenta ad excusandum, uel accusandum. sumitur namque argumentum rhetoricum uel ex eo, quod est attributum personæ, & ita est quis, uel ex eo, quod est attributū negotio, de quo agitur, & hoc uel continetur cum ipso negocio, & sic est quid, quantum ad substantiam facti exterius, cur aut quantum ad facientis intentionem interiùs; aut in ipsa prosecutione negotij cōtinetur, & ita sunt quatuor utpote quomodo, quātum ad actus qualitatem: ubi, & quando, quantum ad actus mensuram quibus auxilijs, quantum ad instrumenta. Sed prout pertinent ad moralem, potest aliter accipi numerus earundem. Proportio quippe actus ad finem accipi. Potest uel secundum id, quod est in ipso actu, uel secundum id, quod est extra. Si primo modo, aut quantum ad speciem actus, & sic est quid, aut quātum ad modum ipsius & ita est quomodo. Si autem per comparationem ad extra uel per comparationē ad causam, aut per comparationem ad mensuram. Si primo modo, uel ad causam finalem, & ita est: cur: uel ad causam efficiente, seu instrumentalem, & sic est, quibus auxilijs, uel principalem, & ita est quis. Si autem per cō

Circūstātiarum numerus accipitur.

parationem ad mensuram, aut ad locum, & sic est ubi: uel ad tempus, & ita est quando. Porrò finis est duplex, uidelicet ultimus, & propinquus. Vltimus autem non potest poni circunstantia, quoniam omnes circunstantiæ sumuntur in proportione ad ipsum: propinquus quoque est duplex. Vnus, qui est finis operis, secundum quod ait secundo Ethicorū Philosophus, quod quædā coniuncta sunt malo fini. & iste finis dat speciem actui, ideo non est circūstantia, si tantum consideretur genus moris, uel referendo ad substantiam actus, includitur in hac circunstantia quid. Alius est finis agentis, qui quando que ex malo actu bonum intendit, & econuerso, & hic finis dicitur hic circunstantia cur, & ab hoc actus non recipit speciem propriam, sed quasi communem, secundum quod actus imperati induunt speciem uirtutis, uel uitii imperantis, ultra speciē, quam habent ex habitu eliciente. Denique Philosophus 7. Ethicorum septem circunstantias ponit, & differt a prędicta assignatione: sua assignatio in duobus. Primò, quoniam ponit duas circunstantias, qd & circa quid, quæ in prædicta assignatione Tulij includuntur in uno. eo quòd obiectum, quod dicitur circa quid, dat rationem actui qui dicitur quid Philosophus uerò distinguit eas, quoniam præter uniuersalem rationem obiecti, quæ dat speciē actui possunt in obiecto considerari speciales conditiones, quæ diuersificant actum in bonitate, & malitia in actibus, qui ex se malitiam non implicant, in quibus etiam malitię diuersificant quantitatem. Secundò, quia philosophus pro una circunstantia ponit quando, & ubi, propter hoc, quod utrunque sumitur a mensura extrinseca. In prędicta uerò assignatione distinguuntur, propter diuersam rationem mensuræ.

Finis est duplex.

¶Præterea Augustinus in litera numerat & attendit circunstantias, secundum quod a pœnitente considerandæ sunt, qui pro suis peccatis debet dolere quia uirtutibus se priuauit. ideo nominat illas quæ præcipuè ad dolorem, peccati inducere debēt quæ sunt duo, puta priuatio boni, & positio mali quod aggrauatur per accidens, inquātum tollitur excusationis occasio: sicque debet dolere, si nulla aut modica tentatione prœuentus peccauit. uel per se ex aliqua circunstantia deformitatem addente ad actum, & sic quantum ad personam agentis, docet conside rare statū peccantis, & beneficia a Deo priùs suscepta. Et quantum ad omnes, docet considerare quo tempore, & quo loco peccauit. Docet item considerare circa quid, in hoc, quod dicit secundum modum necessitatis, & quomodo, in hoc quod dicit, & modum suis operis.

August. Circunstātiæ a pœnitente considerādæ.

Quæstio.

¶Quæritur ergo, quæ circunstantiæ magis grauent peccatum. Et respondendum, quòd bonum rei est secundum ordinem ad finem, ut dicitur tertio Ethicorum. Cumque malam sit priuatio boni, ipsum malum dupliciter contingere potest. Primò secundum relationem in finem: secundò, penes aptitudinem relationis in finem. Hinc & peccatum contingit dupliciter. Primò, ex hoc q actus non est fini proportionatus, ut in malis ex se. Secundò, quia inordinatè refertur in finem sicut in his, quæ mala fiunt intentione, quamuis ex se bona sint. Et quia propter quod unumquodque, & illud magis: ideo quantitas malitiæ peccati magis consideratur secūdum relationem relatam in finem, quàm etiam secundum improportionem ad finem. Ad ordinem autem ad finem, pertinet cuius gratia: ideo circunstantia hæc præcęteris consideranda est in iudican-

Malitiæ quātitas in pcō cōsideratur.

do

do de grauitate peccati. Ad hoc demum, ꝙ actus improportionatus sit fini, pertinet circũstantia hæc quid, per quam importatur ratio mali in actu: ideo omnia, quæ possunt peccato speciem dare, includuntur in circunstantia ista, & hæc sunt in quibus consistit actus moralis, quantum ad bonitatem, & prauitatem. Vnde hæc est secunda circunstantia in aggrauando, propter quod tertio Ethicorum ait philosophus, quod principalissima in actu sunt, i quibus cõsistit actus, & gratia cuius. Aliæ uero circunstantiæ magis, aut minus grauant, secundũ qđ his magis, aut minus propinquæ sunt. Hic tempus & locus minus grauant, quia extrinseca sunt. Sed inter ea cõditio personę plus aggrauat; quoniam agens directè correspondet fini. & post hoc modus, qui correspondet actui: post hoc instrumentum, quod pertinet ad modum agendi. Et hæc, ut in pluribus, ita se habent tamen nil prohibet in aliquo aliter se habere, quia sermones in moralibus determinatum nil habent, ut dicitur Ethicorum secundo.

Conditio personę grauat peccatum.

¶Rursus hic quæritur, an circunstantia trahere possit in aliam speciem culpæ: dicendum quod certum est hoc in aliquibus fieri, quod qualiter fieri queat, difficile est determinare. Aliqui enim dicunt hoc fieri, inquantum circunstantiæ illæ accipiuntur ut fines uoluntatis: quia a fine, actus moralis accipit speciem. Sed non uidetur hoc sufficiẽter prolatum, quia interdum peccati species uariatur sine hoc, quod intentio feratur ad circunstantiam illã, sicut fur tam libenter acciperet uas aureum sacratum, ut non sacratum: & tamen in aliam speciem peccatum mutatur, uidelicet de simplici furto in sacrilegium. Præterea secundum hoc circunstantia illa, quæ dicitur, cuius gratia, posset sola speciem peccati mutare: tamen non semper mutat. Cum enim negationes & priuationes differant specie secundum differentiam habituum, & positionum oppositarum, & malum cũ sit priuatio boni, oportet, quòd ubi diuersum bonum ad uirtutem necessarium, priuatur, ibi sit species diuersa peccati. Sola autem una circunstantia peccati rectitudinem uirtutis auferet. Vnde si aliæ circunstantiæ nullam aliam obliquitatem peccato tribuant, nisi ex suppositione personæ, non mutabunt speciem peccati sed forte grauabunt quantitatem peccati illius. Interdum euam non: quia ex suppositione præcedentis nullam inordinationem addunt, imò quandoque diminuunt, ut si aliqua circunstantia subtrahat rationem peccati: sicut accipere rem alienam, habet rationem peccati ex circunstantia quid, quia alterius rem inuadit. Quod autem hoc faciat quis manu dextera, aut sinistra, non uariat: sicut si tollat multum, aut parum, peccatum aggrauat: non tamẽ speciem mutat, sed rem alienam consecratam auferre, aliam deformitatem includit: quoniam irreuerentia circa res diuinas specialem habet rationem peccati. Ideo talis circunstantia dicitur species peccati mutare. Si autem coactus accipiat, talis circunstantia minuit culpam: quoniam causa peccati, scilicet uoluntarium, minuitur. Ex his patet responsio ad hanc quæstionem, utrum circunstãtia culpam grauet in infinitum. Dicendum enim quod non nisi dum trahit in aliam speciem peccati sicut dum circunstantia includit & addit aliquid charitati contrarium seu contra præceptum. Sed quæri potest an omnes circumstantiæ peccati sint confitendæ. Dicendum quod omnes circunstãtias confiteri est impossibile. Quasdam autem confiteri est necessitatis. Tamen in hoc est differentia opinionum. Nam aliqui dicunt, quòd omnes circunstantiæ, quæ aliquam notabilem quantitatem addunt peccato, sint necessariò confitendæ, si occurrant memoriæ. Alii dicunt, quòd non oportet confiteri nisi eas, quæ trahunt ad aliud genus peccati. Et hoc probabiliùs. Sed addendum, quæ ad aliam speciem peccati mortalis trahunt: quia ut dictum est distinctione prehabita, uenialia non sunt de necessitate confessionis. attamen perfectionis est talia confiteri. Circũstantiæ autem particulare carnalium peccatorum trahẽtes ad nouam speciem peccati carnalis, semper sunt confitendæ. Et si obijciatur, quòd motum libidinis prouocant tam in confitente, quàm in confessore: dicendum, quòd gratia quæ in sacramento pœnitentię datur, restaurat si quæ inclinatio ad peccatum ex talium cogitatione proueniat. Vnde in Pastorali dicit Gregorius: Plerunque fit ut dum rectoris animus aliena tentamenta cognoscit, auditis tentationibus, etiam ipse pulletur. sed hæc pastori nequaquam timenda sunt, quia tanto facilius à sua tentatione eripitur, quanto misericordius ex aliena tentatione fatigatur: Si tamen confitens uiderit sacerdotem lasciuũ, & ad talia pronum, debet accipere licentiã confitẽdi alteri sacerdoti. Quam si non dederit, debet ad superiorem recurrere. Si autem circunstantiæ non aggrauant in infinitum, nouam speciem mortalis peccati addendo, quandoque laudabiliter reticentur, adhibita debita discretione, iuxta considerationem turpitudinis circunstantiæ, & pronitatem inclinationis ad peccatum ex eius consideratione in ipso confitente, uel sacerdote. Confitens quoque in confessione debet pro posse famam alterius custodire, & suam conscientiam expurgare: ideo si circunstantia, ꝙ ducit in cognitionem personæ, sit de necessitate confessionis secundum regulam datam, tunc debet confiteri occultando personam quantum potest. Si autem circunstatia illa non sit necessariò confitenda, debet eam dimittere, ne prodat peccatum alterius. Hęc Thomas in scripto.

Quæstio. Circunstãtia mutat peccati speciem. Opinio.

Quæstio.

Vna tantũ circunstãtia auferet virtutis rectitudinem.

Quæstio:

Circunstãtiæ ꝙ sint necessariò cõfitendę. Opinio.

Opinio.

Obiectio.

Gregor⁹.

Confitens debet aliena famã non accusare.

¶In his continentur, quæ Bonaventura scribit. de circunstantijs peccatorum, de quibus ponit hos uersus:

Bonauen.

Aggrauat ordo, locus, persona, scientia tempus,
Aetas, conditio, numerus, mora, copia, causa,
Est modus in culpa, status altus, lucta pusilla.

Et addit: Non solum deflendæ sunt culpæ, sed etiã pœnæ, id est, sequelæ culparum inhabilitantes ad bonum. Et uocantur interdum reliquiæ uitiorum utpote profitates ad mala, & infirmitates resistendi tentamentis, ac uitiis, quæ sunt pœnæ contractæ potius, quàm inflictæ. In his continentur, & scripta Petri.

¶Richardus quoque concordans: Actus, inquit, uoluntatis per hoc formaliter est peccatum, quod caret debito ordine rationis, atque per hoc formaliter est in specie peccati, quod caret aliquo speciali ordine rationis. Quandocunque ergo per aliquã circunstantiam priuatur actus aliquo rationis ordine speciali, constituitur ipse actus per circunstãtiam illam in aliqua noua specie peccati. Dum uerò per circunstantiam non priuatur specialibus rationis debito ordine, sed tamen per eam priuatio debiti ordinis intenditur, seu augetur, non mutatur per eam species peccati, sed aggrauatur &c. ut supra in Thoma.

Rich. vnde oritur ratio peccati.

¶Quæritur quoque, utrum circunstantia possit uenialę

Quæstio.

uenialę peccatum mutare in mortale. Dicendum quòd quæstio potest intelligi de eodem peccato in numero, uel in specie, & primo modo dupliciter, scilicet, aut de eodem actu ineſſe naturæ, aut ineſſe moris. Et primo modo actus primò uenialis, fieri põt mortalis, ut inspicere mulierem primo ex complacentia pulchritudinis eius sine libidinoso affectu, deinde inspectionem illam continuare ex uitiosa libidine. Secundo modo non est istud impossibile, quoniam actus non est istud possibile: quoniam actus non est in specie moris, nisi ut est ex uoluntate, & ratione. Ideo non manente eadem habitudine uoluntatis ad actum, non habet actus idem esse morale in numero: Si uero intelligatur quęstio de eodem peccato in specie, assignant quidam eandẽ distinctionem & similem responsionem.

Quæstio.

¶Denuo quæritꝰ, quæ sit principalior pars pœnitentiæ, absolutio confessoris, uel compunctio confitentis. Et respondendum, quòd in sacramentis ille est principalior pars, quæ principaliùs cooperat ad principalem sacramenti effectum: Principalior autem effectus sacramentorum nouæ legis est sanctificare, quàm sanctificationem significare. Illa ergo pars sacramenti pœnitentiæ est principalior, quę ex ui sacramẽti magis cooperatur ad remissionem culpæ, ac pœnæ ęternæ, quę remittuntur per gratiam sanctificantem. Compunctio autem non solum cooperatur ad remissionem peccati ex ui sacramenti, sed etiam inquantum est actus uirtutis, aut efficax dispositio ad uirtutem. Compunctio ergo cum hac utraque ui sua, est principalior pœnitentiæ pars. Si uerò consideretur id, ad quod compunctio cooperatur ex ui sacramenti tantum, sic absolutio sacerdotis: qui cum sit Christi uicarius, ꝓ priùs, principaliùsq; assistit uerbis suis, in quibus consistit sanctificans uirtutis absolutionis, quam partibus sacramenti quæ sunt ex parte confitentis. Hæc Richardus.

Cõpũctio principalior pars pœnitẽtiæ.

Argentin: Circũstantiarũ tria genera.

¶Argentinensis demum hic scribit: quod tamẽ ex introductis elicitur: Circunstantiæ, dicens, sunt tripartitæ: quoniam quædam nec aggrauant culpã, nec trahunt ad aliam speciem, sicut furari manu dextera, aut sinistra. Aliæ grauant, sed non uariant speciem, ut multum furari. Tertiæ grauant. & speciem mutant ut calicem consecratum furari, quod est sacrilegium, id est abusus rei sacri.

Sacrilegij tres species

Triplex quippè est sacrilegij species, Prima, per modum furti, aut spolii tollere sacrum de sacro, ut calicem de ecclesia. Secunda, tollere sacrum de non sacro, quemadmodum calicem de domo non consecrata. Tertio, tollere uiolenter non sacrum de sacro, ut reum extra ecclesiam. Itaque de primis circunstantiis non oportet confiteri, de secundis uerò confiteri est ualde decẽs & congruũ, nõ tñ simpliciter necessarium, ut cõmuniter dicũt doctores. Imò ut dicunt, sufficit quod peccator in confessione exprimat speciem peccati. Veruntamen quidã tenent contrariũ, dicentes, qđ oporteat confiteri circunstantias notabiliter aggrauantes. ut si quis furatus cẽt cẽtũ, aut mille mercas, non sufficeret dicere furatus sum rẽ, seu pecuniã, ꝓximi mei. Hæc opinio uũ securior, & dictis Augustini in textu cõformior. Nec dubiũ, ꝙn istud melius, salubriusq; cõstat. Tertias circũstãtias confiteri oportet quantũ occurrunt memoriæ, sicut, & cętera peccata mortalia, quæ, & pro posse sunt ad memoriam reuocanda. Hæc Arg.

Cõis doctorũ opinio.

Opinio securior.

Durandus Vide dicatur circũstantia.

¶Præterea Durandus: Nomẽ, ait, circũstantiæ tractum uidetur ex his, quæ inueniuntur in loco quantitatibusq; corporeis ad actus morales. Illa enim circunstant rem, q̃ sunt ei extrinseca, & tamen aliquo modo ipsam attingunt. Ita in actibus illa dicũtur circunstare, quæ non sunt de substantia actus, sed accidunt ei, uel subiectiuè, ut modus agendi: siue extrinsecè, ut locus, & tempus. Quicquid ergo non pertinet ad essentiam actus, ut est in specie naturæ: & tamen aliquo modo attingit ipsum, uocatur circunstantia. Hæc Durandus.

¶Qui consequenter ponit triplex circunstantię genus, sicut modo expressum est, quamuis sub alijs uerbis, & addit quandocunq; in uno actu sunt plures deformitates, quarum una non est determinatiua alterius, ibi sunt plura peccata formaliter, quemadmodum in occulta sublatione rei alienæ de loco sacro. Et si obiiciatur, quòd species rei non põt per extrinseca uariari circũstãtia aũt rei extrinseca est: dicẽdũ qđ circũstãtiæ nõ sunt extrinsecæ actui, quo ad eius essentiã, aut, quo ad esse naturæ, nec quo ad mutant speciem eius: sed quo ad esse moris hoc est, quantum ad bonitatem, malitiamve morale. In his doctores communiter sunt concordes.

Regula.

Obiectio.

Dilutio.

QVAESTIO III.

In parte negatiuã.

DE impedimentis uerò pœnitentię modo quęrendum est, *Virum hypocrisis, ludus, mercatio, militia & consimilia quædam, pœnitentiam ueram impediant.* ¶Videtur, quòd non. Cum enim multa sint peccata hypocrisi grauiora, non apparet, cur hypocrisis magis, quàm alia dici debeat pœnitentiæ impedimentum. Circa ludum quoque est specialis uirtus moralis, & ita non solum licitè, sed & uirtuosè, ac meritoriè fieri potest. Mercatio etiam, & militare exercitium, pro conuenienti dispositione rei publicæ sunt inductæ: Et beatissimus Iohannes Baptista militibus dicit: Contenti estote stipendiis uestris. Nec reprobauit eorum officium, neq; statum, ut in euangelio recitatur.

Luc. 3.

Thomas. Determinatio. Hypocritaquis.

¶Circa hæc loquitur Thomas: Hypocrita propriè dicitur, qui personam alterius repręsentat quasi submissus siue suppositus loco alterius. Vnde in theatris qui aliorum personam gerebant, hypocritæ dicebantur. Sicq; sumit Philosophus hypocritas tertio Ethicorum. Hinc illi, qui non sunt uerè uirtuosi. & tamen uirtuosos se simulant, rectè hypocritæ appellantur. Cumque ostentare de se ex proposito meliora, quàm sit, iactãtię uitium extet, siue in factis: constat quod hypocrisis semper si uitiũ, quod latine simulatio dicitur. Est quoque speciale peccatum. Priuatione namq; specificantur per habitus oppositus. ideo illud peccatum est generale, quod priuat aliquam cõditionem, quæ in qualibet uirtute requiritur: sicut inobedientia, prout est generale peccatum. Hypocrisis autem priuat conformitatem signi ostendentis conditionem personę ad rem significatam, quę conformitas ad unam uirtutem specialiter pertinet, puta ad ueritatem, prout est pars iustitiæ. Veruntamen non est semp mortale peccatum. Habet enim hypocrisis eandem rationem peccati, quàm mendacium: ꝙ non est semp mortale pctũ, sed qñ est pnicioſum uergens in proximi nocumentum. Sic & hypocrisis quando est pnicioſa proueniens in nocumentum personæ alterius, quam per fictam, & creditam sanctitatem priuat, seu priuare intẽditur, q̃ habet, meritove haberet, aut certè in nocumentum fidei, atq; ecclesiæ, dum propter creditã sanctitatẽ hypocritæ creditur ei contra fidem & ecclesiæ expeditionẽ. Cũq; opera ecclesię exteriora, ꝓcipuè nata sint sanctitatẽ ostẽ-

Hypocrisis, qñ pectũ mortale.

ostendere:abutitur eis hypocrita,excludēs intētionēm uerę, ac rectæ pœnitētiæ. Sicq; directiùs impedit pœnitentiæ effectum, & fructum, quàm illa uitia etiam grauiora,ideo ponitur speciale impedimentum pœnitentiæ salutaris. Similiter ludus. Ludus tamen est triplex. Quidam etenim ludi ex se turpitudinem habent,ideo semper & ab omnibus præsertim à pœnitentibus, ac tempore luctus, ac pœnitentiæ,sunt uitandi: quoniam pœnitentes p fletum sua peccata debent corrigere. Tales sunt ludi,qui in theatis agebantur,ad luxuriā prouocantes. Alii sunt ludi turpitudinem nullam includentes, quos philosoph9 nominat liberales,circa quos uersatur uirtus moralis, quæ eutrapelia uocatur. Sunt quoque ludi ex deuotionis abūdantia procedentes. Vnde Dauid disseruit. Ludam coram domino, & ero humilis in oculis meis. Tales ludi sunt laudandi, ac æmulādi. Porro in ludis illis mediis potest esse excessus, si grauitas, & custodia cordis nimiū dissoluātur,magisq; decent unum, quàm aliū. Vñ, & pœnitētes districtiùs,& discretiùs habere,se debēt in illis,quàm alii,qm̄ pœnitentia fletū reqrit.

Ludorum species.

Ludi deuotionis. 2.Reg.6.

Spectacula inhoneste aspicere.

¶Insuper spectacula, quæ sunt turpium rerum, ad libidinem, ac dissolutionem prouocantium, studiosa inspectio, est peccatum, imò, & peccatum interdum mortale,ex irrefrenata libidine immoderata complacentia in eisdem,ideo omnibus, maximè pęnitentibus,sunt fugienda. Quædam tamē spectacula sunt de rebus utilibus,atque ad uitam accommodis, quæ nihilominus animum distrahunt. Hinc quāuis sine peccato uti possit, seruata discretione secundū decētiam suæ personæ, ac proprij status, pœnitentibus tamen uitanda sunt: quoniam cor debent habere recollectum ad Deum, & compunctū, & hoc nisi aliter requirat necessitas.

Officia quæ sine peccato via exercentur.

¶Deniq; officium militiæ, & negociationis & publicanorum, qui uectigalia publica exigunt, de propinquo habent annexa sibi peccata, quamuis sine peccato quandoque ualeant exerceri. Cumque pęnitens specialiter debeat occasiones peccandi uitare, & compunctioni studere, commendabile est, si ea, ac consimilia uitet: non tamen est de necessitate pœnitentiæ, quia quamdiu homo uiuit in seculo isto, non potest uniuersas peccandi uitare occasiones. Ideo sufficit in istis officiis, ut peccata diligenter deuitet, ita quòd miles iuxta sacratissimam Iohannis Baptistæ doctrinam, nullum concutiat, & stipendiis suis sit contentus: neque ad ostentationem officium exerceat militare, sed ad utilitatem ecclesiæ, ac reipublicæ, & ad exercitium uirium. Negotiator quoque non habeat conditionem in se, quę ipsum ab officio illo prohibeat, ut religiosi, & clerici, & quòd diebus festiuis mercationes non faciat, nec officium illud exerceatur tempore, quo caristiam possit inducere. Fraudes quoque, doli, mendatia, & consimilia mala uitentur. Publicani etiam non nisi legitima auctoritate principis uectigalia, telonea, seu tributa recipiant moderata, & causa utilitatis communis, ut pro terræ defensiōne. Hęc Thomas. Qui, & circa literam ait: Qui habet copiam sacerdotis, nec necessitate urgetur ad communicandum, sicut urgentur sacerdotes parrochiales, non debet accedere ad communionem ante confessionem.

Luc.3.

¶In his continentur scripta Petri, Richardi Durandi Aegentinensis, & aliorum quorundam de ista materia. Et addit Argentinensis, quòd si quis ieiunet, seu alia opera satisfactoria sibi pro peccatis suis iniuncta exerceat, simulādo se talia agere, quasi opera supererogationis, non quasi ex debito satisfactionis, hypocrita est, & fructu, ac mercede æterna priuatur. Torneamenta quoque ludi sunt illiciti, & ab ecclesia prohibiti, propter abusiones, crudelitates, pompas, uanitates, & multa consimilia, quæ contingunt in eis. Hæc Argentin.

Argent.

¶Postremò, circa distinctionem hanc Albertus, & Bonauentura multas mouent quæstiones perutiles, quæ tamen in sequenti distinctione mouentur ab aliis, ubi & opportuniorem uidentur habere locum. ideo differo ea s.

Albertus. Bonauen.

Tria opponuntur quærenda: primum, an sine confessione dimittatur peccatum. Distinctio. XVII.

HIc oritur quæstio multiplex. Primò enim quęritur, utrum absq; satisfactione, & oris confessione, per solam cordis contritionem peccatum alicui dimittatur. Secundò, an aliquando sufficiat confiteri soli Deo sine sacerdote. Tertio, an laico fideli facta ualeat confessio. In his enim etiam docti diuersa sentire īueniuntur, quia super his uaria, ac pene * aduersa tradidisse uidentur doctores. Dicunt enim quidam, sine confessione oris & satisfactione operis neminem a peccato mundari, si tempus illa faciendi habuerit. Alii uerò dicunt, ante oris confessionem, & satisfactionem in cordis contritione peccatum dimitti à Deo, si tamen uotum confitendi habeat. Vnde propheta: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Quod exponens Cassiodorus, ait: Dixi, id est, liberaui apud me, quod confitebor, & tu remisisti. Magna pietas Dei est, quod ad solam promissionem peccatum dimiserit. Votum enim pro operatione iudicatur: Item Augustinus. Nondū pronuntiat, promittit se pronuntiaturū, & Deus dimittit: quia hoc ipsum dicere, quoddā pronuntiare est in corde. Nondum est uox in ore, ut homo audiat confessionem, & Deus audit. Item, Sacrificiū Deo spiritus contribulatus, cor contritum &c. Alibi etiam legitur, Quacūq; hora peccator ɔuersus fuerit, & ingemuerit: uita uiuet, & nō morietur. Non dr̄, ore ɔfessus fuerit: sed: conuersus ingemuerit. Vñ datur intelligi, q̄ ēt tacēte, ueniā interdū ɔseqmur. Hinc etiam leprosi illi, quibus dn̄s p̄cepit ut ostenderēt se sacerdotibus: in tinere antequā ad sacererdotes uenirēt, mundati sunt. Ex quo insinuatur, quòd antequam ora nostra sacerdotibus aperiamus, id est,

* aliàs, diuersa.

Psal.31.

Cassiodo. testimoniis pbatio sola contritione peccatū dimitti. Aug. sup psal 31. de pœ.d.1.ca. magna pietas. Psal.50. Ezech.18 Luc.17.

id est, peccata confiteamur, a lepra peccati mundamur. Lazarus etiam nō priùs de monumento est eductus, & post á domino suscitatus: sed intus suscitatus, prodijt foras uiuus, ut ostenderetur suscitatio animę præcedere confessionem. Nemo enim potest confiteri, nisi suscitatus, quia a mortuo uelut, qui non est, perit confessio. Nullus ergo confitetur, nisi resuscitatus. Nemo autem suscitatur, nisi qui a peccato soluitur: quia peccatum mors animę est, qui ut est uita corporis, ita eius uita Deus est. His alijsque pluribus auctoritatibus probatur, ante confessionem, vel satisfactionem sola compunctione peccatum dimitti. Quod qui negant, eas determinare laborant, nec non in huius sententię depressionem, & ad suæ opinionis assertionem auctorum testimonia inducunt. Ait enim dominus per Isaiam: Dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris. Item Ambrosius: Non potest quisquam iustificari à peccato, nisi peccatum ipsum antea fuerit confessus. Idem dicit: Confessio à morte animam liberat, confessio paradisum aperit, confessio spem salutis tribuit, quia non meretur iustificari, qui in uita sua non uult peccatum confiteri. Illa confessio nos liberat, quę fit cum pœnitentia. Pœnitentia uera est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quisque commisit. Item Iohannes: Nec potest quisquam gratiam Dei accipere, nisi purgatus fuerit ab omni peccato per pœnitentię confessionem, & per baptismum. Item Augustinus: Agite pœnitentiam qualis agitur in ecclesia. Nemo dicat sibi occulte ago, quia apud Deum nouit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictū est: Quæ solueritis super terram, soluta erunt, & in cœlis? Ergo sine causa claues datæ sunt? Frustramus etiam verbum Christi. Iob. dicit: Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri. Item Ambrosius. Venialis est culpa, quam sequitur confessio delictorum. Item Augustinus super illum locum: Non absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum: Puteus est profunditas iniquitatis, in quam si cecideris, non claudet super te os suum, si tu non claudis os tuum. Confitere ergo, & dic: De profundis clamaui ad te domine, &c. & euades. Claudit super illum, qui in profundo contemnit: a quo mortuo uelit, qui non sit, perit confessio: Item, Nullus debitæ grauioris pœnę accipit ueniam, nisi qualemcunque etsi longe minorem, quàm debeat, soluerit pœnam. Ita enim impartitur a Deo largitas misericordię, ut non relinquatur iustitia disciplinę. Item Hieronymus. Qui pecator est, plangat delicta propria, vel populi, & ingrediatur ecclesiam, de qua propter peccata fuerat egressus, & dormiat in sacco, ut pręteritas delitias per quas Deum offenderat, uitæ austeritate compenset. His, aliisque auctoritatibus nituntur asserere, sine confessione uocis, & aliqua solutione pœnæ, neminem à peccato mundari.

Iohan.11. Eccle.17.

Isai 43.

Ambrosi9 in lib de parad ca. 14 c.& hr̄ vbi supra c.non pōt. Idē in sermone quadragesimę de pę.d.c. 1.ecce.nūc Io.Chrysost.de pœniten.d.1. c.nō pōt& Aug9 in sermo 49. de pę.d 1. agite Matth 16. Iob 31. Ambrosi9 c 14.li. de parad.de pœ.d 1. ca. serpes de c.pit.

Augusti. super psalmū 68. & hr̄ de pœ. d.1.c ex his. Psal.129. Prou.18 De pœ.d.1 c. nullus.

Cui sententiæ potius consentiendum sit.

Quid ergo super his sentiendum: quid tenendum? Sanę dici potest, quòd sine confessione oris, & solutione pœnæ exterioris, peccata delentur per contritionem, & humilitatem cordis. Ex quo enim proponit mente compuncta se confessurum, Deus dimittit, quia ibi est confessio cordis, etsi non oris, per quam anima interius mundatur a macula, & contagione peccati commissi, & debitum æternæ mortis relaxatur. Illa ergo, quæ superius dicta sunt de confessione, & pœnitētia, uel ad confessionā cordis, vel ad interiorem pœnam referenda sunt. Sicut illud Augustini. Quod nullus dicitur ueniam consequi, nisi priùs quantulamcunque peccati soluerit pœnam, vel de exteriori pœna accipienda sunt, & ad contemnentes, vel negligentes referenda sunt, sicut illud, Nemo dicat, occultè ago, &c. Nonnulli enim in uita peccata, confiteri negligunt, vel erubescunt, & ideo non merentur instificari. Sicut enim pręcepta est nobis interior pœnitentia, ita & oris confessio, exterior satisfactio, si adsit facultas. Vnde, nec uerè pœnitens est, qui confessionis uotum non habet, & sicut peccati remissio munus Dei est: ita pœnitentia, & confessio per quam peccatum deletur, non potest esse nisi a Deo, ut Augustinus ait. Iam, inquit, donum spiritussancti habet, qui confitetur, & pœnitet, quia non potest esse confessio peccati, & compunctio in homine ex seipso. Cum enim irascitur sibi quisque, & displicet, sine dono spiritussancti non est. Oportet ergo pœnitentem confiteri peccata si tempus habeat, & tamen antequam sit confessio in ore, si in corde, præstatur remissio.

Hiero. super Malachiæ ca. 3. & allegat de pœ d 1. c.quælcūs sacerdos.

Augusti. li.de pœ c.7.

Augusti. super psalmum 50.

Si sufficit soli Deo confiteri peccata.

Iam secundum quæstionis articulum inspiciamus sc3 utrū sufficiat peccata ɔfiteri soli

ſoli Deo,an oporteat confiteri ſacerdoti.Quibuſdam uiſum eſt ſufficere ſi ſoli Deo fiat confeſſio ſine iudicio ſacerdotali,& confeſſione eccleſiæ,quia Dauid dixit;Dixi,confitebor domino,& tu re,&c.non ait ſacerdoti, & tamen remiſſum ſibi peccatum dicit. Item Ambroſius:Ideo fleuit Petrus,quia culpa obrepſit ei.Non inuenio quid dixerit, inuenio,quod fleuerit.Lachrymas eius lego,ſatisfactionem non lego.Sed quod defendi non poteſt,ablui poteſt.Lauant lacrymæ delictum, quod uoce pudorem confiteri, & ueniæ fletus conſulit,& uerecundiæ.Hoc idem etiam Maximus dicit epiſcopus.Item Iohannes Chryſoſtomus:Non tibi dico, ut te prodas in publicum,neque apud alios accuſes ſed obedire te uolo prophetæ dicenti:Reuela domino uitam tuam. Ante Deum ergo tua confitere peccata,apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuntia, non lingua,ſed conſcientiæ tuæ memoria.& tunc demum ſpera te miſericordiam poſſe conſequi.Si habueris peccata tua in mente continuè,nunquam malum aduerſus proximum tuum in corde tuo tenebis, Idem,Peccata tua dicito,ut deleas illa.ſed ſi confunderis alicui dicere illa,dicito ea quotidie in animo tuo. Non dico ut confitearis ea conſeruo tuo, ut tibi exprobet,dicito Deo,qui curat ea.Nec enim ſi non dixeris, ignorat ea.Cum faciebas ea,præſtò erat:cum admitteres ea,cognouerat.Nunquid uult à te ea cognoſcere?Peccare non erubuiſti,& confiteri erubeſcis? Dicito in hac uita, ut in alia requiem habeas,dicito ingemiſcens,& lacrimans.In corde enim ſcripta ſunt peccata tua.Spongia peccatorum tuorum, lacrimæ tuæ ſint. Item Proſper:Illi, quorum peccata humana notitiam latent,& non ab ipſis confeſſa, nec ab alijs publicata, ſi ea confiteri,uel emendare noluerint,Deum,quem habent teſtem ipſum,& habituri ſunt vltorem,Quod ſi ipſi ſui iudices fiant,& veluti ſuæ iniquitatis ultores:hic in ſe voluntariam pœnam ſeuerisſimæ animaduerſionis exerceant,& temporalibus pœnis mutabunt æterna ſupplicia,& lacrymis ex uera cordis contritione fluentibus: reſtringunt æterni ignis incendia. Et infra:Faciliùs ſibi Deum placabunt illi,qui,aut propriis confeſſionibus crimen produnt,aut neſcientibus aliis,ipſi in ſe voluntariè excommunicationis ferunt,ſententiam,& ab altari,cui miniſtrabant,non animo, ſed officio ſeparati uitam ſuam quaſi mortuam plangunt:certi,quòd reconciliati ſibi efficacis pœnitentiæ fructibus, a Deo non ſolum amiſſa,ſed etiam ſupernæ ciuitatis gaudia recipiant.His auctoritatibus innituntur,qui ſufficere contendunt, Deo confiteri peccata ſiue ſacerdote.Dicunt enim,quòd ſi quis timens detegit culpam ſuam apud homines, ne inde opprobrio habeatur:vel alii ſuo exemplo ad pecandum accingantur,& ideo,*tacet homini,&*reuelat Deo,conſequitur ueniam.

Pſal. 31. — Ambroſi. ſerm. 46. Itē, & ſuper Luca. li. 1. c. 22. de pœ di. 1 c Petrus. — Io. Chryſoſt. ſuper epiſtol. ad Heb. & hr de pœ d. 1. c. quis aliquando — Pſal. 36. — Proſper de pe di. 1 ca porro. — De p. d. 1. facilius. — *taceat — *reuelet.

Quòd non ſufficit ſoli Deo confiteri, ſi tamen homini poſſit.

Sed quod ſacerdotibus confiteri oporteat,non ſolum illa auctoritate Iacobi, Confitemini alterutrum peccata ueſtra,&c.ſed etiam aliorum pluribrs teſtimoniis comprobatur.Ait enim Auguſtinus,Iudicet ſeipſum homo voluntariè Deum poteſt, & amores conuertat in meliùs;ne cum iam non poterit,præter voluntatem a domino iudicetur,& cum in ſe pertulerit ſeuerisſimæ medicinę,ſed tamen utiliſſimæ ſententiam: ueniat antiſtites,per quos illa claues miniſtrantur eccleſiæ. Tanquā bonus iam incipiens eſſe filius eccleſiæ maternorum membrorū ordine cuſtodito,à præpoſitis ſacrorum accipiat ſatisfactionis ſuę modum in offerendò ſacrificio contriti cordis deuotus, & ſupplex.Id tamen agat,quod non ſolum ſibi proſit ad ſalutem,ſed etiam exemplum cæteris:ut ſi peccatum eius non modo in graui eius malo,ſed etiam in tanto ſcandalo aliorum eſt,atque hoc expedire utilitati eccleſiæ videtut antiſtiti, in notitiam multorum, vel totius plebis agere pœnitentiam,non recuſet, ne letali plagæ per pudorem addat tumorem.Cum tanta eſt plaga peccati,& impetus morbi,ut medicamenta corporis,& ſanguinis domini differenda ſint:auctoritate antiſtiti debet ſe quis remouere ab altari ad agendnm pœnitentiam, & eadem reconciliari.Item Leo papa: Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus ſubuenit humanis,ut non modo per baptiſmum, ſed etiam penitentiam ſpes uitæ reparetur, ſic diuinæ uoluntatis præſidijs ordinatis, indulgentiam Dei niſi ſupplicationibus ſacerdotum nequeant obtinere, Chriſtus enim hanc præſuppoſitis eccleſiæ tradidit poteſtatem,ut confitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem darent,& eodem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per ianuam reconliationis admitterem.Item Auguſtinus:Quem pœnitet,omnino pęniteat,& dolorem lacrymis oſtendat,repræſentet uitam ſuam Deo per ſacerdotem,pręueniat iudicium Dei per confeſſionem.Pręcepit enim dominus mundātis, ut oñderēt ora ſacerdotibus docens corporalibus pſentia ɔfitenda pctā,non pſcripta manifeſtāda.

Iaco 5. — Aug in ſermone 50. de pœ. De pœ. di. 1. c indic. — Leo papa de pœ. di 1 c multipl. — Auguſtin. in li. de vera pę c. 1. d. 1. c quē pœnitet — Lucæ 17.

Dixit

Dixit enim:Ora monſtrare,& omnes,non unus pro omnibus: non alium ſtatuatis nuncium, qui pro uobis offerat munus Deo à Moyſe ſtatutum, ſed qui per uos peccaſtis, per uos erubeſcatis. Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſſionis. Ex miſericordia enim hoc præcepit dominus,ut nemo pęniteret in occulto.In hoc enim,quòd per ſeipſum dicit ſacerdoti, & erubeſcentiam uincit, timore offenſi fit uenia criminis. Fit enim ueniale per confeſſionem, quod criminale erat in operatione, & ſi non ſtatim purgare, fit tamen ueniale, quod commiſerat mortale. Multum enim ſatisfactionis obtulit, qui erubeſcentię dominans, nihil eorum, quæ commiſit, nuncio Dei negauit. Deus enim, qui miſericors,& iuſtus eſt,ſicut ſeruat miſericordiam in iuſtitia, ita, & iuſtitiam in miſericordia. Opus enim miſericordiæ eſt peccanti peccata dimittere, ſed oportet ut iuſtus miſereatur iuſtè. Conſiderat enim ſi dignus eſt, non dico iuſtitia, ſed, & miſericordia. Iuſtitia enim ſola damnat, ſed dignus eſt miſericordia, qui ſpirituali labore quærit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubeſcentiam. Et quoniam uerecundia,magna eſt pœna,qui erubeſcit pro Chriſto, fit dignus miſericordia. Vnde patet, quia quanto pluribus confitebitur in *tempore ueniæ turpitudinem criminis,tanto faciliùs conſequitur gratiam remiſſionis.Ipſi enim ſacerdotes plùs iam poſſunt proficere,& plùs confitentibus parcere.Item Leo papa:Quamuis plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non ueretur: tamen quia non omnium ſunt huiuſcemodi peccata, ut ea, qui pœnitentiam poſcunt,non timeant publicare:remoueatur improbabilis conſuetudo,ne multi à pœnitentiæ remedijs arceantur:dum, aut erubeſcunt,aut timent inimicis ſua facta reſerare,quibus poſſunt legem percelli conſtitutione.Sufficit enim confeſſio, quę primum Deo offertur, & tunc etiam ſacerdoti,qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari,ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis. Ex his,alijsque pluribus indubitanter oſtenditur,oportere Deo primum,& deinde ſacerdòti offerri confeſſionem, nec aliter poſſe perueniri ad ingreſſum paradiſi,ſi aſſit facultas.

Leuit. 13 — Qđ criminale fit ueniale. — *alias, ſpe — Quāto pluribus quos cōfitet tā to facili ei ignoſcitur. De pę. d. 1 c. quāuis.

De tertio articulo ſcilicet, an ſufficiat confiteri laico.

Nunc priuſquam præmiſſis auctoritatibus,quæ his contradicere uidentur,reſpondemus:tertiam,quæſtionem intueamur.Quod enim ſecunda quęſtio continebat ſcilicet an ſine confeſſione,& iuditio ſacerdotis,ſoli Deo confiteri ſufficeret:expeditum eſt, & certificatum præmiſſis teſtimonijs,quòd non ſufficit confiteri Deo ſine ſacerdote, nec eſt uerè humilis,& pœnitens,ſi nō deſiderat,& requirit ſacerdotis iudicium. Sed nunquid æque ualet alicui confiteri ſocio,uel proximo ſuo, ſaltem cum deeſt ſacerdos? Sane ad hoc poteſt dici,quòd ſacerdotis examen requirendum eſt ſtudioſè, quia ſacerdotibus conceſſit Deus poteſtatem ſignandi,atque ſoluendi. Et ideo quibus ipſi dimittunt,& Deus tamen defuerit ſacerdos,proximo,uel ſocio facienda confeſſio: Sed curet quiſque ſacerdotem quærere,qui ſciat ligare, & ſoluere. Talem enim eſſe oportet, qui aliorum crimina diiudicat. Vnde Augu. Qui uult confiteri peccata ut inueniat gratiam,quęrat ſacerdotem, qui ſciat ligare,& ſoluere: ne cum negligens circa ſe extiterit,negligatur ab eo,qui eum miſericorditer monet, & petit:ne ambo in foueam cadant,quam ſtultus euitare noluit. Tanta itaque uis confesſionis eſt, ut ſi deeſt ſacerdos,confiteatur proximo.Sæpe enim contingit,quod pœnitens non poteſt uerecundari coram ſacerdote, quem deſideranti, nec tempus, nec locus offert,& ſi ille, cui confitebitur,poteſtatem non habeat ſoluendi,fit tamen dignus uenia ſacerdotis deſiderio, qui crimen confitetur ſocio. Mundati enim ſunt leproſi, dum ibant oſtendere ora, uel ſe ſacerdotibus,antequam ad eos peruenirent, Vnde patet Deum ad cor inſpicere, dum ex necesſitate prohibentur ad ſacerdotes peruenire. Sæpe quidem quærunt eos ſani ac lęti,ſed dum quærunt,antequam perueniant,moriuntur.Sed miſericordia Dei ubique eſt,qui & iuſtis parcere nouit,etſi non tam citò,ſicut ſi ſoluerentur à ſacerdote. Qui ergo confitetur ſacerdoti,omnino meliori,quàm poteſt confiteatur, etſi peccatū occultū eſt,ſufficiat referri in notitiam ſacerdotis.Nam in reſurrectione filiæ archiſynagogi puellæ,pauci interfuerunt,qui viderent:nondū enim erat ſepulta, nondū extra portam delata,nondū extra domum in notitiam portata.Intus reſuſcitauit, quā intus inuenit,relictis ſolis.Petro,& Iacobo,& Iohanne,& patre,& matre puellæ,in quibus ſiguraliter continentur ſacerdotes eccleſiæ.Quos aūt extra inuenit, aduertēdū eſt quō ſuſcitauit.Flebat eñ turba poſt filium viduæ,fleuit Martha ſupplicantes pro fratre, flebat & turba mariam ſecuta. In quo docemur, publicè peccantibus non proprium, ſed

Quæſtioſ Solutio — Iohan. 20 Matth. 16 26 q. 6 ca. ſi aliquos — Qualē debeat quęrere ſacerdotē Auſtinus ī li. de vera pœ c. 10. d de pœ d. 6. q. vult. 2. c. 1. quē pęnitet. — Matth. 15. Luc. 17. — Auguſti. li. De vera pę. ca. 10. — Marc. 5. — Luc 7. Iohan. 11.

ecclesiæ sufficere meritum, Laboret ergo pœnitens in ecclesia esse, & ad ecclesiæ unitatem tendere. Nisi enim unitas ecclesiæ succurrat, nisi, quod deest peccatori, sua oratione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim, quòd omnes orationes, & elemosynæ ecclesiæ, & opera iustitiæ, iustitiæ, & misericordiæ succurrant recognoscenti mortem suam ad conuersionem. Ideoque nemo dignè pœnitere potest, non sustineat unitas ecclesiæ. Ideoque nemo petat sacerdotes per aliquam culpam ab unitate ecclesiæ diuisos. Ex his satis aperitur, & absoluitur præmissæ quæstionis articulus. Quærendus est enim sacerdos sacerdos sapiens, & discretus, qui cum potestate simul habeat iudicium, qui si forte de

Beda super epist. Iaco. 5. d

fuerit confiteri debet socio. Beda uerò inter confessionem uenialium, mortalium distinguit, super illum locum. Confitemini alterutrum peccata uestra. Ait enim: Coæqualibus quotidiana, & leuia, grauiora uerò sacerdoti pandamus, & quanto iusserit tempore purgare curemus, quia sine confessione emendationis peccata nequeunt dimitti. Sed & grauiora coæqualibus pandenda sunt, cum deest sacerdos, & urget periculum. Venialia uerò etiam sacerdotum ablata copia licèt confiteri coæquali, & sufficit, ut quibusdam placet: si tamen ex contemptu non prætermitatur sacerdos. Tutiùs

Matt. 16. Iohan. 20.

est tamen, & perfectiùs, utriusque generis peccata sacerdotibus pandere, & consiliurn medicinæ ab eis quærere, quibus concessa est potestas ligandi, & soluendi.

Hic aperit, qualiter supradictæ auctoritates intelligendæ sunt.

Cum ergo ex his, alijsque pluribus testimonijs perspicuum fiat, & indubitabiliter constet peccata primum Deo, deinde sacerdoti esse confitenda, & si ipse defuerit,

Io. Chrysostomus. De pœ. d. 1. cap quis aliquãdo.

etiam socio. Illud Iohannis Chrysost. superiùs positum, non est ita intelligendum, ut liceat alicui si tempus habeat, sacerdoti non confiteri: sed quia sufficit ubi crimen occultum est, soli Deo per sacerdotem dicere, & semel. Nec oportet publicari coram multis, quod occultum est. Quod notauit dicens: Non tibi dico, ut te prodas in publicũ. Sicut enim publica noxa publico eget remedio, ita, & occulta secreta confessione, & occulta satisfactione purgantur. Nec necesse est, ut quòd sacerdoti semel confessi sumus, terum confiteamur: sed lingua cordis, non carnis apud uerum iudicem id iugiter confiteri debemus.

Io. Chrys. De pœ. d. 1. c. nũc audi

Vnde idem Iohannes ait: Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in conspectu Dei pronuncies, & pro eis depreceris, citiùs illa delebis. Si uerò obliuiscaris, tunc eorum recordaberis nolens quando publicabuntur, & in conspectu omnium amicorum, & inimicorum, sanctorumque angelorum proferentur. Ita etiam illud Ambrosij: Lacrymę lauant delictum, quod uoce pudor

Ambrosius sermo. 46 b, & itẽ super Lucã li. 10. c. 22. de pœ d. 1. c. lacry.

est confiteri, ad publicam pœnitentiam referendum est. Ibi enim uirtutem lacrymarum, confessionis ostendens, significare uoluit, quòd lacrymæ occultę, & cõfessio secreta, sicut, quæ fit soli sacerdoti, lauant delictum, quòd pudet aliquem publicè confiteri. Quod uerò dicit se lacrymas Petri legisse, non satisfactionem', uel confessionem, per hoc non excludit illa. Multa enim facta sunt, quæ scripta non sunt, & forte nondum facta erat institutio confessionis, quod modo est. Similiter, & illud Prosperi: Si sui iudices

Iohan. 21.

fiant, mutabunt æterna supplicia. Et illud: Faciliùs Deum placabunt sibi, qui aut proprijs confessionibus tamen produnt, aut nescientibus alijs, in se sententiam excommunicationis fuerunt, ad publicam confessionem, satisfactionem referri oportet. Non

Prosper.

enim solis sacerdotibus ius ligandi, atque soluendi datum est, si cuique suo arbitrio se pœna, uel excommunicationis sententia ligare, & absque sacerdotali iudicio seipsum Deo, uel altari reconciliari licèt, quod ecclesiasticę institutioni, & consuetudini, penitus repugnat. Potius ergo, si publicè peccasti, publicè confitere te reum, & emenda. Si uerò occultè deliquisti, etiam sic non taceas, nec tamen dico ut publices. Tacitur

Festius super Leui. & allegat de pę d. 1, q. non fuit ad finem.

nitas enim peccati, ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quis celat, ne reputetur foris qualem se iam diuino conspectui exhibuit, quod ex fonte superbiæ nascitur. Species enim superbię est, se uelle custum uideri, qui peccator est, atque hypocrita conuincitur, qui ab instar primorum parentum, uel tergiuersatione uerborum peccata sua leuigare contendit, uel sicut Cain peccata sua reiciendo supprimere quærit. Vbi ergo superbia regnat, & hypocrisis. humilitas locum non habet. Sine humilita-

Gene. 4.

uerò, alicui ueniam sperare non licet. Vbi est ergo taciturnitas confessionis, non est speranda uenia criminis. Iam certissimè liquet, quàm sit detestabile peccati silentium:

&

& ecõuerso, quàm sit necessaria confessio. Est enim confessio testimonium conscientiæ Deum timentis. Qui enim timet iudicium Dei, peccatum non erubescit confiteri. Perfectus timor soluit omnem pudorem. Confessio peccati pudorem habet, & ipsa erube-

Iohannes, Chrysost.

scentia est grauis pœna. Ideoque iubemur confiteri peccata, ut erubescentiam patiamur pro pœna. Nam hoc ipsum pars est diuini iudicij. Si ergo quæritur an confessio sit necessaria cum in contritione iam deletum sit peccatum? dicimus, quia quædam punitio peccati est: sicut satisfactio operis. Per confessionem etiam intelligit sacerdos, qualiter debeat iudicare de crimine. Per eam quoque peccator fit humilior, & cautior.

Ad quid valeat cõfessio.

Summa distinctiõs. XVII.

¶ Præinducta mox distinctione tractauit magister de tribus pœnitentiæ partibus. Hic circa eas inducit aliquas quæstiones, quæ (ut innuit) suo tempore uidebantur difficiles, & obscuræ, quamuis propter euidentissimas doctorum responsiones modo sint claræ, ac faciles. Prima est, an sine confessione sacramentali hominis facta dimitti possint peccata, & homo peccator saluari, arguitque pro parte utraque per auctoritates sanctorum. Deinde soluit, & quæ ab inuicem discordare uidebantur, concordat. Deinde quærit secundò, an soli Deo sufficiat mentaliter confiteri, quo circa procedit sicut, & circa præcedentem quæstionem. Tertiò scisciatur, an confitendum sit laico in extremis, si desit sacerdos. Tandem in fine distinctionis breuiter tangit utilitates confessionis sacramentalis.

QVAESTIO I.

Iustificatio quid.

HIc quęritur primò, *Quid sit iustificatio, & de his, quæ requruntur ad ipsam.* ¶ Iustificatio itaque ut habetur in Glossa ad Romanos. 8 est remissio peccatorum, & consummatio bonorum operum. Iustificatio enim ex sua ratione importat motum ad iustitiam. Iustitia uerò secundum Philosophum. 5. Ethicorum tripliciter sumitur, Primò,

Iustitia trifariam sumitur.

ut est specialis uirtus, æqualitatem constituens in commutationibus, & distributionibus cõicabiliter bonorum, quę necessaria sunt in uita. Secundò, ut est nomen generale ad omnes uirtutes, secundum quod ordinat actus earum ad bonum cõe sm legis directionem. Tertiò dicit rectitudinis statum in homine, quantum ad partes eius, prout una pars animæ superiori suo subijcitur, utpotè Deo, aut alij parti animæ digniori. Hanc iustitiam Philosophus methaphoricam uocat, eo, quòd diuersæ hominis partes sunt quasi diuersæ personæ, quę rectitudo per unumquodq; peccatum aufertur, atque per gratiã reparatur. Vnde, & hęc iustitia dicitur generalis, in quantum uniuersas includit uirtutes, non per modum totius uniuersalis, sicut præcedens iustitia, sed per modum totius integralis, & motus ad istam iustitiam, iustificatio nominatur. In quolibet autem motu est recessus à termino a quo, qui tangitur cũ dicitur. Remissio peccatorum, & accessus ad termi-

Obiectio.

num ad quem, qui tangitur cum addit: Et consummatio bonorum operum. Si aũt obijciatur, quòd cõ summatio bonorum operum in pœnitenta fit per

Diluitio. Iustificatio bifariã capitur.

satisfactionem, sed homo iustificatur per solam contritionem ante satisfactionem: ergo iustificatio non est consummatio bonorum operum. Dicendum, qnòd iustificatio dupliciter capitur. Primò, prout correspondet ad iustificari, sicque dicit motum ad prædictam iustitiam. Secundò, prout correspondet ad iustificatum esse, & sic est prefatæ iustitiæ effectus formalis: quoniam ea est aliquid formaliter iustificatum, sicut albedine dealbatum.

Quẽadmodũ autem ab vna essentia animæ fluunt diuersæ potentiæ, ita rectitudo potentiarum a gratia, quæ est perfectio essentiæ animę. Inter potentias quoque uoluntas, qnæ alias mouet, eis quodammodo rectitudinem largitur. Hinc prędictæ iustitiæ causa prima est gratia, & charitas consequenter, quæ uoluntatem perficit per respectum ad finem, à quo est rectitudo prædicta, Ideo iustificatio, & peccatorum remissio est effectus iustitiæ generalis, tanquam proxlmę causæ formalis: sed charitatis, & gratiæ, tanquam causarum proximæ causæ.

Quæstio. Vocatiõis duo gña.

¶ Verum circa hęc quæritur, an iustificatio sit idem, quod uocatio, & renouatio mentis. Dicendum, quòd uocatio duplex est. Vna exterior, quæ fit per prædicatorem, quæ non est ipsa iustificatio, sed disponit ad eam. Alia interior, quæ aliquando non pertingit ad finem suum ex defectu uocati, hęcque uocatio non aliud est, quàm instinctus seu motus ad bonum à Deo immissus, nec ista uocatio est iustificatio, sed motus ad eam. Interdum uerò attingit ad finem, dum scilicet uocatus acquiescit, & hæc secundum rem est idem, quod iustificatio, sed ratione differt ab ea: quoniam dicitur uocatio secundum quod per infusionem atque auxilium gratię homo a peccato retrahitur. Iustificatio autem respicit terminum ad quem, utpotè prædictæ rectitudinis statum. Denique prædicta iustitię rectitudo, methaphoricè appellatur sanitas, & nouitas, seu saluatio, ac reuouatio cordis, qua uitiorum uetustas, ac læsio animæ expelluntur, & ad attributum misericordię per approbationem reducitur, quia in ea magis relucet misericordia Dei, quàm aliud attributum.

Quæstio.

¶ Quæritur demum circa hæc, utrum ad iustificationem exigatur, quòd homo se præparet ad gratiæ infusionem, quod in se est faciendo, & an in homine sit aliquid, per quod possit se ad gratiam præparare, & rursus, an facto, necesse sit eum gratiam obtinere, ac iustificari.

Præparatio ad gratiam

¶ Et respondendũ, quòd voluntas, quæ susceptiua est perfectionis iustitiæ, nõ potest subijci ab agẽte extrinseco, cui nil cõferat, seu cui non coopere tur aliquo modo, quia hoc esset agens per uiolentiam, quæ in uoluntatem non cadit, cum cogi non queat. Hinc oportet, quòd ipsa suæ perfectioni cooperetur, quæ cooperatio dicitur præparatio eius ad gratiam, & ita se præparat, qui quod in se est, facit. Veruntamen non oportet, quòd talis præparatio tempore semper præcedat iustificationem, sicut oportet in mutationibus naturalibus alterationem semper præcedere tempore generationem. Attamẽ cum actus uoluntatis in sua fit potestate, potest a principio esse intensus, quantum ad præparationẽ hanc sufficit. In paruulis autem non exigitur præparatio talis, cum nec usum habeant uoluntatis, nec propria uoluntate culpam incurrant. Verum his obijci potest, quòd quidam conuertuntur, & iustificantur, qui non solum non præparant se ad gra-

tiam infundendam, imò potius laborant ad male agendum: sicut, & Paulus, dum perrexit Damascum ad persequendum Christianos, Dicendum, quòd iustificatio de qua sermo, semper est cum cooperatione voluntatis, quæ preparatio nuncupatur: sed cooperatio ista interdum incipit diu ante gratię infusionem, aliquando verò iustificationem mox habet adiunctam, Sicque potest contingere, quòd quis dum est, in proposito, ac intensione peccandi, subitò conuertatur: uoluntas eius ad Deum, uel ex aliquo exteriori sumens occasionem, ut fuit in Paulo, aut ex aliquo interiori instinctu, sicque facit, quòd in se est, ut gratiam sortiatur à Deo. Denique homo ita se potest præparare ad gratiam per rationem, ac liberum arbitrium, per orationem, & desiderium accedendi ad ipsum, impedimenta quoque gratiæ, i. peccata detestando, exhortationibus, ac bonis instinctibus acquiscendo.

Præparantib⁹ se gr̃a infunditur.

¶Qui autem ita se præparat, nonnecessariò gratiam recipit, & acquirit necessitate absoluta: quoniam talis necessitas in his, quæ diuina uoluntate fiunt, cadere nequit: sicut, nec necessitas coactionis, neque necessitas prohibitionis, sed necessitate suppositionis necesse est eum, qui sufficienter se præparat recipere gratiam, utpotè ex suppositione diuini propositi, quo ex beneuolentia suæ bonitatis uoluit, ac decreuit unicuique gratiam communicare secundum suam dispositionem, & capacitatem, sicut in naturalibus formæ infunduntur secundum præparationem materiæ, quamuis non sic per omnia simile. Hęc Thomas.

Quæstio.

¶Quo circa hæc etiam alias mouet quæstiones plurimas, videlicet utrum infusio gratiæ requiratur ad iustificationem. Et constat ex dictis, quòd imò, quia, nec mortale peccatum cum sua macula, ac reatu deletur, nec æternam beatitudinem quis meretur, nec Deo maiestatis immensæ reconciliatur per sola naturalia dona, sed habitus supernaturales infundi oportet. Et hoc dictum est sæpe super secundum, ac tertium.

Quæstio: Ad iustificationē necessarium motū liberi arbitrij.

¶Iterum quærit, utrum ad iustificationem requiratur motus liberi arbitrij in Deum. Et patet ex dictis, quòd sicut requiritur præparatio, ac cooperatio ex parte hominis, ita, & motus liberi arbitrij eius in Deum, ad cuius gratiam se coaptat. Iste quoque motus mentis se præparantis ad gratiam, est motus seu actio fidei, per quam intellectus primò fertur in Deum. Intellectus autem seu ratio mouet, ac dirigit uoluntatem, & ita hæc præparatio fit per fidem informem.

In iustificatiõe impii quatuor concurrunt.

¶Rursus, sicut in iustificatione impii requiritur motus mentis in Deum per fidem informem ad gratiam obtinendam, ita exigitur motus mentis in peccatum, hiç est, contra peccatum, puta detestatio peccati ad hoc, quòd peccatum expellitur. Itaque in iustificatione impij hæc quatuor requiruntur; Infusio gratiæ, remissio culpæ, motus liberi arbitrii in Deum, & motus liberi arbitrii in peccatum. Hæc idem.

Petrus.

¶Consonat Petrus, qui, & sensum verborum Thomæ compendiosè exprimens: quamuis, inquit, de se possit Deus mentem sine ulla eius præparatione iustificare; requiritur tamen præparatio ex parte nostra: quoniam sicut requiritur pparatio materiæ in naturali mutatione ad formæ receptionem, ita in uoluntaria, non ex impotentia agentis, sed susçipientis.

¶Denique, ad gratiam potest se homo præparare, materiam namque, quæ præparatur, oportet aliquo modo proportionari ad agens, atque formam, ita, & uoluntatem oportet proportionari ad Deū, quod sit per boni affectum, & ad gratiam per mali detestationem. Et hoc est facere, quod in se est. Qui uerò hoc agit, recipit necessariò gratiam, non ne necessitate coactionis, quæ in Deum non cadit, sed necessitate immobilis, & inuariabilis propositi Dei, quę necessitas non opponitur libertati uoluntatis diuinæ.

¶Ampliùs ad iustificationem requiritur infusio gratiæ. Nam sicut in naturalibus actus actiuorum non sunt nisi in patiente disposito, & sic, & in moralibus. In omni quippè mutatione fit ex parte agētis, quædam alicuius expulsio, & alterius introductio. In patiente quoque requiritur dispositio duplex. una, ad unius formæ expulsionem: alia, ad alterius introductionem. Sicque in iustificatione iniqui concurrunt quatuor: duo ex parte agentis, videlicet expulsio culpæ, & infusio gratię, & duo ex parte susçipientis, quæ sunt motus liberi arbitrii in Deum, atque contritio de peccatis. In iustificatione uerò innocentis non requiritur expulsio contrarii mali, ni si originalis peccati. In adultis uerò non potest uoluntas sufficienter disponi ad gratiæ, susceptionem, nisi uelit, & cupiat illam. Idcirco requiritur consensus uoluntatis seu motus liberi arbitrii. Vnde secundum Augustinum: Qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te. Hæc Petrus.

Augustin⁹

¶Porrò Richardus: De remissione, ait, peccati contingit loqui dupliciter. Primò, secundum legem communem. Secundò, penes priulegium speciale. ita, & de iustificatione. Et sicut loquendo secundo modo de remissione peccati, Deus posset peccatum remittere absque omni satisfactione, sic posset secundo modo loquendo impium iustificare absque præuia conuersione uoluntatis eius ad Deū. Sed loquendo de iustificatione secundum legem communem, dico, quòd sicut corpus sine præuia preparatione non potest informari ab anima, ita nec anima adulti potest per gratiam informari, ni si conuersione uoluntatis ad Deum præcedente natura, aut tempore, qua conuersione anima disponatur ad susceptionem gratiæ, qua formaliter iustificetur. Hæc Richardus.

Richard⁹.

Præparatio gratię introducē de est necessaria.

Bonauentura.

¶Bonauentura uerò respondet: In omni opere Dei sunt misericordia, & ueritas, præsertim in hoc nobili opere, quòd est iustificatio. Quoniam ergo homo peccauit, & ante gratię infusionem nihil meruit apud Deum ipse Deus iusto iudicio in iustificatione non omnino tollit culpę effectum, imò pœnam relinquit: ideo in priorem statim non statum restituit hominem. Et quia misericors, est, etiam maius donum reddit, quia homo plùs indignet. Vnde non solum restituit innocentiam, sed sed etiam dat gratiam. Hinc quamuis delere posset sine medio culpam, decreuit tamen delere eam per gratiam, quæ non solum faciat innocentem, uerum etiam naturam debilitatam ad bonum habilitet, & confortet. Gratia autem est accidens, nec ortum habet a suo subiecto, sed a Deo totaliter. Triplicem quoque habet comparationem, utpotè ad principium, a quo procesit, & ad peccatum contrarium, quod expellit, & ad subiectum; quod perficit. Et omnes hæ comparationes simul sunt tempore. Gratia tamen naturaliter priùs comparatur ad principium a quo, secūdò ad peccatū. tertiò ad subiectū. Ad iustificationem

Gratia, qđ facit.

Iustificatio nō est nisi uolentis.

Roma. 4. Actu. 15.

nē quoq; requirit motus liberi abitrij. Iustificatio etenim non est nisi uolentis. idcirco non datur nisi uolenti, dummodo sit in statu in quo consentire posit, ac dissentire. Hinc ad susceptionem iustificationis requiritur in adultis liberi arbitrii motus, quo gratiæ Dei consentit. Cumque primus motus seu actus, quo gratiæ consentit, sit motus fidei: ideo motus ille est fidei motus. Ad Romanos. Iustificati per fidem. Glossa, id est, ex motu liberi arbitrii, qui est ex fide. Vnde in Actis legitur, Fide purificans corda: quoniam motus fidei primò ad purificationem requiritur. Hæc Bonauentura.

¶Concordat Albertus, cuius responsa in præhabitis continentur.

QVAESTIO

In partē affirmatiuā arguit

Hic etiam quæritur, *Quid prius sit, delectio seu remissio culpæ, aut infusio gratiæ.* ¶ Videtur, quòd deletio culpę: quoniam primò oportet à malo recedere, & mentem purgare, atque ad gratiam

Isa 33.16

præparare, quàm bonum accedere, illuminationem recipere, iuxta, quod scriptum est: Declina à malo, & fac bonum.

In oppositum.

¶In oppositum est, quòd infusio gratiæ est causa purgationis, remisionisque culpę. Causa autem est prior effectu.

Guliel⁹

¶Ad hoc in suo Sacramentali respondet Guliel-

Remissio peccatorū bifariam sumitur.

mus: Duobus modis sumitur remisio peccatorum. Primò, pro non imputatione eorum. Secundò pro abolitione macularum ipsorum. Remisio itaque sumpta pro non imputatione, præcedit. Priùs enim dicitur uno modo secundum essendi consequentiam, quod sequitur aliud non conuersum. Gratiā autem sequitur non imputatio. nō econtra. Si enim quis habeat gratiam, non imputantur ei peccata: non tamen sequitur econuerso, si non imputantur ei peccata, quòd gratiam habeat: sicut nō ideo quis regio honore dignus est, quia non est suspendendus. imo econtrario sequitur. inter homines quoque frequenter unus alteri culpam suam non imputat: non tamen ex hoc uult habere ipsum amicū. Sic, & priùs est non irasci, quàm beneuolum seu beneficum esse. Si uerò sumatur remisio culpę pro eius abolitione, q̃ per gratiam fieri perhibetur. infusio gratiæ causalitate prior esse conuincitur, sicut li xiuia ablutione est prior. Hęc Gulielmus.

Bonauēt. Opinio. Ilan. 43.

¶De hoc Bonauentura pleniùs scribens, primò interrogat, utrum infusio gratiæ necessariò præcedat expulsionem culpę. Respondet, Quidam dixerunt, quòd Deus se ipso culpam expellit, qui ait per isaiā prophetam: Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Ideo dicunt, quòd Deus animam priùs mūdat, postmodum gratiam tribuit, & infundit. Attamen simul tempore fit utrumque, sed infusio gratiæ posterior est natura. Sed quia communiter dicitur, & verum id credo, quòd Deus culpam expellit per gratiam, sicut sol per radios tenebras, prout etiam in Actis legitur, Fide purificans corda eorum, idcirco cum causa sit prior effectu, infusio gratiæ prior est peccati expulsione, quemadmodum etiam infusio radiorum, effugatione tenebrarum. Subiectum quippè praua qualitate aliqua informatum, aut uitio deformatum, non potest intelligi informatum aliqua bona qualitate, aut perfectione, nisi priùs intelligatur expulsio contrarii. Impossibile quoque est, q̃ aliquid intelligatur expulsum ab aliquo, nisi priùs intelligatur egredi a suo principio. Cumque infusio gratię non dicat subiecti perfectionem nisi p concomitantiam, sed potius ipsius gratiæ productionem ab agente, patet, quòd prior sit illa expulsio sicut causa causato.

Actu. 25. Infusio gratię expellit peccatum.

¶ Secundò quærit, utrum expulsio culpę præcedat contritionem: Respondet: Quorundam opinio fuit, quòd remissio culpæ præcedat contritionem, secundum quod remissio culpæ dicitur quantum ad maculæ absolutionem, sed quantum ad pœnam, uel sequelam, sequitur. Nempè remissio culpæ dicitur, & quantum ad culpæ ablationem, & quantum ad pœnę, ac sequelæ dimissionem. Verum ut dictum est, contritione necessaria est in ipsius gratiæ infusione, propter, quod præcedit peccati expulsionem ordine naturæ: quoniam anima per detestationem peccati se disponit ad gratiam dispositione quanta potest. Gratia uerò aduenies in animam: quoniam detestatio illa fuit dispositio media ad gratiam inducendam, naturaliter priùs respicit illam detestationem, ac per eam culpam delendā. Sicque ex comparatione, uel respectu gratiæ ad illam detestationem, extat contritio, & ex respectu ad culpam, remissio. idcirco contritio naturaliter prior est remissione peccati.

Quæstio: Opinio.

Cõtra ne cessaria.

Quæstio.

¶Tertiò scisçitatur, utrum contritio præcedit impii iustificationem. Respondet, Deus speciali priuilegio potest iustificare sine omni præparatione. Tamen secundum communem legem, non iustificat nisi eos qui se præparant, quemadmodum ait per Zachariam: Conuertimini ad me, & conuertar ad uos. Cumque præparatio debeat esse secundum conuenientiam ad iustificationem, in qua est motus liberi arbitrii, atque contritio, necesse est, quòd homo se præparet motu fidei, ac doloris, ita, quòd gratia inueniat liberum arbitrium in utroque actuum horum, aut summè paratum ad utrumque, ita, quòd in eodem instanti paratum sit moueri in quo gratia aduenit.

Zach.

Quæstio. Attritio fit contritio.

¶Porrò si quæras, an attritio fiat contritio, respondet, quòd quæstio tripliciter potest intelligi. Primò, quod habitus, quo quis atteritur, formet, & illo de inde cõteratur, sicut fides informis fit formata. Qđ credo uerū, utpotè, quòd habitus pœnitentiæ informis per gratiæ aduētum formatur, sicut fides informis, fit formata. Nec ē simile de timore seruili, i quo uiuit uoluntas peccandi. Secundò, quantū ad actū substratum, quòd item cõcedo, quòd scilicet actus qui in principio fui est attritio, antequam interrpatur fiat contritio, ut pater de motu, quo quis uadit ad ecclesiam, si ei in uia gratia infundatur. Tertiò potest intelligi, quātum ad conditionem superadditā, ut, quòd opus mortuum secundum partem, qua mortuum est, fiat uiuum. Et hoc impossibile est: quoniam illa pars motus transijt, & fuit informis, nec unquam formatur. Quod namque præterijt, ac destitit esse: non resumitur numero idem. Hæc Bonauentura.

Thomas.

¶Insuper Thomas ad hæc respondens: Omnis, inquit, prioritas secundum ordinem naturæ, aliquo modo reducitur ad ordinem causæ, & causati, quia principium, & causata sunt idem. In causis quoque contingit, quòd idem sit causa, & causatum secundum diuersum genus causæ: quemadmodum ambulatio est causa efficiens sanitatis est causa finalis ambulationis. Consimiliter est de habitudine, quæ est inter materiam, & formam: quia materia est formam sustentans, & forma est materiam in esse constituens. Ex parte autem causæ materialis, tenet se per quandam reductionem oē illum, per quod materia efficitur propria huius

formæ,ſicut diſpoſitiones, & impedimentorum remotiones. Ideo in generatione naturali, quando generatio unius eſt corruptio alterius,per hoc, quòd forma una expellitur,& alia inducitur, remotio formæ prioris ſe tenet ex parte cauſę materialis. Hinc ſm ordinem cauſæ materialis,præcedit naturaliter introductionẽ formæ alterius:ſm ordinẽ uerò cauſæ formalis, eſt econuerſo Cũq; forma, & finis, ac agẽs coincidant in idem numero,vel ſpecie, idcirco,& in ordine cauſę efficientis.introductio formæ eſt prior:qm forma introducta, eſt ſimilitudo formæ agẽtis,per quã agit. Similiter habet ſe in ordine cauſæ finalis,quia natura,principaliter intendit introductionem formæ,atque ad hanc ordinat expulſionem omnis rei,cum qua ſtare non poteſt forma intenta.Cumq; infuſio gratiæ,& remiſſio culpæ ſe habeant ſicut introductio unius formæ, & expulſio alterius,conſtat,quòd ſm ordinem cauſę materialis remiſſio culpæ prędecedat gratiæ infuſionem:ſm ordinem uerò cauſæ formalis, & efficientis, atque finalis,infuſio gratiæ naturaliter prior eſt. Propter quod utrumque interdũ dicitur cauſa alterius,quia infuſio gratiæ,eſt cauſa expulſionis remiſſionisque culpę per modum cauſæ formalis,& extirpatio uitiorum,dicitur operari uirtutũ ingreſſum per modum cauſæ materialis,ac diſpoſitiuæ,

Quæſtio.

Opinio.

¶Præterea dum quæritur,an motus liberi arbitrij præcedat gratię infuſionem, dicendum, quòd de ordine motuũ horũ liberi arbitrii ad gr̃æ infuſionẽ, & ad culpæ remiſſionem, multiplex extat opinio. Nam aliqui dicunt,quòd motus illi prędecedunt, & quòd motus liberi arbitij in Deum, eſt motus fidei non formatæ,motus quoq; liberi arbitrij in peccatum,fit attritio,quia quod gratiam præcedit, non poteſt eſſe per gratiam informatum. Sed hoc eſſe non ualet,quia in motu contritionis pœnitens iuſtificatur,ſicut in actu ablutionis baptiſmalis paruulus iuſtificatur.tuncque homo iuſtificatur, dum recipit gratiam.ſicque ſimul cum graciæ infuſione,& iuſtificatione eſt motus contritionis.Motus uerò attritionis prędecedit tanquam præparatorius.Nunc autem non loquimur de præparatorijs ad iuſtificationem,ſed de ingredientibus eius eſſentiam. Ideo quidam dicunt,quòd gratiæ infuſio præcedit motum liberi arbitrij in Deum,& in peccatum,ut eos ualeat informare.Culpæ verò remiſſio ſequitur eos.Verum,nec hoc eſſe poteſt:quoniam inter gratiæ infuſionem,& culpæ remiſſionem, non cadit medium, & quia hoc eſt eius effectus primus, ac principalis, & rurſus:quoniam ſicut ad motum contritionis requiritur gratia,ita, quòd abſit culpa. Hinc alij dicunt, quòd gratiæ infuſio,& culpę remiſſio prædecedunt ſimpliciter motus prædictos, quòd tamen non videtur omni fariè verum : quoniam motus illi ſecundum hoc non requirerentur ad iuſtificationem, niſi aliquam cauſalitatem reſpectu ipſius habe rent.Idcirco dicendum,quòd gratiæ infuſio,& culpæ remiſſio,aliquo modo prædecedunt,& aliquo modo ſequuntur motus præfatos.Quod patet ex ſimili in generatione naturali,quę alterationis eſt terminus.In eodem quippè inſtanti terminatur alteratio ad diſpoſitionem,quæ eſt neceſſitas, & generatio ad formam,& tamen ſecundum ordinem naturæ utrumque priùs eſt altero aliquo modo:quoniam diſpoſitio, quæ eſt neceſſitas, prædecedit formam ſecundum ordinem cauſæ materialis, forma uerò eſt prior ſecundum ordinem cauſæ formalis. Sicque illa qualitas conſummata, eſt etiam forma ſubſtantialis, ſecundum quod forma ſubſtantialis eſt cauſa accidentalium. Ideo cum motus iſti, qui in iuſtificatione ſunt impij, ſint quaſi diſpoſitio ultima ad gratiæ ſuſceptionem, ſuo modo prædecedũt in uia cauſę materialis, & ſequuntur in uia cauſæ formalis.Ideo poſſunt eſſe formati.Poſtremò motus liberi arbitrii in Deum,directè correſpondent gratię infuſioni:motusque liberi arbitrii in peccatum, remiſſioni culpæ.Ideo eadem ratio eſt de ordine horum adinuicem, & de ordine remiſſionis culpæ ad infuſionem gratiæ . Hęc Thomas in Scripto.

Albertus.

¶Concordat Petrus oĩno,Richardus quoq; eaſdem narrat opiniones,& in idem videtur incidere.

¶Albertus demum dictis concordans: Quatuor, ait,hæc ſimul ſunt tempore,non natura,& prout habent ſe ſecundum priùs,& poſteriùs,natura diuerſi modè ordinantur,quod natura diuerſimodè ſumitur. Vt enim ſecundò phyſicorum habetur, materia dicitur natura,ſimiliter forma, & item uia naturæ,id,eſt generatio.Atque ſecundum modum quo forma uocatur natura,quia forma eſt finis efficientis id, quod propinquius eſt efficienti in iuſtificatione impii,priùs eſt.Sicque infuſio gratiæ primum eſt,cum ipſum eſſe gratię ſequatur motio in Deum, ideo motus liberi arbitrii in Deum, eſt ſecundum motus autem liberi arbitrii in peccatum,eſt tertiũ: quoniam ad deſtructionem peccati operatur diſſenſus,ac diſplicentia eius, ne obex ponatur ſpiritui ſancto.Quartum uerò,& ultimum, remiſſio eſt peccati.Si uerò incipiamus a natura,quæ eſt materia ſeu ſubiectum , ſic cum illud ſubiectum primò auertatur a peccato,& deinde conuertatur ad Deũ pro adiutorio,& tertio adiutorium gratiæ ſortiatur,& ſic quarto ſequatur adiutorii huius effectus, videlicet iuſtificatio gratiæ:ſic primum in hac uia erit motus liberi arbitrii in Deum,ſecundum uerò motus liberi arbitrii in peccatum,id eſt,contra peccatum,videlicet ad illud deteſtandum,& extirpandũ. Tertium,infuſio gratię:quartum,remiſſio culpæ: Et iſtud poteſt quis experiri in ſeipſo.Si autem incipiamus a natura tertio modo ſumpta,ſic cum in motu ſeu mutatione illa primò ſit terminus a quo eſt motus,& ſecundo ipſa uia,ac tertiò terminus ad quem ſic inter hæc primum natura eſt remiſſio culpæ , ſecundum motus liberi arbitrii in Deum,tertium motus liberi arbitrii in peccatum.quartum infuſio gratiæ.Hæc Albertus.

Circa iuſtificationẽ 4 pii quatuor concurrunt.

QVAESTIO II.

Miraculũ quid.

MOdo quęrendum. *De proprietatibus iuſtificationis impij,an ſit miraculoſa,imo & mirabilior totius mundi creatione,& an inſtantanea,ita, quòd in ea ſimul tempore,vel potius in eodem inſtante ſint infuſio gratia,atque remiſſio culpæ*In hac quæſtione, ut planum eſt,plura tanguntur. ¶Videtur, quòd iuſtificatio illa non ſit miraculoſa.Miraculum namque eſt aliquid euidens,rarum , & præter ſpem proueniens,ad fidei ualens probationem,ut dictum eſt ſuper ſecundum.Sed iuſtificatio iſta eſt latens,& frequenter continens,ac ſperata. Nec uidetur inſtantanea:quoniam multi ſucceſſiuè, tardè, ac remiſsè conuertitur.

¶In oppoſitum ſunt , quæ haben tur in textu ex Auguſt.

¶Ad hæc reſpondens Albertus Mirabilis,inquit, eſt iuſtificatio impii,ut dicũt magiſtri, & ponũt mirabile quaſi mediũ inter naturale largè acceptum, pro oĩ illo quodfit curſu inferioris naturæ,& prout

ut includit uoluntaria à uolũtate cauſata, & inter miraculũ, ita,qđ deficit à rõne miraculi ,ppriè ſumpti,quia nõ accidit præter ſpem , nec raro . In alijs aũt excedit,quia ſecundũ Auguſtinum maius eſt de impio facere pium,quàm creare cœlum,& terram. Meliùs uerò dicendum vſ , quod iuſtificatio iſta ſit uerè miraculoſa,& quamuis non ſit præter ſpẽ gratiæ,eſt tñ præter ſpem naturæ. Inſolitũ quoq; dupliciter dicitur,puta in cauſa, & in effectu . Inſolitum uerò in definitione miraculi poſitum, intelligendum eſt de inſolito in cauſa , quod ſcilicet nõ habet ſtantem,& ordinatam cãm,ex qua proueniat Quod patet ex eo,quia ſi centum defuncti reſurgant, nihi lominus omnes illæ ſuſcitationes miraculoſæ dicũtur.Nec effectus uocatur miraculoſus , quia ad ipſum nullo modo concurrit aut cooperatur noſtra facultas . Sic namque partus uirginis miraculoſus non eſſet : ſed quia ſupernaturalis poteſtas principaliter,& ſuper naturam agit in ipſo.Hæc Albertus.

Auguſtin.

Reſpõſio cõuenientior. Inſolitum aliquod bi fariam dicitur.

Thomas. Aquinas.

¶ Porrò Thomas clariùs loquens:De ratione,ait miraculi ſecundum ſe ſumpti, ſunt tria.Primum eſt ut id,quod fit miraculosè,ſit ſupra uirtutem naturę creatæ agentis.Secundum,ut in natura recipiente non ut ordo naturalis ad illius effectus ſuſceptionem,ſed ſolũ potentia obedientialis ad Deum. Tertium,ut præter motum conſuetum ille effectus inducatur:Exemplum primi eſt de gloria corporũ in reſurrectione,ad quam natura non attigit. Exemplum ſecundi de illuminatioue cæci nati , in quo non eſt naturalis potentia ad uiſum ſuſcipiendum Exemplum tertij de conuerſione aquæ in uinum pter ſolitum curſum naturæ. Et hæc tria ſemper aliquo modo concurrunt ad actum miraculoſum.Nã quamuis uiſiuã potentiã non excedit uires naturæ, abſolutè loquendo,cum per generationem eam inducat, excedit tamen uires naturę,penſata impotentia recipientis,quamuis adſit potentia abſolutè aliquando , quemadmodum in conuerſione aquæ in uinum , quod ſucceſsiuæ fit per naturam in uitis:tamen quo ad modum fiendi, eſt ſuper naturam. Ideo in definitione miraculi ponitur arduũ, quantum ad primum ; & præter ſpem , quantum ad ſecundum: atque inſolitum, propter tertium. Hinc effectus , qui immediatè eſt ſolum à Deo,attamen recipienti inneſt naturalis potentia ad recipiẽdum illum effectum, non per alium modum,quàm per iſtum,non eſt miraculoſus, ut patet de infuſione animæ rationalis.Sic quoque eſt de iuſtificatione impij:quoniam naturalis ordo ineſt animæ ad rectitudinem conſequendam ; nec alio modo eam conſequi poteſt,quàm à Deo immediatè. Ideo iuſtificatio impij non eſt miraculoſa , ſed poteſt aliquid miraculoſum habere adiunctum,quod iuſtificationi præparat uiam. Ideo præallegatum uerbum Auguſtini, intelligendum eſt quantum ad id quod fit: quia in creatione fit res ſecundum eſſe naturæ,quod eſt minus,quàm eſſe gratiæ , quod datur in iuſtificatione.Sed quantum ad modum faciẽdi,difficilior eſt actus creationis, quia potentiam paſſiuam non prę ſuponit.Veruntamen de creatione aliqui dicunt,quòd non fit miraculoſa , quia nõ eſt alius modus producendi res illas in eſſe.

Ad cõſtitutionẽ miraculi tria oportet cõcurrere.

Matt. 13.

Iohan 9.

Iohan.2.

Opinio.

¶ Denique ſimul,& in eodem inſtanti ſunt infuſio gratię, ac remiſsio culpæ . Expulſio etenim formæ dicit terminum motus illius, qui ad corruptionem eſt ordinatus . Et introductio formæ ſimiliter dicit terminum motus illius , qui generationem pręcedit: quia tam generatio,quàm corruptio ſunt termini motus .Omne autem, quod mouetur quando eſt in termino motus , diſponitur ſecundũ illud, ad quod motus ordinatur . Cumque motus corruptionis tendat ad non eſſe, generationis uerò ad eſſe quando forma introducitur , tunc eſt: dum uerò expellitur, non eſt . Et quoniam forma dicitur introduci,quando primò eſt:& expelli,quãdo non eſt:non põt materia eſſe ſine forma hac,aut illa . Hinc ſimul ibi ſunt expulſio formæ unius , & introductio alterius . Cum etgo anima ſimul eſſe non ualeat ſine culpa , & gratia , ſimul ea ſunt gratiæ infuſio , atque expulſio culpæ.

Vbi infunditur gra mittitur culpa.

¶ Ex his patet,quòd iuſtificatio ſit inſtãtanea.Triplex quippè eſt modus formarum . Nam quædam recipiunt magis , & minus ſecundum elongationẽ à ſuo contrario , & ſecundum acceſſum ad propriam cauſam , ſicut albedo . Ideo talis forma ſucceſsiuè in ſubiecto recipitur, recepta quoque ſuſcipit magis,& minus. Aliæ formæ non recipiunt magis , & minus , vt formæ ſubſtantiales quarum inductio,ſeu ratio eſt in indiuiſibili. Cæteræ formæ habent ſe medio modo: quoniam non recipiunt magis , & minus ſecundum elongationem à cõtrario : quia contrario ſuo commiſcibiles non ſunt.Suſcipiunt tamen magis, & minus ſecundũ acceſſum ad ſuam cauſam,ut lux.Hinc tales formæ, nõ ſuſcipiũtur ſucceſsiuè in ſubiecto , ſicut nec formæ ſubſtantiales . Recepte tamen paſſunt intendi,ac remitti, ſicut formæ habentes contrarium . & talis forma eſt gratia Nullam enim commixtionem patitur cum ſuo oppoſito,cum illud ſit magis priuatio,q̃ aliquid poſitiuum , ut tenebra , Ideo in inſtanti infunditur,in quo,& oppoſitum eius expellitur, nec dicitur motus,niſi motu communiter ſumpto.Hæc Thomas in Scripto .

Iuſtificatio ſint inſtãtaneas.

¶ Concordat Petrus,dicendo:Iuſtificatio dupliciter accipi poteſt ſicut generatio.Primò,pro motu ad iuſtitiam cum termino eius,& ita aliquando fit ſucceſsiuè,ut quando prædicit præparatio ſucceſſiua.Secundò pro ſolo termino,id eſt , infuſione iuſtitiæ , ſeu pro illa mutatione,ſine motu , & ita fit in inſtanti , cum ſit à uirtute infinita, cuius eſt agere in inſtanti,& eſt in ſubiecto ſimplici,puta in mente & tã forma,quæ expellitur,ut macula culpæ , quàm forma,q̃ inducitur,ſcilicet gratia,ſimplex eſt. Itaq; in mutationibus quæ componuntur ex mutatione præuia,& termino,ad quem,non poteſt aliquid fieri ſimul, & eſſe . Sed in mutationibus ſimplicibus quæ conſiſtunt in termino motus poteſt . Et ſi obiiciatur , quòd culpa , & gratia non poſſunt in eodem inſtanti eſſe in anima , ergo aliud eſt inſtans in quo ultima fuit ibi culpa : & aliud,in quo primo ineſt , gratia, Reſpondendumin his,quæ tenduntad non eſſe,non eſt dare ultimum temporis,in quo ultimo habeat eſſe, ſed primum , inſtans , in quo ſunt. Vnde non eſt tempus , in quo ultimo ſit culpa , ſed primum inſtans , in quo primo non eſt, & in eodem priùs eſt gratia . Hæc Petrus . In cæteris ſicut Thomas.

Petrus. iuſtificatio difarũ ſumitur.

Dionyſii. Opinio. uerior Refellunturobiectionis que fieri poſſent.

¶ In quibus uidetur obſcurum , quod Thomas & ipſe , ac alij quidam affirmant iuſtificationem impij non eſſe, propriè miraculoſam . Nempè eadem ratione , nec glorificatio electorum in patria eſſet miraculoſa,cum & intellectuales creaturæ beatitudinem naturaliter apperant,& ſicut tam gratia,quàm gloria eſt aliquid ſupernaturale,ita utriuſque infuſio,ſiue collatio , Rurſus, quamuis animæ inſit naturalis ordo tam ad rectitudinem, quàm ad gloriam obtinendam , non tamen ad ſupernaturalem rectitudinem , & gloriam , neque ad ſu

per-

pernaturalem felicitatem, & gratiam, respectu quarum est in potentia obedientiali, non naturali. Solutio etiam: qua soluunt auctoritatem beati Augustini. dicendo, quòd ideo maius est iustificare impium, quàm creare cœlum, & terram: quoniam esse gratiæ digniùs est, quàm esse naturæ, non videtur idonea: quoniam eadem ratione sequeretur, qđ omnis operatio, qua Deus largitur cuicunq; esse supernaturale, esset maius seu maior effectus, q̃ creatio mundi. Sicq; non tantum iustificatio impij, sed etiam paruuli in baptismo esset maius, quàm creatio uniuersi. Quod quamuis aliquo modo possit cõcedi: non tamen videtur simpliciter concedendũ nec Augustinus hoc dicit, neque communiter dicitur: sed de iustificatione impij specialiter dicit

August.

hoc Augustinus, specialique ratione: quoniam in ipsam uoluntatem directè, immediatèq; agere, & ipsam ad libitum immutare, atque de malo culpæ in bonũ gratiæ, ac uirtutis transferre, videtur quid maius, quàm ipsa creatio. Vnde & Origenes, ac Hieronymus protestantur, quòd eiectio illa, qua Christus protestatiuè, eiecit uendentes, & ementes de templo, fuit maius miraculum, quàm resuscitatio Lazari, & satiatio quinque millium hominum ex quinque panibus, & piscibus tribus: quoniam admirabilis operatio illa in animas, atq; tot hominũ ingenia, ac uolũtates compescere, ac subito immutare, maius fuit, quàm in corporibus supernaturalem reuiuificationem, ac multiplicationem peragere. Nec his obuiat, qđ supernaturalis hæc iustificatio impii nequit aliter fieri nisi à Deo: quia nec illuminatio cæci nati fieri ualet, nisi omnipotẽtis uirtute: nihilominus ipsa est miraculosa. Istud quoque probatur. Primò, Maior est suscitatio à morte spirituali, quàm corporali. sed resuscitatio à morte corporali, miraculosa censetur. ergo plus illa. Secundò, resurectio corporum erit miraculosa ergo potius resurrectio, seu iustificatio animarum per gratiam, ac glorificatio earundem per beatificam diuinæ essentiæ visionem. Tertiò, in iustificatione impii maior est resistentia, quàm in mũdi creatione quia liberum arbitrium uitiis assuefactum, inclinat ad malum, & gratiæ, ac bonis instinctibus frequenter renititur. Propter quod orat ecclesia: Nostras ad te etiam rebelles cumpelle propitius uoluntates.

Origenes Hierony. Matt. 12. Iohan. 11. Matth. 14. Marc. 6. Iohan. 6

Resuscitatio animæ mortuæ grãde miraculum.

Obiectionum refutatio.

Verum ad hæc quidam respondent, dicentes ad primum quod non est simile: quia in corpore mortui non est iam ordo naturalis ad uitam corporalem, sicut in peccatore ad uitam spiritualem. Et ad secundum, quod in corporibus suscitandis in fine nulla præparatio actina præcedit, in anima separata manet naturalis inclinatio, & unibilitas quædã ad corpus. Corpus quoque cooperando, & communicando animæ in bonis, aut malis, meruit animæ conglorificari, aut condemnari, ac per consequens reuniri. Sicque secundũ ordinem iustitiæ, ac prouidentiæ Dei, manet in corpore ordo quidam ad reunionem cum anima.

¶ Porrò Richardus concedit, quòd iustificatio impii sit supernaturalis, non tamen miraculosa. Verum de usu nominis non est immoderantiùs contendendũ, cognita rei ueritate. & tamen præparatio qua uoluntas se præparat, est sæpe effectus admirabilis prouidentiæ, ac omnipotentię, & ipsam iustificationem reddit mirabiliorem, fatetur quoque quòd iustificatio impii sit instantanea, & addit quòd omnis motus, seu actus animæ rationalis in quantum rationlis, est in instanti, & totus simul, cum sit spiritualis, & simplex. Postremò etiam Antisi. in Summa suo libro 4.

QVAESTIO IIII.

Quæstio.

Consequenter *Quæritur de contritione quid sit & quomodo differat ab attritione & compunctione, & utrum de omni peccato necesse sit confiteri, & de proprietatibus ueræ contritionis*

¶ An scilicet sit maximus dolor, & de assiduitate frequentia, ac continuitate ipsius: an etiam conscius sibi de mortali peccato, teneatur mox confiteri.

Contritio quid. Antisiod. Quæstio.

¶ De his scribit Antisiodorensis. in Summa sua libro. 4. Contritio, inquit, est dolor de peccatis. Circa quod queritur, quare hic dolor non sit unum de septem donis spiritussancti: cum tamen de peccatis dolere sit donum Dei, & meritorium valde, præsertim cum & spiritus sanctus dicatur columba seu ꝑ colũbã designetur: qm̃ facit nos gẽe ꝑ pctĩs postulatq; pro nobis gemitibus inenarabilibus. Respondemus quia (ut ait Ambrosius) spiritus sanctus fluuius est. & septem dona eius, sunt septem riui puti, ac splendidi, terram nostri cordis irrigantes, fœcundantes, atque septem peccatis mortalibus emundantes, ita quòd contra ununquodq; mortalium uitiorum specialiter est deputatũ unũ septem donorum. Dolor autem de peccatis, qui uocatur contritio, non est specialiter contra aliquod corundem, sed generaliter contra omnia illa imò aduersus uniuersa peccata mortalia, idcirco non ponitur unum speciale donum inter septem illa. Hoc pœnitentiali dolore scinditur cor pœnitens, & uestis rumpitur iniquitatis. ita, quod cordis aufertur duritia, & palliatio culpæ, qua operitur peccator, destruirur. Peccator namque est omnino carnalis. Sancti uerò in patria omnino sunt spirituales. Deuoti autem, ac pœnitentes in uia, partim carnales, & partim spirituales consistunt, & potest eis in magis conteri, ac mortificari carnalitas iuxta illud apostoli, Mortificatè membra vestra, quæ sunt super terram. Huius carnalitatis, id est, carnalis affectionis extirpatio, est emanatio sanguinis, qui exire debet ab anima, Augustino dicente, quòd timor est carnifex animæ, qui eius excessus debet torquere, atque ulcisci, donec sanguis eius egrediatur ab ea. i. carnalitas ista, omnis sensualis affectio. Hæc Antisi. in Summa libro primo.

Rema. Responsio Ambrosii.

Augusti.

dist. 16. Arti.

¶ At uerò Abertus inquirit qualiter distinguantur, contritio, attritio, & compunctio. & utrum attritio fieri queat contritio. Respondet: Quemadmodum communiter dicitur, attritio est dolor de peccatis, non procedens ex charirate, & gratia Contritio uerò dolor de peccatis, ex charitate, & gratia profluens. Compunctio autem uidetur esse in plus quàm contritio, quia est dolor tam pro peccatis, quàm ex tædio incolatus huius exilij, seu desiderio æternæ felicitatis. & hæc est una differentia earum, Alia est, quia compunctio propriè ante dolorem pœnitentiæ, secundum quod pungit pœnitentem. Contritio uerò dicit idem secundum quod peccatum annihilat iteratum per singulas differentias culpæ, sicut in re exterior fit contritio corporalis, seu fractio, quando fit ictus super singulas eius partes diuisas. Meo quoque iudicio unus, & idem dolor in substantia potest esse attritio, & contritio, sicut idem in re est fides informis, & fides formata.

Quæstio. Attritiõis Cõtritionis Cõpunctionis differentia.

Nam

Nam dolor, qui non inchoatur ex charitate, potest ex charitate continuari. Puto tamen, quòd naturalia non fiunt gratuita. Sed dolorem, qui est attritio, non reor esse de naturalibus, sed donum spiritus sancti informe, sicut est timor seruilis: qui etiam à quibusdam dicitur fieri innitialis, Prima demum differentia inter contritionem, & compunctionem nunc tradita, habetur ex duabus Glossis super illud in psalmo. Quæ dicitis in cordibus uestris & in cubilibus uestris compungimini. Quarum una dicit, in cordibus uestris compungimini dolore pœnitentiæ, quatenus seipsam puniens anima compungatur, ne in iudicio Dei damnata torqueatur, Alia autem glossa sic habet Compungimini, id est, quasi quibusdam stimulis excitate uos, non solum pro peccatorum dolore, sed & ad uidẽdum lucem Christi non solum pro regno inferiori, sed & pro regno superiori, quatenus inuisibilium amore inardescatis. Veruntamen unum horum pro alio frequenter accipitur.

Psalm. 4.

Contritionis definitio.

¶ Definitur quoque contritio ita communiter Cõtritio est dolor uoluntarius pro peccatis, semper puniens in se, quod dolet se commisisse. Isidorus uera definit sic. Contritio est conuictio peccati timore iudicij. Alij uerò sic, Contritio est dolor cum lacrymis, ex recordatione ueniens peccatorum Quæ omnes descriptiones sunt bonæ. Nam quamuis tres sint partes pœnitentiæ: attamen esse pœnitentiæ saluatur potissimè in prima parte, quæ est contritio: quoniam hanc actualiter esse oportet in omni pœnitentia. Aliæ uerò duæ partes interdum sunt in potentia solo uoto. Dicitur autem contritio uoluntarius dolor uoluntate deliberatiua: quia & ipse dolor sponte assumitur pro peccato, ut puniatur, ꝙ voluntati placet, inquantũ est curatiuus, & expulsiuus peccati. Verum contra hoc quidam obijciunt, quia secundum hoc dolor cotnritionis non esset uoluntarius per se, sed per accidens: quod inconueniens reputo, quod aliquis dolor per se appetibilis asseratur, cum omnis dolor sit malum pœnæ, & nulla, inquantum huiusmodi, est operanda. Dicitur item contritio semper puniens non actu, sed habitu, uel actu seu omni tempore opportuno. Et quòd additur de lacrymis, accipiendum est de lacrymis uoluntatis, qnamuis aliquando fluant etiam lacrymæ corporales, quæ tamen necessariò non requiruntur, sed sicut signum, & effectus cotritionis. Denique contritio consideratur dupliciter: Primò quo ad essentialia sua, quæ sunt uoluntarius dolor atque punitio sui, propriumque obiectum, quod est peccatum. Et iuxta hæc datur definitio prima. Secundò, consideratur pœnes accidentalia uariantur Aut enim sunt in actu, aut in comparatione ad aliquid, puta ad causam excitantem ad conterendum, in comparatione ad effectum, uel in comparatione ad uirtutes in actu quoniam una uirtus adiuuat aliam: & iuxta hæc alię descriptiones contritionis diuersificantur. Hæc Albertus.

Obiectio.

Contritio bifariã cõsideratur.

Quæst.o.

¶ Qui insuper circa hæc multas efficit quæstiones, uidelicet, in qua parte, seu potentia animæ sit contritio, & utrum eodem modo fuerit in ueteri testamento sicut in nouo: de quibus cum faciles sint, transeo. Certum est namque, quod cõtritio ista pœnitentialis, & sacramentalis sit in superiori ui appetitiua, & fuit in ueteri lege sicut, & nunc, quantum ad suam essentiam, & intentionem dolorem. Confessio autem, & satisfactio non fuerunt tunc sicut nunc sunt: quia non fuit tunc sacramentalis confessio ut est modo, sicut dicetur.

¶ Pręterea Thomas respondendo ad istud, utrũ contritio sit: dolor: Initiũ inquit, omnis peccati extat superbia, per quam homo sensui suo inhęrens mandatis recedit diuinis. Hinc oportet ut illud quod destruit peccatum, faciat hominem à sensu suo discedere. Qui autem in suo sensu perseuerat, durus, ac rigidus appellatur. Vnde, & frangi dicitur, quando à sensu suo auellitur. Sed inter fractionem, & communionem seu contritionem in rebus materialibus, ex quibus hæc nomina ad spiritualia transferuntur, hoc interest, ut 4. meteororum habetur, quod frangi dicuntur, quæ in magnas partes diuiduntur, comminui autem seu conteri, quæ in partes minimas rediguntur. Et quia ad dimissionẽ peccati requiritur, quòd homo totaliter effectum peccati dimittat, per quem quandam continuitatem & soliditatem in suo habebat affectu: hinc actus quo peccatum dimittitur, contritio nuncupatur in qua contritione plura possunt considerari, puta substantia actus, modus agendi. principium, & effectus. Sicque de contritione diuersæ definitiones sunt traditę. Nam quãtum ad substantiam actus, datur definitio illa; contritio est dolor pro peccatis assumptus cum proposito confitendi, & satis faciendi. Cumque contritio sit actus uirtutis, & pars pœnitentiæ sacramenti, ideo in definitione hac manifestatur, inquantum est actus uirtutis, per hoc quod ponitur genus ipsius, quod est dolor: & obiectum, cum subditur, pro peccatis. Electio quoque quæ requiritur ad actum uirtutis dum additur, assumptus, atque in quantum est pars sacramenti, dum subiungitur, cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Alia quoque definitio inuenitur, quæ definit contritionem secundum quod est actus uir- 2 tutis tantum, sed addit ad prędictam definitionem differentia, contrahens ipsam ad specialem uirtutẽ utpote pœnitentiam. Dicit enim quõd pœnitentia est dolor uoluntarius pro peccato, semper puniẽs quod delet se commisisse. Alia est Isidori, de qua di- 3 ctũ est. Tertia sumitur ex uerbis Augustini, q tangit effectum contritionis, uidelicet: Contritio est dolor 4 remittens peccatum. Quarta ex verbis Gregorij ista contritio est humilitas spiritus, annihilans peccatum inter spem, & timorem. Et hæc tangit rationem nominis in hoc quod dicit. Contritio est humilitas spiritus, & effectus eius, cum subditur, annihilans peccatum, atque originem eius addendo Inter spem, & timorem, Idcirco non solum ponit causam principalem, quæ est timor, sed & certam q̃ est spes, sine qua timor desperationẽ iducere posset. Si autem objiciatur, quòd dolor non est nisi de præsenti malo, peccatum autem tempore contritionis præteritum est: dicendum quod adhuc aliquo modo præsens est. quantum ad suos effectus, & ad reatum, ac maculam, atque ad temporis innocentiæ amissionem. Excitat quoque peccatum dolorem, secundum quod in memoria, & consideeatione pręsentialiter manet, imò memoria prout est in parte intellectiua, est non solum præteritorũ sed item pręsentium.

Frangi, et cõteri differunt. Ad contritionẽ requiritur. cõtritiõis definitiones uariæ.

Isidorus

Gregorius

Obiectio.

¶ Præterea, quamuis tota pœna peccato debita possit per contritionem dimitti; tamen adhuc necessaria est confessio, & satisfactio; tum, quoniã homo non est certus de sua contritione, quod fuit sufficiens ad totam pœnam delendam; imò nec de hoc, quod fuit vera contritio, sicut nec de hoc, quòd sit in charitate; tum quia confes-

Contritio nihilominus debet confiteri.

sio

sio, & satisfactio sunt in præcepto. Idcirco transgressor fieret eas omitteret, cum esset facultas ad eas.

In contritione dolor duplex

¶ Ex his constat, quòd contritio (prout nunc sumitur) est actus uirtutis, videlicet actualis dolor de culpa in superiori ui appetitiua. Quẽadmodum eñ inflatio propriæ uoluntatis ad male agendum, designat malum ex genere: sic annihilatio, & comminutio uoluntatis illius importat bonum ex genere quod est detestari propriam uoluntatem, qua peccatum commissum est. Sicque contritio hoc designans, dicit rectitudinem uoluntatis, & actum uirtutis. Veruntamen in contritione duplex est dolor de peccato: unus in parte sensitiua, & est appetitus sensitiui passio, non essentialiter ipsa contritio, prout est actus uoluntatis, atq; uirtutis. Quemadmodũ enim uirtus pœnitentiæ exteriorem quoque pœnam corpori pœnitentis infligit, in recompensam culpæ in Deum commissę per corpus, sic & ui concupiscibili infert pœnam sensitiui doloris, quia & ipsa ad peccatum cooperabatur. Attamen dolor iste potest pertinere ad contritionem, ut est pars sacramenti: quoniam sacramenta non solum in interioribus actibus, sed etiã in exterioribus, & sensibilibus rebus consistunt. Alius dolor est in uoluntate, qui nil aliud est, quàm displicentia de peccatis, secundum quod uoluntatis effectus exprimitur per nomina passionum. Nec oportet dolorem superioris appetitus esse aliũde inflictum, cũ appetitus ille actibus fit in seipsum. Porrò attritio dicit accessum ad perfectam contritionem. Vnde in corporalibus dicuntur attrita, quæ aliqualiter, non totaliter sunt comminuta. Hinc attritio in spiritualibus significat quandam displicentiam de peccatis, non plenariã, & perfectam. Contritio demum secundum se considerata, semper fuit eodem modo in lege ntaurali, & scripta, ac euangelica: Nam sicut peccatum futurum oportet semper eodem modo uitare, ita & de commisso dolere: sed prout importat ordinem ad alias pœnitentiæ partes, non extitit semper eodem modo: quoniam illæ partes non semper eodem modo fuerunt.

Quæstio. De attritione opiniões duę

¶ Insuper de hoc, an attritio fieri possit cõtritio est duplex opinio: Vna quòd imò, quemadmodum fides informis fit formata. Quod non videtur: quoniam quamuis habitus fidei informis fiat formatus nunquam tamen actus fidei informis formatus efficitur: quoniam actus ille informis transit, nec manet charitate adueniente. Contritio autem, & attritio dicunt actum, non habitum. Habitus quippè uirtutum infusarum, qui uoluntatem respiciunt, nequeunt esse informes, cum charitatem consequãtur. Hinc antequam gratia infundatur, non est habitus à quo actus contritionis postea eliciatur. Sicque attritio nullo modo fieri potest contritio, &

Obiectio.

hoc secunda tenet opinio. Quod si obijciatur, materia recipit perfectionem, priuatione remota: sed dolor se habet ad gratiam, sicut materia ad formã: quoniam gratia informat dolorem: ergo dolor, qui priùs fuit informis, culpa in existente, quæ est priuatio gratiæ, remota culpa, accipet perfectionem informationis à gratia. Præterea, quod totum esse speciei suæ habet in instanti, manet idem in diuersis instantibus temporis, sicut esse hominis est idem in primo instanti generationis, & in omnibus sequentibus; sed motus liberi arbitrij est huiusmodi, sicut iam patuit; ergo potest manere idem numero in diuersis instantibus, sicque est idem numero cum gratia, & sine gratia, & ita idem motus, seu actus liberi arbitrii, qui priùs fuit informis, fit deinde formatus: & sic attritio, fit contritio.

Obiectionũ dilutio ad primũ

Dicendum ad primum, quòd remota priuatione à materia, quæ manet, adueniente perfectione, formatur materia illa: sed dolor ille, qui fuit informis, charitate adueniente non manet: ideo informari non potest. Vel dicendum, quòd materia non habet essentialiter originem à forma, qua informatur sicut actus ab habitu, quo formatur. ideo non est inconueniens, materiam informari aliqua forma de nouo, qua priùs non informabatur, quod impossibile est de actu quemadmodum impossibile est, quòd aliquid idem numero oriatur à principio à quo priùs non oriebatur, quia res semel tantum in esse procedit.

Ad secundum.

Ad secundum, quòd quamuis actus intellectus, ac uoluntatis habeant totum esse suę speciei in instanti, sicut res permanens: tamen per accidens tempore mensurantur, secundum quod causæ suæ uariabiles sunt. Sic enim esse hominem tempore mensuratur, & quàmdiu causæ esse hominis manent eædem, & ipsum esse manet. Causis uerò mutatis, mutatur illud esse priori destructo. sic & mutata dispositione uoluntatis, quę talem actum causabat, mutatur, & transit ille actus. Hæc Thomas.

¶ Quibus obijci potest, quod iuxta præhabita idẽ actus quantum ad esse naturæ, potest primò informis esse, deinde formatus, sicut ex Bonauentura, Richardo, & alijs est probatum, & talis actus idẽ numero manet, non tamen est idem actus, quantum ad esse moris. Et hoc satis reor ostensum.

¶ Denique, quod sanctus doctor affirmat, habitus uirtutum infusarum uoluntatem respicientium, non posse informes consistere: non videtur, cum, & ipsemet in Secunda Secundæ 44. fateatur spem posse informem esse, sicut & fidem quàm utique spem constat esse in uoluntate, etiam secundum eum.

Thomas Quæstiones aliquæ

¶ Insuper sanctus Thomas circa hæc plures mouet quæstiones, videlicet an homo debeat conteri de pœnis. an etiam de peccato originali, & utrum de omni actuali peccato, & de peccato ẽt alieno, & de peccato futuro. Verũ hæ quæstiones omnes, aut pro maxima parte motæ sunt supra de pœnitentia cuius actus existit contritio, estque eadem solutio istarum quæstionum cum illis. De peccatis autem futuris, potius esse debet cautio seu diligentia præcauendi, quàm contritio. De peccatis uerò aliorum possumus, & debemus dolere, non conteri, nec quilibet dolor est contritio, sed ille, & talis ut dictum est. iam de uenialibus demum culpis debet esse contritio. sicut & penitentia, ut distinctione dictum est præcedente.

Quæstio.

¶ Insuper, quæritur, an de singulis peccatis mortalibus etiam oblitis, oporteat confiteri: eadem est quæstio, cum ea qua quæritur, an de omnibus illis neceesesit confiteri, ad quod paulo post ponetur responsio, & nunc paululum potest tangi.

Obliuiõẽ cõtigit fieri duobus modis.

Itaq; Thomas: Obliuio, inquit, de aliquo potest esse dupliciter. Primò, sic quòd totaliter à memoria exciderit, & tunc non potest aliquis inquirere illud. Secundò sic, quòd a memoria exciderit partim, sicut dũ recolo me aliquid audiuisse in generali, & nescio quid in speciali: tuncqne requiro in memoria mea ad cognoscendum.

pctm̃ oblitum qũo debet confiteri.

Sic & peccatũ dupliciter potest esse oblitum. Primò, sic quòd in generali manet in memoria, non in speciali; & tunc homo debet recogitare ad inueniendum peccatum, quia de quolibet mortali peccato debet, ac tenetur homo spe-

cialiter

taliter conteri quantũ potest. Si autẽ inuenire nõ potest, sufficit de eo conteri secundum quod in notitia tenetur, & debet tunc hõ non solum dolere de peccato, sed & de eius obliuione, quæ ex negligentia contigit. Si uerò peccatũ ex memoria excidit penitus, tunc ex impotentia memorandi excusatur à debito, & sufficit generalis contritio, utpotè de omni, in quo Deum offendit. Veruntamen quando impotentia illa tollitur, ita quòd peccatum ad memoriam reuocatur. tenetur specialiter de illo conteri: quemadmodum pauper, qui non potest soluere, qđ debet, excusatur quando non potest, & tamen tenetur cum primò potuerit.

Contritio dupliciter consideratur.

¶ Ampliùs contritio põt considerari dupliciter videlicet quo ad sui principium, & quo ad terminũ suum. Principium dico contritionis ipsam cognitionem, qua quis cogitat de peccato, & dolet, & si nõ dolore contritionis, saltẽ attritionis. Terminus aũt contritionis est, qñ dolor ille iam gratia informatur. Quantũ ergo ad principium contritionis, oportet, quòd sit de singulis peccatis, quę quis in memoria habet: sed quantum ad terminum, sufficit, qđ sit una generalis contritio de omnibus. Tunc etenim motus ille agit in uirtute omnium præcedẽtium dispositionũ. Quamuis autem omnia peccata mortalia conueniant in auersione à Deo, attamen differũt in modo, & causa auersionis, atq; in quantitate elõgationis ab eo, & hoc est secundum diuersitatem conuersionis. Hæc Thomas.

Petrus.

¶ Cõsonat Petrus: In omni, dicens, peccato mortali, est actualis auersio uoluntatis à Deo ad peccatum, idcirco cõ contraria, curentur cõtrarijs, oportet, ut in omni remissione peccati mortalis, sit actualis auersio uolũtatis à peccato ad Deum, quæ auersio uocatur contritio. Duritia quippè volũtatis manentis in peccato, non tollitur nisi p uoluntatis fractionem omnimodam, quæ nuncupatur contritio. Porrò dum homo omnino oblitus est culpæ suæ, sufficit contitio generalis; sed quando in parte recolit, debet conari ad recordandum, atque dolendum in speciali, quod si non potest; sufficit generalis contritio. Hæc Petrus.

Quæstio.

¶ Qui insuper quærit, utrum de peccatis oĩbus simul requiratur contritio, cum asserat Augustinus in libro de pœnitentia, pœnitentem oportet simul dolere de omni crimine.

Contritionis duo genera.

Respondet, duplex est contritio, utpotè specialis, & generalis. Specialis contritio, prout nunc sumitur, est dispositio remota ad gratiam: quia quamdiu homo de uno peccato sine alio conteritur, nondum iustificationem meretur, Secunda contritio est dispositio immediata ad gratiam, & hęc requiritur de omnibus simul in instanti, sed non altera.

Quæstio.

¶ Et si quæratur, an requiratur contritio, & confessio distincta, ac specialis de singulis peccatis: dicendum, quòd Deus non requirit ab homine impossibile aliquid, sed possibile. Aut ergo potest haberi cognitio specialis uel ante communionem, uel post, uel non potest: si potest haberi, tunc etiam specialis cõfessio, ac specialis contritio requiritur, aut non potest, & tunc dico, ꝙ sufficit generalis. Nẽpè in momento potest homo conuerti, sed in momento non potest homo de peccatis singulis conteri. Post modum uerò si habeat tempus, de eis conteri debet in speciali. Hæc idem.

Richard⁹. Contritio bifariã sumitur.

¶ Consonat his Richardus, qui respondendo, an attritio fieri posset contritio ait: Contritio dupliciter summitur. Primò, pro actu elicito à uirtute pœnitentiæ charitate formata, & ita attritio non potest fieri contritio, sicut ostensum est. Secundò pro actu formato elicito, non mediante aliquo habitu, sed à pœnitentia informi, quæ postea charitate formatur, illo adhuc durante, & ita attritio fieri potest contritio. Nam quamuis sit simplex, & instantaneus actus, tamen potest durare tamdiu, quousque pœnitentia informis à qua elicitur, charitate formetur, per cuius formationem actus ille, qui fuit attritio, sit contritio, quamuis elicitus fuit à pœnitentia existente informi. Hæc Richardus.

Quæstio.

¶ Qui etiam sciscitatur, an atritio eius, qui facit, quod in se est necessariò fiat contritio. Ad quod respondet sicut superiùs, ubi quæsitum est, an facientem, quod in se est, necesse sit recipere gratiam. In præinductis continent scripta Bonauenturæ de his.

Albertus. Quæstio.

¶ At uerò Albertus circa hęc sciscitatur, vtrum cõtritio possit intendi seu augmentari. Videtur, quòd non, quia contritio dicit omnimodam rei destructionem, & cominutionem eius in minimas partes non autem dare minus minimo.

Contritio potest augeri.

Et respondet. Absolutè dicendum, quòd contritio potest intendi tam ex parte formæ, quàm materiæ. Nam gratia, quæ causa contritionis, est maior in uno, quàm alio. In eodem quoque gratia augetur, & crescit. Similiter uirtus pœnitentiæ, cuius elicitus actus consistit cõtritio.

In contritione sunt tria.

Denique in contritione sunt tria, videlicet dolor, gratia, & obiectnm doloris. Et quantum ad duo prima, intenditur: sed quod ad tertium, est in minimo generis sui: quoniam omnes differentias mortalis peccati in mortario cordis inuentas conterit. Vnde quemadmodum contingit in mortario corporali, quod id, quod conteritur, in puluerẽ redigitur. attamen fieri potest contritio illa pistillo maiori, uel minori, ictibus quoque fortioribus, & debilioribus, ita spiritaliter in contritione semper conteritur culpa, quamuis inæqualibus gratia, ac dolore. Idcirco non sequitur, si puluis contritionis debilioris non est maior, quàm puluis ictuum grauiorum, quod propter hoc actiua contritio seu ictus pistilii nõ sit fortior in una contritione, quàm alia. Quamuis namque in effectu deletionis peccati, non sit accipere minus, est tamen accipcre magis, & minus ex parte actionis contentis, quæ est actiua contritio, & ex parte passionis.

¶ Secundò quærit, penes quid attendatur contritionis intensio, seu augmentum. Respondet, dicendum, quòd causa intensionis contritionis, est duplex, puta efficiens, & præparans, seu disponens. Causa eius efficiens non videtur esse, nisi Deus. Causa uerò pręparans in subiecto est ex parte hominis ipsa mens eius. Et concedo, quòd gratia præuenit actualem dolorem, qui est in contritione, sicut habitus actum, quem informat. Itaque causam efficientem, & sufficientem non habet contritio in subiecto, sed præparantem, ac disponentem. & hoc sufficit intentioni, quando non deest efficiens, quemadmodum patet dum præsente combustiuo æquali, maior calor exardescit in arido ligno, quàm viridi.

Albertus q.16.ar.3.

¶ Tertiò sciscitatur, an contritio quãtumlibet parua, sufficit pro dimittendis peccatis quantuncunque multis, & magnis. Respondet. Ad hoc non est difficile respondere. Dicendum est enim, quod in contritione minimus dolor dupliciter dicitur. Primò, ex parte passionis secundum sensum siue accusationis: quoniam pœnitens agit suum dolorem, & est causa eius. Secundò ex parte rationis

nis

nis, si dicatur minimus secundum experiẽtiam sensus, ille sufficit, dummodo si uerè dolor contritionis: quoniam ille dolor cum sua quãtitate uariatur potius secundum diuersitatem compunctionis pœnitentium, quàm secundum quantitatem delectationis peccati. Si autem dolor dicatur minimus secundũ rationẽ, dummodo saluetur in eo ratio doloris ueræ contritionis, dico, quòd sufficit quia (ut actũ est) in dolore contritionis tria attẽduntur, ac includuntur, videlicet gratia informans, ipsa contritio, seu dolor actiuus, ac passiuus, atq; obiectum doloris cã passionis. Contritio autem per gratiam quantuncũ que paruam, habet uim quodammodo infinitam ad delendum pctã: ideo sufficit ad delendũ peccata, quantum ad totam culpam, ac pœnam æternam quamuis pœnitens manet debitor pœnę temporalis, propter paruitatẽ doloris, & actionis passionis: quoniam dolor ille contritionis tãtus posset, quod totã pœnam peccato debitam amoueret. Ideo melior est maior, quàm minor dolor: attamen minimus sufficit. Sed quantuncunque sit paruus, oportet ut sit secundum mensuram, & quantitatem, seu rationis, seu speciei, ita ut plus doleat de peccato, quo amissus est Deus, quàm de amissione alicuius rei creatæ. Propter quod loquitur Ieremias: Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Hæc Albertus, qui de his plura quærit, & scribit, sicut patebit.

Contritio pœnã æternam tolli.

Ierem. 6.

¶ Porrò Bonauentura. De contritione, ait, quãtum ad quãtitatem, primò quæritur, utrum necesse sit dolorem contritionis maximum esse. Secundò utrum possibile sit excessum cadere in illo dolore. De quantitate quippè cõtritionis ex parte gratiæ, constat quia cõtritio tantum est Deo accepta, quantũ & gratia. Dicẽdum ad primum istorum, qđ dum quæritur de quantitate doloris, dolor põt dici displicentia rationis, uel passio inde resultans in sensualitate. Accipiẽdo autem pro passione huiusmodi, non est necesse plus dolere de culpa, quàm de quocunque alio damno, cum non sit in cuiuslibet hominis potestate. Talis etenim dolor non semper sequitur charitatem, uel dilectionem, sed frequenter affectionem, atq; affectio experimentalem cognitionem. Cumque non omnes habeant dilectionis diuinæ experientiam, idcirco non ita sensibiliter dolent de peccatis, imo quod magis sensibiliter doleat quis de peccato, quam de damno aliquo temporali, hoc perfectioni est congruum, non saluti necessarium. Verum prout dolor iste uocatur displicentia rationis, sic dico, q displicentia hæc mensuratur secundum quantitatem charitatis. Quãtitas uerò charitatis dupliciter accipi põt. Primò in se: secundò, in comparationem ad alios amores. Et primo modo sumpta, sic dico, quòd est parua, & maxima. In comparatione aũt ad alios, dico, quòd uendicat sibi in corde dominium, nec unq̃ est ibi ni si sit domina: iõ ad hoc quod aliquid habeat charitatem, necesse est, quòd super omnia diligat Deũ, ita quòd pro nullo damno uel commodo Deum uelit offendere, & intelligendum est displicentia contritionis. Hinc peccatum oportet rationi intantum displicere, quòd nullo pacto, nullo commodo, aut incommodo velit consentire, uel consensisse in ipsum. Voluntas namque, quæ aliquo modo consentit peccato, iusta non est. Vnde sicut eum, q̃ habet charitatem, non oportet simpliciter uelle mori pro Christo, sed in casu, in quo uel oporteret amittere charitatẽ, aut uitam: sic quoq; non teneor modo pro satisfactione peccati, seu reconcilliationis omnem pœnam sustinere quia Deus non exigit hoc: ideo sicut possum saluari non sustinendo martyriũ, sic possum Deo recõciliari sine multis doloribus amissionis temporalium rerum.

Bonauent. Quæstio. Quantus q̃ ve contritionis dolor sit necessarius.

Charitatis quantitas bifariã sumitur.

Ad habendam charitatẽ quod necessariũ.

Quæstio.

¶ Si uerò quæratur de comparatione, & prælectione, respondent aliqui, & faciunt uim in hoc: quoniam potest intelligi respectu præteriti, & futuri: Sed ergo non uideo uim in hoc: quoniam iustus & uerè pœnitens ita detestatur peccatum præteritum, quia factum, sicut futurum ne fiat: & ita peccatum est uelle peccasse, sicut uelle peccare. Hinc de peccati præteriti dolore, ac detestatione dicendum, quòd in casu quo oportet eligere, & consentire, uel in peccatum, uel in complacentia eius, aut in pœnam, unusquisque tenetur magis eligere pœnam, quàm uelle peccare aut peccasse. Præter casum uerò necessitatis dico, quod præeligere omnẽ pœnam, est uirtutis perfectè: dubitare uerò, est infirmitatis, quoniam timor naturalis valde facit dubitare, & dubitatio ista simul stare potest cum charitate. Præeligere uerò culpam alicui pœnæ, iniquum est. ex deliberatione hoc: quoniam omnis uoluntas iniusta est, quę uult peccatum absolutè aut conditionaliter. Hinc periculosum, & stultum est ab aliquo infirmo, seu pusillo interrogare hoc, aut etiã à seipso, quoniam hoc est hominem tentationi exponere: Vñ nec confessor debet hoc ab aliquo quærere confitente. Si uerò confitens, seu cõfessus ex se ultro se offerat dicens se malle mori, quàm peccare, & malle mortuum fuisse, quàm peccasse, congaudendum est ei: quia hoc signum est bene uoluntatis.

perinde displicere debet pctũ p̃teritum atque futurum.

pusilli p̃interrogationes nõ sũt tẽtationibus exponendi.

¶ Ad secundam demum quæstionẽ respondeo, quod in dolore contitionis non potest esse excessus, quantum ad displicentiam, & detestationem, ac odium culpæ in ratione, rationalique uoluntate. Quantum uerò ad passionem, & abominationem redundantem in parte sensitiua etiam rarò, aut nunquam extat excessus. attamen posset esse tantus dolor, quòd humana infirmitas sine grandi detrimento ferre non posset, idcirco esset tunc temperandus. Sed esto, quòd quis non temperaret, quia fortasis non adueterret, aut à feruore raperetur: nõ puto, quod peccaret, quia nec rei illicitæ operam daret. Si autem aduerteret, temperandum consisteret. Hoc tamen consilium paucis necessarium est. Si autem non temperaret ex effectu gaudij uel consolationis, credo, quòd transenderet metas virtutis. Hæc Bonauentura.

¶ Qui de augmento contritionis subiungit: Contritio est motus uirtutis, quantitatem habens uirtualẽ, quemadmodũ pœnitentiæ uirtus, à qua elicitur. Itaq; sicut charitas fertur intendi quantũ ad feruorem, & augeri quantũ ad essentialem uigorẽ, quorũ primũ est à cooperatione liberi arbitrij, secundum est influẽtia Dei: sic motus contritionis feruentior esse potest ex liberi arbitrij cooperatione propter, quod ex æquali gratia, & uirtute interdũ elicitur motus contritionis feruentior, aliquando minus feruens. Propriè autem loquendo, non dicitur contritio maior nisi uirtute pœnitentiæ aucta.

Contritio augetur.

¶ Insuper respondens ad istud, utrũ oporteat maiorem habere contritionem de uno peccato, quàm alio: Dupliciter, inquit, contingit, loqui de contritione. Primò, ut deletiua est culpæ. Secundò, deletiua est pœnæ. Et primo modo operatur in iustificatione in instanti, nec sic actualiter potest habere ordinem, & respectum ad

Contritio bifariã sumitur.

ad peccata in speciali, aut singulatim: imò simul, & in instanti est contra omnia simul, quæ dimittuntur sed habitualiter respectũ habet ad illa, habitualiterque disponit ad dolẽdũ plus de uno, q̃ de alio. Cũq; habilitat ad detestandum malum culpæ, inquãtum tale: ideo magis ad detestandum malum deterius. Loquendo autem de contritione inquantum deletiua est pœnæ, sic habet maiorem, & minorem intensionem, estque maior de uno peccato, quàm alia. Hæc idem.

In contritione duo sunt dolores.

¶ Concordat Thomas: In contritione, dicens, est duplex dolor. Vnus in uoluntate, qui essentialiter est ipsa contritio, nec aliud est, quàm displicentia peccati p̃teriti, qui dolor cæteros excedit dolores: qm̃ quantum aliquid placet, tantum eius cõtrarium displicet. Finis autem super omnia placet, cũ propter ipsum alia desiderẽtur. Ideo peccatum quoq; ab ultimo fine auertit, sup oĩa displicere debet. Alius dolor est in parte sensitiua, qui causatur ex primo dolore, uel ex necessitate naturæ, secundum quod uires inferiores sequuntur morum superiorem, uel ex electione, secundum, quod homo pœnitens in seipso habens dolorem, extirit ut doleat de peccatis. Et his modis nõ oportet, quòd sit maximus dolor: qm̃ uires inferiores uehementiùs mouentur à propriis obiectis, quàm ex redundantia uirium superiorum. Ideo quanto operatio virium superiorum est propinquior obiectis uirium inferiorum, tanto plus sequuntur earum motum. Ideo maior dolor est in sensitiua parte ex lusione sensibili, quàm sit ille, qui in ipsa redundat ex ratione. Similiter, maior est qui redundat ex ratione de corporalibus deliberanti, quàm qui redundat ex ratione spiritualia considerante. Hinc dolor in sensitiua parte ex dispensatiua rationis proueniens de peccato, non est alijs doloribus eius maior. Similiter nec dolor in sensitiua parte ex electione assumptus: tum quoniam appetitus inferior non obedit superiori ad nutum illius, ut tanta passio uel afflictio sequatur in appetitu inferiori, sicut superior ordinat: tum etiam, qm̃ passiones assumuntur in actibus uirtutum, secundum quandam mensuram, quam dolor, qui est sine uirtute, non seruat aliquando, sed excedit. Si autem obijciatur, quòd pœna inferni plus displicet contrario, quàm culpa. ergo displicentia de peccato maxima non est: dicendũ, quòd quantitas displicentiæ de re, debet esse secundum quantitatem malitiæ rei illius. Malitia autẽ in culpa mortali mensuratur ex eo, in quem peccamur, inquantum est ei indigna: & ex eo, qui peccat, inquantum est ei nociua. Cumque homo plus debeat diligere Deum, quã seipsum: ideo plus debet odire culpam, inquantũ est offensa Dei, quàm inquantum est sibi nociua. Est autem sibi nociua principaliter, inquantum separat ipsum à Deo, atq; ex hac parte ipsa separatio à Deo q̃ est quædam pœna, magis debet displicere, quàm ipse culpa, inquantum inducit hoc nocumentum quia quod propter alterum oditur, minus oditur, q̃ illud: sed tamen minus, quàm culpa, inquantum est Dei offensa. Inter omnes autem pœnas attenditur ordo malitiæ secundum quantitatem nocumenti; ideo eum hoc sit maximum nocumentum, quo maximum bonum priuatur, erit separatio à Deo maxima inter omnes pœnas. Est quoque alia mali quantitas accidentalis, quàm oportet in displicentia attendere, utpotè rationem præsentes, atque præteriti. Quòd enim præteritum est, iam non est: ideo minus habet de ratione mali, & boni inde est, quòd plus fugit homo sustinere aliquid mali in præsenti in futuro, quàm horreat de malo præterito. Vnde nec aliqua passio animæ correspondet directè malo præterito, sicut dolor correspondet malo præsenti, & timor futuro: Hinc de duobus malis præteritis illud magis abhorret animus, cui maior effectus remanet in præsenti, uel in futuro timetur, etiam si in præterito fuerit minus. Cũque præcedentis culpæ effectus quandoq; non ita percipitur, sicut effectus præteritæ pœnæ: tum quia culpa perfectus sanatur quàm quædam pœna: tum, quia defectus corporalis magis est manifestus, quàm spiritualis: ideo hõ etiam in se bene dispositus, interdum magis percipit in se horrorem præcedentis pœnæ, q̃ præcedentis culpæ, quamuis magis paratur esset pati eandem pœnam, quàm eandem committere culpam. Est rursus considerandum in comparatione pœnæ, & culpæ, quod quædam pœnæ inseparabiliter habẽt coniunctam Dei offensam, sicut separatio à Deo: quædam etiam pœnæ addunt perpetuitatem, ut pœna inferni. Pœna ergo illa, quę Dei offensam habet annexam, inducanda est sicut culpa: illa uerò, quæ perpetuitatem addit, est simpliciter magis fugienda, quàm culpa. Veruntamen si ratio offensæ separaretur ab eis, & consideretur tantum ratio pœna, minus de malitia habent, quia culpa, inquantum est Dei offensa. hinc minus debent displicere. Et quamuis talis debeat esse conuertiri dispositio, non est tamen de istis tentandus: quia effectus suos non de facile potest metiri, imò interdum, quod minus displicet, videtur plus displicere quia propinquiùs est sensibili nocumento, quod nobis notiùs.

Obiectio.

Dilutio.

E duobus mensuratẽ malicia peccati.

Pœnarum duo gñe.

¶ Porrò dum quæritur, an iste dolor possit esse nimis magnus: dicendum, quòd contritio ex parte doloris, qui est in rationali parte, hoc est, ex parte displicentiæ, non potest nimia esse, sed bene, quantum ad dolorem sensibilem &c. ut supra, Hæc Thomas. Qui ad tertium puta, an de maiori peccato debeat esse maior dolor respondet, ut ex Bonauentura ostensum est. In his Albertus, Petrus, Richardus, Argentinensis, cæteriq̃ communiter consonant.

Quæstio.

¶ Deinde quærendum, an contritio debeat esse continua, uel saltem assidua, ac diuturna, & toto tẽpore uitæ præsentes durans. Videtur, quòd sic: qm̃ sancti patres testantur, quòd omne tempus uitæ præsentis est pœnitentiæ deputatum. Et in psalmo secundum aliam translationem habetur: peccatum meum coram me est semper. Nec certitudinẽ habemus, quòd nobis dimissa sint. Multi quoq; sanctorum docuerunt, quòd homo debeat sua peccata quasi in fasciculo quodam colligere, ac oculis suę mentis indefinenter proponere, ut ex illorum intuitu iugiter sibi uilescat.

Quæstio. Io partem affirmatiuam arguitur.

Responsio.

¶ Ad hæc Thomas respondet: In contritione duplex est dolor, unus in rationali parte, alius in parte sensitiua, sicut nunc patuit: Et quantum ad utrunq; contritionis tempus est totus status uitæ præsentis. Nempè, quamdiu est homo in statu uiæ positus detestatus incõmoda, atq; obstaculo, quibus à peruentione ad terminum uiæ impeditur, aut retardatur. Cumq; per peccatum præteritum cursus uiæ nostræ ad Deum retardetur: quoniam tempus, quod fuit deputatum ad currendum, recuperari non potest: oportet, quòd toto hoc tempore contritionis maneat status, quantum ad detestationem peccati similiter quantum ad dolorem sensibilem. Nam cũ homo peccandum æternam meruerit pœnam, & contra Deũ æternum peccauit: debet pœna æterna

in

in temporalē mutata.saltē in æterno hominis, hoc est, in toto statu uitæ manere p̄sentis. Propter quod dicit Hugo de sancto Victore, qđ Deus soluens hominem à peccatis, id est, à culpa & pœna æterna, ligat eum uinculo perpetuæ detestationis peccati.

¶ Deniq; ĩ actibus uirtutū nō inuenit superfluū, & diminutū, Ethicorū 2. contritio aūt est actus uirtutis, nō ergo pōt in ea esse superfluum, nec quantū ad intensionem, nec quantum ad durationem, nisi secundum, quod actus unius uirtutis impedit aliū magis necessarium pro tempore illo. Hinc quantuncunq; homo continuè in actu huius displicentiæ persistere poterit, tanto melius est, dūmodo actibus

Contritioni quō sit uacandū.

aliarū uirtutū uacet tempore suo sicut oportet. Passiones uerò habere possunt diminutum, atq; superfluum, tam quantum ad intensionem, quàm quantū ad diminutionē. Iō sicut passio doloris, q̄ uoluntas assumit in parte sensitiua, debet esse moderatè intensa: ita moderatè debet duratè, ne si nimium duret, homo in desperationem, & pusillaminitatem, & consimilia mala labatur.

Quęstio. In cōtiōne tria sūt

¶ Quærit quoq; an animæ post hāc uitā de suis conterantur peccatis. Et respondendum, quòd in cōtritione consideranda sunt tria. Primum est genus cōtritionis, quod est dolor. Secundū est cōtritionis forma, q̄ est actus uirtutis gratia informatus. Tertiū est contritionis efficacia, cum sit sacramentalis, & meritorius actus, & quodammodo satisfactorius. Aĩæ ergo beatæ contritionē habere non ualent: qm̄

Animę corporib⁹ exutæ cōtritionē nō hāt

carent dolore. Animę quoq; damnatæ contritionē non habent: quoniā etsi in eis sit dolor, gratia tamen carent. Animæ uerò in purgatorio existentes, habent contritionem gratia informatam, non tamen meritoriè: quoniam non sunt ibi in statu merendi. In hac igitur uia concurunt tria hæc. Hæc Thomas in Scripto,

Durandus d.16.d.5

¶ Circa p̄habita scribit Durand. Pro uitādo malo culpę, nullus debet eligere pœnam inferni, uel oīno nō esse. Nec licitum est hoc: qm̄ malum pęnæ nunquam potest eligi rectè propter malum culpæ uitandum, nisi quia sine eo culpa non ualet uitari, aut quia per talē malum pœnæ promouetur bonū uirtutis, & impeditur malum oppositum; quorū nullū est hic. Nullum etenim malum pœnæ est necessariū ad malū culpę uitādū, nisi quod est materia uirtutis oppositæ, sicut fortitudo est circa terribilia, & tristitia mortis. Sed pœna inferni nō est materia alicuius uirtutis. De puro quoq; non esse id cōstat,

Obiectiones contra sententiā Durandi.

qm̄ destruit uirtutem, & subiectū uirtutis. Nec etiā est licitum: quoniam malum pœnæ nunquam licitè eligitur propter malum culpæ uitandum, nisi quia
1. est promotiuum uirtutis oppositæ. Sed pœna in-
2. ferni, seu omnino non esse. nullam promouet uirtutem. Hæc Drandus.

¶ Quibus obijcitur, quia ex eis sequeretur, quòd potiùs deberet quis uelle in uitiis perpetuè permanere, quàm omnino non esse, quòd nequaquam putādum est. Præterea homo debet Deum in infinitū magis diligere, quàm seipsum, ergo potius debet uelle non esse, quam sine conuersione in contume-
3. lia, irreuerentia, & contemptu supergloriosissimæ creatoris uiuere, & durare. Rursus, meliùs, id est minus malum esset omnino non esse, & pœnis infernalibus cruciari, quàm mortalibus uitiis sordidari: quia quo maior est sanctitas, dignitas, & honorabilitas Dei, eo detestabilior, odibilior, ac turpior est culpa mortalis. Hinc omne peccatū mortale est fugibilitas immensæ, & malum culpæ incōparabiliter detestabilius, ac fugibilius est, quàm malū pœnæ ꝙ solū pœest. Vñ, & nunc loquor de pœna inferni solū ut est tormentum, nō prout perpetuam à Deo auersionem, obstinationem in malo & odium omnis boni uerè honesti includit. Deniq; in Vitaspatrum narratur, quòd beatissimo patri nostro Antonio residēti in eremo angelus sanctus denunciauit: Antoni, nondum peruenisti ad mensuram, id est, perfectionem coriarij illius in Alexandria. Quo audito. Antonius illum accessit, & dixit: Quæ est conuersatio tua? Qui post longam sui ipsius humiliatione tandem respondit: Omni mane antequam operari incipio, rogo Deum, ut tota hæc ciuitas propter iustitias suas saluetur, & ego solus propter peccata mea condemner. Et hoc ipsum oro ex corde de sero, antequam pergo dormitum. Ampliùs, in Sapientiæ libro scriptum est: Cor iniqui cinis ē, & terra superuacua spes illius, & luto uilior uita ipsius. Imò indignus est pane, quo uescitur, terra, quam calcat, aere, quem inspirat, & totius obsequio creaturæ, imò morte temporali, atque æterna est dignus. Et ita zelo iustitiæ potest eas apperere magis, quàm uelle peccare. Hic persuasiones illæ Dūrandi, nullius vigoris sunt. Nam & malum pœnæ interdum uecessarium est ex suppositione. Et breuiter absolutè loquēdo, multo melius, iustiusq́s consistit, & Deo plus placitum, iniquū pœnas pati gehennæ, quàm impune peccare.

Sapiē.15.

Antisiodo 1.Thes.4.5.

¶ Postremò Antisiodorends, hic loquitur. Sp dolendum est de peccato, id est, bonum est semper dolere; non tñ continuè, sed frequenter, & horis statutis, eo modo, quo ait Apostolus: Sine intermissione orate Sicq; intelligendum est, quod loquitur Augustinus: Pœnitens doleat semper, id est, omni tempore opportuno. Et ita Christianus se molare debet inter duas spirituales molas, hoc est, salubriter se annihilare, parui pendere, & pro nihil reputare. Quod si fecerit, infra rete diaboli nō poterit retineri quēadmodum minutissimæ bestiolæ peruolant, ubi capiuntur maiores. Hæ autem molæ sunt spes, & timor, ita quòd spes ueniæ tendit, ac trahit sursum, ne desperes: timor autem iudicij ac tormenti descendit, ac trahit inferiùs, ne intumescas, neque prælumas Antisic dorensis.

Augustin.

Quæstio in partem negatiuā.

¶ Iam quæritur de effectibus contritionis an remittat peccata, & gratiam causę, tac totam pœnam possit diluere. Videtur, quòd non, quia solus Deus dimittit peccata: nec uera habetur cōtritio sine gratia præuia, cum cōtritio si dolor non informis, sed charitatem formatus, & quatumlibet pœnitēs gemat, ac ploret, imponitur ei satisfactio aliqua insignum quod permanet debitor pœnæ.

Respōsio: Contritionis ỹtutes

¶ Ad hęc Antisiodorensis in summa libro 4. respondet. Primus contritionis effectus est, liberare à vestigiis, reliquiisque peccati, puta obscuritate uisus interioris. pronitate ad praua, infirmitate ad bona, & cosimilibus, q̄ significantur per instita quibus ligantis extitit Lazarus, qñ à Christo fuit resuscitatus: à quibus contritio liberat p̄ modū causę efficientis, instrumentalis, ac meritarię Deus autem est causa efficiens principalis. Secundus effectus cōtritionis est, satisfacere pro peccatis, inquantum ipsa in se quædam pœna, & dolor est. Tertius est, & pax, & tranquilitas mentis, quia quo pœnitens magis se conterit, punit, exercet, eo maiorem à Deo consolationem, spem, confidentiamque sortitur. Quartus est, absolutio à debitis pœnis quia quo cordialior, ac frequentior est contritio, eo plus tollit de pœnis infligendis pro uitiis, & ita sentit etiā per experientiā, quādā se pęnitēs absolutū, & habet arram

Iohan. 11.

Psal. 84.

Matth 4.

arram præmij sui spiritualem iucunditatem, & osculantur se in ea iustitia, & pax. Per lucrum enim peruenitur ad cordis munditiam, & per munditiā ad pacem internam, atq; per illam ad pacem æternitatis. Vnde dixit saluator: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hæc Antisiodorensis.

Thomas.

¶ Hinc asserit Thomas: Cōtritio dupliciter cōsideratur. Primò, ut est pars pœnitentiæ. Secundò, inquantum est actus uirtutis, quæ pœnitentia nuncupatur, & utroque modo operatur remissionem peccati, sed differenter: quia inquantum est pars sacramenti, primò operatur ad remissionem peccatorum instrumentaliter, sicut, & alia sacramenta: inquantum uero est actus uirtutis, sic est quasi causa materialis remissiōis peccati, eo ꝙ dispositio est quasi necessitas ad iustificationem: Dispositio autem ad materialem reducitur causam, si accipiatnr prout disponit materiam ad recipiendum. Secus est de dispositione agentis ad agendum: quoniā illa reducitur ad genus causæ efficientis. Causa itaque dispositiua remissionis peccatorum, potest esse ex pœnitente: Quomodo autem remissio & cōtritio præcedunt gratiæ infusionem, & quomodo econuerso, præhabitum est.

Cōtritio augeť siue intenditur.

¶ Insuper, intentio contritionis attēdi potest dupliciter. Primò, ex parte charitatis, quæ displicentiā parit peccati. sicq; charitas tantum potest intēdi in actu suo, ꝙ contritio ex ea procedens, merebitur non solum culpę amotionem, sed etiam absolutionem ab omni pœna. Alio modo ex parte doloris sensibilis, quē uoluntas in contritione excitat ac producit: qui dolor cum sit pœna, & quædā afflictio, pōt in tantum intendi, ac toties iterari, ꝙ ad deletionem totius culpę, ac pœnæ sufficiat Imponitur tamē satisfactio aliqua, quia incertum est cō confitenti, ac confessori, an tanta fuerit illa contritio. Hæc Thomas.

Quæstio.

Cōtritionis dolor biformis.

¶ Qui consequenter respondet ad istud, utrum parua cōtritio sufficiat ad magnarum remissionē culparum. Contritio, inquiens, duplicem habet dolorem. Vnum ratiōis, qui potest esse tam modicus, ꝙ non sufficit ad rationem uerè contritionis, quēadmodum amor pōt esse tam remissus, ꝙ ad rationem non sufficit charitatis. Alium in parte sensitiua: & huius doloris prauitas contritionis non impedit rationem: qm̄ ad contritionem æqualiter se non habet, sed quasi ex accidenti ei coniungitur: nec ĩ nostra est potestate. Itaq; dolor de culpa quātuncunq; sit paruus, dūmō ad rationem sufficiat contritionis, delet omnem culpam: quia & charitatem includit, quæ cū mortali non potest stare peccato. Nihilominus de maiorib⁹ peccatis oportet plus cōteri, quia ex necessitate hoc sequitur, ꝙ hō plus doleat de peccato grauiori, q̄ leuiori, secūdū, quod magis repugnat diuino amori, qui istū causat dolorē. Attamen si unus alius tantum haberet dolorem pro maiori, quantum ipse pro minore, sufficeret ad remissionem illius culpæ. Hæc Tho.

Bonauen.

¶ Cōcordāt Albertus, Petrus, Richardus, aliiq; cōiter, Bonauentura quoq;, qui addit: Nūq̄ peccator pōt se intantū punire, quin maiori pœna sit dignus s̄m rigorem iustitiæ. Cumque homo debeat sibijpsi esse rigidus, & aliis pius, nūq̄ se intantū affligit per contritionem, ut sit sup̄fluū dummō ualeat sustinere: imo totū est ei ad glorię cumulum. Cōtritio demū ratiōe displicēti peccati, semper est necessaria, & si nō actu, saltem in habitu Ratiōe uero gemitus, & plāctus, sensibilisq; doloris, nō semper necessaria est, maximè uiris perfectis, qui audierunt uoce interna cum sacratissima Maria Magdalena. Dimissa sunt tibi peccata tua. Imo deinceps meditationem suam debent conuertere ad contemplationem deitatis, atq; dulcedinis patriæ beatorum. Sed ante hunc statum sanum consilium est, peccata propria ante occultos assiduè reuocare cum gemitu, & dolore: displicentia uero peccati non semper dicit pœnam, imo frequenter magnam annexā lætitiam, dum homo considerat in se liberationē, & gratiam tantam. Nam & dolor contritionis consolationem habet coniunctam ex spe remissionis, ac præsentis purgationis. Hæc Bonauentura.

Luc. 7.

QVAESTIO. V.

VLterius quæritur, *An confessio sit de iure diuino, uel positiuo, & necessaria ad salutem.* ¶ Videtur, quòd sit de iure naturali, quia in omni lege, hoc est, in lege naturali, & scripta, ac euangelica fuit. Nam & Salomon protestatur. Qui absconderit scelera sua, non dirigetur. Qui aūt confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Primi quoq; parentes uituperatur de hoc, ꝙ sua peccata nec confitebantur, sed excusabant se. Item multi sancti in eremis nunquam aut raro confitebantur.

Prou. 28.

Genesi. 3.

In opposi tum

¶ In contrarium est, ꝙ confessio ad sacramentū euāgelicæ legis, institutum à Christo, ad quod uniuersi fideles opportuno tempore obligantur.

Respōsio.

Thomas.

Absq; uirtute passionis Chri nullū peccatum dimittitur.

¶ Ad hæc Thomas respondet. Passio Christi, sine cuius uirtute, ac merito, nec actuale, nec originale pecatum dimittitur, in nobis operatur per sacramētorum susceptionem, quæ ex ipsa efficaciam sortiūtur, ideo ac remissionem culpæ originalis, & actualis requiritur aliquod sacramentum ecclesiæ actu susceptum, si assit facultas tempore suo, uel uoto quando articulus necessitatis, non contemptus, sacramentum excludit. Hinc sacramenta, quæ ordinantur contra peccata, cum quibus salus esse non potest, sunt de necessitate salutis. Hinc sicut baptismus, quo deletur originale peccatum, ē necessari⁹ ad salutem, ita & pęnitentiæ sacramentum. Quēadmodum autem per hoc, ꝙ quis baptismum petit, ministris ecclesiæ subdit se, ad quos pertinet dispēsatio sacramenti: ita per hoc ꝙ cōfiteatur, subiicit se ministro ecclesiæ, ut per sacramentum pœnitentiæ, dispensandum ab illo, remissionem consequantur: qui remedium contra iniquitatis morbum nō obtinet, nisi ipsum ignoscat, quod fit per peccatoris cōfessionē. Cōfessio ergo requiritnr ad salutē.

Quæstio.

¶ Porro dum quæritur, an cōfessio de iure sit naturali: dicendū, ꝙ iuxta præhabita, ipsa sacramenta sunt quædam fidei protestationes. idcirco oportet ea fidei esse proportionata. Fides autem est supra naturalis notitiam rationis. Hinc, & sacramenta naturalis rationis dictamē excedunt. Cūq; ius naturale sit, quod non opinio genuit, sed uis quædā innata inseruit, ut Tullius ait: hinc sacramēta nō sunt de iurè naturali, sed diuino, quod altius est. Ei quādoq; etiā naturale uocatur, secundum quod cuilibet rei illud ē naturale, quod ei a suo creatore imponitur, propriè tamē naturalia dicuntur, quæ ex principalis naturæ nascūtur. Supra naturam uero, q̄ Deus sibi reseruat sine naturæ ministerio, ac ordine peragēda, ĩ operibus miraculorum, aut reuelationibus mysterium, seu institutionibus sacramētorū. Sicq; cōfessio ē de iure diuino nō naturali. Autoritas ergo Salomōis, & ꝯsimilia uerba scripturę, loquunť nō de cōfessiōe sacramētali, sed ea, quæ fit corā Deo, q̄ & primi parētes reliq̄rūt se excusādo.

Ad obiecta.

Obligamur ad cõfessionẽ duplici iure. Ext. de pẽ. & remissione c oẽs vtriusq; sexus Rom. 3.

¶Præterea ad confessionem modo tenentur fideles dupliciter. Primò iure diuino ex hoc, quòd est medicina: & ita non omnes ad confessionẽ tenentur, sed illi duntaxat, qui post baptismum mortaliter peccauerunt. Secundò, ex præcepto ecclesiæ iurisq; positiui, & ita ad confessionem faciendam ad minus semel in anno omnes tenentur ex institutione facta in generali concilio sub Innocentio tertio cum, vt quilibet peccatorum se esse recognosceret: quoniam oẽs peccauerunt, & egent gratia Dei tum, vt cum reuerentia maiori communicent: tũ vt subiecti suis pastoribus innotescant, ne inter oues lateat lupus.

Quæstio.

¶Si autem quis sciscitetur, an cũ aliquo ualeat dispensari ne confiteantur: dicendum, quòd ministri in ecclesia diuinitus fundata, ac ordinata instituuntur, ideo institutio ecclesiæ, præsupponitur ad operationem ministrorum. Cumq; ecclesia fundet in fide, & sacramentis, ad ministros non pertinet nouos fidei articulos edere, aut editos remouere, nec noua instituere sacramenta, nec remouere iã instituta. Imo hoc est potestas excellẽtiæ, quæ soli debetur Christo, qui est ecclesiæ fundamentum institutor, & caput. Hinc sicut papa non potest cũ aliquo taliter dispensare, quòd sine baptismo saluetur, ita nec sic, quòd sine confessione salutẽ adipiscatur, secundum quod obligat ex ui sacramẽti. Sed põt circa confessionem dispensare, secundũ quod obligat ex præcepto ecclesiæ vt liceat alicui diutius confessionẽ differre, quàm ordinauit ecclesia. Qualiter autem à Christo institutum sit hoc sacramentum, & cætera, dictum est supra prima distinctione, quæstione de sacramentorum origine. Hæc Thomas in Scripto.

Papa non põt dispẽsare vt nõ confiteatur.

Quæstio. Matt. 25.

¶Qui etiã quærit, an homo cõscius sibi de mortali peccato, teneatur mox cõfiteri. Et uidet, quod imo, quia periculosum est medicinã differre uulnere iam inflicto, & specialiter, quia nescimus diẽ neq; horam. Peccatum quoq; quòd per pœnitentiã non delet, suo mox põdere trahit ad aliud, ẽm Gregorium. Propter quod Hugo fatetur: Si non est necessitas, quę prætendatur dilatio, non excusatur.

Gregor. Hugo. Thomas. Respõsio. Obligamur ad confitẽdũ, & quãdo.

¶In oppositum est, quia si sic, omnes quasi modo peccarent mortaliter confessionem differendo & uideretur ecclesia quasi reprehẽsibilis, informãdo filios suos de necessitate hac protinus confitẽdi. Et respondet. Cum propositum confitendi annexum sit contritioni, tunc tenetur, quis ad istud propositum, quando tenetur ad contritionem, uidelicet, quando peccata occurrunt memoriæ, præsertim in aliquo grandi periculo, atq; articulo, in quo sine peccati remissione oporteret eum pctm̃ incurrere, sicut dũ celebraturus esset, aut cõicaturus. Idcirco iussit ecclesia semel in anno cõfiteri, qm̃ iussit semel in anno cõicare. Alio modo obligatur hõ ad cõfessiõẽ per se. sicq; eadẽ rõ est de cõfessione, & baptismo, quia utrũq; est sacramentũ necessitatis. Ad baptismum autem percipiendũ nõ teneẽ quis statim dum habet baptismi propositũ, ita, qđ peccet mortaliter nisi protinus baptizetur: nec est aliquod tps determinatũ, ultra qđ si differat baptismum, peccet mortaliter. Potest tamen contingere q̃ in dilatione baptismi mortale sit peccatũ, aut non. Et hoc pensandũ est ex causa dilationis, q̃a (ut ait Philosophus septimo Physicorum) voluntas nõ differt exequi uolitũ, nisi ex aliqua causa. Vñ si causa dilationis baptismi peccatũ mortale habeat annexum, ut si ex contemptu differat, uel ut interim aliqs libidini uacet: dilatio erit mortale peccatũ aliàs non. Et idem uidetur de confessione dicendum, q̃ nõ est maioris necessitatis, quàm baptismus. Et qm̃ ea, quæ sunt de necessitate salutis, tenetur homo in hac uita implere: ideo si periculum mortis imminet, tenetur homo per se ad confitendũ. Hinc probabilis uidetur illa opinio, quòd non tenetur hõ statim confiteri, quamuis sit periculosum differre. Alii dicunt, q̃ tenetur contritus mox confiteri, debita opportunitate oblata, secundum rectam rationem. Nec obstat, quòd decretalis præfigit tempus ut semel fiat in anno: quia hoc statuit non dilationem indulgens, sed negligentiam prohibens: idcirco per illam decretalem non excusatur culpa dilationis in conscientiæ foro, sed excusatur à pœna, quantũ ad forum ecclesiæ, ut debita sepultura non priuetur, si morte præueniatur. Sed hoc nimis durum uidetur, quia præcepta affirmatiua nõ obligant ad statim, sed tempus determinatum, non ex hoc, quod tunc cõmode possunt impleri: quia sic peccaret dives mortaliter, si petitus nõ daret eleemosynam quandocunq; pauper deposceret, quod falsum est, sed ex hoc, quòd tempus urgentem necessitatem adducit, ideo non oportet, quòd si statim opportunitate oblata non confiteatur, etiam si opportunitas maior non expectetur, quis peccet mortaliter, sed quando ex articulo tẽporis necessitas cõfessiõis inducitur. Nec hoc est ex indulgẽtia ecclesiæ, quòd non teneatur sic statim, sed ex natura præcepti affirmatiui. Vnde nec ante præceptum ecclesiæ tenebatur, quis statim confiteri. Aliqui uero dicunt, quòd seculares nõ tenetur ante quadragesimale, tempus confiteri, qđ est eis pœnitentiæ tẽpus. Religiosi uero tenentur ad statim: quoniam totum tẽpus est eis pœnitentiæ tẽpus. Sed hoc nihil est: quoniam religiosi non tenetur ad alia, quàm alii, homines, nisi ad quæ se ex uoto obligarunt. Hæc Thomas.

Moderatio. Præcepta affirmatiua qñ obligent.

Aristo.

¶Circa hæc Petrus breuiter ait: Cõfessio duplex est. Vna mentalis, quę fit Deo, & hæc est de iure naturali. Alia uocalis, quæ fit homini, hæc nõ é de iure naturali. Et ista est duplex. Vna generalis, & indistincta, ad quam tenebantur in ueteri lege in q̃busdam, ut in sacrificiis certis. Alia distincta, ac specialis, ad quam non tunc, sed non homo tenetur homo. Deniq; regulariter tenetur homo nisi semel confiteri in anno: quoniam semel in in anno, puta in pascha, communicare tenetur. In quatuor tamẽ casibus tenetur, & ante. Vnus est ratione sacramenti sumendi, aut administrandi. Secundus, ratione periculi, ut in articulo mortis. Tertius, ratione conscientiæ, ut si conscientia sibi dicter, quod statim teneatur. Quartus ratione dubii, ut si putet sibi infra annum non affuturã copiam sacerdotis, à quo possit absolui. Hæc Petrus.

Petrus. Cõfessionis duo genera.

Quatuor casibus nõ debet usque ad pascha cõfessio differri.

¶Idem Richardus, ex cuius scriptis uerba Petri euidentiùs clarent. Nã ait: Confessio mentalis Deo facienda, de naturali est iure: quoniam nihil est de iure naturali nisi prima illa principia agibiliũ quorum ueritas ultra se offert naturali cognitioni practici intellectus, & ea, quę inde sequuntur per modum conclusionum mediate, vel immediatè. Ex illis autem principiis conclusionaliter sequitur ut hõ cõfessionẽ laudis exhibeat Deo corde, ac ore Cõfessionẽ quoq; propriæ culpæ, ore, per uitiorũ suorũ recognitionem, ac detestationẽ. Sed ꝓpriarũ culparũ confessionẽ farere homini, sicut Christus instituit, non est de iure naturæ. Hæc Richar.

Richardus.

¶Bonauẽtura uero de his paululũ aliter sentiẽs: Dupliciter, inqt, ẽ aliqd de naturalis dictamine rationis

tionis. Primò in generali: secundò in speciali, in speciali quidem, ut honorare parentes. In generali uerò, naturalis ratio dictat ea, quæ euangelium superaddit, ut sunt opera supererogationis, & aliqua sacramenta. Recognitio autẽ offensæ Dei: est de dictamine naturalis rationis per fidem adiutæ. Quomodo enim scit homo se offendere Deũ, quẽ non uidet, nisi in aliquo radio fidei hoc cognoscat. Cum autem per fidem hoc nouerit, dictat ratio ut per mentalem culpæ recognitionem à Deo ueniã humiliter deprecetur. Vocalis autem confessio duplex est. Vna, quæ fit Deo: alia, quæ fit homini. Vocaliter Deo confiteri dictat ratio naturalis, non simplex, sed in casu, quando uidelicet Deus hoc exigit, sicut exegit ab Adam, & Cain. Vocaliter uero confiteri homini non dictat natura, nisi in generali, uidelicet, quod reconciliari Deo oportet omnibus modis, quibus ipse instituit, ac præcepit. Sicque natura, idest, ratio naturalis dictauit, quod si Deus constitueret arbitrium inter se, & peccatorem illi esset confitendum in ueritate. Hæc Bonauentura.

Vocalis confessio duobꝰ fit.

Genesi 4.

Quæstio.

¶Quocirca sciendum, quòd ueritas horum dependet ex hoc, an naturali ratione ualeat demonstrari, quòd Deus gloriosus ac adorãdus habeat distinctam, atq; omnimodam prouidentiam actuum humanorũ, ita quòd iudex sit, & remunerator eorum, de qua quæstione dictum est super primum. Apostolus autem ad Hebræos uidetur hoc fidei deputare: Accedentem, inquiens, ad Deum oportet credere, quia est, & quia exquirentium se remunerator sit. Et constat, quòd quantum ad simplices, hoc sit fidei tantum.

Heb. 11.

Quæstio.

¶Insuper quærit Bonauẽtura, an confessio fuit instituta in lege scripta. Respondet, Duo sunt principaliter in confessione, propter quæ ualde conuenies fuit confessionem instituti. Primum est detectio, & manifestatio propriæ culpæ, & iste est finis confessionis in se. Secundum est reconciliatio peccatoris cum Deo, qui est principalior finis. Primò ergo fit confessio propter detectionem. Peccator quippe dum male agit, odit lucem, ideo in reuersione ad iustitiam oportet redargui infructuosa opera tenebrarum. Quæ autem arguuntur, a lumine manifestantur. Quod fit per confessionem sacramentalem. idcirco in ea lege instituì debuit, in qua est euidens manifestatio ueritatis, quando uidelicet uerbum, & sapientia Dei patris factum est caro, ut intelligibile fieret sensibile. Conformiter, qa in hac lege genus humanum per uerbum incarnatum Deo patri est reconciliatum, decuit in eadẽ sacramentum confessionis institui, cuius legis principalis finis est reconciliatio iam præfata. Fit autẽ reconciliatio ista, mediante humano arbitrio. idcirco confessio ista fit homini, ut homo fit iudex, & arbiter iter Deũ, & homines: Arbiter etem debet esse talis, quòd manum possit ponere in utrunq;, nec talis potuit esse quousq; Deus factus est homo tũcq; homo Deificatus, datus est nobis mediator, & arbiter Christus, qui potuit mittere manũ suam in Deum patrem, & homines, existens Deus, & homo. Qui reliquit in ecclesia successores uicarios, quos constituit arbitros, & rectores populi sui, q̃bus auctoritatem reconciliandi concessit. Cũq; autẽ oritas ista fuerit primùm in Christo, nec in alio esse quiuit, antequam uenit ille præcipuus mediator, per cuius incarnationem deficati sunt homines, quod solum factum est in euangelica lege: idcirco tunc solum institutum est confessionis sacramentum. Hæc Bonauentura.

Iob 3.

Qui consequenter inquirit de sacramenti huius institutione, & obligatione. Et de institutione dictum est supra ex uerbis ipsius: De obligatione uerò scribit sicut nunc introductum est.

Peccator contritus propositũ sibi faciat confitẽdi.

Porrò de tempore obligationis, an scilicet statim post peccati commissionem, seu admissionẽ, oporteat confiteri, differuit. De confessione contingit loqui dupliciter. Primò, quantum ad mentis propositum. Secundò, quantum ad uerbalem expressionem. Quo ad primũ, cõiter dr̃, quòd reus, tenetur proponere confiteri, quando conteritur: qm̃ sine proposito confitendi, & emendandi non dimittitur culpa, sicut nec sine cõtritione. Ad hoc autem tenetur, quãdo recogitat culpã suã, vel qm̃ temps se offert recogitandi, sicut in hora mortis, & graui periculo, & communione &c. Verum qm̃ teneatur ꝓpositum hoc exequi, diuersimode opinantur diuersi. Aliqui namq; dicũt, quod cũ actus confitendi non sit necessarius ad salutẽ, quia p cõtritionem, & propositum confitendi hõ iustificat, ita quòd confessio solum est necessaria ex precepto diuino, nec ecclesia exigit ante pascha, nisi in specialibus causis ꝓtactis, quòd iõ nõ sit necessarium ante tempus hoc confiteri. Alij dicunt, quod sicut homo tenetur ad propositum confitendi qm̃ se offert opportunitas interior, ita tenet ad opus, seu actũ confessionis, qm̃ se offert opportunitas exterior. Nẽpe vt dicũt, propositũ nõ est efficax, si nõ exit in opus, qm̃ se offert opportunitas: & tunc opportunitas offert se, dum habet discreti copiã sacerdotis, ac sui peccati memoriam. Quæ harũ opinionũ sit uerior, non est certum, estq; difficile iudicare. Verum pro clariori ueritatis cognitione distingui põt de duplici obligatione ꝓtacta. Quidam em̃ ad confessionẽ tenent non ex ꝓpria culpa, sed solũ ex institutione ecclesiæ, sicut q̃ nõ habẽt pcm̃ mortale, & hi differre possunt cõfessionẽ usq; ad pascha. Alii confiteri tenentur non solũ ex institutiõe ecclesiæ, sed etiã propria trãsgressione, & de illis generaliter asserere, quod ualeant usq; pascha differre, periculum mihi vr̃. Similiter nimis durũ ur̃, quod teneãtur confiteri semper, qm̃ se offert opportunitas: nõ rationabiliter uidetur tenendũ hoc medium, quod opportunitas loci, & temporis, ac sacerdotis tripliciter potest se ante pascha offerre. Primò sic, quòd timetur ne unquam se offerat, ut dum quis grauiter infirmatur: & tunc tenetur cõfiteri peccator. Secundò sic, quod maior opportunitas expectatur, uel quantum ad tempus, vel quãtum ad sacerdotem. & tũc potest sine peccato differri. Tertiò sic, quòd nunquam rationabiliter expectatur opportunitas maior, nec quantum ad tẽpus, nec quantum ad sacerdotem. sicq; sine præiudicio uidetur, quòd mox cõfiteri tenetur. Hinc aliter est censendum de religioso, & laico. Religioso namq; totum tempus uitæ est tẽpus pœnitentiæ, idcirco ut credo, tenetur post mortale mox confiteri. Laicus uero ꝓtolari potest usq; ad quadragesimã, quod est laicis pœnitẽtię tempus. Idcirco est eis plus opportunũ ad cõfitendum, & satisfaciendum. De clericis autẽ iudicare nõ audeo. Verumtamẽ, pomnibus sanũ puto consilium, vt quàm citius poterũt cõfiteant, cũ sibi cõscii fuerint de mortali nõ confesso. Non enim uidetur uerè cõtritus, qui tanto tẽpore ulluꝰ peccati portat, illud occultãs. Si uero obiicias, quòd status nõ obligat nisi per uotũ, respondeo, quòd status nõ obligat ita, sed mandatũ oĩbus datũ. Ad nunc autem, uel tũc obligat oppor-

Obligatio ad confitẽdũ duplex.

Consiliũ.

Obiectio.

tunitas, quæ diuersis diuersimode offert se. Hęc Bonauent.

Albertus.

¶In præhabitis continentur sententialiter scripta Alberti de his. Quintũ aliter respondet ad istud. Vtrum confessio sit de iure naturali, aut positiuo. Ius, dicens, naturale dupliciter capitur. Primò dicitur ius naturale, quod natura seu ratio humana dictat esse agendum. Secundò id, quod constitutum est à natura naturante, & ita est de iure naturali, quicquid continetur in noua, ac ueteri lege. Sic quoq; de iure naturali est ipsa confessio.

Ius naturale bifariam accipitur.

Argẽtinẽ. Cõfessio fit tripliciter. Leuit. 16. Matt. 16.

¶De hoc demum scribit Argentinensis: Confessio tripliciter fieri potest. Primò mentaliter, & ita à principio fiebat Deo. Secundò ceremonialiter, & ita in lege Moysi confitebantur sua peccata, ipso facto, ceremoniali per sacrificia certa, quæ pro certis excessibus domino offerebant. Sic & sacerdos positis manibus suis super caput hirci offerendi, confitebatur omnes iniquitates filiorum Israel, ut patet in Leuitico. Tertiò uocaliter, sicut in euangelica lege. Christus namque discipulis suis auctoritatem soluendi, atq; ligandi donauit. Sicq; ex institutione diuina fit hominibus confessio sacramẽtalis, quamuis Iohannes glossator uideatur sentire contrarium, de pœnitentia distinctiõe quinta, ubi pluribus opinionibus recitatis, de institutione cõfessionis ponit suam, dicendo confessionem institutam quadam generali ordinatione ecclesiæ magis, quàm auctoritate noui, aut ueteris testamenti quod probat, quia confessio non est necessaria apud Gręcos, sed ut constat ex dictis, opinio illa est falsa. Græci quoq; confiteri tenentur, quamuis ex praua cõsuetudine confessio apud eos in dissuetudinem forsitan uenit, sicut, & apud alios quosdam Romanæ ecclesiæ non obedientes. Hæc Argentin.

Durãdus. Scotus.

¶ Postremò Durandus in his scriptis Thomæ omnino concordat. Scotus quoq; communi doctrinæ consentit, & tenet, quòd non oporteat post lapsum in mortale, statim confiteri, nisi in casibus suprà dictis, inter quos numerat casum, quo quis ad publicum bellum est processurus, aut transfretaturus vbi naufragii extat periculum, seu aliud quodcunq; acturus siue passurus, in quo mortis consistit discrimen. Valde quoq; reprehendit, ac reprobat opinionem illam Iohannis iuristæ, & dicit hoc omnino esse incertum, aut potius falsum, quòd ait Græcos non confiteri, nec aliquis doctor super hunc quartum hoc refert, neq; doctores, q contra errores Græcorum descripserunt, hunc eis asscribunt errorem. Quod uerisimiliter facerent, si sic esset: quoniam esset ualde detestabilis error. Et dato, quòd quidam Gręcorum ita sensissent, non tamen omnes communiter:

Gulielm⁹

¶Præterea Guliel. Parrhisiensis in suo sacramentali tractatu: De pœnitentia nunc, inquit, aggredimur errorem destruere Hebræorum, ac aliorum quorundam dicentium confessionem non esse sacerdotibus faciendam. Non enim decet peccatorẽ iudicem esse in propria causa, quam habet aduersus Deum. Si ergo peccator iudicium, & iustitiam per pœnitentiam Deo uoluerit exhibere, iure ac merito in eadem causa alius, q̃ ipsemet iudex erit. Alius ergo quàm ipse, qui deliquit, audiet eius delicta: alius causam cognoscet, & pronuntiabit sententiam. Non autem audiet alius omnia, ac perfectè, nisi ipsemet, qui deliquit, confiente, & enarrante: qm̃ ipse solus, & maximè omnia illa, quæ cõfitẽda sunt, nouit, Amplius, confessione Deo facta, penitus ignoratur, quid Deus inde iudicet siue ꝓnunciet, utrũ condemnet, vel absoluat, & quãdiu hoc ignorat, nec pro absoluto, nec pro cõdemnato habere se debet, & pauidus, dubiusq; pendebit pendente sententia. Adhuc autem hæc est forma iudicii, ut iudex priùs sedeat in medio: actor & reus stent ante iudicem, alter alteri ex aduerso. Deinde aduocati. & testes, quatenus aduocati de iure causam instruant: testes, vt de facto informent. Cautũ que est in iure isto seculari, atque politico, ut nemo ĩ re sua ius sibi dicat: imo eo ipso, quod istud præsumpserit, ipsa re careat. Quoniam ergo pœnitens in eo iudicio, quo cum Deo iudicandus est reus est, atq; à Deo impetitur, merito in eodem iudicio iudex esse non potest. Sub alio ergo & per alium iudicandus est. Cumq; ipse Deus ibidem sit iudex, nostris legibus, ac consuetudinibus cõgruẽtissimum est, imo eisdem firmatum, ac obseruatũ, ut tertius in medio sedeat, q ius reddat potissimè illa de causa: quoniam nostris legibus, ac consuetudinibus tanquam uiis notissimis, atq; certissimis, maximè reducendi, ac reducibiles sumus ad lucẽ ueritatis, & ad uiam salutis. Deniq; peccatum non solum iniquitas est, sed etiam uulnus, ac morbus, & dilapidatio, ac dissipatio, & sicut furtum, ac rapina, quæ in Deum committitur, rectè ex his demonstratur, confessionem coram alio, quàm Deo esse agendam. Confessor namq; est tanquam medicus, & ꝯsultor, ac velut recuperator, & ĩstaurator, Rursus, cũ unusquisq; defectus, & uitia proximi sui tenetur eis insinuare, qui uolunt, & ualent prodesse, & non obesse, quanto magis debet sibiipsi beneficium istud impendere.

Nemo iudex sui ipsius.

Iudicum forma.

Peccatum vulnus ac morbus.

¶De his scribit hic doctor deuotionaliter, & itẽ subtiliter, ostẽdẽs, quàm rõnabile, ac salubre, q̃ fructuosum, ac prouocatiuum misericordię, ac grãe Dei sit, cõfiteri nõ solũ mentaliter Deo, sed & uocaliter sacerdoti, & accusare seipsum, ꝯ seipsum testari, aduocati officium exhibere pro Deo cõtra scelera sua: sicq; se totũ exponere iudicio cõfessoris, ad recipiẽdũ increpatiões, satisfactiões, punitiões: imo & eas ĩ se exeq, & eas ĩfligere sibimetipsi, ac ita totoris officiũ peragere in seipsum. Pœnitẽtes ꝗppe iuri se offerũt ĩ curia, & cõsistorio Dei, nõ solũ ad sustinendũ iustificatiões, & afflictiones iuxta tenorẽ iuriũ, & legũ, & canonũ curiæ summi regis, sed etiam ad faciẽdũ, & exequẽdum ea in se, ad restituendũ ablata, ad recõpẽsandum iniuriam, ad humiliandũ se penitus, ꝓ extollentiis suis, ad implorandũ ueniã pro suis excessibus: & breuiter, ad abrenũciandũ diabolo, & omnib⁹ eius operibus, atq; ad recuperãdũ amicitiã Dei, & ad permanendum de cætero in deitatis obsequio cũ omni fidelitate, ꝑseruãtia, charitate, cũ resistentia contra omnia tentamenta inimicorum dñi dei sui, a cuius adhęsiõe nunquam proponunt recedere Hæc Gulielmus.

Eccles.

¶Insuper doctor iste fortiter tenet, quod cõscius sibi de peccato mortali, teneř celeriùs, quo poterit cõfiteri, dicẽdo. Nec ad modicũ, nec ad momentũ licet alicui cõfessionẽ differre ꝓpter multa pericula. Primò, ne propter negligẽtiã faciendi confessionẽ dũ potest, infligat ei iusto Dei iudicio nõ posse cũ uelit. Sic em̃ cõsueuit iustissimus Deus negligentias nostras punire. Secũdò, ꝓpter periculũ obliuionis peccatorũ. Quæ em̃ ex sua recẽtia memoriter retinẽt, uetustate frequẽter obliuioni tradũt. Tertiò, ꝓꝑ piculũ moræ, q̃ nõ mediocriter grauat pctm̃. Quarto, ꝓpter periculum corruẽdi in aliud peccatũ. Peccatũ enim, quod per pœnitentiã non deleř, suo mox põdere trahit ad aliud. Quintò, qa pecca-

Cõfessio quare nõ differẽda.

peccatum est debitum quoddam, atq; iniuria Deo irrogata, & certũ, qđ non nisi de consensu offensi, & in iniuriati liceat emẽdationẽ, ac persolutionẽ differre. Certũ est quoq;, quod q̃ citò irrogatur iniuria, tã citò satisfactio debetur pro ea. Nec debitori, ac transgressori cõmissum est, vt ad placitum suam satisfaciat, ac persoluat. Denique, uestimenta, & calceamenta tua mox ut inquinata fuerint, aut dissoluta, nonne confestim abstergis, purgas, & reficis? Nec usq; ad putrefactionẽ in luto permittis. Cur ergo aiam tuã sic negligis, & confessionis lauacro abluere differs? Hæc idẽ. Qui istud consequenter per similitudines uarias persuadet, ut qđ pctm̃ est spirituale incendium, uastitas, & uenenũ. putredo, fœtor, uulneratio. Iõ sicut celerrimè à nobis, & a rebus nostris abiicim⁹ corporalia incẽdia vastitates, uenena, putredines, fętores, & uulnera, ita, imo & multo soliciùs, ac festinantiùs debem⁹ ista ab animabus nostris expellere, cõfessionis reus medio, & uerè prudentiæ obuiare vř ista differre.

¶Verum disputatio ista fortis, & efficax uidereř. si peccator à peccatis purgari nõ posset, nisi in ipsa actuali, & reali confessiõe. Qđ iuxta p̄habita non est ita: qm̃ ꝓrinus ut uerã habet contritionẽ cũ ꝓposito confitendi, remissionẽ consequitur gratiãque sortitur. Nihilominus multipliciter expedit celeriter cõfiteri, cũ in ipsa sacramentali cõfessiõe sint multa, quæ cooperantur ad gratiam, & grãe incrementũ, & ad cõseruationẽ in bono, ac præseruationẽ a malo: uidelicet uis clauiũ, orõ confessoris absolutio sacramẽtalis, hũiliatio cõfitẽtis, & humilis accusatio suiipsius, ac erubescentia, quã de suis habet peccatis, satisfactio quoq;, quã ex obediẽtia, & æquitate exequitur, & alia quædam sicut diceř.

Cõtritus assequitur peccati remissionẽ.

QVAESTIO. VI.

AMplius quæritur, *quid sit confessio, & cuius uirtutis sit actus.* ¶Verum his non est immorandum, cum pateant ex inductis. Nam ut asserit. Augustinus, Pœnitentia est per quam latens morbus spe ueniæ aperiř. Quocirca Thomas cõscribit: In confessione plura cõsideranř. Primum, substantia actus, seu genus eius, qđ ẽ manifestatio quædã. Secundũ quid manifestař, puta peccatũ. Tertium, cui, uidelicet sacerdoti. Quartũ, cur, id est, spe ueniæ. Quintũ, effectus, seu fructus confessionis, qui est curatio, seu remissio culpæ. Hæc omnia in præfata descriptione tanguntur. Primum, cũ dicitur: Aperitur secundum ibi, morbus. tertium subintelligitur, quartum ibi spe ueniæ. per quod, & quintũ datur intelligi. Et hæc duo, quæ in prætacta descriptione non exprimunř formaliter in aliorũ descriptionibus continentur expressè. Insuper ad hoc, quod aliquid dicatur, & sit actus uirtutis, sufficit, quòd in sua ratione aliquam conditionem implicet, quæ pertinet ad uirtutem. Et quamuis confessio non includat omnia, quæ ad uirtutem requiruntur: tamen ex nomine suo importat manifestationẽ alicuius, quod quis in cõsciẽtia sua tenet Sic nãq; simul in unũ conueniunt cor, & os: quia dum aliquis ꝓfert ore, qđ nõ tenet, aut sentit corde, nõ cõfessio, sed fictio appellař. Hęc uero conditio, scilicet ore ꝓferre, qđ geritur in corde, pertinet ad uirtutẽ. idcirco cõfessio dicit aliquod bonũ ex genere, quod tñ fieri potest male. ideo non est actus uirtutis, nisi & aliis uirtutum circũstãtiis uestiař, atq; ut dictũ est sæpe, sic est actus uirtutis pęnitẽntię. In actibus demũ cõsiderandũ, est, quod quãdo supra obiectũ uirtutis addiř rõ aliqua specialis, ac difficilis boni, exigiř specialis uirt⁹, quemadmodũ magnus sumptus ad magnificẽtiã spectat quãuis mediocris sumptus ad liberalitatẽ. Sic in ꝓposito, quãuis confessio, seu manifestatio ueritatis ad uirtutẽ moralẽ, quæ ueritas nũcupatur, sit pertinẽs: tñ ꝓpriarum culparum reseratio secundum modum præfatum spe ueniæ, ad uirtutem, quæ pœnitentia nominatur, est spectãs, sicut, & manifestatio, seu ꝯfessio beneficiorum Dei, ad latriam, & confessio credendorũ ad fidẽ. Veruntñ confessio ista culparum potest imperatiue ad plures pertinere uirtutes, secundum quod actus confessionis ordinari, potest, ac trahi ad multarum finem uirtutum. Hæc Thomas, in quibus concordia est aliorum.

August.

Thomas. In confessione cõsideranda, sũt multa

Ad rationem uirtutis sufficit.

QVAESTIO. VII.

SEd quærendum est nunc, *cui sit confitendum*, an scilicet necesse sit confiteri proprio pastori, an ẽt liceat in aliquo casu laico confiteri, & utrũ confessi fratribus ordinũ mẽdicantiũ, obligentur nihilominus eodẽ anno, uel etiam eadem peccata suo proprio ꝯfiteri pastori. Circa hęc loquiř Thomas: Grã, quæ in sacramẽtis cõfertur, a capite descẽdit in mẽbra: iõ solus ille est sacramentorum gratiam continentiũ minister, qui ministeriũ habet sup corpus Christi uerũ, quod solius est sacerdotis, qui eucharistiã consecrãt. Cũq; in sacramento pœnitentię gratia cõferař, sol⁹ sacerdos est sacramẽti hui⁹ minister. Iõ solis sacerdotibus faciẽda est sacramẽtalis cõfessio. Porrò sicut baptismus est sacramẽtũ necessitatis, ita & pœnitẽtia. Baptismus aũt cũ sit sacramẽtũ necessitatis, duplicẽ habet ministrum. Vnũ, cui ex officio cõuenit baptizare, utpote sacerdotẽ. Aliũ, cui rõne necessitatis dispẽsatio baptismi cõmittiř. Ita & minister sacramenti pœnitẽtiæ rõne officii est sacerdos, in necessitate uerò laicus uicẽ supplet sacerdotis, ita ut ei cõfessio fieri possit, Sicq; rõne necessitatis laic⁹ fit iudex cõfitẽtis, q spõte, & affectuosè se subiicit illi. Ampli⁹, ꝑ ueniale pctm̃ hõ, nec a Deo, nec a sacris ecclesiæ separatur idcirco non indiget nouæ grãe collatione ad eius dimissionẽ, nec indiget reconciliatiõe cũ ecclesia. Propterea nõ oportet, qđ aliqs sacerdoti uenialia cõfiteař. Cumq; confessio laico facta, sacerdotale qđ sit, quãuis non sit sacramentum perfectũ, & ex charitate ꝓcedat, atq; ex talibus natũ sit ueniale remitti, sicut ꝑ pectoris tunsionẽ, & aquam benedictã, hinc p̄ter necessitatem potest quis nõ sacerdoti uenialia cõfiteri. Præterea aduertẽdũ, quòd alia sacramẽta nõ consistũt in hoc, qđ accedens ad sacramẽtũ aliquid agat, sed solũ ut recipiat, ut patet in baptismo &c. Sed actus recipientis requiriř ad ꝑcipiendum utilitatẽ, id est, fructũ, seu gratiã sacramẽti in eo, qui suæ uoluntatis cõstitutus est arbiter tanq̃ remouens prohibens, utpote fictionẽ. In pœnitentia uero actus accidentis ad sacramẽtũ est de substantia sacramẽti, qa cõtritio, confessio, & satisfactio sũt pœnitẽtiæ partes, quæ sunt act⁹ ipsius pęnitẽtis. Actus aũt nostri cum in nobis principium, habeant, nequeũt nobis ab alio dispẽsari, nisi ꝑ imperium. Vñ oportet quod ille, q huius sacramenti cõstituiř dispẽsator, valeat imperare aliqd agi Imperium uerò nõ cõpetit nisi iurisdictionem habenti. Hinc de necessitate huius est sacři, ut minister non solum habeat ordinẽ, sicut in aliis sacramentis sed etiã iurisdictionẽ. Ideo sicut is, qui nõ est sacerdos. nõ põt hoc sacramẽtum conferre, ita nec ille qui non hẽt iurisdictionẽ. Hinc sicut sacerdoti, ita & ꝓprio sacerdoti cõfiteri oportet. Cum em̃ sacerdos nõ absoluat nisi ligãdo, seu obligãdo ad aliqd peragendum, ille solus potest absoluere, qui põt ꝑ impe-

Thomas.

Sacra in quibus cõsistant.

imperium ad aliquid agendum confitentem ligare. Quod ex apostolico indulto potest etiam monachis,& religiosis concedi. Sicq; proprius sacerdos uocatur, quicunque legitimam iurisdictionẽ super alium habet. Præterea sacerdos potest dupliciter impediri, ne confessionem alterius audiat. Primò propter defectum iurisdictionis. Secundò, propter impedimentum executionis ordinis. sicut excommunicati,& degradati. Quicunque autem habet, potest ea quæ sunt iurisdictionis, committere. ideo si quis impediatur audire confessionem alterius per defectum iurisdictionis, põt sibi cõmitti per alium quẽcunq; habentẽ in illos iurisdictionẽ immediatã, quòd confessionem audiat,& absoluat, siue per ipsum sacerdotẽ, siue per episcopũ siue per Papã. Si uero confessionẽ audire nõ põt pp impedimentum executionis ordinis, põt sibi audiẽtia confessionum cõmitti p illũ, q illud impedimẽtũ tollere põt. Et si obiiciat, qđ per hoc iudicium inferioribus fit prælatis, dicendum, quòd iudiciũ nulli sit nisi ei subtrahat, qđ in eius fauorẽ est ei indultũ. Potestas aũt iurisdictiõis nulli homini est cõcessa in suũ fauorẽ, sed ad Dei honorẽ, ac subditorũ salutẽ. Hinc si superioribus plat̃is expediẽs uidetur ad diuini honoris promotionẽ, ac subditorũ perfectũ, p aliis, quæ sunt iurisdictionis cõmittãt, in nullo inferioribus iudicat prælatis, nisi forsitã illis, qui q̃runt, quę sua sunt, nõ quæ Iesu Christi. Si uero rursus obiiciatur, quòd Salomõ ait, Agnosce uultũ pecoris tui, quod uidetur impediri per hoc, quòd subditus confitetur alteri, quàm proprio suo pastori: dicendum, quòd rector uultũ pecoris sui, cognoscere põt dupliciter. Primo per solicitam cõuersationis suæ exterioris cõsiderationẽ. Et in hac cognitione nõ oportet, quòd subdito credat, si certitudinẽ facti pro posse scrutetur. Secundò, per cõfessionis manifestationem, nec põt maiorem certitudinem quantũ ad hãc cognitionem accipere, q̃ ut subito credat, quia hoc est ad subueniendũ conscientiæ illius. Vnde in foro conscientiæ creditur homini pro se, & contra se, non autem in foro exterioris iudicij. Ideo ad hanc cognitionem sufficit, quod subdito credat dicenti se esse confessum alteri absoluere ualenti. Et sic patet, quòd talis cognitio pecoris non impeditur per priuilegium datum de confessione audienda. Verum his adhuc dupliciter obiici põt. Primò, quia confessor est proprius iudex, sacerdos, & pastor. Eiusdẽ aũt esse nõ debent esse plures iudices, pastoresq; proprij. Secũdo, quia præceptum ecclesiæ est, ut omnes utriusque sexus ad minus semel in anno proprio confiteantur pastori, & quæritur, utrum confessus priuilegiato, teneat adhuc confiteri suo pastori, potissimè si requirat. Et respondẽdũ ad primũ, quòd in cõueniẽs esset, si duo aut plures æq̃aliter sup eandẽ plebẽ, aut personam constituerentur; sed quod plures ordine quodã, quorum unus extat superior alio, super eandem plebẽ cõstituantur inconueniẽs non est. Sicq; super eandẽ plebẽ sunt pastor parrochialis, & præsul, ac Papa: quorũ q̃libet põt ea, quæ sunt iurisdictionis ad ipsum spectãtia, cõmittere alteri. Quòd si superior cõmittat, qui principalior ẽ, dupliciter potest cõmittere. Primò sic, quòd alterũ cõstituat uice sui, quẽadmodũ Papa, & episcopi ponũt pœnitẽtiarios suos, & tũc talis est principalior inferiore plato, sicut pœnitentiarii Papę, epo, pœnitẽtiarii quoq; episcopi, parrochiali pastore: iõ cõfitens magis tenet illi pœnitentiario obedire. Secundò sic, q̃ alterũ cõstituit coadiutorẽ illius pastoris

Impedimẽta duo ne pœnitẽtis cõfessio audiatur.

Obiectio. Proue. 27.

Vultũ tui pecoris pastor agnoscit.

Cõmissio audientiæ cõfessiõis bifariã fit

Cũq; adiutor ordinet ad eũ, cui datur adiutor, iõ ille coadiutor est minus principalis,& pœnitẽs nõ tñ tenet obedire ei, quãtũ p̃prio sacerdoti. Ad hm q̃ nemo tenetur cõfiteri pctã, quę nõ habet: idcirco si q̃s pœnitẽtiario epi, vel alteri cõmissionẽ ab eo habẽti cõfessus ẽ, dimissa sũt ei pctã sua, quoad Deũ, atq; ecclesiã, nec tenet ea cõfiteri p̃prio sacerdoti, quãtũcunq; petat, sed pp statutũ ecclesiæ, de cõfessione faciẽda p̃prio sacerdoti semel in anno se debet habere ut ille, q̃ habet uenialia solũ: qm̃ talis solũ sua uenialia cõfiteri debet, ut aliqui dicunt vel ẽt p̃fiteri à mortalibus se immunẽ, & sacerdos in foro cõscietiæ credere ei tenet, tñ si iterũ confiteri teneret, nõ frustra fuisset añ cõfessus; q̃a quo pluribus sacerdotibus aliquis eõfiteat, tanto plus ei de pœna remittit: tũ pp erubescẽtiã cõfessionis, q̃ in pœnã satisfactoriã cõputat: tũ, ex ui clauiũ. Vnde posset q̃s toties iterare cõfessionẽ, q̃ ab oĩi pœna liberaret: nec iterãdo facit iniuriã sacro, nisi illi, in quo sanctificatio adhibet p̃ characteris impressionẽ, uel p̃ materię cõsecrationẽ: quorũ neutrũ ẽ i pœnitentia. Ideo bonũ est, q̃ ille, qui auctoritate epi audit confessionẽ, inducat confitentẽ, q̃ confiteatur proprio sacerdoti, Quòd si cõfitens noluerit, nichilominus confessor eũ absoluere debet. Hæc Tho.

Iteratio cõfessiõis quoq; utilis.

Petrus

¶ Cõcordat Pet. p oia, & subiungit, q̃ & Tho, alibi scribit: Ad effectũ duo requiruntur, Potẽtia actiua agentis, & materia debita, ac dispõsita in suscipiente. Hinc ad ligãdũ, & soluẽdũ requrit̃ potestas clauiũ in confessore, & subditus, qui habet ex iurisdictione. idcirco non sufficit cõiteri cuilibet sacerdoti, sed oportet proprio confiteri. Proprius uero sacerdos est duplex: Vnus ex iurisdictionẽ ordinaria, ut parrochialis sacerdos, & epus eius, ac Papa. Alius ex iurisdictiõe delegata, ut is, cui cõmittit auctoritatem audiendi confessionem aliquis p̃dictorũ triũ, aut etiã legatus dñi Papæ. Verũ his obiici posset primò: qm̃ Augu, ait, Cupiẽs confiteri, sacerdotẽ q̃rat sciẽtẽ ligare, & soluere: ergo cõfitit in confitentis electiõe, ac libertate, cui uoluerit, confiteri. Rursus, ut S. fatet Bernar. q̃ institutũ est pro charitate, & salute, cõtra eas militare nõ debet. Proprio aũt sacerdoti cõiteri frequenter esset piculosum, ut si sacerdos sit lasciuus, & fœmina fragilis. Et dicendũ, q̃ uerbum B. Augu, intelligẽdũ est petita, & obtẽta licẽtia, ut si proprius sacerdos omnino ignoratus est, aut dare non uult, nec copia superioris hr̃, sufficit petita, q̃uis nõ obtẽta. In casu quoq; p̃posito, & cõsimilibus, petẽda est licentia, à proprio sacerdote, uel ei⁹ superiore p̃sitẽdi alteri. Quã si dare renuerit, sufficit solũ petita: uel si nõ habeat alterũ, cui p̃siteat, intelligit i hoc casu non habere cõpiã sacerdotis. Porrò plat⁹ à iure cõcessũ ẽ eligere cõfessorẽ, quia frequenter habẽt sacra tractare, q̃ nõ nisi à mũdis, ac dignis tractãda sunt. Hæc Petr⁹.

Sufficit interdũ licẽtia petita cõfitẽdi alteri.

Proprius sacerdos quis dicat

¶ Richa. demũ circa hæc addit: Propri⁹ sacerdos quadrupliciter accipi põt. Primò qui habet iurisdictionem sup alium ordinariã in foro pœnitẽtiæ, tũmõ inferiori, ut pastor parrochialis. Secũdò qui habet eã modo principali, ut episcopus, qui est proprius sacerdos omnium existentiũ in suo episcopatu, nisi aliqui sint exempti, uel mõ principalissimo ficq; Papa est proprius sacerdos omnium christianorũ. Tertio mõ, habẽs iurisdictiõẽ delegatã ab aliquo horũ uel à legato papę. Quarto mõ, habẽs iurisdictionem ex communi concessione, vel promissione, & sic proprii sacerdotes sunt illi, quos episcopi, & abbates exempti eligunt in cõfessores. Talibus enim permittitur. Sic quoq; est proprius

sacerdos

sacerdos presbyter quicunq; illius, quem audit, cõstituti in articulo necessitatis. Sic etiã proprius sacerdos uagabundorum est quicunq; presbyter parrochialis, in cuius parrochia uoluerint confiteri: quoniam tales nullibi habent domicilium propriũ Idem dico de illis, qui relicto, domicilio proprio, nauigant, aut iter faciunt, quærentes, quo se conferant. Idem dicendum de peregrinantibus ad sancta loca. Itaq; necesse est confiteri proprio sacerdoti aliquo horum modorũ. Oportet enim, qđ habeat iurisdictionẽ in eum, quẽ audit, & absoluere debet. His uerbis addit. Richardus. Quãuis potestatẽ clauium omnes discipuli receperint immediatè à Chro, tñ potestatem iurisdictionis receperunt inferiores mediantibus apostolis, aliisq; apostoli mediãte Petro. & utraq; potestas in cõfessiõe exigit.

Richard⁹. Quæstio.

¶ Consequenter Richar. respondens ad istud, utrũ hi, qui confitentur alicui habenti potestatem episcopi, teneãtur anno eodem confiteri suo presbytero parrochiali: Episcopus, inquit, ordinariam habet iurisdictionem super subditos parrochialiũ sacerdotum. Quod autem alicui conueniat ex ordinaria iurisdictiõe, ipse potest cõmittere alteri habẽti ordinẽ cõueniẽtẽ ad illud officiũ exequendũ.

Art. de cõ. eccle. ca. Aqua.

Ergo uerè absoluuntur, qui confitentur habenti auctoritatem episcopi, nec eadem peccata numero suis parrochialibus sacerdotibus confiteri tenent, sed utrum eodem anno teneantur presbyteris illa peccata, quæ post absolutionem incurrit, confiteri opiniones sunt. Et aliqui dicũt, quòd non: qm̃ per presbyterum parrochialem non solum intelligitur curatus inferior, sed etiam episcopus, quod probatur sup id, qđ dr extra de parrochiis, & alienis parrochianis, c. Null⁹ eps Et 9. q. 2. c. Nullus alter⁹. Et c. Nullus primas. Alii dicũt p presbyterũ parrochialem non intelligi nisi inferiorẽ curatũ: qm̃ uerba accipienda sunt secundum qđ sonant in usu communi. Præterea Papa in priuilegio concesso minoribus, & prædicatoribus super confessionibus audiendis, declarando, uidetur dicere, quòd in illo statuto. Omnis utriusq; sexus, intelligitur presbyter parrochialis, qui in communi usu ita uocatur, in hoc, quod dicit, quòd confessi fratribus, teneantur semel in anno suis presbyteris parrochialibus confiteri, prout statuit concilium generale. Cum enim dicendo, presbyteris, excludat non presbyteros: & addendo, suis, excludit non habentes iurisdictiõem super eos: uidetur quod hoc, quod dicit parrochialibus, excludat episcopos, aliàs uerbũ illud, parrochialibus, poneretur ibi frustra. Vbicunq; autem papa aliquid dicit per modum declarationis iuris, si bullatum est, ad omnes se extendit, etiam si non sit insertum inter alias decretales. Cũ ergo episcopus non sit super illud statutum confessi sibi, aut alteri, eius auctoritate tenentur eodẽ anno suo curato inferiori confiteri: Non sic autem dicendum est de confitentibus Papæ, vel habentibus eius auctoritatem absolutè, quoniam papa est super generale concilium. Hæc Richardus.

De pœ. & pẽ. Omnis utriusq;.

Dionysi⁹.

Albertus. Iohan. 20.

¶ Qui tamen primam harum opinionũ plus approbat. Veruntamen, quod ait papam eẽ supra generale cõcilium, recitatiue induco, & dimitto hoc sicut est. Nempe in constantien. concilio cõstat de terminatum esse oppositum.

Matt. 16.

Luce. 22.

¶ Circa hæc scribit Albertus: Nemo potest absolure nisi proprius sacerdos, nec põt aliquis confiteri nisi proprio sacerdoti. Porro quod Christus ait. Accipite spiritum sanctum, quorũ remiseritis peccata &c. non distinguens, nec ordinans inter eos,

Quæstio.

Episcopus põt adiutores dare pastoribꝰ ecclesiarũ

Angelus p̃prius ac dæmon cuilibet alsi gnat⁹, qui bus ceteri adiutores.

4 Reg. 6. a Mac 14.

& media, ac infima hierarchia, imo, & in uno choro, seu ordine.

Qñ alteri quoq; proprio sacerdoti cõfiteri.

¶ Insuper si quis de licentia proprii sacerdotis confiteatur alteri, non tenetur eodem anno sacerdoti proprio confiteri, nisi periculum infirmitatis, aut aliud nouum occurrat. Si autem confiteatur alicui coadiutori, proprii sacerdotis, ordinatio ipsi sacerdoti à superiori, puta episcopo, non de licentia proprii sacerdotis, dico ꝙ adhuc tenetur ꝓprio sacerdoti: nec ille adiutor debet imponere pœnitentiam, nisi indicando confessio, quod quã citiùs poterit, se proprio exhibeat sacerdoti, nisi in casibus quinq; exceptis, in quibus subditus debet licentiam petere à proprio sacerdote confitendi alteri. Primus est, ut dicunt iurisperiti, si sacerdos sit deficiens scientia, aut malitia depranatus. Secũdus, si peccet in parrochia alterius: quia tunc ratione delicti, efficitur de foro illius. Tertius, si in parrochia alterius commoretur. Quartus, si uagatur per longum itur. Quintus, in articulo necessitatis, & in hoc ultimo casu unicuiq; siue habẽti alas ligatas, siue solutas, siue clerico, siue laico, confitẽ dum est, dummodo sit fidelis. Proprius autem sacerdos non potest dare licentiam eundi ad alium, quàm ad eum, q̃ habet potestatem audiendi confessionem à superiori episcopo, uel legato, uel papa. Et causa huius est, nam quamuis sacerdos possit subditum relaxare ut alii confiteatur: non tamẽ potest iurisdictionem transferre in eum, qui alas habet ligatas, sed superior tantũ hoc potest. Ideo quamuis subditus in tali casu possit alteri confiteri: non tamen quilibet alius potest eum audire. Cũ demum licentia dicitur esse obtenta, credendum est, quòd rationabiliter sit obtenta: & dum rationabiliter petitur, etiam si negetur, potest, ac debet iudicio meo, quæri alter confessor, qui habeat iurisdictionem: quoniam aliter esset fatuitas: quia nõ obstante ordinatiõe quauis ecclesiæ, possum cauere periclitantem me, seu periclitationem in corpore, & factum esset dicere, quòd aliquo casu teneret sequi uolentem me præcipitare in mente. Vtile quoq;, & salubre uidetur religiosis, & honestis personis conferre priuilegium audiendi cõfessiones: & illę personæ possũt eos audire, quos uerbo, & exẽplo mouerint, ita quòd ipsis cupiũt cõfiteri.

Nõ potest confessio fieri ex licentia pastoris nisi habẽti potestatem audiendi.

Iezech. 13

Quæstio.

¶ Postremò dum quæritur, an sic confessi, tenetur proprio sacerdoti eodem anno eadem denuo confiteri: Dicendum firmissimè est credendum, ꝙ propter nimiam negligentiam sacerdotum, pontifex summus dedit quibusdam religiosis, seu aliis priuilegium istud, quia perpauci inueniuntur ueri pastores, & plurimi sunt conducti uicarii precio uili, & quod abominabilius est, in multis terris cõducti sunt ad annũ, uel mediũ annũ, in quibus impleri uidetur, quòd per Iezechielem conquæritur dominus, Pro fragmento panis, & pugillo ordei corrumpebant populum meum. Ideo necessarii satis sunt uiri boni, qui uita, & scientia prædicti, instruant, ac audiant populum, & absoluant: qui tñ propter pastoralis officii dignitatem, ac reuerentiam sacerdotum, & quia non eis coram subditis detrahendum est, debent ipsis deferre honorem. Ideo uidetur, quòd priuilegiatus absoluens debet confessis iniungere, quatenus ad minus in generali ostendat se suo sacerdoti, si pastor est, aut perpetuus uicarius, quod non oportet, si sit conductus, ad tps uicarius. Et si obiiciatur, ꝙ talis iã absolutus est, dico ꝙ quãuis sit absolutus nihilominus innotescere debet gubernatori suæ ecclesiæ, qui ꝓprius

Quo suo ꝓprio sacerdoti cõfiteri debẽt se offendere.

Obiectio.

est sacerdos, Propter quod debet se illi ostendere, per confessionem in genere peccatorũ, in quibus fuit, & etiam propter conscientiam proprii sacerdotis, ut secura sit: quoniam debet illi ministrare sacramenta, atq; pro eo reddere rationem. Itaq; quãuis ille sit coram Deo absolutus: tamẽ adhuc multa exiguntur ab eo: nec aliquis in tantum est absolutus, quin per contemptum possit incidere in peccatum mortale. Idcirco ut assecuret suum gubernatorem, tenetur se ei in genere ostendere, si gubernator ille uoluerit, imo si confiteatur pœnitẽtiario superioris, adhuc expedit ut pœnitentiarius ille istud confesso iniungat, ut seruetur ordo ecclesiæ, & officium sacerdotum ad populũ ipsum, sicq; in aliquo remittat confessum ad propriom sacerdotem. Quod nisi pœnitentiarius ageret, eum grauiter peccare putarem: tamen ad hoc magis tenentur, qui ex priuilegio audiunt confessiones: quia non sunt uocati, nisi in subleuamẽ negligentiæ ꝓpriorum sacerdotum. Propterea magis debent cauere, ne dissipent officiũ sacerdotis curati ad populum, reuerentiamq; populi ad sacerdotem. Et si quæras, si oportet sic iterum confiteri, proprio sacerdoti, quid utilitatis consequitur pœnitens confitendo confessori priuilegiato; dicendum, ꝙ res utilitates cõsequit̃ inde. Prima est absolutio perfecta, q̃ duplicata facit debitæ pœnę diminutionẽ, & gręę incremẽtũ ad confirmationẽ. Secunda est abũdantia sani cõsilii, ex quo pœnitẽs efficit̃ securior de sufficientia pœnitẽtię sibi iniũctę. Tertia est multiplicitas orationũ, ac testiũ coram Deo: ꝙ quo pluribus confitetur, tãto plures habet apud Deũ intercessores, ac testes. Hæc Albertur. Cuius scripta multum rationabilia uidentur esse.

Iteratio cõfessiõis quid conferat

Bernard.

¶ Præterea circa hæc differuit Bonauẽtura, primò respõdẽdo ad istud, an liceat ꝓfiteri laico. De ꝓfessiõe, ingt cõtingit loq; pupliciter. Primò ut actꝰ uirtutis directè repugnãs hypocrisi, quo actu hõ se ipsum accusat, ne alius appareat, quãm est: aut etiã mala sua apperit, ad inuestigandum culparũ suarũ curationẽ. Sicq; confessio fieri potest cuilibet, qui põt adiuuare instruendo, consulendo, orando, coram quo accusans se erubescere põt, & humiliari, & alter exemplo humiliationis huius humiliari nõ peccatorum notitia deprauari. Nã ut super Cãtica ait Bernardus. Vir perfectus tãcus est ueritatis amator, quòd quãtũ in se est, uellet pctã sua omnibus esse nota, dummõ essent eis nõ occasio mali, sed boni. Secundò, confessio est opus sacri pñię, & ita sacerdotibus solũ est facienda. Quod uero sanctus Iacobus apostolus ait, Cõfitemini alterutrum peccata uestra, quidam exponunt de uenialibus tantũ, alii de confessione peccatorũ in generali, alii de mutua recognitione propriæ culpæ in quotidiana correptione, aut pro clamatione, in quibus homo non debet se incõsiderate, impatiẽterue excusare.

Iacobi. 5.

¶ Deinde quęrit hic doctor, an licet homini ꝏ uoluntatem sui superioris cõfiteri alteri discretori. Respõdet, Cõfessio sacramẽtalis nõ nisi iurisdictionẽ habenti est facienda. Proprius uero sacerdos tripliciter dicit̃, utpote propriè, communiter, & cõmunissimè. Cõmunissimè dicitur ꝓprius sacerdos quicunq; põt confitentem absoluere siue ꝓ auctoritatẽ ꝓpriam, siue per commissionem, uel demandationem audiat confessionẽ, ut hi, qui priuilegiũ habẽt audiendi confessiões dum prædicat. Cõmuniter uero, q̃ ex propria auctoritate, aut officio, tã quã ꝓlatus ordinarius, potest absoluere, sicut episcopus. Propriè autẽ, q̃ administrat sacramẽta, & cui

Proprius dicitur sacerdos tripliciter.

Prelatus ex officio absoluit, vt episcopus.

cui commissa est specialis cura, ut sacerdos parrochialis. Et cuilibet horum licitum est confiteri. Cõfessus quoque superiori ut episcopo, non tenetur iterum confiteri parrochiali: sed sufficit, quòd innotescat ei, nisi remittatur ad eũ. Sed de sacerdote q̃ audit confessiones ex cõmissione, uel demandatione, nec habet curam, distinguendum est. Aut enim commissa, & data est ei licentia a sacerdote curato, & tunc sacerdos commisit ius suum, sicq; qui confitetur ex licentia sacerdotis, non tenetur iterum ipso anno confiteri ipsi sacerdoti, quamuis sacerdos hoc exigat, nisi confitens recidiuet: quia sacerdos ille ius suum, ac potestatem pro tempore illo alteri dedit. Aut est auctoritas commissa à superiori ordinario, & tunc aut plena, aut in casu. Si plena, iudicandum est sicut de ordinario ipso, uidelicet quod confessi eis non tenentur confiteri iterum proprio sacerdoti, ut patet de pœnitentiariis domini papæ & episcoporũ. Aut in casu, ut his q̃ prædicant datum est priuilegium audiendi confessiones, & hoc ut credo, non in præiudicium sacerdotum bonorum, sed potius in fauorem fidelium & propter ignorantiam, atque maliciam plurium sacerdotũ. Hinc dico, ꝙ propter priuilegium illud sacerdotes parochiales suo iure non priuantur. Imò procurandum est, quòd eis à suis parrochianis debita reuerentia impendatur. Nec cõtra hoc facit priuilegium, imò credẽdum est, quòd omnes parrochiani quandocunque & quotiescunque talibus confiteantur, tenentur tamen propriis sacerdotibus confiteri, si boni, ideoneiq; consistant, & exigant, nec aliter sint contenti. Et hoc dico, saltẽ semel in anno, de peccatis, quæ habent tunc. Si uerò sic confessus habet legitimam causam, ob quã refugit proprio sacerdoti confiteri, non tenetur ei iterum confiteri: q̃m in fauorem habentium talem causam, datum est priuilegiũ illud. Si aũt nõ habet talem excusationem, nec uelit proprio sacerdoti cõfiteri, uix crederem eum uerè pœnitentem. In oĩbus autem tanum consilium est, ut priuilegiati remittant sibi confessos ad proprios sacerdotes, ut si contenti non sint, iterum audiant illos. Verum ut aliqui iurisperiti probabiliter dicunt, non tenentur confessa, de quibus absoluti sunt, iterum confiteri. Imò interdum quædã enormia ex uerecundia contingit eos omittere confiteri proprio sacerdoti. ideo non sunt ad hoc nimis artandi. Deniq; ista probantur, & patent auctoritate canonis Innocentij papę, in generali concilio præcipientis: Omnis utriusq; sexus fidelis ex quo ad annos discretionis peruenerit, oĩa peccata sua saltem semel in anno cõfiteatur proprio sacerdoti. Et rursus in eadem Decretali: Si quis ex causa uoluerit confiteri alij, prius licentiam petat, & obtineat à proprio sacerdote. Item de pœnitẽtia distinctione sexta Vbanus secundus, placuit ut nulli deinceps sacerdotũ liceat quemlibet cõmissum alteri sacerdoti suscipere ad pñiam sine eius ꝓsẽsu, cui se priùs cõmisit.

Cõmissio audientiæ cõfessiõis duobus fit modis.

Confessiones audiẽtes ex priuilegio.

Consilium.

Quæstio.

Confessio fit secreta

Quæritur quoq; an oporteat confiteri in secreto uel magis in publico. Respõdetur, quòd confessio regulariter fieri debet in secreto, nisi sit crimẽ ita enorme, quod totam commouerit urbem, pro quo & publica seu solennis pœnitentia imponatur ut si sic hæreticus manifestus. Sed quantum est de confessione secundum legem cõmunẽ, dẽt unico fieri sacerdoti in priuato. Nam, & occultatio huic cõpetit sacramento duplici ratione. Primò, q̃a in confessione peccata manifestantur, quatenus deleantur, & occultentur quasi nõ fuerint. Secundò: q̃m manifestantur confessori loco Dei, ad testimonium conscientiæ quæ Deo est nota, quã & hõ nõ uult passim hoĩbus, ꝓpalare. Rursus peccata confessa occultarentur, plurimi à confessione traherẽtur. Hæc Bonauentura.

Durandus

Episcopus potest suæ diœcesis quoscũq; audire.

¶ At uerò Durandus: differentia, inquit, est inter audientes confessionem ex commissione episcopi & ex priuilegio papæ: quia in priuilegio includit̃ cõmissio. Certum est aũt, qd̃ eps põt audire cõfessiones oĩum suæ diœcesis sine propriorum licentia curatorũ. Hanc quoque potestatẽ põt committere aliis sicut præhabitũ est, & probatũ: nec solũ põt eã committere sacerdotibus secularibus, sed & religiosis, & monachis, quamuis quidam hoc negẽt propter uaria iura, quæ habentur decima sexta qõne prima, in quibus audientia confessionũ uir monachis expresse prohiberi, sed sicut ex aliis patet causis, hoc intelligitur, nisi de licentia episcoporũ: q̃m cum eorũ licentia possunt hoc. Ex quibus concluditur, quòd sicut episcopus potest per alium ex communicare subditos sacerdotum parrochialiũ, ipsis in uitis: sic per se & per alium potest audire cõfessiones eorum, inuitis curatis. Et hoc expresse declaratum est per Alexandrum papam, qui, & oppositum pertinaciter asserentes, tanquam contumaces, ac rebelles Romanæ ecclesię reprobauit. Idem confirmatũ est per papã Clementẽ. Hæc Durãdus.

Dionys.

¶ Cuius dicta in sua generalitate, ut sonant, nõ uidentur posse saluari. Ad minus namq; monachis exemptis, ab episcoporum iurisdictionibus non possunt episcopi officium istud præcipere.

Scotus.

¶ Præterea Scotus hic scribit: Dicunt aliqui qd̃ si quis habet peccata mortalia, tenetur illa præcisè confiteri, & nõ uenialia. Si aũt habeat uenialia tantũ, tenetur ad cõfessionẽ illorum in casu illo, propter præceptum ecclesiæ de semel cõfitendo. Sed non intelligo istud; quia cum dicitur in Decretali, quod quilibet tenetur semel in anno omnia sua cõfiteri peccata, aut sit ibi distributio de peccatis uenialibus aut non. Si sic ergo habens mortalia, tenetur uirtute illius præcepti ad uenialium confessionem. Si non, ergo non habens mortalia, sed tantum uenialia, non tenetur ad confessionem ipsorum. Hęc Scotus.

Sententiæ Scoti contradictio. Quo intelligantur decretal. Omnis utriusque sexus de pœnit.

¶ Cuius uerba contraria sunt communi doctrinæ. Hinc dico, quòd in Decretali illa hoc, ꝙ dicitur omnia peccata sua, dupliciter accipi potest. Primò absolutè, & prout communiter inuenitur, & ita est ibi distributio de peccatis mortalibus, quibus pro dolor communiter sunt homines inquinati. Secundò, in certo casu, & ꝓut aliquando reperitur. Sicq; est ibi distributio pro uenialibus, secundum quod bono modo occurrere possunt memoriæ, uel quãtum ad genera singulorũ, & ita Decretalis locum habet in habentibus uenialia tantum. Verba autem accipi possunt tam in sensu quem faciunt, quàm in sensu quo fiunt. Imò apparet, quod q̃is decretalis illa non esset, adhuc tamen habẽtes uenialia, tenerentur eadem confiteri tempore opportuno. Primò, ne uidentur singulares, atq; à generali ritu, ac obseruantia ecclesię sequestrati. Vnde Albertus in libro suo de laudibus sacratissimæ, ac beatissimę uirginis, ait quòd & ipsa mundissima uirgo confiteri solebat, quãuis de hoc nõ sit magna certitudo, & de modo, quo hoc fieri potuisset, est difficultas. Secundo, & quia & innocentibus est incertum an in mortali existant, nisi de hoc desuper instruatur.

Albertus.

¶ Deinde Scotus subiũgit: Ex prima institutione ecclesiæ nõ uidetur fuisse distincti proprii sacerdotes.

Scotus.

tes. Quando enim apostoli ibant hincinde prędicādo, nunc fuit iste sacerdos huius gentis, nunc illius & nunc iste, nunc ille. Postmodum uerò sunt distinctæ diœceses, atque parrochię. Pro tunc tamē possunt dici proprii sacerdotes quicunque, habentes iurisdictionem ordinariam uel commissam &c.

¶Contra hæc uerba obijci posset, quod etiā primitiua ecclesia ordinatissima fuit, ipseque gloriosus princeps apostolorum Petrus, cęterorum quoque apostolorum pręlatus, ipsis determinauit in multis quid agerent, quo tenderent, quid ordinarent: & cum ipsis ordinationes fecit, & canones, ac præcepta, sicut de hoc in tractatibus de ecclesiastica potestate, & auctoritate generalium conciliorū multa induxi. *Dionysius Carthusia. Obiectio.*

¶Amplius Scotus testatur nullum esse præceptū de confessione laico facienda. Et forsitan, inquit, utiliùs esset non accusare se illi, præsertim si homo apud se in consideratione peccatorum suorum tātam posset uerecundiam de suis habere peccatis, sicut manifestando hæc laico. *Scotus.*

¶Deniq; de his multa scribit in quodlibetis suis Henricus, præcipuè septimo quodlibeto, ubi pluri mas mouet quæstiones hæc concernentes, ad quas diffusè, ac pręclarè respōdere uidetur. Et quærit in primis, quis potior sit in iure, id est, quis maius ius habet ad prędicandum, & ad confessiones audiendas, curatus seu eius uicarius, uel frater priuilegiū habens exercendi actus huiusmodi. Ad quod regulariter loquendo curatus, cui ex proprio officio pastorali incūbit, & quoniam priuilegia in fauorem populi sunt concessa, non in fratrum fauorē, ipsiq; fratres sunt pastoribus in adiutorium, ac supplemētum dati, ac ordinati, ita quod potius cedere debent curatis, quàm conuerso. Ad quod allegat, qđ sanctus & gloriosus ut beatus Franciscus fatetur in regula sua, & fratribus suis iussit: Fratres, ingens non prædicent in episcopatu alicuius, cum ab eo ipsis fuerit contradictum, seu interdictum. Consimile quoque uerbum in suo asserit testamento: Si haberem, dicens, tantam sapientiam ut Salomon, & inuenirē pauperes sacerdotes in suis parochiis, nollem prædicare ultra seu contra uoluntatem ipsorum. Et ita pastores, sunt in agro dominico quasi messores, fratres uerò quasi spicarum collectores. Et istud regulariter est intelligendum, quando pastores, aut eorum uicarii sunt idonei, utpotè uita atque scientia digni, diligentes, exemplares & operosi. Si uerò sint imperiti, scandalosi, desides aut certe maleuoli, fatetur. hic doctor quòd pinguius ius hābeat frater priuilegiatus, & ei cedere debet curatus, ipsumque aduocare. Similiter, si curatus idoneus sit non debet eum frater in actibus sui officii impedire. De his diffusè prosequitur doctor iste. *Henricus. Quæstio. S. Frācisc⁹.*

Et si obiiciatur quia ius speciale derogat generali, respondet ꝙ regula illa in aliquibus casibus tenet & in aliquibus non sicut declarat. Verum ista respōsio non uidetur contentioni finem imponere, sed, fomentum præbere. Quis enim iudicabit in tali occursu, an idoneus sit pręclarus, præsertim cum præsidens reputetur de iure communi idoneus, q̃diu ab ecclesia toleratur. Et quāuis sit ualde idoneus, & sermocinator egregius, non tamen tam perfectè poterit creditum sibi gregē instruere, atque de singulis ad salutem necessariis aut expedientibus docere, ui debeat æstimare ꝓrsus sufficere, capacitatemque parrochianorum suorum esse repletam, nec ex aliorū sermocinatione ampliùs posse proficere, inflāmari, muniri: ideo debet uiros religiosos regulariter conuersanes, uita famā, scientia, & exēplo insignes, libētissimè admittere, aduocare, inuitare, imo & trahere ad euangelizandum sibi commissis. Eos uerò qui uitiosa conuersatione, ac fama odibili destruunt ea, quæ clamant libentius quantum fas eū, refutare. Nec ullum est dubiū, disputationeve dignū, qn uenerabiles patres, ac fratres priuilegiati, legitimè conuersantes, literati & serui di, ineffabiliter prosint, atq; fructificens ouibus Christi: idcirco q̃ tales admittit inuitè, per sequitur aut molestat, lupus est, nō pastor, & Pilatus potius q̃ prælatus; Talis planè infelix, & cæcus est, seipsum quærens, suum honorē, sua & commoda, nō Christi honorificentiam, cultum, ac animarum salutem. *Obiectio. Solutio. Confessores in ordinibus mendicantium priuilegiati proluant.*

¶Consequenter quærit Henricus, utrum erroneum sit dicere, ꝙ uerè pœnitens, & confessus. ritéque absolutus ab eo, qui potest, teneatur eadem numero peccata iterum confiteri. Respondet, Sciēdū quod Raymundus in Summa sua sic quærit: Nūqd peccata semel confessa tenemur iterum confiteri? Ad quod respondeo subiungit: Dicas, quòd non regulariter. Quocirca notādum, quòd dicendo regulariter, innuit in aliquo casu oportere eadem denuo confiteri. Regula nanq;, ut dicunt grammatici, est generale documentum plura in una similitudine continens, in aliquibus tamen deficiens. Vnde Raymundus subiungit: Solent excipi quatuor casus, in quibus tenemur iterum confiteri qui notantur super uerbo hoc, denuo: imò, & præter illos est alius. Itaque considerandum est hic aliquid ex parte sacramenti pœnitentiæ, & aliquid ex parte confessoris, & aliquid ex parte confitentis. Quantū ad primum, simpliciter respondendum quod non oportet ꝯfessa iterum confiteri; quia hoc esset ex debilitate & insufficientia sacramenti, quod nephas est dicere. Ex parte confessoris sunt duo pensanda. Primum est eius potestas, secundum est eius industria, ad discernendum peccatorū grauitatē, ac qualitatem. sicq; in glossa prætacta ponitur primus casus, in quo confessa oportet reconfiteri nō eidē, sed alteri, utpotè ꝓpter nimiā imperitiā eius. Vnde hr̃ in glossa: Si sacerdos meus est imperitus, teneor confessionē ei factā alteri discretiori propalare. Propter quod Aug. in libro de pnīa loquitur. Qui confiteri uult peccata ut inueniat gratiā, quęrat sacerdotem scientem ligare, & soluere. Et Vrbanus papa distinctione sexta canone placuit. Nulli sacerdotum liceat quēlibet alteri cōmissum ad pœnitentiam suscipere sine eius consensu, cui se cōmisit, niū propter ignorantiam illius, cui pęnitens est confessus. Si uerò confessor potestatem absoluendi nō habet oportet alteri habenti potestatē cōfiteri. In extrema uerò necessitate q̃libet sacerdos pōt absoluere. nec tunc pęnitentia est iniungenda, sed insinuanda, qđ si æger conualescat, debet accedere ordinariam potestatē habentē, & præsentare se ei, ac dicere se esse cōfessum absolutū, pnīam quoq; sibi insinuatam, implere paratū. Alii dicunt, qđ dēt superiorē adire, & ei rursus singula confiteri, ac satisfactionem ab ipso recipere, quod uerius credo. *Quæstio. Contingit peccata semel cōfessa denuo esse confitenda. August. In extrema necessitate confitendum quomō.*

¶ Ex parte etiam confitentis debemus duo perpendere. Primum est, an sit uerè pœnitens, an non: & si sit pœnitens, an sit subditus ei, cui confitetur, an non. Si non sit uerè pœnitens de quocunque mortali, tunc fictus confitetur, nec uerè absoluitur & tenetur eadem iterum confiteri. Similiter si non sit subditus confessori. Si aūt sit cōfessori subditus tūc aut est aliud circa ipm cōfitētē impediēs ne absoluat, ut si aliqd spōte celet, & sic nequaq̃ absoluit, quia

quia nec uerè confessus est. Si uerò circa confitētem non est aliquod impedimentum quin absoluatur per primam confessionem, aut id propter qđ iterato confitendum est, contingit ex aliqua obligatione circa confitentem, quod potest esse dupliciter. Primo sic, quòd obligatio facta est circa confitentem à superiori prælato, qui iussit ut confitēs alicui determinatè confiteatur præter eum, cui cōfessus est, aut ex parte confitentis circa seipsum: vt si promisit alteri confiteri, uel si confessor pro pœnitentia ei iniungat, vt adhuc alteri confiteat. Sed quæstio ista specialiter proposita est propter hoc, an confitens confessus, & absolutus, teneatur quādoq; iterum confiteri propter obligationem sibi factā à superiori de confitendo alicui determinatè, ut si episcopus meus dicat mihi. Henrice propter deuotionē, quam populus diœcesis meæ erga te habet, & propter fructum, quem consequi potest tibi cōfitendo, damus tibi plenam auctoritatē audiēdi confessionem ipsius: sic tamē, ut quicunq; tibi confessi fuerint, teneantur eadem peccata saltem semel in anno ꝓpriis suis sacerdotibus iterum confiteri, atq; ut tu ad hoc agēdum eos diligēter horteris. In quo casu dico ꝙ cōfitens, à me ritè absolutus, tenetur iterum eadem peccata suo presbytero confiteri: imò nec absoluitur à me, nisi habendo ꝓpositū illud implendi. Quod nisi impleuerit, facultate oblata, inobedientiæ peccatum incurrit: à quo absolui non poterit, nisi proposito iterandæ cōfessionis resumpto. Hæc idem.

¶Qui tertiò sciscitatur, an confessi fratribus ordinis prædicatorum & minorum, teneantur eadē peccata denuo confiteri proprio sacerdoti ad minus semel in anno. Quocirca scribit prolixè, & respondet affirmatiuè, ꝙ scilicet teneantur ad hoc, ac protestatur, ꝙ si sibi datū esset priuilegium qđ datū est fratribus illis non auderet eo uti nisi efficaciter confitentibus sibi, ꝙ eadem peccata confitērentur suis curatis: & non solum ea, quæ sibi confiterētur, sed & omnia quæ toto anno commiterent. & quod intentio summi pontificis non fuit euacuare Decretalem illā generalis cōcilii, Omnis utriusque sexus &c. nec derogare auctoritati aut iuri ꝓpriorū seu parrochialium sacerdotū. Recitat quoque qualiter coram uniuersitate Parrhisiensi conuenerunt domini archiepiscopi, protestantes se ita sentire & à doctoribus requirentes, quid sentirent. responderuntq; doctores tam theologi, quàm iuristæ se ita sentire, quousq; pontifex summus suam circa hoc declararet intentionem. Deniq; cum ipsis curatis diuino competat iure, & ex debito officio pastoralis incumbat prædicare populo suo de pertinentibus ad salutem, & qualiter debeat resistere uitiis, præualere tentationibus, ad uirtutes se dare, à pristinis prauitatibus abstinere: nonne ualde expediens est, ut ipsorum interiora cognoscant uitia, & defectus, ac pristina mala? Ad qđ maximè cōfert, ut saltem semel in anno personaliter audiant confessiones ipsorum: quas audiendo, etiam diligenter, ac debitè ipsos informent, ac sciant qualiter ad sacram communionem sint dispositi. *Quæstio. De pœ & remissione.*

QVAESTIO VIII.

Quæritur quoq;, *An teneamur ex charitate confiteri, & utrum is, qui non confitetur ex contritione, impleat preceptum ecclesiæ de confitendo semel in anno.* ¶Videtur ꝙ ex charitate cōfiteri tenemur. Confessio namq; (ut dictum est sæpe) est actus uirtutis, & (ut ait auctoritas) omnia in confessione lauantur, & cum sit sacramentum, contentiua, & effectiua est gratię. Prætetea ecclesiæ obediendo in confitendo, & in aliis actibus bonis, meremur uitā æternā, sicut ait saluator. Si uis intrare ad uitā, serua mādata. Et rursus. Qui uos audit, me audit. Qđ esse non ualet, nisi ex charitate efficiatur. *In partem affirmatiuam. Bernard. Matt 19. Luc. 10.*

¶Ad hoc antisiodorensis respōdet: Ex charitate conteri, & satisfacere obligamur, & omne, quod satisfactorium est ex pœnitentia, tenemur ex charitate peragere. Nam & conteri satisfactorium est satisfactione interiori. Vnde, & ex charitate confiteri tenemur, ad hoc, ꝙ sit confessio satisfactoria. Sicq; sub conditione tenemur ex charitate confiteri, & non simpliciter. Ideo si quis confiteatur, quāuis non ex charitate, absolutus est ab obligatione confitendi, & absoluendi exteriùs quo ad forum ecclesiæ: & adueniente charitate, seu uera cōtritione, incipit confessio illa ualere, & uis clauium suū habere effectum: ideo non tenetur hoc denuo confiteri Sed quo ad Deum, confessio nulla est sine cōtritione: nec absolutus est quis per confessionem ex contritione non factam. Et est simile, dum sacerdos iniungit confitenti ut ieiunet feria sexta in pane, & aqua, iste tenetur taliter ieiunare, tantum sub conditione, uidelicet si hoc ieiunium erit ei satisfactorium. Vnde si non ieiunet ex charitate, nō omittit, nec tamen satisfacit, sed absolutus est quantum ad sacerdotis præceptum. Nec ualet argumentatio ista. Teneť conteri ex charitate, ergo, & confiteri: quia tam conteri, quàm satisfacere est purè morale. Confiteri uerò exteriùs coram homine, non est purè morale, ut dictum est. Hæc Antisiodorensis. *Antisiod. Responsio.*

¶At uerò Thomas: Confessio, inquit est Actus uirtutis & pars sacramēti. Atq; ut actus uirtutis, est actio meritoria propriè: & sic non ualet sine charitate, quæ est promerendi principium. sed prout est pars sacramēti, ordinat confitentem ad sacerdotē habentem claues ecclesię, & per confessionem cognoscit conscientiam confitentis. Sicq; confessio potest esse ēt in eo, qui non est contritus. Potest em̄ peccata sua innotescere sacerdoti, seq; subijcere clauibus ecclesiæ. Et quamuis tunc non percipiat fructum absolutionis, tamen recedente fictione recipere incipit. Idcirco qui fictè accepit, non teneť confessionem iterare, sed fictionem suam debet sacerdoti postmodum confiteri. Contritio autem, & satisfactio fiunt Deo. idcirco de ratione earum est, ꝙ sint Deo acceptæ. qđ esse nō ualet sine charitate. *Thomas. Confessio quæ sufficiat ecclesiæ præcepto.*

¶Quærit quoque, an oporteat confessionem integram esse. Dicendum ꝙ sicut in medicatione corporali oportet medicum non solum cognoscere unum morbum, contra quem dare debet medicinam: sed uniuersaliter totam habitudinē ægri, qm̄ unus morbus ad coniunctionem alterius aggrauatur: & medicina, quæ uni morbo competeret, alteri præberet fomētum: ita est in spirituali medicamine uitiorum. Nam unū grauatur ex alio, & quod contra unum peccatum esset aptum remedium, alteri consisteret incentiuum, cùm unus & idem frequenter contrariis uitiis sit infectus. Idcirco de necessitate confessionis est, qđ homo oīa sua cōfiteatur peccata, quæ in memoria habet. aliter non est confessio, sed confessionis simulatio. *Quæstio. Quæstio.*

¶Verum circa hoc quæritur: Interdum enim cōtingit qđ cōfessio facta cōfessione, alicuius peccati memoria occurrit, cuius in cōfessione immemor fuit; an tenetur illud eidem sacerdoti cōfiteri, aut ēt alia iā cōfessa reconfiteri. Et rñdendū qđ aliq dicūt cū qui sic recordatur peccati obliti, oportere nō solū illud cōfiteri, sed, & alia iā cōfessa, ꝑsertim sine *Opinio.*

si nequeant eundem sacerdotem habere ad confitendū. quatenus totius culpæ quantitas uni innotescat sacerdoti. Sed hoc necessarium non uidetur. Peccatum namque habet grauitatem ex seipso, & ex coniunctione alterius culpæ. Peccatorum uerò de quibus confessus est, quantitatē manifestauit, quā habent ex seipsis. Et ad hoc, ꝙ utrāq; quantitatem huius peccati sacerdos agnoscat, sufficit, ꝙ confitens hoc peccatū dicat in generali, ꝙ dū alia multa pctā cōfitebatur, huius peccati fuit oblitus.

Quæstio. ¶Verum tunc iterum quæritur, quid sit agendū qñ sacerdos nō potest confitentē de omnibus, sed de quibusdā peccatis absoluere. Et dicendum quòd q̄uis sacerdos non ualeat illum de omnibus absoluere: confitens tamen tenetur ei omnia confiteri, quatenus cōfessor quātitatem totius culpæ cognoscat: atque de his, à quibus absoluere nequit, ad superiorem remittat.

Quæstio. ¶Amplius quæritur, an quis possit cōfiteri per alium, seu per scriptum. Videtur ꝙ sic, quia, & ita potest, sacerdoti omnia sua insinuare peccata Imò interdū oportet per interpretem confiteri. Et rursus, propter absentiam sacerdotis uidetur istud qñ que necesse. Respondendū, ꝙ confessio est actus uirtutis & pars sacramenti, ut dictum est sæpe, & quamuis ad eam, ut est actus uirtutis, sufficeret qualitercunq; fieret, etiam q̄uis maior difficultas esset in uno mō, q̄ alio: attū ut est pars sacramenti, habet actum determinatum, sicut & alia sacramenta habēt determinatā materiā. Et sicut in baptismo ad designandum interiorem ablutionem, assumit illud elementū, cuius est maximus usus in abluendo, ita est in actu sacramentali: ad manifestandum ordinatè assumitur ille actus. quo maxime consueuimus manifestare, utpotè propriū uerbū. Alii em modi sunt inducti in supplementum ipsius. Porrò in eo, q̄ usum linguæ non habet puta in muto, uel qui est alterius linguæ, ufficit, ꝙ per mutum aut interpretem cōfiteatur: qñ non exigit ab homine plus, q̄ possit. In absentia quoq; proprij sacerdotis potest et laico fieri confessio: ideo non oportet, ꝙ fiat p scriptū, ga plus pertinet ad necessitatem confessionis actus ille, q̄ is, cui fit cfessio. Hæc Thomas.

Necesse ē verbo confiteri in ijs quo possint.

Quæstio. ¶Qui adhuc circa hæc mouet aliquas quæstiones de effectibus confessionis, quę difficultatē non habent, atq; ex præinductis solui faciliter queunt.

¶Nam quærit an confessio liberet à morte peccati, an liberet aliquo modo à pœna. utrum aperiat paradisum, an tribuat spem salutis. Ad quæ omnia patet ex dictis solutio, Sacramēta enim euāgelicę legis cōtinent, & conferunt gratiam, suntq; medicinarum spiritualium contentiua. Et sicut baptismus directè ordinatur contra originale, sic pœnitentia, seu confessio contra actuale. Ab ingressu aūt paradisi cęlestis nil impedit nisi peccatum. idcirco hoc sacramētum eo ipso quo aufert peccatū aperit ianuam regni per modum meritoriæ causæ. Sic quoq; parit, ac influit spem salutis, à qua nil impedit nisi iniquitas, Parit quoque confidentiam, ac testimonium conscientiæ bonæ.

Quæstio: Confessionis bonæ quæ sit ꝓprietas.

¶Postremo hic quæritur de cōditionibus, seu ꝓprietatibus confessionis, q̄ tanguntur his uersibus:

Sit simplex, humilis, confessio pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda, discreta, libens, uerecunda,
Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Itaque harum conditionum quædā sunt de necessitate cōfessionis, quædam de bene esse ipsius: Ea demum, quæ sunt de necessitate confessionis, aut competunt ei inquantum est actus uirtutis, aut secundum quod est pars sacramenti. Si primò modo aut ratione uirtutis in gñe, aut ratione specialis uirtutis, cuius est actus, aut ex ratione actus. Virtutis aūt in genere sunt quatuor conditiones, ut ij. Ethicorum habetur. Prima, est ut quis sit sciens, & quātum ad hoc. confessio dicitur esse discreta, secundum quod prudentia requiritur in actu omnis uirtutis Et discretio ista cōsistit in hoc, ut maiora peccata cum maiori pondere confiteantur: Secunda conditio uirtutis est, ut sit eligēs: qm actus uirtutū uoluntarii esse debent, & quantum ad hoc, dr esse libens, Tertia conditio est, ut ꝓpter finem debitū operetur. ideo dicitur pura, ut scilicet intentio recta sit. Quarta, ut immobiliter operetur quantū ad propositū cordis, ita ꝙ intēdat immobiliter inhere uirtuti. Est aūt cōfessio actus uirtutis pœnitentiæ, quę primò initium sumit ex errore turpitudinis peccati. & quantū ad hoc, confesio debet esse uerecunda. Secundò progreditur ad dolorem de peccato cōmisso: & quantū adhoc, debet esse lachrimabilis, saltem lacrymis mētis. Tertiò, in abiectionem sui terminatur. Ideo additur, humilis, ut se miserum, & infirmum confiteatur. Ex propria uerò ratione huius actus, q̄ est cōfessio, habet, ꝙ sit manifestiua quę manifestatiua. quæ manifestatio impediri ꝓ quatuor pōt. Primò, ꝓ falsitatē: ideo dr fidelis. i. uera. Secundò, ꝓ obscuritatem, hinc subditur nuda ut non inuoluat ueritatem obscuritate uerborum Tertiò, ꝓ uerborū multiplicationem. idcirco dēt esse simplex, quatenus non recitet in confessione nisi qd ad quātitatem ptinet culpæ. Quartò, ut non subtrahat aliqd de his, quæ manifestant peccatū. iō ait integra. Verum prout confesio est pars sacramenti, si concernit iudicū sacerdotis, qui minister est sacramēti unde oportet, ꝙ sit accusans seipsum ex parte cōfitentis, & obedire parata ipsi confessori, & secreta. quātum ad conditionem fori, in quo de secretis cōscientiæ agitur. Sed de bene esse confessionis est, ꝙ sit frequens, & accelerata, ut statim quis confiteatur. Hæc Thomas.

Virtutis quatuor sunt conditiones.
1
2
3
4

Dionysius Carthusi.

¶In quibus, quod ait potius esse laico confitēdū q̄ sacerdoti per scriptum, nō vr, cum scriptum, sit uerborum cōnexio in materia exarata euidēter significans, nec laicus claues hēt ad absoluendum.

De confessione ficta

¶Insup quod dictum est, eum q̄ ficte confessus est, non oportere denuo cōfiteri, q̄ cōfessus est nisi de ipsa fictione, non vr sic esse. Si enim fictè confessus est, cōscius ubi fuit suę fictionis: ergo de ea quoq; debuit confiteri, & si hoc sciēter dimisit, cōfessio fuit nulla, qa non integra. Item confiteri tenemur eo modo. quo Christus legislator intēdebat nos obligare ad cōfitendū, uidelicet ut cum diligētia, & dolore saltē attritionis cōfiteamur, nō ficte.

Petrus.

¶Petrus quoq; fatetur, ꝙ in articulo, quo qs nō potest alteri per uerba proprij oris confiteri, sufficit alius actus, seu per æquiualens confiteri.

Richard.

¶Richardus etiam consonat præinductis, & quærit an mulier teneatur, aut debeat suo proprio, seu parrochiali presbytero cōfiteri peccatū Venereū, qd cum illo cōmisit. Respondet, ꝙ nō, si ꝓbabiliter putet, ꝙ sacerdos adhuc lasciuus sit, & eā de illicito ope sollicitabit, uel libidine accēdetur, uel ꝙ ipsamet tale quid ex sua fragilitate passura sit. imò tūc dēt licēuā cōfitendi alteri petere: quā si ille dare renuerit ipsa nihilomin⁹ suæ dēt ꝓuidere saluti.

Bonauen.

¶Insup Bonauētura circa literā scribit: Qñ confitetur qs laico, facit hoc nō ut sacramētū cōsequatur, sed ut promptam esse suam uoluntarē ostēdat:

Quidam

Modi quī quæ absoluendi.

Quidam tamen dixerunt, quod in tali confessione aliquo modo absoluitur, dicentes quod quinq; modis habetur absoluendi potestas. Primò, summa auctoritate: & ita est Dei. Secūdò, per excellentiā: & ita est Christi. Tertiò, potestate, seu auctoritate commissa, & ita est sacerdotum. Quartò, merito uitæ, & sic conuenit iustis & sanctis uiris. Quintò, uirtute ecclesiasticæ unitatis: & ita est cuiuslibet uiri fidelis. Aduertendum etiam, quòd siue scientia sit clauis, siue non tamen: tanta scientia necessaria est confessori, quod sciat discernere in peccatis communibus, quod mortale, & quod ueniale: atque qd sciat, ad quæ se sua extendat potestas. Item propter malitiam fictionis est confesio iteranda, ut si quis cum proposito peccandi accesit, atque confessus est, &c. Hæc Bonauentura.

Bonauēt.

Argenti.

¶Præterea Argentinensis communiori adhæret opinioni de tempore confitendi. Fortiter quoque tuetur, quod confessi religiosis priuilegiatis, non tenentur peccata confessa iterum confiteri proprio sacerdoti, allegans ad hoc noua iura, ac declarationes, & determinationes summorum pontificum, qui fuerunt in breui, uidelicet Clemētis Papæ iii, Bonifacii, & Iohannis. 22. quem refert quendam doctorem huius oppositum asserentem citasse, increpasse, & ad reuocandum, quod dixerat compulisse.

¶Præterea de eo, quod supra quæsitum, est, an pœnitens teneatur statim confiteri, scribit Henricus quarto quodlibeto: Pœnitens si statim ābora pœnitentię habeat sacerdotem paratum, cui possit confiteri: aut expectat tempus confitendi magis congruū sibi, ac opportunum, secundum diuersas circunstantias, quæ ad confitendum requirunt aut non. Si non, dico, ꝙ statim confiteri tenetur alias non esset uerè pœnitens, sed sacramentum pœnitentiæ, ac gratiam eius contemnens, sicque cum maius bonum sit statim confiteri, quàm diu tiùs expectare, & æqua facilitate possit statim cōfiteri, sicut diutius expectare, contemneret maius bonum, quia bonum necessarium ad salutem, quod esset mortale peccatū. Si sic, aut ergo instat tempus, in quo se exponit periculo, quod posset ab eo excludere actum pœnitendi, ut si ingressus est mare tempestuosum, seu bellum crudele: aut non instat tempus tale. Si primo modo, tenetur mox confiteri. Si secundo modo, potest tempus ópportunius præstolari, sed non trāsgredi tempus ab ecclesia institutum. Hæc Henricus. Cuius positio uidetur quasi media inter duas præhabitas.

De remissione sacerdotis. Distinctio. XVIII.

Quæstio. De cōfessione sacramentali in se quantū ad prātem absoluent, uircute clauium in foro pœnitētiali.

Ic quęri solet si peccatum omnino dimissum est à Deo per cordis contritionem, ex quo pœnitens uotum habuit confitendi, quid postea dimittatur ei à sacerdote. Video enim quo uinculo eum ligat scilicet temporalis pœnæ, sed non a quo eum absoluat, & ideo quæro: Ante pœnitudinem ꝓpè cordis, anima rei maculam habet & fœtorem peccati, atque ętern̄æ ultionis uinculo ligata existit. Si uerò ante confessionem per cordis contritionem Deus per seipsum sine misterio sacerdotis, & debitum oīno relaxat, & animā interiùs purgat a contagione & fœtore peccati, quid ergo mundat? quid dimittit sacerdos? ubi sunt claues illę quas dñs tradidit Petro, & successoribus eius? dicens, Tibi dabo claues regni cęlorum, & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cęlo, quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in Cęlo. Vt autem præmissa quęstio pleniùs explicari ualeat, quasi altiùs ducto rete, de his clauibus & usu earum differamus.

Matth. 16.

De clauibus.

Claues istę non sunt corporales, sed spiritales, scilicet discernendi scientia & potentia iudicandi, ideſt, ligandi & soluendi: qua dignos recipere, & indignos debet excludere a regno ecclesiasticus iudex: Qui sicut habet ius ligandi, ita, & soluendi: unde Ambrosio Dominus par ius & soluendi esse uoluit, & ligandi, qui utrumque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet: Et infra; Certum est, quòd ecclesię utrunque licet. hæresis utrunque non habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte ergo ecclesiæ hoc sibi uendicat, quæ ueros sacerdotes habet, hæresis uendicare non potest, quæ ueros sacerdotes non habet.

Ambros. De pe. d. 2 c. uerbum Dei.

De usu clauium.

Vsus uerò harum clauium multiplex est, discernere, scilicet ligandos, & soluendos, ac deinde ligare uel soluere. Qui enim indignos ligat uel soluit, propria potestate, se priuat: id est, dignum priuatione se facit.

Gregor.

Si sacerdos possit dimittere, uel retinere peccata.

Sed quæritur, utrum a peccato soluere ualeat sacerdos, id est, culpa, ut culpę maculā abstergat, uel debitū æternæ mortis soluere ualeat. Quidam arbitrari sunt, eū peccator dupliciter ligatus teneatur, ut prædictum est, scilicet mentis cōtagione, ac cæcitate, & debito futuræ pœnæ: alterū curari ꝓ Deū, alterū solui ꝓ sacerdotē. Patit em ꝓ pctm quasdam tenebras interiores, & maculas, a qbus nisi liberet, proiicietur in tenebras exteriores. Cum aut liberatur ab his, suscitatur a morte peccati. Vnde Apostolus: Surge q dormis, & illuminabit te Christus. Solus enim Christus, non sacerdos animam resuscitat

Opinio quorundā Matth 22 Ephe 6.

ac

ac pulsis tenebris interioribus maculis eam illuminat,& mundat, qui animę faciem la
[Iohan. 11.] uat. Debitum uerò ęternæ pœnæ soluere concessit sacerdotibus:quod in resurrectione
Lazari signatum asserunt,quem Christus priùs per se interiùs uiuificabit, deinde foras
[Aliarum sententia uerior.] exire iussit cumque adhuc ligatum soluere apostolis præcepit. Quia ut aiunt, ipse inte-
rius animam a caligine,maculaque peccati,emundat, sacerdotibus uerò dedit uincu-
lum æternæ mortis soluere. Alij uerò dicunt,solum Deum,non sacerdotem,debitum
æternæ mortis dimittere,sicut, & animam interiùs per,se uiuificat: nec tamen diffitent
sacerdotibus traditam potestatem peccata dimittendi, quibus dictum est:Quorum re-
miseritis. peccata &c. Sicut enim Christus retinuit sibi potestatē baptismi,ita,& pœni-
[Ioan. 20.] tentiæ. Et ideo sicut interiùs gratia sua animam illuminat,ita,& simul debitum ęternę
mortis relaxat. Ipse enim per seipsum peccata pœnitentium tegit:& tunc tegit, quan-
do ad pœnam non reseruat. Tunc ergo tegit,quando debitum pœnę soluit. Quod au-
tem ipse tegat apertè dicit August. exponens illum locum psalmi: Beati quorum tecta
[Aug. sup Psal. 31.] sunt peccata,id est,cooperta & abolita. Si enim texit Deus peccata,noluit aduertere: si
noluit aduertere,noluit anima aduertere,id est,punire, sed ignoscere. Ita ergo dicit à
Deo tecta,ut Deus non uideat.i. æternaliter non puniat. Videre enim dei peccata, est
ad pœnam imputare. Auertere autem faciem a peccatis,hoc est, ea ad pœnam non re-
seruare: Item Hiero. Quibus Deus dimittit peccata,tegit ne in iudicio reuelentur. Item
[Hieron. in Psal. 31.] Cassiodorus. Qui grauia habent peccata, alijs Deus imputat, alijs per misericordiam
[Cassiod. in Psal. 31] non imputat. Ex his apertè ostenditur, quòd Deus ipse pęnitentem soluit à debito
pœnæ: & tunc soluit, quando intus illuminat inspirando ueram cordis contri-
tionem. Cui sententiæ ratio suffragatur, & auctoritates attestantur: Nemo enim ue-
rè compungitur de peccato, habens cor contritum & humiliatum, nisi in charitate.
Qui autem charitatem habet dignus est uita eterna. Nemo autem simul uita, & mor-
te dignus est. Non est ergo tunc ligatus debito æternæ mortis. Filius enim irę esse desiit
[Psal. 50.] ex quo diligere,& pœnitere cœpit. Ex tunc ergo solutus est ab ira, quæ non manet su
per illum, qui credit in Christum,sed super illum, qui non credit. Non ergo postmo-
dum per sacerdotem, cui confitetur, ab ira æterna liberatur: a qua iam libera-
tus est per dominum, ex quo dixit, confitebor. Solus ergo Deus,hominem interiùs
mundat a peccati macula,& a debito æternę pœnę soluit: qui per prophetam ait: Ego
solus deleo iniquitates & peccata populi. Item Amb. Vrbum Dei dimittit peccata:
[Psal. 31. Isa 43. Ambrosi. Habetur de pę d. 1. c verbum Dei.] sacerdos est iudex. Sacerdos quidem officium suum exhibet,sed nullius potestatis iura
exercet: Idē: ille solus peccata dimittit:qui solus pro peccatis nostris mortuus est Item
Aug. Nemo tollit peccata nisi solus Deus,qui est agnus tollens peccata mundi. Tollit
autem,& dimittendo quę facta sunt,& adiuuādo ne fiant: & perducendo ad uitā,ubi oī
[Aug contra Iulianam li. 3. cap. 25. Ioan. 1.] no fieri non possunt. His, aliisque pluribus testimoniis docetur. Deum solum per se pec
cata dimittere:& sicut dimittit,quibusdam,ita, & aliorum quorundā peccata retinet.

Quòd sacerdotes etiam dimittunt, & tenent peccata suo modo.

Nec ideo tamen negamus sacerdotibus concessam ptātem dimittendi,& retinen-
di peccata:cum hoc ueritas in euāgelio apertè doceat. Hinc Aug. ait: Ecclesiæ charitas
[Matt 16 2. Ioh. 20.] q̄ p̄ spm̄ sctm̄ diffundit ī cordib. eorū, q ꝑticipes sui sunt pctā dimittit eorū, q nō sunt,
[Aug. super Ioannem. Rom 5.] tenet. Idē Sacerdotes pñt ɔfitēribus parcere:q bus cm̄ remittunt,remittit Deus Lazarū
enim de monumento suscitatum obtulit discipulis soluendum per hoc ostendens ptā
[Aug in li: da pę c. 10] tem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit enim: Quod cunque solueritis super terrā
[De pę d. 1. Quem pœ.] erit solutum,& in cælo &c. hoc est, Ego deus,& omnes cœlistis *curię ordines, & om- [*militię]
[Iohan 11] nes sancti in gloria mea, laudant uobiscum, & confirmant quos ligatis & soluitis. Nō
[Math. 16.] dixit,quos putatis ligare & soluere. sed in quos exercitis opus iustitię, & misericordię.
[Matth. 18.] Aliter autem,uel alia opera uestra in peccatores,non cognosco. Idem: Cum ueraciter
ad Deum conuerso peccata dimittuntur,quibus ipse ueraci conuersioni* coniungitur [*cōfessio]
Spiritus sanctus ea dimittit. qui datus est omnibus sanctis sibi charitate cohærentibus,
siue se nouerint corporaliter,siue non. Similiter cum alicuius tenentur peccata, ab eis
tenentur, a quibus ille cordis prauitate disiungitur,siue notis corporaliter,siue ignotis.
Omnes enim mali spiritaliter a bonis seiuncti sunt: Ecce, hoc dicit peccata dimitti uel
teneri a sanctis uiris,& tamen spiritum sanctum ea dimittere dicit. quod maiori consi-
deratione dignum est,idem etiam dicit,ꝙ Deus per se,uel per sanctos suos tm̄ dimittit
peccata. Ait tm̄ sic: Sacramentum grāe dat Deus etiam per malos,ipsam uerò grām nō
nisi per seipsum uel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorū uel p seipsum fa-
cit,uel per ipsius colūbæ membra,quibus ait: Si cui dimiseritis,dimittētur. Ecce quàm
uaria a doctoribus traduntur super his,& in hac tanta uarietate quid tenendum: Hoc
sane dicere,ac sentire possumus,quòd solus Deus dimittit peccata,& retinet,& tn̄ eccle
siæ

sięs,contulit potestatem ligandi,& soluendi:sed aliter ipse soluit uel ligat, aliter eccle-
sia. Ipse enim per se tantum dimitrit peccatum,quia, & animam mundat ab interiori
macula,& à debito æternę mortis soluit.

Quomodo sacerdotes ligant, uel soluunt a peccatis.

Non autem hoc sacerdotibus concessit,quibus tamen tribuit potestatem soluendi,
& ligandi:id est,ostendendi homines esse ligatos,uel solutos. Vnde dominus leprosum
sanitati priùs per,se restituit,deinde ad sacerdotes misit. quorum iudicio ostenderetur
mundatus. ita etiam Lazarum iam uiuificatum, obtulit discipulis soluendum: quia [Lucæ 5.]
etsi aliquis apud Deum sit solutus, non tamen in facie ecclesiæ solutus habetur, nisi [Matth. 8.]
per iudicium sacerdotis. In soluendis ergo culpis,uel retinendis ita operatur sacerdos [Ioan. 11.]
euangelicus, & iudicat, sicut olim legalis in illis,qui contaminati erāt lepra, quę pec- [Leui. 13. 14.]
catum signat. Vnde Hieronymus super Matthæum, ubi dominus ait Petro, Tibi da-
bo claues regni cœlorum: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum, & [Hiero. li. super matth. 6. ca.]
in cœlis,& quodcunque solueris super terram,erit solutum,& in cœlis: Hunc, inquit,
locum quidam non intelligentes,aliquid sumunt de supercilio farisæorum,ut damna [Leuit. 13.]
re innoxios uel soluere se putent noxios,cum apud Deum non sententia sacerdotum,
sed reorum uita quæratur. In Leuitico ostendere sacerdotibus iubentur leprosi: quos [Num. 6.]
illi non faciunt leprosos uel mundos,sed discernunt,qui mundi,uel immundi sunt. Ita
& hic apertè ostenditur, qđ non semper sequit Deus ecclesię iudicium,q̄ per surreptio
nem,& ignorantiam interdùm iudicat, Deus autem semper iudicat secundum uerita-
tem. Et in remittendis uel in retinendis culpis id iuris & officii habent euangelici sacer
dotes,quod olim habebant sub lege legales in curandis leprosis. Hi ergo peccata dimit
tunt uel retinent, dum dimissa à Deo uel retenta iudicant. & ostendunt. Ponunt enim
sacerdotes nomen domini super filios Israel:sed ipse benedicit, et dicitur in Numeris:
Hunc modum ligandi,& soluendi Hieronymus supra notauit.

Alius modus ligandi, & soluendi.

Ligant quoque sacerdotes,dum satisfactionem pœnitentiæ confitentibus imponūt [Augusti.]
soluunt,de ea aliquid dimittunt,uel per eam purgatos ad sanctorum communionem [Leo papa.]
admittunt. Quem modum superiùs Leo Papa. Secundum huius modum dicuntur
etiam sacerdotes dimittere peccata uel retinere, unde superiùs Aug. dixit: Quibus re- [Augusti.]
mittunt,remittit Deus &c. Opus enim iustitię exercent in pctōres, cum eos iustitia pœ-
na ligant:opus misericordię,dum de ea aliquid relaxant, uel sacramentorum commu
nioni conciliant:alia opera iā peccatores exercere nequeunt. Et notandum est,qa quos
satisfactione penitentiæ ligant,eo ipso a peccatis solutos ostendunt:quia non imponi-
tur alicui satisfactio pœnitentialis,nisi quem sacerdos uerè pœnitentē arbitratur. Alii
uerò non imponunt,& eo ipso peccatum retineri a Deo iudicant. Quod autem hoc ad [Aug in li. de pę. c. 2.]
claues pertineat, Aug. ostendit dicens: Frustrat claues ecclesiæ,qui sine arbitrio sacerdo
[*indulgentiam impetrat.] tis pœnitentiam agit,[si sine oris confessione * criminis indulgentia impetratur. Est, &
alius modus ligandi & soluendi,qui per excōicationē geritur: dū aliquis secundum ca-
nonicam disciplinam tertiò uocatus ad emēdationem manifesti delicti, & satisfacere
[præciditur] uilipēdens,snīa ecclesiæ a loco orōnis & sacrorū cōione & fideliū cōsortio,* p̄scindit. ut
erubescat, & pudore sceleris cōuersus pœniteat,ut sic spiritus eius saluus sit. Quod si pę [1. Corin. 5]
nitentiam pfitens resipuerit, negatæ communioni admittit. & ecclesiæ reconciliatur.
Hæc est aūt ecclesiæ anathematicatio: Hāc pœna illis q dignè percelluntur infligit:quia
grā Dei & ptectio illis amplius subtrahitur,ac sibiipsis relinquuntur, ut sit eis liberum
ruere in interitum pcī,in quos etiam maior diabolo sęuiendi datur ptās. Orationes quo
que ecclesiæ & bndictionū, ac meritoriū suffragia eis nequaquam suffragari putantur

Quomodo secundum hos modos intelligendum sit illud:
Quodcunque solueris super terram, erit &c.

Secundū hoc ligādi,& soluendi modos,quō uerū est,qđ dr̄, Quodcūq; solueris sup ter
rā,erit solutū & in cœlis:& qdcūq; ligaueris super terrā,erit ligatum & in cœlis: &c. Ali
quando enim ostendunt solutos uel ligatos,q non sunt soluti uel ligati apud Deū: & pę [Mat. 19.]
na satisfactionis uel excommunicationis interdum indignos ligant,uel soluunt,& indi [24. q. 3. Si quos non rec.]
gnos sacramentis admittunt,& dignos admittit arcent. Sed intelligendū est hoc in il-
lis,quorum merita solui uel ligari postulāt. Tunc eī snīa sacerdotis iudicio Dei, & to- [11. q. 3.]
tius cœlestis curię approbatur,& confirmatur, cum ita ex discretione pcedit, ut reorū [quo & c. Cui est & c quo iustus]
merita non contradicant. Quoscunque ergo soluunt uel ligāt adhibentes clauem dis-
cretionis reorum meritis,soluuntur uel liganī in cęlis, id est apud Deum: quia diuino
iudi-

iudicio sacerdotis sententia sic progressa approbatur & confirmatur. Quos ergo secundum merita sententia ecclesię percellit, lędit, & illi foris sunt apud Deum. Qui autem non meruit, sententia ecclesiæ non lęditur nisi contemnat. Vnde Origines: Exit quis a ueritate, a fide, a charitate, per hoc exit de castris ecclesię, etiam si episcopi uoce non abiiciatur, sicut econtra aliquis non recto iudicio foras mittitur: sed si non egit ut mereretur exire, nihil læditur. Interdum enim qui foras mittitur, intus est: & qui foras est, intus uidetur retineri. Ecce qualis & quantus est usus apostolicarum clauium. Iam ostensum est ex parte, qualiter sacerdotes dimittunt peccata, uel retinent: & tamen retinuit sibi Deus quandam singularem potestatem dimitendi uel retinendi, quia ipse solus per se debitum ęternę mortis soluit, & animam interiùs purgat.

Origenes super Leu.
1.q.1. Euident.
& 4.q.3. Cum aliquos. 11.q.3. per totū

Quæ sint interiores tenebræ, & interior macula.

Hic quæritur, quę sit illa macula, & quæ sint illę tenebræ interiores, a quibus Deus interiùs animam purgat, cum ueram poenitentiam immittit. De tenebris, & interiori caligine satis facile est, & intelligere & respondere. Cum enim quis mortaliter delinquit & gratia uirtutis priuatur, si qua præcessit, & naturalium bonorum elisionem patitur: unde & intellectus obtunditur. & totus homo interior obtenebratur: & ita quasi caligine quadam mens obuoluitur, quæ caligo peccati pęna est. Hanc uerò Deus pellit, cum pęnitentiam immittit: per quam perdita bona restituit, & uitiata reparat. Vnde propheta. Nebulam sicut cinerem spargit. Sed duæ est macula peccati, a qua Deus animam lauat? Ecce enim quis uoluit facere homicidium, & patrauit: quo patrato, desinit tam uelle, quàm facere: nondum tamen uerè, & humiliter poenitet, nec confiteri proponit: quæ ergo remansit in anima illius macula? Mala uoluntas quidem fuit macula illius animę sed illa transiuit. Macula etiam est, si poenitere contemnit: sed hoc est peccatum aliud a præcedenti. Quæ ergo macula remansit, a qua ipse in poenitentia purgatur? Polluta quidem est anima quousque poeniteat, sicut erat dum in ea praua erat uoluntas. Sicut enim qui tangit morticinum, uel aliud immundum, ita pollutus est post tactum quousque lauatur, sicut fuit dum tangeret: ita post actum peccati ita polluta remanet anima, sicut fuit in ipso actu peccati: quia ita est longe a Deo per dissimilitudinem, qui est uita, & mundicia mentis, sicut fuit dum peccatum ageret. Ipsa ergo dissimilitudo, q̄ inest animę ex peccato & est, a Deo elongatio, animę macula intelligitur, a qua purgatur in poenitentia. Hoc autem solus Deus facit, qui solus suscitat animam & illuminat, quod sacerdotes nequeunt, qui tamen medici sunt animarum. Vnde propheta. Nunquid medici suscitabunt & confitebuntur tibi? Quod exponens Augu. ait: Boni doctores rectè medici dicuntur, qui uiuentes curare ministerio possunt, sed non mortuos suscitare, sola enim Dei gratia mortui reuiuiscunt.

de conse. d.4. Nemo tollit.
Psal. 147.
Leui. 11. Num. 19.
August. in Psal 87.

Sūma distinctiōis. VXIII.

IAm ante tractauit Magister de poenitentia, ac partibus eius, nunc tractat de potestate, per quam ministri poenitētię, seu sacerdotes, quorum est poenitentes absoluere in foro cōfessionis, absoluunt eosdem, aut ligant. Et circa hoc primò inquirit, qualiter sacerdos confitentem absoluit, qui iā per ueram contritionem, ac confitendi propositum a Deo absolutus ab omni peccato mortali, & per consequens debito poenæ æterna. Quid ergo mundat quid dimittit sacerdos: præsertim cum Deo sit propriū pctā dimittere, a tenebris uitiorum per illuminationē internā sapientiæ infusione mūdare, a macula culpæ per grāe nitorem, ac uirtutum splendorem purgare, & a damnatione eruere æternali? Deinde, q̄rit, quæ sit ista ministrorum ecclesiæ potestas qua tā magna, ac diuina agere perhibentur, & quis usus seu actus, & effectus clauiū, atq; quo sensu, quo modo sacerdotes soluunt & ligant, dimittūt retinētque peccata. Insuper tractat de usu clauium, qui excommunicatio appellatur. Tandem circa finem distinctionis istius, redit ad perscrutandum quid sit macula culpę interior, & quæ sint tenebræ interiores. Harum quæstionum solutiones modo patebunt.

QVAESTIO I.

HIc quæritur. *Vtrum in ecclesia sint claues spirituales ad aperiendum poenitentibus regnum coelorum, & an sint duae abinuicem realiter differentes.* ¶Videtur, quòd nō sint huiusmodi claues, quia per Christi passionem iā aperta est ianua regni coelestis. Non ergo requiritur clauis, qua poenitentibus aperiatur. Secundò poenitens per ueram contritionem meretur ingressum regni coelestis, & hæres est eius charitatem habendo. ergo ius habent intrandi, & possidendi patriam beatorum. nec indiget apertione conserui: præsertim cum multi simplices clauem non habentes, magis digni, & apti sint ingredi regnum illud, quàm hi, qui claues habere dicuntur, Videtur quoq; una clauis ad unius ianuę reserationem sufficere, & ita non erunt duæ claues.

Contra ueritatem. Arguitur.

¶In oppositum est quod Christus apud Matthæum loquitur beatissimo Petro: Tibi dabo claues regni cælorum, in quibus uerbis pluraliter exprimit claues.

In oppositum.

¶Circa hæc scribit Gulielmus Parrhisiēsis in suo sacrali: Amplissimè, atq; magnificè de clauibus ecclesię potestate, ac sacerdotali ministerio sentiendum esse non dubitamus. Claues nāq; ecclesiæ da-

tæ

tæ, sunt officia, & potestas sacerdotib⁹ collata, ad dispensandū diuitias misericordiæ Dei, ut sint in ecclesia, qui apperiant pulsantibus, & introducant intra re uolentes: & tanquā officiales pietatis diuinæ, cōfugientes ad eam tota gratulatione, & applausu recipiant, reos absoluāt, peccata dimittāt, spoliatosq; oībus bonis grāe a latronibus infernalibus ad pristinā opulentiam reducere enitantur, uulneratos, ac morbidos medicina coelesti, ac diuina sacrorū uirtute curantes. Etenim piè credimus, ac sentimus, eos, qui cū fide huius sacrī, ac uehementi desiderio redeundi ad pacem, & gratiā Dei, quāuis timore ꝓpriæ infirmitatis, & oppresione prauæ consuetudinis, ꝓpositū abstinendi a priorib⁹ uitij, ac fiduciā euadēdi ea nō habeāt firmū interdū ex diuinæ pietatis abūdantia, & respectu, præstari eis uirtute clauium, ac sacrī istius tale propositum, ac talē fiduciā. Conātibus quippè ad Deū reuerti, credendū est indubitāter patrē misericordiarū porrigere dexterā sui auxilii, quēadmodū ille, qui lunaticū filium attusit ad Christū, credere nitebatur, sed fidem ad quam conabaē, nondū habuit. iō dixit: Credo dñe, adiuua incredulitatē meā. Vñ merito sui conatus sibi ipsi perfectioris fidei donū, & filio suo obtinuit sanitatem. ¶Verū q̄ri pōt de poenitēte, qñ ɔterit, atq; absoluitur an habeat illa pctā de quibus conterit, & absoluit, an nō habet. Si non habet, ergo iā sanctus, & innocens est, nec habet, quod ei remittatur. Si uerò adhuc habet, ergo simul stant contritio, & pctm̄. ¶Ad quod dicimus, ꝙ remissio peccatorū intelligi pōt, non imputatio, neq; exactio eorū ad poenā, & ultionem. Secundò, ipsa ablutio macularū, & sordium, quæ interdum culpæ uocantur. Sicq; peccata dimittuntur dupliciter, utpotè quantū ad poenam, & quantum ad culpam. Et uerum est, quòd neutra remissionum illarum simul esse potest cum culpa seu cum poena, cuius est remissio: hoc est, nec remissio culpæ cum culpa neq; remissio poenæ, cum debito pęnæ, propter contrarietatem earum adinuicem: sed dimitti dicunē quia ultra non imputantur, nec exiguntur ad poenam, qui ante imputabantur. Et absolui huiusmodi debitis, est nūc primo ea non habere: imò gratiā purificantē, ac recōciliantē a Deo suscipere, per quod poenitens fit creatoris sui amicus, cuius culpā extitit inimicus. Et ad hoc sacerdos instrumētaliter, ac multipliciter cooperatur, ut dictum est, & clariùs iam dicetur. Hæc Gulielmus.

Claues ecclesię datæ q̄ sunt.
Pęnitiæ sacramentū infirmos roborat.
Quæstio.
Obiectio.
Dilutio.
Peccata bifarfam dimittunē.
Thomas.

¶At uerò Thom. In corporalib⁹, inquit, dr̄ clauis instrumētū, quo ostiū aperiē. Ostiū aūt regni coelestis nobis claudiē ad maculā, & quantū p pctm̄, & quātū ad pęnæ reatū. Idcirco ptās, qua tale obstaculū regni remoueē, dr̄ clauis, q̄ potestas est in Deo trinitate per auctoritatē. Vnde a quibusdā dr̄ clauē auctoritatis habere. Sed in Christo hoīe fuit ista potestas ad remouēdū ꝑdictū obstaculū per meritum passionis, quę etiam dr̄ ianuam aperire. Propter qđ dr̄ à quibusdam habere clauē excellentiæ. Cumque ex latere Christi dormientis in crucè sacramenta fluxerunt, quibus fabricatur ecclesia, hinc in sacramētis ecclesiæ manet efficacia passionis Christi: in ministris quoque ecclesiæ, qui dispensatores sunt sacramentorū, manet potestas aliqua ad remouendū præfatū obstaculū, non uirtute propria, sed diuina, passionisque Christi. Et hæc potestas metaphoricè nuncupatur clauis ecclesiæ, quæ clauis ministerij nominatur. Quamuis ergo ianua regni coelestis sit aperta, tamen clauditur peccanti per propriam eius culpam. Si uerò obijcias, cuicumque claudatur coelum, aperitur infernus, & econuerso: ergo, qua ratione ecclesia habet claues regni coelorum dicenda est habere claues inferiorum, quòd tamen non dicitur. Dicendum, quòd clauis inferni, qua aperitur, & clauditur, est potestas conferendi gratiā per quam hoī aperitur infernus, ut educitur de peccato, quod est porta inferni, & clauditur, ne homo ultra in peccatum labatur. Gratiā aūt conferre solius est Dei, ideo clauem interni sibi soli retinuit. Clauis uerò regni, est potestas dimittendi poenæ reatū, per quam prohibetur a regno, ideo magis potuit homini dari clauis regni, q̄ clauis inferni. Nec enim sunt idem. De inferno quippè educitur homo per remissionem culpæ, qui in instanti non introducitur in regnū propter reatum poenæ temporalis. Vel dicendum, ut alij dicunt, ꝙ idem est clauis coeli, & clauis inferni: quoniam ex hoc ipso, quòd alicui aperitur unum, clauditur alterum, sed denominatur à digniori.

Obiectio.
Dilutio.
Quid sit clauis inferni.

¶Præterea clauis ista spiritalis sic definitur: Clauis est ligandi, atq; soluendi potestas, qua ecclesiasticus iudex indignos excludere debet è regno, & dignos recipere: ut ex litera habetur, & ex glossa Hieronimi Matth. 16. Vt enim secundo de anima docet philosophus, Potentiæ definiuntur per actus. Cumque clauis sit quædam potestas, oportet, ꝙ per actum seu usum suum definiatur, & quòd in actu exprimatur obiectum, a quo speciem recipit actus, ac motus agendi. Ex quo apparet potentia ordinata. Actus aūt potestatis spiritualis, non est ut coelum aperiat absolutè, cum sit modo apertum, sed ut huic, uel aperiat, quod ordinate fieri nequit, nisi idoneitate eius, cui aperitur, pensata. Hinc in prætacta definitione ponitur genus clauis cum dicitur, potestas, atque subiectum potestatis, cum subditur, ecclesiasticus iudex: Actus quoque cum additur. excludere, & recipere, secundum quod duo sunt actus clauis materialis: obiectū ēt, cū dr̄ a regno, & modus agendi, cum dicitur. dignos, & indignos.

Clauis spiritualis discribiē.

¶Si aūt quæratur, an clauis ista sit idē, quod sacerdotalis character. Dicendum, ꝙ ad duo, quorum unum est causa alterius, ordinatur una potestas sicut in ignè ad calefaciendum, & dissoluendum. Cūque omnis gratia, atq; remissio in corpore mistico, descendat a capite suo Christo. hinc eadem potestas per essentiam esse uidetur, qua sacerdos conficere pōt, & qua soluere pōt, & ligare, si iurisdictio assit, nec differunt nisi ratione, sm̄ qđ ad diuersos cōparatur effectus, quemadmodum ignis sm̄ aliam rōnem dr̄ calefactius, & liquefactiuus. Cūque nil aliud sit character ordinis sacerdotalis, q̄ ptās exercendi id, ad quod ordo sacerdotij principaliter ordinatur, oportet sustinere, quòd sit idem, quod spiritalis potestas idcirco character, & potestas conficiendi, seu sacerdotij ordo, & potestas, est idem realiter ratione differens.

Quæstio.
Clauis character ptāsq; sacerdotalis re idem sunt.

¶Si demum quæratur, quando clauis confertur: dicendum, quòd omnis potestas spiritualis confertur cum aliqua consecratione, ideo clauis datur simul cum ordine Executio uerò clauis, debitam requirit materiam, quæ est plebs iurisdictioni ordinatæ subiecta. Hinc sacerdos anteq̄ habeat iurisdictionem, habet claues, non clauium usum. Dr̄ quoque sacerdos quosdam à regno excludere, non impedimentum intrandi ponendo, sed impedimentum positum, & inuentum non remouendo, quòd nec tollere ualet, nisi Deus primò illud abstulerit. ideo Deus inuocatur ut absoluat, sicque sacerdotis absolutio habeat locum.

Quæstio.
Non oīs habēs claues clauium habet usum.

¶Porrò dū queritur, an sit una tātūmodo clauis,

Quæstio.

dicendũ, quòd in oĩ actu, qui requrit idoneitatem
ex parte recipientis, duo sunt necessaria ei, qui actũ
illũ debet efficere, utpotè iudiciũ de idoneitate reci
pientis, atq; expletio actus. Hinc in actu iustitię, quo
redditur alicui id, quo dignus consistit, oportet es-
se iudiciũ, quo discernetur an dignus sit, ac ipsa red-
ditio. Et ad utrumque istorum auctoritas seu pote-
stas quædam exigitur. Non enim dare possumus, ni
si, quod in nostra potestate habemus, nec propriè
appellatur iudicium, nisi uim habeat coactiuam,
quia iudicium determinatur ad unum. quæ in specu
latiuis fit uirtute primorũ principiorum, quibus in
Que sunt claues. tellectus nequit resistere: in practicis uerò, per uim
imperatiuam in iudicante existentem. Cumque cla-
uis requirat idoneitatem in recipiente, quoniam ec
clesiasticus iudex per clauem recipit dignos, & ex-
cludit indignos, hinc eget discretionis iudicio, ipso
que actu, ac auctoritate ad utrumq;. sicq; duæ cla-
ues ponuntur, una pertinens ad iudicandum, alia
ad absoluendum, quę non distinguuntur in aucto-
ritatis essentia, quia utrũq; ex officio cõpetit ei: sed
Obiectio. ex cõparatione ad actus distinctos, quorũ unus ali-
um præsupponit. Si ergo obijciatur, quòd ad unam
Dilutio. seram sufficit clauis una: sera uerò ad cuius remo-
Obiectio. tionẽ requirit clauis, est culpa: ergo ad unam culpã
tollendam non requiruntur duæ claues, patet rñsio.
Dilutio. Iam etenim dictũ est, quòd sit una clauis in essen-
tia, duplex seu duæ quantum ad efficatiam, & ope-
rationẽ. Sed fortiùs obijci posset, Claues namq; in
collatione ordinis conferuntur. scientia autem non
semper ibi infunditur. Et dicendum, quòd de scien-
tia est duplex opinio. Vna, quòd scientia, quæ est ha
bitus infusus seu acquisitus, sit clauis non principa-
lis, sed in ordine ad aliam clauem: idcirco in illo,
qui illam clauem non habet, non est, nec dicitur cla
uis: sicut in homine literato non sacerdote. Interdũ
quoque sacerdotes quidam carent hac claue, qui
nec infusam, neq; acquisitam habent scientiam, sed
naturali industria diriguntur, quam uocant clauio-
lam. sicq; clauis scientiæ quamuis cum ordine non
tradatur, traditur tamen cũ ordine, quòd sit clauis.
Matth. 6. Et hæc vr̃ fuisse Magistri opinio. Sed hoc non uide-
Opinio. tur verbis euangelij concordare, quæ claues sancto
Petro dandas promittunt. Vnde non solum una, sed
duæ in ordinis impressione dari uidentur. Hinc alia
Scientia quid, & quomodo sit claues. opinio est, quòd scientia, quæ est habitus, nõ est cla-
uis, sed auctoritas exercendi actũ scientiæ, quæ au-
ctoritas quandoque est cum scientia, aliquando si-
ne ea, ut in secularibus patet iudicijs Nam quidam
sunt iudices auctoritatem iudicandi habentes, non
tamen scientiam iuris, & econuerso quidam sunt
iurisperiti, non auctoritate iudicaria præditi. Cum
que actus iudicij, ad quem quis ex auctoritate tene-
tur, sine scientia bene fieri nequit, idcitco auctori-
tas iudicandi, quæ clauis est, non ualet sine scientia
absque peccato assumi: sed scientia sine auctoritate
potest sine peccato haberi. Potestas etiam clauium,
quamuis sit realiter idem cum potestate sacerdota-
Contra s. doctos in quoscũq; li, potius tamen dicitur duę, quàm una, quoniam
illa est tantum ad unum actum alterius generis,
qui est consecratio dominici corporis. Hæc
Thomas.
¶Cuius augumentum, quod facit contra Magi-
strũ, uidetur potius contra ipsum: cum secundum
ipsum non sit realiter nisi una clauis duæ, uerò se-
cundum Magistrum Nihilominus opinio ista, quam
sequitur Thomas, uerior ęstimatur.
Petrus. ¶Consonat Petrus, & addit: Clausura cœli est tri
plex. quędam uniuersalis non perpetua, ut illa, quæ
facta est generi humano per peccatum primorum
parentum, quæ durauit usque ad Christum. Secun-
da uniuersalis, & perpetua, quæ fiet per finalem sen Clausura cœli triplex.
tentiam in die iudicij, de qua dicitur: Clausa est ia-
nua. Tertia particularis, & temporalis, qua quis in- Matth. 8
termedio tempore sibijpsi cludit regnum cœlorum
peccando, atq; reatu incurrendo. Quo ad primam
clausuram, soli Christo datæ sunt claues, qui pro
originali satisfecit. Quo ad secundam, nulli, Quo ad
tertiam, prælatis ecclesiæ. Hæ claues realiter sunt
quædam potestas. Quemadmodum enim princi-
pium naturalium actionum est quędam naturalium Claues sunt ptãs
actionum est quædam naturalis potentia, princi-
pium uerò actuum uoluntariorum rationalis po-
tentia, ita principium actuum facultatem naturæ
excedentium, est aliqua supernaturalis potentia, &
talis extat uis clauium, quæ supernaturalis pote-
stas a Deo infusa, & data, non innata, nec acquisita,
quæ nuncupatur character ordinis, secundum
quod est principium distinguendi habentem a non
habente, & potestas conficiendi, inquantum ordina
tur ad consecrationem corporis Christi, & pote-
stas clauium inquantum ordinatur ad dispensan-
dum hæc sacramenta. Quamuis etiam actus isti sint
differentes, non tamen sunt a diuersis potentijs: quo
niam ordinantur adinuicem, sicut eadem est in so-
le potentia lucendi, illuminandi, liquefaciendi, &
indurandi. Denique in sole potentia aliqua facien-
di, & indurandi, una est in radicè, & duæ in effecti- Quõ una & duæ claues.
bus Sicque una tantum clauis est in radicè, sed in
effectibus duæ. Si quidem potestas iudicãdi ex duo-
bus integratur siue perficitur, ex potestate discre-
mendi in causæ examinatione, & definitione in eius
determinatione per sententiam condemnatoriam,
aut absolutionem. Hæc Petrus.
¶His concordans Richardus addit: Claues prin- Richard⁹
cipaliter datæ sunt ad aperiendum, secundario ad Claudit apitq; sacerdos tripliciter.
claudendum: per quas confessor apperire, & clau-
dere potest tripliciter. Primò iudicando: dum exa-
minata conscientia conficientis, iudicat ei cœlum
esse apertum seu clasum. Secundò, relaxando ali-
quid de pœna peccato debita, & sic claudit, obligã
do pœnitentem ad aliquam satisfactoriam pœ-
nam. Tertiò, excommunicando, & ab excommuni-
catione absoluendo, quòd tamen plùs perti-
net ad forum contentiosum, quàm pœnitentia
le. Hos tres modos tangit Magister in litera. Hæc
Richardus.
¶Concordat omnino Albertus. Similiter Bonauẽ Albertus. Bonauen.
tura, qui ait: Obstaculum ingrediendi regnum cœ-
lorum, est debitum alicuius peccati, quod debitũ Obstacula tria ingrediendi regnũ cœlorum.
triplex est. Primum peccati mortalis commisi, &
hoc est debitum æterni suplicij. Hoc obstaculum
amouet solus Deus: quoniam remouetur per culpæ
deletionem. Secundum obstaculum est. debitum
peccati contracti, uidelicet originalis, & hoc est de-
bitum solutionis præcij, quòd solus Christus remo
uere potuit, & remouit. Ideo clauis excellentiæ ei
ascribitur. Tertium obstaculum est, debitum pecca-
ti dimissi. Nam postquam homini est culpa dimissa,
adhuc obligatus est pœnam temporalem. Et hoc
remoueri potest per eum, qui peccato potest
pœnam taxare, quæ potestas est sacerdotibus com- Quæstio.
municata.
¶Si autem quærat, an scientia sit clauis: dicẽdũ,
quòd distinctio clauium diuersimodè sumit à diuer
sis. Quidam accipiunt eã penes id, à quo sunt, & ad
quod finaliter reducunt, dicentes, quòd sicut in an
gelis est hierarchia cœlestis, discẽdẽs ab hierarchia
super cœle-

sti, & ad illam ascendens, ac rediens, ita
est in militante ecclesia. In angelis autẽ hierarchia
(ut diuinus Dionysius protestatur (est ordo, scien
tia, & actio, id est, potestas ordinata actione, atque
scientia, ita, quòd potestas correspondet patri, ut pa
tet in Thronis, in quibus Deus maiestatis quiescit,
ac residet: Scientia filio, ut patet in Cherubin sciẽtia
appellantur: actio spiritui sancto, cui ardor a quo
operatio manat, ut patet in Seraphin. Per hunc mo-
dũ intelligẽdum est in hierarchia ecclesiastica, quę
maximè consistit penes ordinis sacramentũ, in quo
confertur potestas ordinata scientia, & actione, &
hanc dicunt clauium potestatem, quę complectitur
actum discernẽdi, atque soluendi, & ita s̃m eos in sa
cerdote sunt tres potestates. Vna principalis, & pri-
ma, quę est ordo seu potestas conficiendi, secunda
est potestas discernendi, tertia absoluendi. Sicque
apparet perfectissima pulchritudo in ordine eccle-
siæ, secundum repræsentationem illius superioris
perfectissimæ trinitatis.
Quæstio. ¶Si præterea quæratur ab his, cur potestas confi-
Opinio. ciendi non est clauis; respondent, quia non est alte
rum sicut aliæ duæ, quia non refertur ad homines.
Et hæc positio satis est probabilis. Alij sumunt ratio
nem distinguendi penes id, in quo sunt, & contra
Improbatio. quod sunt. Dicunt enim, quòd hæ duæ claues respi
ciunt intellectum, & affectum, remouendo duplex
malum nobis inflictum: puta errorem, per sententiã,
& difficultatem ad bonum per absoluendi poten-
tiam. Verum ista positio minus probabilis est: tum,
quoniam non inquirit distinctionem clauium uia re
cta: tum, quia etsi scientia sit in intellectu, auctoritas
tamen discernendi per sententiam in eadem poten-
tia est, ut videtur, in qua auctoritas absoluendi, pu-
ta in uoluntate. Tertius modus distinguendi claues,
sumitur penes id, ad quod principaliter ordinãtur.
In foro autem pœnitentiali, sunt duo sicut in foro
iudiciali, in quo sunt duo actus, videlicet discerne-
re causam, deinde proferre sententiam: quorum
utrumque est necesse committi adhoc, ꝗ plenè com
mittatur alicui iudicandi potestas. Et est duplex au-
ctoritas, concurrens in unam plenam, quod patet,
quia ab inuicem aliquando diuiduntur. Interdum
enim dominus Papa committit alicui auctorita-
tem perscrutandi, & discutiendi aliquam causam,
quatenus discussam usque sententiæ prolationem,
ad suum remittat iudicium. Et tales habent aucto-
ritatem discernendi, seu discutiendi, non senten-
tiandi. Iuxta hunc modum de auctoritate sacerdo-
tibus commissa, est sentiendum: uidelicet, quòd
cum collata sit eis sufficiens arbitrandi auctori-
tas inter Deum, & reum, quòd utramque habeant
auctoritatem. Cumque utraque ista auctoritas sit
ordinata ad cœli apertionem, utraque clauis est,
suntque duæ claues, attamen, quia ex eis constat
una plena auctoritas in uno ordine (puta in sacer-
dotio) dantur, & unum respiciunt. Sicque patet,
quòd plures sunt claues. Vnde sicut iuxta anti-
quos doctores ad eandem seram aperiendum in-
terdum duplex clauis requiritur: Vna, quæ ape-
rit uiam, & dicitur anteclauis: alia, quæ dire-
ctè aperit, & dicitur clauis principalis: ita in spiri-
tualibus sententia est sicut ante clauis, quia iudi-
cium dirigit: potestas uerò absoluendi, clauis
est principalis. Et ita claues hæ distinguuntur
penes actus, ad quod immediatè sunt, utpotè pe
nes discernere de culpa, & absoluere à pœna. Hæc
Bonauentura.
Arguitur ¶Cuius opinio esse videtur, quòd duæ istæ claues
realiter ab inuicem differant. Argentinẽsis uerò, &
Durandus primæ positioni consentiunt, quæ com- Durand⁹.
munior, ueriorque videtur.
¶Antisiodorensis quoque in summa sua libro Antisiod.
quarto: In euangelio, ait, Christus loquitur Petro: Matth. 16
Quodcunque ligaueris super terram, &c. Et rursus, Iohan. 20
Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis pec
cata, remittuntur eis, & cætera. Constat itaq;, quòd
utrunque loco usus est Christus uerbo subiunctiui
modi, quod significat consumptionem, seu consum
mationem rei significatæ per uerbum Ideo sensus
est: Quodcunque solueris, idest, cuiuscunque solu-
tionem consummaueris super terram, erit solutum,
& in cœlis. Consummatio autem dicitur respe-
ctu inchoationis. Deus inchoat solutionem dimit-
tendo culpam, & pœnam æternam. Sacerdos ue- Lucæ. 11.
rò consummat, dimittendo aliquid de pœna ex ui
clauium per impositionem manuum. Et hoc patet
in resuscitatione Lazari. Dominus enim dixit, Laza-
re, ueni foras. Et statim prodijt: Postea dixit Soluite
eum, &c. Ergo ubi dominus non inchoat, sacerdos
non consummat. Ideo si sacerdos iniungat pœni-
tentiam minorem condigna, pœnitens illa comple-
ta non euolabit, imò residuum in purgatorio sol-
uet, nisi aliunde per charitatis feruorem, & contri-
tionis acerbitatem, supererogationisque opera sup
pleatur. Non enim sacerdos penitus consummat ab
solutionem, sed in parte, & quantum ad illam par-
tem pœnitens solutus est in cœlo. Cumque in fictè
accedente nihil inchoauerit dominus nihil, in eo
consummat sacerdos.
¶Præterea si quęrat, an clauis erret, id est, habẽs Quæstio.
clauem, dico, quòd quoad aliquid, errat, & quo ad
aliquid, non. Nam errat secundum ueritatem, non
errat secundum iudicij æquitatem. Nempè secun-
dum exteriora ipsum iudicare oportet quemad-
modum iudex: qui punit innocentem secundum
allegata, & probata, iustè iudicat secundum iudi-
cij æquitatem, non tamen iudicat iustè se-
cundum ueritatem. Alij exponunt sic: Quod-
cunque ligaueris super terram, supple iustè, quan-
tum ad utrumque: utpotè quantum ad illum,
qui ligat, & quantum ad illum, qui ligatur. Sed expo
sitio æquipollet præhabitæ. Hęc Antisiodorensis
in summa. Qui in his sentire uidetur, quòd uis cla
uium non se extendat nisi ad temporis pœnæ dimi
nutionem, quod & Bonauentura sensisse in ver-
bis videtur præhabitis. Et Scotus mouet, quęstio- Scotus.
nem hic specialem, alij quoque doctores. Vnde de
hoc infra dicetur.

QVAESTIO IIII.

NVnc quæritur, *quid sit macula in anima an sci-
licet in ipsa culpa, & si non, an dimisso pec-
cato remaneat, & utrum peccatum possit remitti
quantum ad maculam, non tamen quantum ad
pœnam.*
¶Apparet autem, quòd culpa sit realiter macula
ipsa, quia, nihil deformius, nihil turpius est pecca-
to, præsertim cum sanctus Dionysius in libro de di-
uinis nominibus contestetur, quòd omne ens est
pulchrum, & quod uniuersa participant pulchro,
sicut, & bono. Peccatum uerò cum formaliter non
sit aliquid in positiuum, formaliter expers est totius
decoris, & ita non est nisi macula, atq; deformitas:
Ex quo vltra probatur, quòd macula non sit quid
positiuum in anima, & item, quòd peccato remisso,
non maneat in anima macula aliqua.

Respõsio. Bonauen. Peccati tria vocabula.

¶Circa hæc scribit Bonauentura in quæstionibus literæ: Quamuis peccatum sit unum in se, tñ ẽm diuersam considerationem tria sortitur uocabula, & hoc per comparationem ad nostrum iudicium, qa iudicium nostrum consideratur primò per modũ speculationis: secundò, prout sej extendit ad effectum: tertiò, prout extendit se ad effectũ. Cõformiter iudiciũ Dei oipotentis sub triplici rõne ꝑsideraẽ respectu peccati. Primò ꝑ modũ speculationis, & ita pctũ est macula eius iudicio, propter turpitudinẽ, quam in eo considerat. Secundò consideratur iudiciũ Dei sub rõne effectui. Sicq; pctũ est ei fœtor: qm affectus bene dispositus abominaẽ, ac refugit illud. Tertiò, prout procedit in effectum ultiõis, & ita peccatum appellatur debitum mortis æternę. Rursus, peccatum consideratur per respectum ad eũ, in quo est, quẽ, quia fœdat, & maculat, rectè macula noẽatur, & rursum in respectu ad eũ, in eius cuius affectu nõ est, & sic dr fœtor, & ad Deum, sic que uinculum mortis æternæ uocatur. Vnde patet quõ ipsum peccatum est macula, atque per gratię infusionem deletur. Interdum carentia gratiæ dicitur macula, quam constat tolli per gratiam. Potest etiam aliter accipi, ut patebit. Hæc Bonaventura.

Thomas.

¶Porrò Tho pleniùs scribens: Ex hoc, inquit, aliquid ferẽ maculatũ: qm debitæ puchritudinis patitur detrimentũ. Hinc macula secundum, quod huiusmodi, non noẽat aliquid positiuum, sed per comparationẽ ad illud, quod pulchritudinis detrimentum inducit, aliqñ ponere aliquid perhibeẽ, sicut aliquid impressum uultui hoĩs, ꝙ eius decorẽ tegit, aut aufert. Pulchritudo aũt aĩæ consistit in similitudine, & assimilatione sua ad Deũ, cui conformaẽ ꝑ claritatẽ gr̃æ ab eo exortę. Quẽadmodũ uerò ꝑceptio claritatis corporalis causatæ à sole, prohibeẽ à nobis ꝑ interpositũ obstaculũ aliquod, sic charitas gratię, ꝓhibeẽ ab aĩa ꝑ pctũ, qđ diuidit inter Deũ, & eã. sicq; macula ex se non dicit nisi gratiæ priuationẽ. sed tanꝙ cãm sui dicit ipsum obstaculũ, qđ impedit gr̃æ receptionem. Cũq; gratia sit in essentia aĩæ, illuminãs intellectũ dirigẽsq; affectũ, hinc priuatio gratię, puta pctũ, parit in intellectu errorẽ, ac cæcitatẽ, & in uoluntate obligatẽ, atq; puersitatem. Ex quibus manifestũ est, ꝙ macula ista non aufertũ ab aĩa, nisi peccatũ, qđ est gratiæ impedimentũ, remoueaẽ, & lumen gratiæ infundiẽ. Sicq; macula ista auferẽ, non ut non fuerit in aĩa, quia ꝑteritũ non pôt non fuisse: sed sic, ut non habeat effectum auertendi Deum à nobis, & ut non amplius imputetur, quod fit, dum propter præteritam culpam Deus à nobis non retrahit suæ pietatis aspectum, nec gratię suæ influxum, aut miserationis suæ effectũ. Verũtñ pulchritudo aĩæ non recupereẽ oĩmodè, seu quãtũ ad quodcunque accidentale. Non enim recuperatur, quantũ ad innocẽtiæ dignitatẽ, sed quãtũ ad decorẽ gratiæ, quæ restituitur. imò interdum maior effi citur, ꝙ extitit ante. Insuper in peccato sunt duo, vc3 auersio a summo, & incõmutabili bono, atq; cõuersio ad cõmutabile bonũ. Et iuxta hoc sunt duo effectus peccati. unus est indignatio Dei aduersus nos, correspondens nostræ auersioni ab ipso. Alius est pœna ordinãs inordinatã illã cõuersionẽ. Cũq; primum in pctõ ex parte nostri sit illa conuersio, & quod priùs est in generatione, est ultimũ in destructione: idcirco ex parte Dei est primum reconciliatio sui ad nos, secundum uerò liberatio à debito pœnæ. Pœna quoque est duplex. Vna exterminans reos seu hostes, quæ pœna ex ipsa reconciliatione auferẽ. Alia aũt est pęna corrigens ciuẽ seu filiũ, aut amicũ, cuius pœnæ debitum potest manere recõciliatione iã facta. Hinc dũ pctũ remittiẽ simul, quo ad maculã, & quo ad pœnã, quę est exterminans, omnino dimittitur. non autem semper, quo ad pœnam temporalem, quæ est corrigens. Hæc Thomas.

Pulchritudo animę in quo cõsistat.

In peccato duo sunt.

Pœna peccato debita duplex

¶Consonat Petrus: Macula, inquiens, peccati in anima, non est nisi dissimilitudo eius ad Deum, ad cuius similitudinem facta est. Gratia uerò est similitudo Dei. Quẽadmodum ergo similitudo non nisi per dissimilitudinẽ tollitur, sic macula peccati non nisi per gratiam Dei. Porrò pulchritudo innocentiæ continet duo, Vnum essentiale, utpotè similitudinem Dei: alterum accidentale, puta continuationem similitudinis. Primum per pœnitentiam redditur, non secundum.

Petrus

Quæstio.

¶Si quæras qd sit macula ista, dicendum, ꝙ sicut animaẽ ꝑ conuersionẽ à bonis mutabilibus ad eterna, exuiẽ mutabiliũ similitudine, atq; induiẽ similitudine Dei: sic per auersionẽ ab æternis ad temporalia, exuiẽ similitudine æternorũ. Et hæc est macula priuationis, & inducitur quidẽ ꝑ aliũ similitudine, scm quod amans transformaẽ in amatum. Et hæc est macula positionis. Verũtñ hæc similitudo non est mala in se, sed in tali subiecto, secundũ quod retrahit à similitudine nobiliori diuina. Propter quod rationem maculę propriæ habet à priuatione, quam uis in se sit res quędam. Sicut enim speculum amittit similitudinem rei, cuius facies ab eo auertitur, & recipit similitudinem rei, cuius facies ad ipsum conuertitur, ita, & anima.

Quæstio.

¶Præterea si ꝙraẽ, quò post absolutionẽ sacerdotis remanet debitũ pœnæ ꝑ alis, dicendũ, ꝙ aliqui posuerunt, qđ sacerdos absoluendo remittit pœnã æternã. Quibus obijcitur, qa cũ culpa in contritione remissa fuerit, ergo ꝙ aliquo ꝛpe contritus est, fuit sine culpa dignus æterna pœna. Alij dixerũt, qđ cõmutat pœnã purgatorij in pœnã ꝛpis huius. Sed ꝙ, non hꝫ potestatẽ sup purgatorij pœnã, qa non habet potestatẽ ligãdi, & soluendi nisi super terrã. Alij dicunt cõiter, quod remittit partem pœnæ satisfactoriæ, debitæ cuipis confessi ẽm proportionem. Contra, pœnitens meruit sibi remitti, sicut suffragia ecclesiæ prosunt defunctis, si fiant pro eis secundũ quod ea sibi meruerunt prodesse. Hæc autem remissio sit uirtute clauium de thesauro ecclesię, qui clauibus subest, & integratur ex tribus. Primò ex meritis fidei, & charitatis totius ecclesię. Vnde asserit Augustinus, ꝙ pœnitens nequit curari nisi sustentet eum unitas ecclesiæ. Secundò, ex merito supererogationis perfectorum uirorum in ecclesia, scilicet marytum, & innocentium. Tertiò, ex super abundanti merito passionis Christi, & totius conuersationis suę in seculo isto, quod annexum est uirtuti sacramentorum, quorum ministerium habent prælati. Hæc Petrus.

Opinio. Improbatio. Opinio. Improbatio.

Opinio.

Thesaurꝰ ecclesiæ integratur ex tribus Augustinꝰ

Richardꝰ.

¶Concordat Richardus, dicendo: Sacerdos potestate clauium potest pœnitenti remittere aliquã partem pœnæ temporalis, debitæ culpis ipsius, non tantum illius, quã ei iniunxit, aut iniungere posset, sed illius quoq;, quæ in purgatorio est explenda, atque de pœnis iustiùs potest plùs, aut minus remittere, secundum quod pœnitens ad huiusmodi remissionẽ magis dispositus est. Macula autem peccati mortalis, est dispositio, qua peccator dispositus est, & dignus pœnis mortis æternæ.

Sacerdos v. clauiꝫ pœnam remittit

¶Sed quęri potest, utrum si reuelatum esset ꝑfessori, totam pœnam peccatis debitam esse pœnitenti remissam, an adhuc deberet ei aliquã satisfactionẽ iniungere. Et dicendum, quòd imò, quia (ut dictum est) satisfactio pœnitentię est, peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus aditum non præbere, ideo in cautelam contra futura peccata esset talis pœnitentia iniungenda. Nempè pœnitentia ista non est solum satisfactio pro peccatis præteritis, sed etiam remedium, & cautela contra peccata futura. Hæc Rich.

Gulielmꝰ parisiẽsis.

¶In his doctores communiter satis concordant, & super his copiosè scribit Gulielmus Parrhisiensis, qualiter peccatum rectè uocatur macula, deformitas tenebra mentem creatam deformans, fędans, commaculans, ita, quòd lumen naturale in ea obfuscatur, lumen gratiæ extinguitur, & aufertur, ac lumine gloriæ, nisi pœniteat uerè, in ęternum priuatur.

QVAESTIO IIII.

Cõtra ueritatem. Arguitur.

PRæterea quæriẽ, *An potestas clauium se extendat ad remissionẽ, culpæ, ac pœnæ etiam sempiternæ. Et uerum sacerdos potestate clauium uti possit ad placitum.* ¶Videtur, quòd potestas ista nequaquam extendat se ad culpæ remissionem: quoniam Deo proprium perhibetur peccata dimittere. In textu quoque habetur, quòd Deus sibi soli hoc reseruauit, sicut, & gratiam dare, infundere, & creare. Nũc quoque inductum est, quòd sacerdos non dimittet culpam, nec pœnam æternam, sed duntaxat aliquid pœnæ temporalis:

In oppoſitum.

¶In oppositum est, quod Christus dixit discipulis: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & c. Confessores quoque in forma absolutionis pronunciant. Et ego auctoritate ipsius, &c. absoluo te à uinculis excommunicationis, &c. & omnibus peccatis tuis, &c.

Iohan. 20.

Respõsio. Albertus.

¶Circa hæc scribit Albertus: Quæstio ista est utilis: ad quam dico, quod essentialis actus clauis, est super pœnam illam, quæ purgatoria dicitur. Sunt enim in genere pœnæ, tres modi pœnarum. Vna est pœna æterna secunda est pœna temporalis, seu transitoria, uiribus pœnitentis improportionata, utpotè purgatorii pœna. Tertia est pœna transitoria, uiribus pœnitentis proportionata, uidelicet pęna uitæ præsentis. Tria quoq; sunt in pœnitentia contra pœnam peccati cooperantia. Primum est dolor gratia informatus, qui operatur, & ualet contra pœnam æternam. Secundum est satisfactio, quæ delet pœnam proportionatam uiribus pœnitentis. Cum ergo potestas clauium sit media inter primum illud, & æternum, uidetur, quod operetur contra pœnam transitoriam uiribus pœnitentis improportionatam, utpotè contra purgatorii pœnam. Rursus dimissa pœna æterna, adhuc non recessit homo, nec euasit à diuino iudicio, sed restat sibi purgatorii pęna, si per claues, & satisfactionem non adiuuetur: ergo purgatoria pœna secundum iustitiæ ordinem media ea inter æternam, & satisfactoriam huius uitæ. Vnde uidetur, ꝙ pœna æterna immediatè commutetur in illam, & illam uirtute clauium in huius uitæ transitoriam, ac satisfactoriam pœnam, & ita uis clauium est super purgatorii pœnã. Non tamen negandum uidetur, quòd ille, qui habet in clauibus iurisdictionem maiorem. sicut episcopus, legatus, & maxime Papa, possit dimittere aliquid de pœna expiatiua plùs, aut minus, secundũ discretũ iudiciũ causę, puta necessitatis, uel utilitatis, ut infra patebit, ubi de indulgẽtiis erit tractatus. Si aũt obiiciatur, ꝙ pœna illa iam dicta non dicitur purgatoria rõne loci, aut fori purgatiui, sic eñ nõ esset nisi post uitã hanc, sed dr purgatiua per similitudinem. Primò: quoniam est secundum iudicium Dei. Secundò, quia ob suam accerbitatem improportionata est uiribus hominis, si modo imponere tur. sicut, & purgatorii pœna. Hæc Albertus.

Tres modi pœnaliũ

Obiectio.

Dilutio.

Dionysiꝰ.

¶Qui per pœnã hãc purgatoriã intelligere vr̃ pę nam, quæ secundum rigorẽ iustitiæ infligenda esset pro peccatis suis pœnitenti etiam in hac uita, nisi meritum passionis Christi interueniet.

Thomas.

¶De his Thomas diffusiùs scribens, sacramenta, inquit, nouę legis ex factificatione inuisibilem gratiam continent, & hæc sanctificatio qñq; ad sacrm de necessitate requiritur tam in materia, quàm ministro, ut patet in confirmatione, tuncq; uis sacramẽ talis est in utroque coniunctim. Qñq; uerò ex necessitate sacramenti non requiritur nisi sanctificatio materiæ, ut in baptismo: quia non habet ministrum determinatum, quantum ad sui necessitatem, & tũc tota uis sacramenti consistit in materia. Qñq; uerò de necessitate requiritur consecratio, uel sanctificatio ministri sine sanctificatione materiæ: sicque tota uis sacramenti consistit in ministro, ut in pœnitẽtia, sicut se habet uirtus, quæ est in aqua baptismi, ad baptismi effectum. Baptismus autem, & pœnitentiæ sacramentum conueniunt quodãmodo in effectu: quia utrumque contra culpam ordinatur directè, quod non est uerum de aliis sacramentis: sed differunt in hoc, quoniam sacramentum pœnitentię, eo, quòd habeat actus suscipientis quasi materiales, non potest dari nisi adultis, in quibus requiritur præparatio ad suscipiendum effectum sacramentorum. Baptismus uerò aliquando datur nondum adultis, imò, & usu rationis carentibus. Hinc per baptismum datur gratia, atque remissio peccatorum pueris, sine eorum pœnitentia præuia, non adultis in quibus exigitur præparatio, quæ interdum præcedit tanta ante susceptionem baptismi, quòd infunditur gratia ante baptismum, non ante uotum baptismi. Interdum autem talis prꝑparatio tẽpore non præcedit, sed est simul cum baptismi susceptione, & tunc per baptismi susceptionem gratia remissionis culpæ confertur, sed per pœnitentiæ sacramẽtum nunquam datur gratia, nisi præparatio adsit uel priùs fuerit. Vnde uirtus clauium operatur ad culpæ remissionem, uel in uoto existens, uel in actu se exercens, sicut, & aqua baptismi. Verum sicut baptismus non agit ut principale agens, sed ut instrumentum, non quidem pertingens ad causandum gratiæ susceptionem, sed instrumentaliter disponens ad gratiam, per quam fit culpæ remissio, ita est de clauium potestate. Vnde Deus solus per se culpam remittit, ut in eius uirtute instrumentaliter agit baptismus tanquam instrumentum inanimatum, sacerdos uerò ut instrumentum animatum ꝙ dicitur seruus, secundum philosophum Ethicorum. 8. Ideo sacerdos agit ut minister. Sicque patet, quòd potestas clauium ordinatur aliquo modo ad culpæ remissionem, non ut agens, sed sicut disponens. Vnde si añ absolutionem aliquis non fuisset perfectè dispositus ad gratiam accipiendam in ipsa confessione, & absolutione sacramentali gratiam consequeretur, nisi obicem ponere. Si autem clauis nullo modo ad culpæ remissionem ordinaretur, sed tñ ad pœnæ dimissionem, ut alij dicunt, nõ exigeret uotũ potiẽdi effectu clauiũ: quẽadmodũ non exigit uotũ accipiendi alia sacramenta, quæ non ordinantur contra culpam, sed pœnam. Itaque sicut ait Magister, sacerdotibus commissa est potestas dimittendi peccata, non ut propria uirtute dimittant, quia hoc Deo est propriũ, sed ut operationem Dei remitten

Deus solꝰ per se culpã remittit

Sacerdotibus cumissa potestas est.

tis ostendant tanquam ministri. Sed hoc tribus modis contingit. Primò, ut ostendant eam non ut præsentem, sed ut promittant futuram, sine hoc, quòd aliquid operentur ad eam. Sicque sacramenta ueteris legis operationem Dei monstrabant. Sacerdos quoq; ueteris legis ostendebat tm̃, & nil operabatur ad gratiam. Secundò, ut præsentem significent, & nil operentur ad eam, & ita secundum quosdam sacramenta nouæ legis significant gratiæ collationem, & potestas clauium tantum designat gratiæ collationem, quæ datur in confessione, & absolutione, prout de ista opinione dictum est supra in prima distinctione Tertiò, ut significent diuinam operationem in remissione culpæ præsentem, atque ad ipsam dispositiuè, ac instrumentaliter operentur, & ita secundum aliam opinionem communius sustinetur sacramenta nouæ legis emundationem ostendunt diuinitus factam. Sicq; sacerdos noui testamenti ostendit absolutos à culpa; quoniã proportionabiliter loqui oportet de ministris, & sacramentis, & de potestate eorum. Nec obstat si culpa sit iam per contritionem dimissa, sicuti nec, q̃ baptismus disponat quantum in se est, in eo, qui sanctificatus iam est.

Quæstio. ¶Porrò dum quæritur, an potestas clauium, seu sacerdos per eam possit remittere peccatum, quantum ad pœnam: dicendum, quòd idem iudicium est de effectu, quam potestas clauium actualiter exercitia completin eo, in quo contritio tempore præcesit, & de effectu baptismi, qui habenti gratiam datur. in quo gratia per baptismum augetur, & tota pœna dimmittitur. Similiter, qui ante confessionem, seu absolutionem obtinuit gratiam per ueram contritionem, & per consequens culpæ, atque æternæ pœnæ remissionem. Gratia augetur ui clauium in confessione, & pœna temporalis dimittitur non totam, ut in baptismo, qui est spiritualis regeneratio. Pœnitentia autem est spiritualis curatio, propter quod totam pœnam non aufert, nec solum aufert pœnam, quam confitens habet in confitendo, ut aliquid dicunt. Sic enim confessio, & absolutio sacramentalis non essent nisi in onus, quod non competit sacramentis nouæ legis. Sed etiam de illa pœna, quę in purgatorio debetur, aliquid remittitur, ut in purgatorio minus puniatur absolutus ante satisfactionem decedens, quàm si ante absolutionem decederet. Si autem obijciatur, quia si per quamlibet confessionem aliquid pœnæ remittitur, posset quis toties eadem peccata confiteri, quòd nihil pœnæ infligendum esset pro eis. Et respondendum, quòd (secundum quosdam) confessio non potest habere effectum magis, quam semel idem peccatum, ita, quòd in prima absolutione tantum dimittitur ui clauium, quantum dimitti potest, Attamen ualet iterata confessio, propter instructionem, tum propter maiorem certitudinem tum propter intercessionem confessoris, tum propter uerè cundiæ meritum. Sed hoc, non videtur uerum, quoniam, & si hæc esset ratio iterum confitendi, non tamen esset ratio iterum absoluendi, præsertim in eo, q̃ certus est de præcedenti absolutione. Ita enim poterit dubitare de secundo absolutione, sicut de prima. Sicut uidemus, quòd sacramentum extremæ unctionis non iteratur super eundem morbum, eo, quòd totum, quod per sacramentum fieri potuit, semel est factum. Et præterea in secunda confessione non requireretur, quòd is, cui fit confessio, claues haberet, si uis clauiũ in ea nil operaretur. Hinc alij dicunt, quòd etiam in secunda confessione, & absolutione aliquid ui clauium de pœna remittitur: quoniam in secunda absolutione augmentum gratiæ datur, & quo gratia maior confertur, tanto minus de impunitate peccati permanet præcedentis. Ideo minor pœna purgans debetur, propter quod in ablolutione confitenti plùs, aut minus de pœna dimittitur ui clauium, secundũ quod magis, uel minus se disponit ad gratiam. Et potest esse tanta dispositio. puta contritio, seu erubescentia de peccato, & conatus, ac feruor ad Deũ, quòd tota pœna (ut dictum est) auferatur. Vnde inconueniens non est, si per frequentem confessionem tota pœna tollatur, ita ut peccatum omnino maneat impunitum, quo ad pœnam inflictam, pro, quo passio Christi satisfecit.

Obiectio.

Iteratio cõfessionis valet.

Quæstio. ¶Quæritur, quoque, an sacerdos possit ligare, & soluere iuxta arbitrium proprium. Et respondendum, quòd sacerdos operatur in usu clauium, ut instrumentum, & minister. Nullum autem instrumentum habet efficacem actum, nisi secundum quod mouetur à principali agente, ideo diuinus Dionysius in fine ecclesiasticæ Hierarchiæ testatur, quòd sacerdotibus utendum est uirtutibus Hierachicis, prout deitas mouerit eos. Idcirco in euangelio recitatur, quòd Christus collationi clauium præmisit; Accipite spiritum sanctum. Vnde si quis præter hũc motum diuinum uti sua potestate præsumpserit, non consequeretur effectum, ut sanctus Dionysius loquitur, & utra hoc diuino ordine auerteretur, ac culpam incurreret. Cumque pœnę satisfactoriæ infligendę sint ut medicidæ, ideo sicut medicinæ in arte determinatæ non omnibus sunt eædem, sed uariandæ sunt secundum arbitrium medici, non propriam uoluntatem sequentis, sed artem, ac regulas medicinæ: ita pœnæ satisfactoriæ determinatæ in canone, non omnibus competunt, sed uariandæ sunt secundum sacerdotis arbitrium diuino instinctu regulatum. Quemadmodum etiam medicus interdum ex prudentia non dat medicinam tam fortem, quæ sufficiat ad morbi curatiodem, ne propter debilitatem suam æger maius incurrat periculum: ita sacerdos diuino motus instinctu, non semper totam pœnam, quæ uni peccato debetur iniungit: ne pusillus districtione, & iurie rigore tertius, ac delectus recedat à pœna totaliter. Hęc Thomas.

Iohan. 20.

Opinio. ¶In quibus primo obscurum videtur, quod ait, quandoque ex necessitate sacramenti non requiritur nisi sanctificatio materiæ, sicut in baptismo. Nẽpè iuxta præhabita. in tractatu de baptismo, uerum baptismus dari potest in qualibet uera aqua, quamuis non sanctificata, etiam sine peccato in necessitatis articulo. Sanctificatio autem aquæ non ad necessitatem, sed solennitatem pertinet sacramenti illius. Secundò, quòd ait in solutione tertij argumenti quęstionis, qua quærit, utrum sacerdos per potestatem clauium ualeat remittere peccatum quantum ad pœnam: pro quodlibet, inquit, peccato oportet aliquam pœnam satisfactoriam remanere, per, quam præstetur medicina contra peccatum. Et quamuis uirtute absolutionis dimittatur aliqua pœna peccati, uel aliqua pars pœnæ debitæ pro aliquo magno peccato, non oportet, quòd tanta quantitas pœnæ dimittatur respectus cuiuslibet peccati, quia secundum hoc aliquo peccatum remaneret sine pœna. Sed uirtute clauium de pœnis singulorum peccatorum proportionabiliter aliquid dimittitur. Huic inquam dicto videtur non consonare, quòd (sicut iam patuit) ait

ait confessionem posse toties iterari, quòd tota pœna dimittitur.

¶Tertiò, quòd ait. iuxta hoc, peccatum posse manere omnino impunitum. cu uerbo obuiare uĩ communedictum hoc Augustin, nullum malum impunitum sed hoc accipi potest de pœna foris inflicta. Etenim in hoc casu peccatum non manet impunitum, præsertim cũ, & ipse dolor pœnitętiæ de pctõ, sit pœna pcipua, & maximus dolos, sicut expositũ ẽ. Erubescentia quoq; de turpitudine, & insipientiæ culpæ, est pœna non minima sic, & satisfactio, quæ à confessore iniungit pœnitenti, punitio quædã est.

Petrus. Richard⁹. ¶Consonat. Petrus responsioni Thomæ, quantum principalia.

¶Richardus quoq; qui contestatur: Quamuis sacerdos absoluendo remittere nequeat peccati maculam effectiuè: attamen ministraliter, ac instrumentaliter remitti; contritio maculam peccati dispositiuè, inquantum ministerio suo assistit diuina uirtus, quæ peccatum dimittit. Cumque macula ista sit dispositio, qua anima pati potest pœnas inferni, idcirco sacerdos uirtute clauium ad æternæ pœnæ remissionem disponit, quam pœnam Deus effectiuè principaliterque remittit, sicut, & maculam culpæ. Hęc Richardus.

Bonauen. ¶At uerò Bonauentura sequitur opinionem supra in responsione Thomæ narratam, & improbatã. Itaq; Bonauentura, sacerdos, ait, per potestatem clauis mediator est Dei, ac hominum, ita, quòd peccator per ipsum ascendit ad Deum. Sicq; sacerdos est os peccatoris, loquens pro ipso ad Deum. Per sacerdotem quoq; Deus descendit ad homines. sacerdos est angelus Dei, imò, & os eius, separans pręcio sum à uili. Et inquantum ascendit ad Deum, habet se per modum inferioris, & supplicantis: inquantũ uerò descendit, habet se, per modum superioris, ac iudicantis. Secundũ primũ modum potest homini- Ier. 25.
bus gratiam impetrare, secundum alium modum potest alienatos ecclesiæ reconciliare. In horum significationem, in forma absolutionis præmittitur deprecatio per modum deprecatiuum, & subiungitur absolutio per modum indicatiuum Deprecatio quoque gratiam impetrat, absolutio uerò eam ponit. Nunquam enim sacerdos absolueret aliquẽ, de quo nõ præsumeret, quòd esset absolutus à Deo. Itaque potestas clauium se potest extendere ad dimissionem culpæ per modum deprecantis, ac impetrantis, non per modum impartientis. Hæc Bonauẽtura. Cuius responsio procedit iuxta alia eius dicta, quibus affirmat, quòd sacramenta euangelicæ legis non continent gratiam, neque causant nisi per modum cuiusdam pacti Dei cum ecclesia militante, & per assistentiam quandam: quia prohibuit, atq; asseruit se gratiam collaturum his, quibus adhibentur ecclesiastica sacramẽta. Quæ opinio, sicut ostensum est, non uidetur sufficienter saluare dignitatem, ac eminentiam euangelicæ legis. Deniq;, modo nunc tacto etiam sacerdotes ueteris testamenti impetrabant gratiam plebi, orando, immolando, & procurando. Imò, & nunc in euangelica lege per modum deprecantis, & impetrantis, homines uirtuosi, ac feruidi pręsertim perfecti, & sancti. sunt peccatoribus causæ dispositiuæ ad gratiam impetrandam, ac pœnam diminuendam, ut etiam in litera Magister ex Augustino allegat. Et ita sacerdos ex ui clauium nõ plùs posset, quam tales non sacerdotes. Tenendum ergo, quòd euangelicę legis sacramenta continent gratiam, atque efficiunt, quòd designant.

¶Consequenter Bonauentura rndendo ad istud utrũ potestas clauium se extendat ad pœnę diminutionẽ, affirmat: Præter opinionem, quam Magister refert in litera, quòd scilicet. sacerdos per claues absoluat à pœna æterna, sunt adhuc tres opiniones: Vna, quòd sacerdos absoluit non à pœna, sed à uinculo confessionis. ligando ad pœnam satisfactionis. Quæ opinio trahi uidetur ex uerbis Hugonis in libro de potestate ligandi. ubi septem uincula distinguuntur. Primum est, uinculum confessionis: secundum, seruitutis, tertium, captiuitatis; quartum, æternę damnationis siue punitionis: quintum, perpetuæ detestationis peccati: sextum, confessionis: septimum, pœnalis expiationis. Sacerdos autem soluit peccatorem, at non tenetur iterum eadem confiteri, & ligat eum ad uinculum satisfactionis. Sed opinio ista non ualet, quia sacerdos absoluendo non dicit absoluo te a confessione, sed peccatis. Ab illis ergo absoluit, uel quantum ad pœnam, uel quantum ad culpam. Hinc secunda opinio est, quòd sacerdos absoluit etiam quantum ad pœnam purgatoriam, non commutando, & hoc sub conditione, si impleat satisfactionem iniunctam, quæ si fuerit sufficiens, & condigna, absoluit a tota, ersi non absoluit a tanta. Ideo si peccator moriatur ante satisfactionis completionem condignæ, oportet eum in purgatorio residuum soluere. Sed, nec ista ualeat opinio, quia peccator iste post absolutionem diuinam non magis tenetur ad pugatoriam pœnam, quàm aliam. Et hoc patet, quia in tantum conteri posset, quòd Deus totam pœnam dimitteret ei. Est ergo positio magis consona fidei pietati, quòd scilicet, sacerdos aliquam partem pœnæ dimittit ui clauium absoluendo. Cum enim uniuersæ uiæ domini sint misericordia, & ueritas, idcirco in iustificatione, quæ opus est misericordię, ita remittit culpam, ut non totaliter præcreat iustitiæ regulam: ideo confessum tenet adhuc obligatum ad pœnam, quæ secundum rigorem iustitiæ improportionata est uiribus nostris, ac nostræ cognitioni ignota. Et pro illa oportet aliquo modo satisfieri Deo. Prouidit ergo pius, & iustus Deus nobis aliam uiam, & constituit arbitrum sacerdotem, cui dedit potestatem arbitrandi, atque taxandi pœnam, ac manifestandi eandem, dimittendi nobis aliquid debitæ pœnæ ui clauium, & merito passionis dominicæ. Quanta autem sit pars illa, non est nostrum determinare, sed Dei Sicq; pœnitentiæ sacramentum erit fructuosum magis, quàm onerorum. Hęc Bonauentura. Cuius responsio magis consonare uidetur pręinductę responsioni Alberti.

Tres opiniones. 1.

Hugo. Septem miracula quæ facer dos soluit

opinionis improbatio. 2.

Improbat. 3.

Psalm. 24

¶Insuper Scotus sequitur in his opinionem ex Bonauentura narratam, uidelicet, quòd sint duæ claues distinctæ, & quòd claues non extendunt se ad remissionem culpę nec pœnæ æternæ, sed ad remissionem pœnæ temporalis tantummodo. Namque ait: Sententia actualis, aut habitualis, non est clauis, quia auctoritas cognoscendi quamuis requirat scientiam, uel discretionem concomitantem ad rectum usum suum, sicut auctoritas iudicandi iustitiam aliquam, attamen sicut potestas iudicandi non est iustitia, imò potest consistere sine ea, ita auctoritas, seu potestas cognoscendi in aliqua causa, potest esse sine discretione cognoscendi. Aliqui quoq; dicũt, quòd claues istæ sint idem cum charactere sacramentali. Quibus obijcitur, obiectio, quòd una earum puta

Scotus.

potestas clauium, potest esse sine alia, id est, ne charactere seu potestate sacerdotali, imò, & una prior est alia, tempore. Et in apostolis ita fuit, quia una eis data est in cœna, utpotè potestas conficiendi: alia autè post Christi resurrectionem, dum dixit: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. In consecratione etiam sacerdotum prius datur eius una, quàm alia, quia potestas sacerdotalis eis confertur in porrectione calicis, dicente episcopo: accipite potestatem conficiendi, seu celebrandi. Deinde accipiunt potestatem ligandi, & soluendi, ponente episcopo manum supet capita eorundem, dum ait: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis, &c. Hæc Scotus.

Opinio. Obiectio.

Ptās sacerdotalis una est & duplex.

¶Quorum oppositum constat ex præinductis, nec communiter doctores sic tenent. Sed potestas in se una est in essentia, ac radicè, duplex uerò, imò, & multiplex in effectu. Ad quod insinuandum, verba illa euangelica distinctè sic proferuntur. Et uerum est, quòd potestas clauium superaddit quandam relationem potestati sacerdotali, quia non potest sacerdos absoluere, nisi aliquam habeat iurisdictionem super eum, quem absoluit, vt dictum est sæpe.

¶Probat quoque Scotus opinionem suam per hoc, quòd character non potest esse nisi relatiu. Cuius contrarium super ostensum est, quia realiter contrarietas est. Scribit item, quòd confessor debet circunstantias merito inquirendas inquirere, non superuacuas, quæ aures prurientes delectant, & perscriuari an confitens habeat contritionem, uel saltem attritionem, nec aliter potest rectum proferre iudicium, nec satisfactionem iustam ritè imponere. Quod est contra eos, qui confessionem audiunt quasi quandam narrationem, aut fabulam quandam.

¶Argentinensis demum in omnibus his sequitur positionem communem de realitate, & unitate seu numero clauium, &c.

QVAESTIO IIII.

DE excommunicatione nũc quæritur, *An ecclesia possit, an debet quenquam excommunicare.*

¶Videtur, quòd non, quia ecclesia est pia suorum mater fidelium, ergo non debet filios suos abijcere, sed indesinenter ad errantium reductionem laborare, Rursus, Apostolus, Noli, inquit, uinci à malo, sed uince in bono malum. ergo ecclesia non debet alicuius frangi improbitate, sed sua pia, ac longanimi patientia obduratos, rebelles, & contumaces ad uitam reuocare uirtutum. Præterea, quanto quis uitiosior, duriorque consistit, tanto plùs indiget communicatione spiritualiũ bonorũ ipsorũ fideliũ: ergo nõ est extra illorũ cõionem ponendus, q tñ per excõicationis sententiam agitur. Excommunicatio quippè sic definitur: Excommunicatio est separatio ab unione ecclesiæ, quo ad fructum, & suffragia communia.

Contra veritatem Roma 11.

Ex cõmunicationis diffinitio.

¶In oppositum est practica, & doctrina ecclesiæ.

In contrarium.

¶Circa hæc scribit Antisiodorensis in Summa libro. 4. Excommunicatio est communione ecclesiæ separatio, quæ fit propter contumaciam, aut aliã manifestam offensam. Consistit autem hęc separatio in mensa, in sacramentis, in saluatione, in orationibusque ecclesię. Hæc etenim excommunicato subtrahitur, nec exhibetur ei societas in contractibus, nec in uerbis, nisi sint uerba de eis correptione, & admonitione. Porrò excommunicatio alia est maior, alia minor. Maiori excommunicatione excommunicati sunt, qui in excommunicationis sententia nominatim exprimuntur, & de hac non absoluit nisi ille, qui excommunicauit, aut superior eo. Minore excommunicatione excommunicati sunt, qui participant cum excommunicatis maiori excommunicatione, exceptis quibusdam personis, quæ in Decreto excipiuntur. Et de hac potest absoluere eliam simplex sacerdos in confessione. Item excommunicationum alia est iusta, alia iniusta. Iusta, quæ fit animo corripiendi, emendandi, ac, propter debitam culpam ordine iuris obseruato: Iniusta, dum quis non meruit excommunicari, dum iuris ordo non obseruatur. Habuit autem excommunicatio ortum ab Apostolo, qui Corinthium fornicatorem tradidit Sathanæ, ut spiritus eius saluus fieret. Sed obijci potest: quoniam contra charitatem est spiritualia bona auferre. Videtur quoque iniustum. pro temporalibus quempiam excommunicare. quia sic pœna excedit culpam. Spiritualia namque incomparabiliter meliora sunt temporalibus rebus. Dicendum, quòd ecclesia indigno spiritualia aufert, non subtrahendo, quòd ille habet, sed non impendendo, quo caret, Nec punit ultra condignum: quoniam ille meruit damnationem æternam. Ecclesia quoque pœnam, quam infert, ordinat ad excommunicati salutem, quatenus ex sua punitione redeũdo ad cor, salubriter erubescat, pœniteat, & emendet. Hæc Antisiodorensis.

Excõicatio alia diuisio.

1. Cor. 5. Excommunicationis origo. Obiectio. Dilutio.

Excommunicationis probrũ est salutare.

¶In quibus, q ait excommunicationẽ ab apostolo Paulo cœpisse, intelligendum est sane. Nempè a Christo fundamentum, & auctoritatem sortitur, qui ait: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. In ueteri quoque testamento excommunicatio fuit, ut expositores dicunt super illud euangelij sancti Iohannis: Iam enim Iudæi mandatum dederant ut si quis confiteretur eum Christum, extra synagogam fieret. Sed, & beatissimus princeps apostolorum Petrus, Ananiam, & coniugem eius tradidit Sathanæ in interitum carnis. Ecclesia etiam in priuato orat pro excommunicatis, & diligit eos, omnisque pœna, quam infert, medicinalis est.

De origine excommunicationis sententia ueriot

Mat. 18.

¶Præterea Gulielmus Parrhisiensis in suo sacramentali, probans ecclesiam hanc potestatem excõmunicandi habere. effatur: Quemadmodum seculariũ regum potestas est corporaliter excommunicare, hoc est, communionem auferre temporaliũ, & corporalium rerum: ita, & spiritualium regum, utpotè prelatorum. est spiritualiter excommunicare, id est, communionem sacrorum, & sacramentorũ, ac sacramentalium auferre, seu denegare. Rursus, sicut de ciuitate corporali eliiciendi sunt, qui leges eius, ac statuta uiolant, & contemnunt, nec in numero ciuium sunt habendi, quamdiu, hoc agunt ita de spirituali ciuitate, puta ecclesia, ritè eiiciuntur, qui Christi instituta, atque ecclesię canones, & decreta contumaciter aspernantur. quod per ecclesiasticos iudices, & spirituales iudices est agendum: Ampliùs, cũ manifestum sit duas esse respublicas, oportet duo esse genera administrantiũ, atq; regentium eas. Et proportionabiliter habent se istæ respublicę, & rectores. ac procuratores earum, lege quoque, statuta, ac pręcepta, & iudicia earundem. Hinc quicquid licèt magistratui seculari statuere pro utilitate, & consecratione reipublicæ sibi subiectæ hoc spiritualis potestas põt, prepnblica ei credita ordinare, ac agere. Porrò primũ, & maximum bonũ rei publicæ spiritualis est glorificatio oípotens super gloriosissimi Dei secundum, salus animarũ: tertiũ emẽdatio delictorũ, quartũ, declinatio seu recessus, quintum,

Excõmunicatiõis definitio

Excõmunicatio est bipartita.

quintũ, conseruatio spiritualiũ, salutariumq; bonorum, sextum, ampliatio ac propagatio talium. Quicquid ad hæc ex peragenda, conseruanda augendave pertinet, licitum est magistratui spirituali statuere circa subiectos. Cumque ad Dei pertineat gloriam, ac honorem ut eius cõtumelia tollatur de medio, & cotumelioſi in eum eliciantur de medio sanctorum, certum est prælatis hoc ipsum licere, præsertim cum hostes ciuibus admixti potissimæ sint nociui: consimiliter uitiosi uirtuosis, in tantum ut scriptum sit: Cum peruerso peruerteris. Hæc Gulielmus. Qui istam disputationem diffusè prosequitur, per uarias rationes, ac similitudines comprobans, quàm utile, ac necessarium fuit, & sit ecclesiasticæ politiæ, habere auctoritatem eijciendi rebelles & induratos, & separandi eos de congregatione obedientium, ne modicum fermeutum totam massam corrumpat,

Psalm 17

¶Deinde ostendit qualiter exercenda sit ista potestas. Quatuor, inquiens, debent concurrere in intentione excommunicantis. Primum est honoratio Dei, ut p uitanda cõtumelia Dei, & pro curanda honorificentia eius, excommunicatio infligatur. Secundum est honor sanctorum, id est rerum sacrarũ ut sacramentorum, ne sancta canibus dentur, & prophanentur. Tertium est spiritualis sanitas ipsius ecclesiæ, ad cuius pertinet sanitatem internam, ut morbida, ac putrida membra præcidantur. Quartum est correctio, & saluatio eius, qui excommunatur, aliorum quoque cautela, quatenus ille per præsentem confusionem & castigationem reuertatur ad intellectum, ac eius exemplo alii terreantur. Hæc idem, qui de his multa pulchra conscribit.

2. Corin. 5. Galat. 5.

Matth. 7.

Thomas.

¶Præterea de his sanctus Thomas plenissimè scribit: Ille inquiens, per baptismum in ecclesia ponitur, ad duo assciscitur, puta ad cœtum fidelium, & ad participationẽ sacramentorũ. Et hoc secundum præsupponit primum: quia in participatione sacramentorum soli fideles communicant Hinc aliquis potest extra ecclesiam fieri per excommunicationem dupliciter. Primò per quod separatur tantum à sacramentorum participatione, & hæc est excommunicatio minor. Secundò, & per hoc quod excluditur ab ista communicatione sacramentorum, & à fidelium cœtu, quod est excomaunicatio maior, de qua prætacta definitio data est. Tertium uerò impossibile est, ut scilicet separetur, seu excludatur à cœtu fidelium, & non à participatione sacramentorum, quia fideles in sacramentis communicant. In super communicatio fidelium duplex est Vna in spiritualibus, ut sunt mutuæ orationes, & conuentus ad sacra percipienda. Alia in corporalibus, ut in actibus legitimis, qui actus, & quæ communio his uersibus continentur.

Communicatio fideliũ duplex

Si pro delictis anathema quis efficiatur,
Os, orare, uale communio, mensa negetur,

Excommunicationis diffinitio.

Os, id est, osculum ei negetur. Orare, ne cum illo oremus, Vale, ne salutetur, communio, ne in sacramentis quis cum eo communicet, mensa, ne cum ipso quis comedat. Quę omnia tanguntur in hac alia excommunicationis definitione. Excõmunicatio est à qualibet licita communione, arque legitimo actu separatio, Oratur autem pro excommunicatis, non inter orationes, quæ pro membris ecclesiæ fiunt, ut detur pœnitentiæ spes. Si autem obijcias, quòd excommunicatio non est culpa, sed est pœna, ergo per eam nemo amittit suffragia ecclesiæ. Dicendum q suffragia unius prosunt alteri secundum quod ei continuantur. Põt autem actio unius alteri cõtinuari dupliciter. Primò uirtute charitatis, quæ omnes fideles connectit, ut sint unum in Deo, iuxta illud. Particeps ego sum omnium timẽtium rem. Hanc contritionem excommunicatio iniusta non intercipit: quoniam iustè excommunicari nemo potest, nisi pro culpa mortali, per quam à charitate diuisus est, etiam si non excommunicet: iniusta autem si non excommunicatio charitate ali cui auferre non potest. Secundò, per intentionem facientis suffragia, quæ intentio fertur in eum pro quo suffragia fiunt. Hanc continuationem excommunicatio intercipit: quia ecclesia per excommunicationis sniam separat excommunicatos ab uniuersitate fidelium, pro quibus suffragia facit. Hinc suffragia ecclesiæ excommunicatio, non prosunt, quæ pro tota ecclesia fiunt: nec ex persona ecclesiæ oratio pro eis inter membra ecclesiæ fieri potest, quãuis persona priuata possit pro illo orare.

Solutio.

Psalm. 118

Pro sola culpa mortali põt q excommunicari.

¶ Denique si quæratur, cur, & qualiter cõueniat ecclesiæ aliquem crẽdentium excommunicare: dicendum, quòd iudicium ecclesiæ conformari debet iudico Dei. Deus autem peccatores multipliciter punit, ut eos ad bonum trahat Primò, flagellis castigando: secundo, hominem sibiipsi relinquendo, quatenus propriam infirmitatem experiatur, & ita ad dominum reuertatur, in quorum utroque ecclesia imitatur Deum excommunicationis sententiam infligendo: Inquantum enim hominem à communione fidelium separat, quatenus salubriter erubescat, limittatur Dei iudicium, quo per flagella castigat. Inquantum uerò separat illum in suffragijs, ac alijs spiritualibus bonis, imitatur iudicium Dei, quo hominem subiipsi relinquit, quatenus per humilitatem seipsum cognoscens, ad Deum compunctus recurrat. Si autem obiiciatur quod excommunicatio est maledictio quædam, non autem licèt maledicere homini, dicendũ quod maledictio duplex est. Vna, quæ sistit in malo alteri imꝑcato, ut si dicas, Pereas in æternum. & ita non licet. Alia, quæ infert malum illud ad bonum eius, cui maledictio illa infertur. Sicq; excommunicatio est maledictio, quædam, & ita est licita. Denique ex hoc, quòd quis suffragiis priuatur ecclesiæ, triplex incurrit incommodum, ex oppositio per triplex commodum, quod ex suffragiis ecclesiæ consequitur homo. Valent namque ad augmentum gratiæ eis, qui gratia habent atque ad obtinendum eam eis, qui eam non habẽt: Et quantum ad hoc dicit magister, quòd gratia p excommunicationem subtrahitur. Secundò ualent ad uirtutis custodiam. Et quantum ad hoc, asserit, quòd per excommunicationem protectio Dei aufertur, non quod excommunicationem protectio Dei aufertur, non quòd excommunicatus à prouidentia Dei totaliter excluditur, sed ab illa defensione, qua omnipotens filios ecclesię specialiori modo tuetur. Tertiò ualent ad defensionem ab hoste, & quantum ad hoc, addit, quòd maior potestas sæuiẽdi excommunicatum diabolo datur tam spiritualiter, quàm corporaliter. Idcirco in primitiua ecclesia quoniam per signa homines erant inducendi ad fidem, sicut donum spiritussancti per sensibile signũ manifestabatur, sic uirtus excommunicationis corporali uexatione excõmunicantia dæmone: Nec tamen ecclesia excommunicati salute desperat, imò excommunicationem ordinat ad ipsius excommunicati saluationem.

Maledictio duplex

Ad quid excommunicatio ualeat.

Quæstio.

Obiectio.

¶ Quæritur quoq;, an pro temporali dãno excõmunicandus

municandus sit homo. Videtur, quòd non: quia sic Pœna excederet culpã, nec licet malũ pro malo rependere. Respondendũ, qđ per excõmunicationis sniam excluditur homo à regno quodammõ, à quo nemo est excludẽdus, nisi pro mortali pctõ. Cumq; unus alium in temporalibus damnificando frequẽter peccet mortaliter, põt pro tali malefacto excõicari. Verũ cũ excõicatio grauissima sit pœnarũ, & pœnæ medicinales debeant esse, ut scõ dr Ethico. sapientis q; medici sit, à leuioribus, ac minus periculosis incipere medicinis: Hinc excommunicatio nõ debet pro quocunq; mortali peccato infligi, nisi homo contumax inueniatur non cõparendo, uel ante sniam sine licentia recedendo, aut sententiæ non parendo. Tunc quippè si monitus obedire contempserit, contumax reputatur, ac excommunicatur a iudice, qui non habet quid ampliùs faciat contra talem. Itaque non pro solo corporali, damno, sed pro peccato grauissimo reus excõmunicatur: nec reditur ei malum culpæ pro malo culpæ, sed iusta retributio, qua emendetur.

Non pro quocunq; mortali peccato sed pro cõtumacia fertur excõicatio.

Quæstio. Obiectio.

¶ Insuper interrogatur, an excommunicatio iniustè lata sortiatur effectum. Vt quòd, non quia (ut patuit) per excõicationem priuatur hõ spiritualibus bonis. Et rndendum, quòd excõicatio uocatur iniusta dupliciter. Primo ex parte excommunicantis, dũ ex ira, aut odio, aut simili uitiosa radice excommunicat, qui qua muis ita excommunicando peccet, tñ excommunicatio eius sortitur effectum: qm iste patitur iustè, licet ille agat iniustè. Secundò, ex parte excommunicationis, uel qm causa excõmunicationis extat indebita, uel quia sententia fertur prætermisso ordine iuris, & tunc si sit talis error, qui sentẽtiam reddat nullam, non habet effectum, quia non est excommunicatio. Si autem sententiam non annullet, habet effectum: & debet excommunicatus humiliter obedire, eritq; ei ad meritum, & uel absolutionem petere ab excommunicatione, uel ad iudicem superiorem recurrere. Porrò si contemnit, eo ipso peccat mortaliter. Contingit uerò interdum quod sit debita causa ex parte excommucantis, quę non est debita ex parte excommunicati, quemadmodum dum quis pro crimine falso in iudicio probato excommunicatur. Et tunc si humiliter sustinet humilitatis meritum recompesat excommunicationis damnum. Hinc ait Gregorius, quòd pastoris sententia siue sit iusta, siue iniusta timenda est gregi.

Respõsio.

Ad obiectum ergo dicẽdum, quòd quamuis homo gratiam) Dei iniustè amittere nequeat, potest tamen iniustè amitterre ea, quæ ex parte nostra disponunt ad gratiam: ut si subtrahatur alicui uerbum salubris doctrinæ, quæ ei debetur, sicque excommunicatio subtrahit gratiam.

Quæstio.

¶ Ampliùs quãuis aliquid dicant sacerdotes etiã parrochiales posse excommunicare, probabilior tamen opinio est, solos episcopos, & superiores prælatos hoc posse, quia per excõmunicationẽ homo à communione fidelium separatur, quod pertinet ad forum exterius, non ad pœnitentię forum, qđ obligat hominẽ quo ad Deum. Ideo soli hi possũt excommunicare, qui habent iurisdictionem in foro exteriori, ut sunt episcopi, & maiores plati, non parochiales presbyteri, nisi ex commissione eis facta & in casibus certis, ut in furto, rapina, & consimilibus, in quibus eis iure committitur. Hinc quoque nõ sacerdotes, dummodo iurisdictionem habeant possunt excommunicare. Quamuis enim nõ habeãt clauem ordinis, habent tamen clauẽ iurisdictionis.

¶ Quæritur etiã, utrũ excõmunicatus, aut suspensus ualeat excõicare. Et respondendum, quòd non, quoniam excõicatus ois iurisdictionem ammittit cum à cõione fidelium separetur. Eadem ratio est de suspenso à iurisdictione. Si enim suspẽsus est tãtũ ab ordine, non potest ea, quæ ordinis sunt, sed quę sunt iurisdictionis. Similiter, si suspensus est tantum iurisdictione, non potest ea, quę sunt iurisdictionis, sed ea, quæ ordinis. Si suspensus fuerit ab utroque, nullum illorum potest.

¶ Ex quibus patet, qp hõ non queat excommunicare seipsum, nec superiorem, neq; æqualẽ: quia in nullum horũ habet iurisdictionem, sed tantum in inferiorẽ, cuius & iudex consistere potest. Par autẽ in parem non habet imperium, nec idem potest esse iudex & reus. Verum obijci potest, qp in foro pœnitẽtiæ episcopus à subdito suo absoluitur. Respondetur, qp absolutio atq; ligatio in foro pœnitentiæ est tantũ mõ quo ad Deum, apud quẽ unus redditur inferior alio per peccatum. Excommunicatio uerò est in foro exteriori, in quo homo superioritatẽ per pctm non perdit: ideo non est simile. Veruntamen homo seipsum non potest absoluere in foro cõfessionis, imò nec superiorem, neq; æqualẽ de mortali, nisi ex cõmissione. De, uenialibus uerò põt qm uenialia ex, quibus libertas sacramentis gratiã conferentibus remittuntur. sicq; uenialium remissio consequitur ordinis potestatem.

Obiectio. Dilutio.

¶ Insuper quæri, põt, utrũ aliqua uniuersitas, seu tota cõitas ualeat excommunicari. Et rndendum qđ non: quia (ut dictum est) excõicatio non est infligenda nisi pro peccato mortali, quod consistit in actu. Actiones uerò sunt suppositorum, & frequentiùs. Et quamuis interdũ plures in eadem actione cõiceret patet de trahentibus nauem, non tñ est uerisimile qp aliqua uniuersitas, seu cõitas ita tota consentiat in peccato, ut nulli in ea sint dissentientes. Idcirco ecclesia prouidè statuit, ut non excõmuniceẽ cõitas, ne collectis zizanijs, simul eradicetur, & triticum: præsertim, quia ecclesia debet pro posse Dei sui initiare iudicium, de quo scriptum est in Genesi. Non est hoc tuum ut condemnes iustum cũ impio. Si autem obijcias, quod interdum tota ciuitas, seu communitas interdicitur: respondẽdum, quòd suspẽsio talis non est tanta pœna, ut excommunicatio. quia suspensi suffragijs ecclesiæ non fraudantur. Interdum etiã aliquis sine culpa sua suspẽditur seu interdicto supponitur pro peccato alterius, ut totum regnum pro regis excessu.

Quæstio.

Matt. 13

Obiectio.

¶ Hoc item sciendum, quòd semel excommunicatus, potest denuo excommunicari per eiusdem excommunicationis iterationem ad maiorem sui confusionem, ut uel sic a peccato suo resiliat: uel propter alias causas. & tunc tot sunt principales excommunicationes, quot sunt causæ, pro quibus excommunicatur. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Qui, & alia quędam circa hæc scscitatur, q̃ breuiter tangi possunt. Nam quærit, utrum liceat excõmunicato communicare in purè corporalibus: & an communicans excommunicato, sit excommunicatus: an etiam participare cum excommunicato in casibus non concessis, sit semper peccatũ mortale. Ad primum horum trium respondet: Duplex est excommunicatio, ut dictum est iam. Vna minor, separans à participatione sacramẽtorum: & maior quæ ultra hoc separat à communione fidelium. Excõicato excõicatione minori licẽt cõicare, nõ tñ sacramẽta conferri. Excõicato aũt excõicatione maiori, non licẽt communicare. Veruntamen quia ecclesia excõmunicationem ad medelam, non ad damtionem

Quæstio.

Quibus licẽtũ sit excõmunicatis cõmunicare.

nationem infligit, excipiuntur quędã in qbus licitũ est excõicatis cõicare, puta in pertinentibus ad salutem, & loqui eis de talibus, ac alia quædã bona uerba inferre, quatenus uerba inserere salubria ex familiaritate faciliùs recipiãtur. Et etiã quædã personæ ad quas specialiter pertinet prouisio excommunicati, videlicet uxor, seruus filius, rusticus, & seruiens. Quod intelligendum est solum de filijs non emancipatis, & de aliis, si ante cõmunicationem subditi erunt se ei non autem si post. Alij dicunt quod superiores possunt licite communicare inferioribꝰ ut dictum est de uxoribus, seruis, & filiis, &c. Alii dicunt cõtrarium, sed ad minus communicare eis debent in his, in quibus eis sunt obligati quoniam sicut inferiores tenentur ad obsequium superiorum sic superiores ad prouidentiam inferiorum. Sunt quoque quidam casus excepti, ut dum excommunicatio ignoratur, & dum aliqui sunt peregrini uiatores in terra excommunicatorum, qui licitè possunt ab eis emere, ac uendere, seu etiam eleemosynam capere. Et si quis excommunicatum uideat positum in necessitate, tunc enim ex charitatis præcepto illi prouidere tenetur.

Opiniões

Ad secũdũ quæstionẽ Homo excõmunicari potest dupliciter

¶ Ad secundum rũdet, quod homo, potest excõmunicari dupliciter. Primò, qp ipse sit excõicatus cum omnibus participantibus secũ, sicq; quicunq; participat ei, excommunicatus est excõicatione maiori. Secundò, sic quòd excommunicatus est simpliciter, & tunc aut participat quis eis in crimine, præbendo ei consiliũ, auxilium & fauorem, & sic malo rẽ excõicationem incurrit: aut participat ei in alijs aut in osculo, uerbo, aut mensa, sicq; in excommunicationem ruit minorem. Excõmunicat eo demum excommunicatione minore, licèt communicare, & ita excommunicatio in tertiam non transit personam. Deinde respondens ad tertium, ait Quidam dicunt qp imò. Sed quoniam ualde durum uidetur, quòd aliquis peccet mortaliter loquendo unũ uerbũ cũ excõicato, aut eũ salutãdo, & hoc multis laqueũ dũ uerbũ nationis iniiceret: ideo alij dicunt, quòd non peccat mortaliter, nisi qñ cõicat in crimine aut in diuinis. uel in contemptũ ecclesiæ. Et ita intelligendę sunt decretales, & auctoritates quędam, dicentes: quòd participare illis mortale sit. Porò præceptum ecclesiæ spiritualia directè concernit, atque ex consequenti actus legitimos: idcirco communicans illis in diuinis, agit contra pceptum ecclesiæ, & peccat mortaliter. Qui autem participat eis in aliis, agit præter præceptum ecclesiæ, & uenialiter peccat.

Ad tertiũ Opinio.

Quæstio.

¶ Postremò quærit, utrum, qnilibet sacerdos subditũ suũ ab excõicatione queat absoluere, & utrum aliquis possit absolui inuitus: & quis posset absolui ab una excõicatione, & non ab alia, aut aliis in quibus consistit. Ad quorum primum respondens. A minori, inquit, excõicatione quilibet sacerdos potest absoluere, qui absoluere potest à participationis peccato. Si uero sit excommunicatio maior, aut est lata a iudice: & ita qui tulit, ac eius superior põt ab ea absoluere: aut est lata iure, & tunc episcopus aut etiam sacerdos potest absoluere, exceptis sex casibus, quos dominus Papa sibi reseruauit. Primus qñ injicit manum in religiosum, aut clericum. Secundus est de illo, qui incendit ecclesiam, & est denunciatus. Tertius de eo, qui in diuinis scienter communicat excommunicatis. Quartus, de eo qui frangit ecclesiam, & est denunciatus. Quintus, de eo qui falsat literas apostolicæ sedis. Sextus, de illo q excommunicatis in crimine participat. Non enim debet absolui, nisi ab eo, qui excõmunicauit, etiam si non sit subditus eius, nisi propter difficultatem accedendi ad illum absolueretur ab episcopo, aut approprio sacerdote, pstita iuratoria cautione, quod pareret mandato illius, qui tulit sententiã. Deniq; primo casu octo excipiuntur. Primum est, in articulo mortis, in quo à quolibet sacerdote potest à quacunq; excõicatiõe absolui. Secũdò si sit ostiarius alicuius potestatis, & non ex odio neq; propositio percusit. Tertiò, si percutiens sit mulier. Quartò, si seruus, & dñs eius d̃ sua absentia læderetur, qui dominus non fuerit in culpa. Quintò, si regularis pcuciat regularem, nisi sit enormis excessus. Sextò. si sit pauper Septimò, si impubes, aut senex, aut ualetudinarius. Octauò, si capitales habeat inimicos. Præterea septem sunt casus, in quibus percutiens clericum non incurrit excommunicationem Primo, si causa disciplinæ percusit. Secundus, si iocosa leuitate. Tertius, si inuenerit eum turpiter agẽtem cum sua uxore, aut matre, uel sorore, aut filia. Quartus, si statim uim repellat. Quintus. si ignoret, qp clericꝰ sit. Sextus si inueniat eum in apostasia post tertiã admonitionem. Septimus, si transfert se clericus ad actum clericaturæ prorsus contrarium, ut si fiat miles, aut bigamus. Cumq; excommunicatus non sit particeps sacramentorum, non potest eum sacerdos suus absoluere a suis peccatis, nisi priùs ab excommunicatione sit absolutus.

Octo casus in quibus non aditur papa, p absolutiõne.

In septem casibus P cutiẽs clericũ ẽ ab excõmunicatione liber.

Ad secũda absoluti põt inuitus à censura.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cum excommunicatio sit quædam pœna, potest homo ab illa inuitus absolui. Malum enim pœnæ non est semper ex pria uoluntate ut malum culpæ, à qua nemo potest absolui inuitus. Ad tertium respòdendum, quòd ex communicationes non habent cõnexionem in aliquo sicut peccata mortalia: ideo una sine alia potest auferri. Verum unus quandoque est excommunicatus pluribus excommunicationibus à iudice uno, & tunc quando ab una absoluitur ab omnibus absolui accipitur, nisi oppositum exprimatur, aut in casu, quo quis absolutionem impetrat tantum de uno casu excommunicationis, cum pro pluribus excommunicatus sit. Interdum verò excommunicatus est a diuersis iudicibus, tuncq; absolutus ab excommunicatione una, non propter hoc est absolutus ab alia, nisi omnes alii ad petitionem eius absolutionem eius confirment, uel nisi omnes cæteri iudices de mandent uni absolutionem ipsius. Hæc Thomas. in Scripto.

Absolui potestas excõmunicatione una, manente alia.

¶ Concordat Petrus in oĩbus, & adiungit: Quem admodum in medicina corporali duplex est modus sanandi, quo utitur sapiens medicus. unus per medicamina dulcia, alius per amara siue mordacia: ita in medicina spirituali modus suauis est per exhortationem, & sacramentorum amministrationem. Modus mordax per increpationẽ, & sacramentorũ subtractionẽ. Quorũ utroq; debet ecclesia, spiritualisq; medicus iuxta infirmorum conditionem, atq; morborũ uarietatẽ. Ideo conuenit ei excõicare nõnullos, quos p pietatẽ nõ ualet corrigere. Cõio aũt ecclesiæ duplex est. Vna interior p charitatẽ, alia exterior per ecclesiasticam unitatem. Prima auferri non potest iusto, sed secũda, ut dictum est. Porrò sententia excommunicationis iniusta uocatur triplicitèr. Primò, ex parte communicantis, quando zelo excommunicat. Secundò, ex parte excommunicati, dum sine iusta causa excommunicatur. Tertiò ex parte excommunicationis, quando ordo iuris non obseruatur. In omnibus modis his sententia excõmunicationis tenenda est ac timẽda, exceptis

casibus

casibus tribus. Primus est, quando excommunicans excommunicandi potestatem non habet. Secundus, quando post appellationem ab excommunicato legitime interpositam excommunicatur. Tertius, quando manifestus error in sententia exprimitur: ut si dicatur, Excõmunico te quoniam credis in Christum. Hæc Petrus.

Petrus. Richard⁹.

¶ Consonat his Richardus, qui multa his addit, de quibus pertranseo: quoniam rara sunt, & iuristas magis concernunt, Aliqua tamen tangam.

Quæstio.

¶ Itaque quærit an sententia excommunicationis lata contra communitatem, teneat. Respondet de hoc sunt duæ opiniones, quarum uerior dicit quòd non tenet, aliàs non caueretur periculum animarum, quòd constitutio uitare intendit. Iterum quęrit, an mortuus queat excommunicari. Respondet, quòd imò, non quòd excommunicatio cedat illis in pœnam, aut medicinam, sed in criminis detestationem, atque ad uiuorum terrorem, ut à talibus sceleribus compescantur: & ita est excommunicatio illa alijs medicina. Sicque excommunicantur hæretici, & schismatici, & qui hæreticum constituerunt hæredem, hi quoq;, qui sponte occiderunt seipsos.

Quæstio.

¶ Ampliùs sciscitatur an uxor posit excommunicari pro pecccato sui mariti, & filij, aut filiæ pro suorum excessu parentum, uel rex pro uitiis populi sui. Respondet: Nullus excommunicandus est nisi pro peccato suo mortali. Ideo nisi uxor communicauerit in crimine uiri, aut soboles in parentum facinore, non sunt pro illorum peccatis excommunicandi: Et quando sic excommunicantur, tunc non pro illorũ criminibus, sed ꝑ propriis excommunicationi subduntur. Ita & rex si in regimine, & correctione populi sui sit negligens multum, nec monitus se emendet. potest excommunicari pro proprijs ignauijs, incorrigibilitatibus inobedientietijs.

Excõmunicaio non operreto bedire.

¶ Item subditi non tenentur obedire episcopo, nec monachi abbati excommunicatis excõicatione maiori. Hæc Richardus.

Quæstio.

¶ Qui etiam circa inducta interrogat, an pœnitens, & confessus tenetur obedire suo confessori, quamcunque pœnitentiam iniuxerit sibi, implendo Respondet, Si pœnitentia satisfactoria sit manifestè excedens, aut uires confessi transcendens non tenentur implere: sed debet confessori suo suggerere dispositionem suam, & petere ut relaxet. Quodsi confessor noluerit, confesus ille ad superiorem recurrat.

Quæstio:

¶ Rursus inquirit, an sacerdos parrochianus tenetur audire confessionem sui parrochiani, quotiescunque uoluerit confiteri. Respondet: quòd de congruo debet illos audire, nisi apertè immoderantur hoc petant. Non autem de necessitate tenetut, nisi quando illi confiteri tenentur, ut dictum est.

Quæstio: Ignorãtia; quæ excuset.

¶ Item, querit an confessor peccet mortaliter, absoluendo à uitijs a quibus non potest. Respondet quòd imò. presertim quando scienter, hoc facit, & et si faciat ex ignorantia affectata, aut ignorantia iuris, quod scire tenentur. Deinde si ex ignorantia crassa, sed minus. Ignorantia uero inuincibilis excusat. Grauiter autem excedunt, qui cum ignari sint, ad tale se officium ingerunt. Et item qui non cum diligentia informationem inquirunt in pertinetibus ad suum officium, imò diligentius inquireret informationem, atque consilium, si equum, aut uaccam emere uellent. Hæc Richardus.

Bonauen. Excõmunicatio duplex.

¶ Præterea Bonauentura. Excommunicatio, inquit, est duplex. Vna à iure, ut qui intendit ecclesiam, aut percurit sacerdotem, ipso iure est excommunicatus, etiam excommunicatione latæ sententiæ. Alia à iudice. Prima est præseruatiua, secunda curatiua. Prima excõicatio quamuis fieri uideatur ad conseruandam ecclesiasticam libertatẽ, quemadmodum secunda fieri vr̃ propter excõmunicati emendã: prima tamen principaliùs fertur ꝑꝑ culpam uitandam. Grandis etenim culpa est, & valde vitanda, dum quis in ecclesiam peccat. Secunda quoque principaliùs fit ad frangendã contumaciam. Ideo secundum formam iuris, nulli, nisi contumaci est infligenda. Propter quod etiam monitio debet eam præcedere, ut contumax de contumatia conuincatur.

Quis possit excõicare.

¶ Est demum controuersia inter legistas, quis posit excommuuicare. Quidam dixerunt, quòd soli episcopi; alij, quod non solum episcopi, & eminẽtiores, sed archidiaconi quoque, & abbates, aliiq; prælati. Cæteri, quòd etiam parrochiales præsbyteri. Quamuis autem in hac quæstione canonum sit, dicere quia: theologiæ tamen tanquam eminentioris scientię est, dicere propter quid. Nempè quod in ecclesia aliquis habeat potestatẽ, hoc est à Christo: qui potestatem dedit apostolis, præcipuæ sancto Petro, cui utranque contulit potestatem puta auctoritatem ligandi, & soluendi, tam in foro pœnitentiali, quàm in foro iudiciali prima harum pœnitentiam, & conscientiam respicit, secunda prælationem. Prima: quoniam apperit eœlum, rectè dicitur clauis. Secunda: quoniam per censuram iudicii coercet subiectos, dicitur gladiùs. Prima potestas, cum collata sit Petro ut sacerdoti, descendit in omnes sacerdotes, quamuis non habeant executionẽ. Secunda, quia donata est beatissimo Petro ut prælato, descendit iu ecclesiasticas personas uniuersas, prælationem, seu iurisdictionem habentes. Hinc qui iurisdictionem ordinariam habent in aliquos iudicando, potestatem habent coercendi ecclesiasticã per censuram, ut eorum iudicium inuiolabiliter obseruetur. Cumq; iurisdictionem habeant uel à iure, uel ex concessione, non solum, qui habent claues, sed & alii quidam ut archidiaconi, & quædam capitula, ideo possunt excommunicare. Rrusum: quoniam aliqui habent claues, qui iurisdictionem non habent in foro iudiciali, ut simplices sacerdotes: ideo excommunicare non ualent, nisi ex concessione determinatis casibus, ut in furto, rapina, & cætera.

Duplex in ecclesia potestas.

Matt. 16.

Quæstio: Petro qñ data sit clauiũ potestas. Matt. 16. Iohan. 20 Matt. 18.

¶ Si autem quæratur, quando sancto Petro data sit utraque hæc potestas, dici potest, quòd simul: quoniam data est ei potestas clauis in plenitudine sua. Potest etiam probabiliter dici, quòd non simul, ita quòd potestas clauium sit ei apud Mattheũ, promissa, & apud Iohanem data. Potestas autem excommunicandi insinuatur ei fuisse, data ubi postquam dictum est. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus &c. additum est: Amen, amen dico uobis, quæcunque ligaueritis &c. Hæc Bonauentura.

¶ In præhabitis sententialiter continentur dicta Alberti, qui addit: Quæritur qualiter excommunicatio sit ferenda. Et uidetur, quòd cum diligentia maxima. Maximum namque periculum est in, ea & ubi maius periculum, ibi maior diligẽtia, & cautela sunt adhibendæ, contra hoc videtur esse ab

Ad excommunicationẽ quod iusta sit tria cõcurrũt.

abusus iste ecclesiæ nunc in multis. Ad quod dico, quòd ad iustam excõicationis formam tria concurrunt, ut scilicet sit ex animo, & ex ordine, atque ex causa. Ex animo ut fiat studio corripiendi, non se uendicandi diligenti admontione premissa, & ex ordine iuris, ut scilicet post admonitionem, & quasi desperationem, alterius uiæ iudex causam excommunicationis, utpotè contumaciam, scribat, & sedendo quasi quietus pronunciet. ut infra quadraginta dies paratus sit dare quando postulauerit excommunicato ipsi. Causa autem excommunicandi, est quam verè promeruit, aut secundum allegata: quæ ei datur in scriptis si in infra xl. postulauerit dies. Peccant quoque mortaliter, qui iuxta prætactum abusum excommunicare præsumunt, & audent eam tam faciliter iaculari. imò, & ultra hoc in noua constitutione additur pœna, ut per quadraginta dies ab ecclesię ingressu abstineat, qui ita excommunicat, & excommunicatus superiore sine difficultate absoluatur. Et insuper ipse excommunicans ad omnes expensas, quas fecit excommunicatus in causa suę absolutionis, atque ad interesse condemnetur. Feminis autem, scilicet abbatissis, & priorissis, &c. nulla clauiũ præfatarum conceditur. Hæc Albertus. Quæ utinam seruarentur.

Pœna quæ inordinata.

Durandus

¶ Concordat Durandus. alijq; cõmuniter, secundũ quos nec claues ordinis, nec potestas iurisdictionis sortitur effectum, nisi in subdito, non in eis, qui alterius sunt diœcesis, aut alieni, nisi à superiori hoc concedatur. Vnde vt Scotus testatur, excommunicatio non se extendit extra diœcesim. Et ut probat Durandus, si loquamur absolutè de sacramento pœnitentię, circumscribẽdo omnem ordinationem ecclesiæ, quilibet sacerdos posset quemlibet peccatorem de quolibet peccato absoluere. Cuius signũ est, quod in articulo mortis hoc fit. Et quòd sufficeret tunc uoluntaria subiectio, probat ꝑ hoc, qđ Papa ab inferiori absoluitur, cui se subiicit sponte.

Scotus.

Argenti.

¶ Argentinensis etiam potestatem, quod uis clauium quantum ad forum pœnitentiæ, & confessionis, non potest essentialiter tolli, cum sit idem, quod sacerdotalis character, uel inseparabiliter ei unita, sed potest à superiori ligari: & impediri ab usu. Potestas uerò iurisdictionis potest omnino auferri. Et si objiciatur de Papa, qui superiorem non habet in terra, ergo potestas iurisdictionis non potest ei auferri: respondet, quod ratione delicti, si efficeretur hæreticus, collegium cardinalium esset superius eo, & posset eum officio, beneficioque priuare. Hæc Argentinensis. Ex quo concluditur, quòd generale concilium potius posset hoc uerum de his in sequentibus erit tractatus.

Obiectio.

Rõne delicti papa inferior ẽ cõcilio gñali

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Quando hæ claues dantur, & quibus. Distin. XIX.

Postquam ostensum est, quæ sint claues apostolicæ, & quis earum usus: superest inuestigare, quando istæ claues dentur, & quibus. Dantur hęc claues per ministerium episcopi alicui in promotione sacerdotij. Cum enim recipit ordinem sacerdotalem. simul, & has claues recipit. Sed non videtur, quod omnes uel soli sacerdotes has claues habeant: quia plerique ante ordinationem scientiam discernendi habent, plures post consecrationem ea carent. Sane dici potest, quòd alteram clauium istarum, id est, scientiam discernendi, non habent omnes sacerdotes: unde dolendum est, atque lugendum. Multi enim, licet indiscreti, atque scientiæ qua eminere debent exortes, sacerdotij gradum recipere pręsumunt, uita, & scientia eo indigni: qui nec ante sacerdotium, nec post scientiam habent discernendi, qui ligandi sint uel soluendi: Ideoq; illam clauem in*consacratione non recipiunt, quia semper scientia carent. Qui uerò ante sacerdotium scientia discernendi præditi sunt, licet habeant discretionem, non tamen eis est clauis: quia non ualent ea claudere uel aperire: Ideoque cum promouetur ad sacerdotem, clauem discretionis rectè dicitur accipere: quia & ante habita discretio augetur, & fit in eo clauis, ut ea iam ualeat uti ad claudendum, uel aperiendum.

Hi Magister, dicẽs sciẽtiã discernendi ꝑut nominat habitũ sciendi, esse clauem non tenetur.
* ordinatione.

Si alteram clauem omnes habeant, scilicet potentiam ligandi, & soluendi.

Cumque iam constet, non omnes sacerdotes illas duas claues habere, quia scientia discernendi plerique carent: de altera, id est, potentia ligandi, & soluendi quæritur, utrũ omnes sacerdotes eam habent. Quidam enim hanc potestatem putãt illis solis esse concessum, qui doctrinam simul, ac uitam apostolorum seruant. illas enim claues promisit dñs Petro, & imitatoribus eius tantum, ut aiunt. Qui etiam auctoritatibus utuntur in munimentum suæ opinionis. Hoc enim dicunt Augu. sensisse, ibi superius ait. Remissionem peccatorum uel per seipsum facit Deus, uel per colũbæ membra. Dicit etiã idem peccata dimiti uel teneri a sanctis. Idẽ super exodũ, ubi, de lamina aurea legitur. Erat autem lamina aurea semper in fronte sacerdotis. Hæc inquit, significat fidutiam bonæ uitæ: quam qui uerè perfecte, non significatione, sed ueritate sacerdos habet, solus potest auferre peccata. Item Greg. illi soli habent in hac carne positi potestaten ligandi & soluendi, sicut sancti apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent. Item ex dictis Orige. Hęc potestas soli Petro concessa est, & imitatoribns Petri. Nam quicunq; uestigia Petri imitantur, habent rectè, ligandi, & soluendi: His, aliisque testimonijs

Matt. 16. Augu in libro. de baptismo paruulorũ. 2. hr̃. 1. q c Remissio.

Exo. 28. *Eric. Gregor. in tractatu euangelorũ Origenes. 24 q 1. manet ergo Petrus. 2 c. Audiuimus.

niis innituntur,qui asserunt potestatem ligandi ac soluendi illis solis concessam sacerdotibus,qui uita, & doctrina pollent sicut apostoli.

Aliorum sententia uerior.

c. 1. capit. Remissionem 2 c. Audiuim°

Alijs autem uidetur,quod & mihi placere fateor,cunctis sacerdotibus hanc clauem dari, scilicet ligandi, & soluendi: sed non eam rectè, ac dignè habent, uisi qui uitam & doctrinam apostolicam seruant. Nec premissæ auctoritates malos sacerdotes hanc potestatem negant habere, sed illos solos dignè, ac rectè hac potestate uti significant, qui præditi sunt uita, doctrina apostolica: quia soli ipsorum apostolorum imitatores dignè,rectèque possunt ligare, & soluere. Et per dominum tantum,uel per sanctos in quibus habitat spiritussanctus, dignè, & rectè fit remissio, uel retentio peccatorum. Fit tamen, & per illos, qui sancti non sunt, sed non dignè,uel rectè. Dat enim Deus benedictionem dignè poscenti,etiam per indignum ministrum. Quod uerò hãc potestatem habeant omnes sacerdotes, Hieronymus testatur super illum locum euangelii, ubi dominus dixit Petro: Tibi dabo claues regni cœlorum. Habent enim (inquit) eandem iudiciarium potestatem alii apostoli, habet & omnis ecclesia in episcopis, & presbyteris; sed ideo Petrus eam specialiter accepit, ut omnes intelligant, quod quicunque ab unitate fidei,& societate ecclesiæ se seperauerit,nec à peccatis solui, nec cœlum potest ingredi.

g. q. 1. cap. Interrog.

Matth. 16. Hieronym. li 3. in Matth. eũ ca. 18.

Aug in li. q v. & no. ista habẽtur Nu. 6. d 2 pœnit. 2. q 1 dictũ est à dño.

Item, quod sacerdos etiam si malus sit gratiam tamen transfundit pro suæ dignitatis officio,Augustinus ostendit,dicens. Dictum est à domino in Numeris ad Moysen, & Aaron sacerdotes: Vos ponite nomen meum super filios Israel, ego dominus benedicam eos,ut gratiam traditam per ministerium ordinati trasfundat hominibus,nec uoluntas sacerdotum obesse, uel prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis.Quanta autem sit dignitas sacerdotalis officij, & ordinis, hinc aduertamus.Dictum est de nequissimo Caypha inter cętera: Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit. Per quod ostenditur spiritũ gratiarum non personam sequi digni uel indigni, sed ordinem traditionis, ut quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, ut officium ministerii exhibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis. Hinc euidenter ostenditur, ordinem non priuari potestate tribuendi gratiam ob ministri indignitatem. Huic tamen Augustini sententię uidetur obuiare, quod ait Esitius: Sacerdotes, inquit, non propria uirtute benedicunt,sed quia figuram Christi gerunt, & propter eum, qui in ipsis est,plenitudinem benedictionis tribuũt:nec solum is,q sacerdotium sortitus est: sed quicunque Christum in seipso habet,& eius figuram gerit per conuersationem bonam sicut Moyses,idoneus est, ut benedictionem præstet. Ecce hic habes, quod non solum sacerdos, sed omnis, in quo Christus habitat benedictionem præstat. Sed alia est benedictio,quæ solis sacerdotibus congruit: alia,quæ ab omnibus bonis communiter exhibetur. Denique illi sacerdotes in quibus Christus habitat, benedictionis plenitudinem tribuere dicuntur: non quia soli ipsi transfundant gratiam, sed quia illi soli licitè,& dignè id agũt,nec subditos mala uita sacerdotis lædit,si bona faciũt quę ille dicit. Vnde Gregorius. Multi dum plus uitam sacerdotum, quàm suam discutiunt, in erroris foueam dilabuntur:minus considerantes, quod non eos uita sacerdotum læderet,si humiliter boni sacerdotum admonitionibus aurem accomodarent.

Effrit° sup. Leuiti.

alias* per

Per quos transfundatur gratia dignis.

2. q. 1. cap inuiti secularium.

De hoc, quod scriptum est in Malachia, Maledicam benedictionibus uestris.

Præmisse uerò sententię, qua dicitur etiam per mali sacerdotis ministerium transfundi gratiam benedictionis,uidetur obuiare,quod dominus per Malachiam prophetam malis sacerdotibus comminatur: Maledicam benedictionibus uestris. Et alibi: Vę his, qui uiuificant animas, quę non uiuunt, & mortificant animas, quę non moriuntur.Si enim maledicit dominus benedictionis eorum, & si animæ, quas uiuificant sacerdotes, non uiuunt, quomodo per eos gratia benedictionis transfunditur? Sed illud capitulum, Maledicam &c. quidam referunt ad hæreticos, qui ab ecclesia præcisi sunt: & ad excõmunicatos,quorum benedictiones fiunt maledictiones his, qui eorum sequuntur errores. Illud uero alterum.s. uiuificant &c. super omnes illos sacerdotes exponunt, qui absque claue scientiæ, & forma bonæ uitæ præsumunt ligare, uel soluere

Zach. 23.

Roma. 2. soluere. Sed nullus officio sacerdotis uti debet nisi immunis sit ab illis,quæ in aliis iudicat; alioquin seipsum condemnat.

Qualis debet esse iudex ecclesiasticus.

Aug.li 20: de uera ipg ni.d. De p d.6 Qui uult. Ioan.2.

Qualem autem oporteat esse,qui aliorum index constituitur, Augustinus describit ita dicens. Sacerdos cui omnis offertur peccator,ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorũ sit diiudicandus,quæ in alio iudicare est promptus. Iudicans enim alium qui est iudicandus condemnat.Cognoscat ergo se, & purget in se, quòd alios videt sibi offerre:caueat ut a se proiecerit, quicquid in alio damnosum reperit. Animaduertat, quòd qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Ideo enim liberauit peccatricem, quia non erat qui iustè proijceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato. In quo intelligitur omnes fuisse reos. Nam uenialia omnia semper remittebantur per ceremonias. Si quod ergo in eis peccatum erat, criminale erat. In hoc ergo patentissmum est crimen sacerdotum, & ultra modum detestabile, qui non priùs se iudicant, quàm alios ligant. Caueat spiritualis iudex, sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet ut sciat cognoscere quicquid debeat iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc postulat,ut quod debet iudicare discernat. Diligens ergo inuestigtor sapiẽter interroger à peccatore, quod forsitan ignorat uel uerecundia uelit occultare. Cognito uerò crimine,uarietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cætera, quæ supra diximus. Quibus cognitis, assit benеuolus, paratus erigere, & secum onus portare. Habeat dulcedinem in affectione, discretionem in uarietate,doceat perseuerantiam. Caueat ne corruat, ne iustè perdat iudiciariam potestatem.Etsi enim per pœnitentiam possit ei acquirere gratiam, non tamen mox restituit in potestatem pri.

Matt. 26: 27. Mar. 14. 15. Luc 22.23

mam. Etsi Petrus post lapsum restitutus fuerit, & sępe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas: non tamen est necesse, ut omnibus concedatur quasi ex auctoritate. Inuenitur auctoritas, quæ concedit, & quasi imperat. Inuenitur auctoritas alia,quæ non concedit,sed uetat, quæ scripturæ non repugnant,sed concordant. Cum enim tot sunt, qui labuntur, ut pristinam dignitatem ex auctoritate defendant,& quasi usum peccandi sibi faciant, rescidenda est spes ista. Si uero locus est ubi ista non concurrant

Ezec. 13.

restitui possunt, qui peccant. Ex his satis perpenditur, qualis debeat esse sacerdos, qui alios ligat, & soluit,discretus scilicet, & iustus, alioquin mortificat sępe animas, quæ non moriuntur, & uiuificat, quæ non uiuunt,& ita incidit in maledictionis iudicium. Illud autem Malachię, scilicet:Maledicam benedictionibus uestris: sue super hæreticos tantum, & excommunicatos, siue super omnes sacerdotes, qui uita,& scientia carentes,benedicere præsumunt,dictum accipiatur:sic intelligi potest, Maledicam benedictionibus uestris, id est,his,quæ * in eis benedictionibus possidetis: quia faciam ea cedere uobis in maledictionem: non in benedictionem: quia etsi benedicunt sanctis non hoc faciunt ex uerò corde, & ideo eorum benedictio eis vertitur in maledictionem. Vel, Maledicam benedictionibus uestris id est, quod à uobis bene dicitur, a me erit maledictum: quia benedicunt iniqua agentibus, adulanturque peccantibus, dummodo diuites sint.

Mal. 2 2.

alias* meis.

Summa di Stinctionis XX.

IN exordio huius distinctionis ipsemet auctor: & magister se continuat ad prædicta: Postquam, inquiens, ostensum est, quæ sint iste claues apostolicæ, utpotè spirituales claues ordinis,ac iurisdictionis, primò in apostolis, potissimè in sacratissimo Petro eorum principe extiterunt, & inde ad posteros deriuatæ noscuntur, & quis earum usus, & actus, atque effectus supereſt inuestigare quando, & quibus dantur. Repetit autem magister hic aliqua superiùs iam discussa, uidelicet an scientia, seu discernendi peritia clauis sit: & hoc suum exponit sentire, ut dictum est ante, quid senserit inde deinde inquirit an uniuersi sacerdotes habeant potestatem ligandi, & soluendi Quocirca duas narrat opiniones, quarum vna erronea est hæresimque includit, uidelicet quod non nisi uirtuosi, & sancti sacerdotes habeant claues: alia quod cuncti presbyteri uerè ordinati, Et circa hanc quæstionem uersatur quasi tota distinctio ista, quamuis quędam inferantur milia, utpotè quantum dolendum sit, quod tam multi imperiti se ad sacerdotij ingerunt dignitatem, atque ad confessionum auditionem, qui inter peccata discernere nequeunt: & prętertim, quod tam plurimi docti, & indocti in ipso sacerdotio tam miserabiliter,scandalosè, ac damnabiliter conuersantur. Itemq;, qualis debeat esse conuersatio sacerdotum.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, *Quibus conueniat habere ecclesiasticas claues,uidelicet an soli sacerdotes euangelicæ legis habeant eas.*

Contra ueritatem In oppositum.

¶ Videtur.

sacrificia erant figuræ ecclesiasticorum sacramentorum, irregularitates uerò fuerunt figuræ culparum excludentium a regno cœlorum. Potestas autem sacerdotum nouę legis, est in aperiẽdo, & claudendo hominibus regnum cęlorũ, in administratione quo q; spiritualium sacramentorum, atq; in remissionẽ peccatorũ. Quo cõstat, quòd potestas sacerdotum legalium extitit typus potestatis sacerdotũ euãgelicæ legis, non ueritas. Ideo non habebãt uerè, ac ꝓprię claues, sed figuraliter poti⁹

¶Insup sicut in baptismo duplex confertur donum: unum gratiæ gratis datæ, puta character, qui non opponitur culpę: imo cum ea recipitur, ac tenetur, aliud gratiæ gratum facientis, quòd peccato opponitur, nec cum eo recipitur, nec tenetur: ita in ordine datur potestas clauium tanquam donum gratiæ gratis datæ, quæ potestas non opponitur culpæ, imo stat simul, & habetur cum ea. Dat etiam ibi gratia gratum faciens ad bene utendum clauium potestate. Ideo sine ea non habetur idoneus clauium usus, sed usus, ipse. Hæc Petrus idem

Bonauen. Richardus.

¶At uero Bonauentura: Quidã, inquit, dixerunt quòd potestas clauium fuit in lege naturali, ac scripta imperfectè, & in lege gratiæ plenariè, ita quòd lex naturalis, & etiam scripta fuit lex spiritualis, quamuis imperfecta, & pœnitentia fuit inchoata in ea, ita & uis clauium. Vnde & sacerdos legalis

Leuit. 5. iniunxit aliquas pœnas pro certis culpis, iuxta mẽsuram delicti, ut patet in Leuitico. Alia opinio, quã reputo ueriorem, tenet quòd uis clauium non fuit in lege antiqua ueraciter inchoata, sed solum præfigurata. Et hoc patet, si respiciãtur origo, essentia, & finis ipsius clauis, quę est spiritualis potestas animæ data in sigillatione, qua sigillatur sacerdotali charactere. Lex autem uetus fuit carnalis magis, q̃ spiritualis. Item clauis ministerii, quam habent sacerdotes euangelii, descendit a claue excellentiæ Christi, cui ex suæ meritis passionis conuenit, secũdum quod homo est illa potestas. Tunc autẽ Christus nondum extitit incarnatus. Finis etiam clauis est apertio regni cœlestis: quod tunc aperiri non potuit, quousq; Christus aduenies satisfecit.

Sacerdos est mediator.

¶Præterea claues dantur in ordine sacerdotali, quod congruit: quoniam conseruator clauium harum habet officium mediatoris, & reconciliatoris. Mediator quippe est inter Deũ, & homines reconciliator uerò, reum uel excommunicatum reducẽdo ad Deum, ac reconciliando ecclesiæ. Ad hoc autem, quòd possit esse mediator aptus, & cõpetẽs inter Deum, & homines, oportet quod habeat po-

Ad mediatorem pertinet. tentiam offerendi Deo dona, & sacrificia pro peccatis, quibus Deus placetur. Ad hoc etiam, quod possit reducere ad mysticum Christi corpus, ut sit recta, q̃ ordinata potestas: oportet, quod habeat potestatem confitendi corpus Christi sanctissimũ, quod ad solos pertinet sacerdotes. Ideo incomprę-

Episcopi nomẽ, nõ est ordinis hensibilis sapientia Dei, ordinatissimo modo ecclesiasticas ordinans potestates, hanc potestatem ligãdi, atq; soluendi solis sacerdotibus contulit. Cumque nomen episcopi non dicat ordinem nouum, sed ordinis eminentiam quandam: dicendum in episcopatus receptione non dari nouam clauem, sed potestatem huiusmodi extendi, ac ampliari ad corripiendum, & corrigendum, in cuius signum portat episcopus baculum pastoralẽ, qui, & in sua consecratione traditur ei. Hæc Bonauentura.

¶Qui circa hæc multa pulchra inducit, atq; in q̃ libris circa literã inter cætera testatur. In relaxatione, seu dispensatiõe ad hoc, quòd congruè fiat, considerãda est in dispensante potestas, ut sit talis, qui supra ius possit, nec sit illi iuri subiectus, & in eo, cui sit, sit causa idonea. Cumq; dominus papa non sit subiectus constitutionibus parum, sed sup omnes est, ideo potest dispensare in eis. Tuncque bene agit, quando necessitas, siue utilitas hoc requirit. In mandatis uero decalogi dispensare non põt, quia subiectus est illis. Hinc dispensatio solet diffiniri sic: Dispensatio est iuris relaxatio, facta cũ causæ cognitione, facta ab eo, qui ius habet dispensandi. Nam dispensare dicitur quasi diuersa pensare: Vnde in his, quæ statum ecclesiæ decolorant, locũ non habet; & in his, quæ ius uidentur infringere, quòd est, quando multis conceditur, quod nõ nisi paucis esse concedendum, & etiam quando sic petitur, atq; accipitur, non quasi esset de gratia, sed de iure communi. Hæc Bonauentura.

Quæstio Albertus.

¶Et quia in litera tangitur qualis debeat esse, q̃ præest, & iudicat, quidam hic tractãt de correctione, seu correptione fraterna quid sit, & ad quem ꝑtineat, & circa quos sit faciẽda: quoniã actus iste ad præsidentes potissimè pertinet. ¶Itaq; quæritur quid sit correptio ista, & cuius sit, & in quos, an & ad eam sint obligati. Ad hæc respondet Albertus: Correctio fraterna, ut dicunt magistri, est admonitio proximi de emendatione delicti ex fraterna charitate procedens. Hæc enim admonitio habet ex charitate, quod sit quid spirituale, & ex moderamine pietatis magis, quam ex asperitate procedat. Et quoniam (teste Philosopho) omnis peccans excidit ab intellectu, & sequitur partem irrationalem ideo correctio seu correptio ista est admonitio, ut peccans ad lucem redeat intellectus, qui regit uiã iuris. Vnde loquitur Isaias: Redite præuaricatores

Isa. 46. ad cor. Et reddendum est maxime ad iudicium superioris partis rationalis, atq; synderesis, quod semper est rectum. Deniq; correptio ista spectat ad nos. Qui enim in simili, aut maiori notorio uitio, est indignus est corripere, nisi forsan rogando, & dicendo hoc modo: Rogo te ne meo pecces exemplo. Et si ille nolit acquiescere, iste non potest eum iudicare nisi cum mortali peccato: imo nec iudici denunciare per modum accusantis. Ait enim in pastorali Gregorius: Nemo in ecclesia amplius nocet, quàm qui peruersè agens, nomen, aut ordinem habet docentis. Etenim qua ratione mederi aliis præparat, qui uulnus in facie portat. Ideo in euangelio ait saluator: Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo. Ad istam correptionẽ ex officio non tenentur nisi prælati, & præsidentes: utpote ex debito iustitiæ. In quantum uerò est actus charitatis, omnes ad ipsum tenentur, & debet extendi ad omnes, præsertim de quorum emendatione est spes. Ad ordinem quoq; correptionis istius pertinet, q̃ Christus præcepit: Corripe eum inter te, & ipsum

Matt 18. solum, &c. Quod obseruandum est in peccatis occultis. Nam de manifestis scribit Apostolus: Peccãtes coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant. Si aũt culpa sit leuis, & ex repræsentatiõe ꝓbabiliter formidatur maiori turbatio, potest correptio ista omitti. Oẽm quoq; hominẽ tenemur corripere cum reuerentia, & mansuetudine: non tamẽ põt denunciari si inobediens fuerit. Si enim prælatus supremus sit, non habet hic iudicẽ. Hæc Alber.

2. Tim. 5.

Coreptio interdum põt omitti

Thomas.

¶Hinc Thomas plenius scribẽs: Ad hoc, inquit, quòd quis rectè graditur in uia salutis, tria sunt ei impendenda ab habente curam ipsius. Primum, ut in finem rectum, & quantum ad hoc, superior inferiorem

Fideliter gradienti, tria competunt.

iorem sibi commissum tenetur dirigere. Secundũ ut cautelam ei adhibeat, ne a uia salutis discedat, & quo ad hoc, eum regere perhibetur. Tertium, ut errantem, ac recedentem à salutis itinere reuocet, & reducat, & quantum ad hoc, dicitur ipsum corrigere. Interdum sic, ut rectitudo iustitiæ fiat a correpto: quandoq;, ut rectitudo iustitiæ fiat de eo ꝓ pœnas inflictas. Porrò recedens à uia recta, potest dupliciter reuocari, secũdum Philosophum nono Ethicorum. Primò, per timorem, aut odium turpis ut dum quis turpitudinem peccati, & confusionẽ inde sequentem abominatur. Secundò, per timorẽ & odium tristis, ut dum quis acerbitate pœnæ inflictæ, aut formidine infligendæ resilit à peccato Cumq; secundus modus iste sit cum violentia quadam, rectè correctio appellatur, quasi usq; ad recti tudinem perducens. Primus uero modus propriè nominatur correptio. Illa namq; rapi dicuntur, q̃ subdito auferũtur. Vnde & syllaba corripi dicitur subito quasi raptim profertur. Idcirco dum hõ ex hoc, quòd ei turpitudo peccati ostenditur, atq; ad meliora monetur, ipse per se ad rectitudinis uiam reuertitur: Modus autem corrigendi per pœnas, so lis conuenit prælatis: quorum uerba habent uim coactiuam, & cœrtiuam per pœnarum inflictionẽ Alter uero modus ordinem prælationis non exigit, quamuis ordo prælationis in ipsum requirat. Nam modus ille per uerbera adhiberi non debet, nisi ubi modus ille per uerba salubria locum nõ inuenit. Conformiter homo potest reduci ad mentẽ dupliciter. Primò, quantum ad cognitionem speculatiuam. Secũdò, quantum ad notitiam practicam quæ per electionis ignorantiam intercipitur. Sicq; dupliciter homo ad mentem reducitur. Vno mõ cum quadam coactione seu factis, ut quando punitur: aut uerbis uim coactiuam habẽtibus, ut dũ, quid iubetur, quod spectat ad corrigentem. Secundò per simplicia uerba, quæ admonitoria nuncupantur: Cumq; hic modus ad corripientem pertineat, nil aliud est ipsa correptio, quàm admonitio, quæ eiusdem actus est, cuius & præceptio. Deniq; nemo mouetur ex timore, aut odio turpis, nisi cui iã ineſt aliquo modo amor boni, ac pulchri. Hinc & quia correptio hac uia procedit. Propriè adhibetur ei, qui iam habet bonum propositum, a cuius tamen excusatione per ignorantiam desidiamue protrahitur.

Quæstio.

¶Si autem quæratur, utrum oẽs ad correptionẽ fraternã tenentur: dicẽdum, quòd sicut (iuxta Philosoppũ xi. metaphysicæ) in exercitu duplex est ordo, unus est totius exercitus ad ducem, alter quo singuli de exercitu ordinantur adinuicem: ita in ꝙuersatione hominum mutua unus est ordo omniũ ad prælatum, alter singulorum adinuicem. Et ordo uterq; instituitur præcepto legis diuinæ. Ordo demum prę lati ad subditos consistit in hoc, ut oẽs subditi tendant ad bonũ commune, quod prelatus tenetur intendere, & quod ad hoc ipsum prælatus dirigat eos. Ordo uero subditorum adinuicem, est quod unusquisq; pro posse alteri impendat auxilium ad obtinendum ipsius bonum. Hinc sicut prę latus præcipitur curam gerere subditorum, & subditis obedire iussis eorũ: sic & coequalibus inuicẽ iussum est, ut sibi mutuo ferant auxiliũ non in corporalibus tantum, imo & in spiritualibus magis, Cumq; maximũ auxiliũ homini per correptionẽ in spiritualibus adhibeatur, idcirco ad istã correptionẽ oẽs ex diuino ꝑcepto tenent. Quamuis aũt soli prælati, ac superiores habeant curam aliorum uidelicet subditorum, simpliciter quoad totam uitam ipsorum, saltem quo ad ea, ad quę prelatio, aut superioritas ipsa extendit: tamen secundum quod unusquisq; ex charitate tenetur habere curam de quolibet alio, loco, & tempore opportuno, & in particulari occurrente negotio: Propter quod in Ecclesiastico scriptũ est. Vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo. Teste quoq; Apostolo, Membra ꝓ 1. Cor. 12 se inuicem debent esse solicita, at uero cum præceptum istud fraternæ correptionis sit affirmatiuum quãuis obliget semper, non tamẽ ad semper: idcirco de eo ad quod implendum tenemur in aliquo casu, quamuis non in omni, non est consilium, sed præceptum: quia consilium nunquam obligat, nisi per hoc, quod in præceptum transit ex aliquo accidente. Tẽpus uero: quo obligatur homo ad istã correptionem, est dum delinquens ei occurrit, & commodè corripi potest, ac emendatio eius speratur, nec adest, cui est officio actus ille incũbat. Sed & monachus ad correptionem tenetur, prout sua permittit uocatio, saluis scilicet obseruantiis ordinis sui. Item corripiens pro posse debet uitare, ne correptus ex sua correptione ad deteriora labaſ, puta ad iram, odium, impatientiam &c. Si autem ex sua malitia acquiescere nolit, & peccatum eius in aliorum uegit nocumentum, ac scandalum, nõ est correptio discreta. Propter hoc omittenda, prę sertim à ꝑsidente, qui ex officio habet illũ corrige re & sua auctoritate põt ipm ꝓ pœnas cõpescere. Quæstio.

¶Præterea si q̃ ratur, an liceat peccatori in peccatis manenti corripere proximum: dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Vna, q̃ is, qui est in peto consimili, aut maiori, siue peccatum illud sit notorium, siue occultum, non potest corripere alium quoniam alium corripiendo, profert sententiã in seipsum. Alia est, quòd potest corripere dummodo peccatum sit occultum: non autem, si existat notorium. Et utraq; opinio quãtum ad aliquid, uera est Dupliciter namq; quis potest corripere. Primò, ex officio sicut prælatus: & sic prima opinio uera uidetur. Nam quandocunq; aliquis indignè utit suo officio, peccat. Qui autem in mortali est peccato, quamuis occulto, indignè utitur prælationis officio: ideo peccat corripiendo, seu aliud aliquid sui ꝺfficii exequendo. Secundò, aliquis corripit ex zelo charitatis non ut minister ecclesiæ, & sic incorripiendo, non potest peccatum cõsistere nisi ratione scandali, quod non surgit nisi de peccato notorio, & iuxta hoc uera est secunda opinio, Hinc siue prelatus siue subditus etiã in notorio peccato ꝑsistens, si peccare aliquem uiderit, potest eum monere per modum rogantis non corripientis. Verũ per ueniale peccatum non fit homo ad corripiendum indignus. Si autem occurrat necessitas corripiendi prælato indigno, non est perplexus: quoniã Quæstio. potest in corde subdito pœnitere.

¶Si uero q̃ratur, an docens scripturam, aut prædicãs ĩ peccato mortali existẽs peccet mortaliter, dicẽdũ, quòd docere sacram scripturam cõtingit dupliciter. Primò, ex officio ꝓlatiõis. Non enim licet alicui ꝓdicare, nisi officiũ habeat ꝓlaturæ, uel auctoritate ꝓlationem habẽtis. Ad Romanos, Quo mõ prædicabunt nisi mittantur, Secundo, ex offi- Opinio. cio magisterii, sicut magistri theologię, dicũtq; aliq quòd docẽs, primo mõ, peccat mortaliter, si sit in peccato mortali notorio. nõ autẽ si doceat mõ secũdo. Sed hoc falsum est, quoniã idẽ est finis eorũ qui sacrã ediderũt scripturã, ut q̃ docent eandem. Cumque ad hoc ordinetur scripturæ editio, ut ad

uitam æternam profit, & ducat, iuxta illud Iohannis, Hæc autem scripta sunt &c. quicunque hunc impedit finem scripturæ docendo, peccat. Impedit autem, qui sacram scripturam docet male uiuẽdo: quoniam ore confitetur se nosse Deum, & factis negat. idcirco dicendum, quòd ille, qui est in peccato notorio, peccat; siue sic siue sic doceat, aut prædicet. Qui autem est in peccato mortali occulto, peccat, si doceat, primo modo: non autem, si secundo.

Iohan. 20. Titum. 1. Respõsio. In peccato notorio qui docet, peccat.

Quæstio. Subditus quõ possit platũ corripere.

¶Quæritur quoq;, an homo teneatur corripere suum prælatum. Et respondendum, quòd non secundum quosdam; quia (vt dicunt) hoc esset os ponere in cælum; & quia prælati possent de tali increpatione faciliter scandalizari. Sed hoc nihil est, qa prælati inquantum peccantes, & rei non sunt cœlum, i. vicarii Dei cœli, nec hoc est os ponere cõtra eos, sed pro eis. Itaque prælatus ex hoc, quòd est publica persona, ac præsidens, & Dei uicarius, non amittit ea, quæ propria sunt suæ personæ. Vnde ea, quæ debentur proximis ex fraterno charitatis affectu, qui ad uniuersos habendus est, etiã prælato debentur, sicut & ipse aliis talia debet. Ideo alii melius dicunt, quòd sicut ea, quæ sunt charitatis ad proximos, prælatus ita gerere debet ad subditos, ut suæ non præiudicet auctoritati, ne dum nimium seruatur humilitas, frangatur regendi auctoritas; ita correptio ad prælatos taliter fieri debet, ne aliquid subtrahatur reuerentiæ. Propter quod dixit Apostolus: Seniorem ne increpaueris, sed obsecra, ut patrem. Hæc Thomas.

1. Thim. 5.

Quæstio.

¶Qui consequenter hic sciscitatur, an fraterna, & secreta admonitio præcedere debet denunciationem ecclesiæ, faciendam, similiter testium inductio. Et qualitas debeat esse correptio ipsa, ac admonitio, an dura uel mollis, aspera an mansueta. De quibus omnibus etiam in Secunda Secũdæ magistraliter scribit. Sed quia de his in aliis pluribus locis, atq; sermonibus scripsi, specialiter in opusculis de regimine prælatorũ, de uita, & regimine curatorum, de uita, & regimine præsulum, specialiùs uero, ac pleniùs in spãli tractatu de modo iudican & corripiendi: idcirco pertranseo in hoc loco, qa nec multum pertinet ad hunc passum. Propter quod Bonauẽtura, & alii quidã nihil hic scribũt de istis.

Henricus.

¶Insuper Henricus quodlibeto. 5. respondens ad istud, utrum omnes teneantur ad correptionẽ fraternam. Si quis, inquit, alium diligit, bonũ eius satagit procurare: quia secundum Gregorium, probatio dilectionis est exhibitio operis. Eiusdem aũt rationis est, bonum procurare dilecto, & eum posse liberare à malo. Quemadmodum ergo oẽs tenentur ad fraterni boni procurationem, ita ad fraterni mali amotionẽ, quod fit per correptionẽ fraternam. Est autẽ duplex peccati correptio. Vna charitatiua, ad solam emendationem peccãtis: alia potestatiua, ad terrorem aspicientis. Prima correptio est admonitionis, quæ tãtum debet esse de occultis, & in occulto, ad quam unusquisq; tenetur, inquantum est peccanti propinquus. Secunda est correptio punitionis, quę tantũm debet esse de manifestis, uel per euidentiam facti, aut per testes, aut per propriam confessionẽ, quæ debet fieri in aperto, ad quã solum tenentur prælati. Hæc Henricus.

Correptio peccati duplex.

Thomas. Correptio actus biformis.

¶Vnde Thomas aliiq; cõiter dicunt, quòd fraterna correptio uno modo est actus charitatis, seu etiã pietatis, uel misericordiæ, utpote eleemosyna spiritalis, & sic spectat ad oẽs. Alio mõ est actus iustitię, & sic pertinet ad prælatos, qui nihilominus ex pietate, & ex charitate debent corripere, imo misericordia maxima est, qua malum culpæ aufertur à proximo. Veruntñ, quod ait Henricus correptionem admonitionis tantummõ esse debere de peccatis occultis, & in occulto, non apparet: quia & de manifestis potest consistere, ut si quis in societate audiat aliquem publicè, irrationabiliterq; iurare. debet & potest eum cum modestia euidenter corripere, sicut & Loth arguit suos conciues. Gen. 19.

Quæstio. Quõ curatus corripiat subditum.

¶Ampliùs, quodlibeto 6. interrogat, utrum sacerdos corripere debeat subditos suos facto. Et respondet, factum quo quis corripit, multiplex esse potest, uidelicèt factum boni exempli, & factum subtractionis eorum, quæ occasio sunt peccandi, factum quoq; percussionis, aut incarnationis seu uinculationis. Primis duobus factis debet ipsos corripere, nõn autem facto percussionis: qm̃ hoc ad ecclesiasticos uiros non pertinet, cùm de episcopo dicat Apostolus, non percussorem. Corripere uerò uerbo uinculationis, aut incarcerationis nõ licèt, nisi superioribus sacerdotibus superiorẽ iurisdictionem habentibus, quam sacerdotes curati, nõ habent: ideo nullo modo hoc licet eis. Quibus obiici potest, quod loquitur Augustinus: Corripiamus uerbis, corripiamus, & uerberibus. Itemque. Peccat semel? ignosce, ignoui. Peccat secũdo? ignosce, ignoui. Iã tertiò? uapulet. Itaq; percussio disciplinæ est licita, quam in claustris infligere possunt præsidentes etiam inuitis. Et sic in collegiis fieri consueuit. Quod uero de episcopo ait Apostolus, Non percussorem, exponitur de percussione uiolẽta, ex ira & impatientia prodeunte. De percussione etiã spiritali, de qua idem Apostolus: Peccans, inquit, in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccantes. Sacerdos tñ curatus disciplinam uerberum inferre non debet inuitis, nec forsan iniungere, nisi aliunde noscat parrochianum suum ex speciali conpunctione paratũ ad illam, nec esse periculum.

1. Timo. 3. Tit. 1. Obiectio. 1 Cor. 2.

Quæstio.

¶Iterum eodem discutiet quodlibeto, utrũ omnis sacerdos ĩ pctõ mortali, quãuis occulto existẽs, peccet mortaliter, prædicando, baptizando, ac cõsimilia ecclesiastica opera exercendo. In cuius solutione uidetur tenere contraria aliqua iam inductis. Sed quia hæc quæstio infra tractatu de sacramento ordinis locum habet, differo usq; ibi.

Quæstio.

¶Præterea quodlibeto septimo quærit, utrũ aliquis uadens ad prædicandum, reficiendus ubi prędicauerit, uidesq; uillam destitutam bono pastore, in qua putat se non lautè reficiendum, pertransit, & transit ad uillam bono pastore prouisam, in qua putat se bene hospitandum, peccet mortaliter & utrum talis prædicans, tacens ueritatem in casu huiusmodi, ne bonam refectionem amittat, mortaliter peccet. Ad quæ respondet, quod imo, si uilla paupercula multum indigebat informatione, & prædicans sciat hoc, ac nihilominus desiderio cõmodi corporalis omittit spiritualem illorũ profectũ, ac subticet ea, quæ salutẽ cõcernũnt diuitis hospitis sui, à quo suspicatũ se egregiè reficiẽdũ: sicq; fraternam omittit correptionem, dirè, ac mortaliter prę uaricatur.

Quæstio.

¶Eodẽ quodlibeto sciscitatur, quod & supra quæsitũ est, utrũ sacramentum pœnitentiæ ex uirtute clauiũ respectu quorũdã peccatorũ possit habere effectũ magis, quã semel. Respõdet, quòd non nisi semel, loquẽdo de principali sacramẽti hui⁹ effectu, qui cõtinet tres effectus, qui sunt ablutio maculæ peccatorũ, diuinæ quoq; offensæ placatio, atq; æternæ pœnæ

pœnæ in temporalem commutatio. Alii autem effectus minus principales, sunt minoratio aliquanta pœnæ temporalis, augmentatio gratiæ, reconciliatio cum militanti ecclesia. Ad eãdem etiam opinionem. Scotus diuertit. Positio uerò sancti Tho. superiùs posita, amplius placet.

Quæstio.

¶Præterea quærit primo quodlibeto, Vtrũ subditus habens peccatum occultum, de quo suspicatur prælatus, tenetur prælato suo dicere ueritatem interrogatus de illo peccato. Respondet, Quanto plus homo tenetur ex charitate seipsum diligere, quàm proximum, tanto plus debet circa seipsum charitatis opera exercere. Pręcipuum autem opus charitatis ad proximum, est peccatum illius occultum non prodere, sed secretè ipsum corripere, atq; ad meliora hortari. Ergo potius debet propriũ peccatum occultum celare, confiteri, & emendare ac bonam famam ad Dei honorem, aliorumq; ædificationem seruare. Hinc contra charitatem agit. qui præest, si ab ipso requirat, ut dicat, aut iuret sibi ueritatẽ de tali peccato. Vnde nec subditus, quãuis religiosus, tenetur in hoc superiori parere. Et dico peccatum occcultum, quod ita ignotum est, ut nõ sit de ipso infamia, neque suspicio talis, ut contra ipsum per inquisitionem procedere non sit opus.

Peccat p̃latus de pctõ secreto inuestigans.

Thomas: Quæstio.

¶Huic responsioni consonare uidetur, quod Thomas respondet ad similem quæstionem, qua quæritur. Vtrum si prelatus iuberet alicui scienti crimen fratris sui, quod ei diceret illud, aut etiam propriam culpam occulta, an teneretur implere. Et respondet, Præceptum alicui factum à suo prælato de peccato alterius publicando, in casu quo publicari non debet fieri potest in iudicio, & extra iudicium. Si extra iudicium, peccati præcipiens: & is, cui præcipit, non tenetur in hoc obedire. Si autem in iudicio ordine iuris exigente, iudex alicui præcipiat, ut peccatum suum, uel alterius fateatur, non peccat: quoniam ipse nõ exigit, sed accusans, cui iudex ius reddere debet, tuncq; tenetur quis fateri suum alteriusve, peccatum. Vel appellare, si contra ius præcipiatur ei. Quod si sic cogatur occultum publicare peccatum, excusatur, & uitat grauius malum utpote disciplinæ iuris eneruationem. Attamen iudex debet dissimulare pro posse, ne faciat tale præceptum saluo ordine iuris, & prælertim in capitulo, ubi magis secundum æquitatem, quam secundum iuris rigorem est procedendum. Hæc Thomas.

Subditus quõ corripiant prælatum. Gal 2.

¶Qui etiam in solutione primi argumenti quæstionis iam præinductæ, an subditus tenetur corripere suum prælatum, affirmat: Paulus in faciem restitit Petro coram multitudine. Quod excedit modum correptionis, quæ a subditis debetur prælatis. Non enim prælati publicè coram multitudine, sed humiliter in priuato sunt corripiendi à subditis, nisi immineret periculum fidei. Tunc enim prælatus minor fieret, si in infidelitate laberetur, & subditus fidelis fieret eo maior. Deinde subiungit, Demophilum monachum beatus Dionysius in epistola reprehendit, quia iniustè corripuit sacerdotem, & quia correptionem, usque ad correctionem extendit pœnam inferendo. Nam sacerdotem percussit, & ab ecclesia expullit. Quamuis autem prælati à subditis corripiẽdi, non tamen eis à subditis infligenda est, pœna, sed recurrendum ad superiorem, ei denuntiando aut si superiorem non habeat, recurrat ad Deum, ut eum emendet, aut de medio tollat. Hæc idem ibidem.

Dionysius martyr.

Richardus

¶Quibus consonat, quod scribit. Richardus: Resistere superiori in facie coram omnibus, inferiorem non decet. Ideo Paulus hoc non fecisset, nisi aliquo modo par Petro extitisset, quantum ad fidei defensionem, sed in occulto eum reuerẽter admouisset. Nec intelligendum est, quòd Paulus fuit Petro in officio ecclesiæ dignitatis. Solus enim, Petrus inter apostolos gerebat primatum, ut patet secunda quæstione. cap. 7. Paulus Petrum. Hæc Richardus.

2. q. 7 pa. Petrum.

¶Insuper quodlibeto decimoquarto quærit Hẽricus. Vtrum generalia interdicta in prouinciis, ciuitatibus, & ecclesiis sint licita. Respõdet, Princeps quodammodo repręsentat totam communitatem ideo factum suum reputatur factum totius communitatis. Hinc pro delicto principis contra ecclesiam, quatenus citiùs ad emendationem compellatur, licitum est interdictum super communitatem in quo nullus punit, qui sit omni modo innoxius: quoniam qui nõ est noxius propria culpa, noxius est interpretatiuę noxa capitis sui, prout membrũ dicitur noxium, aut infirmum noxa seu ægritudine capitis proprii: sicut & omnes noxii dicimur noxa primi nostri parentis. Et ratio ista ueritatem habet in interdicto terræ principis. Si uero princeps forefaciat contra ecclesiam aliquam attentando, & ob hoc interdictum feratur in terra aliena, non uideo rationabilem causam, cum ibi nullus sit noxius, nec interpretatiuè. Hec Henricus.

Quæstio. Quõ interdicta generalia communitati facta liceant.

De his qui in fine pœnitent. *Distin. XX.*

SCiendum est etiam, quòd tempus penitentię est usque in extremum articulum uitæ. Vnde Leo Papa: Nemo est desperandus, dum in hoc corpore cõstitutus est, quia nonnunquam, quòd diffidentia ætatis differtur: consilio maturiore perficitur. Augustinus tamen de penitẽtia differentibus ita scribit, Si quis positus in ultima necessitate uoluerit accipere penitentiam, & accepit, & mox reconciliatur, & hinc uadit fateor uobis, non illi negamus, quod petit, sed non præsumimus quia bene hinc exit, sed si securus hinc exierit, ego nescio. Pœnitentiam dare possumus, securitatem uero non. Nunquid dico damnabitur, sed nec dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari, age penitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quia securus es, quia penitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti. Si uis agere penitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Itẽ, Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi sit futurum, nescio. Ergo tene certum, & dimitte incertum. Sed quare hoc dixit Augustinus, cum pœnitentia, quæ in fine agitur, in psalmo appelletur sacrificium uespertinum, quod erat acceptabilius in lege: & cum in quacunq; die inuocetur Deus, assit & quacunque hora ingemuerit, & conuersus fuerit peccator, uita uiuet, & non morietur. Sed illa

Leo papa de pę d. 7. in prin. Augustin⁹ li de pœ. Aug li. de pe. ca 18. di. 7 cap si quos au ẽ Psal. 140.

Augustin' sup. li. de pe. c. 17. & hic de pe. d. 7. c. nulli ex pecter.

dixit Augustinus propter illos, qui pœnitentiam usque in finem uitę protrahunt, & tũc non ex Dei amore uidentur pœnitere, sed timore mortis quasi ex necessitate. Vnde idẽ quasi aperiens quare superiora dixerit, ait: Nullus expecter quando peccare non potest. Arbitrii enim libertatem quærit Deus, ut deleri possint commissa: non necessitatẽ, sed charitatem: non tantum timorem, quia non in solo timore uiuit homo: Quem ergo serò pœnitet, oportet non solum timere iudicem, sed diligere: quia sine charitate nemo saluus esse potest. Non ergo tantum timeat pœnam, qui pœnitet, sed anxietur pro gloria. Quæ conuersio si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam uix rarò est tam iusta conuersio, timendum est de pœnitente serò: maximè cum filij, quos illicitè dilexit, sint præsentes uxor, & mundus ad se uocet. Multos solet serotina pœnitentia decipere. Sed quoniam Deus, semper potens est, semper etiam in morte iuuare ualet, quibus placet. Cum ergo opus sit nõ hominis, sed Dei fructifera pœnitentia, inspirare eam, potest, quandocunque uult sua misericordia, & remunerare ex misericordia, quos damnare potest ex iustitia: Sed quoniam multa sunt, quæ impediunt, & languentem retrahunt, periculosissimum est, & interitui uicinum ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat (si quis est) ueram pœnitentiam. Sed si etiam conuersus uita uiuat, & nõ moriatur, no promittimus, quòd euadat omnẽ pœnã. Nã priùs purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis & si æternus non sit, miro modo grauis est: excellit enim omnem pœnam, quam unquam passus sit aliquis in hac uita. Nunquam in carne tanta inuenta est pœna, licet mirabilia martyres passi sint tormenta, & multi nequiter, quanta sæpe sustinuerunt supplicia. Ex his satis ostenditur, quàm periculosum sit differre pœnitentiam usque in finem uitæ. Si tamen etiam tunc uera habeatur pœnitentia, hominem liberat, & uitam mortuo impetrat: non sic tamen, ut nullam sentiat pœnam: nisi fortè tanta sit uehementia gemitus, & cõtritionis, quæ sufficiet ad delicti punitionem. Licet ergo sit difficile, ut tunc sit uera pœnitẽtia *quę tam sera uenit, quando cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimit, ut uix homo aliquid cogitare ualeat: melior est tamen sera, quàm nulla. Pœnitentia enim etsi in extremo uitæ hiatu aduenit, sanat, & liberat. Multum sera fuit latronis pœnitentia, sed non fuit sera indulgentia. Sed licèt latro ueniam meruisset in fine de omni crimine, non tamẽ dedit baptizatis peccandi, & perseuerandi auctoritatem.

*quando.

Luc. 23.

De his, qui hic pœnitentiam non complent.

Si uero quæritur de illis, qui in hac uita pœnitentiam non complent, utrum transituri sint per ignem purgatori, ut ibi quasi compleant, quòd hic minus fecerunt: idem dicimus, & de istis esse sentiendum, & de his, qui in extremis pœnitent. Si enim tanta fuerit cordis contritio, & delicti exprobatio, ut sufficiat ad puniendum peccatum, liberi ab aliis pœnis transeunt ad uitã, & si in expleta fuerit pœnitentia, quia perfectè pœnituerũt & ingemuerunt corde. Qui uero non adeo conteruntur corde, & ignemiscunt pro peccato, si ante expletionem pœnitentiæ *discesserint: ignem purgatorium sentient, & grauiùs punientur, quàm si hic implessent pœnitentiam. Horrendũ est enim incidere in manus Dei uiuentis. Deus enim cum sit misericors, & iustus, ex misericordia pœnitenti ignoscit, non reseruans peccatum ad pœnam æternam, ex iustitia uero impunitum non dimittit delictum. Aut enim punit homo, aut Deus: homo autẽ punit pœnitendo: Deus autem pœnam exigendo. Et est pœnitentia interior. Si ergo interior pœnitudo fuerit tãta, ut sit sufficiens ultio peccati: Deus, q̃ hoc nouit, ab illo qui taliter pœnitet, ulterius pœnam non exigit. Si uero interior pœnitudo non sufficit in uindictam peccati, nec exterior pœnitentia impletur: Deus, qui modos, & mensuras peccatorum, & pœnarum nouit, addit pœnam sufficientem. Studeat ergo quisque sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat pœnam tolerare. Quædam enim peccata mortalia in pœnitentia fiũt uenialia, non tamen mox sanantur. Sæpe enim infirmus moreretur, si non medicaret: non tamen statim medicatus sanatur. Languet uicturus, qui priùs erat moriturus. Qui autem impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciatur. Si enim semper uiueret, semper peccaret.

* decesserint.

Heb. 10.

Iob. 34.

Aug. de uera & falsa pœ. ca. 18.

De illo cui sacerdos indiscretus iniungit paruam pœnitentiam.

Si uero de illo quæritur, qui satisfactionem iniunctam impleuerit, quæ ignorantia, uel

uel negligentia sacerdotis peccato condigna non fuit, utrum de uita migrans, ab omni pœna liber sit: idem respondeo, quod supra de illo, qui pœnitentiam non complenit dixit: Quod si tantum est lamentum interioris doloris, ut sufficiat in uindictam peccati, omnino liberatus est: si uero non sufficiat dolor interior, simul cum pœna iniuncta adder Deus pœnam. Quod autem interdum sufficiat dolor interior ad uindictam peccati, certum documentum habens in illo latrone, qui sola mentis contritione, & confessione statim ut conuersus fuit: paradisum ingredi meruit. Sed quia dispensatores ecclesiæ contritionis quantitatem non pendunt, quibus non est datum intelligere occulta cordium, omnibus leges pœnitentiæ constituunt, tam magis, quàm minus de peccato dolentibus. Quorum studium ad hoc præcipue tendere debet, ut cordis dolorem, quãtum fas est, cognoscant, & secundum ipsius modum satisfactionem iniungans: Vnde Augustinus: In actione pœnitentiæ ubi tale commissum est: ut is, qui commisit, à Christi etiam corpore separaretur, non tam consideranda est mensura temporis, quàm doloris. Cor enim contritum, & humiliatum Deus non despicit. Verum quia plerunque dolor alterius cordis occultus est alteri, nec in aliorum noticiã nisi per uerba, uel alia quecunque signa procedit, cum sit coram illo, cui dicitur, Gemitus meus a te non est abscõditus: rectè constituuntur ab his, qui ecclesijs præsunt, tempora pœnitentiæ, ut satisfaciat etiam ecclesiæ, in qua peccata ipsa remittuntur: extra eam quippe non remittuntur. Ipsa enim spiritum sanctum pignus accepit, sine quo nõ remittuntur ulla peccata. Item Hieronymus: Mensuram temporis in agenda pœnitentia ideo non satis apertè prefigũt canones pro unoquoque crimine, ut de singulis dicant qualiter unum quodque emendandum sit: sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuerunt: qa apud Deum non tantum ualet mensura temporis, quantum doloris. Nec abstinentia tãtum ciborum, quantum mortificatio uitiorum, ideoque tempora pœnitentię pro fide, & conuersatione fidelium pœnitentium abbreuianda precipiunt, & pro negligentia pelanda: pro quibusdam tamen culpis modi pœnitentię sunt impositi.

Luce. 23.

Augustin. in Ep. c. 65. b & habetur de pœni. di. 1 actione. ffal 50.

Quòd morientibus non sit imponenda satisfactio, sed innotescenda.

Solet etiam quæri, utrum satisfactionis lex morituris sit imponẽda. De quo Theodorus Cantuariensis episcopus in Pœnitentiali suo sic ait: Ab infirmis in periculo mortis, positis, pura inquirenda est confessio peccatorum: non tamen est illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda: & cum amicorum orationibus, & elemosynarum largitionibus pondus pœnitentię subleuandum, si forte migrauerint. Si uero conualuerint, pœnitentiæ modum a sacerdote impositum diligenter obseruent. Aliis uero qualitate peccati pœnitentia decernenda est præsidentium arbitrio. Vnde Leo papa: Tempora pœnitudinis habita moderatione, constituenda sunt tuo iudicio, prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos. Pariter etiam habere debes ætatis senilis intuitũ, & respicere periculorum quorumcunque uel ægritudinum necessitates.

Leo papa 26. q 7 ca. tẽporaq.

In necessitate non est neganda pœnitentia, uel reconciliatio.

Sciendum etiam, quòd tempore necessitatis non est neganda pœnitentia, uel reconciliatio petentibus. Vnde Leo papa. His, qui tempore necessitatis, & periculi urgentis instantia, præsidium pœnitentiæ, & modum reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei, nec meusuras possumus ponere, nec tempora definire. Quod si ita aliqua ęgritudine aggrauati sunt, ut quod paulo ante poscebant, sub præsenti significare non naleant: testimonia eis fideliũ circunstantium prodesse debebunt, simulque pœnitentiæ, & reconciliationis consequatur beneficium. Item iulius papa.: Si presbyter pœnitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animarum: quia dominus ait, Cumque conuersus fuerit tunc saluus erit. Vera enim confessio ultimo tempore potest esse: quia non modo tempus, sed etiam cordis, Deus inspector est, sicut latro probat.

Quòd presbyter non reconciliet inconsulto episcopo, nisi in necessitate.

Non debet tamẽ presbyter pœnitentẽ reconciliare in consulto episcopo, nisi ultima necessitas cogat: Vnde in Carthaginensi cõcilio: Presbyter incõsulto episcopo nõ reccõciliet pœnitentẽ, nisi absente epo ultima necessitas cogat. Cuiuscũq; pœnitentis publicũ crimen, est quod uniuersam cõmouerit urbem, ante absidam, scilicet introitũ ecclesiæ

manus ei imponatur. Item Aurelius episcopus dixit: Si quis in periculo constitutus fuerit, & se reconciliari diuinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utiq; presbyter consulere episcopum, & sic periclitantem eius precepto reconciliare. Inconsulto uero episcopo, non potest excommunicatos, uel publicè pœnitentes presbyter reconciliare. Vnde in Carthaginensi concilio secundo statutum est, ut reconciliatio pœnitẽtium, & puellarum consecratio, a presbyteris non fiat. Item reconciliare quenquam in publica missa presbytero non liceat: puellarum tamen consecratio, consulto episcopo, per prebyterum fieri ualet. Vnde in Carthaginensi conclio secundo: presbyter inconsulto episcopo uirgines non consecrat, chrisma uero nunquam conficiat. Sicut præcepto episcopi potest presbyter consecrate uirgines, sic & reconciliare pœnitentes.

26 q.ca. fi iubet.

Ibidem.c. presby.

An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad pœnitentiam, præuenitur morte.

Si autem quæritur de illo, qui ad pœnitentiam festinans, sacerdotem inuenire non potuit, & ita decesit, utrum oblatio eius sit recipienda: dicimus, quia est. Vnde in Epanensi concilio: Si aliquis fuerit mortuus, qui non sit confessus, & testimonium habet bonum, & non poterat uenire ad sacerdotem, sed præoccupauit eum mors in domo uel in uia: faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.

26.q.6 c.si aliquis.

Summa distinctionis XX.

PRæcedente distinctione locutus est Magister de clauibus ecclesiæ, quæ & quot sunt, & de potestate effectibusq; earum: nunc tractat de tempore ad pœnitendũ opportuno, ostendens primò, quòd usq; ad mortem duret pœnitentiæ tempus: ita quòd si anima ante separationem a corpore uerè pœniteat, saluatur. Nihilominus periculosissimum est pœnitentiam tam diu differre: quoniam etsi contingat hominem in fine pœnitere, acerbitatem tamen purgatoriæ pœnæ uix ualebit euadere, de cuius pœnæ acerbitate pertractat. Deinde circa phabita quasdam inserit quæstiões. Prima est, quid ei immineat qui iniunctam pœnitentiam in hac uita non implet. Secunda, quid post hanc uitam restet ei, cui pœnitentiam sufficientem iniũxit confessor. Quocirca tangit de canonibus pœnitẽtialibus, & qualiter arbitrio, seu discretioni sacerdotis committẽdi sint, seu commissi. Tertia, utrũ infirmis, qui mox morituri putantur; pœnitentia iniungenda. Consequenter subiungit aliqua documenta ex quibus solui possent quæstiones, quę circa ista mouentur, uidelicet, an constitutus in grandi necessitate, aut mortis articulo, sit pœnitentia, ac reconciliatio impendenda, & utrum absente episcopo possit sacerdos pœnitentem reconciliare ecclesiæ, qui pœnitens sit in solenni pœnitentia constitutus, de qua re tractatum est supra. Vltimo quærit de illo, qui cupiens confiteri, pergit ad sacerdotem, quem antequam acquirere queat, spiritum tradit, quid sit sentiendum.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *Virum confessio sero facta, sit efficax.* ¶ Videtur, quòd non: quoniam Augustinus dicit se certum non esse, quòd talis saluabriter pœniteat. Item, talis pœnitentia ex timore damnationis, ac pœnæ uidetur procedere. Et rursus, de Antiocho recitatur, quàm uehementer pœnituit, & emendationem proposuit imo, & promisit: nec tamen profuit ei. Atq; de Esau scribit Apostolus ad Hæbreos, q̃ non inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lacrymis inquisisset eam.

Cõtra ueritatẽ arguitur.

2.Mac. 9.

Heb. 12.

In oppositum.

In cõtrarium sunt auctoritates scripturæ, & doctrina totius ecclesiæ.

Iacob 1.

¶ Ad hoc Thomas respõdet, Deus qui dat omnibus abũdanter, nulli gratiam denegat facienti, qđ in se est, ad gratiam se representando, quæ ppara-

Thomę rñsio.

tio sit per liberi arbitrii motum. Idcirco, quamdiu manet homini usus liberi arbitrii in hac uita, in qua nondum est confirmatum in malo, potest se præparare ad gratiam, de peccatis dolendo, sicq; gratiam remissionis peccatorum consequetur. Hinc si Antiochus uerè pœnituisset ex corde, ueniam obtinuisset. Pœnituit autem non amore iustitiæ, sed timore pœnę presentis, quam tolerabat, & pœnæ futuræ, quam expectabat. Et ita peccatoribus multis contingit in fine: quoniam non est facilè, ut affectum, quem homo diu, intensè inclinauit, ad aliud repente retrahat, & conuertat ad contrarium: non tamen est impossibile: quoniam liberum arbitrium ex habitu suo non cogitur, nec prouidentiæ Dei terminus potest præfigi, perquam ẽt in extremo uitæ quandoque motus uerę pœnitentiæ inspiratur. Idem dicendũ de Esau, qui etiã magis dolebat de damno temporali, quàm spirituali.

Obiectorũ dilutio.

¶ Quod autem in fine uitæ pœnitens queat absolui à quocunq; sacerdote, de quocunq; peccato satis declaratum est paulo ante. Insuper post remissionem culpæ exigitur pœna, quatenus iniustitiæ inæqualitas ad iustitiæ reducatur æqualitatẽ. Hinc sicut ad ordinationem culpę exigitur, quòd pœna infligatur pro culpa, ita, quòd pro tanta pœna. Cũ que peccatum inordinatum remanere non ualeat, quamuis reatus pœnæ sit diminutus per contritionem, confessionem, & absolutionem, oportet qđ pœnitens in fine adhuc, & quicunq; satisfactionẽ condignam in hac uita non implet, post hanc uitã puniatur, nisi contritio fuerit tanta, quòd totaliter purget à culpa: quod iuxta præhabita fieri potest. Porrò iustitia secundum Philosophum 5. Ethicorũ, assimilat mensuræ. Hinc sicut in diuersis terris diuersæ sunt mensuræ rerũ uenaliũ, ita diuersę pœnę ſm iustitiam pro culpis eisdem inferuntur. Pro eadem quoq; culpa grauiùs punit, homo in purgatorio, quã in uia præsenti ratiõe fortiattamẽ aggrauatio illa proportionabiliter correspondet pœnæ cuius hõ in uita hac extitit reus. Et hoc debet hõ sibiipsi imputare, quòd illuc reseruauit sibi iustã punitionẽ pro culpis suis recipiendã: cum tamen potuerit hic per pœnã multo faciliorẽ euadere. Sed obiici pôt, quia cũ pœnæ uitæ præsentis sint satisfactoriæ ꝓ peccatis, & mors ipsa sit maxima pœna, uidetur ꝓ ipsam æquanimiter toleratã tota pœna restans dimitti. Et respõdendũ, quòd mors naturalis est pœna cõsequens originale peccatũ, ut quasi iã

Post culpæ remissionẽ exigit pœna.

Obiectio.

in naturam sit uersa: sicut, & originale peccatum: idcirco per mortem naturalem homo non purgatur ab actuali peccato, sed per mortem illatam bene potest purgari. Vnde si quis mortem illatam patienter sustineat. quãuis ꝓ aliis criminibus sit illata ualet ad pœnæ diminutionem, atque interdum ad liberationem à tota pœna. secundum quantitatem culpæ charitatis, & patientiæ, nec non contritionis. Hæc Thomas.

Pœna mortis, purgatoria, & meritoria

¶ Veruntamen de hoc ultimo uerbo aliqui longè aliter sentiunt, ut dictum est: & forsitan infra dicetur. Aiunt quippè, quòd quantuncunque pœna mortis, seu infirmitas eam præcedens, sint naturalis: tamen si charitatiuè acceptantur, æquanimiter tolerentur, & ad finem congruum ordinentur sint non solum satisfactoriæ multum, sed, & meritoriæ ualde: quemadmodum, etiam fames, sitis, mẽdicitas & egestas, ex causis naturalibus ꝓueniẽtes.

¶ Istis & consimilibus quæstionibus, quoniam faciles sunt, non immoror.

Thomas.

Quæritur quoq; hic, an debita pœna infligatur, secundum magnitudinem excessus peccati, uel secundum delectationis uehementiam, ac mensurã. An ẽt confitentes obligetur ad pœnam maiorem, quàm sibi à confessori iniungitur. & utrum unus pro alio satisfacere possit. Ad primum horum triũ sanctus doctor respondet: Pœna post culpæ dimissionem ad duo exigitur. Primò, ad debitum persoluendum. Secundò, ad remediũ exhibendum. Potest ergo taxatio pœnæ considerari quantum ad debitum. sicque quantitas pœnę radicaliter correspondet quantitati culpæ, antequam de ea aliquid dimittatur. Attamen quantum per primum eorũ, quæ nata sunt pœnam remittere, plus remittitur. Secũdum hoc ꝓ aliud semp minus restat soluendũ seu remittendum, & quanto ei plus de pœna ꝓ cõtritionem dimissum est, tanto minus per confessionem restat. Secundò quantum ad remedium illius qui peccauit, aut aliorũ. sicq; quandoque pro minore culpa iniungitur maior pœna. Vel quia peccato unius difficilius potest resisti, quàm peccato alterius, & sic iuueni pro fornicatione iniungitur pœnitenti maior, quàm seni, quamuis in hoc minus peccauit: uel quia peccatum periculosius extat in uno, quã in alio, sicut in sacerdote: aut qm̃ multitudo est pronior ad illud peccatum, ideo per pœnã unius terrenda est, & retrahenda à uitio. Pœna ergo in foro pœnitentiæ quantum ad utrumq; taxãda est idcirco non semper pro maiori peccato pœnitentia maior imponitur. Porrò purgatorii pœna debitum soluit

Apoc. 18.

Purgatorij pœna debitum soluit

solum est ad soluendum debitum, quia iam ultra non est locus peccandi: ideo illa pœna solum taxatur secundum quantitatem peccati, considerata tamen contritionis quantitate, & confessione, ac absolutione: quia per omnia hæc aliquid de pœna dimittitur. Propter quod etiam a sacerdote sunt cõsiderandæ iniungẽdo satisfactionem. Itaque his nõ obuiat quod in Apocalypsi dominus ait: Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentũ, & luctum. Nempè in uerbis illis duo tanguntur ex parte culpæ, utpotè glorificatio, quæ ptinet ad elationem, & deliciæ, quæ spectant ad delectationem. Quamuis autem sit minor delectatio ī peccato maiori, tamen semper ibi est maior elatio. Neque his obstat, quòd secũdum iura antiqua, sacerdoti pro fornicatione iniungitur pœnitentia decem annorum, laico autem pro homicidio pœnitentia septem annorum, quãquã homicidiũ istud illa fornicatione sit grauius. Nã id fit inquantum pœnitentia est remedium contra peccata futura, ad retrahẽdũ sacerdotem à uitiis carnis: quæ tam sibi, quàm aliis sunt ualde periculosa.

Obiectio.

Ad secundum dicendum, quòd actus ministri bonus uel malus, nil uariat in efficacia sacramentorũ. hinc sacerdos discretè se habeat in iniunctione pœnitentiæ, siue non, nil diuersificatur quantum ad efficaciam absolutionis & cõtritionis, ac confessionis: ideo siue indiscretè pœnitentiam iniungat, siue non semper manet reatus ad pœnam quantitatis eiusdem. Hinc si eam non expleat in præsenti, ab eo in purgatorio exigetur. Si ergo obiiciat, qđ confessor uidetur culpabilis, minorem quàm iustũ est pœnitentiam iniungendo, & in hoc noceat cõfitenti: præsertim cum in futuro multo grauior pœna exigatur, quàm hic: dicendũ, quòd quandocũque minor pœnitentia iniungitur, defectus est ex parte imponentis, uel ex parte recipientis. Interdũ tñ sine culpa utriusque, ut, qñ imponens debitam diligentiam adhibet ad iniungendum pœnitentiã condignam, recipiens quoq; paratus est illã implere. Ideo inconueniens non est, si confitens non liberetur totaliter à pœnæ reatu. Sacerdos etiam non semper peccat minorem pœnitentiam iniungẽdo: tũ quia non potest scire determinatè quantitatem debitæ pœnæ, quamuis aliquid propriè ualeat determinare, regulis patrũ consideratis: tum, quia quandoq; plus expedit pœnitentiam minorem imponere ne cõfitens ob grauitatem pœnitentiæ retrahatur ab eius impletione ex sua imperfectione: sicq; confessor uitat minus malum, uitetur & confitens interim confortatus in charitate, ad maiora, ac plura pœnitentię opera peragenda aptetur, quã sacerdos sibi iniungere potuisset. Si uero confitenti maior debitu pœnitentia iniungatur. explere eã ex iniunctione sacerdotis tenetur sacerdos non solum debitum pœnæ considerat, sed etiam peccato remedium adhibet. Ideo si confitens moriatur ante pœnitentię sibi iniunctæ expletionem, non exigitur ab tota, sed solum quãtum sufficit ad debitum exoluendum.

Opinio.

¶ Ad tertium respondendum, quòd inquantum pœnitẽtia ordinatur ad debiti solutionem, unus ꝓ alio satisfacere, potest, dummodo sit in charitate, ut opera eius satisfactoria esse possint. Nec oportet ut maior pœna imponat̃ ei, qui satisfacit ꝓ alio quàm ipsi reo imponeret̃, ut aliqui dicunt, qa (ut aiunt) pœna propria magis satisfacit, quã aliena. Nam pœna habet uim satisfaciendi præcipuè ex charitatis uirtute, quæ magis apparet in hoc, quòd homo pœnitentiam soluit pro alio, quàm si pro se ipso. Ideo minor requirit̃ pœna in eo, qui pro alio satisfacit, quàm in principali requiret̃. Vnde in Vitas patrum narrãt̃, quòd ꝓ charitatem unius, qui pœnitentiam fecit pro peccato alterius, quod cõmisit, Deus ignouit alteri, qui peccauit. Nec etiam exigitur quantum ad absolutionem debiti, ut is, ꝓ quo alius satisfacit, sit ad satisfaciendũ personaliter impotens: quoniam etsi potens esset, tamẽ alio pro eo satisfaciente, ipse à debito illo fit immunis. Sed hoc requiritur, inquantum pœna satisfactoria est in remedium. Idcirco non est permittẽdum qđ unus ꝓ alio satisfaciat, nisi in alio illo aliquis defectus appareat, aut corporalis, per quam sit impotes ad pœnitentiæ impletionem, aut spiritualis, per quẽ sit imparatus ad onus pœnitentiæ subeundum. In quantum uerò pœnitentia ordinatur in remedium contra peccatum futurũ, sic satisfactio unius alteri non prodest: quoniã ex unius ieiunio nõ domatur

Quo pro alio quis possit satisfacere.

alterius caro, nec ex actibus unius alius bene agere consueſcit niſi per accidens, inquantum unus bene agendo meretur alteri augmentum gratiæ, quæ eſt efficacisſimum remedium uitandi peccata. Hoc tamen potius eſt per modum meriti, quàm ſatisfactionis. Hæc Thomas.

Petrus. Pœnitentia debet pẽ quatuor modis.

¶Concordat Petrus & addit: Pœnitentia dicitur condigna peccato quatuor modis. Primò, ſecundum taxationem ſolus iuſtitiæ, & ſic Deus ſemper punit citra condignum etiam in inferno. Secundò, penes taxationem miſericordiæ, ſicq; exigit pœnam condignam. Sed hoc poteſt eſſe dupliciter. Primò, ſecundum taxationem miſericordiæ increatæ per ſeipſam, & ſic in inferno exigitur, atque infligitur pœna condigna. Secundò, penes taxationem miſericordiæ pœnitentia mediante. Et hoc dupliciter, utpotè mediante pœnitentia interiore aut etiã abſolutione exteriore. Primo mõ pœna taxata poſt contritionem remanens, uocatur condigna: & de hoc condigno uirtute clauium remittitur aliquid. Secundo modo, pœna, quæ remanet poſt remiſſionem culpæ, uirtute clauium factam, condigna eſt, & ſoluere hanc oportet: & determinatum eſt apud Deum, quantum uirtute clauium remittatur. Bonitas uerò ſeu malitia, indiſcretio ue miniſtri, non mutat ſacramenti effectum: ideo totam illam ſoluere eſt neceſſe. Hæc Petrus.

Richard. In articulo mortis non eſt iniungenda pœnitentia.

¶Richardus quoque præhabitis conſonans: Pœnitenti, inquit, in articulo mortis non eſt pœnitentia iniungenda, ſed innoteſcenda, ſeu inſinuanda: quoniam pœnitens talis non eſt in ſtatu, quo poſſit exteriorem pœnitentiam facere, quamuis interiorẽ poſſit dolorem habere. Debet tamen confeſſor exteriorem pœnitentiam eius peccatis debita, ei manifeſtare, dicendo. Si ſanus confiſteres pœnitentiam tantam facere deberes. Et debet inſinuatio iſta fieri per modum conſolationis, reducendo ei ad memoriam infinitam magnitudinem pietatis diuinę, quæ frequenter remittit peccata per ſolam interiorem contritionem, præſertim dum non adeſt facultas ſatisfaciendi exterius. Talis quippè manifeſtatio deſperationem excludit, & prouocat interiorem compunctionem. Inſuper ait: Vnus ſatisfacere poteſt pro alio dummodo ambo ſint in charitate. Opus enim illius, qui in charitate non eſt, ſatisfactorium eſſe nõ ualeat nec ſibi, nec aliis. Opus quoque ſatisfactorium factũ in charitate, non prodeſt niſi habenti charitatem, & Dei amicis ex condigno quamuis de congruo poſſit alios aliquo modo iuuare. Cumq; opus ſatisfactorium cęteris paribus magis proſit ipſimet facienti, quàm alteri, ſicut, & efficaciùs meretur homo ſibiipſi, quàm alteri, hinc cæteris paribus ſatisfacientem pro alio, oportet plus facere, ſeu maiorem ſatisfactionem exoluere, quàm pro ſe. Veruntamen charitas ſatisfacientis p alio tantum, poſſet excedere charitatem ſatisfaciẽtis pro ſeipſo, quod non oporteret eum ad ſatisfaciendum pro alio maiorem ſoluere pœnam, quam alius ille ſolueret prò ſeipſo: quoniam opus bonũ tanto plus cæteris paribus ſatisfactorium, meritoriumque conſiſtit, quanto ex maiori charitate procedit. Hæc Richardus. Concordant Albertus, Bonauentura, aliique communiter.

Satisfacere poteſt alter pro altero.

QVAESTIO I.

REſtat quærendum, *Virum purgatorii pœna ſit.*

¶Videtur, quòd non: quoniam ſicut anima peccauit in corpore, & cum corpore, ita uidetur ſolum punienda in corpore, & cum illo, & ita non puniretur ante reſurrectionem futuram. Rurſus, cũ anima ſit incorporeus ſpiritus, non uidetur à corporeo igne poſſe puniri. Inſuper Auguſt. relinquit ſub dubio, an ignis ille ſit corporalis. Damaſcenus uero ultimo aſſerit libro: quod incorporeus ſit: & ita non erit uerè, atq; uniuocè ignis, cum de ratione ignis ſit eſſe quid corporale, ſicut de ratione terræ, aquæ, & aeris.

Contrauerita é arguitur.

¶Circa hæc ſcribit Albertus: Sancti de quæſtione hac diſputantes, fatentur ſe uelle accipi ſua dicta ſine ſupercilio aſſertionis. Ità & ego dico, qđ non arbitror quenquam ſcire qualis ſit ignis ille, niſi, cui reuelauerit Deus. Sed æſtimo quod ſit utique corporalis. Vnde, & dico, quòd primũ affligẽs anima purgatorio, ſit corpus, videlicet ille ignis: proximum uerò affligens: ſit ſpirituale, ſiue anima ſit in corpore, ſiue non. Quod ut melius intelligatur ponatur exemplum. Inciſio manus uulneratæ, eſt corporalis, & patitur corpus, anima uerò compatitur. Primum affligens utrunque, hoc eſt gladius. Verum cum anima patiatur corporis paſſione, id, qđ facit triſtitiam in affectu animę, eſt ſimilitudo uulneris, appræhenſa ut contraria toti compoſito. Ità in purgatorio primum affligẽs eſt ignis coporeus, habens uim affligendi, inquantum eſt inſtrumentũ diuinæ iuſtitiæ uindicantis peccatum, cui anima ſe ſubdit. Proximum uero affligens, eſt ſimilitudo recepta in anima. & hoc infra magis patebit in tractatu de reſurrectione. Vis demum qua ignis ille agit ut diuinę inſtrumentum iuſtitiæ, non eſt tantum uis naturalis caloris: imò eſt alia uis. Cuius exemplum eſt de calore in corpore animalis, qui calor inquantum eſt inſtrumentum animæ negetatiuæ, aliam habet operationem, & aliam uim, quam ut qualitas naturalis.

Albertus. Ignis purgatorij qui ſit.

Ignis purgatorij triplex.

Si autem quæratur de purgatorii loco ſine præiudicio dico, nil temere aſſerendo, quod purgatorii locus eſt alius ex ordine diuinę iuſtitiæ determinantis receptaculum animæ puniendæ, & alius ex diſpenſatione. Nam primo modo unus eſt locus purgatorij, quem puto eſſe partem inferni, in qua parte eſt afflictio cum admixtione conſolationis de futura beatitudine. Portò ex diſpenſatione loca purgatorij ſunt diuerſa plura: & diſpenſatio illa ſit aliquando propter uiuos, interdum propter mortuos. Et licet multis de cauſis id fiat, ſpecialiter tamen triplex cauſa elicitur ex legendis ſanctorum. Prima eſt, demonſtratio meriti alicuius ſancti, hoc ſuis precibus impetrantis, ſicut ad preces ſancti Patritii Deus monſtrauit quendam purgatorij locũ, ut de pœnis futuris fides amplior haberetur. Secunda eſt noſtra inſtructio, quatenus dum aliquas animas circa nos puniri agnoſcimus, idẽ æſtimemus de aliis, in quibus ſunt ſimiles culpæ. Tertia eſt, manifeſtatio alicuius culpę occultæ, ut in Paſchaſio. Denique ignis purgatorij quantum ad ſuam ſubſtantiam, extat perpetuus, ſicut, & ignis infernalis, cum quo eſt eiuſdem ſpeciei: ſed quantum ad actum purgandi, accipit finẽ, ſicut, & pœna illa. De cuius acerbitate tenendũ eſt ſicut in textu habetur, quòd ſcilicet minima pœna purgatorii maior eſt, quàm quæcunq; pœna corporalis huius mundi ſit, aut eſſe poſſit. Anima namq; ſeparata à corpore, deſiderat ſummum bonum tãquam beatitudinis ſuæ obiectum eo modo, quo res extra locum ſuũ exiſtens, appetit ſuum locũ. Cũ triſtitia cauſet ex abſentia, atq; carẽtia rei deſideratæ pfectiuæ, atq; delectabilis, cõſtat q̃ de carẽtia, & abſentia

Pœna purgatorij q̃ acerba ſit.

abſentia illius tam ſummi boni, quo ſolo tota conſiſtit, ac plena animarum felicitas, oriatur in anima ſeparata triſtitia maxima, imò ſicut ſuauitas, uita, & iucunditas huius uitæ, nullam habent comparationem ad beatitudinem ſanctorum in patria, ſic impedientia, & auferentia ſuauitatem, uitam, & delectationem huius uitæ, incomparabiliter minus cõtriſtant, & affligunt, q̃ impedientia, & protrahẽtia à ſumma illa felicitate, & gloria. Sicq; triſtitia alterius uitæ illius, incomparabiliter maior eſt omni triſtitia uitæ præſentis. Hæc Albertus. Qui de his plura conſcribit, quæ in reſponſis Thomæ clariùs continentur. Qui tamen non in hac, ſed ſequenti diſtinctione ſcribit de his: Ex præinductis inquiens probatur, & cõſtat, purgatorium eſſe. Primò, quia in hac uita non ſemper per ipſam contritionem confeſſionem & ſatisfactionem totus reatus pœnæ aufertur, nec ſufficiens ſatisfactio exhibetur. Secundò quia etiam dimiſis peccatis mortalibus, uenialia non ſemper tolluntur: exigitque diuina iuſtitia, ut inordinatio culpæ per pœnam debitam ordine tur. Oportet ergo, quod is, qui Poſt contritionẽ, & abſolutionem decedit ante ſatisfactionem ſufficiẽtem, poſt uitam præſentem puniatur. Hinc qui purgatorium negat, contra diuinam loquuntur iuſtitiam & error eorum a fide eſt alienus. Vnde Gregorius Nyſenus ait: Si quis Chriſto amico conſentiẽs in hac uita purgare peccata minus curauerit, aut potuerit, poſt tranſitum hunc per purgatorium, & ignis conſummationem expeditur. Quibus uerbis ſubiungit: Hoc prædicamus dogma ueritatis ſeruãtes, hoc quoque uniuerſalis tenet eccleſia, pro defunctis exorans, ut à peccatis ſoluantur. Quod nõ poteſt intelligi, niſi de exiſtentibus in purgatorij pœnis. Eccleſiæ autem auctoritati quicunque reſiſtit, hæreſim incurrit.

Gregorius Niſenus

Purgatorij acerbitas duplex que pœna.

¶Præterea de loco purgatorii non inuenitur aliquid determinatum in ſcripturis, nec ad hoc poſſunt rationes efficaces induci: tamen dictis ſanctorum, & reuelationibus aliquibus factis plus conſonat, quod locus purgatorii duplex eſt: Vnus ſecundum legem communem, qui eſt locus inferior cõiunctus inferno, ita quòd idem eſt ignis, qui damnatos cruciat in inferno, & qui iuſtos in purgatorio purgat: quamuis damnati ſecundum quod inferiores extant de merito, etiam loco inferius ſint locandi. Alius eſt locus inferni ſecundum diſpenſationem, ſicque diuerſi diuerſis in locis puniti, & purgati legunt, uel ad uiuorum inſtructionem, uel ad mortuorum ſubuentionem. Veruntamen quidã dicunt, quòd ſecundum legem communem locus purgatorii eſt, ubi homo peccat: quod non uidet probabile: quoniam ſimul poteſt puniri pro peccatis, quæ in diuerſis locis commiſit. Alii opinantur, quòd puniuntur ſecundum legem communem in loco, qui ſuper nos eſt, puta in aere: quoniam quantum ad ſtatum, ſunt medii inter nos & cœlũ. Sed hoc nihil eſt, quia non puniuntur pro eo, q̃ ſupra nos ſunt, ſed prò eo, q̃ infimum eſt in eis, utpotè pro peccato. Hinc ait Gregorius, q̃ ſicut ſub eodem igne aurum rutilat & palea fumat, ita ſub eodem igne peccator cruciatur, & electus purgatur. Attamen Hugo teſtatur, quòd in his locis ubi peccauerunt, purgantur: & hoc ſecundum diſpenſationem quandoque ſic eſt. Deniq; cum pœna inferni ſit ad excruciandum, & ulciſcendum perpetuè, ideo nominatur nominibus omnium rerum, q̃ nos hic ſolent affligere, iuxta illud: Ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum, pars calicis. Pœna uerò purgatorij eſt principaliter ad purgandũ reliquias uitiorum: ideo ſola pœna ignis purgatorio attribuitur, quoniam ignis ſolet conſumere, & purgare.

Opinio.

Opinio.

Gregorius

Hugo.

Pſalm. 10.

¶Inſuper de acerbitate pœnæ purgatorii agnoſcendum, qđ in purgatorio duplex eſt pœna. Vna damni ex retardatione à beatifica uiſione. Alia eſt pœna ſenſus ab igne corporali punientur. Et quãtum ad utrunque minima pœna purgatorii excedit maximam pœnam uitæ præſentis. Quanto eñ aliquid magis deſideratur, tanto eius abſentia extat moleſtior. Cumque affectus animarum iuſtarũ in purgatorio, quo ſummum bonum, & eius beatificam fruitionem deſiderant, ſit uehementer, ac nimis intenſus, cum corporis mole non retardetur: & quoniam terminus perfruendi illo aduenit, niſi quòd ſuo retardantur reatu, idcirco de retardatione, atque carentia tam incomparabilis boni maxime dolent. Similiter quoque cum dolor non ſit læſio ipſa, ſed læſionis perceptio ſiue ſenſus, tãto plus dolet quis de læſiuo, ſeu leſione, quãto plus eſt ſenſitiuum, ſeu perceptiuum doloris. Cumque totus corporis ſenſus diriuetur ab anima, idcirco quod agit in anima ipſam, maximè affligit eandem. Qđ autem anima ab igne corporali affligatur, modo ſupponimus: quia infra hoc oſtendetur. Hinc utraque illa purgatorii pœna omnem pœnam uitæ præſentis excedit. Quidam uerò aſſignant rationem ex hoc, quòd anima tota punitur, non corpus. Sed hoc nihil eſt, quia ſic pœna damnatorum eſſet minor poſt reſurrectionem, quam ante, quod falſum eſt. Itaque acerbitas pœnæ illius non eſt tantum ex quantitate peccati, quantum ex diſpoſitione puniri: quoniam idem peccatum grauiùs punitur ibi, quàm hic: ſicut qui melioris eſt cõplexionis, magis affligitur plagis eiſdem. Attamen iudex utriſque eaſdem plagas pro eiſdem culpis inferens, iuſtè agit.

Opinio.

Quæſtio. Quo ſit uoluntaria. purgatorũ pœna.

¶Quæritur quoque an pœna purgatorii ſit uoluntaria, Dicendum, quòd aliquid dicitur uoluntariũ dupliciter. Primò, uoluntate abſolutè, & ſic nulla pœna uoluntaria, quia in hoc conſiſtit ratio pœnæ, quia eſt uoluntati contraria. Secundò uoluntate conditionata, quemadmodum uſtio propter ſanitatem, ſicq; poteſt uoluntaria eſſe dupliciter. Primò, quia per pœnam aliqđ bonum acquirimus, & ſic uoluntas pœnam talem aſſumit, ut eſt pœna ſatisfactoria. Vel etiam, quia libenter quis accipit eã non eſſe, ut in martyrio patet. Secundò: quoniam etſi per pœnam nullum bonum nobis accreſcit, tamen ſine pœna ad bona peruenire nequimus, ut patet de morte naturali. Et tunc uoluntas non aſſumit pœnam, & ualet liberari ab ea, ſed eam ſupportat: & quantum ad hoc, uoluntaria perhibetur, ſicque pœna purgatorii uoluntaria appellatur. Quidã dicũt quod nullo modo ſit uoluntaria: quoniam ita ſunt pœnis abſorpti, quòd neſciunt, ſe per eas purgari, quod falſum eſt, cum frequenter petant ſuffragia.

Quæſtio.

¶Poſtremò quæritur, an dæmones puniant animas in purgatorio. Dicendũ quod ſicut poſt diẽm iudicij diuina iuſtitia ignem ſuccẽdent, quo damnati in perpetuũ punient, ſic nunc ſola diuina iuſtitia in purgatorio electi purgantur, non miniſterio dæmonum, quorũ exiterunt uictores: nec miniſterio angelorũ, qui ſuos non cociues non tam uehementer affligerent. Tamen poſſibile eſt, quòd eos ad loca deducant pœnarum. Dæmones quoque eos comitantur, ac purgandis aſſiſtunt, tũ ut eorũ pœnis ſatientur, tum, ut in exitu earum à corpore

Tob. 12.

ſuum

suum aliquid in ipsis repereant. Veruntamen in seculo isto, in quo adhuc locus est pugnæ, puniuntur homines, & ab angelis malis, ut patet de Iob. & ab angelis bonis, ut constat de Iacob, cuius neruus femoris angelo percutiente obstupuit. Et hoc expresse dicit beatus Dionysius 4. ca. de diuinis nominibus, quod scilicet angeli boni aliquando puniũt. Hæc Thomas.

Gen. 32. Dionysius Carthusi.

¶ In cuius uerbis incertum ualde uidetur, quod ait animas in purgatorio non puniri per dæmones cuius contrarium in multis reuelationibus recitatur. Nã, & dæmonibus, se in hac uita multoties spõtẽ, ac impiè subdiderunt, propter quod ipsis iustæ subduntur in pœnis, quatenus per quos peccauerunt, per eos, & puniantur: & quorum instigationibus peccauerũt, ipsorum flagellationibus expurgentur. Quod potius reor de eis, qui enormiùs peccauerunt.

Sap. 11.

¶ Qui uerò notabiliter uirtuosè uixerunt, & hic pœnæ condignam pœnitentiam egerunt, probabile est ibi magis reuerenter tractari, nec dæmonum confusionibus subditi, ut sunt, qui dæmonum tentamentis hic uiriliter restiterunt.

Petrus. Trifariam dicitur pœna uoluntaria.

¶ Concordat Petrus dictis ex Thoma, & ait: Pœna dicitur uoluntaria uoluntate conditionata tripliciter. Primò, uoluntate assumente, ut pœna satisfactionis. Secundò, uoluntate acceptante, ut pœna martyrii. Tertiò, uoluntate sustinẽte, ut pœna purgatorii; quemadmodum etiam infirmitas alicui bono uiro a Deo immissa, quam uoluntariè sustinet, nihilominus cupit liberari ab ea. Hæc Petrus. Qui etiam allegat Augustinum in quodam sermone dicentem, quod pœna purgatorii durior erit, quàm quicquid in hoc mundo uidere, seu audire aut cogitare quis potest.

Richard.

¶ Præterea Richardus dictis ex Thoma prorsus concordat, & allegat Algazelem 5 physicorum dicentem, In hac uita anima suum cruciatum nõ sentit completè: qm̃ propter occupationẽ suum corpus, est sicut qui occupatus in bello aut alio grãdi periculo, suũ nõ sentit laborem. Ex quo infert, qđ quãuis affligentia hic & in purgatorio essent æqualia: adhuc tamen longe acerbior esset purgatorii pœna Et cõstat, quod illud affligens, uidelicet ignis ille, sit uehementer actiuior igne seculi huius. Hæc Richardus.

¶ Qui etiam dicit, quòd animę in purgatorio nõ purgantur ministerio dæmonũ, quia perfectè triũphauerunt de eis. Quod si uerum esset, etiam sic tenerem, sed quia frequenter succubuerunt dæmonibus, nec pro hoc satisfecerunt sufficienter in uita hac, potius teneo sicut iam tetigi.

Gen. 32. Albertus.

¶ Dicit quoque Richardus, quod angelus bonus percusit neruum femoris Iacob, ad præcauendũ in eo concupiscentiæ motus.

¶ Albertus quoque declarare hic nititur qualiter ignis inferni, seu purgatorii agat in spiritum, dicẽs: Species ignis agentis est duplex quemadmodum etiam species caloris naturalis. Nam secundum qđ est calor ignis, igneitas est species eius. Secundum uerò quod motus est descendens ab anima, calor est species eius, & non forma & huiusmodi: Ita dico de igne inferni, quod secundum sui naturam habet speciem, quam non imprimit animæ, ideo anima non dicitur calida, sed secundum quod est instrum ẽtum iustitiæ uindicantis, habet aliam speciem, q̃ puto esse afflictionẽ ex calore eius, qui deliq̃, & hanc imprimit animę delinquẽti. Idciro nõ puto animam calidam esse: æstimabiliter tñ affligi ex calido, huiusque speciei aĩa separata est magis susceptibilis, quàm aliquod animatum in uita ista. Hæc Albertus. Quæ prorsus obscurè uidentur prolata.

Bonauentu. Psal. 14.

Præterea Bonauentura multa conscribit de his tã in ista, quàm in sequenti distinctione. Et primò de hoc, an purgatorium sit ponendum: Vniuersæ inquiens, uiæ domini misericordia, & ueritas, ideo Deus per misericordiam ita parcit, ut ueritati, seu iustitiæ suæ non deroget, sicque dimittit culpã, & pœnã æternam, ut obligatum teneat ad pœnam temporalem, à qua homo non de necessitate absoluit̃ in morte: quoniam status post mortem non repugnat punitioni animæ, quamuis non competat merito eius. Itaque animæ hic non satis purgatæ, nec à reatu penitus absolute post hanc uitam in purgatorio luunt, ac soluunt quod restat. At uerò de magnitudine, & acerbitate purgatoriæ pœnæ, nos oportet concedere cum Magistro, & sanctis etiam quamuis non appareat inde, quòd purgatorii pœna grauior est omni temporali pœna, quam sustinet anima corpori nunc coniuncta. In his quippè magis inhærendum, est auctoritati, quam rationi, cum sint supra naturam & rationem. Sanè tamen intelligendum est istud generaliter, ut pœna illa maior sit iste iuxta illã philosophi regulam. Si optimum in uno gñe melius est optimo alterius generis, & hoc simpliciter illo est melius. Sic & intelligendũ est istud, quod pœna illa maior est ita, non quod minima ĩ gñe illo sit maior maxima pœna in gñe isto: sed maxima in gñe illo est maior, q̃ maxima ĩ genere isto. Nã ut S. scribit Gregorius, reuelatũ est quasdam animas in umbra esse punitas. Vnde credendendum, quòd iusti, qui in igne cõflagrationis purgabuntur, ac morientur in die iudicii, grauiùs (qa bi euiùs, atq; intentiùs) punientur, quàm quidam qui modo purgantur. Et huius rei quidam assignãt rationem partim naturalem, partimq; theologicã, dicentes, quod animæ separatæ habent uires suas expeditas & recollectas, ac adunatas in se. Naturale quoq; habent desideriũ pertinendi ad summum bonum quod desideriũ à charitate, & gratia multum augetur. Cumque bonũ illud aliqualiter sciãt, & inde retrahentur quasi incarcerãtur, ideo modica pœna cum illa tristitia eis est maxima, præsertim cum sicut spirituales delectationes sint maximè, corporalibusque maiores: ita spirituales tristitiæ eis cõtrariæ exstant permaximè. Sed certe nec ista ratio congruè manuducit, quia desiderium summi boni necessariò habet adiunctam quandam eius fruitionem, & aliq̃ eius realẽ possessionẽ, sicq; gaudiũ parit. Vñ q magis desiderat summũ bonũ, plus delectatur in illo. In hoc namq; differt desiderium temporaliũ, & corporalium rerũ à desiderio spiritualiũ, ut ostendit Augustinus libro 83. quæstionũ. Istud quoque maximè ueritatẽ sortit in his, quos Deus per charitatem inhabitat. Deniq; iuxta hanc rationem pœna limbi puerorum maxima esset. Pœna quoq; sanctorum patrum in limbo maxima extitisset, in quibus tamẽ creditur fuisse requies sancta. Ideo ratio ista nil ad propositũ facit, si quis bene inspiciat, pro eo, quod sancti non de carentia, sed de pœna afflictiua loquantur, puta de igne, seu purgatorio flamma. Hinc dicendum, qđ ratio huius sumitur ex diuina iustitia, & ista est recta rõ: qa quod ignis agit in animam, iustitiæ est, nõ naturæ ideoq; q magis agat, diuinæ attribuẽdũ est iustitiæ, Cũq; Deus nõ acceptet pœnã secm̃ qđ tm̃ ẽ punitiua, sed magis, put ĩ ea lucet rõ cordis recti, idcirco notãdũ quod est

Quõ pœna purgatorij maior sit omni pœna tgali.

Gregorius

quòd est pœna assumpta & pœna inflicta. In pœna assumpta non tantum placet Deo ordinatio pœnæ ad culpam, sed, & ordo, ac rectitudo uoluntatis assumentis. In pœna uerò afflicta placet ordo pœnæ ad culpã: Quoniam ergo pœna pœnitentium in præsenti potius est pœna assumpta, pœna uerò defũctorũ in purgatorio magis uocatur inflicta: quoniam eis est iam tempus agendi, sed recipiendi, iõ modica pœna pœnitentium in præsenti, magis est Deo placita, & accepta, ac satisfactoria coram eo, quàm magna in futuro, imò quasi improportionaliter maiorem Deus exigit in futuro. Quamuis demũ corpus plus lędatur ab igne, quàm spiritus tamẽ spiritus magis affligitur: quoniam uiuatiorẽ habet uim sentiendi. Pœna autem non est læsio ipsa, sed sensus ipsius. Hæc Bonauentura. Qui etiam dicit probabilius esse, quòd animæ in purgatorio non puniuntur per dęmones. Vnde sic ait: Concedendum est, quòd punitio illa nõ fit ministerio dæmonum, nec supernorum spiritum, nisi forsan quã tum ad directionẽ. Credendum est enim, quòd in egressu animæ à corpore assistunt spiritus bonus, & spiritus malus, uel unus uel plures, tuncque secundum ueritatem ferri à Christo sententiam, quæ si fuerit bona, adduci animã per ministerium angeli in cœlum, siue in purgatorium quousque purgata educatur per eius ministerium: ita quòd solũ est ductor, non tortor. Si uerò sit mala, ducitur ministerio dæmonum ad infernum. Tamen in his nil temere asserendum.

Pœnarum duo genera.

Iudicium in morte singulare.

Patricius.

¶ Legitur quoque, quòd sanctus Patricius impetrauit cuidam, ut puniretur sub terra, ex quo ortu est fabulosè, quod ibi sit purgatorium. Hæc Bonauentura de ista materia.

¶ Circa istã distinctionem qui aliis quæstionibus de purgatorio motis concordat dictis ex Thoma. Verum quod ait hic de sancto Patricio, non cõcordat legendæ sancti Patricii: in qua fertur, quod ad conuersionem hybernorum impetrauit à Deo ostẽdi locum, per quem pateret ingressus ad quendam purgatorii locum, & de hoc in aliis recitantur libellis quamplura. Cæterum quæ hic scribit contra positionem. quam sanctus Thomas, Albertus, Petrus, Richardus, aliique cõmuniter tenent, parum concludunt, cum experimentaliter constet, cõtemplationem, fruitionem, & gaudium uiatorum per magnas afflictiones nõ mediocriter impediri, quãuis interdum miraculosè aliter factum sit in sanctis martyribus, & aliis ualde deuotis. Sancti quoque loquuntur de utraque purgatorii pœna.

Quæstio.

Opinio.

¶ Insuper de hac ipsa materia aliqua scribit distinctione sequenti, quærẽdo utrum purgatio, quæ in purgatorio fit, sit à culpa uel solum à pœna. Respondet, Quorundam sapiẽtum fuit opinio, quod nullum peccatum post hanc uitam dimittitur, eo quod usus liberi arbitrij, quo ad meritum, & demeritum, cessat omnino in morte, propter quod dicũt qđ uenialia in hac uita omnino dimittuntur per pœnitentiam, aut per finalem gratiam si non asit pœnitentiæ locus. Vnde dicũt, quòd triplex est gratia utpote baptismalis, pœnitentialis. Quarum quælibet pro sui initio dominium habet in anima: atq; eo quòd dominatur in ipso ingressu uel statu sui principio, delet oẽm culpam, non tantum mortalem, sed etiam uenialem. Dominatur enim gratia baptismalis, ex uirtute sacramenti: gratia pnialis ex subiectione, & conformitate liberi arbitrii: gratia finalis uel ultimata, ex perfecta cõformitate omnium uirium animę ad gratiam ipsam, Nempè dũ anima separatur à carne, pronitates, & perturbationes quæ inerant ei ex carne, recedunt, & potentiæ, animæ tranquillantur, ac gratiæ subij ciuntur: ac per hoc uenialia delentur, sint siue in parte sensitiua: & ita nullum ueniale peccatum dimittitur post hanc uitã, sed instanti, quo finalis gratia dominiũ uendicat sibi in anima, & omnem culpam expellit ab ea. Cumq; obijcitur istis, quod in purgatorio purgantur, ac remittuntur peccata; respondet qđ uerum est quantum ad reatum, seu pœnam, & purgantur quantum ad scoriam, seu sequelam.

Obiectio.

¶ Istud uidetur fuisse de mente Hugonis. dicentis: Aliquando Deus remittit secundum pietatem, aliquando secundum seueritatem, qñq; secundum utrãque. Etenim per incendium purgatorii scoria peccati excoquitur, per lauacrum baptismi macula peccati abluitur, per flagellum satisfactionis palea peccati excutitur. Quamuis aut est ista opinio multum sit cõsona rationi, tamen auctoritates sanctorum uidentur expresse contrariæ, cum dicat Gregorius: Aliqua peccata dimittuntur post uitã p sentem: Et si exponatur hoc quantum ad reatum, obijcitur, q̃ sic de omnibus possit peccatis intelligi. Hinc alii dicunt uenialia in purgatorio quantum ad culpam, posse remitti per ignis illius incendium; quoniam ad uenialis delationem sufficit, qđ liberum arbitrium gratiæ se conformet, quamuis merendo non adiuuet.

Opinio.

¶ Postremo si quæras, an ignis purgatorii sit materialis: Dicendũ, quòd Augustinus sup Genesim, & in libro he ciuitate Dei, ac super epistolas Pauli, hoc reliquit sub dubio. Alii uerò sancti doctores Gregorius, Isidorus, dubitationem hanc tollunt, asserentes, quòd uerè sit materialis, quod multiplici ratione nouerunt. Qualiter uerò ignis ille agat in animas, eas affligendo, difficillimam cõtinet q̃stionem, de qua infra dicetur. Qualiter uerò agat eas purgando, diuersitas est inter doctores. Nam aliqui dicunt, quòd præter uim punitiuam data est illi igni uis purgatiua spiritualis, per quã purgat à macula ueniali peccati, culparumq; scorijs, quẽadmodum sacramẽta uim sanctificandi sortita sunt. Sed hoc dicere non oportet cum secũdum Gregorium multæ animę alibi, quàm in igne purgatorii puniantur, atq; purgentur, & mundificatio a culpa fit per gratiam. Hinc alii meliùs dicunt, quòd ignis ille eadem ui punit & purgat: quoniam puniendo adiuuat gratiam, & gratia adiutorium pœnæ habens, ac consonantiam uoluntatis non resistentis, sed, se conformantis, quamuis non adiuuantis, aut meritoriè cooperantis, animam purgat plenariè: quoniam ipsa pœna in hoc est quasi instrumentũ diuinæ iustitiæ: sicut, & ignis ille. Hæc Bonauentura. Verum quæstio ista ad distinctionem spectat sequentem.

Ignis purgatorius materialis.

¶ At uerò circa materiam huius distinctionis loquitur Scotus: Pœnitentia, quæ haberi uidetur in extremis, uix est uera pœnitentia sufficiens ad salutẽ: quia impeditur usus liberi arbitri, seu liber usus rationis, ac uoluntatis. In extremis autem dico eũ, in quo apparẽt probabilia signa mortis iã imminẽtis. In tali enim est maximus dolor, aut timor, & utraque passio hæc uehementer impeditiua est usus libri arbitrii. Nam ut libro. 83. quæst. asserit Augustinus: Passiones causatæ à contristantibus, seu terribilibus rebus, fortiùs mouẽt appetitum, quàm passiones causatæ à delectationibus. Vehemẽs aũt delectatio interdũ absorbet usum rõis totaliter, uel ferè totaliter impedit eum. Displicentia

Scotus.

verò

uerò de pctō ad hoc, quod sit sufficiens ad rationē contritionis, requirit rationis, ac uoluntatis liberū usum. Remissus quoque, seu debilis usus liberi arbitrii, uix sufficit ad displicentiā requisitā ad verā pniam. Propterea asserit Augustinus: Tātus tūc cruciatus ligat mēbra, & dolor opprimit sensum, ut uix ualeat cognoscere aliquid. Denique, ad hoc, ꝙ displicentia ualeat & orinata consistat, oportet ꝙ sit debite circunstantionata, præsertim circunstantia finis principiique actiui principalis, ita, ꝙ sit voluntaria propter Deum. Sed difficile est tunc habere actum sic circunstantionatum: quia qui usque tunc fuit impœnitens, non uidetur tunc à se ipso extorquere displicentiam nouam, nisi timore pœnæ imminentis. Præsumitur namque, ꝙ si remotus esset à pœna, ut priùs, non extorqueret à se displicentiam ipsam, sicut nec priùs. Sicque aliquid simpliciter inuoluntarium uidetur causa displicentiæ huius. Inuoluntarium enim est, quod non fit nisi ex suppositione cuiusdam inuoluntarij, quēadmodum merces non proijciūtur in mare, nisi ex præsuppositione periclitationis, quæ est inuoluntaria. Habitus quoque prauus tunc usque contractus, multum retrahit à pœnitentiæ actu, & à zelo iustitiæ, ex quo necesse est cōtritionem procedere. Hinc persuadendum est proximo, ut sanus, ac tempestiue pęniteat, considerando, quàm periculosum sit pœnitentiam expectare serotinam. His demum q tam Diu pœnitentiam distulerunt, suadendum est ut iuxta possibilitatem suam laborent, & se dēt ad pęnitentiam ordinatam, ita quòd non obstantibus dolore, & timore, utantur pro uiribus ratione, sicque conentur habere displicentiā de suis peccatis ueram, & uoluntariam propter Deum, inquantum fuerunt, & sunt offensiua ipsius Dei, nec desperent, sed immensitatem attendant pietatis diuinæ, & de sua dilatione, ac negligentia doleant, fortiterque proponant de cætero nunquam peccare etiam si conualescant. Hæc Scotus.

Augusti.

Peccati discisiua timor pene nō saluat.

¶Qui etiam addit his, Qui scienter, se exponunt periculo suę salutis, peccant mortaliter. Iō q deliberāt, seu proponunt non pęnitere nisi in extremis, mortaliter peccant: & tñ de hoc ipso peccato stultissimo, possunt, ac debent pęnitere in fine.

Differētes pœnitētiā ad extrema.

¶Circa hæc etiam pauca scribit Antisiodorensis in Summa libro 4. dicens, ignem purgatorij colligentiā quandā habere ad animā, rōne cuius agit in ipsam. Et refert opinionem dicentium, quòd animæ exutæ corporibus sola contritione, non igne aliquo materiali purgantur. Cumque obiicitur eis quòd post hanc uitam non est tēpus, nec locus merendi, respondent hoc esse intelligendū de merito uitæ æternæ, non de merito satisfactionis pro culpa. Sed opinio illa est tanquam hæretica contemnenda, cum dicat Apostolus: Saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

1. Cor 3.

¶Insuper Petrus præter prætacta ex eo affirmat, ꝙ sicut homini dupliciter fit satisfactio, uno modo ꝑ spōtaneam ac liberam debentis solutionem, alio mō per extorsionem, & potestatiuam creditoris acceptionem: sic: & Deo dupliciter satisfit pro peccato primò per pœnitentiam satisfactiuam ex charitate in uita pręsenti, secundò ꝑ purgatorij pœnā.

Petrus.

QVAESTIO I.

Quæstio. Cōtra ueritatem.

Nunc quæritur, *De indulgentiis quid sint, & unde fiant, & per quos fieri debeant, & quibus prosint* ¶Potissimè uerò quærendum, an tantùm ualēt sicut pronuntiantur, ac ualere dicuntur. etiam pro paruis, & temporalibus rebus: Et uidetur, ꝙ indulgentiæ non sint, nec fieri possint, qm̄ hoc est iuris diuini, & ad ueram spectat iustitiam, ut pro culpa infligatur pœna, & pro culpa maiori grauior pœna, satisfactio quoque proportionetur iniurię, seu offensæ illatæ. Vnde in Deuter, dominus protestatur: Secundum mensuram delicti, erit plagarum modus. Sed contra istud non uidetur aliquid fieri posse per indulgentiarum concessionem. Secundò concéssio istarum indulgentiarum uidetur occasio peccandi audacius, atq; superfluè confidendi, iuxta illud commune eloquium, facilitas ueniæ, incentiuū tribuit delinquendi. Tertio, sancti apostoli non leguntur usi hac practica, nec summi, ac sancti Pontifices, sicque nō charitas, sed cupiditas, aut indiscretio uidetur ad istam tam crebram, & largā indulgentiarum donationem inducere.

¶In contrarium est auctoritas, & consuetudo uniuersalis ecclesiæ.

¶De hac materia scribit Gulielmus in suo sacramentali: Quia circa sacerdotalem ordinem errant adhuc hostes ueritatis, contradicentes indulgentiis, & remissionibus quæ fiunt ex sacerdotali officio, necesse habemus errorem istum destruere, ipsasque indulgentias stabilire. Cumque erroris illorum causa potissima sit, qua credunt huiusmodi indulgentias esse uenales ea uenalitate, qua Deus defraudaretur, non solum ultra mediam iusti precij partem, imò etiam ultra æstimationem, dum benefactoribus alicuius loci tertia pars pœnitentiæ iniunctæ remittitur pro obulo uno, aut ouo, sicq; defraudatur omnipotens & altissimus Deus, cum duorum annorum pœnitentialium sacrificium oblatione unius oui, aut obuli commutatur. Secunda causa erroris eorum, alia extat stultitia, qua credūt esse iniquum, ut eo pręcio redimantur pœnitentiæ longæ, & graues, quo breues ac leues. Tertiò, uisum est eis, quod istud sit uenalem facere gratiam. Quartò, quid, inquiunt restat nisi ut impunè peccent homines, si tam leues imo tam ridiculosa est peccatorum remissio? Per tres etenim nummos. per tres indulgentias tales absoluitur à tota pœnitentia sua, sicque æquabuntur oblationes trium nummorum peregrinationi Hierosolymitaniæ seu cuicunque congressioni cōtra fidei inimicos. Insanissimi ergo sunt, qui causa agendi pœnitentiam, longas istas, & laboriosas peregrinationes suscipiunt, ut qui religioni, ac carceri, atq; martyrio se ipsos subijciunt, & addicunt, cum tria oua uel tres obuli eis tantum producent.

¶Contra primum errorem dicimus, quòd non est ibi uenialitas aliqua: qm̄ pro pecunia nihil fit ibi. Prælatus enim, q huiusmodi indulgentiam tribuit, non pecuniam, sed Dei intendit honorem, ac animarum salutem. Non enim intendit prælatus coaceruare pecuniam: sed ampliare Dei honorificentiam, atque cultum. Nempè ad hoc ædificatur ecclesia, ut Dei cultus, ac honorificentia augeantur Sicut ergo non pro pecunia, sed per pecuniam ædificatur ecclesia: sic non pro pecunia fit indulgentia sed pro sola Dei reuerētia. q̄uis nō sine pecunia, qa non sine pecunia potest ędificari ipsa basilica. Insup contra defraudationem prætactam respondemus, qđ honor, ac decor cultus diuini nō solú supplet. ꝙ de pœnitētiis ꝑ indulgētias detrahit, sed ēt multū supabundat, maximè cum sacrificium laudis. orationū incensa, & laudis thymiamata plus diligat Deus, q̄ pnialium tormentorū carnificinam.

Itaque

Itaque sicut non pro aqua, sed per aquam, nec sine aqua confertur remissio peccatorum: sic non pro pecunia, sed per pecuniam, & non sine pecunia indulgentiæ fiunt.

¶Insuper, ꝙ delirantes obijciunt esse iniustum, pro eodem precio redimi iniquitates maiores, & minores, ostendunt, se ignorare uirtutem Dei, ac clauium potestatem. Quemadmodum enim nō maiorem remissionem obtinet peccatorū, q in aqua baptizatur maiori, q̄ qui in minori; sic qui maiorē offert pecuniam, nōn maiorē recipit remissionem, q̄ qui minorem: quod est; qm̄ sicut nō ex aqua est remissio in baptismo, sed ex uirtute diuina, quæ adest sacramento: sic ibi nō ex oblatione, aut oblatis, sed de diuina uirtute, quæ ministerio prælatorum, & clauibus adest. Ad tertium quoq; respōsum est, qa nihil uenalitatis hic est, & reuera magis est hic cōmutatio, quàm remissio. Verum qa diuitibus multo leuiùs est offerre quàm pœnitentiales labores sufferre, commutatio ista pœnitentialis in munus oblationis remissio appellatur.

¶Quod demū quarto obijciunt de impunitate peccantium, soluimus, quia cum certum sit illos tantum indulgentias tales percipere, qui mundi sunt & à mortalibus peccatis immunes, à quibus nullus certus est se esse immunem, idcirco nec certus est, quod indulgentias istas percipiat. Certum est autem unicuique, debitorem, se esse pœnitentiæ iniunctæ, seu iniungendæ. Hinc constat neminem propter indulgentias istas debere à pœnitentia agenda cessare, ne periculo se cōmittat inæstimabilemque purgatorii ignis acerbitatem incurrat. Hinc nulli pro nullo, nec ꝑcisè indulgētias istas promittimus, sed sub conditione, scilicet mundi sint à peccatis mortalibus. Itaq; homines sapientes iusti, ac timorati, ex indulgentiis negligentiores nō fiunt, sed potius cautiores, ne per incustodiam, & negligentiam suam amittant gratiam tantam.

¶Postremò, quoq; arguūt religiosis, atq; martyribus non plus ꝓdesse religionis ingressum, ac martyrii passionem, quàm frequentantibus indulgentias istas tria oua siue tres nummos, iam soluimus, quia non uirtute ouorum, aut nummorum illorū indulgentiæ obtinentur. Addimus tamen unum exemplum ad elidendam eorum instantiam, & dicimus, quòd sicut plus prodest trina demersio ī aquā sanctificatam ad remissionem peccatorum, & hoc propter uirtutem sacramenti, quàm quęcunque alia ablutio, seu balneatio in aqua quantumlibet magna, ac modica oblatio, leuisve in fabricis, propter quas indulgentiæ conceduntur, plus ualent, quàm magnæ oblationes grauesque labores pro aliis causis, & hoc propter uirtutem clauium sacramenti quemadmodum, & ablutio vndę baptismatis, tam miræ uirtutis est, mirificique effectus, propter sacramenti uirtutē. Ad quod etiam cooperantur sanctorum suffragia, quorum ueneratio, ac cōmemoratio fiunt in locis ubi indulgētiæ conferuntur: merita quoq; totius ecclesiæ, cuius vox resonabit de cætero in fabricis construuntur. Quicquid em̄ psallendo, legendo, cantando, orando, ibi dicetur, uox exstat ecclesiæ, eum eius persona dicatur.

Assertio indulgentiarum.

¶Nunc restat ipsas indulgentias probationibus, ac declarationibus stabilire. Dicimus ergo, ꝙ cuius potestas est pœnitentiales satisfactiones iniungere, eiusdē est eas augere, minuere, ac mutare. prout ad honorificentiam Dei, salutemq; animarum, ac publicam utilitatem uiderit expedire, Vnde, & pœnitentialem afflictionem in eleemosynas, & orationes licitum est commutare prælato. Et uiris idoneis pro pœnitentiali satisfactione iniungimus assumere administrationem seu prioratum, propter reformationem, aut conseruationē religionis. Prudentibus quoq; potentibus, & iustis secularibus uiris, consulimus & pro pœnitentia in foro confessionis iniungimus, assummere, consulatum, aut præfecturam, uel alia quæuis officia. Cumque honorificentia maiestatis diuinæ, salus animarum, communis utilitas, multo magis consistant in constructione unius basilicę, omniumq; bonorum, quæ de cætero fient in ea, q̄ in afflictione pœnitentialium exercitiorum: ideo episcopalis auctoritatis est, ista bona minora posse commutare in illa maiora.

Bona minora in meliora licet commutare.

¶Amplius, seruus, & procurator, seu dispensator domini alicuius tenetur bona domini sui expendere in ipsius domini honorem, ac cōmodum, ac regni sui utilitatē maiorē. Cūque additiones, diminutiones, cōmutationes, relaxationes pœnitentialiū satisfactionum prælatis commissæ sint, certum est pertinere ad ipsos. ut illas dispensent, & erogent largiùs, aut parciùs secundū exigentiā negotiorum, occurrentiumque causarū, prout honor Dei, & salus exigunt animarum, ac bonum cōmune totius Christianæ religionis, uidelicet eius defensio, conseruatio, ampliatio,

¶Insup si rex, aut princeps cōmissuris sit ꝓlium dat ducibus suis potestatem perquirendi, ac conducendi auxiliarios dignis stipendijs præmiandos. Sic ergo & Christus rex regum aduersus fidei emulos per suos fideles præliaturus, per prelatos spiritalia dona largitur bellatoribus suis quibus armati, & animati, fortiùs prælientur, uitiorumque aciem uincant. Insuper, reges tempore cōgressionum æraria sua aperiunt ad præstandum largifluè stipendia militibus suis. Ita, & Christus ex thesauro ecclesię per prælatos indulgentias, ꝓstat, & obligatis multa relaxat. Hęc Gulielmus. Qui loco præallegato diffusè deuotionabiliter, atq; subtiliter loquitur, in quibus innuit indulgentias tantum ualere sicut pronuntiantur.

Thomas. Heb. 5 Luc. 12.

¶Præterea sctūs Thomas his consonans. Vniuersalis, inquit, ecclesia non potest errare: quoniā ille q in omnibus exaudius est pro sua reuerentia, dixit Petro, super cuius cōfessione ecclesia est fundata. Ego pro te rogaui, ut non deficiat fides tua. Vniuersalis autem ecclesia indulgentias facit, & approbat. Apostolus quoque testatur, Ego quod donaui si quid propter uos donaui in persona Chrī. Glossa id est, ac si Chrs donasset. Hinc ab uniuersis conceditur, indulgentias aliquid ualere. Nā impium esset asserere, ꝙ ecclesia aliquid faceret uanè. Verum aliqui dicunt, ꝙ nō ualent aliqd ad absoluēdum à reatu pœnę, quàm quis in purgatorio scd̄m iudicium Dei meretur, seu ualent ad absoluendum ab obligatione, qua sacerdos obligat pęnitētē ad pœnam quādā, uel ād quā ēt ordinatur ex canonum institutis. Quæ opinio non uř uera. Primò, quia expressè est contra priuilegium sancto Petro concessum, ut qđ in terra remitteret, in cœlo remitteret. Hinc remissio, quæ fit in foro ecclesiæ, ualet etiā quātū ad forū Dei. Pręterea ecclesia indulgētias faciēs, secundū hoc magis damnificaret, quā adiuuaret: qm̄ absoluēdo ab iniūctis pœnitētiis, remitteret ad pœnas purgatorij grauiores. Iō aliter est dicēdū, uidelicet, qđ ualeat tam quo ad forum ecclesiæ, quàm quantum ad Dei iudicium, ad remissionem pœnę residuę post cōtritionē, cōfessionē & absolutionē siue sit iniuncta, siue non. Ratio autē quare valere

2 Corin. 2

Opinio. Improbatio.

Indulgentiæ quo ualeant.

possunt

possunt, est unitas corporis mystici, in qua multi in operibus pœnitentię supererogauerunt, quantũ ad debitorum suorum mensuram. Multas quoque tribulationes iniustas sustinuerunt patienter, per quas multitudo pœnarum poterat expiari si eis deberetur: quorum meritorũ tanta est copia, ut eẽm pęnã nũc uiuentibus debitam excedant, potissimè ꝓpter meritũ Christi: quod quamuis in sacramentis operetur, nõ tñ in illis includitur, imò sua infinitate efficaciam sacramentorum excedit. Cumq; ꝓhabitum sit ꝙ unus pro alio satisfacere possit, sancti uerò in quibus superabundantia operum satisfactionis fuit, non fecerunt ea determinatè pro istis qui remissione hac indigent: alias absque omni indulgentia remissionem consequerentur: sed cõmuniter pro tota ecclesia, sicut ait Apostolus: Impleo ea, quę desunt passionum Christi pro corpore suo, qđ est ecclesia, ad quã scribit sicq; merita illa sunt communia toti ecclesiæ. Ea uerò, quę cõmunia sunt alicuius multitudinis, distribuũtur singulis de multitudine, secundũ arbitriũ eius, qui multitudini præest. Vnde sicut aliquis consequeretur remissionem pœnæ si alius satisfeciſſet pro ipso: sic, si ei satisfactio alterius distribuatur per eum, qui potest. Sed his obijci potest, quia potestas nõ est tradita ministris ecclesiæ in destructionẽ. hoc aũt ad destructionẽ ptineret, si satisfactio q̃ ad nostrã utilitatẽ inducta, est, inquãtũ ꝑbet remediũ, tolleret: ergo ptãs ministrorũ ecclesiæ nõ extẽdit se ad hoc. Dicendũ, ꝙ maius remedium cõtra pctã ꝑbetur ex gr̃a, q̃ ex nostrorũ affluetudine operũ. Cũq; ex affectu, quẽ accipiens indulgẽtiã, cõcipit ad cãm ꝓ qua indulgentia datur: ad gratiam dispónitur: ideo ẽt per indulgentiam remediũ cõtra peccata confertur. Hinc nõ est in destructionem indulgentias dare nisi inordinatè donentur. Attamen conuulendum est recipientibus eas, ne ad inunctis pœnitentię actibus cessent, quatenus ex utroq; remediũ cõsequantur, q̃uis à debito pœnæ essent immunes: ꝑtim quia frequẽter in pluribus, ac grauioribus rei sunt, q̃ credunt.

Obiectio.

Dilutio. Consilũ.

¶ Deinde cum quæritur, an indulgentię tantum ualeant sicut pronunciantur, dicendum, quòd de hoc duplex est opinio. Vna, dicentium, quòd non tantum ualent, ut prædicantur, sed unicuique tantum ualent, sicut fides sua, atque deuotio exigit. Ecclesiam uero sic pronunciare fatentur. quatenus filios suos hac pia fraude ad benefaciendum alliciat, quemadmodũ mater puero pomum ostendit, quatenus ad ambulandum prouocet eũ. Sed ualde periculosum uidetur hoc dicere: quia (ut ait August. in epistola ad Hieronymũ) si in sacra scriptura deprehenditur aliquid falsitatis, iam robur auctoritatis scripturæ perit. Similiter si in ꝑdicatione ecclesiæ deprehendit falsitas aliqua non essent documenta ecclesiæ alicuius auctoritatis ad fidẽ corroborandã. Alij ergo dixerunt, ꝙ ualent quantum pronunciãtur secundum iustam æstimationem recipientis indulgẽtias, qui minus forte reputat, qđ dat: nec secundũ æstimationem dantis: qui minus parum æstimare posset quod dat: sed secundũ æstimationem, quæ iusta est iudicio bonorũ pensata conditione personæ, & utilitate, ac necessitate ecclesię: quoniam uno tempore ecclesia indiget magis, q̃ alio. Sed nec ista opinio põt stare, ut uĩ: quia secundũ hoc indulgẽtiæ non ualerẽt ad remissionem, sed potius ad quandã cõmutationem. Præterea prædicatio ecclesiæ secundũ hoc à mendacio nõ accusaretur: cum quandoq; indulgentia ꝑdicetur multo maior, q̃ iusta æstimatio possit requirere omnibus prædictis conditionibus consideratis, ut quando dat indulgentiam, ꝙ quicunq; uadit ad talem ecclesiam, habet septem annos de indulgentia, cuiusmodi indulgẽtiæ in stationibus Romæ sunt institutæ. Hinc alij dicunt: ꝙ quãtitas remissionis in indulgentijs, non est mensuranda tantum secundum deuotionem recipientis, ut prima opinio dixit: neque secundum quantitatem eius, qđ datur, ut ait secunda opinio: sed secundum causam pro qua indulgentia datur, ex qua reputatur quis dignus ut talem indulgentiam consequatur. Hinc secundum quod accedit ad causam illam, secundũ hoc consequitur indulgẽtiæ remissionẽ in toto aut parte. Sed hoc iterum non pót consuetudinem saluare ecclesię, quæ interdum pro eadem causa maiorem, interdum minorem indulgentiam ponit: sicut rebus eodem modo se habentibus, quandoque datur unus annus uisitantibus vnã ecclesiã, q̃nque quadraginta dies, prout papa indulgentiam faciens uoluerit facere gratiam. Ideo quãtitas remissionis nõ est mensuranda ex causa, quæ facit indulgentia dignũ. Hinc aliter dicendũ, ꝙ scilicet quãtitas effectus sequitur quantitatem suę causę. Causa autem remissionis pœnæ: in indulgentijs, non est nisi abũdantia meritorum ecclesiæ, quę sufficienter, se habet ad totam pœnam expiandam. non autem causa effectiua remissionis, est deuotio, aut labor, aut causa pro qua fit indulgentia. Hinc non oportet ad aliquid horum proportionare quantitatem remissionis, sed ad merita ecclesiæ, quæ superabundant. Vnde secundum quod applicantur ad istum, secundũ hoc remissionem consequitur: Ad hoc autem ꝙ applicentur isti, requiritur auctoritas dispẽsandi istũ thesaurum: Vnio quoq; eius, cui dispensatur, ad eũ qui merebatur, quod est per charitatem: ac ratio dispensandi, secundum quã saluetur illorũ intentio, qui meritoria opera peregerunt, & hoc ad laudem Dei, ac utilitatem ecclesiæ in generali. Idcirco quæcunq; causa sit, quæ in Dei honorem, atq; ecclesię uergat utilitatem sufficiens ratio est indulgẽtias faciendi. Propterea, secundum alios simpliciter dicẽdum est, ꝙ indulgentiæ tantum ualent sicut pronũciantur ualere, dummodo ex parte dantis sit auctoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas, quã comprehendit Dei honorem, & ecclesiæ utilitatem. Nec in hoc sit nimis magnũ roũ de misericordia Dei, ut aliqui obijciũt, nec diuinæ derogatur iustitiæ: qa nil de peccato dimittit, sed unius pœna alteri computatur. Præterea aduertendum, ꝙ clauis est duplex, uidelicet clauis ordinis, & clauis iurisdictiõis. Clauis uerò ordinis est quid sacramentale. Cũq; sacrorũ effectus nõ siut determinati ab hoie, sed à Deo, idcirco non potest sacerdos per clauem ordinis taxare in foro conscientiæ quantũ de debita pœna remittat, sed tatũ dimittit, quantũ Deus ordinauit. Porrò clauis iurisdictionis nõ est quid sacramentale, & iõ eius effectus arbitrio subiacet hominis: & huius clauis effectus, est remissio, quæ est per indulgentias, cũ talis remissio non pertineat ad dispensationem sacramentorũ, sed cõmunium bonorum ecclesię. Vnde legati non sacerdotes, indulgentias facere queunt. Hinc in arbitrio dantis indulgentias, est taxare quantũ de pœna per indulgentiam remittatur. Veruntamen si inordinatè dimittat, ita, ꝙ homines quasi pro nihilo ab operibus pœnitentiæ reuocentur peccat: Nihilominus homo indulgentiam plenam consequitur. Et si obijciatur, ꝙ tũc potius expediret pro indulgẽtijs hinc inde discurrere, & iuxta ecclesias commorari in quibus copiosæ, seu plenæ indulgentiæ positæ sunt, q̃ residere in solitudine, aut in clausto, respondendum, quòd quamuis indulgentiæ multum ualeant ad remissionem pœnæ attamen alia opera satisfactionis magis sunt meritoria respectu præmij essentialis, quòd in infinitum melius est, quàm dimissio pœnæ temporalis. Cum uerò datur indulgentia indeterminatè, ut qui dat auxilium ad fabricam, ecclesiæ, intelligendũ est de auxilio congruente ei, qui dat, & secundum quod accedit ad hoc, secundum hoc plus, aut minus de indulgentijs obtinet. Vñ pauper dans unum solum danarium, consequitur indulgentiam totam, non autem diues, quem non decet ad opus tam pium, & fructuosum dare tam parum, quemadmodum rex non diceretur alicui homini auxilium facere, si ei daret tantum obulum unum. Deniq; uicini, & ministri ecclesiæ eam intrantes, quotidie tantum de indulgentijs consequuntur, sicut uenientes mille dietis: quoniam indulgentia nõ proportionatur labori, sed meritis, quæ dispensantur. Nihilominus, qui plùs laboraret, plùs acquireret de merito, & hoc intelligendum est, quando indistinctè indulgentia datur. Quandoque enim distinguitur, sicut Papa in generalibus ablutionibus dat illis, qui transeunt mare, septem annos: transeuntibus uerò montes, dat tres, alijs unum, nec tamẽ quotiescunq; quis uadit infra tempus indulgentiæ, totiens eam consequitur, quando ad determinatum tempus datur, ut cum dicitur, Quicunq; uadit ad talem ecclesiam, usque ad tale tempus habeat tantum de indulgentia: intelligitur semel in die. Si autem in ecclesia aliqua sit indulgentia perennis, ut in ecclesia sancti Petri quadraginta dierum, tunc quoties aliquis uadit, toties indulgentiam ipsam consequitur. Amplius, causa, pro qua indulgentia datur non requiritur ad hoc, quòd secundum eam debeat mẽsurari remissio pœnæ, sed ad hoc, quòd intentio illorum, quorum merita communicantur alicui, ad ipsum ualeant peruenire. Bonum autem uuius communicatur alteri dupliciter. Primò, per charitatem, & sic etiam sine indulgentijs aliquis est particeps omnium bonorum, quæ in ecclesia fiunt, existendo in charitate. Secundò, per intentionem facientis, & ita per indulgentias, si causa legitima adsit poterit intentio eius, qui pro utilitate ecclesiæ operatus est, huic continuari.

Opinio. 2.

Responsio vera.

Causa remissionis pœnæ per indulgentiam vera quæ sit.

Ad indulgentiæ alfecutionẽ qua requirantur.

Clauis duplex.

Indulgentia etiam ordinate data valet aliquã to. Obiectio. Dilutio.

Dilutio.

Bonũ uniꝰ cõmunefit alijs dupliciter.

¶ Præterea dum quæritur, an pro temporali subsidio possit indulgentiæ fieri: respondendum, quòd temporalia, & spititualia coordinantur: quoniam temporalibus propter spiritualia uti debemus. Ideo simpliciter pro temporalibus nequit indulgentia fieri, sed pro temporalibus ad spiritualia relatis, ut sunt repressio inimicorum ecclesię, constructio ecclesiarum, & pontium. Ideo non est ibi simonia, quia non datur spirituale pro temporali, sed spirituale pro spirituali. At uero pro purè spiritualibus potest fieri indulgentia, & ita quando oratur pro rege franciæ, qui orat pro eo, habet decem dies indulgentiarum à Papa Innocentio quarto. Sicque prædicantibus crucem, quandoque datur eadem indulgentia, quæ, & accipientibus crucem.

Quæstio.

QVAESTIO IIII.

Contra veritatẽ arguitur.

COnsequenter quærendum, *quis possit indulgentias facere.* ¶ Quæritur ergo, an quilibet sacerdos parrochialis hoc possit. ¶ Vĩ, quòd sic: quoniam super parrochianos suos habet non solum clauem ordinis, sed etiam iurisdictionis, per quam indulgentiæ datur. Merita quoq; sanctorum potest ꝓ intentionem suis applicare, & sicut se habet episcopus ad totam diœcesim, ita ipse ad suam parrochiam, ergo sicut episcopus potest indulgentiam facere toti diœcesi, sic ipse suæ parrochiæ. Dicendum, quod indulgentiæ habent effectum secundum quod merita unius alteri communicantur, ac deputantur, non solum ex charitate, sed etiam ex dantis intentione aliquo modo directa ad ipsum. Intentione autem unus dirigi potest ad alterum tripliciter. Primò in speciali: secundò, in generali, tertio, in singulari. In singulari quidem, dum unus satisfacit pro alio determinate. sicque unusquisque potest alteri sua opera communicare. In speciali uerò, dum quis orat pro congregatione sua, ac familiaribus atque ad hoc ordinat opera sua satisfactoria. Sicque præsidens congregationis, potest opera illa alteri cõmunicare, applicando intentionem illorum, qui de sua sunt congregatione ad hunc determinate. Tertiò in generali, ut dum quis ord nat opera sua bona ad bonum totius ecclesiæ in generali, & sic ille, qui præest ecclesię generaliter, potest opera illa communicare applicando intentionem suam ad istum, uel illam. Cumque homo sit pars congregationis, & congregatio pars ecclesiæ, ideo intentio boni priuati includitur intentione boni congregationis, & boni totius ecclesiæ, idcirco, qui præest ecclesiæ generaliter, potest communicare ea, quæ sunt congregationis, & huius hominis, sed non conuertitur, imò, nec prima communicatio, nec secunda uocatur indulgentia, sed solum tertia propter duo, Primò nam quamuis homo per illas communicationis soluatur a reatu pœnæ quantum ad Deum: tamen non soluitur a debito faciendi satisfactionem iniunctam, ad quam obligatus est ex præcepto ecclesiæ. Per terram uerò communicationem homo etiam a debito isto absoluitur. Secundò, quia in una persona, & una congregatione particulari non est indeficientia meritorũ ita ut sibi, & in omnibus alijs possit ualere. Hinc ipse non absoluitur a pœna debita pro toto, nisi tantum pro eo determinate fiat, quantum ipse debeat. Porrò in tota ecclesia est indeficientia meritorum, præcipuæ propter meritum Christi, ideo solus ille, qui præficitur toti ecclesię potest plenas & Vniuersales indulgentias facere. Verum cum ecclesia sit congregatio fidelium, congregatio quoque omnium duplex sit puta œconomica, ut sunt existentes de una familia, & politica, ut qui de uno sunt populo, ecclesia assimilatur congregationi politicæ: quoniam ipse populus ecclesia appellatur, diuersi uerò conuentus seu parrochiæ in una diœcesi, assimilantur congregationibus in diuersis familijs, uel in diuersis officijs. Ideo solus episcopus propriè nominatur prælatus ecclesię: propter quod ipse solus tanquam sponsus ecclesię annullum recipit. Hinc solus ipse habet plenam potestatem in dispensatione sacramentorum, & iurisdictionem in foro causarum tanquam publica persona. Alij uerò secundum quod ab eo ipsis committitur. Sacerdotes autem, qui plebibus præficiunt non sunt prælati simpliciter, sed quasi coadiutores. Propter quod in consecratione sacerdotum episcopus dicit, Quanto fragiliores sumus, tanto plùs his auxilijs indigemus. Vnde, nec omnia sacramenta dispensant. Itaque sacerdotes parrochiales, & abbates, alijque huiusmodi, non possunt huiusmodi indulgentias facere.

Intentio uniꝰ ad alterũ trifoꝛmis est.

Quæstio.

¶ Quæritur quoq;, an diaconus possit indulgentias facere. Videtur, quòd non, qa parrochialis sacerdos

non poteſt hoc ergo minus diaconus, cũ ſacerdos ſit altior illo i gradu, & ordine eccleſiaſticæ dignitatis. Et reſpondendum, quòd poteſtas faciendi indulgentias, ſequitur iuriſdictionem, quàm quia diaconus, & quidam alij non ſacerdotes habent, patet, quòd indulgentias facere queant, ut ſi habeant iuriſdictionem commiſſam ſicut legati, vel ordinariam ut electi. Quamuis ergo ſacerdos ſit diacono altior poteſtate ordinis non tamen iuriſdictionis, ad quam pertinet indulgentias exhibere.

Epiſcoporũ eſt facere indulgentias.

¶Ad epiſcopos verò pertinet actus iſtè. Papa quippè plenitudinem habet pontificalis poteſtatis, ſicut rex in regno. Epiſcopi uerò in partem aſſumuntur ſolicitudinis, quaſi iudices ſingulis ciuitatibus præpoſiti. Propter quod Papa in literis ſuis eos ſolos nominat fratres: alios uerò, filios uocat. Hinc poteſtas faciendi indulgentias, in ſolo Papa reſidet plenè: quoniam ineſt ei poteſtas faciendi indulgentias prout uult, exiſtente tamen legitima cauſa. In epiſcopis uerò taxata eſt iſta poteſtas ſecundum Papæ ordinationem, ideo poſſunt indulgentias facere ſecundum quod determinatum eſt eis a Papa, non ampliùs.

Quæſtio. Malus indulgentiã conferre poteſt.

¶ Quęritur etiam, an exiſtens in peccato mortali, indulgentias facere queat. Dicendum, quòd imò: quoniam per mortale peccatum iuriſdictionem non perdit, ad quam indulgentias dare ſpectat. Tantum quoque ualent datæ a tali, ſicut a ſancto, quia non dantur in uirtute, & meritis eius, ſed reconditis in theſauris eccleſiæ.

Quæſtio. Quibus indulgentię proſint.

¶Iam quæritur quibus proſint, primo in his, qui ſunt in peccato mortali. Ad quod aliqui dicunt, quòd quamuis ipſis non proſint ad dimiſſionem pœnæ, quæ nulli dimittitur, niſi cui remittitur priùs culpa; prodeſt tamen ipſis ad gratiam impetrandam ſeu promerendam. Quod non videtur. Nam quamuis illa merita, quæ per indulgentiam communicantur, poſſint ualere ad gratiam promerendam, non tamen propter hoc diſpẽſandum in Actu iſto, ſed determinare ad pœnę remiſſionem, idcirco non ualent exiſtentibus in mortali Hinc in omnibus indulgentijs fit mentio de uerè contritis, & confeſſis. Si autem fieret communicatio per hunc modum, facio te participem meritorum totius eccleſiæ, uel congregationis unius, aut certæ perſonæ ſic poſſent ualere ad merendum ei, qui eſt in peccato mortali.

Denique non ſolum ſecularibus, ſed & religioſis indulgentiæ ualent, ſi in Charitate conſiſtant, & ſeruent ſeruanda. Veruntamen propter indulgentias non debet diſſolui obſeruantia regularis, quia religioſi multo plùs promerentur de premio eſſentiali in clauſtro manendo, & regulariter conuerſando, quàm indulgentias exquirendo. Nec per indulgentias dimittuntur pœnæ, quæ in capitulo imponuntur: quoniam in capitulo agitur quaſi forum iudiciale magis, quàm pœnitentiale, propter quod etiam non ſacerdotes tenent capitulum. Deniq; qui indulgentias facit, non poteſt ſibi ipſi tantum facere eas: attamen uti poteſt ea quam alijs facit, ſicut, & ſibijpſi impendit Euchariſtiam, quam porrigit alijs. Hæc. Tho. in Scripto.

Indulgentiæ nõ tollunt religioſis pęnas ordinis.

Petrus.

¶ Concordat Petrus. Indulgentiæ, inquiens, ualent in foro Dei, & in foro eccleſiæ. In eccleſia namque theſaurus eſt meritorium tam totiùs eccleſiæ, quàm hominum perfectorum in eccleſia, & etiam Chriſti, de quo theſauro prælatus eccleſiæ habens claues, poteſt pro neceſſitatibus eccleſię ſumere, ac diſpenſare. Quatuor tamen requiruntur ad hoc, quòd indulgentiæ ualeant Duo ex parte dantis, & duo ex parte recipientis. Ex parte dantis, unum ſpectans ad clauem ſcientiæ, id eſt, rationabilis cauſa, utpote utilitas eccleſiæ: alterum pertinens ad clauem potentiæ, puta auctoritas. Ex parte quoque ſuſcipientis, duo, unum pertinens ad remotionem cauſæ prohibentis, quod eſt contritio, alterum ad collationem cauſæ diſponentis, puta deuotio fidei diſponentis cum effectu in forma indulgentiæ determinatio.

Indulgentiæ vt valeant quatuor neceſſaria.

¶Denique ſolus papa cum habeat plenitudinem poteſtatis, & pręſit toti eccleſiæ, atque totiùs eccleſię pręſul ſit, plenas indulgentias poteſt dare ubique. Concordando etiam prætactas opiniones de ualore indulgentiæ, dicendum videtur, quòd indulgentiæ ualeant ad meritum remiſſionis pœnæ, non ad meritum uitæ æternæ, niſi ex conſequenti. Remittere uerò pœnam totam, aut partem homini ad remiſſionem bene diſpoſito, poteſt prælatus de theſauro eccleſiæ. Vnde puto, quòd tantum ualent indulgentiæ de ſe, quantum ſonant. Valent enim quadraginta dies indulgentiæ cuilibet habenti tantum, quantum ualent eidem totidem dies pœnitentiæ, & annus indulgentiæ tantum, ut annus pœnitentiæ ſecundum determinationem ſeu taxationem factam ſiue ſacerdote, ſiue a iure, ſiue a diuina iuſtitia. Anni quoque iſti non ſunt anni cœli, aut purgatorij, ſed mundi, quia in mundo eſt diſtinctio iſta dierum, non in cœlo, aut purgatorio. Cumq; actu actiuorum ſint in patiente diſpoſito, non valent indulgentiæ iſtæ æqualiter omnibus, ſed ſecundum quod magis, aut minus diſponuntur per meritum remiſſionis culpæ pœnæ. Vnde ſicut quadraginta dies pœnitentiæ canonicæ plùs ualent uni perficientięque cum maiori feruore, atque labore, quàm alteri, qui cum minori, ſic quadraginta dies indulgentiæ plùs ualent ſe ad eam magis diſponenti, utpotè cum maiori feruore, labore, afflictione, aut muneris quantitate. Hæc Petrus. Qui in his parum à reſponſione Thomæ videtur recedere, dicens, quòd indulgentię ualent omnibus quantum uidentur ſonare in genere: attamen cęteris paribus, plùs ualent uenienti a remoto, quia plùs laborauit, per quod magis diſpoſitus eſt.

Indulgentiæ nõ ad meritum, ſed ad remiſſionẽ pœnæ valent.

Anni indulgentiarũ quõ taxentur.

Quæſtio.

¶Quęritur item, an indulgentiæ ualent exiſtentibus inpurgatorio. Reſpondendum, aliter impeditur alicui ſuffragium, aliter indulgentia. Suffragium enim per charitatem, indulgentia per auctoritatem. Cumque eccleſia cum exiſtentibus in purgatorio habeat communem charitatem, nec ſuper exiſtentes ibidem habeat auctoritatem, poteſt illis communiter ſuffragia ſua, & bona ſua non autem poteſt illis indulgentias facere, niſi per modum ſuffragij. Idcirco non facit illis indulgentias directè, quia non ſunt de foro ſuo, nec illi poſſunt facere ea, pro quibus indulgentia datur, ſed indirectè, uidelicet per ſuffragium, miniſteriumque uiuentium. Propriè quoque loquendo, eccleſia non ſoluit illos a pœna, ſed quaſi pro eis de communi theſauro eccleſiæ ſoluit: quemadmodum debitorem aliter liberat creditor, cum a debito abſoluendo; aliter amicus debitoris, ſoluendo pro eo. Hanc autem ſolutionem facere nequit niſi pręlatus eccleſiæ, qui ſolus habet theſaurum, de quo fieri debet ſolutio. Viuos uerò, qui ſunt de foro ſuo, abſoluit

Indulgentię quõ prodeſſe queant defunctis.

abſoluit utroque modo. Hæc Petrus.

Richard'.

¶Inſuper Richardus: Mihi, ait, videtur, quòd quãtum ad remiſſionem extentionis ſeu durationis pęnæ pares ſunt ille, qui minus dedit, & qui plùs donauit, ſi hoc in forma indulgentiæ continetur: ſed quãtũ ad remiſſionẽ intenſionis ſeu acerbitatis, aut uehementiæ pœnæ, & quantum ad diſpoſitionem proficiendi in gratia, impares ſunt, quia de his duobus plùs conſequitur, qui plùs dedit, aut remotiùs uenit ſeu intentiùs laborauit pro indulgentia conſequẽda, & hoc cæteris paribus. Hæc Richardus. Quæ conſonant Petro. Item Richardus reſpondendo ad id, an indulgentię proſint exiſtentibus in purgatorio. Petro concordat, dicendo, quòd non proſunt illis per modum ſuffragij, ac indirectè, inquantum agant pro illis, quod agitur pro indulgentijs obtinentis.

Qui indulgentias cõferre poſſint.

¶Deniq; illi ſoli poſſunt indulgentias facere, quibus diſpenſatio theſauri eccleſiæ eſt commiſſa, & ſm menſuram ſuæ commiſſionis. Cumq; uicario Chriſti commiſſa ſit plenitudo poteſtatis, dare poteſt indulgentias per totam eccleſiam militantem, & tantas quantas uoluerit, dum tamen aſſit rationabilis cauſa. Alij autem tantum habent de hac poteſtate, quantum ipſis à Chriſti uicario eſt conceſſum. Ipſe autem per ius cõe hoc non conceſſit, niſi epiſcopis, & electis in epiſcopos, & ſuis electis Ideo nulli alij indulgentias facere poſſunt, niſi ex ſpeciali commiſſione. Nec poſſunt legati indulgentias dare, niſi in ſuæ legationis prouincia, nec epiſcopi, niſi in ſua diœceſi. Archiepiſcopi autem hoc poſſunt in ſuorum epiſcopatibus ſuffraganeorum. Hæc Richardus:

Albertus.

¶Albertus demum hic ſcribit: Tres opiniones fuerunt antiquitus circa indulgentias. Vna prætactis perſuaſionibus mota, dixit eas nihil ualere, & eſſe piam fraudem, qua mater decipiendo pueros ſuos, prouocat eos ad bonum. Iſti ad ludum puerorum trahunt factum eccleſiæ, & hoc puto hæreſim ſapere. Hinc alij pluſquam oportet illi errori contradicentes, dixerunt, ꝙ indulgentię ſimpliciter tantum ualent ſicut pronunciantur. Et iſti nimis bonum forum dant de miſericordia Dei. Ideo tertiæ poſitio puto conſentiendum, quæ tenet mediam uiam, dicendo indulgentias tantum ualere, quantum eas ualere eccleſia prædicat, ita, quòd ualent concurrentibus conditionibus ſupra tactis iuxta iuſtã æſtimationem ſolutionis eius, pro quo indulgentia datur. Iuſtam uerò æſtimationem uoco, cenſuram boni uiri, ac neceſſitatem eccleſiæ. Hæc Albertus. Qui etiam ſcribit hic, quòd indulgentiæ etiam ualent exiſtentibus in peccato mortali. Quòd quamuis uideatur præinductis ualde contrarium, tamen ſecundum intentionem Alberti faciliter concordantur cum illis, quia uult dicere, quòd exiſtentibus in culpa mortali proſunt diſpoſitiuè, ſicut, & unus dicitur alteri gratiam promereri: Inſuper aſſerit, quòd exiſtentibus in purgatorio indulgentiæ proſint. Quod uerificari poteſt iuxta modum, & ſenſum pręhabitũ. Id quoq; qđ de Traiano narratur, & de ſancto Gregorio, dicit eſſe Apocriphum, & reputat fabulam. Quod non eſt aptè prolatum: quoniam in legenda ſancti Gregorij, ſatis fide digna, continetur. Et Damaſcenus libro quarto fatetur, quòd oriens, & occidens teſtis ſit ueritatis illius. Vnde, & Aalbertus poſt uerba prætacta ſubiungit, qualiter factum illud poſſit defendi, dicendo, quòd Traianus finalem ſententiam nondum acceperat.

De Traiano Cæſare a Grego.

Bonauen.

¶Ampliùs Bonauentura circa hæc ſcribit diffusè Summus, inquiens, pontifex, qui eſt totius uniuerſalis, eccleſiæ ſponſus, & rector, theſaurum eccleſibi habet commiſſum, & eum diſpenſandum accepit. De ualore autem indulgentiarum diuerſæ ſunt opiniones. Sed dicendum uidetur, quòd quantitas indulgentiæ reſpectu pœnæ attenditur, ſecundum quod habet rationem precij, uel debiti ſoluendi, non ratione antidoti, uel purgationis ſcoriæ peccati, quàm neceſſe eſt amoueri per propriam pœnam, ut per contritionem, aut alicuius pœnæ perpeſſionem. Hæc autem quantitas, menſuratur ſecundum rectum iudicium ſummi pontificis ſeu eius, q̃ indulgentias facit. Qui verò indulgentias tribuit, dum eas concedit, conſiderat cauſam, pro qua reputat quempiam tanta gratia dignum, & ſecundum quod magis, aut minus accedunt homines ad cauſam illam, ſecundum hoc accipiunt magis, aut minus de indulgentijs. Verbi gratia. Stationes ordinatæ ſunt Romæ, ubi ſunt indulgentiæ, hoc ſancti patres inſtituerunt propter peregrinos, qui uenerunt de locis remotis, nec habitam prope talem eccleſiam, dignum eſſe gratia tanta, ut illum, qui laborioſè de longe uenit. Vnde, nec tantam recipit indulgentiam, ſed aliquantam. Concedo ergo, quòd indulgentię quantum eſt ex parte dantis, tantum ualent quantum promittunt. Concedo nihilominus, quòd non valent cuilibet tantum, nec æqualiter omnibus: ſed ſecundum ęſtimationem eius, quam habuit, vel habere debuit, qui indulgentias facit, quam non oportet exprimere: quoniam omnes fideles debent hoc in ſuo præſuponere corde, quòd dona, & remiſſiones ſpiritusſancti fiunt cum æquo liberamine. Nec hoc debet ab his quemquam retrahere, quia ſemper plùs ualent exiſtenti in charitate, quàm obſequium, minus ſeu aliud pro, quo indulgentia datur. Iuſtam quoque ęſtimationem aliqui dicunt, dum homo tantam eleemoſynam facit pro eccleſiæ ſubleuatione, quantum uellet dare ad hoc, quòd tertia pars pœnitentię ſuæ redimeretur, ſeu quantum deberet uelle pro hoc dare. Sed ſi hoc uerum eſſet, nulla eſſet in mundo relaxatio ſeu commutatio ſolum. Hæc Bonauentura.

Antiſiod.

¶Poſtremò Antiſiodorenſis ſup̄ his loquitur: Dicunt quidam, quòd relaxationes non tantum ualent quantum promittit eccleſia. Quibus obiicitur. Si eccleſia decipit fideles, aut facit hoc dicendo uerum, aut dicendo falſum, non dicendo uerum: quoniam ueritas neminẽ fallit: ergo dicendo, falſum & ita erraret, ac mentiretur, ſicque uniuerſalis peccaret. Quod abſurdum eſt dicere. Itaque dico, quòd ad hoc, quòd huiuſmodi indulgentia ualeat quantum promittit eccleſia, ſex exiguntur. Primum eſt auctoritas abſoluendi in confeſſore. Secundum eſt neceſſitas loci, & illius, cui fit relaxatio, ut quando ex capitis debilitatione, aut ſimili cauſa ieiunare non ualet. Tertium eſt deuotio fidei, ut is, cui fit indulgentia, credat eccleſiam habere huiuſmodi poteſtatem. Quartum eſt ut ſit in charitate. Quintum eſt diſcretio, ut diſcernat in ſe quantum uellit dare pro hoc, quod eſſet abſolutus à pænitentia tanta. Sextum eſt iuſta æſtimatio, quatenus ſecundum quod ei dimittitur, rcompenſet. Veruntamen eccleſia iſta non exprimit, quia ſi exprimerentur, non eſſent fideles tam proni ad ea pro, quibus indulgentia datur. Poteſt ergo concedi quod hoc verbum, decipit, non dicit deformitatem, dum dicitur, eccleſia decipit, fideles nec mentitur. Et dum quæritur, an decipit dicendo verũ

Vt indulgentia ualeat ſex exiguntur.

vel falsum,dico,quòd dicendo uerum,sed non in dicendo uerum,seu quia dicit uerum,sed quia non exprimit illa sex.Cumq; obijcitur,quod dictum est Petro,Quemcunq; solueris super terram,&c.dicendũ, quòd intelligendum est iuste,utpotè concurentibꝰ, sex illis conditionibus.Non sunt etiam paris conditionis pauper,& diues in promerẽdo indulgentias. Hæc Antisiodorensis in Summa libro quarto. Vbi multa scribit de his, quæ consultius subticentur, ꝙ conscribantur,quia in his a communi recedit doctrina,ut patet ex introductis.Positio demum sancti Thomæ,ac Gulielmi Parrisiensis videtur una,& concors,ac magis consona formæ concessionis indulgentiarum,emanantis ab apostolica sede. Positio autem Alberti,ac Bonauenturæ rationi, & æquitati consonantior æstimatur. Et quæcunque earum sit uerior,expedit indulgentias promereri.

Matt.16. Obiectio.

¶Præterea occurrunt meritoriæ, quæ super his scribit Henricus,qui, ultimo loquitur quodlibeto: Oportet ante omnia hic videre descriptionem indulgentiæ,quatenus ex membrorum eius declaratione pateat ueritas horum.Est ergo indulgentia remissio pœnæ temporalis,debitæ peccatis actualibus pœnitentium,pœnæ inquam temporalis,non remissæ in absolutione sacramẽtali,facta a prælato ecclesiæ rationabiliter,& ex rationabili causa,per recompensationem de indebita pœna iustorum.In hac descriptione ponitur remissio pro genere, & reliqua membra sunt loco differentiæ.Hæc namq; indulgentia non est nisi remissio pœnæ,quæ debetur culpæ, non ipsa culpæ remissio. Dico quoq; peccatis actualibus,ad differentiam peccati originalis.Similiter dico pœnæ temporalis, ad differentiam pœnæ æternalis,quæ debetur peccato mortali. In absolutione quippè sacramentali aboletur,seu remittitur peccati macula,& commutatur pœna æterna in temporalem,atque illius temporalis pœnæ pars per absolutionem sacramentalem remittitur,& imò, & pars pœnæ illius remittitur propter contritionem,uel ẽt tota,si sit contritio tanta,& si non tota,tunc absolutus manet debitor residuæ pœnæ: cuius quantitas tam quo ad acerbitatem,quàm quo ad durationem apud Deum infinita,& indeterminata consistit.Et hanc pœnitens soluere tenetur uno trium modorum,puta redemptione, luitione, aut indulgentiali remissione. Redemptione, id est, eleemosynarum largitione iuxta illud Danielis:Peccata tua eleemosynis redime.Luitione,id est,pœnas illas in persona propria sustinendo,secundum illud Iob,Luet, quæ fecit omnia.Hæc autem luitio dupliciter fit, secundum duplex forum, Vnum est pœnitentis, qui in præsenti affligit se pro suis peccatis, uel sponte iuxta proprium conceptum, iuxta iniunctionem a confessore præfixam. Aliud est Dei in purgatorio.

Henricus.

Indulgentiæ definitio.

Dan.4. Iob 20.

Quæstio.

¶De tertiò modo est quæstio ista, & quæritur an plætatus ecclesiæ possit indulgentias facere ad suæ libitum uoluntatis,quando uoluerit,quibus uoluerit, & quantum uoluerit. Quocirca sciendum, quòd donatio,redditio,dispensatio,differunt, quia donatio respicit solum uoluntarium in donante, qualitercunque fuerit accipiens. Redditio uerò respicit debitum in dante, & meritum in accipiente.Dispensatio autem respicit uoluntarium in dispensante,& dignum in eo,cui dispensatur. Cumque donatio respicit solum uoluntarium in donante qualiscunque fuerit accipiens, propterea solum ille,qui habet plenam,& liberam potestatem super rem conferendam,potest eam donare, id est, dare absq; culpa sua,& oĩ aliorum iniuria, quibuscunq; indifferenter dignis, & indignis, per modum, quo Deus solem facit oriri super bonos,& malos. Cum ergo talem potestatem Christus non dederit prælatis,constat,quòd ad libitum suum nequeant dare bona ecclesię spiritualia,aut corporalia sine culpa. Cumq; redditio respiciat debitum in dante, & meritum in conferente,dicunt quidam,quòd indulgẽtiarum concessio sit debiti redditio,quia non dantur nisi pro aliquo pio opere exercendo,& quod indulgentiæ non tantum ualent ut sonant,nisi habito respectu ad meritum operis, ſm æstimationẽ rectã seu discretum iudicium uiri boni,ita, quòd soli illi plenas indulgentias consequuntur,qui tanta fide,deuotione,& operis exhibitione ad indulgentias promerendas se exhibent,ꝙti precij seu ualoris sunt indulgentiæ ipsę.Alijs uerò prosunt magis,uel minus, ſm quod plùs, uel minus accedunt ad hoc,quod itẽ ecclesia quadam pia fraude prædicat illas plùs uale re,quàm ualebant multis,ut sic illos alliciat ad aliquid de indulgentijs promerendum. Sed hoc ultimũ uerbũ,puta ecclesiam uti quocunq; mendacio, pernicioſum est ualde,sicut pernicioſum esset hoc dicere de sacra scriptura.Nõ enim minor est auctoritas ecclesię in agibilius,quàm scripturæ.Iõ dicendum est de auctoritate ecclesię, quod Augustinus ait de auctoritate scripturæ in epistola ad.Hieronymum prima:Admisso semel in tantæ auctoritatis fastigio aliquo officio mendacio,nulla aliorum librorum manebit particula,quæ non ubicunq; uidebitur, uel ad mores difficilis,uel ad ad fidem incredibilis.Deniq; quamuis indulgentiæ non ualerent,nisi habito respectu ad meritum,ac deuotionem personæ,seu iuxta quantitatem subsidij,& deuotionis affectum, prout ui bonus secundum rectam regutam iustitiæ iudicare deberet,non tamen uerum est dicere,prelatos ecclesiæ non habere ampliorem potestatem super indulgentijs conferendis, ut non ualeant nisi habito dicto respectu,ita ut nequeant plùs ualere,quàm requirunt meritum,atq; deuotio mentis, nec aliter tantum ualere, quantum sonant, nec uniuersaliter ualeant plùs concedere in indulgentijs, quàm ecclesia esset in seruitijs receptura, quia si ita esset, indulgentiæ non darentur nisi ex debito secundum aliquam gratiam, sicque indulgentia indulgentię nomen amitteret, quia perciperetur ex debito puro, & nequaquam ex gratia, iuxta aliud Apostoli. Ei autem, qui operatur,merces non imputatur secundum gratiam,sed secundum debitum.Ei uerò,qui non operatur,merces reputatur secundum propositum gratiæ Dei.Nomen namque indulgentię, gratiam implicat, & ex hoc solum indulgentię nuncupatur, quod de gratia datur.Sic quoque prælati diuersis personis non posset easdem indulgẽtias facere per inęqualia opera, atque subsidia, quod falsum est, cum frequenter plena remissio detur non solum pergenti in subsidium terrę sanctę,sed etiam unam personam illud mittenti,aut pro uiribus contribuẽti.Hinc dico,quòd concessio indulgentiarum mensuranda non est ex uoluntate conferentis eas, & tantum ualeant, quantum uelit.Hoc enim est contra rationem, nec mensurauda est conditione personę,cui confertur,neque ex aliquibus circa ipsam,quæ debitum inducant ad conferendum illas quasi reddat personam dignam siue condignam ad ipsas.Propterea dico, quòd nec condonatione, nec redditione,sed dispensatione præstantur,ꝙ mediã tenet uiam:quoniam dispensatio respicit uolun

Matt.5.

Augustin⁹

Rom.4.

Ingulgentię dispẽsationę præstantur?

tatem

tatem dispensante,& meritum seu dignum congruitatis in eo,cui fit dispensatio,aliter non dispensatio, sed dissipatio esset. ideo in descriptioue dicitur, rationabiliter facta. Hinc quoq; indulgentiæ non sunt conferendæ,nisi sit urgens, necessitas,euidens ue utilitas,sicut nec aliter dispensatio fieri debet.

Hæc Henricus,qui de his scribit diffusè,ac elegãter, & uidetur positioni Alberti, ac Bonauenturæ plùs concordare,cum quibus,& ait opus indulgentiam meritorium etiam esse augmenti gratiæ in præsenti,ac gloriæ in futuro,sicut,& cætera opera,quæ fiunt ex charitate.

De peccatis, quæ post uitam dimittuntur.

Distinctio XXI.

SOlet etiam, quæri,utrum post hanc uitam aliqua peccata remittantur: Quod aliqua post hanc uitam remittantur Christus ostendit in euangelio,ubi ait:Qui peccauerit in patrem, remittetur ei: qui autem peccauerit in spiritum sanctum,non remittetur ei,neque in hoc seculo,neque in futuro.Ex,quo datur intelligi,sicut sancti doctores tradunt,quod quædam peccata in futuro dimittentur,quædam enim culpæ in hoc seculo relaxantur, quædam uerò paruę etiam in futuro.Quę quidem post mortem grauant: sed dimittuntur si digni sunt,si bonis actibus in hac uita meruerunt ut dimittuntur eis.De illis etiam,qui ædificant lignum,fœnum,stipulam,dicit Augustinus,quòd ignem tribulationis transitoriæ uenient,cremabilia ædificia, quæ secum portauerunt homines, cremantem. Ait enim sic:Post istius sane corporis mortem,donec de igne purgatorio ueniatur ad diem damnationis, & remunerationis,si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum, qui ædificauerunt lignum,fœnum,stipulam, & huiusmodi, ignem dicantur perpeti: quem alij non sentiunt,qui huiusmodi ędificia non portauerunt, ut inueniant ignem transitoriæ tribulationis nenialia concremantem:non redarguo, quia forsitan uerum est.Sed quia dicitur,saluus erit quasi per ignem,contemnitur ille ignis.Grauior tamen erit ignis ille,quàm quicquid potest homo pati in hac uita.Hic apertè insinuatur,quòd illi, qui ædificant lignum,fœnum, stipulam, quædam cremabilia ædificia, id est, uenialia peccata secum portant,quæ in ignè emendatorio cremantur. Vnde constat, quædam uenialia peccata post hanc uitam deleri.

Matt.12.

1.Cor.3.

Quid sit ædificare ignũ fœnũ aut stipulã

Quòd alij citius, alij tardius purgantur in igne.

Item illo autem igne purgatorio alij tardiùs,alij citiùs purgantur, secundum quod ista pereuntia magis,uel minus amauerunt.Vnde Augu Post hanc incredibile non est, nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt,tanto tardius,citiùsque saluari. Vnde non frustra illa tria distinxit Apostolus,lignum,fœnum,stipulam,quæ illi ædificant, qui etsi aliena non rapiant, rebus tamen fimitari concessis,aliqua dilectione inhærent.Qui secundum suos amandi modos diutius,ut lignum,uel minus,ut fœnum,uel minimum,ut stipula ignem sustinebũt.Qui uerò superedificant aurum,argentum,& lapidem preciosum de utroque igne securi sunt,non solum de illo errrno,qui cruciaturus est impios in æternum: sed etiam ne illo emendatorio,quo purgabuntur quidam saluandi.

Oppositio.

Hinc obijci potest,Si per lignum,fœnum,stipulam, uenialia intelliguntur peccata, & nullus adeo perfectus est,qui uenialiter non peccet:ergo,qui ædificant aurum,argentum,& lapidem preciosum,ædificant etiam lignum,fœnum,stipulam,ergo per ignem transibunt. Ad quod dicimus,quia non omnis,qui uenialiter peccat,lignum, fœnum, stipulam ędificat:sicut econuerso,non oĩs,ꝙ contemplatur Deum,& diligit proximũ, & opera bona facit,ędificat aurũ argentum,lapidem preciosum,& tñ in auro intelligitur contemplatio Dei,in argento dilectio proximi,in lapide precioso bona opera. Sed illi,qui ædificant lignum,fœnum, stipulam: Deum contẽplantur,& proximũ diligunt, & opera bona faciunt, nec tñ ędificant aurum,& argẽtum,& lapidem preciosum. Hęc enim ædificat,qui sic illa tria facit,ut cogitet,quæ sunt Dei, & quomodo placeat Deo, non mundo.Lignum uerò,& fœnum,& stipula accipi possunt secularium rerum, quãuis licitè concessarum,tales cupiditates,ut amitti sine animi dolore non possint. Hæc ergo ædificat is, qui cogitat,quæ mundi sunt,quõ placeat mundo,qui circa diuitias suas quodam carnali effectu tenetur,& tamen ex eis multa beneficia facit,nec per eis aliqd fraudis,uel rapinę molitur.Ex his ergo patet,quod non idem homo simul hęc, & illa ædificat.Illa enim ædificatio perfectorum tantum est,qui non cogitant placere mũdo

1.Reg.2. Paral.6. Eccl 7.

muleas elemosinas

ſed enim Deo,qui etſi uenialiter aliquando peccant, feruore charitatis ita abſumitur in eis peccatum,ſicut gutta aquæ in camino ignis,& ideo nunquam ſecum portant cremabilia.Hæc autem inferior ædificatio minorum eſt, qui non tantum Deo, ſed etiam mundo placere cogitant,Deum tamen pręponunt.Si uerò mūdum præponerent, non ſuperędificarent,ſed deſtruerent fundamentum.Affectiones ergo carnales,quibus dediti ſunt,domibus, coniugibus, poſſeſſionibus: ita ut nihil præponant Chriſto, illis tribus ſignificant,quæ in mentes perfectorum non cadunt, etſi alia uenialia admittant. In cordibus uerò minorum interdum durant uſquę in finem, qui cum talibus ædificiis tranſeunt,ſed diſſoluuntur in igne. Ipſi uero merito fundamenti ſalui erunt, grauiſſimam tamen pœnam ſentient.Ex quo apparet, quantam hic miſericordiam exhibet Deus,& quantum ibi exerceat ſeueritatem, cum pro eodem peccato multo grauiùs ibi puniant,quàm hic.

Opinio quorundam cum obiectione.

Greg. 25. qualis hic — Sed forte dices illud eſſe accipiendum de pœna peccati, non de ipſo peccato, quod Grego.dicit,quędam leuia in futuro dimittenda.Si enim ueram pœnitentiam habuerit quis,peccata omnia dimiſſa ſunt ei,ſed pœna forte remanſit. Ideoque ſi uerè pœnitens obiit,ſine peccato tranſiit.Si autem uerè pœnitens non eſt in obitu, maculam portat, quæ nunquam delebitur.Qui uerò ędificat lignum,fęnum ſtipulam uerè pœnitet,quia bonus eſt,& charitatem habet,& in charitate de hac uita tranſit,ergo ſine peccato tranſit.Non ſequitur. Verum quidem eſt,quia bonus eſt,& charitatem habet, & verè pœnitet,& tamen cum venialia peccato tranſit, quòd non deleuit pœnitentia. Pęnitentia enim non delet,niſi peccatum illud,quod deſerit homo. Tale autem peccatum ſępe in hac uita non relinquitur ab homine, & tamen verè pœnitens eſt, etſi non de omnibus uenialibus pœniteat.Poteſt enim quis de omni mortali, & de omni ueniali pœnitere,excepto uno, uel pluribus,uenialibus quidem.Sicut habet quis charitatem,& unū, uel plura uenialia,quod de criminalibus nullatenus eſſe poteſt.Eſt enim aliquis bonus charitatem habens,ſed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hęc ſecularia:talis exiſtens,ſubita morte opprimitur.In illo terreno affectu mortuus eſt,& tamen ſaluabitur, à quo non ſe hic abſoluit.Ergo poſt hanc uitam dimitti.Si verò de pœna peccati illud intelligi uoluiſſent auctores,cur magis commemoraſſent leuia,quàm grauia,cum etiā grauium pęna hic inexpleta poſt hanc uitam reſtet?

De generali confeſsione quid proſit.

Poſt hæc conſiderandum eſt,quid profit confeſſio illa, vbi ſingula peccata, quę quiſ
Pſalm.18. — que fecit,non exprimuntur.Sane dici poteſt,quod omnia criminalia ſemel ſaltē oportet in confeſſione exprimi,niſi aliqua à mente exciderint. Sed quia nemo delicta intelligit omnia,generaliter ſaltem eo confitere:quorum memoriam non habes, & ſic nihil celaſti de ſceleribus tuis.Venialia verò,quia innumerabilia ſunt, ſufficit generaliter confiteri,niſi aliqua ſint frequenter iterata.Perfectius eſt tamen etiam illa exprimere,ſi uales.Ideoque quotidie generaliter fit confeſſio in eccleſia, pro uenialibus ſcilicet peccatis,quę quotidie admittimus,& pro illis mortifieris,quorum notitiam non habemus.Vnde Auguſtinus:Veritatem dicit Deo pęnitens,quando nihil illi de commiſſis ſceleribus celat.Nunquid etſi uoluntate celauerit,Deus ignoret? Sed ueritatem ſibi dici uult ab eo,ut ueniam conſequatur.Si verò mente aliqua exciderint,confitetur ueritatem Deo,cum generaliter dixerit: Deus,qui noſti occulta cordis,& opera mea, & delicta à te non ſunt abſcondita,quibus ueniam largiaris precor.Et hęc eſt ueritas confitentis,quam diligit Deus.Vnde: Ecce enim ueritatem dilexiſti. Hic innuatur, quod generalis confeſſio etiam mortalia delet,quorum intelligentia non habetur.

(Auguſtin. inquiſitatione cōtra pelagianos. Pſalm.37. Pſalm.50.)

Nemo confiteatur peccata, quæ non fecit.

Aug. de verbis apoſtoli,& habet 22. q. 2. cū humilitatis. — Sicut autem pęnitens celare non bebet pctm̄ ſuum,quia ſuperbia eſt:ita, nec humilitatis cā fateri ſe reum illius,quod ſe non commiſiſſe noſcit,quia incauta eſt talis humilitas,& peccatorem conſtituit. Vñ Auguſtinus:Cum humilitatis cā mentiris,ſi non eras peccator antequam mentireris,mētiendo efficieris,quod uitaras, qa ueritas in te non eſt

eſt,niſi ita te dixeritis peccatorem, ut etiam eſſe cognoſcas. Vetitas aūt ipſa eſt, ut qđ dicas. Nam quomodo eſt ueritas ubi regnat falſitas?

De pœnis ſacerdotis, qui peccatum publicat confitentis.

Caueat autem ſacerdos, ne peccata confitentium alijs prodat: alioquin deponatur. (Greg de pe. di. 6. c. ſacerdos.) Vnde Gregorius.Sacerdos ante omnia caueat,ne de his, qui ei confitentur peccata alicui recitet:non propinquis,non extraneis,nec,quod abſit,pro aliquo ſcandalo. Nam ſi hoc fecerit,deponatur,& oībus diebus uitæ ſuę ignominioſus peregrinando pergat.

Quod uerò dictum eſt,ut pœnitens eligat ſacerdotem ſcientem ligare,& ſoluere:uidetur contrarium ei,quod in canonibus reperitur,ut nemo ſcilicet alterius parochianum iudicare præſumat.Sed aliud eſt fauore,uel odio proprium ſacerdotem contemnere,quod canones prohibent:aliud cæcum uitare, quod Vrbanus facere monet:ne ſi cęcus cęcum ducat, ambo in foueam cadant. (Mat. 15.) Ait enim Vrbanus ſecundus: Placuit ut nulli ſacerdotum deinceps liceat quemlibet cōmiſſum alteri ſacerdoti ad pœnitentiam recipere ſine eius conſenſu, cui ſe priùs commiſit, niſi pro ignorantia illius, cui priùs confeſſus eſt. Qui uero ꝯtra hoc facere tentauerit,gradus ſui periculo ſubiacebit. (Ibidem c. placuit.)

Summa diſtinctiō. s. XXI. — Hic mouet Magiſter circa præhabita dubia quædam. Nempè in præcedente diſtinctione teſtatus eſt tempus pœnitentiæ durare uſque ad mortem,ex quo ſequi videtur, poſt hanc uitam non eſſe pœnitentiæ locum, aut ſpacium. Ideo quærit an aliqua ſaltem leuiora peccata poſt hanc uitam dimittantur, quantum ad culpam.Et circa hoc primò ꝓbat,quòd aliqua peccata dimittantur poſt uitam præſentem, & qualiter quædam dimittuntur quantum ad reatum ſeu debitæ pœnæ perſolutionem,quædam uerò etiam quantum ad culpam ipſam ut uenialia quædam. (1. Cor. 3.) Cōſequēter tangit,qualiter in purgatorio diuerſi diuerſimode crucientur,& circa hoc elucidat,& exponit quędam obſcura Apoſtoli verba,qualiter ſuper fundamentum fidei ædificant quidam lignum, fœnum, ſtipulam:alij aurum, argētum, & lapides precioſos. Poſt hæc tangit opinionem dicentium nulla peccata poſt hanc uitam dimitti, niſi quantum ad pœnam,&probat oppoſitum.Inſuper circa præinducta inquirit,utrum oporteat in confesſione omnia peccata mortalia pariter confiteri. Et reſpondet, quòd imò,quantum posſibile eſt,& prout concurrunt memoriæ.Quocirca occurrit de generali confesſione,& eius ualore,de ſigillo quoque confesſionis diligentisſimè cuſtodiendo. Circa diſtinctionē hanc quidam producunt quæſtiones de purgatorij pœnis,quæ iam circa præhabitam diſtinctionem ſunt expeditæ.

QVAETSIO I.

NVnc ergo quærendum, *An poſt uitam hanc aliqua dimittantur peccata.*¶Et poſſunt circa utramq; partem argmenta indici,quę tanguntur in litera.Et includit hæc quæſtio ea,quę in textu dicūtur de ſuperędificantibus lignum,fœnum, & ſtipulam,atq; de his qui ſuperædificant aurum,argentū, & gemmas,Argumenta etiam,quæ circa hæc fiunt, ex reſponſionibus ad quæſita faciliter poſſunt ſolui.

Bonauen. — ¶Itaque Bonauentura circa hæc ſcribit:Vltra ea, quæ in quæſtionibus præcedentis diſtinctionis ex eo ſunt introducta,ſancti dicentes peccata poſt hāc uitam non dimitti,intelligunt hoc de peccatis mortalibus,quæ tamen poſt præſentem uitam expiantur,ac dimittuntur,quantum ad pœnam,quàm meruerunt.Idcirco ſaluari non poteſt,quòd aliqui dicunt peccata uenialia poſt hanc uitam non dimitti,quo ad culpam,ſed tantum quantum ad pœnam, cum hoc quoque mortalibus competat. (Quæ peccata poſt hanc uitā non dimittantur.)

Quæſtio. — ¶Inſuper quærit hic,an mortalia queant ſine gratia tolli,ac dimitti,& utrum in habentibus gratiam ualeant ſine contritione auferri:ad quę iam ante reſponſum eſt. Communior namque opinio eſt, quòd nec in pręſenti,nec in inferno uenialia dimittant ſine gratia:hoc eſt niſi is,in quo ſunt, ſit ī charitate,& gratia:quoniam ueniale eo,ipſo,quò aliquo modo peccatum eſt, macula quædam eſt, & animam fœdat,& Deo quodammodo diſplicet. idcirco ab eo non purgatur ſine nitore, ornamentoque gratiæ, quæ mentem inde expurget, ac ornet, & Deo faciat complacentem.Et iſta poſitio proteſtatur uenialia ī inferno ſine fine puniri,eo,quòd mortalibus,quæ nunquam dimittuntur, adiuncta ſint, & propter ſtatum miſeriæ infernalis, in qua nulla creditur eſſe redemptio, nulla minoratio pœnæ. Alij oppoſitum ſentiunt,affirmantes uenialia ſine gratia gratumfaciente poſſe deleri per gratiā gratumfaciente poſſe deleri per gratiam gratisdatam, quia charitati,& gratiæ gratumfacienti non contrariantur,imo ſimul inſunt eidem.Iſti quoque fatentur uenialia non perperuè in inferno puniri, ſed temporaliter ſolum,ſicut tangetur. (Opinio.)

¶Ampliùs, quidam opinati ſunt uenialia peccata,cum ſint aliquo modo uoluntaria, ſine contritione ſaltem in generali non auferri,imò hoc pertinere ad contemptum, de ipſis nullatenus pœnitere;ideoque talem,ſi ita decedat,damnari. Aliorum opinio eſt,quòd ſine contritione de ipſis, deleantur per diuerſa remedia contra ea collata de quibus dictum eſt ſupra. (1. Corin. 3.) Multipliciter tamen expedit cōtritionem habere de ipſis, ſicut de his dictum eſt pleniùs ſupra.

¶Pręterea uerba Apoſtoli de ligno, fœno, & ſtipula,multipliciter exponuntur. Vna tamen expoſitio propria eſt literalis,ac principalis, quæ habetur in litera,in qua per tria illa, intelliguntur peccata uenialia maiora,minora,& minima,quę in purgatorio puniuntur ignè,& quaſi cremantur durius, atque prolixiùs, ſeu leuiùs, acceleriùs iuxta menſuram ſuæ culpabilitatis.Rurſus,per ligum, fœnum, ſtipulam,intelliguntur opera meritoria,quibus veniales culpæ admixtæ ſunt ſecundum gradum triformem prętactum.Per ſuperædificationem uerò auri,intelligitur contemplatio ſeu dilectio Dei:per ſuperædificationem argenti,dilectio proximi: per ſuperædificationem lapidum precioſorum, executio actuum aliorum uirtuoſorum:ita, quòd iſtis tribus non admiſcentur uenialia illa triplicia,per inhærentiam, & frequentiam notabiliter diuturnam. Nam quamuis uenialiter peccent, tamen feruore cha-

ritatis, spirituali profectu, assidua occupatione in diuinis, frequenti eleuatione ad Deum, quotidiana confessione, iugi compunctione, & alijs exercitijs sanctis orationum, meditationum, diuinarumque laudum, mox delent, cõsumunt, & pro uiribus uitãt illa, Spiritaliter verò, & per adaptationem aliquam possunt hęc alijs modis uarijs intelligi. Sicq; super illud Isaiæ, Vę, qui coniungitis domum ad domum, ait Hieronymus: Hæretici dogmata dogmatibus iungunt. Et qui supra fundamentum fidei debuerunt ædificare aurum, argentum, & lapides preciosos, econtra ædificant lignum, fœnum, stipulam, in quibus per hæc tria designantur peccata mortalia, inter quę enormitatis est gradus. Hæc Bonauentura hic, & alijs locis.

Thomas.

¶Circa hæc asserit Thomas: Venialia charitati coniuncta possunt per aliquam pœnam consumi. Ideo aptè per metaphorã significantur nominibus rerum, quæ ignè consumuntur. Cumque peccatum quo grauius, tanto grauius difficiliusq; purgatur, ideo diuersus venialium. gradus per hęc tria exprimitur, &c. ut supra, quę super fundamentum dicuntur ædificari, non quasi ex ipso stabilitatem habentia. Dicitur enim aliquid super fundamentum poni tripliciter. Primò, si tu directo, quod super fundamentum firmatur. Sicque sola opera bona fidei formatæ, quæ dicitur fundamuntum, super ipsam ædificantur. Secundò dicitur esse super rem, ꝙ est iuxta eam, iuxta illud: Super flumina Babylonis, sicque uenialia superædificantur, quia fundamentum non destruunt, sed simul cum eo stant. Tertiò dicitur esse super quod est post, iuxta, illud Iezechielis: Super terminum Aser, id est post, secundum glossam, & ita mortalia superædificãtur, quæ sequuntur, & destruunt fundamentum.

Ezech 48.

¶Præterea aurum, argentum, & lapides preciosi, lignum quoq;, fœnum, & stipula, dupliciter possunt exponi. Primò, quòd quælibet opera bona uocentur aurum, argentum, & lapides preciosi, & quælibet uenialia appellentur lignum, fœnum, & stipula: sicque ijdem omnia ista ædificant, quidam hæc, quidam illa, secundum quod eis magis insistunt: quemadmodum actiui a contemplatiuis distinguuntur, quamuis, & actiui aliqua contemplentur, & cõtemplatiui aliqua agant. Secundò, quòd per aurum, argentum lapidesq; preciosos intelliguntur solum opera perfectorum: per lignum uerò, fœnum, & stipulam, uenialia eorum, qui temporalium solicitudinem gerunt, non soli Deo uocantes, & ita non sunt ijdem, sed diuersi, qui ista ædificant: quoniam imperfectorum opera bona tot permiscentur uenialibus, & obscurantur, quod instar auri, argentique non splendent.

1 Cor. 3.

Quæstio.

¶Si autem quæritur, utrum uenialia mortali adiũcta, possint dici lignum, fœnum, & stipula, ita, quòd in inferno æternaliter non puniantur: dicendum, quòd culpa ordinari non potest nisi per pœnam: quoniam Deus nil inordinatum relinquit. Propter quod sine pœna nunquam dimittit culpam. In damnatis autem nulla culpa dimitti potest, nec reatus aliquis tolli, cum charitate careant, qua, & culpa purgatur, & reatus aufertur. Hinc culpa uenialis semper manebit in eis, vel reatus ipsius, si etiam ante peccatum mortale fuisset eis dimissum peccatum ueniale, quantum ad culpam manente reatu. Hinc damnati etiam pro uenialibus æternaliter punientur, & pœna illa æterna debetur ueniali per accidens ratione subiecti, quòd irrecuperabiliter destitutum est gratia. Itaque in damnatis uenialia non sunt lignum, fœnum, & stipula: quoniam ignè illo non consumuntur. Hæc Thomas in Scripto. Qui, & in Secunda Secundę disseruit, quòd boni religiosi diuinis exercitijs feruidè, iugiterque intẽti, lignum, fœnum, & stipulam non colligunt, sed potius præsidentes eorum occasione occupationum exteriorum.

Venialia in inferno peccata sp puniunt.

Quæstio.

¶Porrò dum quæritur, an peccatum ueniale post uitam hanc expietur quantum ad culpam, uel solum quantum ad pœnam; dicendum, quòd aliqui asserunt post uitam hanc nullum peccatum dimitti, quantum ad culpam, & quòd gratia finalis ueniale culpã purget. Veniale namque peccatum contingit ex hoc, quòd aliquis Christum habens in fundamento, diligit nimis aliquod temporale, qui excessus ex concupiscentiæ corruptione contingit. Vnde si gratia penitus uincat concupiscentiæ corruptionem, ut in beatissima uirgine, non manet locus aliquis ueniali. Cumque in morte omnino diminuatur, imò, & annihiletur concupiscentia ista, & potentiæ animę subijciuntur totaliter gratiæ, & ueniale expellitur. Verum ista opinio in se, & in sua causa est friuola: in se quidem: quoniam dictis sanctorum, ac euangelij aduersatur, quę exponi non valent de remissione uenialium quantum ad pœnam tantum, prout Magister probat in litera, &c. sicut iam patuit. Est quoque friuola quantum ad causam suam, quia defectus corporalis qualis est in termino uitę, non aufert concupiscentiæ corruptionem quantum ad radicem, sed quantum ad actum, quemadmodnm, & in his, qui grauiter infirmantur, nec tranquillat potentias animæ, ita ut eas subijciat gratiæ, quia tranquillitas potentiarum, & subiectio earum ad gratiam, est, quando inferiores uires obediunt superioribus, quæ legi Dei condelectantur, quòd in statu illo esse non potest, cum tunc actus uterque impediatur, nisi tranquillitas appelletur priuatio pugnę, sicut etiam in dormientibus, accidit: nec tamen ob hoc somnus dicitur concupiscentiam minore, aut uires animæ tranquillare, aut gratiæ eas subijcere.

¶Præterea, dato, quòd concupiscentiam radicaliter diminueret ille defectus, & uires animæ subderet gratiæ, adhuc nõ sufficeret remissioni culpæ uenialis commissæ, quamuis sufficeret ad uitationem futuræ: quoniam culpa actualis etiam uenialis, non dimittitur sine actuali contritionis motu, ut decima sexta distinctione inductum est, quantumcunque gratia habitualiter intendatur. Contingit autem quandoque, quòd aliquis dormiens moritur existens in gratia, qui in aliquo veniali obdormit, & talis non potest actum contritionis habere ante mortem, nec potest dici (vt dicunt) quòd si nõ pœnituit actu, uel proposito in generali, uel speciali, quòd fit uersum in mortale propter hoc, quòd ueniale fit mortale dum placet, quia non quælibet placentia facit peccatum mortale, aliàs omne peccatum ueniale, esset mortale: quoniam quodlibet ueniale placet, cum sit uoluntarium, sed placentia, quæ ad fruitionem est pertinens, in qua omnis humana consistit peruersitas, dum rebus utendis fruimur, Sicque complacentia illa, quæ facit peccatum mortale, est placentia actualis, quia omne peccatum mortale in actu consistit. Potest autem contingere, quòd aliquis dum ueniale commisit peccatum, nil actualiter cogitet de peccato dimittendo seu tenendo, sed cogitet forte, quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, atque in hac cogitatione obdormiẽs moriatur. iõ ista opinio

opinio irrationabilis est oĩno. Hinc dicendum, qđ culpa uenialis ĩ eo, q decedit in gratia, dimittĩ post hanc uitã ꝑ purgatorij ignẽ, eo ꝙ pœna illa aliqualiter uoluntaria uirtute gratiæ habebit uim expiandi oẽm culpam, quæ simul cum gratia stare potest.

Causa maioris pęnę seu ẽt diuturnioris in purgatorio.

¶Porrò pœna purgatorij absoluitã reatu, id est obligatione, seu debito pœnæ luendi. Vnus ẽt citius liberatur à purgatorio quàm alter. Nam quædam uenialia adhærentiæ sunt maioris, quę tardiùs purgantur. Acerbitas demum pœnæ propriæ correspõdet quantitati culpæ, diuturnitas uerò radicationi culpæ in subiecto. Vnde potest cõtingere, quòd aliquis diutiùs in purgatorio teneatur, qui tamen minus affligitur, & econtra. Hæc Thomas.

Albertus.

¶Cõcordat Albertus, dicendo: Cũ dicat Gregorius quarto dialogorum, imò & probet pœnam, & culpã post hãc vitam dimitti, prẹsumptuosum reputo dicere nullã culpã uenialẽ post hãc uitã posse deleri. Imò dicendum, & asserendum cũ sanctis, quòd post mortem non est tempus augendi meritum, sed utẽdi merito ad efficaciã, ad quã põt attingere. Quẽadmodũ enim asserit Augustinus, quòd quidam dũ hic uixerent, meruerunt, quòd eis possent prodesse suffragia: sic illi qñ uixerũt, hic meruerũt, qđ grã eis, ac pœna ad uenialiũ deletionẽ possent prodesse. Iõ usum meriti sui post mortem recipiunt ꝑter meritorũ aumgentũ. Hæc Albertus, Cuius scripta in his consonant scriptis Thomæ, etiã de perpetua punitione uenialum in inferno, Disputat quoq; Albertus ꝯ errorẽ quẽdã quorundã Grecorũ, dicentium aĩas ante diẽ extremi iudicij nec regnũ intrare cælorum, neq; infernum, sed intermedijs locis uersari: cuius contrarium probat etiam ex antiquis Græcorũ doctoribus, Athanasio, Chrysostomo, &c.

Augustin.

¶Scripta quoque Durandi consonant dictis Thomæ, & Alb.

Scotus.

¶At uerò Scotus suꝑ his primò narrat opinionẽ dicentiũ etiã ueniali pctõ directè deberi pœnã æternam: sed quod temporaliter punitur, ei conuenire per accidens, inquantũ coniunctum est charitati, q̃ ducit ad regnum, in quo necesse est omnem pœnã cessare. Quibus obijcit, quia cum charitas, & ueniale peccatum stent simul, & charitati debeatur beatitudo æterna, esset quis dignus simul æterna felicitate, & infernali miseria. Deinde contra communem doctorum positionem subiungit: Dicitur quòd peccato ueniali per accidens pœna æterna debetur quando coniungitur mortali, & nõ ratione sui. Sed hoc non intelligo, quoniam Deus punit citra condignũ: & esto, quod simpliciter secundũ rigorẽ puniret, oĩno iniustũ esset pœnã æternã infligi illi, cui secundum se debetur pœna temporalis. Nec coniũctio illa cum mortali, facit ueniale in infinitum exire genus culpæ: ergo nec pœna æterna ei debeť. Iõ dico, qđ nec in inferno, nec alibi debeť pctõ ueniali æterna pœna, nec per se, neq; ꝑ accidens: qa secundũ se est talis offensa, quæ sufficienter per temporalem pœnam punitur: nec est inconueniens, pœnam ueniali pctõ debitam, in inferno puniri; quoniam uerè pœnitens primo, & partem pœnitentiæ impositæ explens, & ante totam completam recidiuans, ac taliter moriens, pro parte pœnitentiæ residua complenda soluet pœnam in inferno tãtummodo tẽporalem; quoniam in remissione peccatorum in hoc seculo facta, cõmutata fuit sibi pęna æterna in tẽporalem; iõ pro sic remissis, non est debitor pęnæ æternæ. Insuper dico tanquã probabile, quòd morienti in charitate, oĩa uenialia dimittunť, q̃tũ ad culpã: qm̃ prẹcedentia merita, eius sunt cã sufficiens huiusmodi remissionis, uel ipso moriente tũc referẽter illa merita ad talẽ remissionẽ, uel Deo, acceptante est ad illã. Istud probabiliter dici põt. Et cui istud nõ placet, quęrat aliũ modum qũo uenialia dimittantur. Non enim vř consonum theologiæ ponere post hanc uitam aliquem motũ meritoriũ talis remissionis, cum in morte sit terminus ꝓmerẽdi. Hæc Scotus. Quorũ error patet ex præinductis.

Richard.

¶Vñ, & Richardus opinionẽ hanc narrans. ac reprobans, aliqui inquit, dicunt qđ Deus põt a dãnato extorquere pro suis peccatis uenialibus debitã pęnã sine remissione cuiuscunque culpæ. Vñ dicũt quòd ueniale nec per se, nec per accidens punietur pœna æterna inflicta iudice. Nã pœnã remorsus cõscientię oportet manere culpa manẽte. Nec potest dici, quòd damnati soluant pœnã suis uenialibus debitã, neq; ꝙ satisfaciant: quemadmodum nec in hac uita obligatus ad aliquã pęnã, quã pro grauibus malis eius iudex iustè extorquet ab eo, dř soluere pęnã illã, aut satisfacere. Sed ista opinio ꝯ cõem doctorum positionem est, & ꝯ rõnem: quia cũ Deus pœnam non acceptet, nisi acceptet & patientem, constat, ꝙ damnatorum pœna nunquam Deo accepta est tanquam satisfactoria, aut placatiua; sicut nec ipsi fiunt vnquam Deo accepti. Dimittitur ergo ueniale charitatem habentibus q̃tum ad culpam, & pœnam in quibusdam, non sic intelligendo, ꝙ sine pœnitentia per ignem purgatorium consumantur: sed qa ꝑ ignẽ aĩę iuuanť ad pœnitẽdũ de uenialibus, de quibus in hac uita nõ pęnituerunt; & per charitatẽ, in qua recesserunt à corpore, pnĩa earum formatur, & acceptatur à Deo. Hæc Richardus. Ex q̄bus pꝫ modus remissionis uenialium; qm̃ Deus ẽt post hanc uitã statuit illis tale remedium; quia nec plenã rõnem pecccati sortiuntur, nec amicitiã Dei impediunt; nõ tamen post uitam hanc est locus, aut spacium promerendi præmium essentiale, aut crescendi in gratia gratum faciente, aut gloria.

Durand.

¶Hinc quoq; scribit Durãdus. Opinio illa nõ ualet. Quod ut euidẽtiùs pateat, videndũ quid sit pctm̃ dimmitti quantum ad culpã. Itaque aduertendũ, ꝙ in pctõ mortali primum est deordinatio actus, in qua consistit macula. Secundum est priuatio gratiæ Tertium, reatus, quorum triũ primũ, & ultimum sunt suo mõ in pctõ ueniali. Dř ergo pctm̃ remitti quo ad culpam seu maculam, qñ reordinatur actus uoluntatis per debitam culpæ displicentiã: & quo ad offensam. qñ restituiť gratia: & item quantum ad pœnæ reatum, qñ pœna ipsa persoluitur. Cum igitur uoluntas damnatorum sit incõuertibiliter obstinata in malo, nunquam reordinatur. idcirco nec ueniale eis unquam remititur; præsertim cum sint in termino suo. Existentes autem in purgatotio pñt habere displicentiam de suis uenialibus culpis, cum in charitate consistant; ideo pñt remissionem earũ acquirere. Veruntamen si ueniale peccatum sit in uita hac expiatum, quantum ad culpam suam, põt ꝓbabiliter dici, ꝙ in inferno punitur temporaliter tãtum. Hæc Durandus concordat Argentinensis.

QVAESTIO II.

MOdo quærendum, *An generalis confessio debeat non solum uenialia, sꝫ mortalia quoque oblita* ¶Vř ꝙ non, qa pctã elapsa memoriam, non imputantur ergo nec egẽt remedio. Rursus, sicut cõmuniter dicitur, infinita pietas Dei non dimidiat ueniam, sed unum mortale dimittens, cætera cuncta dimittit ita non ampliùs indigent medicina, nec denuo dimittuntur.

¶Circa hæc scribit Albertus, qđ responsiones ad ista

ista patent ex præinductis. Declaratum est. n. qualiter sit necesse mortalia uniuersa pariter confiteri. in quantum occurunt memoriæ, & quod ad memoriã sint reuocanda, quantũ congruẽter, & sine periculo fieri potest. Cumq; oblitũ quid ad memoriã redierit, confitẽdum est habita copia confessoris. Quæ, si desit, pót quis ad celebrationẽ, seu communionem procedere cum proposito confitendi tpe oportuno. Et quoniam ecclesiastica sacramenta sunt medicinalia uasa, atq; salutis remedia, utendum est eis secundum exigentiam finis, ad quem à Christo legislatore nostro sunt instituta, sicut, & corporalibus medicinis uti oportet, secundum quod expedit, & exigit sanitas corporalis, in arte medicinæ intenta. Finis quippè necessitaté imponit his, q̃ sunt media, & ordinantur in finem: Porrò finis sacramentorũ Christi, est curatio animæ à peccatis, salus æterna, pax & sanitas spiritualis. Est ergo intentio Christi, ut sacramentis utamur secundum quod expediens est nostræ curationi, & sanitati mentali, spirituali profectui, ac sempiternæ saluti: ne abutendo saluberrimis sacramentis, uertantis nobis in impedimenta salutis: in animarum uenena in pabulum mortis, in capitis ac sensum debilitationẽ in animarum perditionem. Hoc tango hic propter nonnullos scrupulosos, pusillamines. seu partim phantasticos, qui in sacramento confessionis ex sua defectuositate perriclitantur: conantes ad memoriam reuocare cũcta & singula sua peccata mortalia: quod agendo ita cõfundunt se intus, & cerebrum sic perturbant, quod pene inutiles fiunt. Fuit infra paucos annos quidam bonus religiosus, qui attendens hominem debere uniuersa, & singula sua confiteri pctã mortalia, & uidens se non ualere singula sua mortalia recordari, neque distinctè ad plenum confiteri, incidit imaginationẽ grauissimam, inquietudinem capitis, & mœrorem, ac tandẽ breuiter in quandã miserabilẽ desperationẽ, uidelicet se non posse saluari utpotè non ualentem plenariè confiteri. Propter quod à cõfessione, & celebratione plurimis annis abstinuit, nec informationibus acquieuit sui superioris: quod tñ ex debilitate magis q̃ ex immansione, & pertinacia proprij sensus processit. Tales igitur perscrutari, & ad memoriã reuocare debet sua peccata quãtum, cum discretionis moderamine queunt sufferre in corde, & capite, & ablq; animæ læsione, ne impediantur à pace interna, & sperent in domino, ac superioribus suis, ac magis peritis in lege, discretis, ac Deum timentibus fiducialiter credant, pẽsantes, q̃ fuerit intẽtio institutẽtis Chri hoc sacramẽtũ, q̃ non intendebit aliquem ad impossibilia, aut periculosa astringere. Denique, dum quis sua confitetur peccata mortalia, cupitq; omnia, & singula confiteri, nec quicq̃ ex ꝓposito celat, dimittuntur sibi à superpiissimo Deo omnia, etiam quæ recordari tunc nequit: tamen sub cõditione saltem implicita, quod scilicet illa confiteri intendat, dum recoluerit ipsa, quemadmodum contritionem habenti Deus ignoscit sub huiusmodi conditione, quod confiteri proponat tempore opportuno. Quẽdmodum autem contra uenialia sunt multa generalia remedia, ita & contra oblita mortalia.

Contra scrupulosos.

Exemplũ.

Thomas, eadẽ di. q. a. ad 2.

¶ Insuper de his loquitur Thomas: Per infusionem charitatis, & gratiæ uenialia dimittuntur: quia non opponuntur charitati quantum ad habitum eius, sed potius quantum ad actum, quem aliquo modo impediunt seu retardant. Idcirco dum actus charitatis contra ipsa dirigitur, feruore suo quasi contraria ea delet, nec oportet, ut contra eorum singulatim actus charitatis dirigatur ad ipsorum deletionem: quoniam nullum eorum de se habet specialem rationem, quæ charitati aliquo modo contrarietur. sed omnia secundum unam rationem disponunt ad contrarium charitatis, inquantum nimis retinent ad contrarium charitatis, inquantum nimis rebus temporalibus inhæretur. Idcirco cum confessio generalis sit actus charitatis in eo, qui habet charitatem, contra uenialia directus constat, quòd uallet ad eorum deletionem, quantum ad culpam, & quantum ad eorum deletionem, quantum ad culpam, & ad pœnam, si tanta sit confitentis qñq; est quantum ad pœnam, si tanta sit confitentis qñq; est actus sacramentalis, sicut dum aliquis in se creto confitetur sacerdoti quædã: quorũ meminit: & alia uenialia in communi. tuncq; confessio illa habet ex quatuor ad remissionem uenialium ualet, quantum ad culpam, & etiam quantum ad pœnam, in parte, aut toto Primò, ex contritione confitentis. Secũdò, ex humilitate cõfessionis. Tertiò, ex oratione confessoris, in quantum est publica persona. Quartò, ex ui clauium. Interdum uerò non est sacramentalis, ut quando fit coram multis in ecclesia, & tunc efficaciam habet ex tribus primis, non ex quarto. Propter quod in prima, & cõpletorio non subiungitur absolutio, nec satisfactio nis iniunctio: sed solum oratio. Misereatur tui omnipotens Deus, per intercessionem beatæ Mariæ, & omnium sanctorum, & dimittat tibi omnia peccata tua, & per ducat ad uitam æternam. Attamen ueniale quod non exprimitur, sed habitu manet in confitentis affectu, non deletur per huiusmodi confessionem.

Confessio gñalis sacramentalis ex quatuor delet uenialia.

¶ Insuper confessio ista ualet ad remissionẽ obliторũ mortalium. Confessio quippè operatur præ suppositã contitione, quæ culpã delet. Sicq; confessio directè ordinat ad pœnæ dimissionem, quod quidẽ facit, & ex erubescentia, quã habet, atq; ex ui clauiũ quibus se confitens subijcit. Contingit autem qñq; quod per contritionem præcedentem, pctm aliquod deletum est quantũ ad culpã, siue in generali, si eius memoria tunc non habebatur: siue in speciali, ut dũ ante confessionẽ peccati illius obliti nõ est: & tũc cõfessio gñalis sacramentalis operatur ad dimissionem pœnæ ui clauium, quibus se confitens subijcit nullũ quantum in se est obstaculum præbens. Verũ ex illa parte, qua erubescentia confessionis pctí pœnam diminuebat, pœna istius peccati, de quo qs specialiter coram sacerdote non erubuit, diminuta est.

¶ Si uerò quæratur, an ea, q̃ quis non confitetur ex ignorãtia, per confessionem hanc deleantur. Dicendũ, quòd ignorantia, iuris non excusat, cum & ipsa pctm sit, sed ignorantia facti excusat. Vñ aliquis de hoc, quod non confitetur peccata, quæ ex ignorantia iuris diuini nescit esse peccata, non excusatur à fictione. excusaretur tamen, si nesciret ea esse peccata ex ignorantia particularis circunstantiæ, ut si cognouit alienam, quam credidit esse suam. Sed obliuio de actu peccati habet ignorantiam facti. idcirco excusat à fictionis peccato ita quòd in confessione non impedit fructum confessionis, & absolutionis.

Quæstio. Non licet in cõfessione mẽtiri. Obiectio.

¶ Præterea quæritur, an quis licitè ualeat confiteri peccatum, quod non habet. Dicendum, quod pœnitens debet sua confessione se manifestare cõfessori. Qui autem aliud dicit, quam sua cõscientia sentit, & habet, siue in bonum, siue in malum, non se manifestat sacerdoti, sed magis occultat: ideo confessio talis non ualet, præsertim quia non licet mentiri. imò oportet, quod os cordi concordet. Et si obijciatur, quia secundum

QVAESTIO III.

REstat inquirere de sigillo confessionis, *Vtrum in omni euentu, & casu Christus iussit confessionẽ celare.* ¶ Videturquòd non: quoniam quod pro charitate, & utilitate boni communis est institutum non debet contra charitatem, & utilitatem boni communis militare. Sed hoc frequenter accideret, si in oi casu confessio esset celãda, ut si confessor in confessione agnoscat aliquem non esse sacerdotem qui tamen sacerdotem se esse, assumat aut aliquem esse hæreticum, & alios uelle inficere, aut quempiã uelle, urbem de nocte incẽdere. possunt multi consimiles casus proponi.

Cõtra ueritatem.

¶ In oppositũ est quod istud tam seriosè prohibitum est: & homines à confessione retraherent, si aliquo modo liceret confessionsi abdita referare.

In oppositum.

¶ Circa hæc scribit Bonauentura: Quidam distinguendo dixerunt, quòd homo potest sacerdoti dupliciter confiteri. Primò, tanquam pœnitens, & uolens à peccato absolui, & à peccatis desistere, sicq; sigillum confessionis claudit omne, quod dicit, ne aperiatur. Secundò sic, quod non uult à peccato desistere, ut si reuelet se uelle periurare, aut aliquem trucidare: & tunc confessor non tenetur sub sigillo confessionis illa tenere, sed potest dicere ei, qui potest prodesse, & nõ obesse. Sed quamuis istud probabiliter dici uideatur: tamen quoniam institutio, & mandatum ecclesiæ loquitur generaliter de omni culpa, & pœnitens suum peccatum non quasi homini, sed quasi Deo reuelet, nesciatq; sacerdos, an confitens dicat sibi uerum, an non nisi aliũde cognoscat, nullo modo debet culpam illam manifestare: quia sigillum confessionis est diligentissimè custodiendum, ut omne scandalum euitetur, atque ab omni specie mali abstineatur. Vnde, sit Gregorius in litera, nullo modo est confessio reuelanda. Hinc narratur miraculum, quod dum quidam in naui timore mortis publica sua coram omnibus esset confessus, dum paulo post ueniissent ad portum, nullus recordabatur, quid dixerat, nisi sacerdos, qui pœnitentiam ininnxit. Nam & sacerdos debet ea scire, quasi non nouerit ea: & si exigeretur testari, dicere posset, ac iurare se illa nescire: quia non potest obligari ad dicendum, quod nouit ut homo. Quod si noscat aliquem esse hæreticum, & uelle subuertere alios, non debet confessionem nudare, sed potest superiorem hortari, dicendo: Vigila super oues: quoniam lupus est in grege. Si autem sacerdos sciat inter duos contractam esse affinitatem per fornicarium coitum, & postea uelle contrahere, non debet confessionem propalare: sed sibi confesso suadere, non contrahat ita, & debet differre quousque per superiorem cogatur, uel pp scandalum populi compellatur: & tunc non ipse facit, sed ecclesia, quæ iudicat secũdum exteriora. Idẽ dicendum, dicamus ex confessione sciat clericos suos esse Irregulares, & tamen uelle ad ordines sacros procedere: quia non debet eos præsentare, nisi (ut tactum est) compellatur. Tunc quoq; consilium est, ut nec pastor, nec decanus per se faciat aliquid horum, ut illi amplius confundantur interiùs. Potest item inquiri, quid agendum sit abbati, qui ex confessione sui prioris, aut alterius officiati scit ipsum suum officiatum esse in graui peccato, à quo uerisimiliter putat illum non cessaturum, quamdiu in officio manserit. Dicendum, quod abbas debet talibus consulere uoluntariam cessionem. Quod si uoluerint, non debet eos deponere, nisi

Bonauen.

Gregorius.

Miraculũ.

Resolutio multorum dubiorum

Iob. 9.

¶ Conformiter quoque periculosè committit, q̃ de hoc, quod dubitat esse mortale, negligit confiteri non tamen debet asserere se in hoc peccasse mortaliter, sed dubitatiue loqui, seque committere iudicio confessoris, cuius est inter lepram discernere. Si autem quis putet se in aliqua commissione, uel omissione peccasse, quamuis ita non, & dicat se ibi peccasse, non est periculum: quia formaliter non mentitur. Hæc Thomas. Qui & alibi respondendo ad istud, quod quidam martyr persuasit sibi imponi crimen adulterij commissum ab alio, dicit hoc non esse ad imitationem trahendum.

Petrus.

¶ Concordat Petrus: Deus, inquiens, requirit ab homine id, quod potest, non ampliùs. Cumq; in humanis potestate nõ sit peccata oblita cõfiteri in speciali, Deus id ab homine nõ requirit: sed confiteri ea in generali, in potestate ab hominis: ideo debet hoc facere. Hæc Petrus.

Bonauen. An peccata aliena in cõfessione dici debeant.

¶ In his Bonauentura, Richardus, Argentinensis, alijq; cõiter sunt cõcordes. Et addit Bonauentura, rñdendo ad istud, an liceat in confessione aliena pctã referre: Aut aliena pctã sunt imptinẽtia ad nri accusationẽ pcti, & solũ ex quadã associatione narrantur, uel ad excusationem, alleuiationemq; ꝓpriæ culpæ, ut minus confundatur: & hoc illicitum est, q̃uis multi etiam simplices in hoc excedunt, suos tãgendo uicinos in confessione, dicendo: Nos sumus usurarij, mendosi, gulosi. iõ tales sunt à confessore instruendi, & increpandi, ut uitent hmõi. Aut pctã alterius annexa sunt nostris, ut si mulier cognita est à suo episcopo, aut uiro religioso, & tunc sufficit dicere in generali, quod aliquis magnus prælatus, aut hõ religiosus peccauerit secum, nec debet ad certã personam descendere. Quod si fecerit, à confessore increpanda. nec debet confessor curiosè inquirere de persona. Etsi putat, quod sit persona, cui possit prodesse, expediatq; eum scire, potest de hoc extra confessionem cautè interrogare. Talia namque frequenter sunt occasio frangendi confessionis sigillum, in quo maximum extat periculum. Si autem peccatum explicari non potest sine explicatione pctã à suo marito, aut econuersio. tunc si dicat de marito, non peccat, quia non ualet aliter confiteri pro priam culpam: nec tunc iudicari debet accusatio aliena, sed propria. ficq; generaliter uerum est, peccata aliena non sunt dicenda in confessione, nisi inquantum sunt propria, nec cõfessor debet ea inquirere. Hinc confessores, qui rumusculos in confessione inquirunt, & audiunt malum de alijs, nec confitẽtem imperitè, & periculosè loquentem reprehenderunt, ac dirigunt, grauiter peccant. Et uix uel nũquam à detractionis uitio excusantur, nec sciunt animabus mederi, dum fiunt eos, qui ueniunt ad medicinã, graue uulnus sibijpsis infligere. Hæc Bon.

nisi aliunde appareat super hac iusta causa. imò dēt eos sustinere, nisi talis existat religio, in qua subditi possunt sine nota diffamiæ ad alia loca mitti.

¶ Quæritur quoq; an cōfitens possit cōfessori dare licentiam reuelandi pctā, quæ sibi confessus est. Vī quòd non: qm̄ quod à summo pontifice, ꝙ ab uniuersali ecclesia tam districtè prohibitū est, non potest inferior relaxare aut licitū facere, & tale est manifestare confessionem. Dicendum, quòd sacerdos non debet confessionē reuelare, quia non scit cōfessa nisi ut Deus, seu qua uicarius Dei. Secundò, ne populum scandalizet, & etiam confitentem. Cūq; confitens agere possit quod sacerdos illa sciat, ut homo faciendo, eum nuntium talium, potest eum licētiare ad reuelandum: quando non timetur ex hoc periculum scandali, quòd si timeatur, non potest confitens illam licentiam dare, nec confessor debet assumere. Tunc uerò timendum est de periculo scandali, quā do uerisimiler conijci posset ꝙ confessor reuelasset confessionem confessi: nec debet dari licentiā reuelandi, nisi ei, qui possit prodesse, nec uelit obesse, & de peccatis proprijs tantum. Nam aliena peccata propalare non debet.

Confitens l cētiā potest dare sua reuelā di peccata

Quæstio.

¶ Sed circa hoc occurrit hęc quæstio, utrū sacerdos sciens confessi alio modo, quàm per confessionē, tenetur celare ea. Videtur quo imò: qm̄ Innocētius papa in quadam decretali de pœnitentijs, & remissionibus, ait: Qui peccatum sibi in confessione directum præsumpserit reuelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, uerunēt ad agendum perpetuam pœnitentiam in actum monasterium detrudendum. Et respondendum, quòd circa hoc est triplex opinio. Vna quòd tenetur omnino celare, aliàs fieret sigillo confessionis præiudicium. Et qua opinione sequuntur absurda, ut modo probabitur. Hinc secunda opinio dicit, quòd confessio claudit os confessoris, quo ad ea quæ ante confessionem aliunde cognouit, non quantum ad ea, quæ postea. Etenim confessor recipiendo confessionem, sibipsi os claudit, quo ad cognita ante obligando se ad celationem eorum, quæ audit in confessione. Verum ista opinio quamuis uideatur sobria magis, quàm prima: tamen est magis aburda. Nam eadem conuenientia sequuntur ex ea, quæ, ex prima, quantum ad hoc, quod asserit per confessionē os claudi præcedēti cognitioni: & ultra hoc irrationabilis est, dicendo, quòd confessio potius claudit os respectu notitiæ præcedentis quàm subsequentis: cuius differentiæ non potest causa rationabilis assignari, quia sigillum confessionis non magis præiudicat uni cognitioni, quàm alteri. Hinc est tertia positio rationi, & ueritati plus consona, quo duplici scitur uia, duplici cognitione cognoscitur: potestq; homo unum modum notitiæ obliuisci, & alterius reminisci. Quemadmodum qui aliquid scit uisu, ꝙ auditu, potest obliuisci se illud audiuisse, & recordari se idem uidisse. Et sicut est duplex modus sciendi, ita & reuelandi: nec unus præiudicat alteri. Idcirco, quòd scitum est alter, quàm in confessione, potest sine derogatione sigilli confessionis manifestari, ita quòd modus sciēdi ex confessione maneat semper occultus, & scandalum pro posse uitetur potissimè apud confitentem. Propter quod, & in confessione potest pœnitenti insinuare se hoc, aut illud aliunde cognoscere nec ad celandum penitus obligati. Attamen manifestare nō dēt nisi cogatur, id est magna ratione ad hoc inducetur, puta si aliàs fieret præiudicium ueritati, uel si præcepto superioris requiratur referre, quod nouit, aut testimonium perhibere. In hanc positionem etiam iurisperiti magis, cōsentiunt, ad cuius probationem aliarumq; reprobationem, sic arguo, & suppono quinq;, quę per se nota sunt. Primum est. Nihil est statuendum, in quo fiat præiudicium ueritati. Secundum dolus, & fraus nulli debet patrocinari. Tertium, ullus pro alio tenetur mentiri. Quarum, nullus sine peccato mortali reddit se impotentem sciētes ad id, quod tenetur. Quintum, nihil est statuendum, aut seruandum, unde innocens posset rationabiliter accusari, & condemnari. Ex primo sic arguo. Contingit interdum ut sacerdotis testificatio necessaria sit in iudicio, ita quod nisi protestetur qđ nouit, cedet in præiudiciū ueritatis, atq; iustitiæ. Si ergo tunc aliunde scit illud, potest inde testari. Ex secundo sic arguo. Reus aliquis sciens sacerdoti constare suum excessum, metuens quoque per sacerdotis attestationem seu iudicium diiudicari, ibit, & cōfitebitur huiusmodi sacerdoti suū excessum: sicq; dolus, & fraus patrocinabuntur ad ueritatis, & æquitatis iacturam, si nō liceat sacerdoti crimen quod aliunde scit, propalare. Ex tertiò arguo. Si sacerdos a suo superiori requisitus mandato dicere ueritatem in rationabili causa non potest sine mendacio dicere. Nescio hoc. Quod si etiam extra confessionem hoc noscat, ergo in tali casu potest & debet hoc aperire. Ex quarto sic arguo. Sacerdos interdum cōfessum accusare tenetur apud prælatum suum de crimine periculoso, quod uidit, & ex confessione cognoscit: ergo si tunc illum accusare nōpossit, redderet se impotentem ad id, ad qđ tenet confessionē audiēdo. Quintò sic arguo: Pono casum, qđ quatuor uiri uadunt per unum iter, unus cōmittit grāde crimē merito ifinuādūplato, duo manifestant prędicto hoc scelus reus interim confitetur. tertio illi duo aduocant tertium ad testandum, & prælatus iubet, ut testetur, alioquin pœnam inferet ei. Si tunc reuelare non poterit, quod cōspexit, inno center punietur. Hęc Bonauentura.

Quo pāt extra confessionem scita queant reuelari.

Thomas.

¶ Concordat Thomas in omnibus, qui & ista pone omnia tangit, & addit: In sacramentis, ea, quæ geruntur exteriùs, signa sunt rerum quæ intus contingunt. Cōfessio autem, qua quis sacerdoti se subiicit signum est interioris subiectionis seu confessionis qua se subiicit Deo. rideo sicut Deus peccata confitentis tegit, ita & confessor ea tegere debet. Et hoc oportet in sacramento pœnitentiæ significari. ideo de necessitate sacramenti est, quod confessor confessionem celet: & tanquam uiolator sacramenti excedit, qui reuelat. & ista occultatio est de iure diuino, sicut & ipsa confessio, quamuis etiam papa diuina auctoritate idem præcipiat.

De necessitate sacramenti est confessa celare.

Quæstio.

¶ Si autem quæratur, an sigillum confessionis ad alia se extendat, quàm ad ea, quæ cadunt sub confessione: Dicendum quòd non, loquendo directè, attamen indirectè extendit, se ad alia quædam, per quæ peccatum, seu peccator posset apertè, aut probabiliter deprehendi. Nihilominus etiam alia summo sunt studio occultanda propter pronitatē, quæ ex consuetudine posset oriri, & propter alias causas.

Audiens confessionē non sacerdos tenetur celare.

¶ Quæritur quoque, an solus sacerdos habeat confessionis sigillum. Videtur quòd non, quia interdum quis interpretem confitetur. Laico etiam in casu necessitatis licet confessionem audire, iuxta modum præhabitum. Et dicendum, quòd sigillum cōfessionis conuenit sacerdoti tanquam ministro istius sacramenti, quod sigillum est debitum celādi confessionem, sicut clauis est potestas soluendi.

Veruntamen

Veruntamen sicut non sacerdos in casu participat aliquid de actu clauis, dum audit confessionē pp necessitatem, ita participat de actu sigilli confessionis, atq; celare tenetur, q̄uis ꝓprio sigillum cōfessionis non habeat. Ideo tam interpres, q̄ laicus tenetur omnino celare. Similiter qui se fingit sacerdotem, vt confessiones audiendo exploret, hac fraude secreta conscientiarum confitentium sibi. Hæc Thomas.

Richardꝰ.

¶ Concordat in omnibus Albertus, Petrus, Rich. Argentinen. Durādus, alijq; cōcorditer, & addit Richardus, quòd sigillum confessionis sit etiam de iure naturali: quoniā eo ipso, quòd quis se exhibet ad audiendū confessiones, tacitè promittit se, quæ audierit celaturum. Falsus quoque est ille uersiculus.

¶ Hæresis est crimen, quod nec confessio celat. Et quamuis utile esset interdum cōfitenti, aut singulari personæ quod confessio pandereturnon tamē expedit pro utilitate communitatis, cui magis est prouidendum, q̄ particularibus quibusq; personis Vñ & quod pro charitate institutum est, oportet ali quando militare pro communi bono, non obstante quòd aliter expediret bono particulari, cui nihilominus alio modo consului potest.

Notatu dignum.

¶ Insuper alius à confessore, audiens peccata cōfitētis ignorātis hoc ipsum tenetur illa celare iure naturali diuino, ac positiuo: quia tenetur alteri facere sicut rōnabiliter uellet fieri sibi: & rursus obligatur ea uitare, quæ cedere possunt in præiudicium, & derogationem sacramenti confessionis. Tenetur item ante publicam denūtiationem in secreto corripere, ac monere confratrem, & proximum.

Auscultare confitētis secreta graue peccatum.

Sed & improbè agit sic auscultando, quemadmodū seruus auscultās à casu uel ꝓposito secreta quæ tractantur in curia dñi sui, & postmodū forinsecus ea reuelans, grauiter peccat in dñm suū, & secundum ius ciuile direpunitur. Ideo Sapiens ait: Stultitia hominis est auscultare per ostium. Præterea si sacerdos reuelet alicui peccata sibi confessi, tenetur, & alius ille ea celare, si sciat, quòd confessor prodiderit confessionem, illa sibi dicendo. Pœnitens etiam peccat, pœnitentiam sibi iniunctam manifestando, si ex hoc immineat præiudicium alicui personæ, aut confessori. ut si sibi iniunctū esset uitare familiaritatē illius uel illius personæ. Hæc Richardus,

Pœnitens q̄n celare debeat pœnitentiam iniunctam

Scotus.

¶ Quibus Scotus in aliquibus contradicit, q̄ pro lixitatē deuitās dimitto, qa nec magni sunt pōderis.

¶ At uerò Antisi. in Sūma sua lib. 4 multa ꝓscribit de his, q̄ iam satis ꝓhabita sunt. Tenet quoq;, ꝙ quis sacerdos sciat aliūde peccata confitentis, siue ante confessionem, siue post, tantum cū recipit ea in confessione non potest ea nullatenus propalare. Qm̄ ꝓ confessionis sigillum totum est Cuius opinionis cōtrarium modo ostensum est.

Antisiod.

¶ Circa hæc quærit̄, utrū clericus nō sacerdos, assumēs habitū cōfessoris, ꝓfessionesq; audiēs, & hoc facto gaudens se percipisse secreta confitentiū, possit ad sacros ordines ꝓmoueri. Ad hoc Henri. quod libeto. 11. rńdet, ꝙ si sit de tam nefando facto cōuictus, aut grauiter, probabiliterq; suspectus, sic tanq̄ criminosus ab accessu ad sacros ordines est repelēdus, prę̄sertim propter subsequeneem diffamiam. Si uerò occultum sit, poterit promoueri.

Quæstio. Henricus.

¶ Insuper quodlibeto 8. scisc̄itatur. Hēricus, utrū confessor ex confessione sciens aliquem sibi confessum uelle occidere aliū, possit illum aliū auisare, ut caueat sibi, ne occidatur. Rursus interrogat ibi, an Abbas ex confessione tantum agnoscens monachum suum esse corruptorem parrochianarū suarū debeat illum à cura remouere, & reuocare ad clau strum, ad quæ duo respondet, sicut ex Bonauentura responsum est, utpotè quòd si talis auisatio, & dispositio ab officio fieri nequeant sine manifestatione confessionis, non licebit sic auisare, neq; deponere, sed oportebit Deo committere, & orare, ut occurat periculo, & gratiā emendationis conferat monacho tali. Si uerò Abbas poterit aliàs excogitare aut inuenire iustam rationem, aut occasionē remouēdi monachū illum à suo officio, debet eum remouere, ac reuocare. & debitè disp̄linare, Conformiter dicendum de auisatione confessoris.

¶ Quæritur quoq; idē doctor, utrū sacerdos habēs potestatē absoluendi limitatā, & tñ absoluēs ab alijs ultra cōmissionem sibi factam, & ultra potestatem sibi concessam, ac postea petens, à suo superiore ratihabitionem, sufficiat illa obtenta. Respondet ꝙ non. Cum enim non habuerit potestatem absoluēdi illum, nihil fecit illum absoluendo. Hinc remittere debet talem ad superiorem à quo possit absolui, qui debet illum absoluere, aut alicui dare auctoritatem absoluendi ipsum. Hæc Henricus. Qui in quodlibetis suis hinc inde alia multa quærit de his quę infra tangentur.

Si peccata dimissa redeant. *Distin. XXII.*

CVmque multis auctoritatibus supra sit assertum in uera cordis contritione peccata dimitti ante oris confessionem uel operis satisfactionem, ei etiam qui aliquando in crimen relapsurus est, quęritur, si post cordis contritionē confiteri contempserit, uel in peccatum idem, uel simile cecderit, an peccata dimissa redeāt. Cuius quæstionis solutio obscura est, & perplexa, alijs asserentibus, alijs econtra negantibus, peccata semel dimissa, ulteriùs replicari ad pœnam. Qui uerò dicunt peccata dimissa redire, subditis se muniunt testimonijs. Ambrosius enim in his contemptus fuerit, sine dubito reuocabit sententiam, per quam misericordiam dederat, sicut in euangelio de seruo nequam legitur, qui in conseruum suum impius deprehensus est. Item Rabanus: Nequā seruum tradidit Deus tortoribus, quoadusq; egit, reputabuntur ei ad pœnam, sed etiam originalia, quę in baptismo sunt ei dimissa. Item Gregorius: Ex dictis euangelicis constat, quia si ex toto corde non dimittimus quod in nos delinquitur, & hoc rursum exigitur, quod iam nobis per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Item Augustinus: Dicit deus, dimmitę, & dimittetur ibi Sed ergo priùs dimisi, dimitte uel postea. Nā si non dimiseris, reuocabo te: & quicquid dimiserā replicabo tibi. Item: Qui diuini beneficij oblitus, suas uult uindicare iniurias nō solū de futuris pctis ueniam non merebitur, sed etiam prę̄terita, quæ iam sibi dimis-

Ambrosius super Lucæ ca. 17. Matt. 18.

Lucæ 6.

Augu. de baptismo Lucæ. 6.

Ibidem.

sa

Beda lib. 4. super Lucā. cap. 47. Matt. 12. Luc. 11. Idem ubi supra. Aug. li de baptismo. Mat. 18. Oppositio cōtra eos. Nahum. 1. Psal. 102. Aug. ist. 2. Pe. 2.

sa credabat uindictam ei replicabuntur. Item Beda. Reuertar in domū meam &c. Tremendus est ille uersiculus, non exponendus, nec culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos uacantes opprimat. Item, quęcunq; enim post baptisma siue prauitas hæretica, seu cupiditas mundana arripuerit mox omnium prosternet in ima uitiorum. Item Augu. Redire dimissa pctā, ubi fraterna charitas non est, apertissimè dn̄s in euangelio docet in illo seruo, à quo dimissum dn̄s debitū petijt, eo φ ille cōseruo suo debitum nollet dimittere. His auctoritatibus innituntur, qui dicunt peccata dimissa si replicantur, redire simpliciter. Quibus opponitur. Siquis pro peccato, de quo pœnituit, & indulgentiam accepit, iterum punitur, non uidetnr iustum. Si punitur pro eo, quod peccauit, & non emēdauit, iustitia est aperta. Si uerò requiritur, quod fuerat condonatum, uel iniustitia est, uel iustitia occulta. Vr̄ etiā Deus bis in idipsum iudicare, & duplex tribulatio consurgere, quod scriptura negat. Sed hoc potest dici, quod neque duplex tribulatio consurgere, quod scriptura negat. Sed hoc potest dici, quod neque duplex tribulatio cōsurgit, neq; iudicat Deus bis in idipsum. Hoc enim fieret, si post condignam satisfactionem, & sufficientem pœnam iterum puniret, sed non satisfecit dignè, & sufficienter, qui non perseuerauit. Debuit enim iugem peccati habere memoriam, nō ad faciendum, sed ad cauendum: debuit nō obliuisci omnes retributiones Dei, quę tot sunt quot sunt peccatorum remissiones. Tot ergo debuit cogitare dona Dei, quot mala sua, ac pro illis vsq; in finē gratias agere. Sed quia ingratus ad uomitum sicut canis redijt, ante acta bona mortificauit: & peccatū dimissum reuocauit, ut cui humiliato ante Deus peccatum dimiserat, eidem postea elato, & ingrato imputet.

Aliorum sententia.

Quæstio vnde terminatare liquitur. Matt. 15.

Sed quia absonum uidetur, ut peccata dimissa iterum imputentur, placet quibusdā neminem pro peccatis semel dimissis iterum à Deo puniri. Sed ideo dicuntur dimissa redire, & imputari, qa propter ingratitudinem ita reus, & peccator constituitur, ut ante fuerat. Sic enim quod dimissum fuerat dicitur exigi, quia remissionis perceptæ ingratus, ita reus fit ut ante fuerat. ¶ Vtrique parti quæstionis probati fauēt doctores. Ideoq; alicuiparti non præiudicans, studioso lectori iudicium relinquo. addens mihi tutum fore, ac saluti propinquum, sub mensa dominorum micas edere.

Quid sit hic sacramentum, & res.

Gandolchus. Vide de hoc notulā supra in ea. di. Gen. 2. Matt. 2. Aliorum sententia. Scd̄m hoc no. quod res præcedit sæpe sacramentum.

Post prædicta restat inuestigare, quid in actione pęnitentiæ sit sacramentum, & res. Sacr̄m enim signum est sacræ rei. Quid ergo hic signum est, & quæ est res sacra huius signi? Quidam dicunt sacramentum hic esse, quod exteriùs tantum geritur, scilicet exterior pęnitentia, quæ est signum interioris pęnitentię, scilicet contritionis cordis, & humiliationis. Quod si est, non omne sacramentum euangelicum id efficit, quod figurat. Exterior enim pęnitentia non efficit interiorem. potius interior causa est exterioris Sed ad hoc inquiunt illi hoc esse intelligendum de illis sacramentis, quæ in nouo testamento instituta sunt, ut est sacramentum baptismi, confirmationis, & corporis Christi. Sacramētum uerò pęnitentię, sicut, & cōiungij, ante tempus grātię etiam à primordio humani generis fuit. Vtrum enim institutum fuit in primis parētibus. Item si exterior pęnitentia sacramentum est, & interiores sacramenti: sæpius pręcedit res sacr̄m, q̄ sacramentum rē. Sed nec hoc inconueniens est. Nam & in alijs sacramentis, quę efficiunt qđ figurant. hoc sæpe contingit. Quidam autem dicunt exteriorem pęnitentiam, & interiorem esse sacr̄m: nec duo sacramenta, sed unum, ut species panis, & uini non duo sunt sacr̄a, sed unū. Et sicut in sacramento corporis, ita etiā in hoc sacr̄a dicunt aliud esse tantum sacramentum, s. exteriorē pęnitentiam sacramentum, & rē. s. interiorē pęnitentiā aliud rem, & non sacramentum, s. remissionem peccatorum. Interior enim pn̄ia & res est sacramenti. i. exterioris pęnitentię, & sacr̄m remissionis peccati, quā & signat & facit. Exterior quoque pn̄ia, & interioris signum est, & remissionis peccatorum.

Sūma distinctionis XXII.

HIc circa præhabita mouetur q̄stio intricata an scilicet pc̄tā dimissa, p recidiuationē, seu ingratitudinē redeāt. i. denuo, seu de nouo imputent̄. Et circa hoc duas narrat opiniones, cū rōnibus, ac motiuis earū: nec q̄stionem soluit plenariè. Deinde scrutatur quid in sacr̄o pœnitentiæ sit sacr̄m tm̄, quid res, & sacramentum, & quid res tantum. Quocirca sobriè refert aliorum positiones: & quid sibi uideatur, breuiter tangit.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primo, *Vtrum peccata semel dimissa redeant*. ¶ Circa quā quæstionem tāguntur in textu tam idonea argumenta, ut non oporteat addere alia.

Albertus.

¶ Ad istud respondet Albertus; Dicendum uidetur, quòd peccatum, nec idem numero, nec idem specie redit, nec equali reatu unquam reuertitur: sed ex ingratitudine sequentis peccati dicitur reuerti, quantum ad improperationem, ac deformitatem peccantis, quæ est ingratitudo maior quàm si ei iam ante non essent peccata dimissa: ideo ampliores increpationes meretur. Aliter intelligere nequeo, qualiter peccata dicantur reuerti. Ad quod intelligendum, quidam inuene-

runt

Ad tria pœnitēs tenetur.

sunt distinctionem eorum, quæ sunt in peccato in ipso pœnitente. Tenetur etiam pœnitens ad dolorem commissorum, & detestationem committendorum, & ad memoriam beneficiorum sibi datorum: quæ tria interrumpit sequens peccatum, idcirco innascitur ei ingratitudinis culpa, ex comparatione ad dimissionem præcedentium peccatorum: quoniam, cui multa dimissa sunt, plus regratiari tenetur, & turpius ei est contra ignoscentem peccare. Sicque præcedentia peccata non ut peccata, sed ut in tantum dimissa, dant sequenti ingratitudini quantitatem: & quo ad hanc, redire dicuntur: quia quo ad hanc quoddammodo in peccato sequenti resultant. Et si obijciatur illud Iezechiæ, Omnes iustitias, quas fecit, non recordabor ampliùs: respondendum, quòd non recordantur ad uitæ ęternæ adeptionem: attamen recoluntur ad punitionem minorem, aliàs esset hoc contra Dei misericordiā. Iustitia quoque Dei numquā ita misericordię est æqualis, quin magis sit ad indulgendum, quam ad condemnandum, quantum in se est: aliter esset crudelis. Rursus obijcitur, quod in legibus humanis seruus manumissus, propter delictum sequens in primā redigitur seruitutē. Et sanctus Iacobus apostolus loquitur. Qui offendit in uno, factus est omnium reus. Quod uidetur esse per hoc, quod omnia peccata pręterita reuertuntur in ipsum. Item ponatur, quod quis sufficienter contritus sit ad deletionem culpæ, non pęnæ, & deinceps cōtemnit pœnitere, ac confiteri, sicque decedit, constat, quòd Deus puniet peccatum, quod non puniuit homo. Non autē puniet illa Deus nisi redeant super illum: Et respondendū ad primū quod in legibus humanis multa fiunt propter cautelam, & formidinem futurorum, & talis est obseruātia legis illius, quæ seruos efficit cautiores, & terrore reuocat consimilibus malis. Deus uerò omnia agit ad normam iustitiæ, nec vuquam punit ultra condignum. Ad aliud, quod talis non punitur pro ea parte, quæ dimissa est ei, sed pro peccato præterito: quemadmodum ueniale coniunctum mortali, in æternum punitur. Talis tamen in infinitum minus punitur, quàm puniretur si nunquam pœnituiset. Hæc Albertus. In quibus quod ait, peccata nō redire eadem specie, non potest intelligi, quin peccans frequenter committit similia specie uitijs, quæ ante commisit.

Obiectio. Ezech. 18. Dilutio. Deus pronior est ad miserēdum quā irascēdum. Iaco. 2.

antisiod.

¶ Insuper Antisiod. in Summa sua libro. 4. Duę, inquit, sunt de isto opiniones. Vna, quod peccata redeant eadem secundum essentiam. Alia quod per gratitudinem. Cōtra primam opinionem obijcitur. Ponatur, quòd aliquis multa peccata mortalia fecerit, atque de omnibus condignam pœnitentiam egerit, ita, quòd si mox moreretur, euolaret: postmodum uerò recidiuum patiatur per simplicem fornicationem, non potest dici, quòd ob illam omnia peccata priora redeant super ipsum: quia peccatum corruptio est, & unum peccatum una corruptio. Alij dicunt, quòd non pro omnibus, sed specialiter pro quatuor peccatis redeunt peccata dimissa, uidelicet pro fraterno odio, pro apostasia à fide, pro contemptu confitendi, & satisfaciendi. Item pro eo, quòd quis dolet se penituisse. Quidam dicunt peccata non redire, nisi quantum ad reatum. Sed istis obiicitur. quòd multa peccata sunt istis uel quibusdam horum grauiora, sicut peccata in spiritum sanctum. Hinc conncedimus, quòd propter ingratitudinem tantum dicuntur peccata redire. Homo quippè tenetur Deo ex commisso. Nam cui plus dimittitur plus ab eo exigitur. Tenetur etiam Deo ex dimisso: quoniam cui plus dimittitur, cęteris paribus plus tenetur. ideo recidiuando magis ingratus est, & per ingratitudinem Deum magis offendit Hæc Antisi.

Quo peccata per recidiuum redeant.

Thomas.

¶ At uerò de his Thomas pleniùs, ac planiùs scribens: Oportet, ait, fateri peccata aliquo modo redire, quia auctoritates expresse hoc dicunt. Vnde quidam concesserunt hoc fieri in omni recidiuante, nec fuit eorum intentio dicere, quòd idem numero actus peccati redeat, aut eadem numero macula per pœnitentiam semel deleta. Quod enim in nihilum decidit, idem numero non ualet redire: sed ita, quòd sicut per peccata cōmissa aliquis impediatur ante peractam pœnitentiam, de eisdem ne gratiam à Deo reciperet: ita impeditur eisdem, postquā à statu pœnitentiæ decidit per peccatum mortale quo recidiuat. Si namque dicitur peccatum manere quantum ad culpam, inquantum ex actu, qui præteriit, impeditur, quis à gratiæ receptione, sicut à quodam obstaculo inter Deum, & homines posito, remitti uerò quo ad culpam. quando ratione actuum præteritorum aliquis gratia non priuatur. Verum ista opinio nequit stare: quoniam ad causandum tanebras sufficit per se utrunque horum duorum, uidelicet indispositio recipientis, & interpositio obstaculi idcirco si tenebræ debeant amoueri, oportet etiam indispositionem auferri. Sicque pœnitentia, qua tenebras peccati tollebat non solum remouebat indispositionem, quæ erat anima ad gratiam recipiendam, sed etiam remouet obstaculum præcedentis peccati: non ita, quòd actus ille non pręcessit, sed quòd non haberet vim impediendi gratiā actus ille præcedens quę uis non posset restitui actui illi nisi iteraretur qui idem numero reiterari non ualet, ideo dici non potest, quod prædicto modo peccata quantum ad maculam redeant. Alij ergo dixerunt peccata nou redire dimissa, nisi per quatuor peccata iam nominata. Sed opinio ista minus habet de ratione quàm prima: quia non potest assignari ratio cur magis per ista: cum quædam sint istis enormiora. Nec sufficit, quod dicunt Deum dimittere peccata sub conditione uitandi hæc quatuor: quoniam causa sufficiens inducit suum effectum absolutè, nil expectans in futuro. Gratia autem & passio Christi sufficienter se habent ad omnem culpam delendam. Nec est ratio, cur peccata dimittantur potius sub conditione uitandi hæc quatuor, cū omne peccatum mortale contrarietur gratiæ, per quam fit peccatorum remissio. Hinc dicendum cum alijs, quòd aliquid potest redire dupliciter; Primò, in se, & sic peccata dimissa nullatenus redeunt, quantum ad maculam per consequens nec quantum ad reatum. Secundò, quo ad suum effectum. sicq; peccata dimissa redeunt, inquantum ex peccatis dimissis in sequentibus relinquitur aliquid; quia ex hoc, quòd homo Deum peccando offendit etiam post remissionem præcedentium peccatorum, ipse actus sequentis peccati quandam ingratitudinis deformitatem aquirit. Hinc communiter dicitur, quod quantum ad ingratitudinem redeunt. Circa hoc quęritur, an ista ingratitudo sit speciale peccatum Dicendum, quòd ingratitudo est priuatiua gratiarum actions, quæ respicit dationem. Datio quoque duplex. Vna, quæ respicit debitum, quod uel nunc existit, ut cum quis alicui reddit, quod debet, uel ut ei debitum fiat, ut dum aliquid emit, ut ei illud debitum efficiatur, quod propriè do-

Redire q̄ bifariā dicitur.

natio

natio nominatur, & ad iustitiam spectat. Alia uero ad liberalitatem, quia ad hãc non inclinat nisi dandi uoluntas. ideo gratuita dicitur, talique donationi gratiarum actio propriè exhibetur, ex cuius defectu dicitur homo ingratus, & tanto plus quanto amplius ab illa recedit. Cuius ingratitudinis primus gratus est, dum homo negligit effectualiter retribuere aliquid pro beneficijs sibi datis. Secundus gradus, quando ea cum affectu contemnit: Tertius, dum obliuiscitur ea. Quartus, retribuere mala pro bonis. Ingratitudo ergo, quantum ad primos tres gradus semper est speciale peccatum: sed quo ad quartum, est deformitas quædam peccato annexa: quia indebitè fieri in cludit culpã. Ex hoc autem, quod dicitur fieri contra beneficientem, additur circunstantia aggrauans, quæ est ingratitudo. Cumque omne peccatum sit contra Deũ ideo ex quolibet peccato ingratitudinem homo incurrit: quoniam est in ipse nobis summè benefi cus, atque per hunc modum quodlibeto peccatum post beneficium remissionis peccatorum ingratitudinem habet annexam. Hinc ingratitudo secundum quam peccata redire dicuntur, non est speciale peccatum, quamuis aliqua ingratitudo peccatum sit speciale.

Innocens nõ minus quã pœnitens tenetur gratias Deo.

¶ Deniq; cũ innocentię cęteris paribus sit malus bonum, quam pœnitentia, aut recuperata iustitia, loquendo in generali, innocens magis tenetur Deo re gratiari, quàm pœnitens. Pensando tamen id, quod est gratis dare, pœnitens magis tenetur gratias agere: quoniam magis otium atque gratuitum est sibi gratiam dare, quàm innocenti: sicut, & magis elongatus est à debito recipiendi gratiã ipsam, qua peccando se fecit indignum. Amplius, per reditionem ista peccatorum propter ingratitudinem, non consurgit tantus reatus, quantus fuit omnium præcedẽtium peccatorum, sicut nec tanti peccati enormitas Quo enim maior est gratuitas culpę, eo & maior reatus seu obligatio ad pœnam concommitatur. Peccatum quoque, per quod quis recidiuat, frequẽter est multo minus, quàm peccatum præcedens de quo ante pœnituit, ut dum post remissionem homicidij, & adulteri quis cadit in simplicem fornicationem, ac furtum.

¶ Præterea quęritur, an per ingratitudinẽ redeãt uenialia peccata dimissa, peccatum quoque originale. Dicendum quod eo modo, quo peccata mortalia per ingratitudinem redeunt, & uenialia quoq;. Quemadmodum enim beneficio, & gratię Dei ascribenda mortalium peccatorum remissio, ita & uenialium, Atque secundum quod beneficium remissionis contemnitur quodammodo in peccato sequenti, secundum hoc peccata dimissa per ingratudinem redire dicuntur. Conformiter redit, & originale peccatum, quia & ipsum beneficio gratię tollitur in baptismo, non tamen reddit in se, sed modo præfato. ideo non oportet medicinam eius redire.

¶ Quæritur quoque, utrum, per quatuor illa peccata prædicta potius redeunt peccata dimissa, quã per alia uitia. Et dicẽdum, quòd quamuis etiam per alia redeant, in istis tamen quatuor est aliquid speciale præ aliis, quia non solum sunt contra remitentẽ pctã, quod in aliis quoq; peccatis est, sed etiam sunt contra remedium, quo dimittuntur peccata. Remisio quippè peccatorum primò attribuitur fidei: secundò, charitati, tertiò, pœnitentiæ. Hinc apostasia à fide, & odium fraternæ charitatis, & contemptus pœnitentiæ, ac dolor de bono peracto, specialiter faciunt peccata redire, non ratione grauitatis maioris, sed ob causam iam tactam:

¶ Ampliùs quæritur, utrum recidiuans teneatur confiteri propria sua peccata, de quibus confessus est. Et respondendum, quòd imo, secundum opinionem dicentium peccata dimissa redire quantum ad culpam, seu quantum ad reatum: quia sic recidiuans subiaceret eis, ut priùs. Secundum aliam uerò opinionem, quæ dicit ea redire solum quantum ad ingratitudinẽ, est duplex opinio. Vna quod si confiteatur recidiuans eidem sacerdoti, cui ante confessus est peccata illa dimissa, nondum oblito illorum, non tenetur illa iterum confiteri nisi in generali, ut ingratitudine se excuset, dũmodo de prioribus peccatis ante recidiuum satisfecerit. Si uerò ante peractam satisfactionem recidiuet, tenetur oĩa peccata illa primò, etiã in speciali iterum confiteri. Porrò si cofiteatur alteri sacerdoti, uel eidem priora peccata oblito, siue ante recidiuum satisfecerit, siue non tenetur omnia peccata priora confiteri in speciali, quatenus quantitas ingratitudinis suæ sacerdoti pateat. Alii dicunt, quòd nullum horum sit necessarium, ita q; recidiuans, nec in generali, nec in speciali peccata priora confessa reconfiteri tenetur quia nõ redeunt eadem numero, & iam ante dimissa sunt. Tertia, & rationabilior opinio est, quòd recidiuans non tenetur peccata priora, confiteri directè, sed indirectè, secundum quod sufficere poterit ad cognoscẽdum ingratitudinem suam à sacerdote, ut etiam sic agnoscat, qualem, & quantam pœnitentiam recidiuanti iniungere debeat. Hæc Thomas in Scripto.

Gulielmus Parrhusiẽ.

¶ In prædictis responsionibus de reditu peccatorum, concordant Bonauentura, Petrus, Richardus, Scotus, Argentinensis, Durandus, cæteriq; communiter.

Sapien. 8.

¶ Preterta à prædicta communi positione doctorũ de reditu peccatorum, Gulielmus Parrhisiensis in suo sacramentali dissentire videtur, ubi de his subtiliter, imò, & satis terribiliter loquitur: Vt inquiens ista de peccatorum redditu expediamus, dicimus, quòd lex iustitiæ est, & rectitudo coram Deo, ut in eo quis puniatur, in quo delinquit: & per quæ quis peccat, per hæc torqueatur. Horum etenim, debitores sumus in alios, quæ maximè à Deo accipimus Quod, & in se omnes creaturæ ostendunt. Nam quę lucem à creatore copiosiùs susceperunt, hanc aliis magis largiflue communicant, & transfundunt. Ita de calore, odore, sapore, & cõsimilibus põt perpẽdi ita ut nulla creatura sibi soli donum aliquod susce pisse videatur, sed potius illud, quibus potest communicare. Hinc reus est furti in alios, qui bonum de super sibi collatum, sibi soli uult retinere, atque iniuste appropriare desiderat. Ideo qui misericordiam aliis impendere renuit, fontem misericordiæ obstruit sibiipsi. Vnde dum proximo ignoscere differt nec à Deo miserationem, sed iram accipere promeretur, Quod ergo peccata, ut odium in misericordia, & cętera, faciunt peccata redire, non est præ sua enormitate, sed ex sua natura, qua Deum & gratiam atq; clementiam eius impugnant in suis ministris, quemadmodum rex terrenus interdum inpugnatur in subditis suis ab aduersario suo. Talis ergo facit Deum esse aduersarium suum: Et si dicas, uerum est in his, in quibus peccat, non in his, quæ Deus iã ante ex sua misericordia ei indulsit. Respondemus, quòd imo: quoniam ipse Deus testatus est, qua mensura mensi fueritis, remettetur uobis.

Hæc

Hæc est ergo iustitia propter quam dimissa debita repetuntur: quoniam dimittenda non dimittuntur. Accedit ad hoc, & ingratitudo, cuius iustissima pęna est, ut bñficio dato priuetur, & ita æqualis grauitatis esse uidentur, unumquodq; peccatũ, & ingratitudo de remissione ipsius: & ita propter ingratitudinem iustè aufertur, ac reuocatur facta remissio, & incipit homo ingratus denuo esse debitor pœnæ sibi ante indultæ. Ex quo sequitur manifestè, per ingrati tudines suas peccatorem fieri debitorem tantarum pœnarum, quantæ sibi priùs debebãtur pro omnibus suis peccatis. Insuper dicimus, quia quocunque peccato mortali quo quis recidiuat, indubitanter extinguit in se gratiam Dei quã Deo extitit gratus. Ideo quoq; extinguit in se sequelam, seu effectum gratiæ, utpote remissione ante concessam. Sicut enim nõ potest præstari peccatorum remissio sine gratia, ita nec esse. Amplius, sicut diuidi gratia non potest, ita ut aliquis partim sit sanctus, & partim peccator: ita nec remissio peccatorum, ita ut in parte teneantur, & in parte dimittantur. Deniq; si quis hostium principi recõcilietur, atq; a principe in donum recipiat castrũ, deinde rege offenso redeat ad hostes ipsius, nunquid solum illud castrum amittet? nonne omnia si bi a rege collata amittet, & remissione, ac condonatione sibi exhibitis indignus cẽsebitur, magisq; displicebit, quam ante? Hoc exemplo multisque similibus pensa, quod recidiuantes, in iram, quam pœnitẽdo effugerant, relabuntur. Summa autem omnium horum est, pœnas peccatorum iam dimissorum redire ex integro de iure, atq; iustitia, uel potius ipsos peccatores recidiuantes recidere, ac redire in ipsas, quantum est de iure, ac iustitia meritorum. Fines uero, seu limites misericordiæ Dei, nec hic nec alibi præscribimus, aut artamus: imo immensitatem eius iugiter ueneremur, ac prædicamus. Hæc Guliemus. ¶ Qui de his scribit diffusè, ac diligenter legenti formidinem incutit grandem. Aliarum etiam opinionum soluit obiecta, & sentire uidetur, quod non solum per quatuor præfata peccata, sed & per unum, quodq; mortale peccatum, quo quis recidiuat, uniuersa peccata dimissa redeunt quantũ ad pœnã, q; & per multas similitudines probat. Hocq; ad minus conuincit, quod peccata uehemẽter, imo ineffabiliter aggrauantur, recidiuationem frequentem. Ideo metuendissimũ super sanctissimi Dei iudicium anxiè, ac maximè formidemus, atq; a peccato præsertim a recidiuo, quasi a facie draconis, ac basilisci fugiamus, & qua si tumentes super nos fluctus timeamus altissimũ.

Quantum malã ingratitudo & quãtã noceat.

Similitudo.

Eccl 21. Iob. 31.

¶ Quærit etiam idem doctor, an post quodcũq; mortale peccatum quo quis recidiuat, sit confessio re integranda ex integro, & responsio eius ad hoc, concordat præinductis ex Thoma. idcirco pertranseo.

QVAESTIO II.

Quæstio.

INsuper quæritur, *quid in hoc pœnitentiæ sacramento sit sacramentum tantum, quid res, & sacramentum, & quid res tantum*. ¶ Et de his dictum est supra pauliper. De his namque secundum magistralem processum potius agendũ fuisset circa principium tractatus de hoc sacramẽto, præsertim de eo, quod post hæc in fine distinctionis istius inquiritur, utrum pœnitentia sit unum sacramentũ &c. Itaq; Thomas circa hæc loquitur: In quolibet sacramento fit quidam motus, seu promotio suscipientis sacramentum ad aliquam sanctitatem. In motibus autem corporalibus quandoq; id, quod mouetur non cooperatur ad motum nisi recipiendo impressionem agentis, sicut in generatione, & quando, res acquirit aliquam perfectionem, ad q̃ ex se nequit pertingere, ut dũ aer illuminatur, seu paries depingitur. Interdum autem perfectio, seu forma priùs susceptа, est sufficiens principium motus illius, ut in motu naturali locali. Quandoq; perfectio ante habita, non sufficit ad producendum effectum, sed cooperatur agenti: sicut dũ ars iuuat naturam. Et iuxta hos tres modos, fit etiam motus ad sanctitatem. In baptismo namq; tota sanctificatio est ab extra: Vnde & signum sacramẽtale in eo est materia extra appositа, non actus aliquis baptizati. Similiter confirmatione, eucharistia, extrema unctione, ac ordine, quæ ordinantur ad sanctitatẽ superadditam sanctitati in baptismo acceptæ. In promotione uerò ad sanctitatem per propriũ meritum, sufficit principium intus existens, ut gratia: ideo habens gratiam sine aliquo signo exteriori adiuncto ad hanc promotionẽ pertingit per actus suos, quia in eo spiritualis uita est integra, sed in eo, qui post baptismum peccat, spiritualis firmitas uitæ, scilicet gratia, & charitas, tollitur: quæ tamen manent in radice, hoc est, in fidei sacramento: sicut in eo, qui infirmatur perniciosè, radix uitæ manet in corde. Hinc ad reparationem pristinæ uitæ integritatis, ac gratiæ, potest homo cooparari per id, quod adhuc retinet: non tamẽ sufficit nisi exterius iuuetur: quoniam spiritualis uita non est in eo integra. Hinc in sacramento pœnitentię, quod ad reparationem hanc ordinatur, sacramentale signũ non est aliqua materia foris adhibita, sed exteriores actus, quibus homo ad suam cooperatur salutem: & complemẽtum reparationis a causa extrinseca significatur per absolutionem sacerdotis, sicut materia in aliis sacramentis per ministri sanctificationem, efficaciam recipit sacramentalem, idcirco in sacramento pœnitentiæ exterior pœnitentia signum est sacramentale. Hinc dum sacramentum dicitur materiale elementum. sumitur elementum extensè pro quocunq; sensibili signo.

Motus quis fit ad sanctitatem.

Thomas eadem. 2. q 2 ad 1.

¶ Porrò, dum quæritur, an interior pœnitentia sit res sacramenti istius: dicendum: quòd res cuiuslibet sacramenti, suo sacramento proportionatur Exterior autem pœnitentia, quæ est sacramentum tantum in hoc sacramento, est sacramentum ut signum tantum ex parte actus pœnitentis: sed ut signum, & causa simul, si actus pœnitentis uniatur actioni ministri. Hinc interior pœnitentia est res pœnitentiæ exterioris, sed ut significata tantũ per actum illum exteriorem. Vt significata autem, & causata per actus eosdem, adiũcta absolutione ministri, per quam homo ad gratiam disponitur, ita est res, & signum, quemadmodum in sacramento eucharistiæ corpus Christi uerum, est res significata tantum per species panis, & uini, sed ut causata per uerba ministri. sicq; duo simul iũcta sunt signũ, & causa. Si autem obiiciatur, quod res sacramenti nunquã est causa signi sacramenti, interior aũt pœnitentia est causa exterioris pœnitentiæ: rursus interior pœnitentia est dolor cordis, seu ipsa contritio quę est pars sacramenti, non, ergo est res ipsius, & respondendum, quòd interior pœnitentia, inquantum est actus uirtutis, est causa exterioris, quẽadmodũ in cæteris uirtutibus actus interiores sunt causæ exteriorum; sed inquantũ est actus cooperãs ad sanationẽ peccati, ẽ interior pnia: nec

Quæstio.

In sacramento signum, & causa.

Obiicio.

Dilucio.

est actus exterioris, sed effectus, seu signatū ipsius. Non enim habet efficaciam contra morbum peccati, nisi ex suppositione pœnitentiæ exterioris, & desiderio absolutionis. Ad secūdum, quod illa duo stant simul secundum rationes diuersas,

Quæstio. ¶Atuero si quæratur, utrum remissio peccatorum sit tantum res huius sacramenti, dicendum ꝙ res alicuius sacramenti est non tantum, quàm efficit actualiter dispensatum, sed etiam ut in proposito existens. Cumq; pœnitentia in proposito existens, efficiat remissionem peccatorum non solū quo ad pœnam, sed etiam quo ad culpam. Ideo remissio peccatorum utroq; modo est res pœnitētiæ sacramenti, quæ aliquando tempore præcedit sacramentū sacramentum exteriùs, aliquando autem in ipso efficitur, ut dum attrito obicem non ponenti, datur, in ipsa confessione, & absolutiõe gratia, atq; remissio. Vnde super illud, Confessio, & Psalm.95. pulchritudo in conspectu eius, ait Glossa: Si amas pulchritudinem, confitere ut sis pulcher. i. iustus.

Quæstio. ¶Præterea quæritur, an pœnitentia sit unum sacramentum. Et respondendum, quòd quando effectus procedit ex pluribus causis congregatis, tunc nulla earum est per se causa plenaria, ut patet de trahentibus nauem. Cum ergo effectus pœnitentiæ non sequatur, nisi aliquo modo concurrentibus omnibus, quæ ad pœnitētiam requiruntur, omnia illa simul sumpta, habent rationem unius causæ perfectæ respectu illius effectus. Cumq; sacramenta efficiant significando, ideo etiam omnia illa simul habent rationem unius signi, dū unumquodq; eorum imperfectè significat illum effectum ideo omnia ista simul sunt unum sacramentum.

¶Deniq; in sacramentis, in quibus sunt materia, & forma, significatio principaliter est ex parte materiæ, efficatia ex parte formæ: idcirco cum actus pœnitentis in hoc sacramento sint sicut materia, & absolutio sacerdotis, ut forma, ideo sacramentū hoc quantum ad hoc rationem significandi, principaliter consistit in actu pœnitentis, sed quantum ad efficaciam in actu sacerdotis, id est, absolutione. Hinc partes pœnitentiæ assignātur ex parte pœnitentis magis, quàm absoluentis, & sicut prolatio formæ uerborum in baptismo non diuiditur circa tres immersiones, sic absolutio sacerdotis non ponitur pars contra tres alias pœnitentiæ partes distincta.

¶Amplius quæritur an uerba absolutionis debeant per modum deprecationis proferri. Respondetur, quòd quædam sunt sacramenta in quorum Quæstio. susceptione, seu administratione semper consequitur aliquis effectus in suscipiēte, ut in omnibus sacramentis, quæ characterem imprimunt, idcirco in illis propter certitudinem uerba exprimunt pręsentialiter sacramenti effectum, uel modū indicatiuum, ut in baptismo, & cõfirmatiõe: uel per modum imperatiuum, ut in ordinis sacramēto. In pœnitentia autem impeditur omnino effectus absolutionis per indispositionem uoluntatis, attamen absolutio quantum est de se, sufficienter, certitudinaliterq; inducit effectum, nisi aliunde sit impedimē-
Absolutio nē præcedit oratio misereat. tum. Ideo absolutio per indicatiuum fit modum, sed præmittitur oratio illa: Misereatur &c. ne effectus absolutionis impediatur, tamen non est de esse sacramenti, sed de bene esse ipsius.

Quæstio. ¶Postremò hic quæriē de institutiõe huius sacri & an fuerit institutum ante saluatoris aduentū, uel solum in euangelica lege. Dicendū, quòd sacramētū pœnitentiæ cõsistit in determinato modo agendi, qui modus non extitit semper, nec idē est apud omnes: ideo est institutum. Porrò dum aliquid uariatur, seu diuersificatur, quod est de essentia rei, non est res penitus, eadem numero. Cumq; determinatus modus pœnitentiæ, qui in ecclesia obseruatur, sit de essentia eius, nec fuerit ante aduentū Christi: constat quòd nec ante hoc tempus fuerit, istud sacramentum, quamuis aliquid simile fuit ante. imo & in lege Moysi erat aliquis determinatus modus, alius tamen, quàm modo. In lege uero naturæ nō fuit aliquis modus eius determinatus, sed unusquisq; modum pœnitendi exercuit, prout uenit in mentem ipsius: quoniam omnia sacramēta uoto celebrabantur. secundum Hugonem.

Sacramento pœnitētiæ simile qđ fuit in veteri testamento.

¶Præterea aduertendū, quòd pœnitētia a Christo est instituta in diuersis locis, quātum ad diuersa. Nam quantum ad utilitatem, instituit eam, dicēdo illud Matthæi: Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Quantum uero ad necessitatem, dicendo illud Lucæ, Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis: Quantum demum ad clauium potestatem, cū dixit Petro illud Matthæi. Quodcunq; ligaueris super terram. In Iohanne quoq; omnibus simul: Quorum remiseritis peccata &c. De modo quoq; pœnitentiæ aliquid dixit per apostolum Iacobum: Confitemini alterutrum peccata uestra, & cętera. Hæc Thomus in Scripto.

Pœnitentia vbi sit instituta. Matth. 4. Luc. 13. Matth. 16. Iohan. 20. Iaco. 5.

¶Concordat Petrus, & ad istud, an pœnitētia sit unum sacramētum, respondet sicut supra ostēsum est ad hoc, an eucharistia unum sacramētū cōstat, & addit. Duplex est pœnitentia, una exterior, quæ est sacramentum tantum, & interior, quę est res, & sacramentum. Est enim res respectu exterioris pœnitentiæ, & sacramentum respectu remissionis peccatorum, seu gratiæ, quæ confertur, uel incrementum ipsius. Etenim res sacramenti dici potest quam efficit sacramentum. Deniq; circa pœnitentiam tria considerātur. Actus pœnitētiæ interior, actus quoq; exterior, & modus determinatus in utroq;. Quo ad primum, pœnitentia fuit in lege naturæ, uideli cet quo ad contritionem internam. Quo ad secundum, fuit in lege. Moysi, quæ præcipit pro diuersis peccatis certa, & exteriora sacrificia Deo offerre. Quo ad tertium, institutа est, & seruatur in noua lege, quæ iubet confessionem homini facere distinctè, atq; ad arbitrium satisfacere confessoris. Et ab hoc ultimo habet, ꝙ sit sacrm euāgelicæ legis, i. signū, & causa remissiōis peccatorum. Hæc Petrus.

Petrus.

¶Idem Richardus. Qui addit. Pœnitētia, ut ē uirtus, aut actus uirtutis, est de lege naturæ, qm naturalis ratio dictat, ut homo de suis doleat culpis, & ita non est ex institutione. In quantū uero est sacramentum, est ex institutione diuina.

Richard.

¶Porrò Bonauentura: Dupliciter, ait, est loqui de pœnitentia. Primo, ut est recōciliatiua Deo. Secundo prout est reconciliatiua non solum Deo, sed item ecclesiæ. Primo modo est de dictamine legis naturalis, tamen cum aliquanta fidei illuminatione: & sic fuit insinuata magis, quàm instituta. Fuitq; insinuata quando dominus dixit ad Adam post lapsum: Adam, ubi es, id est, uide, ꝙ insipienter egisti. Loquendo de pœnitentia ut est sacramentū fuit instituta in lege Moysi imperfectè, quia tunc nōdū facta fuit recōciliatio generis hūani nec pfecta unitas populi Dei. In noua uero lege post Chri, incarnationē īstituta est pfectè. Exterior quoq; humiliatio i cōfitendo, signum est pęn itētię interioris

Bonauen.

Gene. 3.

ris. Hæc Bonauentura. Cuius uerba de his introducta sunt supra, sicut & dicta Antisiodorensis.

Henricus. ¶Præterea de ista materia plurimas quæstiones mouet. Henricus in quodlibetis, præsertim circa principium decimi quodlibeti. Primò, an error sit dicere confessum alicui, qui potest absoluere, quāuis non nisi ex gratia, & priuilegio, teneri iterum eadem peccata illi confessa confiteri proprio sacerQuæstio. doti, de iure communi uirtute illius statuti. Omnis utriusq; sexus. Quam quæstionem sæpiùs mouet, si cut, & superiùs mota est: & respōdet ad illam hic, si cut, & anteiam patuit. Secundò, utrum ex confessione per priuilegium de absoluendo a peccatis, simpliciter concedetur potestas absoluendi a maioribus criminibus, quæ sunt episcopis reseruata. Et probat, quòd non, etiam ex tenore priuilegiorum fratribus ordinis medicantium cōcessorum, & ita ipsi fratres communiter tenent. Nā ab episcopis petunt autoritatē, atq; licentiā absoluēdi ab epicopalib⁹ casib⁹. Tertiò, vtrū episcopi tenentur iuxta co tenta in iure eos punire, ꝙ non confitētur semel saltem in anno proprio sacerdoti, ita vt uiui arceantur ab ingressu ecclesiæ, & mortui sepultura priuentur. Et respōdet, quòd imo præsertim particulares personas. Nam communitati parcendū est, nisi ex hoc timeatur de malo grauiori, uidelicet derogatione prælationis, ut in proposito. Si autem episcopum lateat, an generali illi statuto de semel confitendo in anno proposito sacerdoti, derogatum sit per priuilegium sequens, debet executionem illam pœnalem differre, quousq; se faciat informari, & certificat de sua dubitatione, sicut nūc inquit, est declaratum. Verum de isto superiùs dictum est pleniùs. Quartò, an expediat subditis pro Quæstio. sua uoluntate eligere confessores. Ad quod respondet distinguendo, atq; dicendo, quòd non liceat, uel expediat hoc fieri passim, & sine rationabili causa, ac præter licentiam proprii sacerdotis, aut superioris: qm̄ multa mala sequerentur ex hoc, utpotè, ꝙ multi eligerent sibi confessores minus peritos, & laxos, sibi superfluè condescendentes &c. Interdum uero id expedit ex rationabili causa, & cū prætacta licentia, uel consensu &c. De his multa ꝙ scribit, quæ recitatiuè magis, q̄ assertiuè cōmemoro: quia per tēporis lapsum diuersa priuilegia sunt concessa, quæ quantum expediāt dominus nouit. Qui autem de his pleniùs appetit informari, ad p̄tacta quodlibeta, ac alia scripta recurrat.

Quæstio. ¶Alibi quoq; quærit, utrum abbas, aut prælatus religiosi confessiones audientes, possit ei subtrahere aliquem casum, qui aliàs pertineret de iure ad ipsum. Et respōdet, quòd ex rationabili causa hoc pōt, quando subditus ille non habet ordinariam iurisdictionem audiendi confessiones, sed solū ex superioris sui commissionem audit eas. Tunc em̄ potest ei totam auctoritatem illam auferre. Si autem inferior habet aliquam ordinariam auctoritatem, & iurisdictionem audiendi confessiones subditorum suorum, ut sacerdotes curati: tunc episcopus non potest eā tali auferre ad placitum, imo tenetur generalem cōsuetudinem ecclesię custodire & ordinationē eius seruare, nec pōt eam solus mutare, ubi ex cōmuni iure ordinario, uel ex cōsuetudine sana, & pscripta, q̄ in hoc iuris habet uigorē, epi curati iurisdictionē sibi annexā, ac debitam sortiūtur. Nō inquā, potest hoc sine legitima causa, qa superiores tenentur inferioribus iura sua custodire illæsa. Et hoc solū dicimur posse, quod possum⁹ de iure. Si autē habeat pſul curatū suspectū de aliquo crimine, pōt sibi subtrahere absolutionē a tali facinore. De casibus autem a iure reseruatis superiori prælato, potest ei committere totum, uel partem, uel nihil, quēadmodum alteri, qui ex officio nullam habet iurisdictionem.

Pralati possunt authoritatē suā cōmitteri alteri.

¶Amplius si quæratur, utrū prælatus possit subdito suo confessiones audienti concedere plures casus a quibus absoluat, quàm iura concedunt: dicendum, ꝙ quia prælati superiores habēt solicitudinem generalem, & immediatā super omnes subditos suos, sicut papa in uniuersali ecclesia, & episcopus in diœcesi sua, & abbas in monasterio suo: nec tamen per se sufficiunt ad exequendum effectū immediatè in omnes, idcirco de iure, & de cōsuetudine consona iuri, habent ꝙ ea, quæ ad se specialiter pertinet, alij queant committere: & hoc liberè, quoniam nulli alij ex officio competunt: & illi sunt casus super eos, qui sunt eis à iure concessi & hos ipsis concedere possunt.

Quæstio. ¶Quæritur quoq;, an sacerdos subditus possit cōfitentē absoluere a casibus pertinētibus ad se, & de aliis remmittere ad superiorem Dicendum, ꝙ quibusdā uidet, ꝙ sicut cōtritio integra debet esse de omnibus peccatis & similiter confessio: ita & sacramētalis absolutio. Sicq; respondendū esset negatiuæ ad quæstionem, atq; in tali casu confitent tenerē omnia sua peccata superiori confiteri, & ab omnibus simul absolui, ne confessio medietur. Sed huius contrarium uidemus communiter obseruari in uniuersali ecclesia, tam in curia summi pontificis, q̄ aliorum pōtificū. Etenim pōtifex summus missos ad se pro absolutiõe in casibus ad ipm specialiter pertinētibus, absoluit, & diœcesanis rescribit episcopis. Tali, quē de tali crimine ad te recemittimus absolutum, pœnitētiā salutarē iniungas. Nec fit mētio ibi de aliis suis peccatis. Similiter agunt episcopi circa missos ad se a curatis. Nec dicere fas est, quòd ecclesia in his errat. Idcirco ad q̄stionem respondendum est affirmatiuè. Si aūt omni mō uelit, quis dicere, quòd absolutio debet unica esse: dicamus, quòd prima absolutio sit sub rati habitione de secunda sequente, ita quòd factum in prima suspēditur, nec habet effectum nisi ueniēte secunda, & tunc secunda absolutio agens in uirtute propria, ac præcedentis efficit totū, & primā ratificat: imo ambæ simul sunt quasi absolutio una cōpleta. Veruntamen in prima absolutiõe nulla debet apponi conditio de secunda, nec econtra: quia de iure talis ꝓditio subintelligit̄ satis. ideo inferior absolutè debet absoluere de pertinentibus ad se, & de aliis ad superiorem remittere: quē si confitēs ille non uellet accedere, de nullo peccato esset absoluendus, utpote impenitens, & rebellis.

Quæstio. ¶Iterum quæritur, an inferior possit illū absoluere de pertinente ad superiorem, sub ista cōditione, si superio ratum habuerit. Itēq;, an possit illum absoluere de pertinentibus ad se ad tempus, quousq; superiori confiteatur. Et respondendum ad duo hęc, quòd inferior de culpis pertinentibus ad se, statim debet, & potest illum absoluere absolutè non sub aliqua conditione, si de illis postea absoluatur a superiore: nec ad tempus, quousque a superiore absoluatur: non enim ualeret absolutio taliter facta, quoniam uerba sacramentalia nullum habent effectum, nisi sub illa assertione, ac forma uerborum, sub qua sunt diuinitus instituta, q̄ certū est instituta esse sub assertione absoluta, sicut cū dr, Ego absoluo te. Hæc Hēric⁹ primò quodlibeto.

¶Deniq; de forma sacramēti isti⁹ scribit Thomas

[Thomas.] in tertia parte: In qualibet re perfectio attribuitur formæ. Cumq; sacramentum pœnitentiæ perficiat̃ per ea, quæ sunt ex parte sacerdotis, oportet, quòd ea, quæ sunt ex parte pęnitentis, siue sint uerba, siue facta, sint quædam materia huius sacramenti: & q̃ ex parte sunt sacerdotis, sint quasi forma. Et quoniã sacramenta nouæ legis efficiũt, quod designãt, oportet, ut forma sacramẽti significet id, quod agitur in sacramento proportionabiliter materiæ sacramenti. [Quæ sint verba absolutionis de forma sacramenti.] Hoc autem sacramentum consistit in remotione impedimentorum gratiæ, ac salutis, uidelicet peccatorum, secundum quod peccata dicuntur materia eius: & talis remotio significatur à sacerdote cum dicitur. Ego te absoluo. Vnde patet, [Prouer. 5.] quòd ista sit huius sacramẽti conuenientissima forma, ego te absoluo. Peccata namq; sunt quasi uincula, [Matt. 16.] secundum illud in Prouerbijs: Iniquitates suę capient impium, & funibus peccatorum suorũ cõstringetur. Sumit̃ quoq; hæc forma ex uerbis Christi ad Petrũ: Quodcunq; solueris super terram &c. Sed quia sacerdos absoluit sicut minister Dei, additur aliquid ad Dei pertinens potestatem, & primam, ac summam auctoritatem, dum subditur: In nomine patris, & filij, & spiritussancti, uel per uirtutem passionis Christi, uel auctoritate Dei. Verun tamen cum hoc non sit determinatum ex uerbis Christi, quemadmodum in baptismo: ideo talis appositio relinquitur arbitrio sacerdotis, nec est de essentia formæ. Ista quoque expositio, ego te absoluo, idest absolutum ostendo, quamuis sit aliquo modo uera, non est tamen perfecta: quoniã sacramenta nouæ legis efficiunt, quod designant: ideo absoluendo cooperatur ad absolutionem per modum supra expressum. Hæc Thomas. Aliqui tamen dicunt, quòd uerba illa diuinam potestatem principaliter absoluentem significantia, necessariò sint addenda.

[Gulielm' Parrhisiẽ.] ¶Postremò circa præhabita scribit Gulielmus Parrhisiensis in suo Sacramentali: Nominemus, & numeremus iam officia cõfessoris. Horum primũ, pręcipuumq; cõsistit sanctificare, quia p̃ ablutionẽ bedictionem inuocationemq; confessoris, uincula uitiorum disrumpuntur in cordibus pęnitentium, [Cõfessorũ officia.] maculæ absterguntur: quia gratiæ infunduntur, ueniæ, ac remissiones gehennalium tormentorum præstantur. Secundum officium confessoris est iudicare, ex quo incumbit ei scire singulorum uitiorum iustitiationes proprias, & ipsa uitia dignoscere, abinuicemq; distinguere, & qua pœna unumquodq; plectendum, ac castigandum sit scelus. Tertium confessoris officium est Deum homini pacificare, & Deo hominem reconciliare: idcirco necessarium ei est scire uias, & modos reformandi pacem, iniungendo congruam satisfactionem: sicq; inducere hominem ad honorificentiam Dei in omnibus, quatenus quot modis, & uiis ipsum inhonorauit, offendit, atq; a se expullit, tot modis, uiis, ac mediis ipsum studeat honorare, placare, & & ad possidendum, ac inhabitandum cor suum reducere. Quartum officium confessoris, est officiũ medici spiritualis: & quicquid exterior medicus agit ad corporalium ægritudinum curationẽ, hoc ipse spiritualiter, ac sapiẽtialiter operetur ad uitiorum eradicationem, ad infirmitatum animæ medicationem, ad uulnerum, ac læsionum mentis medelam. sicq; unicuiq; morbo interiori, tentationi, deformationi, ac lapsui apta, ac optima applicet remedia, & emplastra. Et linguam haheat eruditam ad instruendum, ad consolandum, ac consulendũ, ad increpandum, & inflammandum, ad confortandum, & conseruandum in omni bono. Quintum officium eius est, obsequium obstetricis: quatenus sicut obstetrix recipit, inuoluit, custodit, protegitq; infantulũ: sic ipse brachiis charitatis, huberibus consolationis, & directione in omnibus suscipiat, amplectatur, dirigatq; confessum. Sextum officiũ est, ut ipsum instar piissimi patris spiritaliter amplexet̃, enutriat, ac gubernet. Septimũ ẽ, ut ip̃m instar nutricis charitate tractet, cõpassiue refoueat, & in suo circũferat corde. De his doctor ille deuotè, ac diffusè prosequitur, & sensum magis, quàm uerba eius expressi.

De sacramento unctionis extremæ.
Distin. XXXIII.

PRęter præmissa est etiam aliud sacramentum, scilicet unctio infirmorum quæ fit in extremis oleo per episcopum consecrato. Et sunt tria genera [De unctionis extreme sacramento. De tribus generibus vnctionis.] unctionis. Est enim unctio, quæ fit chrismate, quæ dicitur principalis unctio: quia in ea principaliter paracletus datur. Vnde & propter abundantiam gratię duos liquores mixtos habet, oleum scilicet, & balsamum: oleum conscientiæ, balsamum bonæ famæ. Chrisma uero græcè, unctio latine dicitur. Nec tamen omne oleum ad unctionem sanctificatum, chrisma uocatur: sed illud solum, quod miscetur cum balsamo, quo capita regnum, & ponti- [Iohan. 5.] ficum unguntur, quo etiam baptizatos sacerdos ungit in uertice, & pontifex per [Duplici cã institituitur hoc sacramentum.] impositionem manus confirmandos ungit in fronte. Est & alia unctio, qua catechumeni, & neophyti unguntur in pectore, & inter scapulas in perceptione baptismi. Tertia uero unctio est, quę dicitur oleum infirmorum, de qua nunc agitur.

A quibus institutum sit hoc sacramentum.

Hoc sacramentum unctiõis infirmorum, ab apostolis, institutum legitur. Ait eñ Iacobus. Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesię, & orent super eum, ungẽtes eũ oleo in noie domini, & alleuiabit eũ domin'. Et si in peccatis fuerit, dimitten̄t ei. In quo ostenditur duplici ex causa sacramẽtum hoc institutũ, scilicet ad peccatorũ remissionem, & ad corporalis infirmitatis alleuiationem, Vnde constat eũ, qui hãc unctionem

ctionem fideliter, deuoteque percipit, & in corpore, & in anima alleuiari: si tamen expedit ut in utroque alleuietur, Quòd si fortè corporis ualetudinem illi habere non expedit illam, quæ est animę, sanitatem in hoc sacramento acquirit. Et sicut in alijs sacramentis, ita & in isto aliud est sacramentum, aliud res sacramenti. Sacramentum est ipsa unctio exterior: res sacramenti unctio interior, quæ peccatum *remissione, & uirtutũ ampliatione perficitur. Et si ex contemptu, uel negligentia sacramentum hoc pręter- [*remissione &c. perficit.] mittitur, periculosum est & damnabile.

De iteratione huius sacramenti.

Quærunt aliqui, si hoc sacramentum iterari possit, cum baptismus, & alia quædã sacramenta semel suscepta non iterentur. Augustinus dicit sacramentum non iterãdum & sacramento non faciendam esse iniuriam: sed hoc dicit ubi agit de sacramento baptismi, & confirmationis, & ordinationis. Vnde non uidetur illud generaliter accipiẽdum, sed de sacramento baptismi, confirmationis, & ordinationis, q̃ nullatenus sunt repetenda: quia semel tantum, & non sępius datur baptismus, confirmatio, & ordinatio Sacramentum uero altaris, & pœnitentiæ, & coniugii sępe iterari uidetur, quia sæpe sacramentum corporis percipitur, frequenter pœnitentia agitur: coniugium sæpe contrahitur. Quare ergo unctio similiter non potest iterari. Si morbus non reuertitur, medicina non iteretur. Si uero morbus non potest cohiberi, quare medicina debet prohiberi: Sicut oratio iterari potest, ita & unctio iterari posse uidetur: utraque enim illic commemorat Iacobus, & utrunque alteri cooperatur ad conferendam alleuationem corporis [95 dist. ca. Peruenit quoq; & c. 1 Presbyteros & 26 q. 7 ca. Ab infirmus. Iaco. 5.] & animæ. Cur ergo negetur unctionem super infirmum posse iterari, ad imperrandam sępius sanitatem mentis, & corporis, cum propter infirmitatem eadem sæpe iteranda sit oratio? Quidam autem de omni sacramento intelligi uolunt, quod non sit iterandum scilicet secundum totum illud, quod pertinet ad sacramentum: dicentes quædam sacramenta sæpius posse suscipi, quædam uero non: nec tamen quæ sæpius sumunt̃, totaliter iterantur, ut sacramentum altaris, & unctionis; quæ licet sumant̃ sępius, tñ qa non iterũ benedicitur eadem hostia, vel idem oleum, non iteratur sacramentum cum iniuria. [Obiectio.] Sed dicet, quis: Sic & baptismus non iteratur, etiam si aliquis frequenter baptizet̃ dum tamen eadem aqua non iterum benedicatur. Sed aliud est (inquiunt illi) de benedictio- [Respõsio.] ne aquæ, qua fit baptismus, alius de benedictione panis, & olei. Potest enim baptismus celebrari in aqua etiam non benedicta, quia illa benedictio de reuerentia tantum fit, & decore, non uirtute sacramenti. Sed corpus Christi non potest confici nisi de pane consecrato, nec unctio illa fieri potest, nisi de oleo ab episcodo *consecrato. Ideoque sancti- [*sanctificatio.] ficatio illa ad uirtutem sacramenti pertinere uidetur. In coniugio quoque semel tantum benedicitur quisque non sæpius, Benedicitur enim (ut ait Ambrosius) cum prima & non secunda uxore. Si ergo cum dicitur sacramentum non esse iterandum, nec iniuriã ei esse faciendã, rõnem dicti referas ad sanctificationem rei, qua sacramentum ex- [33 q. 4 ca. Vir cũ propria. super epistolam primam ad Cor. 7.] pletur, de omni sacramento generaliter id uerum est. Si uero ad susceptionem sacramenti, de quibusdam uerum est, quòd non iterãtur crebra susceptione: de aliis uero q. busdam non, quia frequenter sumuntur, ut hoc unctionis sacramentum, quod in omni pene ecclesia repetitur.

[Summa distinctiõis. XXIII.] IAm supra tractauit Magister de quatuor sacramentis, utpote de baptismo, quod uocatur sacramentum intrantium: de cõfirmatione quoq:, eucharistia, & pęnitentia progredientiũ: nũc tractat de quinto sacro, hoc est, de extrema unctione, quæ dr̃ sacramentũ egredientiũ, de quo primo declarat quid sit cõpletio, & de triplici unctione. Secundo, a quo sit institutũ & de duplici principali eius effectu, ac utilitate. Tertio tractat de eius iteratione.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *Utrum extrema unctio sit sacramẽtũ euãgelicæ legis, institutũ a Christo.* ¶Videtur, quòd nõ. Prima, in ueteri testamento reges, sacerdotes, & prophetæ ungebantur; & sicut in litera tangitur, etiam in ecclesia est unctio multiplex: & ita non ur̃ sacr̃m speciale. Alia quoque sacra uident̃ sine ipso sufficere: Nã & Eucharistia (ut apparet) est potius sacr̃m exeuntium, q̃ unctio ista cũ appellet̃ uiaticũ, estq; uigorissimũ, & efficacissimũ ad deducendũ, purgandũ, & p̃ducẽdũ uiatores in patriam, & ita uidetur superfluum, nõ necessariũ Rursus, omnia euangelicæ legis sacramẽta a Christo sunt instituta, non istud, ut habetur in litera. Nec in euangelio de ipso legitur quicquã.

¶Circa hæc scribit in Summa lib. 4. Antisio. Dicto de pœnitentia, per quam fit remissio peccatorum dicendum est de extrema unctione, per quã sit contemplatio remissiõis illorum. Materia sacramenti huius, est oleum ab ep̃o consecratum, appellat̃ oleum infirmorũ. Quẽadmodũ autẽ de essentia baptismi sunt tria pura materia, forma uerborũ, atq; intentio baptizandi: ita in hoc sacramento sunt tria, q̃ sunt p̃fata materia & forma verborum, quæ dicitur, per istam unctionem, & suã pijssimã misericordiã &c. & ordo sacramẽtalis in ministro, seu recta ipsius intẽtio. Et quãuis in isto sacro sint plures unctiones particulares, quæ stant in membris diuersis, & forma illa uerborum sæpius iteretur attñ unũ est sacramentũ totale, perfectũ, & gr̃æ collatiuũ. Quod etiã præfiguratũ fuit per unctionem Dauid in regem, quemadmodum, & in baptismo sunt plures immersiones, & tamen unum est sacramen-

mentum. Cumq; sacramentum hoc iteretur, cõstat ꝙ non imprimitur in ipso character: præsertim cũ sit complementum, & consummatio quędam sacramenti pœnitentiæ, in quo non imprimit character, ut dictum est. Nec datur pueris ratione nondum utentibus: quia nondum indigent eo, cum detur contra actualia pctã. Hęc Antisiodorensis: Quorum intellectus ex sequentibus elucebit.

Gulielm' Parthisiẽ.

¶De his scribit in suo sacramentali Gulielmus: Egredientes de hoc mundo, cũ mox Deo sint præsentandi, dubitandum non est, eos esse purgandos, & sanctificandos de his, quæ ipsis de mundo hoc adhæserunt, sicut puluis adhæret itinerantiũ pedibus atq; a minimis, & quotidianis inquinamentis, sine quibus non agitur uita præsens, quæ usualiter uenialia nuncupantur. Nec enim sponsa ad sponsum sine ablutione, & apparatu ingreditur, nec uas superponitur mensis ablq; resynceratione, nec ad solemne cõuiuium quisque urbanè agens, sine uestis mutatione, ac decoratione ingreditur. Cum ergo anima tanquam sponsa sit a corpore egressura ad thalamũ sponsi cœlestis, ad ęternæ iucunditatis solennitatem, ad beatissimæ refectionis conuiuium, ad supernorum ciuium societatem, & tãquam uas ꝑciosum in conspectu regis altissimi rependendũ decentissimũ est, ut in extremis agens, hoc sacro oleo liniatur purgetur, ac decoretur, sicque super pulcherrimi sponsi ꝓsentẽ cõspectui. Hęc Guliel.

Thomas. Sacramenta, & sacramentalia quo differant.

¶Circa hæc loquitur Thomas: In his quæ ecclesia uisibiliter operatur, quædam sunt sacramenta, ut baptismus: quędã sacramentalia, ut exorcismus quæ differunt: qm̃ sacramentum est actus ecclesiæ, qui attingit ad effectum principaliter intentum in administratione sacramentorum. Sacramentale uerò est actio, quæ quãuis non attingat ad illum effectum, tn̄ ordinatur aliquo modo ad illam actionẽ principalem. Effectus aũt intẽtus in administratione sacramentorũ, est curatio morbi peccati. Isaias: Hic est omnis fructus, ut auferatur peccatum. Cũq; ad hũc effectum pertingat extrema unctio, iuxta illud Iacobi. Si in peccatis est, dimittetur ei: patet, ꝙ sit sacramentum, & hominem immediatè disponit ad gloriam. Nam exeuntibus a corpore datur, idcirco in ueteri testamento præfigurari non debuit per aliquod sacramentum sibi correspondens tanq̃ per figurã eiusdem generis, q̃uis per figuras remotas aliquo modo sit figuratũ in omnibus curationibus, quæ leguntur in ueteri testamẽto. Sciẽdum quoq; ꝙ diuinus Dionysius in libro. Ecclesiasticæ hierarchiæ mentionem non facit de extrema unctione sicut, nec de pœnitentia, neq; de matrimonio: quoniã non intendit loqui ibi de sacramẽtis nisi inquantum per ea innotescere põt ordinata dispositio ecclesiasticæ hierarchiæ, quantum ad ministros, ministrorũq; actiones, & ad recipiẽtes.

Isai. 27. Iacob. 5.

Dionysi⁹.

¶Deniq; extrema unctio est unum sacramentũ eo mõ, quo supra declaratũ est sacramentũ eucharistiæ eẽ unũ, non, ꝙ sit unũ sicut indiuisibile, sed sicut aliquid integrũ, & perfectũ, ex pluribus partibus constitutũ, quẽadmodũ domus, imo sic quodlibet sacramentũ unũ uocatur, quia in quolibet sacramento sunt plura, utpote aliquid tanq̃ materia & aliquid sicut forma, quæ adunant ad aliquid designandum, atq; causandũ, quoniã sacramẽtũ causat significãdo. Idcirco dum una sufficit actio ad significationem perfectam, unitas sacramenti in illa tantũ actione consistit, sicut in confirmatiõe. Cũ uero significatio sacramenti põt esse in una actione, & in pluribus sacramentum perfici põt una actione, ac pluribus, quẽadmodũ in baptismo tam una immersione, q̃ pluribus significatur ablutio. Sed cum perfecta significatio esse nequit, nisi per plures actiones, tunc plures actiones de perfectione sunt sacramenti, sicut in eucharistia: quia refectio corporalis, quæ significat spiritualem, nõ põt esse nisi per cibum, & potũ. Sic quoq; in unctione extrema, quia curatio uulnerũ interiorũ: perfectè designari non ualet nisi per appositionẽ medicinę ad uulnerũ radices diuersas. Hinc plures actiones sunt de perfectione sacramenti istius, & oẽs uniuntur in una actione cõpleta: quæ est omniũ exteriorũ unctio sensuum, & est actio una aggregatiuè.

Quæstio. Si añ perfectionẽ unctionis ifirmam⁹ moriatur.

¶Si quæras quid agendum sit, si sacerdos iniungens post unius sensus, aut duorum, uel trium unctionẽ deficiat: respondendũ, quod q̃uis in eucharistia si post consecrationẽ panis moriat sacerdos alius sacerdos possit ad uini consecrationem procedere, incipiendo ubi ille dimisit, uel a capite inchoare super materiã aliam, tn̄ in extrema unctione nõ põt a capite inchoare, sed debet procedere, quoniã unctio in eadem parte his facta, tantundẽ est, ac si bis cõsecraretur hostia eadẽ. Vnde ad unitatem sacramenti non requiritur unitas ministri, quia minister solum instrumentaliter operatur.

A quo q̃ue institutum sit unctionis sacramentũ

¶Præterea de institutione huius sacramenti, est duplex opinio, ut tactum est ante. Vna, quod Christus ꝑ se non instituit sacramentum hoc, sicut nec sacramentum confirmationis, sed apostolis instituendum reliquit; quia hę duo sacramenta, nõ decuit institui ante plenã missionem, & dationẽ spũs sancti, cum in ipsis contineat, & detur quędã gratiæ plenitudo. Quæ rõ parum cogit, q̃m sicut ante passionem promisit plenam sanctispũs missionem sic potuit hæc quoq; instituere sacramenta. Hinc alij dicunt, ꝙ Chr̃s per se oĩa sacramenta instituit & ea, quæ maioris sunt necessitatis, ac difficultatis ꝑ se promulgauit, alia apostolis promulganda reliquit. Et istud uerius reputatur: qm̃ sacramenta ad legis pertinent fundamentũ: iõ ad legislatorẽ ptinet institutio eorundẽ, præsertim cũ ex institutione efficaciã sortiantur, quã non nisi diuinitus habent. Hæc Thomas.

Quæ & superiùs habita sunt. Verũtn̄ Magister ĩ textu euidẽter testat, quod ab apostolis institutũ sit hoc sacramẽtũ, ꝙ Thomas exponit quãtum ad promulgationem institutionis factæ a Christo;

Petrus.

Cõcordat Petrus, & addit. In spiritualib⁹ medicinis q̃dã sunt tãq̃ principalia, q̃ scilicet per se ordinãtur ad curationẽ interiorẽ; & ista dicunt sacramẽta; Quędã sunt accessoria, q̃ ordinant ad hoc ꝑ aliud mediũ, quæ uocant sacramentalia. Sacramẽtũ quoq; ꝓdicatur de aliquo dupliciter. Primò, per causam, & sic oleũ dicit sacramentũ, sicut, & qua nominat baptismus. Secũdò essentialiter, & sic unctio est sactamentũ, sicut intinctio in aqua fertur baptismus. Hæc Petrus. Qui de institutione huius sacri non loquitur nisi recitatiuè, ꝙ tutiùs puto: qa incertum est a quo immediatè sit institutum.

Richard⁹.

¶Richard⁹ quoq; : Id, inqt, ꝙ est sacræ rei signũ, & cã per se ordinata ad efficiẽdũ aliq̃d sacrũ, nõ solũ est sacramentum, sed etiam sacramentum nouæ legis. Tale aũt est unctio extrema,, cum sit signũ, & causa per se spũalis unctionis per gratiã, quæ unctio interior, est res sacra, & sacrans. Hæc Richar.

Albertus.

¶Insuper: Albe. Hoc, ait sacr̃m ordinatũ est ptra spirituale morbũ peccati, contra quẽ nullũ aliud sacramentũ specialiter ordinatur, quãuis secunda riò possit ad id cooperari. Est aũt morb⁹ ille spũalis infirmi-

tas inclusa in anima, ex originali, & actuali remanens culpa. Et unctio ista ex hoc quod tollit peccati reliquias, confert ad euolationem. Propter quod in ueteri testamento non habuit locum, neque figuram. Quod optimè innuitur in euangelio. Nicodemi, quo legitur, ꝙ Adam misit filiũ suũ.

Euãgeliũ nicodemi.

Seth ad accipiendum ab angelo paradisi oleũ misericordiæ, quo ungeretur corpus suum infirmũ, & negatũ ei quousque Christus ueniret, qui unctione sua corpora, animasq; reficeret: quoniã unctio talis locum non habet, nisi in plenitudine gratiæ facta per Christum, Aestimo etiã præsumptuosum dicere, quòd sacramentum istud nõ conferat gratiam inuisibilem gratum facientem, quamuis aliq̃ hoc scripserunt, nulla auctoritate rationeve fulti. Ideo dicimus, quod confert gratiam principaliter operantem contra peccatum, & secundario ꝙ corporis infirmitatẽ. Deniq; extrema unctio ita cõmuniter definitur: Extrema unctio est unctio oleo sanctificato facta ad alleuationẽ infirmitatis utriusq; hominis, scilicet corporis, & animæ. Vel planius a quibusdam: Extrema unctio est sacramentũ ex unctione per oleum ꝙ infirmis sanctificatum facta, conferens infirmo remedium contra peccati reliquias: & si expediat, alleuationem ferens corporis infirmitati. Hæc Albertus,

Vnctionis sacramentum confert gratiam.

¶Verum allegatio illa ex euangelio, Nicodemi suum habet ualorem, quia euangelium illud inter apocrypha computatur.

Bonauen:

¶Præterea Bonauentura: Quorundam, inquit, opinio fuit, sacramentum hoc esse ordinatum principaliter cõtra reliquias, seu sequelas peccati, quæ grauant, & relictè sunt ex originali, & actuali peccatis: quæ reliquiæ sunt pœnæ spirituales, frequenter tn̄ hũt corporales pœnas annexas ad sui expurgationem. Ideo hoc sacramẽtum principaliter est contra pœnam spiritualem, atq; ex consequẽti ad sanandum morbum corporalem. Sed contra hoc est, quod a Iacobo in institutione huius dicitur sacramẽti: Et si in peccatis est, dimittet ei. Ergo hoc sacramentum constitutum est cõtra aliquem morbum peccati, & hoc tangitur ibi in glossa. Cumq; non sit contra originale, neq; mortale, relinquitur quòd sit contra ueniale, & hoc communis tenet opinio, sed de ueniali possumus loqui dupliciter. Primò, secundum quod anima est in uia progressionis, & ita non est in toto curabile, sed adhæret quasi inseparabiliter, ideo contra ipsum nõ debuit aliqua medicina specialiter, ac principaliter ordinari. imo omnia sacramenta ualẽt quodammodo ad eius curationem secundum plus, & minus. Secũdo, prout anima est in die egressiõis, sicq: possunt curari sine iteratione, & ita cum anima possit trahere aliqua cremabilia, quæ retraherent, ac differrent eam a gloria, statuit misericordia Dei sacramẽtum istud in remedium, per quod anima possit cũrari, quantum ad remissionem culpæ, & etiam partis pœnæ. Modus quoq; huius curatiõis correpõdet modo ifirmitatis uenialis peccati, quod animã grauat deprimendo deorsum, ita ut non tendat tã perfectè in Deum per deuotiõem, & charitatis feruorem, eo quòd mixta sit quidam aduersio ordinata ad commutabile bonum. Cumq; curatio sit directè per contrarium, morbus iste per hoc curatur, quod animam aggrauatam sursum leuat per deuotionem. Et quoniam corruptibile corpus aggrauat animam, cum istud sacramentum sit ad eleuandum animam per deuotionem, in qua anima recipit quendam uigorem, in quo semper est quædam uenialium delectio, si sint in anima, & per ꝓsequens represio corporalium molestiarum, si expediat animæ hinc sacramentum hoc principaliter est ad curationem infirmitatis spiritualis, utpote peccati uenialis: & consequenter, seu quasi per accidens, ad curationem, uel alleuationem corporalis infirmitatis, roborando quodammodo animam corpus regentem. Ex quibus patet quid sit in hoc sacramento signum tantum, & quid res tantũ & quid simul res, & signum. Nam signum tantũ est exterior unctio: res tantũ, ueniales culpæ curatio: res autem, & signum, est excitatio deuotionis in anima, quæ non est nisi unctio spiritualis. Præfatos autẽ effectus in anima, & corpore habet hoc sacramentum per supernaturalem uirtutem, quæ operatur secundum institutionem diuinam, quæ uoluit per hoc sacramentũ prodesse ecclesiæ Dei, & ita nec secundum legem communem habet ab infirmitatibus incurabilibus liberare. Et iterum, in hoc sacramento est aliquid naturale, & aliquid super naturam: Effectus quippe eius in anima, est supernaturale, iuxta illud psalmi: In ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & refloruit caro mea. Hæc Bonauentura.

Signũ & res in hoc sacramento, q̃ sint.

In unctionis sacramento aliqd̃ est naturale aliqd̃ supra naturam.

¶Qui insuper de institutione huius sacramenti recitat duas opiniones præhabitas, & fortiter tenet, quòd non sit immediatè a Christo institutum, sed ab apostolis sanctis ex Christi mandato, iuxta suggestionem, & inspirationem spiritus sancti, circa quod addit. Sic decuisse, & congruum extitisse manifestum est si attendatur sacramentorũ diuersitas. Quædam enim sacramenta sunt communia ueteris legis, ac nouæ, quædam proprijssimè nouę legi, quædam medio modo se habent. Communia sunt, quæ sunt quodammodo de dictamine naturalis rationis, ut matrimonium, & pœnitentia. Quod cum semper maneat, idem illa sacramenta ab initio cõcurrerunt. Et hæc sacramẽta dominus Iesus cõsummauit, & confirmauit in noua lege. Sacramẽta uero nouæ legis proprijssima sunt, quæ significant gratiam in statu, qui proprius est euangelicæ legi. Et hæc sacramenta sunt, duo confirmatio, & unctio extrema. In quorum primo significatur gratia spiritus sancti, secundum quam inungitur hõ in pugilem, ut pro Christo audeat mori, In secundo autem, in regem, ut in regnum cœlorum ualeat ingredi tanquam in suum, quod nouæ legi est proprium. Hinc in ueteri lege non habuerunt certam figurã. Et ꝙ significãt spiritus sancti gratiã in abũdantia quadã, & spiritus nõ fuit tam abundanter datus, quousq; Iesus est glorificatus: ideo duo hæc facta a Christo fuerũt insinuata, & postea a spiritu sancto ꝑ apostolos instituta. Alia sunt sacramenta media, q̃ in ueteri lege nõ fuerũt in ueritate, sed in figura & sãctificatiõe, ut baptismus, eucharistia, ordo. Et qm̃ Christus legem impleuit, atq; figuras euacuauit; ideo hæc tria sacra per seipsum instituit. Verũ his obijci põt, quod Deus per seipsum immediatè instituit oĩa sacramenta ueteris legis, loquendo ad Moysen. Cũ ergo sacra nouæ legis multo digniora sũt illis, fuerũt immediatè instituta a Chr̃o Dicẽdũ, ꝙ Deus immediatè loquebat̃ ad Moysen deinde Moyses sicut minister, & nuncius Dei, populo loquebatur, sic spiritus sanctus apostolis, & ipsi tanquam ministri exposuerũt populis. Vnde sacramẽtorũ institutionẽ nõ ascribimus nisi Deo ꝑ filium, uel spiritũ sctm̃. Nec tn̄ credẽdũ est, aliquẽ a postolorũ ꝑ se solũ instituisse hoc sacr̃m, sed totũ

Psalm. 27. Sacramenta differẽtia.

Obiectio.

Dilutio.

collegium. Iacobus uero promulgauit, sicut & postea sententiam de non obseruandis legalibus recitauit. Hæc Bonauentura.

Galat. 3. Act. 6.

¶In quibus apparet obscurum, quod ait Deum per se immediatè Moysi esse locutum, & legem ei dedisse, cum Apostolus ad Galatas protestatur, legem datam per angelos in manu mediatoris, id est per manum, & obsequium Moysi, qui inter Deum, & populum extitit mediator. Stephanus quoq; in actibus loquēs Iudæis: Accepistis, inquit, legem in dispensatione angelorum, & non custodistis. Imo tota allocutio illa Dei ad Moysen, per angelū facta est, ut sanctus Dionysius euidenter testatur, & ex scripturis monstratur. Gregorius etiam in moralibus loquitur. Quæ demum in præinductis, & in sequentibus de hoc sacramento scribit Bonauētura, ipsemet in breuiloquo suo cōpēdiosè deprōpsit.

Obiectio.

¶Durandus quoq; hic ait: Extrema unctio ordinatur ad dimissionem uenialis peccati. Et si obijciatur, quòd ad hoc sufficit pœnitentiæ sacramentum, respondetur, quòd hoc sufficit sanis, non ægris ad mortem: qui propter aggrauationem infirmitatis, & debilitatem naturæ, nequeat expedire ac liberè de suis peccatis excogitare, cōteri, ꝓfiteri.

¶Si autem quæratur, quomodo per extremam unctionem dimittatur uenialis peccatum, dici potest, quòd extrema unctio cooperatur ad hoc, qa per eam datur dignè suscipienti quædam spiritualis hilaritas mentis contra oppressionem, quam infirmus tunc patitur tam ex corporis debilitate, q culparum suarum recordatione, ex qua possit faciliter in desperationem corruere. Quam hilaritatem sanctus Iacobus forsan uocat alleuationem, & ad eam sequitur mentis ad Deum conuersio, generalisq; displicentia omnium delictorum, quæ sufficit ad uenialium delectionem culparum. Vnde postquam beatus Iacobus dixit, Alleuiabit eū dominus, protinus addit: Et si in peccatis est, dimittentur ei. Et hoc est, quod uidetur hic dicere frater Thomas, ꝙ extrema unctio ordinatur ad tollendū reliquias peccatorum culpæ remanentis, quę reliquiæ secundum eū non sunt dispositiones ex actibus peccatorum relictæ, tanquā quidam habitus inchoati, sed sunt quædam debilitas in mente existens ad perficiendos gratiæ actus. Hæc autem debilitas quid sit, nisi illa grauedo mentis, quam infirmus in illo patit statu ex causis ꝓfatis, nō uideo.

Argentin.

¶Præterea Thomas de Argētina, uidetur hic in omnibus dictis ex sancto Thoma concordare. Et arguit contra opinionem dicentium sacramentū istud non esse immediatè à Christo, sed ab apostolis institutum, nihilominus prosequendo disputationem suam, fatetur, quòd a Christo sit institutū principaliter, & auctoritate, ab apostolis uero instrumentaliter, seu ministraliter, & executiuè. Sed hoc est in opinionem Bonauenturæ incidere. Nec sanctus Thomas intendit hoc dicere: imo uult cōprobare, ꝙ Christus executiuè sacramentum istud instituit, qd ēt inquantum homo, instrumentaliter seu ministraliter egit, quāuis excellentiori modo, q cæteri: auctoritatiuè uero, ut Deus: non tamen, qd aliquę ægrū hoc sacro iniunxit, sicut nec baptizauit, quamuis baptismū instituit. Et forsitan, qnantū ad hoc, Argentinensis scribit, quòd apostoli sacramentum istud executiuè instituerunt, nō Christus.

Scotus.

¶Postremò Scotus hic ponit, arq; exponit unā, quasi definitionem, seu descriptionem unctionis extremę. Extrema, dicens, unctio est unctio hominis infirmi pœnitentis, facta in determinatis partibus corporis cum oleo consecrato ab episcopo, ministrata a sacerdote, simul uerba certa cum intētione debita proferente, efficaciter signans ex institutione diuina finalem uenialium curationem. Ex quibus uerbis probatur, quod sacramentum hoc exhiberi non debeat sano, nec qualitercunq; exposito periculo mortis: quia, non eis, quibus imminet mors ex uiolentia exteriore armorum, aut submersionis, nec qualitercunq; infirmo, sed lœtaliter infirmanti. Nec dandum est pœnitentibus, utpote infantibus, & rōne nō utentibus, nec furiosis nisi innotescat eos per uoluntatem præcedentē sacramentum hoc ipsos uoluisse. Hæc Scotus.

QVAESTIO II.

MOdo quærendum *de materia, & forma sacramenti istius, & de effectibus eius.* ¶De quibus omnibus iam aliqua dicta sunt, utpote, quòd materia eius sit, oleum ab episcopo cōsecratum: forma uerò, per istam unctionem, & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quicquid peccasti per uisum &c. Insuper de eius effectibus patuit quòd sint specialiter, atq; præcipue duo: Vnus spiritualis, ac principalis, qui est uenialium remissio, seu reliquiarum eius curatio. Alius corporalis, qui est alleuatio, seu melioratio corporis infirmantis. Itaq; de materia sacramenti istius Thomas disserit: Spiritualis curatio, quæ in fine præsentis uitæ adhibetur, debet esse perfecta, quia post eā alia nulla restat: & etiam leuis, quatenus spes, quæ exeuntibus maximè necessaria est, nō frangatur, sed foueatur. Oleum autem lenitiuum est, & etiam penetratiuum usq; ad intima, imo & diffusiuum: ideo quātum ad utrunq; prædictorum, est conueniens huius sacramenti materia. Cumq; oleum principaliter nominetur liquor oliuæ, cum & alij quidam liquores ex similitudine ad ipsum, oleum appellentur, ideo oleum oliuę materia est sacramenti istius aptissima. Nec oportet, quòd balsamum apponatur, aut misceatur. Balsamum namq; propter odoris sui fragrantiam, bonitatem significat famæ, qa de cętero non indigent recedētes de corpore. sed conscientiæ syncęræ nitore. idcirco non conuenit uinum, quòd sanat mordicando, non leniendo. Et quamuis oleum oliuæ non habeatur ubiq;: faciliter tamen potest adduci. Nec sacramentum istud est tantæ necessitatis, ut sine eius susceptione non sit salus, dummodo non ex contemptu omittatur. Insuper oleum istud oportet esse consecratū. Quidam tamen dixerunt, quòd oleum simplex sit materia sacramenti istius, & ideo in sanctificatione olei per episcopum efficitur sacramentum. Sed huius oppositum cōstat ex dictis de eucharistiæ sacramēto, ubi ostensum est, quòd illud solum consistit in cōsecratione materiæ. Hinc dicendū, ꝙ sacramētum hoc cōsistit in ipsa unctiōe, sicut baptismus in ablutiōe. Pōtq; triplex ratio assignari, cur sanctificatio ad huius sacramenti materiam exigatur. Prima: qm̄ tota, & omnis sacramentorū efficacia deriuatur a Christo. Vñ sacra, quibus ipse est usus ex suo usu sanctificationem sortita sunt, quemadmodū aqua ex sui sacratissimi corporis tactu regeneratiuā uim habet. Hoc aūt sacro usus non est: nec aliqua corporali unctione: idcirco in unctionibus uniuersis exigitur sanctificatio q̄dā materiæ. Secūdò, ꝓpter plenitudinem gratię, quę in isto sacramēto cōfertur, ut nō solū tollat, sed & reliquias peccatorū, infirmitatēq; corporis. Tertiò, quia ex natura

Thomas.

hanc corporalē. Hinc oportet ut per sanctificationem sibi efficatia ista donetur. Si autem obijciatur,

Obiectio.

quòd sacramentum hoc habet unam sanctificationem in usu suo per formam uerborum, ergo superfluit illa prima per præsulem: respondendum, quòd

Dilutio.

prima sanctificatio materiæ secundum, se secunda uerò spectat ad usum ipsius, secundum qd̄ est actu conferens sacramentalem effectum.

¶Porrò oleum hoc debet à præsule consecrari. Minister etenim sacramenti nequaquā propria potestate effectum sacramēti inducit, ut agens principale, sed per efficaciam sacramenti, quod dispēsat. Quæ efficatia est primò in Christo, atq; ab ipso descendit in alios ordinatè, puta in populū per ministros quoque inferiores per superiores, qui materiam sanctificāt. Iō oībus sacramentis, quæ materiā sanctificatam requirunt, primò per episcopum fit

Psal. 132.

materiæ sanctificatio, & usus. quando que per sacerdotem, ut ostendatur sacerdotalis potestas ab episcopo deriuata, ut sanctus Dionysius loquitur iuxta illud psalmi, Sicut unguentum in capite, qd̄ primò descendit in barbam, & inde usque in oram uestimenti. In eucharistia uerò nō exigitur talis sanctificatio materię per episcopum: quoniam ipsum sacramentum in materiæ sanctificatione consistit, non in usu ipsius: sed præexigitur ordinatio seu cōsecratio, uel sanctificatio ministri, utpotè, sacerdotis per præsulem. Hinc ipse sacerdos consecrare potest materiam, & conficere sacramentum.

¶Insuper quidam dixerunt nullam formam uer-

Iohan. 5.

borum esse de necessitate sacramenti istius. Sed hoc derogat sacramenti huius effectus, quoniam omne sacramētum efficit suum effectum significando. Significatio autem materiæ non determinatur ad certum effectum, cum ad multa se habeat nisi per formam uerborum. Vnde in omnibus sacramentis, ut dictum est supra oportet esse res, ac uerba. Iacobus quoque apostolus uim huius sacramenti cō stituere uidetur in oratione, quæ est forma sacramēti istius, sicut non ostendetur. Ideo opinio illa præsumptuosa censetur. Nec obuiat, ꝙ forma sacramēti istius non exprimitur in scripturis. Sacramēta nāque uniuersis proponuntur, ideo forma baptismi omnibus necessarii, & qui ab omnibus potest dari, forma quoq; eucharistiæ necessariæ ad salutem, in scripturis expressa sunt: non autem aliorum formę sacramentorum, sed illas accepit ecclesia à sanctis apostolis, & illi à Christo, secundum illud Apostoli: Ego accepi à domino, quod tradidi uobis. Denique forma huius sacramenti est oratio deprecatiua ut sumitur ex uerbis sancti Iacobi, atque ex usu Romanæ ecclesiæ, quę solum deprecatiuis utitur uerbis ungendo hac unctione. Cuius multiplex ratio assignatur. Primò, quia suscipiens sacramentum hoc, destitutus est uiribus ꝓprijs. ideo indiget orationibus subleuari. Secundò: quoniam datur egredientibus, de hoc mundo, qui desinunt esse de foro ecclesiæ, & in solius Dei incipiunt manu quiescere: ideo ei per orationes deuotissimè committuntur. Tertiò quia hoc sacramentum non habet aliquem effectum qui semper ex actione ministri consequatur omnibus, quę sunt de essentia sacramenti ritè peractis, quemadmodum in baptismo, confirmatione, ac ordine character semper imprimitur &c. iō in eo non potest esse forma indicatiui modi, sicut in alijs sacramentum sicut, & alia quantum est de se habet certitudinem: sed impediri potest ex fictione recipientis, etiam si sacramento subijiciatur per

1. Cor. 11.

Forma uerborū huius sacramēti quare dep catione.

inventionem, ita quòd nullum consequatur effectū.

Veruntamen in quibusdam ecclesiis dicuntur hæc uerba: Vngo os, oculos &c. oleo sanctificato, quæ non premittuntur ut forma sacramenti istius, sed ut dispositiua ad formā inquātū ꝓ ea determinatur ministri intentio ad actum illum sacramentalem.

¶Atuero forma illa unctionis extremæ prętacta, conueniens est. Nam tangit hoc sacramentum, cum dr̄, ꝓ istam unctionem, & principalem causam agētem in ipso, cum subditur. Et suam piissimam misericordiam, atq; effectū addędo, Indulgeat tibi &c. imò per actum unctionis datur intelligi etiā sacramenti istius materia. Cumque corporalis sanatio, seu infirmitatis alleuiatio, non sit principalis, & certus huius sacramenti effectus, quia non semper cōsequitur, idcirco in forma ista non fit mentio inde.

¶Amplius de effectibus huius sacramenti sciendum, quod unumquodque sacramentum est princi-

Effectus unctionis extremæ.

paliter institutum ad unum effectum, quamuis ex consequenti possit, & alios effectus inducere. Cumque sacrum efficiat quod figurat, ideo ex significatione sacramenti pensandus est principalis eius effectus. Adhibetur autem sacramentum hoc per modum medicationis, sicut baptismus per modum ablutionis. Medicina uerò ordinatur ad depellendū infirmitatem, sicq; sacrum hoc, est principaliter institutum ad sanandum infirmitatem peccati, estq; spiritualem uitam in eo, qui applicatur. Hinc non applicatur. Hinc non datur cōtra originale, & mortale peccatum, quę uitam spiritualem extingūt, sed contra defectus, quibus homo spiritualiter infirmatur ita, quòd non habet perfectum uigorē ad actus gratiæ gloriæ exercendos. Hic quoque defectus nil aliud est, quām quædam ineptitudo, atque debilitas, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali uel originali, contra quā debilitatem hō per sacramēntum hoc roboratur. Cūq; hoc robur faciat gratia, quæ non cōpatitur secum peccatū mortale, ideo ex consequenti, si inuenit peccatum aliquod mortale, aut ueniale, quo ad culpam tollit ipsum, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis. Ideo Iacobus de remissione peccati conditionaliter loquit, dicens: Si in peccatis est, dimittetur ei. Nā quo ad culpā, non semper delet peccatū; quia nō semp inuenit. Semp uerò remittit quo ad debilitatē ꝑdicta, quā q̄dā uocant peccati reliquias. Quid ā uerò affirmāt qd̄ principaliter sit institutū ꝓ ueniale peccatū. Qd̄ nō vr uerū: qm̄ pœnitentia sufficienter delet uenialia in uita hac quo ad culpā. Qd̄ aūt nō possunt euitari post pactā pniam, nō aufert præcidenti pniæ suū effectū. Et rursus hoc pertinet ad debilitatē ꝑfatā, idcirco dicendum, qd̄ principalis effectus sacri istius, est remissio peccatorum, quo ad peccati reliquias, & ex consequēti ēt quantū ad culpā, si inueniat eam. Si aūt obijciatur, quòd in peccato nō sunt nisi hæc tria, macula, & reatus pœnæ, ac peccati reliquiæ, sed per extremā unctionē nō remittitur

Præcipuus huius sacramenti effectus.

Obiectio.

macula siue contritione, quæ ēt sine hac unctione maculā aufert: nec quo æd pœnā, qm̄ si unctus conualescat, iniunctā pœnitentiā tenetur implere: nec quo ad reliqas culpæ, quia adhuc manent dispositiones illæ ex actibus p̄cedētibus derelictæ, ut post cōualescētiā. Patet ergo, quòd per extremā unctionē nullo mō fit peccatorū remissio. Dicendū ꝙ unctio extrema quantū ad tria illa, aliquo mō remittit pctm̄. Quāuis em̄ culpa quātū ad maculā, sine cō tritione nō deleat, tn̄ hoc sacrum ꝑ gratiā, quam infundit, facit, ꝙ motus ille liberi arbitrii cōtra pctm̄ fit contritio. Reatū quoq; pœnæ temporalis diminuit, sed ex consequenti, inquantū tollit debilitatē

Dilutio.

quia eandem pœnam leuiùs portat fortis, q̃ debilis. Vñ non oportet, ut propter hoc minuatur satisfactionis mensura. Reliquiæ quoque peccati nõn uocãtur hic dispositiones relictę ex actibus, quę sunt habitus inchoati, sed quædã spiritualis debilitas in mente existens: quæ sublata, etiam manentibus dispositionibus, seu habitibus, non potest mens ita inclinari ad peccandum ut ante.

¶Insuper, sicut baptismus per corporalem ablutionem facit interiorem mundationem, ita hoc sacramentũ ꝑ medicationem exteriorem curationẽ. Sed corporalis ablutio baptismi, naturali uirtute corporaliter purgat. hæc uerò unctio naturali uirtute nõ sanat corpus, sed potestate diuina, q̃ operať sapiẽter, secũdũ qđ expedit. iõ nõ semper sanat corpus, sed qñ ad spiritualem sanitatem expediens, est: nisi ex parte recipiẽtis sit defectus, uel impedimẽtũ.

Quæstio. ¶Si demum quæratur, utrum hoc sacramentum characterẽ imprimat, respondendum, ꝙ character non imprimitur nisi in illis sacramentis, quibus homo ad sacrum aliquod deputatur. Hoc aũt sacramẽtum est in remedium tm̃, nec per ipsum deputatur hõ ad aliquod sacrum agẽdũ, aut suscipiendũ: iõ in ipso non imprimitur character. Rursus, character facit distinctionẽ statutũ ad ea, quæ in ecclesia sunt

Obiectio. agenda. Talem uerò distinctionem ab alijs, non habet hõ per hoc, ꝙ est iniunctus. Et si obijciatur, ꝙ in sacris confirmationis, & ordinis est unctio sicut in isto, & in illis character imprimitur, ergo & in isto: dicendum, ꝙ unctio quæ fit in confirmationem, ac ordine, est unctio consecrationis, qua hõ deputatur ad aliquod sacrum: sed unctio huius sacramenti, est unctio medicationis. Hinc in isto sacro id, quod est res, & sacramentum, non est character, sed interior quædam deuotio, quæ & spiritualis unctio.

Petrus. ¶Circa hæc loquiť Petrus, & primò de materia unctionis extremæ: In sacramentis materia adhibetur, & propter significationem effectus sacramenti & propter causalitatem. Principalis aũt effectus huius sacramenti, est quædam curatio spiritualis. idcirco ad eã significandã cõuenienter poniť oleum. Ad efficiendum uerò ipsam sanitatem, oportet, ꝙ sit sanctificatum: quia à sanctificatione sumit uirtutem. Rectè quoq; oportet consecrationem hanc ab episcopo fieri, quia in ipso est maior plenitudo ministerii sacerdotalis.

Quæstio. ¶Quæritur etiã, quæ sit melior forma in hoc sacramento, an deprecatiua ista, per istã unctionem dimittat tibi Deus &c. quã instituit S. Gregorius: an ista indicatiua, Vngo os, oculos oleo sanctificato, in nomine patris & filii, & spiritus sancti, quam instituit S. Ambrosius. Respondendum, ꝙ sicut ad esse rei compositæ requiruntur materia, & forma, ita ad esse sacramenti requiritur materia elementi, & forma uerbi. Accedit eñ uerbum ad elementum, & fit sacramentum. Quemadmodum eñ materia de se indeterminata est ad plures formas, & effectus,

August. & ꝑ certã formã determinať: ita materia sacramenti de se cõiter, se habet ad plura significanda, & efficienda, sed ꝑ formã determinať ad aliquod certũ designandũ atq; causandũ. Et sicut duplex ex forma rei, puta substãtialis, & accidentalis, ita duplex est

Vnctionis forma est duplex. forma sacri istius. Vna substãtialis, utpote deprecatiua, quã innuit apostolus Iacobus, & expressit Gregorius. Alia accidentalis, quã deprompsit Ambrosius. Prima est depcatiua, secunda indicatiua. Pri-

Iaco 5. ma cõfert ad causalitatẽ sacri, secũda ad significationẽ, & determinationẽ intentionis ministri. Prima data fuit à Iacobo sctõ in gñali cum ait, Orent super eum, & est eadẽ apud omnes. Et si q̃rať, q̃ forma sit melior, dicẽdũ, ꝙ prima: q̃ ẽt est de necessitate sacri secunda uerò est de bñ eẽ. Eteñ sacrum hoc ualere vr̃ quasi ꝑ modũ suffragij. Dať eñ ad effectũ, quẽ hi ꝑ pria opa cõseq posset, nisi infirmitas impediret.

¶Amplius de effectu huius sacri, sciẽdũ, ꝙ in hoc sacro sicut in cæteris, tria sunt. Vnũ, sacrum tm̃, puta exterior unctio: aliud res, & sacrum, uidelicet q̃dam unctio spiritualis. idest alacritas mentis. aliud res tm̃, qđ est effectus sacri, scilicet sanitas duplex. Vna principalis ab infirmitate spirituali, q̃ contrahitur per uenialia, per quã anima reddebatur infirma ad procedendum in gratiæ, ac glorię actus.

¶Sed quæri pôt, cũ remissio peccatorũ, atq; infusio gratię fiant instantaniè, & unctio ista successiuè qñ sortitur suũ effectum in eo, qui ungitur. Et dicẽ-

Quæstio. dum, ꝙ sacrum significãdo producit suum effectũ: ideo qñ completur eius significatio, perficitur eius effectus, puta in ultima unctione: quia perfectio rerum ex multis actionibus constitutarum, consistit in ultima, quæ in uirtute omnium ꝓcedentium operatur. Certum est demũ, ꝙ sacramentum hoc nõ imprimit characterẽ: qm̃ iteratur, & quia character est signũ distinctiuũ existentiũ in ecclesia militãti: sed hoc sacrum datur exeuntibus de eadẽ. Hæc Petrus.

¶In præinductis continentur scripta Richardi, q̃ sobriè scribit, ꝙ formã sacramenti istius creditur S. Petrus explicitè tradidisse ecclesiæ, sicut, & alia multa: & hoc melius sonat, quã, ꝙ Gregorius instituit eã. Nẽpè ante Gregoriũ diu utebatur ecclesia hoc sacramento sub congrua forma. Iterum ait Richardus: Si sunt aliquæ ecclesiæ utentes forma indicatiua, piè credendum est, ꝙ modus exprimendi ꝑ uerbũ imperatiuũ, seu deprecatiuũ uel indicatiuũ, determinatè non sit de necessitate sacramẽti istius sicut superiùs dictum est de mõ exprimendi actum baptizandi, quẽ exprimunt Gręci per uerbum hoc baptizetur: & Romana ecclesia per hoc uerbũ, baptizo. Insuꝑ addit: Dicunt q̃dã, ꝙ sacrum istud nõ datur ꝯ uenialia: sed cõtra sequelas relictas tam ex originali, q̃ actualibus peccatis. Sed ꝯ hãc opinionem

Iaco. 5. est auctoritas S. Iacobi, asserentis: Si in peccatis est, dimittentur eĩ. Iõ est tenẽdũ, ꝙ contra uenialia deť. & si dignè percipiť, uenialia aufert. Hæc Richard.

¶Bonauentura quoque de præinductis scribit cõcorditer ad prædicta. Similiter, & Albertus.

QVAESTIO III.

Alia etiam hic quæruntur, *De ministris huius sacramenti, quorum est illud porrigere, & quorum sit illud recipere.* Atq; in litera cõtinetur, presbyterorũ tm̃ est illud alijs ministrare. Cõtra qđ arguiť: q̃a in casu baptismus pôt à laicis dari, & sacrum eucharistiæ à diacono: ergo, & istud, cum illa sint isto ꝓstãtiora. Iterũ, istud sacrum est spiritalis medicina ꝯ malum culpæ oĩbus gñale, siue dicať institutũ, ac datum ꝯ uenialia, siue contra spiritalem infirmitatẽ ex illis contractam: ergo est omnibus impendendum, infirmis, & sanis, insipientibus, & sensatis.

Albertus. Minister vnctionis extremæ. ¶Ad hæc respondet Albertus: Exercitium, seu administratio unctionis extremę, conceditur sacerdoti propter periculum infirmorum uitãdum, qđ in sacris frequenter cõtingit. Nec facile est, imò nec possibile habere ꝑsentiã ꝑsulis ad vnũquẽq; lætaliter infirmatẽ. Vñ ecclesia spũ sctõ recta, ac Dei cõsilio mota, oĩbus modis uolẽs infirmis ꝓuidere, atque cõsulere, statuit ut simplices sacerdotes possint hoc sacrum cõferre, q̃ ubiq; faciliter possunt haberi. Deniq; nõ nisi infirmi ꝑceptiui, seu capaces sunt sacri istius, qđ ẽt datum est cõtra prætactũ defectũ.

non

non pro quolibet tempore, sed extremę necessitatis, & sic purgatio reliquiarum pro tempore immediatæ euolationis, est proprius huius sacramenti effectus. Quæ ẽt reliquiæ secundum quod sunt impedimenta meritorum, sufficienter purgantur per pęnitentiam, & alia sacramenta: nõ autem prout sunt impedimentum immediatæ euolationis. Cumq; infantes nondum rõne utentes, & mox baptizati, non habeant immediatæ euolationis impedimentum, nec ueniale peccatum, nec malum inde cõtractum, non competit eis hoc sacramentum.

¶Si autem quæratur, an in omni ægritudine sacramentum istud sumendum sit, respondetur, ꝙ nõ sed quando ex ægritudine graui probabiliter timetur mors de proximo imminere. Verum ut Aristoteles in lib. de causis longioris uitæ fatetur, quædã infirmitates sunt causæ uitæ longioris. Nec dãdum est furiosis, & amentibus, nisi habeant lucida interualla. Hæc Albertus.

¶Cuius etiam positio de institutione sacramenti istius consonat dictis ex Thoma de hoc. Mouet quoque hic alias plurimas q̃stiones paruas, & breues, uidelicet, in quibus membris & partibus corporis debeat unctio fieri. Et respondet: Diuersarum ecclesiarum diuersus est usus. Nam in quibusdam plura. Puto autem, ꝙ sufficiat ungere quinque sensum loca. Quòd uero fit in aliquibus alijs locis, non est nisi præparatorium ad effectum.

¶Insuper Tho. nullius inquit, sacramenti dispensatio conuenit laico ex officio, idcirco nec huius; nec etiã diacono, q̃a diaconus tñ habet uim purgatiuã. Hoc aũte sacrum habet uim illuminatiuã, qđ gratia confert. Vnde nullius sacramenti, in quo gratia datur, collectio conuenit ex officio ipsi diacono. Porrò secundum diuinum Dionysium, episcopus propriè habet uim perfectiuam, seu perficiendi officium, sicut sacerdos uim illuminatiuam. Hinc illa sacramenta sunt per episcopos dispensanda, quæ suscipientem in aliquo statu perfectionis super alios ponunt, ut est ordo, non unctio ista quę omnibus in extremis cõfertur capacibus eius. Potest etiam dari in qualibet infirmitate, quæ sic inualescit, quod signa mortis apparent ex ea. Nam, & quælibet infirmitas augmentata potest inducere mortem. Insuper ad suscipiendum effectum huius sacramenti plurimum ualet deuotio suscipientis, actualesq́ue meritum dantis. imo, & totius ecclesiæ meritum generale, qm̃ forma huius sacramenti datur per modum orationis. Ideo illis, q̃ nequeunt recognoscere, & cum deuotione accipere, nõ est dandum, prę sertim furiosis, & amẽtibus, qui possent facere irreuerentiam sacramento per immunditiam aliquam. Cumque exigat actualem deuotionem nõ est pueris dandum. Nec confertur contra reliquias originalis peccati, nisi inquantum per actuale pc̃tm̃ sunt confortatæ. Infirmitates quoque in pueris non sunt ex actualibus eorũ peccatis causatæ. Nec oportet totum corpus infirmi ungi, sed aliquas eius partes. Eadẽ quippè principia peccandi in nobis sunt, agendi. Et ista sunt tria in genere: quorum primum est, dirigens, puta uis cognitiua: secundum, est appetiua: tertium, exequens, utpotè uis motiua. Omnis autẽ nr̃a cognitio a sensibus ortum habet. Cumque hæc unctio fieri debeat in nobis, ubi est prima origo peccati, idcirco unguntur loca, seu organa quinque sensuum. Et ꝓpter appetitum à quibusdã renes unguntur, & propter uim motiuam pedes, tã q̃ instrumenta eius præcipua. Et q̃a primum principium inter ista est uis cognoscitiua, ideo unctio ista quinque sensuum ab omnibus obseruatur, quasi de necessitate sacramenti: Quidã uerò alias non obseruant. Aliqui quoque seruant eam quæ est ad pedes, non quæ est ad renes: quoniã appetitiua, & motiua sunt secunda principia, Cor demum non ungitur, quia non est prima radix cogitationum, sicut organa sensuum, nec genitalia mẽbra, propter immunditiam eorundem, & reuerentiã sacramenti. Mutilati item debent ungi, quanto propius fieri potest ad illas partes in quibus unctio fieret, si mutilati non essent. Nam etsi careant membris, non tamen uiribus animæ principiisque peccandi, saltem in radice. Amplius, ut dictum est sæpe, sacramenta, & sacramentalia perpetuum effectum habentia, iterari nõ debent; quia per iterationem ostenderetur sacramentum non esse efficax ad producendum illum effectum, sicq; fieret sacramento iniuria. Quæ uerò nõ habent effectum ꝑpetuum, iterari possunt, atque aliquãdo debent, quatenus effectus sacramentalis amissus recuperetur. & tale est unctio extrema quoniam tam sanitas mentis, quàm corporis, quæ est eius effectus, potest amitti, & recuperari.

¶Sed quęri potest, an in eadem infirmitate sit iterandum. Et respõdendum, quòd sacramentum hoc non solum respicit infirmitatem, sed, & infirmitatis statũ: quoniam dandum non est nisi infirmis, qui secundum humanam æstimationem uidentur morti appropinquare. Quædam autem infirmitates non sunt diuturnæ. ideo si in eis datur hoc sacramentum, tunc cum homo ad illum perueniat statum, quod sit in mortis articulo, non recedit à statu illo, nisi infirmitate curata. propter quod non est rursus ungendus. Sed si recidiuum patiatur erit infirmitas alia, & poterit iniunctio alia fieri. Quædã uero sunt infirmitates diuturnę, ut hydroposis, ethica paralysis: & in talibus nõ dẽt fieri unctio, nisi qñ uidetur perducere ad mortis periculũ. Et si homo articulum illum euadat, eadem infirmitate durante, & denuo ad similem statum per infirmitatem illam reducatur, iterum potest ungi. quia iam est quasi alius status infirmitatis, quamuis non sit simpliciter infirmitas alia. Hæc Thomas in Scripto.

¶Et circa hoc ultimum uerbum addit Albertus; In huiusmodi infirmitatibus diuturnis, si ultra remanet morbus post unctionẽ acceptam, potest unctio iterari; quia non iudicatur numero idem morbus, qui secundum perfectam immutationem superiorum causarum alteratus. Corpora namque nostra per illationem, seu influentiam superiorum, secundum quatuor humores anni in quatuor eius tẽporibus mutantur, & frãgunť habitus, dispositionesque eius, nec sunt eadem, sicque sacramentum hoc non iteratur ex causa eadem. Veruntamen si ab aliquo patre sancto aut à summo pontifice inueniretur quid aliquid determinatum, iudicarem potius standum illi sententiæ, quàm meo iudicio: quia in istis magis credendum est inspirationi ecclesię, quã rationi ex incertis coniecturanti. Hæc Albertus.

¶In præinductis autem ex Thoma, continentur scripta Petri, Richardi, Alberti, Bonauenturæ, &c.

¶Præterea dubitatio quædam occurrit circa prædicta, in quibus doctores concordant, quòd extrema unctio ordinetur, ac detur contra uenialia, seu contra infirmitatem contractam ex originali, actualibusque peccatis, mortalibus, seu uenialibus. Videtur enim, quòd directè detur remediũq; consistat contra uniuersa peccata tam mortalia, quàm uenialia, atque in omninm horum remissionem institutum sit, ac ordinatum. Nempè hoc uidetur prætendere

tendere

tendere forma ipsius, qua dicitur. Per istam unctionem & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quicquid peccasti p uisum &c. Et cõstat quod talium multa exent mortalia. Nec obstat qđ sacrum pœnitentiæ ordinetur ad idem: quia cũ in extremis sit maximum, atq; grauissimum prorsus periculum decentissimum, & ualde putile est, tunc contra eadem mala adhiberi plura remedia potissimè in ipsa exitus hora, in qua seipsum homo parũ aut nihil potest iuuare, circundatus & repletus tot ac tantis angustijs & pressuris, tentationibus & insidijs, doloribus, agonibus, timoribus, ac tormentis, imminẽte sibi iudicio finalis sẽpiternę retributionis inæstimabilis felicitatis aut irrepabilis dãnationis.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Hugo li 2 par. 3. c. 4.

Quare septem sint ordines.

NVnc ad considerationem sacræ ordinationis accedamus. Septem sunt spiritualium officiorum gradus siue ordines, sicut ex sanctorum patrum dictis apertè traditur, & capitis nostri scilicet Iesu Christi, exemplo monstratur: qui omnium officia in semetipso exhibuit, & corpori suo, quod est ecclesia, eosdem ordines obseruãdos reliquit. Septem autem sunt, propter septiformem gratiam sanctispiritus: cuius qui non sunt participes. ad gradus ecclesiasticos indignè accedunt. Illi uerò in quorum mentibus diffusa est septiformis gratia spiritussancti, cum ad ecclesiasticos ordines accedunt: in ipsa spiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur.

Quales assumendi sunt ad clerum.

Clemens papa d. 23 c. Tales.

Matt. 7.

Tales autem ad ministerium spirituale eligendi sunt clerici, qui dignè possint domi nica sacra tractare. Meliùs est enim domini sacerdotium paucos habere ministros, q possunt dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui ordinatori graue onus inducant. Tales em decet esse ministros Chri, qui septiformis gratia spiritussancti sint de cori: ex quorum doctrina, & conuersationis forma eadem gratia in alios trãsfundatur ne cęlestes margaritas spiritualiũ uerborum, officiorumq; diuinorum sordidę uitæ pedibus ꝯculcent. In sacro ergo septiformis spũs, septẽ sunt gradus ecclesiastici, s. ostiarij, lectores exorcistæ, acolythi, subdiaconi, diaconi, sacerdotes. Oẽs tũ clerici uocantur. i. sortiti. Corona enim signaculũ est, quo signantur in partem sortis ministerij diuini. Corona regale decus significat: quia seruire Deo, regnare est. Vnde ministri ecclesię reges esse debent, ut & se, & alios regant. Quibus Petrus ait: Vos estis genus electum, regale sacerdotium &c. Summitas capitis desuper nudatur, ut eorum mens ad dominum liberè monstretur, quæ reuelata facie gloriam Dei contempletur. Summitas enim capitis est eminentia mentis: denudatio capitis est reuelatio mentis. Clericus enim secretorum Dei non ignarus esse debet. Tondentur etiam capilli usque ad reuelationem sensuum, scilicet oculorum, & aurium: ut uitia in corde, & opere pululantia, doceantur pręcidenda: ne ad audiendum & intelligendum uerbum Dei præpediatur mens, pro quo seruato reddetur in excelsis corona. Tonsuræ autem ecclesiasticæ usus a Nazaræis exortus uidetur, qui priùs crine seruato, deinde ob uitę continentiam caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponebat. Hinc usus inoleuit, ut qui diuinis cultibus mancipantur, quasi Nazaræi sancti crine posito inueniantur. Sicut ad Ezechielem dicitur: Fili hominis, sume gladium acutum, & duc super caput tuum & barbam. In Actibus etiam apostolorum Priscillã, & Aquilã hoc feciſſe legimus. Paulus quoq; & alij quidam discipuli Chri hoc fecerunt. Recte ergo in quibusliber gradibus constituti clerici uocantur. Quorum nomina, & rationes nominum Isidorus exponens ait: Cleros, & clericos hinc appellatos esse credimus, quia Matthias electus est sorte, quem primum per apostolos legimus ordinatum. Cleros enim græcè latine sors, uel hęreditas dicitur. Ideo ergo dicti sunt clerici, quia de sorte sunt domini, uel quia Deum partem habent Generaliter uero cleri nuncupati sunt, omnes qui in ecclesia Dei seruiunt: quorum gradus, & nomina hęc sunt, ostiarius, lector, &c. ut supra.

*ꝑbyteri

1 Pet. 2.

2. Cor. 3.

Num. 6. Ezech 5.

Actor 18. 1. Cor. 12. Actu. 1.

De ostiarijs.

Ostiarij ijdem, & ianitores, qui in ueteri testamento electi sunt ad custodiam templi ut non ingrederetur in illud immundus. Dicti autem sunt ostiarii, eo ꝙ præsint ostiis templi. Ipsi tenentes clauem, omnia intus, & extra custodiunt: atque inter bonos & malos habentes iudicium, dignos recipiunt indignos respuunt. Vnde & eis cum ordinantur, claues ecclesiæ i. dantur ab episcopo, & dr eis: Sic agite, tanquam rõnem Deo reddituri pro rebus, quæ clauibus istis recluduntur. Hoc officium dominus in sua persona suscepit, quando flagello de funiculis facto, uendentes, & ementes eiecit de templo. Ipse enim se ostiarium significans, dicit: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur:

tur. & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

De lectoribus.

Secundus est gradus lectorum. Lectores a legendo, sicut psalmistę a psalmis canendis uocati sunt. Illi enim prędicant populis, quid sequantur: isti cantant, ut excitent ad compunctionem animos audientium. Licèt quidam lectores ita miserabiliter pronũcient, ut quosdam ad luctum, & lamentationem compellant. Idem etiam pronunciatores uocantur, qui porrò ante nunciant: quia tam erit clara eorum uox, ut etiam longe positorum aures adimpleat. Ad lectorem autem pertinet lectiones pronunciare, & ea, quę prophetę uaticinauerunt, populis prædicare, ut iam ex officio ecclesia legat prophetias & lectiones. Vnde, & ei, uidente populo, traditur ab episcopo codex diuinarum lectionum, & dicitur: Accipe, & esto uerbi Dei relator: habiturus, si fideliter impleueris officium, partem cum his, qui bene uerbum Dei ministrauerunt. Qui ad hunc gradum prouehitur, literarum sciẽtia debet esse instructus, ut sensum uerborum intelligat, uim accentuum sciat, distinctè legat, nec confusione prolationis intellectum auditoribus auferat. Attendat quid indicatiuè, quid interrogatiuè sit legendum, ubi sit in oratione facienda distinctio. Hęc enim male seruata, intellectum turbant, & alios ad risum pro uocant: Auribus, & corde consulere debet uox lectoris. Hoc officium impleuit Christus, cum in medio seniorum librum Isaiæ aperiens, distinctè ad intelligendum legit: Spiritus domini super me &c. Ex quo lectoribus datur intelligi, quia gratia spũali clarere debent, qui aliis uerbum Dei annũciant. Hic ordo formam & initium a prophetis accepisse uidetur, quibus dicitur: Clama, ne cesses: quasi tuba exalta uocem tuam.

Ioan. 16.

alias *procul.

Lucæ. 4. Isa. 6.

De exorcistis.

Tertius est ordo exorcistarum: Exorcistæ autem ex Grẽco in latinum, adiurãtes uel increpantes uocantur, Inuocant enim super cathecumenos, & super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini: adiurantes per eum, ut egrediatur ab eis. ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos, & cathechumenos in exorcizando imponere. Debet autem habere spiritum mundum, qui spiritus immundis imperat: & malignum expellere de corde suo, quem expellit de corpore alieno: ne medicina, quam alii facit, sibi non prosit, & dicatur ei: Medice, cura teipsum: Hi cum ordinantur, accipiunt de manu episcopi librum exorcismorum, & dicitur eis: Accipite, & habetote potestatem imponendi manus super energumenos, uel cathecumenos.

Lucæ. 4i.

Hoc officio usus est dominus, quando saliua sua tetigit aures, & linguam surdi, & muti, dicens: Effeta, quod est, adaperire. Per hoc docens nos spiritualiter debere aperire aures prædordiorum hominum ad intelligendum, & ora ad confitendum, ut pulso dęmonæ spirituſanctus uas suum recipiat. Hoc etiam officio usus est Christus, cum dæmoniacos multos sanauit. Hic ordo a Salomone uidetur descẽdisse, qui quendã modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati ex obsessis corporibus pellebantur. Huic officio mancipati, exorcistæ uocati sunt. De quibus Christus in euangelio: Si ego in Belzæbub eiicio dæmonia. filii uestri, scilicet exorcistę, in quo eiiciunt?

Mar: 7.

De acolythis.

Quarto loco succedunt acolythi. Acolythi uerò græcè, latinè cero ferarii dicuntur, a deportandis cereis, quando legendum est euangelium, uel sacrificium offerendum. tunc enim accenduntur luminaria, & deportentur ab eis, non ad effugandas aeris tenebras, cum sol eo tempore rutilet, sed ad signum letitiæ demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua legitur: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ad acolythum etiam pertinet præparatio luminarium in sacrario. Ipse cereum portat, ipse urceolum cum uino & aqua suggesta pro eucharistia subdiaconis pręparat. Hi cum ordinantur, cum edocti fuerint ab episcopo, qualiter in officio suo agere debeant, ab archidiacono accipiunt candelabrũ cum cæreo, & urceolũ uacuum. Hoc officium dominus se habere testatur dicens. Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Huius officij formam illi gerebant in ueteri testamento, qui lucernas candelabri componebant & accendebant igne cœlesti, ad illuminandas tenebras aquilonares.

Mat. 12. lucę. 11.

Io. 8.

Io. 8. 12. Exod. 27: Leuit. 9.

De subdiaconis.

Quintus est ordo subdiaconorum qui Græcę hypodiacones uocantur, quos nos subdiacones dicimus. Qui ideo sic appellantur, quia subiacent pręceptis & officiis leuitarum

rum. Oblationes enim in templo a fidelibus suscipiunt,& leuitis super ponendis altaribus deferunt. Hi apud Hębreos nathinnei uocabantur ideſt in humilitate domino seruientes ad subdiaconū pertinet, calicem & patenam ad altare Christi deferre, & leuitis tradere, eisque ministrare: urceolum quoque, & aquam manile & manutergium tenere episcopo & presbyteris, & leuitis, pro lauandis ante altare manibus aquam præbere. His lex continentiæ imponitur, quia altari appropinquātes, uasa corporis & sanguinis Christi portant. Vnde illud implere debent. Mundamini qui fertis uasa domini. Ad hos etiam pertinet tantum de oblationibus ponere in altari quantum sufficere possit populo, nec non * corporales & pallas, & substratoria lauare. Hi cum ordinantur, accipiunt de manu episcopi patenam, & calicem uacuum, ab archidiacono uerò urceolum cum aquamanili, & manutergio. Hoc officio usus est dominus, quando linteo, se præcinxit, & mittens aquam in peluim pedes discipulorum lauit, & lintheo tersit.

* Aquam manilem, vel aqua manile.

Isa. 52. * corporalia. Ioh. 13.

De diaconis.

Diaconorum ordo sextum tenet locum, propter senarii perfectionem. Hic ordo in ueteri testamento a tribu Leui nomen accepit uel traxit. Dicuntur enim, & leuitę. Præcepit quippè dominus Moysi, ut post ordinationem Aaron & filiorum eius, prorsus tribus Leui ad diuini cultus misteria ordinaretur & consecraretur domino, & seruirent pro Israel coram Aaron & filiis eius in tabernaculo. Ipsique gestarent arcam & tabernaculum, & omnia uasa eius, & in circuitu tabernaculi excubarent: & in transportando tabernaculo ipsi deponerent, rursumque componerent. A uigintiquinque annis, & supra, iussi sunt seruire in tabernaculo. Quam regulam in nouo testamento sancti patres constituerunt, quia hæc ætas ad ferenda onera est robusta. Leuitæ ergo ex nomine auctoris uocati sunt. De leui enim Leuitæ exorti sunt, a quibus in templo mystici sacramenti mysteria explebātur. Hi Grękè diacones, latinè ministri dicuntur: quia sicut in sacerdote consecratio, ita, & in diacono ministerij dispensatio habetur. Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quę aguntur in sacramentis Christi, scilicet in baptismo, in chrismate, in patena, & calice, oblationes quoque inferre, & disponere in altari: componere etiam mensam domini, & uestire, crucem ferre, & pdicare euangelium & epistolam populo. Nam sicut lectoribus uetus testamentum, ita diaconibus nouum prædicare præceptum est. Ad ipsum etiam pertinet officium precū & recitatio catecumenorum nominum. Ipse præmonet aures habere ad dominum, ipse donat pacem, & ipse annunciat. Quod aut huic ordini a Moyse statum est, hoc etiam in nouo testamento repræsentatur, cum diacono super læuum humerum stola ponitur & casula in diebus ieiunii complicatur: quia quicquid laboris & sustinentiæ in hac uita toleratur, quasi in lęua portatur, donec in dextera. ideſt in æternitate requies habeatur. Hic ordo ab apostolis celebratus est, quando (ut legitur in actibus apostolorum) septē uiros plenos spiritu sancto ad hoc officium elegerunt, & oratione præmissa manus eis imposuerunt. Vnde, & consuetudo inoleuit, ut omni matrice ecclesia, septem diacones circa Christi aram, quasi septem columnæ assistant. Hi sunt septem angeli tuba canentes in Apocalypsi. Qui quales esse debeant, Apostolus docet, Timotheo scribens. Hi cū ordinantur, solus episcopus eis manus imponit, quia ad ministerium applicantur. Ponit enim eis orarium. ideſt stolam, super læuum humerum, ut per hoc intelligant, se accepisse iugum domini suaue, quo ad sinistram pertinentia, diuino timori subiciant. Accipiunt & textum euangelii, ut intelligat, se esse prędicones euangelii Christi. Hi autem antequam ordinentur, probentur, ut docet Apostolus: & sic ministrent, nullum crimen habentes. Hoc officio usus est Christus, quando post cœnam sacramentum carnis, & sanguinis discipulis dispensauit: & quando apostolos dormientes ad orationem excitauit, dicens: Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem.

Num. 3. Leuit. 8

Actor 6. Tit. const. d. 1 c. episcopus. 1. Thi. 3. Dist. 23 c. diaconus.

De presbiteris.

Septimus est ordo presbyterorum. Presbiter græcè, senior interpretatur latinè. Non modo pro ætate, uel decrepita senectute, sed propter honorem, & dignitatem, quam acceperunt presbyteri nominantur, qui morū prudentia, & maturitate conuersationis præcellere debent in populo. Vnde scriptum est: Senectus uenerabilis, est non diuturna nec annorum numero computata. Cani enim sunt hominis, & ætas senectutis uita immaculata. Ideo autem etiam presbyteri sacerdotes uocantur, quia sacrum dant: qui licet sint sacerdotes, pontificatus apicem non habent sicut episcopi, quia ipsi nec chrismate frontem signant, nec paracletum dant, quod solis deberi episcopis lectio actuum apo-

postolorum demōstrat. Vnde, & apud ueteres ijdē episcopi, & presbyteri fuerunt: quia illud est nomen dignitatis, non ętatis. Sacerdos nomen hēt cōpositū ex greco, & latino, quod est sacrum dans siue sacer dux. Sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a *sacrā do dictus est. consecrat enim corpus & sanctificat. Antistes uerò sacerdos dictus est ab eo ꝙ ante stat: primus enim est in ordine ecclesiæ. Ad presbyterum autem pertinet, sacramentum corporis & sanguinis domini in altari Dei conficere, orationes dicere, & dona Dei benedicere. Qui cum ordinatur, inunguntur ei manus: ut intelligat, se accepisse gratiam consecrandi, & charitatis opera debere extendere ad omnes. Accipit, & stolam, quæ utrunque tenet latus: quia debet esse munitus armis iustitię contra aduersa & prospera. Accipit etiam calicem cum uino; & patenam cum hostijs: ut per hoc sciat se, accepisse potestatem placabiles Deo hostias offerendi. Hic ordo à filiis Aaron sumpsit initium. Summos enim pontifices, & minores sacerdotes instituit Deus per Moysen, qui ex præcepto Dei Aaron in summum pontificem, filios uerò eius in minores unxit sacerdotes. Christus quoque duodecim elegit discipulos priùs, quos & apostolos uocauit, quorum uicem gerunt in ecclesia maiores pontifices, deinde alios septuaginta, & duos discipulos designauit, quorum uicem in ecclesia tenent minores presbyteri. Vnus autem inter apostolos princeps extitit Petrus, cuius uicarius & successor est pontifex summus, unde dicitur apostolicus: Qui, & papa uocatur, scilicet pater patrum. Qualis autem eligi debeat presbyter, Apostolus scribens Timotheo ostendit ubi nomine episcopi presbyterum significauit. Hoc autem officio usus est Christus, cum seipsum in ara crucis obtulit, idem sacerdos & hostia, & quando post cęnam panem, & uinum in corpus suum, et sanguinem commutauit. Ecce de septem ecclesiæ gradibus breuiter elocuti, quid ad quemquam pertineat, insinuauimus. Cumque omnes spirituales sint, & sacri, excellenter tamen canones duos tantum sacros ordines appellari censent diaconatus scilicet, & presbyteratus: quia hos solos primitiua ecclesia legitur habuisse, & de his solis præceptum Apostoli habemus. Apostoli enim in singulis ciuitatibus episcopos & presbyteros ordinauerunt. Leuitas etiam ab apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos uero & acolythos procedente tempore ecclesia sibi constituit.

* sanctificando. Dist. 75. c. Perlectis.

Dist. 21. c. Cleros. Exod. 28. Leuit. 9.

Quid sit, quod hic dicitur ordo.

Si autem quęritur, quid sit, quod hic uocatur ordo: sanè dici potest, signaculum quod dam esse, ideſt sacrum quodam, quo spiritualis potestas traditur ordinato & officium. Character ergo spiritualis, ubi fit promotio spiritualis potestatis, ordo uel gradus uocatur. Et dicuntur hi ordines sacramenta: quia in eorum perceptione res sacra, id est, gratia confertur, quam figurant ea, quæ ibi geruntur.

Actor. 6.

De nominibus dignitatis, uel officij.

Sunt & alia quædam non ordinum, sed dignitatum, uel officiorum nomina. Dignitatis simul, & officii nomen est episcopus. Episcopatus autem uocabulum inde dictum est, ꝙ ille, qui episcopus efficitur, superintendat, curam scilicet subditorum gerens. Scopin enim græce, latine intendere dicitur. Episcopi autem græcè, latinè speculatores interpretantur. Nam speculator est prępositus in ecclesia, dictus eo, ꝙ speculetur, atque perspiciat populorum infra se positorum mores, & uitam, Pontifex est princeps sacerdotum, quasi uia sequentium. Ipse & summus sacerdos nuncupatur. Ipse enim leuitas, & sacerdotes efficit, ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit.

De pontifice.

De quadripartito ordine episcoporum.

Ordo aut episcoporum quadripartitus est, scilicet in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis & episcopis. Patriarcha græcè summus patrum interpretatur: quia primū, id est, apostolicum tenet locum, ut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Constantinopolitanus: sed omnium summus est Romanus. Archiepiscopus, princeps episcoporum. Archos enim græcè, latinè princeps dicitur. Metropolitę autem a mensura ciuitatum dicuntur. Singulis enim prouinciis præeminent quorum auctoritati, & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt. Solicitudo.n. totius prouinciæ, ipsis episcopis commissa est. Omnes autem superiùs designati ordines, episcopi nuncupantur. Nota quod archiepiscopum nomine primates superiùs significasse videtur: & metropolitanorum, quos nunc archiepiscopos dicimus. Horum autem discretio à gentilibus introducta uidetur, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios proflamines appellabant. Sacerdotes enim gentilium flamines dicebantur: qui habebant in capite pileum, in quo erat breuis uirga, de super habens aliquid lanæ: quod cum per æstum

fer re

ferre non possent, filium tantum in capite ligare cœperunt. Nudus enim capitibus eis incedere nefas erat. Vnde & a filo quo utebantur, flamines dicti sunt quasi filamines. Sed festis diebus filo deposito, pileum imponebant pro sacerdotij eminentia. Vates, à

Vates.

ui mentis appellati sunt: cuius significatio multiplex est. Modo enim sacerdotem, modo prophetam, modo poetam significat. Cantor uero uocatur, qui uocem modulatur incantu. Huius sunt duo genera, præcentor, & succētor: Præcentor, qui uocem præmittit in cantu. Succentor, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur, qui consonat. Qui autem non consonat, nec concinit cōcentor non erit. His breui

Canto.

ter tractatis, admonendi sunt Christi ministri, quatenus sicut excellunt ordinis dignitate, ita precellant uitæ sanctitate: ut plebs eis commissa, eorumque disciplinis edocta, gratanter eis obediat, & eorum imitatione de die in diem proficiat: a quibus diuina sacramenta percipiunt, & missarum solennia audiunt. Missa autem dicitur, uel quia missa est hostia, cuius cōmemoratio fit in illo officio: unde dicitur, ite missa est, id est sequimini hostiam, quæ missa est ad cœlestia, tendentes post eam: uel quia missus cœlestis uenit ad consecrandum dominicum corpus, per quem ad altare cœleste defertur hostia. Vnde, & dicitur: missa est.

Sūma distictionis XXIIII.

HVcusque tractauit Magister de quinque sacris, ad quamcunque determinatam personam spectantibus, quę sacramenta sunt quinque, baptismus, confirmatio, eucharistia, pœnitentia, unctio: iam tractat de duobus residuis, quæ ad totius ecclesiasticæ cōmunitatis utilitatem, necessitatem, conseruationem, profectum, ac regimen pertinent. Quorum primum est ordo, per quem fit propagatio spiritalis. secundum uerò matrimonium, quo fit propagatio, & conseruatio naturalis, & corporalis, tamen in ordine ad spiritualem, ac beatificum finem. In hac ergo distinctione agit magister de ordinis sacramento, & de septem speciebus, seu gradibus eius. & quare sint septē & quomō, Christus actus eorū exercuit, præsignauit, constituit. Deinde declarat, qbus ornatū mētis, id est uirtutibus, donis, & perfectionibus debeant decorari ad hos ordines promouendi, siue in eis constituti. Consequenter tractat p septem capitula de septem istis ordinibus, eorumq; actibus, proprietatibus, & officiis: deinde de quibusdam dignitatibus, & eminentibus officijs, iurisdictionibus & auctoritatibus ecclesiasticorum, præsertim de quadripartito ordine episcoporum.

QVAESTIO I.

Quæstio. I
Obiectiones cōtra veritatē.

HIc quæritē primò, *an ordo sit sacramentū euangelicæ legis*. ¶ Videtur, ꝙ non, quoniam ordo ad triumphātem spectat ecclesiam, in qua nouem sunt ordines, Non ergo ad ecclesiam spectat militantem. secundò ordo est quędam relatio, relatio, autem est minimæ entitatis: ergo & modicæ dignitatis, non ergo sacramentum ecclesiæ, quam constat eē dignitatis præcipuæ. Tertio in ciuili regimine est ēt ordo, qui tamen non ponitur sacramentū, ergo nec ordo iste. Quartò sacramentum est materiale elemētum, ut dictum est sæpe: ordo autem est quid spirituale in anima, puta, signaculū, ut patebit.

In oppositum.

¶ In oppositum est auctoritas totius ecclesiæ, & qđ per sacrū ordinē efficitē hō aptus, dignus, ac potens alia sacramenta peragere, dispēsare, tractare.

Th. Aqui. Responsio

¶ Circa hæc loquitur sanctus doctor, primò declarans, ꝙ in ecclesia militante decentissimum, sit ordinē esse: Deus, inquit, creaturas producere uoluit ad similitudinem sui secundum quo decuit ut

Quæstio.

sint perfectæ, & in eis cognoscatur excellentia creatoris, Ideo ut in suis operibus repręsentetur ipse nō solū scđm qđ est ī se, sed ēt scđm qđ aliis īfluit, & legē pfigit, ac modū hūc indidit, ꝙ ultima pficiunē p media, & media p prima ut S. Dion. docet. Idcirco ut ista pulchritudo nō deesset ecclesiæ statuit ordinē in eadē, ut vnus aliis influat sacra tradat sicq; Deo assimilatē, ad suo mō ministerialiter cooperetē. Nec hoc repugnat ueræ, ac salubri libertati grē, ac uirtutū, Et q̄uis unus sit isto modo superior altero, nihilominus pōt se inferiorem reputare merito. Ordo quoque aliter consideratur, & est in ecclesiastica, & angelica Hierarchia, sicut patebit. Secundò exponit ordinis definitionem, quàm tradit Magister, dicēdo: Ordo est signaculum qddam ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato. Hæc, inquit, definitio conuenit ordini secundum quod est ecclesiæ sacramentum. ideo ponit signum exteriùs ibi signaculum quoddam: & aliud, quod est quasi effectus interior. Signaculum namquè non ponitur hic pro interiori charactere, sed pro eo, quod exteriùs geritur, quod est signum potestatis interioris & causa. Nec ista diffinitio baptismati conuenit. Nam quamuis in baptismo detur quadam potentia recipiendi alia sacramenta ratione cuius characterem imprimit, non tamen est hoc principalis eius effectus, sed interior ablutio. Ordo autem principaliter potestatem importat: ideo character, seu signaculum ponitur in diffinitione ordinis, non baptismi. Potentia quoq; recipiendi alia sacramēta, passiua est potius, quàm actiua. Ordo autem est potestas actiua dandi, ac influendi. Nomen etiā ordinis dupliciter sumitē: Primò, pro relatiōe, q̄ est habitudo inter supiorē, ac inferiorē, & est ī utreq; extremo: nec ita hic sumitē. Scđo: p gradu, seu ptāte eminētiæ, q ordinē primò mō acceptū cōstituit. Cūq; rō ordinis ut est relatio: primò inueniatē ubi aliqđ supiùs altero occurrit. iḡ gradus hic eminēs p spūalē potestatē, dicitur ordo.

¶ Insuper ordo iste est sacramentum. Sacramentum nāque iuxta p̄habita nō aliud est, q̄ sanctificatio qdā homini exhibita cū signo sensibili. Cū ergo in ordinis susceptione cōsecratio homini adhibeatur p uisibilia signa, cōstat qđ ordo sit sacrm. & ita quāuis in nomine suo non exprimat materiale elementum: non tamen sine illo confertur. Vnde nec in angelis ordo est sacramentum: quoniam eis nō confertur cum sensibili signo. Veruntamen nō omnis benedictio, seu cōsecratio, quæ homini sensibiliter adhibetur, est sacramentum, & monachi, atq; abbates benedicanē, & reges ungātur. Illæ tn̄ benedictiones, cōsecrationes, unctiones sacra non sunt quia non ordinantur ad diuinorum dispēsationē. sacramentorum, quemadmodū cōsecratio ordinis huius. ¶ Quæritur quoque, an apta sit forma sacri,

huius

huius, cū dr̄: accipe, &c. Dicendum, quòd sacrm hoc principaliter consistit in tradita potestate. Potestas uerò à potestate traducitur, seu diriuatur, sicut simile à simili, atq; per usum seu actum suum cognoscitur, quia potentiæ notificantur p actus. Hinc in forma ordinis sacramentalis, usus eius designatur per actum, q imperatur. Traductio uerò potestatis, per modum imperatiuum. Alia demum sacramenta nō ordinantur principaliter ad effectus potestatis similes potestati, qua conferuntur, sicut hoc sacrm: idcirco in ipso est cōicatio quędam uniuóca. Vn̄ in alijs sacramentis exprimitur aliquid ex parte diuinæ uirtutis, cui assimilatur sacramenti effectus, non aūt in hoc sacramento. Quamuis enim in episcopo, qui est huius sacramenti minister, non sit auctoritas respectus collationis sacramenti istius: aliquam tamen habet auctoritatem respectu potestatis ordinis, qui confertur per ipsum, inquantum à sua potestate instrumentaliter deriuatur.

¶ Præterea de materia sacramenti sciendū, quòd materia in sacris foris exhibita, designat uirtutem in sacris agentem, oīno ab extrinseco aduenire. Cū q; proprius huius effectus, qui est character, nō percipiatur ex aliqua operatione accedentis ad sacrm, sicut in pœnitentia, sed prorsus ab extra adueniat, cōuenit et habere materiā aliter, quàm alijs sacris. Qđ em̄ in alijs sacris cōfertur: in ipso sacro confertē à solo Deo. Spiritualis aūt potestas, quæ in hoc sacro traditē, deriuatur ēt à ministro, q cōfert sacrm, sicut potestas imperfecta à perfecta. Ideo efficacia aliorum sacramentorum principaliter consistit in materia, quæ uirtutem diuinam continet, atq; signi

Efficacia sacramē:i ord.nis.

ficat ex sanctificatione per ministrum adhibita. Efficacia uerò huius sacramenti principaliter residet pene eum, qui sacramentum dispensat. Materia uerò adhibetur magis ad determinandum potestatē, quæ traditur particulariter ab habente eam complete, quàm ad causandum potestatem, quod patet ex hoc, ꝙ materia competit usui potestatis. Hæc Thomas in Scripto.

¶ In quibus quędam obscura contineri videntur. Primò, quòd ait, in alijs sacramentis id, quod confertur in eis seu in ipso sacramento, à solo est Deo. Spiritualis autem potestas, quæ in isto sacro cōfertur, etiam deriuatur à ministro sacramentum conferente. Cui dicto obijci potest, quod tam ex isto doctore, quàm ex alijs toties est inductum, quòd sacramēta nouæ legis efficiunt, quòd designant, ita, quòd in ipsis est uis supernaturalis causalis, instrumentaliter cooperatiua ipsius sacramentalis effectus, uirtus seu gratia, à solo Deo est principaliter, & sicut à causa principali effectiua, atq; à sacramento seu ministro instrumentaliter dispositiuè, & cooperatiuè ex participatione potestatis diuinæ: ita in isto, in quo uirtus sacramentalis seu character non concurrit ad productionem potestatis ordinati plus seu aliter, quàm in cæteris sacramentis Secundò, quòd ait, efficacia aliorum sacramentorum principaliter con

Obiectio.

sistit in materia. Cuius contrarium apparet ex eo, quòd frequenter præhabitum est efficatiam, ac uirtutem sacramentorum potissimè consistere in formis eorum, ita, quòd forma sacramenti se habet per

Obiectio.

modum agentis: materia instar passiui. Tertiò, quod dicit, efficacia huius sacramenti principaliter residet penes eum, qui sacramentum dispensat. Cui uerbo obijcitur, quòd apud dispensatorem non residet efficacia ista, nisi instrumentaliter imperfectè, & secundum esse diminutum pertenuę: in Deo autem principaliter, auctoritatiuè, perfectè. Hæc scholasticè, & inquisitiuè, non reprehensiuè tanguntur contra tantum doctorem.

¶ Qui etiam summa contra gentiles libro asserit quarto: Manifestum est, quòd in sacramentis alijs confertur gratia sub signis visibilium rerum. Omnis autem actio debet esse proportionata agenti, oportet ergo, quòd aliorum sacramentorum dispensatio fiat per visibiles homines spiritualem uirtutem habentes. Non enim dispensatio sacramentorum competit angelis, sed hominibus visibili carne indutis, iuxta illud Apostoli ab Hebręos: Omnis pōtifex ex hominibus assumptus, pro hoībus constituitur in his, quæ sunt ad Deum. Huius quoque rō

Heb. 5.

aliunde accipitur. Sacramentum uirtus, ac institutio à Christo habet initium, qui corporis, & sanguinis sui sacramentum dedit in cœna frequentandū instituit. Cumq; corporalem, atq; uisibilem corporis sui præsentiā fuerit ecclesiæ subtracturus, oportuit ut alios institueret ministros, qui fidelibus sacramentum hoc dispensarent. Hinc discipulis consecrationem corporis & sanguinis sui commisit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Minister aūt se habet ad dominum suum, sicut instrumentum ad principale agens. Instrumentum quoq; oportet esse principali proportionatū, agenti. Hinc

Ministri sacramentorum necessarij.

Christi ministros oportet ei esse conformes. Christus quoq; propria potestate, & auctoritate operatus est nostram salutem, inquantum Deus, & hō, quatenus s̄m id, quod hō est, pro nostra redemptione pateretur, & inquantum Deus, passioni suæ saluandi efficaciam omnimodam largiretur. Oportet ergo ministros Christi hoīes esse, & aliquid diuinitatis eius participare per aliqquam spiritualem potestatem, quemadmodum instrumentum aliquid participat de uirtute principalis agentis. Sic item data est ista potestas primis Christi discipulis, ut per eos deriuaretur ad posteros, cum data sit eis in ædificationem, & conseruationem ecclesiæ usque ad finem quod sub sensibilibus signis fieri expedit propter rationes frequenter p̄habitas. Hæc idē ibidē, vbi de his plenius loquitur concordant Petrus, & Richardus.

Matt. 26

¶ Porrò Bonauentura: Necessrius, inquit, est ordo in ecclesia pp duo, videlicet pp pulchritudinem, & rectitudinem. Cum enim in ecclesia tanta sit fidelium multitudo, nisi adesset ordo, inesset confusio: Hinc oīs sapiens eo ipso, quo sapiens, pulchritudinis est amor, nec produciti sine ordine multa. In multitudine quoq; sunt multi, q gubernatiōe informatio neq; indignēt. Gubernare uerò, & īformare spectat ad superiores, q nisi habeant inferiores, ac subditos, dici non possunt superiores. Deniq; ordo sacrm est euangelicę legis. Quēadmodū em̄ signū interdū ponitē p signato, & ecōuerso: ita figura p ueritate seu refigurata: q̄ tamen diuersa sunt, & nihilominus vnum dr̄ esse in alio, sicut rota in rota. Sic, & lex noua, & sacrificium eius, differunt à lege antiqua, ac sacrificio eius. Sacrificium namque encharistiæ proprium est nouæ legi, tamen figura eius præcessit in ueteri. Similiter ordo seu ordinata potestas, ut hic sumitur, est legi euangelicæ proprium sacramentū. Habuit tamen figuram in lege, & sacerdotium legis fuit figura sacerdotij Christi. Verum ista, & illa multum distant in dignitate.

Bonauen. Ordo in ecclesia necessarius.

¶ Ampliùs sacrm ordinis unum est multas tn̄ habet partes, quę non purificant sacrm: quoniam non sunt partes totaliter subiectiuæ: recipiunt tamen prædicationem totius, quia habent quodammodo naturam partium subiectiuarum, unde partes potæstatem

testatiuæ uocantur, quæ maxime competunt ordini Primò, quoniam ordo dr ordinata potestas, quæ ex ordinatione multorum ad unum efficitur, quodlibet horum participat rationem potestatis, quamuis non perfectionis. Secundò, quoniam ordo concernit distinctionẽ in partibus, sicut, & numerus. Hinc sicut partes numeri quodammodo habent naturam partium integralium, in hoc, quod simul sumptæ cõstituunt numerum, & etiam quodammodo naturã partium subiectiuarum, in hoc præter ipsam unitatem quælibet pars numeri est numerus: sic omnes ordinum gradus unum reddunt sacramentum perfectum, & tamẽ, quilibet gradus ordo uocatur. Hęc Bonauentura. Quibus concordat Albertus.

¶ Insuper circa literam addit Bonauentura: Differentia est inter nouum, & uetus testamentum, in cõparatione sacerdotij, atq; regni. vetus quippè testamẽtum adhuc fuit carnale, carnaliterq; uiuentium. Ideo potestas regalis, & secularis extitit maior, ac principalior sacerdotali. Vnde signanter dicebatur in lege regnum sacerdotale, quia sacerdotium pendebat ex regno. ita, q̃ sacerdotium fuit adiacens regno. In nouo autem testamento, videlicet prima Petri secundò, contrarium dr: Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Nam principalius nunc est sacerdotium, quàm regnum, & potestas spiritualis, quàm temporalis. Sic etenim competit statui gratiæ. Hæc idem.

¶ Porrò alij plures communiter dicunt, quòd ordo est unum sacramentum eo modo, quo dictum est de pœnitentia, & eucharistia, utpotè non unitate indiuisibilitatis, ut punctus, nec continuitatis, ut linea: sed perfectionis, seu reductionis ad unum, quòd est unum aggregatiuè.

¶ His concordat Durandus additq; Ordo tripliciter sumitur. Primò, pro relatione, ut cum asserit Augustinus: Ordo est parium, dispariumq; sua loca cuiq; tribuens dispositio. Secũdò, pro gradu seu ordinata potestate, ut dictum est. Tertiò, pro eo, quod exterius sensibiliter agitur circa ordinatum, sicut alicui traditur calix cum pane, & uino sub præscripta forma uerborum, ut constituatur in gradu sacerdotij super populum, & hoc magis propriè dicetur ordinatio, quàm ordo. Sic tamen sumit Magister, dicendo: Ordo est signaculum quoddam, &c. Hæc Durandus.

QVAESTIO II.

Ampliùs quæritur, *Vtrum clericis, & in sacris ordinibus constitutis competat coronam habere.*

¶ Vr̃, q̃ non qa ridiculum vr̃ sic radi, & ad derisionẽ inductum, vt in itinerario sancti Clementis narratur. Rursus: qm̃ superstitiosum, & idolo latriæ germen esse apparet. Vnde per Ieremiam dominus cõminatur: Visitabo super eos, qui attonsi sunt comã.

¶ Ad hoc Thomas respondet: Eis, qui ad diuina ministeria, applicantur, competit rasura, ac tunsura in modum coronæ ratione figuræ, qa corona est signum regni, ac perfectionis, cum sit circularis. Qui autem ministerij applicantur diuinis, adipiscuntur regiam dignitatem, atque perfecti uirtutibus esse debent. Competit quoque eis ratione subtractionis capillorum ex parte superiori per rasuram, ad designandum, quòd mens eorum à contemplatione retardari non debet occupationibus terrenorum, & ex parte inferiori: quoniam sensus eorum temporalibus non debet rebus inuolui. Talem autem incisuram perfidi ad cultum dæmonum faciebant, ideo cõcabatur eis altissimus. Huius aũt coronæ figura in Nazareis præcessit. Verum ea, quæ fiebant in ueteri testamento imperfectè representant ea, q̃ nouo testamenti sunt. Hinc ptinentia ad ministros noui testamenti, non solum per leuitarum significãtur officia, sed & per oẽs illos, qui aliquã perfectionem profitebantur. Nazaræi aũt quandã pfectionem profitebantur, in depositione comæ suæ designantes tẽporaliũ rerũ contẽptũ, q̃uis non in modũ coronæ deponerent, sed totã comã: qm̃ nondũ erat tempus sacerdotij regij, ac perfecti. Similiter conuersi tondentur propter temporalium renunciationem, nõ tamen raduntur, quia non mancipantur diuinis tota liter, sed exterioribus partim.

¶ Quæritur quoq;, an corona sit ordo, Respondẽdum, quod ministri ecclesiæ separantur à populo, ut pleniùs uacent diuinis, in quibus quædam per determinatas personas sunt exercenda, ad q̃ datur specialis potestas ordinis. Quædam uerò communiter fiunt a generali ministrorum collegio, ut dicere laudes diuinas, ad quod nõ exigitur aliqua ordinis potestas, sed solũ deputatio quædã ad tale officiũ, q̃ fit per coronam: ideo non est ordo, sed præambulum quoddam ad ordinem, nec in ea character imprimitur. Deputatio etiam illa per episcopum fieri debet, per quem uestes, ac uasa, & cætera, quæ diuino applicantur cultui, benedicuntur.

¶ Itẽ quæritur, an clerici, & tonsurã accipientes, teneant temporalibus renunciare. Apparet, q̃ imò, qa ministri ecclesiæ debent esse pfectiores ministris synagogę, qui tẽporalia non habebant, ut cæteri: sed Deus, & sacrificia eius fuerunt eorũ hereditas, ut in Leuitico, &. Deuteronomio legit. In decreto quoq; sanctorũ patrũ eloquio allegat: Bona clericorũ uenean in cõi. Item S. Hieronymus cotestatur: Deus eorũ hæreditas dedignat, q̃ cum populo possident aliquid. Et dicendũ, quòd ex hoc, q̃ quis coronã accipit clericalẽ, non renunciat patrimonio suo, nec alijs tẽporalibus rebus: qm̃ terrenorũ possessio non ꝓriatur directè cultui Dei, ad clerici deputantur: sed immoderata illorum dilectio, & solicitudo, qa affectus in crimine est, nõ res. Illorũ ergo possessio Dei esse non uult, q̃ terrenis inhærent finaliter, & a uerè. In ueteri quoq; testamento sacerdotes, ac leuitę habebãt urbes ad habitandum, oblationes, atq; primitias, sacrificia, & hostias, q̃bus sufficienter fuit eis ꝓuisum. Si uerò clerici, præsertim ad ordines sacros ꝓmoti, sint indigẽtes, ac pauperes, episcopus, q̃ eos ꝓmouit, ipsis prouidere tenet, nõ aliàs. Hæc Thomas.

¶ Qui ẽt ait, quòd ex quo sacerdotes, & leuitæ erant p singulas tribus dispergendi, non poterãt inter eas hæreditatẽ accipere, Quibꝰ uerbis obijci põt, qđ ẽt inter ipsas tribus ubi fuerunt dispersi, habebãt certas urbes, in q̃bus habebãt fixas mãsiones, & sub urbana ad alẽdũ peccora sua in pascuis, & pari mõ potuissent hr̃e, & agros. idcir co factũ est hoc, ut liberiùs Deo uacarent, & tanto plùs essent intenti in diuinis, quanto minus occupabant circa terrena solicitanda. Deniq; non solum de leuitis, sed item de Symonitis Iacob patriarcha prædixerat: Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. Hihilominus Simeonitæ habebant sortem, atque funiculum inter cæteras tribus. Sed & de tribu Beniamin in Iosue fertur, quod in medio filiorum Iudæ partem seu possessionem suam sortita sit. Hinc illud creditur factum etiam mistica ratione, ad præfigurandũ ministros euangelicę legis, quia patrum sanctione, aut religiosa profectione renunciant proprietati, & omni facultati terrenę, atq; carnali prosapiæ. Vnde, & in Deutero. Moyses de leuitis locutus est: Qui dixerunt pr̃i suo, nescio uos: & his, qui genuerunt eos, ignoro illos: hi custodierũt eloquium tuũ domine.

Petrus. Corona atque tõsura clericalis ratio.

¶ Circa hæc scribit Petrus: In oi transitu a statu instatũ, cõuenienter interponitur aliqua dispositio media. Hinc in transitu à statu laicorũ ad statũ ministrorũ Dei, conuenienter interponit tonsura prima: per quã, q̃ tonsuratur, à statu laicorũ separant, atq; ad statũ ministrorum ecclesiæ præparantur. Cumq; a laicorũ statu separentur, conueuienter in signum huius, capili eorũ deponuntur, & quia in ministros Dei) cui seruire, regnare est (eliguntur, congruenter in illis aliqui capilli in modum coronæ dimittũtur: Deniq; tonsura in corpore fit, character uerò aĩæ imprimitur, idcirco ad esse ordinis tonsura non prꝫexigitur, sed ad bene esse. Est ergo dispositio congruitatis, non necessitatis. Insuper clericorum aliq profitentur uitam communem, & his non licet proprium habere, quidam nõ, & his licet habere in usu, non in affectu. Nam ea, quæ habent, diuino cultui debent subijcere, non autem tenentur ea', omnino abijcere. Hoc iterum sciendum, q̃ sic, aut habet aliũ de unde sufficienter uiuere possit, & sic ecclesia nõ tenetur ei prouidere, quia non indiget, aut non habet, & tunc ecclesia ei tenetur: quoniam ipse obligatus extat ecclesiæ, nec ualet ad seculi actus redire. Hęc Petrus.

Richard'. Quæstio. Q̃ clericis ferẽda sit corona.

¶ Richardus demum istis concordans, sciscitatur utrum clerici non beneficiati, nec in sacris cõstituti tenentur portare tonsuram. Rñdet: Cleric. tales, aut publicè exercent actus clericali statui repugnantes, aut non. Si sic, tunc quamuis peccent talia opera exercendo, non tamen peccant tonsuram huiusmodi non portando, imò eam portãdo magis peccarent. Et tales si tertio moniti ab eo, ad quem pertinet, cõtemserint se emendare, priuilegio clericali priuantur, extra de sententia excommunicationis: Contingit, quia ut dr ibi, priuilegium meretur amittere, qui promissa seu concessa sibi potestate abutitur, ac frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. Si uerò non exercent actus repugnantes beneficio clericali, sed tanquam clerici priuilegio clericali utuntur, peccant non faciendo radi tonsuram loco & tempore opportuno, atq; ad eam portandã compelli possunt, ac debent, & ita intelligenda sunt iura, &c. Clerici etenim scandalum in ecclesia generantes, ad correctionem cogendi sunt, & ex consequenti ad portandum tonsuram, nisi forte tale cõ miserint facinus, pro quo clericali priuilegio merito sint priuandi.

Quæstio. Clerici uxorati.

¶ Insuper quærit, utrum clerici uxorati, non bigami tenentur tonsuram portare. Dicendum, quòd clerici tales, aut utuntur priuilegio clericali, aut nõ. Si sic, portare tenentur: si non, aut hoc est, ut deuitẽt ecclesiasticum iudicium, quod propter delictum suum uerentur, putantes faciliùs euadere in curia laicali, aut non propter delictum, quo ecclesiasticum formident iudicium, sed: quoniam uolunt se penitus ad actus laicales transferre, ut si uelint milites fieri, aut alia secularia negocia exercere. Primo modo compelli possunt, ac debent, ut ferant tonsuram, ecclesiasticumq; subeant iudicium. Secundo modo credo, quòd compelli non debeant portare tonsuram. Et per istam distinctionem concordari possunt iura diuersimode sonantia.

Quæstio. Clerici bigami.

¶ Iterum inuestigat, utrum bigami teneantur non portare tonsurã. Rñdet, Clerici bigami, aut sunt religiosi, aut seculares. Si seculares, tenent eã nõ portare. Idẽ dicũt nõnulli, si sint religiosi, qa pstitutio, phibens generaliter lata est. Vñ sicut uidemus, quòd cõstitutio torneament a prohibens, oẽs ligat quacunque intentione torneamenta exerceant, & quantum cunq; sobriè, quia prohibitio generaliter loquitur quamuis pp, abutentes sit facta: sic in proposito dicunt. Veruntamen credo, quòd liceat bigamis religiosis tonsuram portare, quam ante bigamiam receperunt, præsertim ante æditionem prohibitionis prætactę. Hæc Richardus.

Albertus. Corona quid signi ficet.

¶ Concordat Albertus, & addit: Exteriora in tonsura fiunt pp interiora. Interiùs aũt corrñdens coronę seu tonsuræ, est eleuatio mentis ad Deum non character, & ipsa corona non est quid penitus corporale, sed corporale ad spirituale, ordinatum, & illud spirituale, est partim coniunctũ, videlicet eleuatio mentis ad Deum: partimq; subsequens, utpotè ordo, quem disponit. Ampliùs, dubium non est, quin clerici ius habeant in sua hæreditate patrimoniali. Aliter nerò vr̃ in feudis quibusdam. Quædam enim sunt ad annum precium homagio aliorũ exhibita, & quædam pro stipendij militiæ debitus. Videtur ergo, quòd patrimonium possunt habere, atq; faudalia, & scio, quòd in multis terris habent, & precium exhibent precioq; precibusve inducunt alium aliquem sibi in temporalibus æquualentem, qui loco eorum facit homagium. Illa uerò feudalia, quæ sunt quasi pro stipendijs militum, vr̃ mihi, quòd sine iniuria domini feudi habere non ualeant. Religiosi aũt propria nequaquam possunt habere. Hęc Albertus.

Richardꝰ.

¶ Denique ad probationem huius ultimi uerbi, allegat Richardus illud extra de statu monachorum. Prohibemus districtè in uirtute sanctæ obedientiæ subobtestatione diuini iudicij, ne quis monachorũ propriũ aliquo modo possideat, nec æstimet, quòd super possit dispensari: qnoniam abdicatio proprietatis, quemadmodum custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, quòd contra eam, nec summus pontifex possit professis licentiam indulgere, &c.

Bonauen.

¶ De his omnibus Bonauentura scribit egregie, & pene oĩa iam dicta in eius scripto diffusè habentur.

Quæstio. Ad horas canonicas qui teneantur.

Quærit quoq; utrum clerici, qui de bonis ecclesię sustentantur, vtpotè habentes beneficium præbendale tenentur ad horas canonicas. Respondet, Quidam obligantur ecclesiæ, quia ecclesia obligatur eis, ut qui beneficia recipiunt ecclesiæ. In quibusdam est econuerso, quia ecclesia ipsi obligatur: quoniã ipsi primo per sacrorũ ordinũ susceptionẽ obligantur ecclesiæ. Vñ apparet ꝫm ius cõe, quòd clerici in sacris ordinibus constituti, ad horas tenentur canonicas ex officio. Infraverò sacros ordines, tenẽtur ad eas beneficati ex beneficio. Constituti uerò in sacris ordinibus, & beneficiati, tenentur ad ipsas ex utroque. Et hoc dictat ius canonicum, & concordat diuinum. Hęc Bonauentu.

QVAESTIO II.

Contra ueritatem. Thomas.

Deinde quæritur, *Vtrum in hoc sacramento imprimuntur gratia, & character, de cõexionibus quoque, & modis characterum ordinum.*

Et apparet, quòd non confert gratiam, quia non datur dignè nisi gratiam iam habenti. In eodem autem non est nisi gratia una gratumfaciens. Item, ut dictum est character est indelebilis: sed aliqui degradantur in quibus uidetur character deleri. Rursus, dona gratię gratumfacientis conformatur homo Christo sublimiter, magisque eminenter, quàm per dona gratiæ gratisdatæ. Ergo ultra dona illa non requiritur ullus character.

¶ Ad hęc Thomas rñdet: Cũ Dei perfecta sint opera, unicuiq; diuinitus datur potentia ãliqua, ꝑ quã

Thomas.

exequi poſſit ea ad quę ordinat̃. Quemadmodum aũt gr̃a gratũfaciẽs neceſſaria eſt ad hoc, ꝙ hõ ſacra dignè recipiat, ita quoq; ad hoc, quòd hõ ſacramenta dignè diſpenſet. Hinc in ſacr̃o ordinis, per quod homo ordinatur ad aliorum ſacramentorum diſpẽſationem gratia gratumfaciens datur. Dr̃ autem ſacramentum hoc contra ignorantiã dari, non quòd detur contra ignorantiam ſuſcipientis, ſed plebis à qua habet ignorantiam expellere, per hoc, quòd per ordinem pręficitur plebi. Hinc ad idoneam ordinũ executionem non ſufficit qualiscunq; bonitas uitæ, ſed requiritur bonitas excellens, quatenus ſicut illi, qui ordinem ſuſcipiunt, conſtituunt ſuper plebem ordinis gradu, ita, & ſuperiores ſint meritis ſanctitatis. Hinc in ordinis ſuſceptione confertur maius gratię munus, per quod ordinati reddantur, ad maiora idonei, & condigni.

In ordine ſacramentis cõſtitutis q̃ ſ eſſe debeat bonitas.

¶Præterea de impreſſione characteris, fuit hic triplex opinio. Vna, quòd ſolũ in ordine ſacerdotali character imprimitur. Sed hoc non ur̃: qm̃ actum diaconi nullus poteſt exercere niſi diaconus, quo patet, quod habet aliquam ſpiritualẽ, ac ſpecialẽ in ſacramentorum diſpenſationibus poteſtatem Ideo alia opinio eſt, quòd in ſacris ordinibus character imprimit̃, nõ in minoribus. Quod ẽt nihil eſt, q̃ per quẽlibet ordinẽ ponit̃ hõ ſup plebẽ in aliquo gradu poteſtatis ordinate ad diſpenſationẽ ſacr̃orum, Cumq; character ſit ſignũ ab alijs diſtinctiuũ, oportet, quòd imprimat̃ character in quolibet ordine, cuius ſignũ eſt, ꝙ perpetuo manẽt, & nunq̃ reiterant̃. Et hęc opinio tertia, quæ cõior, uerìorq; putatur. Vñ quãtũcũq; quis quẽcunq; habens ordinẽ, quãuis ad laicatum ſe transferat, ſemper manet in eo character. Quod & inde oſtenditur, quia ſi ad clericatum poſtea reuertatur, non denuo ordinatur, quantum ad ordinem, quem ſemel accepit. Deniq;, quilibet ordo habet actum aliquem circa ſacramentum, uel ordinatum ad ſacramenti diſpenſationem, quemadmodum oſtiarij habent admittere homines ad ſacramenti inſpectionem.

Quæſtio.

¶Amplius, ſi quæratur, an character ordinis præſupponat in ſuſcipiente characterem baptiſmi, characteremq; confirmationis, dicendum, quòd per characterem baptiſmalem fit homo aliorum ſuſceptiuus ſacramentorum. Ideo carens illo, nullius ſacramenti alterius capax eſt, præſertim cum iuxta præhabita baptiſmus ſit ianua ſacramentorũ. Hinc ſi quis ſe fingat, aut probabiliter putet eſſe baptizatus non ſit, & ordinetur: non recipit ordinem uerè, nec poteſt conficere, nec quemq̃ abſoluere: idcirco ſecundum canones baptizandus eſt, & denuo ordinãdus. Aliàs ſi in epiſcopum promoueatur, illi, quos ordinat, non ſuſcipiunt ordinem. Attamen pie credi poteſt, quòd quantum ad ultimos ſacramentorum effectus, ſummus ſacerdos ſuppleret defectus, nec permitteret hęc ita iacere, quòd eccleſiæ poſſet periculum imminere. Veruntamen ad ſuſceptionem ordinis non prærequiritur, de neceſſitate character, aut ſacramentum confirmationis, ſed ſolum de congruitate, ſecundum quod ad aliquid agendum, vel recipiendum requiritur id, ſine quo non poteſt conuenienter agi, aut recipi. Conformiter reſpondendum, ſi quæratur an character unius ordinis de neceſſitate preſupponat characterem alterius ordinis, præſertim inferioris, dicendum, quòd non. Vnde ſi quis accipiat ordinem ſuperiorem, præmiſſo inferiore, non reordinatur, ſed confertur ſibi, quod defuit ſecundum canonum inſtituta. Hinc in primitiua quidam ordinabantur presbiteri, qui nondum acceperant ordines inferiores: nihilominus poterant omnia, quę inferiorum ſunt ordinum, quia poteſtas inferior ſuperiore continetur, ſicut dicatus in regno.

Quæſtio. Ordinati per ſaltũ.

¶Poſtmodum demum ordinauit eccleſia, ne ad ſuperiores ſe ingerat ordines, qui in minoribus humiliter non ſeruiuit. Hinc quoq; ordinati per ſaltum, non reordinant̃: ſed iuxta canones, quod omiſſum de præcedentibus ordinibus fuit, ſuppletur, & confertur. Si autem objiciatur, quòd ordines ſunt quidam gradus ſubordinati, in quibus non poteſt quis peruenire ad gradus ſuperiores, niſi aſcendat per inferiores Et rñdẽdũ, quòd ordines iſti non ſunt gradus in eadẽ actione, aut uno motu concurrentes, ut oporteat ad ultimũ peruenire per primũ; imò ſunt gradus conſtituti in rebus diuerſis, ſicut eſt gradus inter leonẽ, & hoĩem, ac angelũ. Nec oportet, quòd qui angelus, eſt priùs fuerit leo, deinde hõ, ac poſtmodum angelus. Hæc Thom. in Scri.

Obiectio.

¶Concordat Albertus: Mihi, dicens, non ur̃ dubium eſſe, quin ordo iſte characterem imprimat, ordo inquam oſtiarij: quanto magis ordines ſacri? Cauſa em̃ ſeu rõ irreiterationis ſacr̃i, non eſt niſi duplex prima, quia cã non redit ſicut originale, non redit. poſt baptiſmũ. Secunda, quia immobile aliquid manet in ſuſcipiente ſacr̃m. Prima aũt cã non iterandi ſacr̃m ordinis, non eſt hic. Defectus em̃, & peccatũ ꝯ quod datur, ſæpe reiteratur. Ergo ſecunda cauſa hic locũ habet, quòd ſcilicet aliqua poteſtas indelebilis imprimitur, quæ character vocatur. Sed objici poteſt, quòd in hierarchia angelica angelis aĩarum noſtrarũ cuſtodibus non imprimit̃ character, qui tñ ſunt ſuperiores oſtiarijs, ſeu cuſtodibus in eccleſiaſtica hierarchia: ergo, nec iſtis. Reſpondendum, quod de ſignis angelorum nobis incertum, eſt, tamen de gradibus angelorum hoc nobis eſt certũ, ꝙ quantum ad gradum dignitatis, unus ſuper aliũ manet perpetuo, quamuis forſan euacuabitur, quantũ ad actum, atq; officium, quando erit Deus omnia in omnibus poſt diẽ iudicij. Hinc puto falſum eſſe, quòd angeli non ſunt diſtincti inter ſe ſignaculis naturæ, & gratiæ, ac gloriæ, ſecundum quod eorum officia ſunt diuerſa, ſuperiora, & inferiora. Præterea quæritur, cum character creatus conſignet, & aliquo modo conformet trinitatẽ creatam increatæ, qũo character iſte hoc faciat. Rñdet, quòd conformat oſtiarium ei, qui non dormit, neq; dormitat cuſtodiendo Iſraelem. Et ſicut Chriſtus in templo oſtendit quendam diuinũ fulgorem, quo territi ceſſerunt, & exierunt de tẽplo, qui illud prophanauerunt: ſic quędam diuina uirtus deterrendi immũda à ſancto loco, datur oſtiarijs, ex qua uirtute pellere poſſunt immunda ab ædibus conſecratis. Et hic eſt actus eorum ratione ordinis huius. Nec hoc poſſunt, qui ordinem iſtum non acceperunt, neq; hanc poteſtatem. Hæc Albertus. Qui prędictis iam uerbis uidetur ſentire, angelos ſpecificè eſſe diſtinctos, quod ſuper ſecundum uidetur negaſſe, ut ibi narratum eſt.

Cauſe non reiterandi ſacramenti.

Obiectio.

Queſtio. Reſpõſio. Pſal. 120. Matt 21. Albertus. Petrus.

¶In his Petrus, & Richardus concordant, additque Petrus: Characteres ſeptem ordinum eſſentialiter, & ſpecie eſſe diſtinctos, ſicut, & ordines ipſos. Richardus quoque, quod in collatione cuiuslibet ordinis gratia gratumfaciens ordinato confertur, ſi dignè recipit ordinem. Quemadmodum enim natura non ſolum dat ſuo effectui id, quod neceſſariũ eſt ad executionem ſui naturalis effectus, ſed etiam, ꝙ requiritur ad executionem idoneam: ſic Deus dando ordinũ poteſtatem, ſimul largit̃ gratia
rum

gratiarũ chariſmata, p̃ q̃ efficiatur, ac meritoriè executionib⁹ mãcipent̃. Hæc Richar. Eadẽ Argẽtineñ. q̃ & cõem doctorũ doctrinã cõiter ſequit̃, & eadẽ ſcribit, q̃ alij. Scripta quoq; dñi Bonauenturæ de his, continentur in introductis ex Thoma, & alijs.

Durand⁹. Character quid ſit.

¶Porrò Duran. Cũ inquit, character ſit poteſtas per quam hõ põt exercere, & exequi operationes diuinas, hinc ſicut aliquid dupliciter hȝ rõnẽ poteſtatis, ita, & characteris. Simpliciter nãq; uocat̃ poteſtas, p̃ quã poſſumus in operationẽ, in, quã añ non poteramus. Poteſtas uerò ſm̃ quid dr̃, per quã aliquid licitè poſſumus, ꝙ & aliàs poteramus, ſed nõ licitè. Sic, & character ſimpliciter uocat̃ poteſtas, qua poſſumus, quod non potuimus ante. Secundũ quid uerò dr̃ character poteſtas, per quã poſſumus, quod & ante potuimus, quãuis non licitè. Character ergo primo mõ acceptus, in ſolo imprimit̃ ſacerdotio: ſumptus autẽ ſecundo mõ, imprimit̃ in alijs ordinibus. Nã diaconus põt euangeliũ legere, ac cætera obſequia ſacerdoti exhibere, quamuis nõ ſit diaconus ordinatus, quãuis non poſſit id licitè, & ita de ordinibus inferioribus alijs Non autẽ põt quis uerè conficere corpus, & ſanguinẽ ſaluatoris, niſi ſit ordinatus ſacerdos. Nec eſt inſtante niſi de exorciſta, q̃ ur̃ in ſua ordinatiõe accipere poteſtatẽ ad ſpiritualem effectum, puta ad impediendum dæmonis poteſtatẽ. Sed hoc ſm̃ Cyprianum non cogit, q̃a ſm̃ ipſum nil facit, ſed tñ ſignificat id, quod poſtea in baptiſmo efficit̃. Ait nãq;: Scias diaboli nequitiã p̃manere uſq; ad aquã ſalutarẽ, in baptiſmo autẽ nequitiã oẽm amittere. Et ita ſm̃ ipſum exorciſta non habet ſuper dęmonẽ poteſtatẽ. Sed q̃a contrarium tenetur communiter, ideo poteſt concedi, quòd in ordinatione exorciſtę character imprimitur. Hæc Durandus.

¶In quibus inſinuat, quod in alijs ordinibus minoribus, imò, nec diaconatu, nec ſubdiaconatu, imprimat̃ uerus, & propriè dictus character, quod ex dictis, & dicendis cenſet̃ erroneum. Imò tã uerè, ac uerus imprimit̃ in eis character, quàm uerè ſunt ordines, & quã rõ ordinis conuenit eis. Et ſicut ex Alberto iã claruit ſicut proprius oſtiatij actus non eſt tm̃ corporaliter oſtium aperire, & quoſdã ad ingreſſum admittere, quoſdã arcere, ſed poteſtatiuè hoc agere, ſicut expreſſum eſt: ita actus diaconi non eſt qualitercunq; euangelium legere, & alia quędã peragere, ſed ex tradita ſibi poteſtate peragere illa, ut ſtatim dicet̃. Deniq; eadẽ poteſtate põt quis aliqd ſimpliciter, & licenter ſeu de facto, & de iure: quemadmodum ſacerdos exiſtens in charitate, uerè, & licitè celebrat ſacerdotali poteſtate, atque eadem poteſtate celebrat illicite, & contra ius, quando ſcienter in mortali exiſtens uitio celebrat.

QVAESTIO IIII.

Contra veritatem

Conſequenter tunc ſciſcitãdũ; *Vtrum in ſuſcipiẽtibus ordinẽ requiratur uirtuoſitas vitæ, atque ſciẽtia totius ſacræ ſcripturæ.* ¶Vr̃, quòd non, quia cum hõ ignoraret an uerè ſit uirtuoſus, & in charitate exiſtẽs, grandi ſe periculo cõmitteret, qui ad ordines p̃cederet. Item uidemus frequenter, quòd ſimplices ſacerdotes deuotiùs conuerſantur, q̃ eminenter literati. Propter quod dixit Saluator. Confiteor tibi pater, domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Salomon quoq; loquens de Deo ſimplicibus, ait, ſermocinatio eius. ¶Ad hęc doctor ſanctus rñdet ſicut beatus Dionyſius. 3. cœleſti hierarchiæ cap. loquit̃, Quemadmodum ſubtiliores, ac clariores eſſentiæ, influxu ſolarium radiorum impletæ, lumen in eas ſuperueniens, ac deſcendens alijs corporibus cõmunicant, influunt, ac infundunt, ſic in omni actu obſequioq; diuino nõ eſt audendũ alijs fieri ducẽ, niſi quis ſecundum omnem habitum ſuum factus ſit Dei formisſimus. ideo ſimillimus. Cumq; homo in quolibet ordine conſtituatur dux alijs in rebus diuinis, in quolibet ordine tanquam præſumptuoſus peccat mortaliter, qui cum conſcientia peccati mortalis ad Deum accedit. Hinc ſanctitas uitæ ad cuiuslibet ordinis acceptionẽ, & uſum ſeu executionem requiritur de neceſſitate præcepti, nõ de neceſſitate ſacramenti. Vnde ſi malus ordinetur uerè ſuſcipit ordinem. Hinc rurſus diuinus Dionyſius in epiſtola ad Demophilum ſcribit: Talis, utpotè non illuminatus, audax uidetur, ſacerdotalibus manum apponens, & non ueretur, neque uerecundatur diuina præter dignitatem attrectans, & exequens, & quaſi putans Deum neſcire, quæ ipſe in ſe cognouit, & decipere æſtimat Deum, quem falſo nomine patrem appellat, & audet ipſius immundas infamias non, cum dicã, orationes, ſuper diuina ſigna Chriſti formiter enunciare. Ergo huiuſmodi ordinatus, preſertim ſacerdos, qui ordinem ſuum indignè exequitur, eſt quaſi blaſphemus, & uocatur deceptor, ſicque ualde mortaliter peccat. Ideo quoq; in Leuitico dominus dixit ad Moyſen: Homo de ſemine Aaron, qui habuerit maculam, non offeret panes coram domino, nec accedit ad miniſterium eius. Quãto magis habens maculam culpæ mortalis, non debet Chriſti ſacramenta conficere, nec tractare: Nam & ſanctus ait Hieronymus: Non ſolum epiſcopi, & presbyteri, atque diaconi prouidere magnopere debent, ut cunctum populum, cui præſunt, ſermone, & conuerſatione præcedant, uerum, etiam inferiores gradus, & omnes, qui oraculo Dei deſeruiunt, quoniam uehementer Dei eccleſiam deſtruit, laicos eſſe meliores, quàm clericos. Denique ſicut quædam ſunt medicinæ corporales, quę exigunt in accipiente robur naturæ, aliàs cum uitæ periculo aſſumuntur; aliæ uerò dari poſſunt debilibus, ita in ſpiritualibus quædam ſunt ſacramenta ad peccati remedium ordinata, & talia ſunt peccatoribus exhibẽda ut pœnitentia, & baptiſmus: alia uerò, quæ gratiæ conferunt eminentiam, requirunt hominem gratia conformatum.

Matth. Luce. 10 Thomas. Reſpõſio.

Dionyſius epiſcopus. Indigne cõtrectans ſacra quãtũ peccet.

Leuit. 21.

Hierony.

¶Præterea in quolibet hoĩes actu ad hoc, ꝙ ſit ordinatus, oportet, ꝙ adſit directio rõnis. Idcirco ad hoc, quod hõ actum ordinis idoneè exequatur, oportet, quòd tantam ſcientiam habeat, quòd per eum ſufficiẽter dirigi poſſit in executione, & actibus ordinis ſui. Ideo etiam tanta ſcientia requiritur in eo, qui eſt ad ordinem aliquem promouendus. Nec oportet, quòd uniuerſaliter in tota ſcriptura inſtructus ſit, ſed magis, aut minus, ſm̃ quod eius ordo ſeu officium ad plura, aut pauciora, ad maiora, uel minora extendit ſe, ut curati, & qui alijs in ſpiritualibus præſident, ſciant ea, quæ ad doctrinam fidei, morũq; pertinent, & alij ſciãt ea, q̃ ad executionẽ ſui ordinis ſpectãt. Sed obijci põt illud Malachiæ prophetę, Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciam & legẽ ex ore requirent. Ergo ſacerdotum eſt totius legis diuinæ habere peritiã. Ad hoc adduci põt, qđ princeps apoſtolorũ ĩ ſua ait prima canonica: Parati ſemper ad ſatisfactionẽ omni poſcenti uos rationem de ea, quæ in uobis eſt, fide, & ſpe. Ad quod implendum ſcientia requiritur ualde magna. Et reſpondendum, quòd ſacerdos duplicem habet actum, unum principalem ſuper corpus Chriſti uerum, alium ſecundarium ſuper corpus ipſius myſticum.

Scientiam ordinato eſt neceſſaria.

Obiectio.

1. Pet. 3.

Dilutio. Sacerdoti duplex ĩ cõpetit actus.

Scd'us depēdet à primo,nō ecōuerso, iō aliq ad sacerdotiū ꝓmouenť,qb⁹ cōmittiť prim⁹ actus dūtaxat,ut religiosi,& illis sufficit pĕacta sciētia. Alijs cōmissa ē cura aīarū,& de illis intelliguntur auctoritates īductæ,qa sciā legis eius necessaria est,nō ut sciāt oēs sufficiles q̄stiōes,qa ī illis debēt ad supiores, & doctiores reccurere;sed ut sciāt ea, q̄ populus commissus credere,scire,& agere debet.Porrò ad supiores sacerdotes pſertim episcopus, pertinet, vt ēt ea sciant,q̄ difficultatem continent in diuinis, & de talibus instruant inferiores, & quo in altiori sunt gradu,eo plùs obligantur ad hæc,ut sanctus.Dionysius libro de ecclesiastica asserit Hierarchia.

Quæstio. Indigni si ad ordines promoueantur.

¶Ex his patet rñsio quæst.qua q̄riť, utrū ꝓmouēs indignos ad ordines,peccet.Talis etenim infidelitatis est reus,& peccat mortaliter, tradēs diuina, & cōmittēs sacra misteria indignis,uel non sufficiēter literatis,nec uirtuosis. Qđ potissimè est iniquū, dū tales ad curā aīarū ꝓmouentur, uel admittuntur, quod uergit in dānū boni cōis, atq; in derogationē saluatoris,cuius oues committuntur lupis.Et si obijciatur,quòd digni non ualeant inueniri,dicendū,ꝙ

Obiectio.

Christus unquā ita relinquit ecclesiam suam, quin in ea inueniri queant ministri idonei ad indigentiā populi,si indigni obijciantur, & boni promoueantur.Et si non inuenirentur tā multi boni,meliùs eēt paucos bonos,q̄ plures esse malos, ut sanctus testatur Clemēs.Debet quoq; episcopus debitā facere inquisitionē de qualitate,& sciā ordinādorum.Vnde Apostolus scripsit ad Timotheū episcopum:manum nemini citò imposueris, Aliàs uniuersa peccata,q̄ ex insufficientia ordinatorū contingunt, redundant ī ꝓmotores,& admissores eorū.

Thi.5. Quæstio,

¶ Insuper ex præhabitis patet rēsio ad id,utrū existens in pctō mortali,peccet mortaliter utendo ordine sibi collato:Rñdendū est,quòd imò,si conscius sibi: si aut eē debet de tali pecccato:qm̄ Deus in deuteron. iussit.Iustè, q̄ iusta sunt exequeris.Idcirco quicumq; hoc.ꝙ sibi cōpetit ex ordine,facit indignè, ille⁹, quòd iustū est iniustè exequiť,& facit ꝯ legis ꝑceptū, idcirco mortaliter peccet.Quicunque autem cum peccato mortali aliquod sacrum pertractat officium,non est dubium,quin indignè faciat illud;unde constat, quòd mortaliter peccet.Si aūt teneatur celebrare, nō ob hoc extat perplexus:qm̄ pœnitere potest, ac debet.

Deut. 16. Quæstio.

¶Si aūt q̄ratur,an subditus posit è tali sacerdote sacra accipere licitè,& apparet,quòd non, quia induceret eū ad peccandū, & cōicaret ei in macula, Dicendū,quòd quādiu talis minister ab ecclesia sustinetur,pōt subditus eius ab ipso sacra suscipere,qa ad hoc obligaľ,tñ præter necessitatis articulū non esset tutum,quod illum induceret ad aliquid sui ordinis exequēdū,durante in se conscientia tali de illo ministro.Quā tñ posset deponere:qm̄ in instanti pōt hō à Deo cōpūgi,ac pœnitere.

In peccato mortali actum ordinis exhibens.

Postremò,q̄ncunq; sacerdos seu alius ordinē habens,in peccato mortali existens,exhibet se in aliquo actu ordinis sui ut ministrum ecclesiæ,mortaliter peccat, & toties taliter peccat,quoties huiusmodi actum exercet:qm̄ ut diuin⁹ Diony.primo ecclesiasticæ Hierar.cap.contestať,indignis fas non est tāgere symbola, i. sacralia signa,seu sacra uasa. idcirco, dū tāgunt res sacras quasi officio suo utentes,peccant mortaliter. Secus esset,si in aliqua necessitate aliquod sacrum contingeret,aut exequeretur in casu,quo, & laico id liceret,ut si ī necessitatis articulo baptizaret, aut corp⁹ Chr̄i in terram proiectum colligeret. Hæc Thomas in Scripto.Quibus concordant,Petrus, Richardus alijq; cōiter.Et addit Petrus:Sicut non est idoneus ministrare regi terreno,qui est inimicus ipsius, sic non est idoneus ministrare regi æterno,qui non habet gratiam eius.Et sicut inimicus ingerens se ad ministrādū regi præter necessitas articulum,offendit eundem: sic ingerens se ad ministrandum Deo in ordine aliquo sine charitate,& gratia.Hæc Petrus.

Petrus.

De his dictum est pleniùs supra ex his,alijsq; doctoribus,atq; Bonauentura,qui asserit ordinatum,& sacerdotem ad hoc,quòd sine peccato mortali exerceat actum suum,non tenere esse in charitate, seu sine culpa mortali: sed examinare conscientiam suā de hoc,an sit in peccato mortali; nec sibi conscium esse de hoc,imò probabiliter ꝯfidere se esse in grā, ita,quòd piè credere possit se fecisse,quod in se est. Idē dicit requiri,atq; sufficere ad hoc, quòd homo sine mortali peccato celebret siue cōicet.

Albertus. Quæ sciētia ordinādis necessaria.

¶Insup dictis ex Thoma concordant hic scripta Alberti per oīa.Qui,& aliqua addens: Quidam, inquit acipiūt ordines ex sola deuotione,ut monachi, & alij religiosi;quidam uerò ad hoc, ut in ipsis ordinibus ad ministrent alijs uerbū Dei,ac sacra,uel quidam religiosi,& qui intitulati sunt ad curā aīarū.De primis adhuc distinguo. Quidā enim habent curam animarum in suis ordinibus,ut abbates, & confessores ipsius seu constitui ab eo,aut non habent,neque habebunt.Si habent, idem videtur esse iudicium de eis,alijsq; curatis.Si non habent, & causa deuotionis suscipiunt ordinē,vř mihi,ꝙ non tenentur, nisi ut sciant pronunciationes uerborum, & distinctiones eorum,quæ, & grāmatica addiscuntur. Si uerè sumunt docendi officium ex beneficio,ut clerici in titulati;uel ex professione,ut quidam religiosi: Vř, quòd plura scire tenentur, & illa credo esse, quę in grosso exponenda sunt populo in fide,ac moribus, quæ uocantur Christianæ fidei rudimenta. In alijs uerò determinent casus, & quæstiones secundum consilium superiorum,ita ut sciant,& dicant recurrendum esse ad illos.Deniq; nullum est dubiū, quin mortaliter peccet, qui scienter promouet indignū ad ordines,uel ad curā pastoralem,ut ad aliquod ecclesiasticum beneficium.

Indignus quis dicaľ ordine.

Indignus aūt quis appellatur dupliciter,puta contrariè,& priuatiuè.Contrariè,qui habent in se aliquod contrarium, aut repugnans dignitati;hoc est,mortale peccatum seu ignorantiam eorum, quæ scire tenetur, & talis nullo modo est promouendus,Priuatiuè autem indignus est, qui priuatus est dignificantibus ad promotionem, non tñ habet contrarium in se,& in talibus dispensari posset propter necessitatem aliquarum ecclesiarum,quæ indigent literatis, ac defensoribus, ut aliquid haberent de ecclesia donec sufficienter addiscerent.Sed credo, quòd eis nō possit cura committi,uel dari præhenda,sed expensæ pro eis fieri possunt de bonis ecclesiæ,quòd interim alteri committetur.Nec ualent excusationes, quas quidā prætendunt,videlicet,quòd pp nobiles magis honoratur ecclesia,aut,quod non faciliter inueniť alius tam utilis ecclesię in temporalibus,aut,quòd melius est habere quosdā,quā nullos. Nā primum horum est ridiculosum,qa quo malus extat nobilior, aut potentior,tanto nociuior. Secundū quoq; non ualet: qm̄ oīs temporalis utilitas spirituali est postponenda.Nec tertium, cum melius sit habere paucos bonos,quam multos malos.¶Insup dicēdum uř,ꝙ inidoneus promotus in idoneus manēs,peccat mortaliter,quoties scienter,& sine necessitate administrat ordinem siue officiū suum.Nec potest dispensari cū ita indignis,quod promueantur ita,quod corā Deo sit ualidū,& quin ipsemet peccet mortaliter,in quo libet actu ad ministratiōis, quādiu manet indignus.

Notent dignum.

Etem dominus Papa sicut in quadā decretali testatur,unumquenq; cū quo dispensat,propriè consciētiæ quo ad Deū, relinquit.Sed quia interdum oportet tolerare mala ne fiant peiora, hoc mō dispensat, quod in iudicio hominum obiici nō pōtest contra hoc,super quo dispensatum est.Hæc Albertus.

QVAETSIO V.

Contra veritatē.

MOdo quærendum, *Vtrum sint tantum ordines septem,& qualiter ab inuicem distinguantur,nam quidā dicuntur ordines sacri,quidā nō sacri.* Videtur qđ sint plures,quā septem.Nam psalmi status uidetur esse ordo similiter episcopatus: atq; in textu habetur, quadripartitus est ordo episcoporū. Item ordo est totū potestatiuum, in quo superiùs continet inferiora,& superaddit,sicq; potest sacerdos inferiorum ordinū actus efficere, nec oportet actus per supposita diuersa distingui.

Quæstio.

Et merito q̄ritur cur hoc sacramentū magis distinguiť per tot partes,seu species,q̄ alia sacramenta,cum tamē quadā eminentiā habeat simpliciusq; cōsistat,& magis spirituale,quàm alia, propter ꝙ minus diuideretur.

Thomas.

1. ¶Ad hæc Thomas respondens,& primò cur in ecclesia plures sint ordines ordinū, īquit.multitudo īntroducta est in ecclesia propter tria.Primò, pp commendandā sapientiā Dei,quæ incōdecenti, ac ordinata entiū dispositione, atq; distinctione pſertim relucet,in cuius figuram scriptū est: Videns regina Saba ordinē ministrantiū. Salomoni &c.non habebat ultra spiritū,id est,præ admiratiōe defecit. Secūdò, ad succurrendum humanæ infirmitati:quia per unū omnia ad diuinū cultū spectantia expleri nequeunt sine magno grauamine. Propter quod ēt dominus dedit Moysi senes in adiutoriū. Tertiò ut uia ꝑficiēdi hominibus amplior detur, dū in diuersis officiis plures cōstituunť, ut omnes sint Dei cooperatores. quo nihil diuinius est ut sanctus. Dionysius loquiť. Diuersificať autē hoc sacramētū magis, quàm alia: qm̄ alia sacramenta dantur ad percipiendum quosdā effectus, hoc uero ad exercendū aliquos actus, ideo secundum illorum actuum uarietatē distinguitur ordo.Et si quærať, qualis sit ista diuisio dicendū quòd non est totius integralis in partes, nec totius uniuersalis in species,sed totius potestatiui, cuius ē ista natura, ꝙ secundū cōpletā rationem suā est solum in uno, & in alijs secundum quandam participationem. Vnde secundum philosophum 8. Ethicorum regimen monarchicū, quo unus principatus est, optimū, in quo plenitudo potestatis residet penes unū,& tale est regimen militantis ecclesiæ. Deniq; septem sunt ordines quorum sufficientiam aliqui sumunt per adaptionem,& gratias gratis datas de quibus in.i.ad Cor. legitur dicentes, ꝙ sermo sapientiæ competit epō,cum ipse aliorum sit ordinator,quod ad sapientiam pertinet:sermo scientiæ sacerdoti,qui habet clauem scientiæ:fides diacono,q̄ prædicat euangelium operatio uirtutū subdiacono q̄ se ad opera perfectionis extendit per continentię uotum:interpretatio sermonum acolytho, ꝙ designatur in lumine, ꝙ deportat grā sanitatū exorcistæ, qui demones pellit gñā linguarū psalmistæ prophetia,lectori: discretio spūm, ostiario, qui quosdā admittit qui quosdam repellit. Sed hoc nihil est:qm̄ gratiæ gratis datis datæ non dantur eidē, sicut ordines.Episcopatus quoq; & psalmistatus non sunt ordines,ut diceť.Hinc alii assignant sufficiētiam istam scd̄m quendā assimilationē ad hierarchiā angelicā in qua ordines spirituū supnorū distinguunť, scd̄m purgationē, illūiationē, & perfectionē, dicentes,ꝙ ostiarius purgat exteri⁹,q̄ segregādo bonos à malis interi⁹ vero acolythus:qa per lumē,ꝙ portat.significat se interiores pellere tenebras.Sed utroq; mō exorcista,qa diabol⁹,quē expellit, utroq; mō perturbat.Illuminatio demū,q̄ fit ꝑ doctrinā ꝓpheticā,fit per lectores: & q̄ fit ꝑ doctrinā euangelicā ꝑ diaconos:q̄ per apostolicā,ꝑ subdiaconos,q̄ uero est perfectionis fit ꝑ sacerdotes sicut q̄ est pniæ, ac baptismi.Excellēs uero per epm, ut cōsecratio sacerdotū, ac uirginū: excellentissima aūt per summū pōtificē, in quo ē plenitudo auctoritatis. Verū hoc ēt nihil est: qm̄ ordines angelorū nō distinguunť per actus illos,qa ī quolibet ordine sūt : & qa scd̄m beatum Dionysiū solis epis cōuenit ꝑficere,sacerdotib⁹ illuminare,īferioribus oīb⁹ purgare.iō alii appropriāt ordines septē donis,ut sacerdotio correspōdeat donū sapiētiæ,q̄ nos cibat pane uitæ, & intellect⁹ sicut sacerdos nos reficit pane cęlesti:timor ostiario, qm̄ timor sepat nos à malis, sicque intermedii ordines correspōdeāt īntermediis donis. Sed hoc iterū nihil est,qa in quolibet ordine septiformis grā daľ.Aliter ergo dicēdū,ꝙ scʒ ordinis sacr̄m ordinaľ ad eucharistiā,ꝙ(teste btō Dionysio)est sacr̄m sacrorū, iō distinctio ordinū accipienda ē scd̄m diuersā relationē ad eucharistiā, qa potestas ordinis aut ē ad eucharistiæ consecrationē, aut ad aliquod ministeriū ordinatū ad illā.Si primo mō, sic est ordo sacerdotū idcirco cū ordinanľ,accipiunt calicē cū uino,& patenā cū pane,in signū accipiēdi potestatē cōsecrādi corpus,& sanguinē dñi. Porrò cooperatio ministrorū,uel est in ordine ad ipm sacramētū,uel in ordine ad suscipiētes:Si primo mō, sic tripliciter. Primū enī est ministeriū,quo minister coopaľ sacerdoti ī ipso sacro,quo ad dispēsationē, q̄uis nō quo ad cōsecrationē,q̄ solus facit sacerdos, & hoc ad diaconū spectat, qui & sanguinē dispēsat.Scd̄ò,est ministeriū ordinatā ad materiā sacri ordinādā in sacris uasis sacri,& hoc ad subdiaconū tinet; idcirco accipit calicē de manu epi, sed uacuū cū ordinaľ. Tertiò est ministeriū ordinatū ad pſentādū materiā sacri,& hoc cōpetit acolytho, q̄ urceolū ꝑparat cū pane,& aqua Ministerium uero ꝑparationē recipiētium ordinatum, non potest esse nisi super immundos.Nam mundi eo ipso,quo mundi sunt, ad sacramenta percipienda idonei.Triplex quoq; est genus immundorum,secundùm sanctum Dionysium.Aliqui sunt enim infideles credere non uolentes, & hi à uisione diuinorum, & à cœtu fidelium omnino sunt excludendi, quod facere ad ostiarios spectat. Alii credere uolunt, sed nondum in fide instructi sunt,utpote catechumeni, ad quorum instructionē deputatur ordo lectorum, Hinc prima rudimenta fidei utpote uetus testamentum, eis legendum cōmittitur. Quidā sunt fideles in fide instructi defectū habentes ex dæmonis potestate,scilicet Energumeni,ad quos ministerium habet ordo exorcistarum. In primitiua autē ecclesia propter paucitatem ministrorum, cuncta ministeria inferiora cōmittebantur diaconis:nihilominus uniuersæ inferiores potestates implicitè erant in una diaconi potestate.Postmodum ampliatis cultu Dei,& ipsa ecclesia , id qđ implicitè fuit in una potestate explicitè tradidit in diuersis ordinibus, Sicque intelligendum est,quod ait magister quòd ecclesia diuersos ordines sibi instituit. Atuero psalmistatus non est ordo, sed officium ordini annexum. Cum enim psalmi cum cantu pronuncientur ideo dicitur psalmista,& cantor. Nec cantor est nomen ordinis specialis, tum quia cantare ad totū pertinet chorū:tū quia non habet

3.Reg.10. 1.Cor.12.

ſpecialem ad euchariſtiæ ſacr̃m: taq̃ ia officiū eſt, interdum cōputatur inter ordines largè ſumptos.

Quæſtio. ¶Quæritur quoq;, an ordines diſtinguantur per ſacros, & non ſacros. Et reſpondendum, ꝙ ordo uocatur ſacer primò ſecundum ſe, & ſic quilibet ordo eſt ſacer, cum ſit ſacramentum quoddam. Secundò ratione materiæ, circa, quam habet aliquem actum, ſicq; ordo dr̃ ſacer, qui habet actum circa rem conſecratā, & ita ſunt tres ordines ſacri, puta ſacerdos, & diaconus, qui habet actum circa corpus Chriſti, vel ſanguinem conſecratum, & ſubdiaconus habēs actum circa uaſa conſecrata, ideo iſtis iniungitur continentia, ut ſancti, & mundi ſint, qui ſancta tractant. Hæc Thomas.

Bonauen. ¶Ampliùs Bonauentura. Ratio, ait, quare hoc ſacr̃m habet gradus, eſt: qm̃ ordinatur ad diſpenſandum ſacr̃m dignisſimum, & ad miniſtrandum in tẽplo Dei. Ad miniſtrandum autem concurrunt quædam dignora, & aliqua minus digna. Et ſi omnia requirant ſanctos miniſtros: maxime tamen illa, quæ attenditur circa altare, & circa ſanctorum portationem uaſorum, & circa oblationem ſacrificij conſumandam, iuxta illud Eſaiæ: Mundamini, qui fertis uaſa domini. Sanctitas uerò ſeu ſanctificatio potiſsimè conſiſtit in continentia. Hinc quidam ſunt ordines, qui requirunt cōtinentiā in miniſtris, quidam non iō quidā ordines dicunt̃ ſacri, quidā nō ſacri, rō ne miniſterij ad quod requiriť ſanctitas in miniſtro.

Iſai. 52.

Diſtinctio graduum ordinis. In hoc demū oēs concordant, ꝙ huic ſacro cōpetit graduū diſtinctio ſiue pp hoc, ꝙ penes ipſum mẽbra eccleſiæ in corpore myſtico ordinantur ſcm̃ operationes diuerſas, & gr̃as: ſiue ob hoc, ꝙ ſecundū iſtud ſacr̃m pulchritudo eccleſiæ militantis conformatur pulchritudini eccleſiæ triūphantis: ſiue ob hoc, ꝙ iſtud ſacr̃m in ſuo ſupremo ponit, & diſponit hoiem ad gr̃am pfectionis, & gr̃a pfecta in pluralitate donorū ſpūs ſancti cōſiſtit, ſiue ob hoc, ꝙ hoc ſacramentū ordinat ad digniſsimum miniſterīū, ꝙ eſt conſecratio dominici corporis, ad q̃ non ſtatim eſt conuolandū, ſed paulatim p gradus aſcendendū, cū illud ſacr̃m ob ſui nobilitatē, ac reuerentiam debeat multa habere miniſteria inferiora. Itaq; omnibus modis his accipitur ratio pluralitatis in gradibus ordinum, atque ſecundum aſpectum ad has rationes pluriſicandi, ſumitur ſufficientia graduum eccleſiaſticorum diuerſimodè a diuerſis. Quidam etenim ſumunt pœnes diſtinctionem membrorum eccleſiæ, quæ attenditur ſecundum dona gratiarum, de quibus ait Apoſt. Alij per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, &c. Dicuntq; nomen eſſe ordines, ſecundum nouem genera gratiarum illarum, &c. ut ſupra in Thoma. Hæc Bonauentura.

1. Cor. 12.

¶Qui ſcribit hic eadem, quę Thomas, & ſufficien tiam approbat, ꝙ & Tho. cira id, ꝙ in littera dicitur, canones duos duos tū ordines cenſent ſacros appellari, affirmat: Ordo uno modo dicitur ſacer: quoniam tangit res ſacratas, & ita ſunt tres ordines ſacri. Secundo, quia diſpenſat rem ſacram, & tractat, ac defert, & ita ſunt duo ordines ſacri, videlicet ſacerdotium, & diaconatus. Tertiò, quia conficit ſacramentum, ſicq; ſolum ſacerdotium ſacer ordo uocatur. In præinductis nunc cōcordant Albertus. petrus. Richardus, alijq; communiter. Scotus tamen quædam communi doctrinæ contraria ſcribit, quibus immorari, & occupari reor ſuperfluum. Antiſiodorenſis quoq; præhabitis conſonat.

Ordo trifariam ſacer dicitur

QVAESTIO VI.

ADhuc quæritur circa hęc, *quando, & in quo actu ordines, & eorum characteres imprimantur.*

¶De hoc Thom. teſtatur: Eiuſdem eſt formam inducere, & materiam ad ipſam formam de proximo præparare. Vnde epiſcopus in collatione ordinum duo facit. Præparat enim ordinandos ad ordinis ſuſceptionem, & tradi ordinis poteſtatem. Præparat quidem, inſtruendo eos de officio ſuo, & aliquid circa eos operando, quatenus idonei ſint poteſtatem accipere, quæ præparatio conſiſtit in tribus, quæ ſunt, benedictio, impoſitio manus, & unctio. Per benedictionem, diuinis obſequijs mancipatur: per manus impoſitionem. plenitudo gratiæ datur, per quam ad magna officia fiunt idonei. ideo ſolis ſacerdotibus, atque diaconis fit, quoniam eis competit diſpenſatio ſacramentorum, quamuis uni ut principali, & alter ſicut miniſtro. Vnctione quoque ad aliquod ſacramentum tractandum conſecrantur, ideo unctio ſolis ſacerdotibus fit, qui prijs manibus corpus Chriſti tangunt, quemadmodum etiam calix iniungitur: quoniam continet ſanguinem Chriſti, & patena, quæ continet eius corpus, Poteſtatis autem collatio fit per hoc, ꝙ datur eis aliquid, quod ad proprium eorum pertinet actum. Cumque principalis actus ſacerdotis ſit, conſecrare corpus, & ſanguinem ſaluatoris, ideo in porrectione ſeu datione calicis ſub determinata forma uerborum, ordo ſacerdotalis ſeu ſacerdotii character imprimitur. Porrò Chriſtus dedit apoſtolis ſacerdotalem poteſtatem, quantum ad principalem eius actum in cœna, cum dixit: Accipite, & manducate. Vnde ſubiunxit: Hoc facite in eam commemorationem. Poſt reſurrectionem uerò dedit eis ſacerdotalem poteſtatem, quantum ad actum ſecundarium, qui eſt abſoluere, & ligare, cum dixit: Quorum remiſeritis peccata. Verum his obiici poteſt, quòd ſubdiaconus quoq; character imprimitur in calicis porrectione, non ipſi diacono. Vnde uī ſubdiaconus conformior ſacerdoti, q̃ diaconus. Reſpōdendum, ꝙ poteſtas diaconi media eſt inter poteſtātem ſacerdotis, & ſubdiaconi. Sacerdos quippè directè poteſtatem habet ſuper corpus Chriſti, ſubdiaconus uerò ſolum ſuper uaſa. Diaconus autem ſuper corpus in uaſe contentum. Ideo eius non eſt tangere corpus dominicum, ſed portare in patena, ac ſanguinem diſpenſare cum calicẽ. Ideo eius poteſtas ad actum principalem non potuit exprimi per dationem uaſis tātum, nec per dationem materiæ; ſed exprimitur poteſtas eius, quo ad ſecundarium actum, in hoc, ꝙ datur ei liber euangeliorum, qua poteſtate intelligitur alia. Idcirco in libri porrectione imprimitur ei character. De acolyto quoque ſciendū, quod principalior eius actus eſt miniſtrare in urceolo, quam in candelabro, quamuis denominetur ab actu illo ſecundo, tanquam magis noto & ei plus proprio: ideo in datione verceoli imprimitur ei character. Hec Thomas.

Vnctio fit ſacerdotibus.

Chriſtus apoſtolis ſacerdotalẽ poteſtatẽ tribuit. Matt. 26. Iohan 20.

¶Præterea Bonauentura: Præſupponendum eſt hic, ait, ꝙ omne ſacramentum habet aliquod ſignū exteriùs eſſentiale. Nullatenus enim accidit ſacramento ſignum eſſe imò eſſentiale. eſt ei ſimpliciter. Iterum ſupponendum, ꝙ in omni ſacramento, in quo character imprimitur, illud eſſentiale eſt ſacramento, in quo imprimitur ipſe Character. Rurſus cum ſignum ſimilitudinem debeat habere cum ſignato, idcirco in illo character imprimitur, quod ei exteriùs in ſacramento magis aſſimilatur. Cūq; in ordine imprimatur character, qui eſt ſignaculum ad aliquam poteſtatem ſpiritualem, hoc, ꝙ regula generali ſeruandum eſt, quod in illo ſigno exteriori character imprimitur in quodlibet ordine, in quo

poteſtas

poteſtas principalis illius ordinis ſignificaẽ tradi or dinato. Ad quā ſignificandā duo ocurrunt exteriùs, puta traditio alicuius inſtrumẽti, atq; expreſsio uerbi, ut ſic in ſigno uiſibili ſimul, & audibili ſignificeť dare. Nec ſufficit ſignū audibile ſine uiſibili, pp hoc, ꝙ aliud uerbū aliud reſpicere debet ſignū, ut patet in alijs ſacr̃is. Nec ſufficit ſignū ſine uerbo, qm̃ ſignū tale ut uas, aut liber poteſt alteri dari ad multa Vñ oportet per uerbum artari, & hæc duo eſſentialia ſunt, atq; intrinſeca ſacro, & integrātia ipſum ſecundum rationem ſigni. Cumq; manus, ſit organum organorum in operando, & lingua in exprimendo, & ſignificando, rectè ſignificatur poteſtas conferri in officio utriuſque, & hæc in quolibet ordine inueniūtur, ſecundū quod reperitur characteris impreſsio. Sed quia characteres ſunt diuerſi, habentes dignitatem maiorem ſiue minorẽ ſcm̃ gradus poteſtatum idcirco tā ſigua, q̃ uerba diuerſificanť, præſertim in ſacris ordinibus, & in non ſacris. Nēpè in ordinibus ſacris dať poteſtas nobilis, & excellens: ideo ſit ibi manus impoſitio, nō tantū inſtrumẽti traditio, quia in manu, q̃ eſt organum organorū, conſiſtit principaliùs operandi poteſtas. Vñ ſic ordinabant in primitiua eccleſia, in qua non niſi duo ordines ultimi erant explicitè: In ordinibus uerò minoribus ſit traditio alicuius ſacramẽti. ut clauis aut libri. Et ſi plura inſtrumenta uni tradantur, illud eſt pro principali habendū, quod epiſcopus tradit cū uerborū prolatione, dicendo: Accipitè. Deniq; quinq; ſiunt in ſacerdotij datione, benedictio, inūctio, impoſitio manus, porrectio alicuius materialis, & uerborū expreſsio. Iamq; ſupra oſtenſum eſt, in quo horum character imprimitur. Hęc Bonauẽtura. Et in his, ac dictis Thomæ cantinentur, & aliorum ſæpe prealligatorū dicta doctorū. Veruntñ Petrus opinať characteres ſacerdotij, ac diaconatus imprimi in impoſitione manus epiſcopi ſuper eos. Inſuper Thomas ſcribit hic de actibus ordinum ſingulorū. Albertus quoq; circa literam multas quæſtiones producit, quarum ſolutiones ex dictis. ac dicendis pro maxima parte patent. Richardus etiam addit: Pro regula dico, ꝙ in ſuſceptione illius ſigni exterioris, imprimiť chara cter, ī quo ſigno principaliter ptās, q̃ reſpicit ille ordo, ſignificať expreſsiùs, ac q̃ expreſsionem ocurrit illius ſigni traditio, & uerbi expreſsio, quo determinať expreſsius inſtrumenti ſignificatio. Cumq; principalis ptās, q̃ reſpicit oſtiarii ord, oexpreſsius deſigneť in clauiū eccleſię datione, q̃ in aliquo alio, qđ circa ipſum ſit: & poteſtas lectoris per hoc, ꝙ ſibi ab epiſcopo dať codex diuinarū lectionū, poteſtasq; exorciſtę per hoc, ꝙ de manu epiſcopi accipit librū exorciſtorum, atq; poteſtas acolyti per hoc accipit candelabrum cum cereo poteſtas item ſubdiaconi per hoc, ꝙ accipit de manu epiſcopi calicem uacuū & patenam: ideo in his inſtrumentis, & ſignis cum determinatis formis uerborum characteres imprimuntur. De impreſsione uerò characterum diaconi ſacerdotis, iam dictum eſt. Hæc Richardus.

Petrus. Thomas. Richard. Thomas.

¶Præterea de actibus ordinū aſſerit Tho. Conſecratio, quæ fit in ordinis ſacro. ordinatur ad euchariſtiæ ſacramentū: iō Ille eſt uniuſcuiq; ordinis actus principalis, per quem proximiùs ordinatur ad euchariſtiæ ſacramentum: ac penes hunc actum eſt unus ordo eminentior altero. Cumque ad ſacramentum euchariſtiæ tanquam ad quid digniſsimū multa ordinentur non eſt inconueniēs, ut unus Præter actum ſuum principalem etiam alios multos habeat actus, tantoq; plures, quanto eſt altior: quoniam uirtus quanto ſuperior tanto ſe ad plura extendit: Hinc non ſolum ordines inferiores, ſed & ſacerdotalis poteſtas ad euchariſtiæ ſuſceptionem diſponit. Duplex namq; eſt præparatio ſuſcipientiū ſacramenrū. Vna remota, q̃ ad inferiores pertinet ordines: alia propinqua ſeu proxima, qua ſtatim efficiuntur idonei ad ſacr̃i ſuſceptionem. Nà & in naturalibus ab agente eodē fit materia in ultima diſpoſitione ad formā, & accipit ipsā formā, & qa in proxima diſpoſitione ad euchariſtiā fit hō per hoc, qđ a peccatis purgatur, ideo proprius ſacerdos diſpenſator eſt omniū ſaſorum per quæ hō a peccatis purgatur, vc3 baptiſmi, pœnitētiæ, & unctionis extremæ. Inſuper idem actus qñq; ad diuerſos pertinent ordines differenter. Nam & actus aliqui immediatè ordinanť ad Deū dupliciter. Primò ex parte unius perſonæ tm̃, ut facere ſingulares oſones: & talis actº competit cuilibet baptizato. Secundò ex parte totius eccleſiæ, & ſic ſolus ſacerdos habet actº ad Deū immediatè ordinatos: qm̃ ipſe ſolus gerit perſonam totius, qui euchariſtiā conſecrat, quæ eſt totius uniuerſalis eccleſiæ ſacr̃m. Sic quoq; oblationes oblatæ a populo per ſacerdotē offeruntť: ideo duplex miniſteriū circa oblationes eſt neceſſariū, unū ex parte populi. & hoc eſt ſubdiaconi, q̃ accipit oblationes à populo, & ponit ſuper altare, uel tradit eas diacono aliud ex parte ſacerdotis, & hoc eſt diaconi, qui oblationes miniſtrat ſacerdoti. & in hoc conſiſtit principalis actus ordinis utriuſque. At uerò aliqui dicunt, ꝙ in ordinis ſuſceptione datur oſtiario uis quædam diuina arcendi quoſdā ab introitu templi ſicut fuit in Chro, qñ eiecit uendentes, & ementes de templo. Sed hoc magis ptinet ad gratiam gratis datam: quā ad ſacramenti gr̃am: idcirco dicendum ꝙ ſuſcipit poteſtatē, ut ex officio hoc agere queat q̃uis ab alijs quoq; hoc fieri ualeat, ſed nō ex officio & ita eſt in oībus minorū actibus ordinū, ꝙ poſſunt p alios licitè fieri, q̃uis alij nō habeāt officiū ad hoc, quemadmodū ēt in domo non conſecrata poterit legi miſſa q̃uis conſecratio eccleſiæ ad hoc ordinetur ut in ea celebretur. Hæc Tho. ¶ Quæ videntur p habitis uerbis repugnare Alb. q̃ catholicè dicta cen ſenť, p̃ſertim: qm̃ ſacramēta euangelicæ legis efficiūt ꝙ deſignatur. Et ſi uera, ac realis poteſtas oſtiario cōdonatur in ſua ordinatione ad exercēdū opa ſui officij, poſſunt uerba illa alberti, de poteſtate illa intelligi, quæ etiam eſt donum gratiæ gratis datæ.

Actus quidā qūo ordinentur ad Deum.

Contra ueritatem.

QVAESTIO VII.

PRæterea, qa ꝓhabitū ē ꝙ nec corona, ſeu clericalis tonſura, nec pſalmi ſtatus ſit ordo, reſtat quærendū, *Vtrum epiſcopatus ſit ordo.* ¶ Vī, ꝙ ſic quia epiſcopatus eſt poteſtas, & gradus eccleſiæ in ſpiritualibus diſpēſandus, & et rurſus, qā diuinus Dion. lib. eccleſiaſticæ. Hie. cractat de epiſcopatu, ſacerdotio. diaconatu, & innuit hos eſſe tres ordines ſacros ¶ Ad hoc rñdet Albertus. Cū nullus ſit actus excellētior cuiuſcūq; eccleſiaſtici ordinis, q̃ cōſecrare corpus, ac ſanguinē ſaluatoris, nullª pōt eſſe ordo poſt aut ſupra ſacerdotiū. Iō ea, quæ magiſter enumerat, dicēs ordo epiſcoporū quadri pardītus eſt iuriſdictionum ſunt nomina, utpotè ep̃atus, archiep̃atus, metropolitanus, & Papa. Veruntamen archiepiſcopos uocat, quos nūc eccleſia modo archiepos noīat ipſe nuncupat metropolitanos. & iſta nō dicunt niſi poteſtatē iuriſdictionis ſupra ſacerdotē, Ordo aūt uocatur poteſtas eccleſiaſtica. Circa ſacramentum euchariſtiæ aliquo modo operatiua, ac ordinata, nō circa myſticum Chriſti corpus. Hæc Albertus.

Thomas.

¶ Concordat Tho. Ordo, inquiēs, dupliciter accipi poteſt, Primò, ut eſt ſacramentū, ſicq; oīs ordo

referunt

refertur, seu ordinatur ad eucharistiæ sacr̃m. Cũq; episcopus supra sacramentum hoc non habeat maioré potestatẽ, q̃ sacerdos, non habet hoc modo ordinem sacerdotio altiorem. Secundò sumitur ordo, ut est officiũ quoddã respectu quarundam actionũ sacrarũ. sicq; cum episcopus habeat potestatẽ in Hierarchicis actibus respectu mystici corporis, episcopatus dicitur ordo, & supra sacerdotium eminẽs & ita beatus Dionysius loquitur. Hæc Thomas.

Bonauen.

¶ His consonãs Bonauentura: Ordinis, ait, potestas principaliter ordinata est ad sacramẽtorũ dispẽsationem, potissimè sacramenti eucharistiæ, in quo est status graduũ ac ordinũ ascendentiũ: ideo vltra sacerdotum nõ est aliquis ordinis gradus Sed intra hũc gradum, ac ordinem est distinctio dignitatũ & officiorum, quæ nequaquã constituunt nouũ gradum, ac ordinem, ut archipresybiter, episcopus, patriarcha, papa. Sicq; episcopatus prout cõcernit sacerdotij ordinem rectè uocatur ordo; sed prout distinguitur contra sacerdotium, dicit dignitatẽ quandam, seu officium ei annexum, nec nouus character ei imprimit, nec noua datur potestas, sed data ampliatur. Hinc sicut non recipit alias claues, ita nec ordinem alium. Hoc senserunt magister Hugo, & magister Sententiarũ. Sicq; tenet cõis opinio, ꝙ in consecratione, ad episcopatum non imprimitur nouus character, sed eminentia quędam confertur, quę iugiter manet cũ charactere ordinis etiam oĩ iurisdictione sublata. Propter quod nec consecratur de nouo. Hæc Bonauentura. In his aliorum responsa sententialiter continentur.

Episcopis non imprimitur character.

QVASTIO VIII.

Contra veritatem.

REstat querẽdũ, *Utrum supra sacerdotalem potestatem oportuit ordinari potestates iurisdictionales eminentiores, præsertim episcopalem, & utrum super cæteras uniuersas necessarium fuit esse unum summũ pontificem cunctis fidelibus præsidentem.* ¶ Vĩ ꝙ non quia in ueteri lege desuper data, non fuit nisi unus pontifex. Rursus, nõ decuit ecclesiam ab indfielibus suum sumere ritum. Sed distinctio ista prælatorum in ep̃os, archiepiscopos, &c. à gentilibus hꝫ ortum, ut ait Magister. Item apostoli uidentur fuisse pares in ecclesiastica potestate, nisi quod beatissimus Petrus fuit princeps. i. prælatus eorum: ergo cęteri episcopi debent esse ęquales in potestate, & iurisdictione, solum Papam supra se habentes.

Bonauent.

¶ De hac re scribit Bonauentura in Breuiloquio suo: Cum ordo sit signaculum potestatiuum, non tãtuum respectum aliorum sacramentorum dispensandorum, uerum etiam respectu sui, & potestas super potestatem, est potestas excellens; ideo sibi non tantum competit simplex potestas, ut est in ordine simplici, sed etiam eminentia potestatis, cuiusmodi est in his, quorum est ordines ordinariè dispensare. Cumq; excellentia quanto plus descendit, tãto plus dilatatur: & quo magis ascendit, eo magis unit, hinc plures sunt episcopi, q̃ archiepiscopi, paucissimi patriarchæ, & unus pater patrum, qui Papa merito appellatur, tanq̃ unus primus, & summus pater spiritualis omnium patrum, atque cunctorum fideliũ Hierarcha præcipuus, vnicus sponsus, caput indiuisum, pontifex summus generalis, ac plenus Christi uicarius, fons, origo, & regula cunctorum principatuum ecclesiasticorum, à quo tanquam à summo deriuatur ordinata potestas, usque ad infima membra, secũdum quod exigit pręcellens dignitas in ecclesiastica Hierarchia. Hæc Bonauent.

Thomas.

¶ At uerò Tho. super his pleniùs loquens. Sacerdos, ait habet duos actus. Vnũ principalẽ, qui est cõsecrare corpus dñicum. Aliũ secũdariũ, q̃ est præpare populũ ad huius sacri susceptionem, Quantũ ad primũ, actus sacerdotis nõ depẽdet ab aliqua superiori ptãte nisi diuina. Sed quantũ ad scd̃m, depẽdet ab aliqua superiori ptãte ẽt humana. Oĩs namq; potestas, q̃ nõ põt exire in actũ, nisi p̃suppositis quibusdã ordinationib⁹, depẽdet à ptãte, q̃ hmõi ordinationes instituit. Sacerdos aũt nõ põt absoluere, & ligare, nisi præsupposita iurisdictionis prælatione, qua sibi subdantur hi, quos absoluit. põt aũt consecrare quãcũq; materiam à Christo determinatã, nec aliud requiritur de necessitate sacri nisi, & debita forma. Itaq; supra sacerdotalem ordinẽ oportet esse episcopalẽ potestatẽ, quantum ad sacerdotum secũdariũ actum. Deniq; sicut omniũ naturalium rerum perfectiones exemplariter fontaliterq; præexistũt in Deo, sic Chr̃s fuit omnium ecclesiasticorũ officiorũ exẽplar: & unusquisque ministet quantum ad aliq̃d gerit Christi typũ. Ille quoq; est maior, qui secundũ maiorem perfectionẽ Chrstũ repræsentat. Cũq; sacerdos repręsentat Christum secundum quod Chr̃s per seipsum aliquod ministeriũ adimpleuit. atq; episcopus in hoc, ꝙ Chistus alios ministros instituit: ecclesiamq; fundauit: Hinc ad episcopũ pertinet aliq̃d mancipare diuinis obsequijs, quasi cultũ diuinum ad similitudinẽ Chr̃i constituẽs. propter quod episcopus specialiter appellatur sponsus, ecclesiæ. Insuper ubicunq; sunt multa ordinata in unũ, oportet esse unũ, uniuersale regimen super particularia regimina: quia ut principio ethicorum hr̃ in cunctis uirtutibus, & actibus est ordo secundũ ordinẽ finiũ Bonum aũt cõe est dignius, q̃ bonũ particulare, aut speciale: iõ supra ptãtẽ regitiuã, q̃ cõiectat bonũ particulare oportet esse potestatẽ regitiuam uniuersalem, q̃ cõiectat, attendit, procurat bonũ cõe: alias nõ posset colligatio ad unum esse. i deirco cum tota ecclesia sit unum corpus mysticum, oportet si ista unitas debeat conseruari, ꝙ sit aliqua potestas regitiua respectu totius ecclesiæ supra potestatem episcopalem, qua unaquæq; specialis ecclesia regitur, & hæc est ptãs dñi Papæ. Ideo qui hanc negant, rectè schismatici nuncupantur, quasi diuisores ecclesiasticę unitatis. Inter episcopum quoque, & Papã sunt alij gradus dignitatum, correspondẽtes gradibus unionum: secundum quas una congretatio seu cõitas dicitur includere aliam. Ad obiecta ergo dicendum ꝙ ritus Iudæorum non fuit nisi in una gente: ideo suffecit eis unus episcopus. Ritus uerò Christianorũ toto orbe terrarum diffusus est & per omnes populos, nationes, & linguas est diuulgatus: ideo oportebat uarios esse gradus, & ordines prælatorum, maiorum, & minorum, unumq; summum uniuersorũ Ex quibus patet responsio ad secundum. ecclesia nãque à gentilibus sumpsit ordinẽ prælatorum, quantum ad id, quod bonum fuit in, abijciendo malum annexum, & conuertendo bonum in melius. Ad tertium ꝙ quãuis oĩbus cõiter data sit potestas ligãdi, ac soluendi. attñ ut in hac potestate aliquis ordo significaretur, primò soli Petro data est, aut promissa, ut ostendatur, ꝙ ab eo ista potestas in alios debeat deriuari, atq; descendere. Propter quod ẽt singulariter Chr̃s locutus est Petro. Cõfirma fratres tuos. Et, Pasce oues meas. i. loco mei esto propositus & caput fratrum tuorum, ut ipsi te in loco meo assumentes, ubique terrarum te in throno tuo sedentem prædicent, & confirment, ut exponit Chrysostomus. Verum his rursus obijcitur: quoniam (teste Apostolo) sine ulla contradictione, ꝙ minus est à maiore benedicit: sed q̃libet ep̃s à quolibet episcopo

Luc. 22, 23 Iohan. 21

Hebræ. 7. Obiectio

scopo

scopo ꝓmouet, & cõsecrat, imò & Papa ab Hostiẽsi ep̃o: ergo nec Papa, nec archiep̃s excedit ipsum. Et rñdendũ, ꝙ potestas sacerdotis exceditur a potestate ep̃i tanq̃ à potestate alterius gñis. Ptãs uerò ep̃i excenditur è potestate papę, tanq̃ à potestate eiusdem gñis: ideo omnẽ actũ Hierarchicũ quẽ põt facere papa in ministratione sacramentorum, põt facere episcopus, facere potest sacerdos in sacramentorũ collatione. Iõ quantũ ad ea, q̃ sunt episcopalis ordinis omnes episcopi sunt æquales. Propter quod quilibet potest alium consecrare. Hæc Thomas in Scripto.

Vnius ecclesię unus qu: episcopus.

¶ Insuper in Summa contra gentiles lib. 4. Quamuis inquit populi distinguantur p diuersas prouincias, & ciuitates, tamẽ sicut est una ecclesia, ita oportet esse unum populum Christianum Quemadmodũ ergo in uno speciali populo unius ecclesiæ, req̃tur unus episcopus, qui sit totius populi caput, ita in toto populo Christiano exigitur, quòd sit unum totius ecclesiæ caput. Item ad unitatem ecclesiæ est necesse, quòd omnes fideles in fide conueniant. Sed circa ea, q̃ fidei sunt, contingit quæstiones moueri. Per diuersitatẽ autẽ seniarum diuideretur ecclesia nisi in unitate per unius sñiam conseruaret. Idcirco oportet unum toti præesse ecelesiæ. Rursus, regimẽ ecclesiæ optimũ est, puta monarchicũ, in quo unus toti residuæ multitudini pręsidet. Quod etiã patet ex fine regiminis. Pax nãq;, & unitas subditorũ, est finis regiminis, & huiuscemodi unitatis congruẽtior causa est unus, quã multi. Nec sufficit dicere, quod unus iste sit Christus. Nam q̃uis oĩa ecclesiastica sacramenta ipse perficiat (si quidẽ ipse, est qui baptizat & pctã remittit) nihilominus corporaliter ab ecclesia recessurus, elegit, atq; substituit sibi ministros, p quos sacramenta dispensare, ac populum gubernaret. Eadem rõne: qm̃ corporalem præsentiã fuit ecclesiæ subtracturus, oportuit ut alicui commendaret, ac committeret, qui loco sui totius uniuersalis ecclæsiæ gereret curam. Hinc soli Petro promisit, Tibi dabo claues regnorum, ut ostenderetur potestas claium per eum ad alios deriuanda, ad couseruandum ecclesiæ unitatẽ. Et per hęc excluditur præsumptuosus error quorundam, q se subducere nituntur ab obedientia Romani põtificis, & eum esse pastorẽ uniuersalis ecclesiæ non fatentur. Hæc idem ibidem Qui in Scripto super quartum, ad idem allegat ꝙ in libro thesaurorum scribit beatus Cyrillus Alexandrinus episcopus. Tanquam membra maneamus in capitè nostro apostolico. Romanorum pontificum throno, à quo nostrum est quærere, quid credere & quod tenere debemus, ipsum uenerãtes, & ipsum rogantes pro omnibus; quia ipsius solius est repræhendere, corrigere, stat uerè, disponere soluere, & ligare loco illius, qui ipsum ædificauit, & nulli alij, qd̃ suum est plenum, sed soli ei dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam episcopi ipsi domino Iesu Christo caput inclinant Ad idem probandum multa consimilia introducit in Summa contra Græcos.

Matt. 16.

Albertus.

¶ Ampliùs, de his multa conscribit Alber. in alijs suis tractatibus. Nempè in libro de missa, super illud in canone, una cũ famulo tuo Papa nostro; hic, ait tanguntur officialia membra, a quibus principaliter profluit hęc adunatio, unitasq; ecclesiæ. & quod ait, una, notat associationem capitis cum corpore mystico, seu Christi cum ecclesia. Papa uerò quia est pater patrum, successor Petri, uicarius Christi. Et dicitur papa noster, quia per ipsum nobis influitur communio, seu adunatio ista, & episcopo est cõtinere ecclesiæ unitatem. Insuper super illud in Canone, adunare, disseruit: Adunare digneris o dñe ecclesiam tuã catholicam. i. ad unum redigere. Hoc etenim unũ, ꝙ est cõio, p omnem ordinẽ graduũ ecclesiæ ad unũ caput ordinat in cęlis, ꝙ est Chr̃s: & in terra, quod est eius uicarius p̃sul Romanus. Hæc namq; cõgregatio, seu adunatio in cœlo p̃fulget, in naturis ostẽdit in Chr̃i operibus exẽplificat, in legibus diuinis p̃cipit, atq; in toto mysticoChr̃i corpore obseruatur. In cęlis, enim angeli ad archangelos, archangeli, ad principatus, principatus ad ptãtes ptãtes ad uirtutes, uirtutes ad dñationes: dñationes ad thronos, thoni ad cherubĩ, cherubin ad seraphin s̃m illuminationis, & obediẽtię seriem ordinantur. Ipsa quoq; multitudo angelorũ, q̃ in unoquoq; est agmine, ad unã personã, q̃ in illo p̃minet ordine cõparat. Imò tota cœlæstis militiæ multitudo ad unũ caput supremũ colligitur, ac refertur. Iõ ordo cęli uocat, qm̃ ordo relatio est multorũ in gradibus differentiũ ad unũ. Hinc in Iob hr̃: Nunquid nosti ordinem cœli, aut pones rationem eius in terra? Deniq; istud in natura ostenditur, ubi ramusculi multi ad uirgas uirgæ multę, ad ramum, rami multi, ad stipidem unũ multique stipides ad unam in figuntur, ac colligũtur radicem, vt omnia participia fiant, ac socia succi, qui in radice consistit. Sic multæ graues unam sequuntur ordine literato, sic multa mẽbra suscipiũt unius beneficium capitis, in quo adunantur, & unũ corpus constituunt, ac consistunt. Insuper in operibus Christi hæc adunatio exemplificatur: qm̃ opus Christi semper fuit, dispersa in unum colligere, hoc ipsum in diuinis præcipitur legibus, quia (ut sanctus Dionysius protestatur lex diuinitatis est per prima reducere media, & p media, ultima. Talis aũt reductio ultimorum ad media, & mediorum ad prima, esse non ualet, nisi ordine quodam ad unum. Hæc itẽ adunitio in toto Christi mystico corpore (quod est ecclesia) obseruatur, in quo omnia ad unum redigũtur, quæ Petri clauibus cõmittuntur. Hæc claues ut plenitudo potestatis in uno monstretur, & ab illo in alios secundum partem solicitudinis deriuetur, iuxta illud: Dabo clauem Dauid super humerũ eius, & figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solum gloriæ domus patris sui, & suspendam super illum omnem gloriam domus patris sui. Paxillus iste est Petrus, seu eius successor, eo quòd sibi imminet totum ecclesiæ tabernaculum. Gloria uerò non esset tota super eum suspensa, nisi in sua dispositione, patrocinio, aque regimine haberet omnem ecclesiæ potestatem, & gloriam. Hæc Albertus. Qui de his scribit ibidem diffusè. Ex quibus ostenditur, ꝙ oẽs ecclesiasticæ potestates, ac dignitates sint eminẽter in summo pontifice, sublimiorq; modo, quàm in cæteris uniuersis. Vnde libro de quatuor coæquęuis, ait Alber. Hierarchia est, quoddã totũ ptãtiuũ. In potestatibus aũt ordinatis semper sequens in ascendendo seu altior supponit præcedentem, & habet plus quod probatur tam in potestatibus naturę, quàm officiorum, & gratiæ. In potestatibus enim naturæ, uegetatiuum est in sensitiuo, & sensitiuum in rationali non econtrario. In officijs quoq; potestas decani est in potestate centurionis, & potestas centurionis in potestate tetrarchæ non uice uersa. Similiter in gratijs, potestas subdiaconi est in potestate diaconi, & potestas diaconi in potestate presbyteri, nõ econuerso. Hæc Albertus.

Iob 38.

Matt. 16.

Isai 22

Richardus.

¶ Concordat Richardus, & addit, Petrus summ⁹ fuit inter apostolos, quamuis enim potestatẽ clauiũ oẽs immediatè acceperunt à Christo, attamen pote

statem

statem iurisdictionis acceperunt mediante Petro. Et quoniam iurisdictio ministrat materiam, quæ est subditus eius, qui habet iurisdictionem, quæ requiritur ad hoc, quod potestas clauium exeat in actū. Iō usus potestatis illius, quam omnes immediatè acceperunt à Chrō, dependebat indirectè à Petro. Idem dico de potestate episcoporum per comparationē ad Papam. Hæc Richardus.

[Durandꝰ.] ¶ Concordat Durandus. Potestas, inquiens, quæ tota data est uni in suo fonte, non est in in alijs nisi deriuata, & limitata pro uolutate illius: sed potestas iurisdictionis, quæ est ad regendum populum, tota & in suo fonte data est beatissimo Petro, & in eo successoribus eius, qñ cura ecclesię sibi soli cōmissa est [Iohan.] post resurrectionē Cri dicētis ad eū, Pasce oues meas hoc eñ nulli aliorū Apostolorū dictū ē, nec tūc, nec ante, nec postea, Ergo talem potestatem perfectam & plenā solus h3 sancti Petri successor, nec est ī alijs [Plenitudo ptātis in solo pontifice sūmo.] nisi deriuata, & limitatè secundum placitum papæ. Petro de potestate consecrationis. seu ordinis, magnum est dubium Hinc etenim quidam dixerunt à principio primitiuæ ecclesiæ in omnibus apostolis, & sacerdotibus fuisse æqualem, ita quòd unusquisq; eorum potuit ex sua sacerdotali potestate omnia sacramenta cōferre, omnesq; ordines, benedictiones & consecrationes efficere, quas unc agit episcopus Sed ad tollendum schisma postea fuit ordinatum, ut ex se eligerent unum superiorem, qui diceretur episcopus, id est alijs superintendens, cui obedirent, & [1.Thi 3.25.] cui reseruarentur, quæ deinceps per episcopos fiūt. Est istud probatur per hoc, ꝙ in scripturis p̄sertim in epistolis Pauli, ijdem uocātur presbyteri, seu sacerdotes, atq; episcopi. Vñ, & in actibus Paulus loquēs soli clero ciuitatis Ephesinæ. Attendite, inquit, uobis, & uniuerso gregi, in quo posuit uos spiritus sanctus episcopos &c Alij dicunt, quòd ex diuina institutione, & Christo ordinatione, potestas ordinis & consecrationis maior est in episcopis, q̃ in presbyteris alijs, queadmodū etiam in ueteri testamento solus pontifex speciali consecratione præ cæteris consecrabat, & inferiores ministros in eorum officijs ordinauit. Et ista opinio est cōmunior, sed ignoro an uerior, cum & Hieronymus manifestè consentiat primæ opinioni. Hæc Durandus.

¶ Hæc eadem tangit Petrus, & primū opinionem approbare vr̃, dicendo. Quo ad potestatem ligandi atq; soluendi, potestas sacerdotum dependet à potestate episcopi Oportet enim ordinatum regimen multitudinis, descendere ab uniuersali rectore per multos medios generales, usque ad plurimos immediatos, ac particulares. Iō ait Hieronymus 24. distinctione. Olim idē presbyter fuit, q & episcopus. antequam instinctu diaboli cœpit in ecclesia partium studium esse, communi consilio presbyterorum gubernabantur ecclesiæ. Postquam uero unusquisque quos baptizabat, suos esse putauit, non Christi, toto orbi decretum est, ut unus de presbiteris super poneretur, & schismatum semina tollerentur. Itaque episcopi sciant se consuetudine magis, quàm dominicæ dispensationis ueritate præsbyteris esse maiores. Hęc Petrus.

¶ Preterea aduertendum, quòd positio ista secunda uerior reputatur, quàm etiam sanctus Thomas, Raymundus, Albertus Bonauentura, & alij plures sequuntur, dicentes, quòd quamuis in exordio primitiuæ ecclesiæ episcopus, & sacerdos non distinguebantur, quantum ad nominum designationem, & in communi modo loquendi, tamen quantum ad rem, & potestatis differentiam, erant distincti, Nā soli apostoli confirmabant, qui tunc soli erāt episcopi. Vñ legitur in actibus, quòd cū audissent apostoli q erat Hierosolymis, qa recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Iohannē ut scilicet beptizatos à philippo diacono, confirmarent. Dicunt quoq; expositores quidā catholici, qđ Chrs uniuersos apostolos fecit episcopos post resurrectionem, cū dixit: Accipite spiritū sanctum &c. Petrus quoq; de aliaco, libro suo de ecclesiastica potestate, affirmat, qđ gloriosi apostoli recepto spiritu sancto ante eorū diuisionem astiterunt beatissimo Petro in regimine ecclesiæ, ut cardinales. Diuisi uerò, diuersas diœceses sunt sortiti, atq; ex tūc episcopale exercuerunt officium. Nec dubium quin, & archiepiscopi fuerunt, imo & quosdā discipulos suos fecerunt archiepiscopos, sicut, & Paulus constituit. Titum archiepiscopum Cretenseum. De his oībus in opusculis de ecclesiastica potestate, & de auctoritate summi pontificis, ac generalium conciliorum plenius scripsi. Postremò quod Durandus dicit Paulum apostolum soli ciuitati Ephisinæ, seu eius sacerdotibus protulisset hæc uerba, Attendite uobis, & uniuerso gregi &c. ex in aduertentia prodijt, cum scriptum sit in Actibus, quod mitte uocauit ad se cō discipulos, quibus in unum collectis, dixit, uerba p̄allegata, inter quos fuerunt quidam uerè, ac ꝓpriè episcopi nominati.

¶ Ad quæstionem deniq; superiùs motam, & solutam, videlicet an sacerdos in mortali peccato existens quamuis occultæ, peccet mortaliter actus ecclesiasticos exercendo, utpotè prædicando, baptizādo potissimè celebrando &c. respondens sexto quodlibeto Henricus: Actibus, inquit, bonus, & uirtuosus ex genere, nūquam est malus nisi ex circunstantia. Et quæstio ista restringitur ad circunstantiā peccati mortalis. Cumq; secundum aug. libro arbitrio clarū sit, nil aliud in tota congerie culpæ damnari nisi libidinem, id est improbam cupiditatem, quæ nō est in actione, nisi quoniam actio procedit ex amore implēdi desiderium, prauum, imò ipsa cupiditas non aliud est, quàm huiusmodi amor, queadmodū charitas est amor implendi desideria bona. Ex tali autem amore cupiditatis potest procedere actio mala dupliciter. Primò p se puta qđ ad prosequendum bonum, quod desideratur, ut fornicari, furari. Secundò per accidens, ut dum quis occidit maritum, quatenus uxore eius fruatur liberiùs. Si ergo existēs in peccato mortali, peccet mortaliter actus ecclesiasticos exercendo propter circūstantiā peccati mortalis, quod habet in se, hoc non est nisi, quia incurrit in talem amorem male inflamantem, aut timorem male humiliantem. ex illo amore nascētem, qui sunt duæ radices peccandi. Porrò ex tali amore non possent actus illi boni ex genere, procedere per peccatū mortale, nisi fiant ex desiderio, acquirendi per actus illos acquirenda ea, p q̃ uoluntas promouetur ad explendum actum peccati. quem habet in uoluntate, vtpotè acquirendi pecuniam, per quā exerceat suam carnalem libidiuem, aut aliquid tale Similiter necex illo, inordinato timore, nisi per hos actus intenderet fugere impedimenta prohibentia prosequutionē illius libidinis, videlicet ut non amittat fauorem honorē, &c. Cōtingit autem sacerdotē talem propter neutrum horum moueri ac exercendum ecclesiasticos actus, videlicet ut officio suo incumbat, uel ex naturali pietate, ut laici audiant diuinum officiū. Hinc dico simpliciter, quòd esse in mortali peccato, ex ratione talis peccati nōn habet circūstantiam, propter quam oportet actum sic factum

esse

esse mortale peccatum, imo si in hoc peccat mortaliter, oportet hoc esse ex alia circunstantia cū dicto [Qñ in peccato mortali administrans peccet.] mortali peccato. Distinguendum est ergo de hmōi actibus, atq; de tempore, in quo fiunt, de personis, quoq; exercentibus eos. Nam ecclesiastici actus sacerdotibus incumbentes, aut respiciūt donum grē gratū facientis, aut nō, sed donū gratiæ gratis datæ: cuiusmodi sunt actus prædicandi, consuluendi, corripiendi, seu horas dicendi, psallendi, in cōmuni, aut legendo sacerdoti epistolam ad altare, uel euangelium, uel aliquid huiusmodi faciēdo. hæc enim oīa de genere suo neq; in agente, neq;, in his, circa quos fiunt, requirunt grām gratum facientem, neq; præexistendo, nec eam causando. Hinc de talibus actibus dico absq; distinctione, ꝙ existēs in pctō mortali: quia tenetur ad eos exercere absq; hoc, ꝙ peccet mortaliter, qa tenetur ad ros ex officio, nec oportet ibi esse talem contemptum. Actus de primo gñe ut administrare sacramenta, q̃ ad minus respiciunt gratiam, q̃ efficiunt in suscipientibus dignè, pp sanctitatem sacramentorum, in eo, ꝙ talem finem respiciunt, requirunt dignitatem in suo ministro, ita ꝙ contemptus mortalis in eo sit, si non dignè, & absq; mortali culpa administret ea, nisi necessitatis articulus sit excusans Si enim non sit necesse sacramentū administrare, sed absq; incommodo, scandalo & periculo ualeat tps aliud expectari, peccat mortaliter administrando, qa contēnit sacrm. Si aūt necessitas sit, aut hæc est de sacro necessitatis, uel pœnitentia in extremis: & ita administrans non peccat mortaliter, q̃uis sit mortale: qm̄ non accedit irreuerēter præ sumendo de se, sed quadam necessitate, aut pietate inducitur ad subueniendum periclitanti. Aut est circa sacrmentum, qđ non est necessitatis, nisi pp peccatum futurum cauendum, ut si populus scandalizaretur nisi fieret missa, & sic non peccat mortaliter in administrando alia sacra à sacro altaris. Aut est circa sacrm altaris, & hoc dupliciter. Primò, in ministrando sacramentum iam consecratū. Secundò consecrando, & administrando. Primum horum dicunt aliqui non posse fieri sine peccato mortali ab eo, qui in mortali est culpa qm̄ sicut ministrari non debet nisi mundis, ita nec tangi nisi à mundis. Alij dicunt oppositum, qđ ueriùs puto, quia tactus ille nō attingit nisi ad formas panis. nec fuisset mortale pctm̄, si peccator tetigisset corpus Christi deambulantis in terra, ex pia causa. Secundū uærò esset pctm̄ mortale, quia oporteret eum communicare, quod nō licet existenti in peccato mortali. Hæc Henricus Qui in ista opinione nullum pro se allegat doctorē authenticum, nec quempiam patrum sanctorum. [Dionysius contra Hēricum.] Præcedēs aūt positio habet pro se multas euidētes, auctoritates, qñ & diuini Dionysij, & (qđ maius est) scripturæ Canonicæ, sed & multa falsa in opinione ista. Primò, quod ait actum prædicandi posse fieri sine peccato mortali ab eo, qui est scienter in mortali peccato, cuius oppositum (ut supra ostensum [Psalm 49.] est) sanctus Thomas euidentur ostendit, eo quod talis quantum in se est, euacuet intentionem scripturæ, & concordat, quod ait scriptura: Peccatori dixit Deus quare tu enarras iustitias meas? Secundò, quod ait actum iudicandi fieri posse sine mortali culpa ab eo qui est in culpacuius ppositum supra ostensum est, non solum ex Thoma, Alberto, multisque alijs, imò etiam hoc qđ sancti patres Ambrosius, Chrysostomusq; testantur, quòd existens in peccato mortali, indignus est iudicare alium de eodem peccato, potissimè de maiori. Et eodem modo indignus est corripere alios qui de eodem, aut maiori uitio reprehendi meretur Tertiò quòd dicit epistolam, & euangelium posse legi in officio missæ sine pctō mortali ab eo, q sibi cōscius est de mortali, cuius contrariū præfati doctores ostendunt, ac probant, ꝙ quicunq; aliquē actū sacri ordinis exercet in pctō mortali peccat mortaliter Quartò, ꝙ asserit actus istos nō exigere charitatē, & gratiā in eo, qui facit eos, cuius contrarium est ostensum, cū sint actus priuilegiati. Et q̃uis nō de necessitate ordinis seu sacri, tamen de necessitate præcepti requirunt gratiam in eo, qui recipit, aut exequitur eos. Quintò, ꝙ dicit sacerdotem existentē & manentem in mortali, posse sacrm eucharistiæ consecrare, & ministrare alijs in articulo necessitatis, uel causa scandali uitandi sine peccato mortali cuius ōrium satis ostensum est, nec excusat eum necessitas, cum possit in instanti, uel subito pœnitere & emēdationem, atq; confessionem proponere, Sextò, ꝙ dicit talem ministrū posse tangere sacramentum sine mortali, cum iuxta diuinum, & sacratissimum Dionysium non sit fas eum sacra tagere cymbala, id est, consecrata uasa, sicut expositum est Imò sacerdos, aut minister huiusmodi aliquem actum ordinis sacri efficiens, sit quasi Dei irrisor, subsannator, & tanquam blasphemus censendus. ¶ Insuper rationes, quas allegat Henricus, nil ualent, ut ꝙ talis sarerdos tenetur ad huiusmodi actus: Imo dico, quòd tenetur eos non exercere, q̃diu in mortali est uitio, sed obligatur se emēdare, pœnitere, atque ad tam diuinissima mysteria peragēda disponere, & dignificare. Rursus, quod ait, non esse in illis actibus contemptū mortalē, nil probat. Non. n. omne pctm̄ mortale procedit ex formali contemptu, ut patet de his, qui ex infirmitate, seu ignorantia peccant. Item qui celebrat, & suscipit sacramentum, ita posset excusari iuxta hæc scripta, ut ille, qui sacrm alij administrat. Rursusq; Apostolus: ait Quicūq; manducauerit panem hunc indignè &c. [1.Cor. 11.] iudicium sibi manducat, & bibit. Et denuo: Reus, inquit, erit corporis, & san. dñi. Sed non est minus celebrare, q̃ cōicare, imò sacerdos, cæteris paribus, in his multo grauius peccat, q̃ non sacerdos seu laicus. Hinc ista opinio vr̃ multum erronea, Periculosa, ac deuitanda. Et miror ꝙ doctor ille, qui in alijs scriptis est communiter tā rigorosus, est in istis tam laxus. De his autem pertrāseo, qm̄ copiosè præhabita sunt, & ex præhabitis horum ueritas lucidè innotescit, Hoc tñ adiicio, ꝙ q̃uis amor male inflamans, & timor male humilians, sint quædam generales peccandi radices, non tamen omne peccatum mortale procedit directè, & immediatè ex altero horum, sed interdum mediatè, ac reductiuè.

¶ Adhuc de ista materia, hoc est, de sacramento ordinis, & cōcernētibus illud, aliqua sunt addenda ex Guliel. Parrh. qui in suo fatur Sacrali: Sacra sunt [Guliel. Parrhisi.] spūalia medicamenta, p q̃ spūalis sanitas efficitur, ac patratur. Vbi autem medicamenta. ibi medici sunt necessarij. Medicos uerò spiritualium medicamentorum, oportet esse ordinatos, atq; ad illa ministranda sanctificatos. Sanctificatio quippè nobilissima, atque præcipua operatio est inter ea, quæ ministerio hominum exercētur. ideo ministerium eius oportet habere speciales, ac appropriatos ministros. Ad sancta autem, ac sacratissima neminem fas est ingredi, nisi præ sanctificatione aliqua p̄paratū. Cūq; ecclesia domꝰ sit Dei, necessariò h3 ostiarios, & custodes ac auditoriū sacrum, ubi Dei iudicia, ac p̄cepta, & uerba ipsius iugiter recitentur, ac audiantur. Hinc lectoribus indiget. Rursus, cū in domo Dei deceat

luminaria

luminaria accendi, ac sacris ministerijs anteferri oportuit in ecclesia acolythos ceroferarios esse. Et quia exigētibus demeritis hominũ, maligni spiritus corpora hominũ frequēter infestāt, animasq; ꝑturbant, oportuit exorcistas consistere. Ministros autē sacri altaris oportuit ab alijs esse distinctos, & multo plus consecrari, ac sanctificari, quàm ipsum templum, ac uasa ipsius, & sicut cultus Dei medius est, ac mediatorius inter Deũ, & eius cultores. Ordo uerò, prout hic sumit, est sanctitas prima, qua diuino cultui exercendo asscribitur hō, & dr̄ sanctitas, seu sanctificatio prima, q̃ nulla pollutione pc̄tī tollitur, aut fœdatur, sicut nec baptismalis character. Actus demũ, & partes cultus diuini, sunt adoratio, collaudatio cũ partibus suis, q̃ sunt gratiarũ actio, benedictio, & glroificatio, intercessiō quoq; ꝓ aliis, sacrificatio, & sacr̄atio & cętera. Queādmodũ aũt in causis forinsecis simplices, imperiti, & iudicialium, causarũ ignari, indigēt aduocatis: ita in spirituali negotio, & cultu diuino, plebs sacerdotibus indiget, qui agunt causam populi coram Deo, ne plebs simplex imperitè orando offendat, insipienterve offerat. Nēpè sacerdos non suas, sed ecclesiæ supplicationes, ac hostias domino offert, tanq̃ mediator, & internũcius plebis, qui officiatur. Et sicut aduocatus non suum ius allegat, sed eius, cui patrocinatur: sic sacerdos ex suo officio uerba, ac preces ecclesiæ gestat in ore, & ea allegat quę precibus ecclesiæ efficaciam possunt præstare, utpotè. q̃ Chr̄s pro nostra salute assumpsit egit ac passus est. Vox quoq; interior & intellectus talium orationũ, uox & intelligentia existat ecclesiæ, & propter gratiositatē, & meritum eius exauditur, præsertim preces inquam, ac merita Christi fidelium, quę innituntur, ac uniuntur orationibus, ac meritis saluatoris, qui (ut ait Euangelista) fuit in oratione Dei, pernoctans, & nunc quoq;, interpellat pro nobis. Hæc Gulielmus, ex cuius sacr̄ali plura allegassem, nisi diligenter percurrendo inuenissem ea, quæ scribit. sn̄ialiter esse inducta. Scribit ēt qualiter multa sublimia nomina cōueniant sacerdotibus euāgelicę legis ratione administrationis sacr̄orũ, ita ꝙ ipsi ritè uocantur dapiferi, ac pincernæ in palatio sũmi regis, medici aīarũ, iudices populorum, cooperatores altissimi, reconciliatores reorũ & dij inter homines appellandi, mediatores inter Deũ, & ꝓximos, preciosissimis, & supernaturalibus donis intus ornati, diuinissimis characteribus insigniti, supernaturaliter sublimati. Sed heu heu, homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumētis insipiētib⁹, & quanto à supergloriosissimo, ac superpijssimo creatore, ac saluatore sublimiùs, ac copiosiùs sunt honorati, ac decorati, tm̄ seipsos uiliùs de honorant, turpiùs inquinant, damnalibusque confundunt.

Luce 4. Roma. 8. — Psalm. 48.

De ordinatis ab hereticis. Distin. XXV.

SOlet etiam queri, si heretici ab ecclesia præcisi, & damnati, possint tradere sacros ordines: & si ab eis ordinat redeuntes ad ecclesię unitatem, debeant reordinari. Hanc quæstionem perplexam ac pęnæ insolubilē faciũt doctorum uerba, qui plurimum dissentire uidentur. Vidētur. n. quidā tradere, hæreticos sacros ordines dare non posse illos, qui ab eis ordinati uidētur, gratiam recipere. Dicit enim Innocentius. Arianorum clericos non uideri suscipiendos, cũ sacerdotij, uel ministerij alicuius dignitate, qbus solum baptisma ratum esse permittit, quod in nomine patris, & filij, & spiritus sancti percipit. Dicit etiam eos nō posse dare spiritum sanctum, quem amiserunt: & ordinatos ab hæreticis, caput habere uulneratum: & eum qui honorem amisit, honorem dare non posset: nec illum aliquid accipisse: quoniam in dante nihil erat quod ille posset accipere. Tradit etia uenientibus ab hereticis, per manus impositionem laicam tantum tribuendam communionem nec ex his aliquem in clericatus honorem uel exiguum subrogare. Gregorius etiam dicit sacrilegam esse Arrianòrum consecrationem. cum ex eorum manu commuio percipitur. Cyprianus etiam dicit, omnia quæcunq; faciunt heretici, carnalia, & inania, & sacrilega esse, & eorum altaria falsa, & illicita sacerdotia, & sacrific ia sacrilega: qui more simiarum, q̃ cum hoīes non sint, formam imitantur humanam, ultum ecclesiæ catholicę, & auctoritatem sibi uendicant, cum ipsi in ecclesia non sint, & cum sint sacrilegi, sacerdotium administrant, & altare*ponunt: cum nec sacrificari oblatio illic possit, ubi spiritus sanctus non sit: nec cuiquā dn̄s per eius præces & or̄ones prosit, qui dominum ipsum uiolauit. Hieronymus quoq; asserit omnia, q̃ offeruntur ab hæreticis, contaminata esse in conspectu dn̄i: quia licet sancta uideantur specie sui tamen quia contacta sunt ab illo qui pollutus, est polluuntur omnia. Idem: Odit Deus sacrificia hæreticorum, & à se proijcit: & quoties in nomine eius congregati fuerint, detestatur fętorem eorum, & claudit nares suas. idē illi offerunt panē sacrilegum &c. Leo ēt testatur, extra ecclesiā nec rata esse sacerdotia nec esse sacrificia. Idē ēt dicit, ꝑ crudelissimā uesaniā in Alexandrina eē de omnium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificiorum oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & participalibus manibus impiorum, omnia se subtraxere misteria. His, alijsq; testimoniis astrui uidetur, sacramenta ecclesiastica, præcipuè corporis, & sanguinis ordinationis, & confirmationis, pet hereticos non posse ministrari.

Auctoritates ponit, quæ uidentur præmissis obuiare.

Econtra autem alii sentire uidentur, ꝙ ab hereticis etiam præcisis, sacri ordines sicut & baptismus tradi ualeant: nec ab hæreticis redeuntes, qui illic ordinati sunt, & baptizati, iterum ordinandi sunt, sicut nec baptizandi. Vnde Augu. de hæreticis etiam damnatis

natis: Quod quidam dicunt baptisma, quod, accipit non amittit, qui recedit ab ecclesia: ius uero dandi, quod accepit, amittitur, multis modis apparet inaniter dici. Primo, quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui illud baptisma amittere non pōt, ius dādi possit amitere. Vtrunq; enim sacr̄m est, & quadā consecratione utrunq; homini datur: illud cũ baptizatur, & illud cũ ordinat̄. Ideo licet in catholica ecclesia utrumq; iterari. Nam si qñ ex ipsa parte uenientes ēt præpositi, pro bono pacis correcto schismatis errore, suscepti sunt, & si uisum est opus eē, ut eadē officia gererēt, q̃ agebāt, nō sunt rursus ordināndi. Sed sicut baptismus in eis, ita in eis māsit ordinatio integra: q a in pcisione fuerat uitium, qđ in unitate pacis est correctum, non in sacris quæ ubicunq; sunt, ipsa sunt. Et cum ipsi expedire uidentur ecclesiæ, ut pręposīti eorum uenīētes ad catholicam societatem, honores suos ibi non administrent, non eis tñ ipsa ordinationis sacr̄a detrahũtur, sed sup eos manent. Ideoq; nō eis manus imponitur: nè non hoī, sed ipsi sacr̄o fiat iniuria. Sicut autem in baptismo est ius, quod per eas dari possit: sic in ordinationē ius dandi est, utrumq; quidem ad perniciem suam. Sed aliud est non habere aliud perniciosè habere, aliud salubriter habere: Idem De his uerò, qui ab ecclesię unitate separati sunt, nulla iam quæstio est, quin, & habeant, & dare possint, sed perniciosè habent, ꝑniciosęq; tradunt, quia extra uincũlum pacis sunt. Et neutri sacr̄o facienda est iniuria. Sicut enim non rectè habet potestatem, qui ab unitate recedit, sed tñ habet, & ideo redeunt non reddit: sic etiā non rectè dat, qui ab unitate recedit, & tñ dat: & ideo q ab eo accipit, uenienti ad unitatem, non iterat̄. Idem aliud est non habere aliqd, aliud est non iure habere, uel illicitè usurpare. Non ergo ideo non sunt sacramenta Christi, & ecclesiæ, quia eis illicitè utantur non modo hæretici, sed etiam omnes impii, sed illi corrigendi sunt, & puniendi: illa autem sunt agnoscenda, & ueneranda. Item Gregorius. Quod dicitis, ut q ordinatus est iterum ordinet̄, ualde ridiculosum est. ut enim baptizatus semel iterum baptizari non debet, ita q ꝯsecratur est semel in eodem ordine non ualet iterum consecrati: His, aliisque auctoritatibus vr̄ asseri, in oībus impiis, ēt in hæreticis pręcisis, & damnatis, Christi sacr̄a permanere cum iure dandi. Possunt enim dare, sed perniciosè, & qbus dederint, non sunt iterum ordinandi, quæ premissis ex opposito obuiare uident̄.

August. — 24.q.1.ca. Miramur.

De terminatio premissæ contradictionis auctoritatum.

Hæc autem quidā ita determinant. Dicunt enim hereticos accepta sacerdotali, uel episcopali unctione, ab ecclesia recedentes, baptismi quidem dandi ius retinere, sed nō habere facultatem tribuendi sacros ordines, uel consecrandi dominicum corpus, postq̃ p̄cisi, & dānati sunt ab ecclesia. Sicut degradatus ep̄s nō hꝫ potestatem largiendi sacros ordines, facultatem tñ baptizandi non amisit. Quod uero Aug. ait, intelligunt dictum de hr̄ticis, q nō sn̄ia ecclēię, sed prauitate sensus, sn̄ia fidei ueritate, ac doctrinę unitate diuisi sunt, qui licet tales sint, ius tñ ordinandi, & consecrandi habent. & qui ab eis ordinantur aň manifestā pręcisionem, etiam si cũ eis apertè exierint, & sn̄ia ecclesiæ dānati fuerint, si tñ redierint, iterum ordinandi non sunt. Et ubicunque legitur de ordinatis ab hæreticis, qđ seruatis eis ordinibus ministrare ualeant uel iterum ordinandi non sint, de hmōi accipiendum dicũt. Nam post quā præcisi fuerint, & dānati iudicio ecclesię, ius ordinandi, & consecrandi eis detractum asserunt, ut degradatis, uel excōicatis. Alij uerò dicunt sacr̄a ab hæreticis, & præcisis secundũ formā ecclesię celebrata, uera esse, & rata q a recedentes ab ecclesia, ius dandi, & ꝯsecrandi non perdideruunt. & qui sic ab hereticis ordinantur, cũ redeunt, iterum ordinandi nō sunt. Qoæ uerò ab hæreticis aliter q̃ in ecclesia fiunt falsa sunt, & inania, & q à talibus ordinari uidentur, non munus, sed uulnus accipiunt. Et scđm hanc differentiā uariè de his loquuntur doctores. Quidam uero dicunt, eadem sacr̄a ab hæreticis præcisis posse celebrari, quæ à catholicis, si ab illis forma eccelesię seruetur, & ab eis celebrata, uera esse, & rata, qnantũ ad se: quantũ uerò ad effectũ, falsa eē, & inania, & in his, q male tractāt, & ī his, q male suscipiũt. Iō irrita, & falsa, q a qđ ꝓmittunt, & ꝯferre credunt̄, non trahunt: Damnanda etiam dicunt̄, q a illicitā dantibus, uel accipientibus sunt in iudiciũ. Polluta etiā dicunt̄, nō quātũ ad se, sed ꝑꝑ indignā hæreticorum tractationē. Iō Greg. cōionem Arrii, uocat execrationem, & Ino. Bonosii ordinationem, dānationem. Nō ꝙ ita in se bnt, sed q a male dantes, uel accipientes tales facit. Sicut etiam Hiero. sacrificia eorum panem luctus uocat, nō quantũ ad se, sed quantum ad effectum. Nonnulli uerò tradũt illos hæreticos, q in ecclesia ordinati sunt ius ordinandi, & ꝯsecrandi etiā cum separati, fuerint habere. Qui uerò in schismate uel hæresi positi, ab eis ordinati & inuncti fuerint, illo iure carent. Ideoque cum ordinare uolunt, uulnus potius infligunt, quàm gratiam conferant.

Prima opinio, & falsa. — Aug lib. 2 cōtra Permentani epist. 1 m. 13 Et 1. q. 1 c. Quod quidam. — Secunda opinio ꝓbabilis. — Tertia opinio, & uera. — Quarta opinio falsa & vr̄ esse Gratiani.

De simonia unde dicitur: & quid sit.

De simoniacis uero non est ambigendum, quin sint heretici, qui tñ ante sn̄iam degradationis

Magister hic non tenetur. Acto 8. 4. Reg. 5.

dationis, & ordinant, & consecrant. Et licèt simoniaci propriè dicantur, qui instar Simonis magi impręciabilem grām precio conducere uolunt: & qui pro ministerio sacro precium recipiunt in modum Gieci Giecitæ uocandi sunt: omnes tamen, & dantes, & accipientes, simoniaci dicuntur, & utrique eadem sententia percelluntur.

De his, qui scienter à simoniacis ordinantur.

Vrbanus papa. 1 q 1 c. si q̄ a si. vendere

Differt tamen inter eos, qui ordinatur à simoniacis scienter, & eos, q ignoranter. Qui etē scienter à simoniacis se permiserint ꝯsecrari, imò execrari: eorum consecratio omnino irrita est. Qui uerò ordinatur, à simoniacis, quos cū ordinantur, nesciunt esse simoniacos: & tunc pro catholicis habentur, eorum ordinatio misericorditer sustinetur.

De his, qui dicunt se emere corporalia, & non spiritualia.

Si uero aliqui obiiecerint, se non consecrationes emere, sed res ipsas quæ ex consecratione proueniūt, pœnitus desipere probantur. Nam quisquis horum alterum uendit, sine quo alterum non habetur, neutrum inuenditum derelinquit.

Distinctio simoniacorum.

Nicolaus papa 1 q 1. c. statuim⁹ decretum

Simoniacæ autem hæresis tripertita est distinctio. Alij enim simoniacè simoniacis ordinantur, alij simoniacè à non siomoniacis, alii nō simoniacè à simoniacis. Vnde Nic. Papa: Statuimus decretum de simoniaca tripartita hęresi. i. de simoniacis simoniacè ordinatis, & de simoniacis simoniacè à non simoniacis non simoniacè à simoniacis. Simoniaci simoniacè ordinati, uel ordinatores, scd̄m canones à proprio gradu decidant. Simoniaci etiam simoniacè à non simoniacis ordinati similiter ab officio remoueātur. Simoniacos uerò non simoniacè à simoniacis ordinatos, misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio permittimus permanere. Quod intelligendum est de his, qui ordinātur à simoniacis, ignorantes eos esse simoniacos: hos facit simoniacos non reatus criminis, sed ordinatio simoniaci.

Alex. Papa de his, qui uiolenter à simoniacis, vel ab hæreticis ordinātur.

Similiter cum decreuit Alexander Papa simoniacos omnino damnandos, ac deponēdos, sub intelligendum est nisi uiolenter quis attractus fuerit. De his enim, & quibuslibet hæreticis uiolenter ordinatis, dicit Innocentius, ꝙ possunt habere aliquem colorem excusationis, si statim discedunt ab eis, & pessimo eorum conciliabulo renunciant.

De ætate ordinandorum ita decreuit Nicolaus Papa.

Fabianus.

Sacri inqt, canones sanxerunt, ut subdiaconus nō ordinētur ante quatuordecim annos, nec diaconus añ uigintinquinq;, nec p̄sbyter añ triginta annos. Deinde si dignis fuerit, ad episcopatū eligi potest nos qđ ēt pari mō seruare iubemus. Itē Fabianus: Siqs. xxx. ætatis non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etsi ualde sit dignus scientia, & doctrina, quia & ipse dn̄s tricesimo anno baptizatus est, & sic cepit docere.

Sūma distīctionis. XXV.

HIc circa p̄habita mouet Magister dubia aliqua. Primū est, utrū epi ab ecclesia p̄cisi atque dānati, possint ꝯferre ordines sacros, & vtrū ordinati ab eis, ad ecclesiā redeuntes, sint reordinādi. Et circa hæc ponit quatuor opiniones. Inducit quoq; uarias auctoritates sanctorū ac tādē rn̄det, & q̄ videnē discordare ꝯcordat, sic tñ qđ falsa reprobat, & excludit. Scđò mouet dubiū de simoniacis, an uerè ordinēt, & qualiter sentiēdū sic, ac agēdū cū ordinatis ab ipsis. Tractet itē de triplici gradu seu specie simoniæ, atq; de tēporibus ad ordinum susceptionem præfixis.

QVAESTIO I.

Quæstio.

HIc q̄rit, An soli epi catholici ꝯferre ualeāt ordines sacros, & nō hr̄tici, p̄cisi, degradati. Et pōt ad utrāq; partē argumētari, sicut in litera. Ista ēt qō in simili mota est sæpìus supra, an. s. tales uerè baptizēt, ꝯfirmēt, cōficiāt ideo immorari non congruit.

¶ Itaq; Antisi. circa hæc in sūma li. 4. scribit Quidā distinguūt, deinceps, ꝙ qdā sunt hr̄tici ab ecclesia p̄cisi, & qdā nō p̄cisi. De p̄cisis dicūt, ꝙ dant uerū baptismū, qa baptism⁹ est sacr̄m necessitatis; nō aūt uerè ꝯficiūt, nec ꝯfirmāt, nec ordināt, ēt si obseruēt formā ecclesiæ. Verū ista solutio nulla est: qa s̄m Aug. nō est iniuria sacro irrogāda: & tñ hoc agit, q asserit sacr̄m ex ministri immūditia pollui. Si. n. radius solis sup q̄cunq; immunda spatius, nullam inde immūditiā contrahit, quanto minus sacra diuina? ergo p̄cisio, seu non p̄cisio nil facit ad gratię sacramentū. Dicimus ergo, si hr̄tici seruēt formam ecclesiæ uera conferūt sacramenta, siue sint præcisi, siue nō: nō aūt si non seruauerint debitam formam. Hæc Antisio.

Heretici & c. qñ cōferun sacramenta Guliel. Parr.

¶ Porrò Guliel. Parrh. Aliud inqt, est officiū suspendere, aliud penitus reuocare. Si enim reuocatum sit procuratoris officium, manifestū est, ꝙ ea, quæ in iure tm̄ consistunt, si per ipsum fuerit procurata, ipso iure sunt nulla: iō, & iudiciū procuratū per ipsum, esset nullū: sentire quoq; sic raræ, essent nullæ. Si aūt suspēsus esset procurator, ne peteret aliqd ex parte dn̄i sui, uel ne impetraret vsq; ad tp̄s, si peteret medio tp̄e, petitū esset: & si impetraret, impetratū eēt, maximè si impetraret aliqd, qđ i facto uno ꝯsisteret. Si. n. impetrasset, aurū, aut argētū interim, nō minus esset, q̄ si illa iubente dn̄o impetrasset. Nec pōt dici pp solā p̄hibitionē fallus p̄curator, quousq; q ꝯstituit, dixerit: Amoueo te ab isto officio penitus, &c. Cūq; suspēsio, excōicatio nō tollat officiū, nec ab illo amouet, & deponi. sed inhibet eius exequutionē ad tp̄s, nec tollit ratihabitionē ipsis, idcirco nec falsos efficit p̄curatores hmōi, nec irritat, aut euocat ministeriū eorūdē. Exautorisatio uerò, & depositio, sicut sacerdos oīo remouet, & obijcit, p̄uilegio quo-

que

que clericali oīo p̄uat, & extimit, ita à sacerdotali officio oīo moue, & deponit. Idcirco đ sacerdotali officio amplìùs se īgerere nequeūt, nisi falsè, Nēpè ut uerus sit p̄curator, duo necessariò requirunē, primū, vt dn̄s reputet seu habeat eū suæ causæ procuratorem. Secundū, ut ipsemet p̄curatorē se gerat, id solum, quod ei iniunctū est petens, aut prosequens. Cū ergo ecclesia exautorissatos, atque dispositos, quāuis sacerdotes esse constiterit. sacerdotes tamē post exautorissationem, & depositionē non habeat, nec reputet, nec ratum habeat, quicqd de sacerdotali ministerio attentare præsumpserint necesse est præsumptionem eorum, & attentationē quantum ad sacerdotale officium, uacuam esse & irritā. In cuius signū sacerdotalibus uestibus ex ordine exuuntur. Hæc Gulielmus Cuius q̄ sit intentio in his uerbis infra forsan clariùs exprimetur.

Thomas: Episcopalis ptās.

¶ Circa hæc loquitur Tho. primò oñdens, ꝙ episcoporū sit ordinis sacr̄m cōferre. Episcopalis potestas se habet ad ordines inferiores, sicut politica, quæ considerat bonum commune, ad artes, & uirtutes inferiores, quæ considerant bonum aliquod particulare, seu speciale. Politica uero legem præfigit inferioribus artibus, quis quid debeat exercere, & quantum, & qualiter, ideo ad episcopum p̄tinet in oībus diuinis ministeriis aliquos collocare. Vñ ipse solus confirmat: qm̄ ꝯfirmat in quodā officio confitendi fidē, cōstituūtur. Solus quoq; uirgines bn̄dicit, q̄ figurā gerūt ecclesiæ Chr̄o dispōsatæ Hinc ei⁹ ē ordinare, & ꝯsecrare ministros ecclesiæ.

Archidiaconi ptās

¶ Archidiaconus uerò est quasi ministerij princeps propter, quod omnia, q̄ ad ministeriū pertinet ipse tradit, ut cereū, quo acolytus diacono seruit, ante euangeliū ipsum portando, & urceū, quo seruit subdiacono. Similiter dat subdiacono ea, quib⁹ superioribus seruit ordinibus. In illis tñ nō cōsistit principalis actus subdiaconi, sed in hoc, ꝙ operaē circa mareriā sacr̄i Hinc archidiaconi ordines nō conferūt. Verūtñ Papa qui habet plenitudinē potestatis pontificalis pōt cōmittere non episcopo ea, q̄ ad episcopalē pertinent dignitatē. dūmō immediatā non habeat relationē ad uerū corpus Chr̄i. Idcirco ex papæ cōmissione simplex sacerdos ordines pōt conferre minores, & cōfirmare, nō aūt nō sacerdos: nec iterū simplex sacerdos ordines maiores, q habent immediatā relationē ad corpus Chr̄i super quod consecrādū Papa nō habet maiorē potestatē quā simplex sacerdos. Hæc Tho. de 1. p. q.

¶ Deniq; sacerdotibus excōicatis præcisis, an ordinēt subdit: De hoc Magister recitat quatuor opiniōes. Prima est, ꝙ hæretici q̄diu ab ecclesia tolerāē ualeāt ordinare, nō aūt cū fuerint p̄cisi. Similiter, nec degradati, nec alij hmōi. Et ista est prima opinio, q̄ stare p̄t: qm̄ eīs potestas data cū cōsecratiōe nullo casu pōt tolli sicut, nec cōsecratio annullari. Nā & altare acchrisma semel cōsecrata, iugiter manent cōsecrata. Cumq; episcopalis potestas detur cū consecratione; nō potest auferri quantūcunq; quis peccet, degradeē, uel ab ecclesia præcidaē. Alii ergo dixerūt, ꝙ p̄cisi ab ecclesia, q in ipsa ecclesia episcopalē habuerūt potestatē, retinent potestatē ordinandi alios: sed ordinati ab ipsis, non possent hoc. Et hæc est opinio quarta, q̄ etiā non stat: quia si ii, q in ecclesia fuerūt p̄moti, retinēt potestatē, q̄ habuerunt, patet ꝙ exequendo suā potestatem, faciāt uerā consecrationē. sicq; uerè tribuūt omnem potestatē, q̄ cū cōsecratiōe cōfertur. Ideo alii dixerūt, ꝙ p̄cisi conferunt ordinē, & sacr̄a alia dūmodo debitam seruent formā, tā quo ad primū effectū qui ē sacr̄i collatio, q̄ quātum ad secundum, q est infusio gr̄æ. Et hæc est opinio secūda, q̄ nequit stare qm̄ eo ipso, ꝙ qs p̄cisis seu hæreticis cōicat ordines ab eis suscipiendo, peccat mortaliter, si sciēter hoc agit, & sic fictus accedit, ac obicē ponit, nisi forsitā in baptismo in necessitatis articulo. Iō alii dicūt, ꝙ uera dant sacr̄a, nō gr̄am simul cū sacr̄is, & hoc nō ē ex iefficatia sacr̄orū, sed pp pc̄tā recipiētiū sacr̄a ab illis ꝯ p̄hibitionē ecclesiæ. Et hæc est opinio tertia, quæ est uera. Verūtamē ordinati ab illis, nō recipiūt licētiā exequēdi ordinē sic susceptū. Hęc Tho.

Petrus. Ordinum collatio conuenit alicui bifariam.

¶ Circa hęc scribit Petr⁹: Collatio ordinū pōt alicui cōuenire dupliciter Primo, de iure cōi rōne ordinariæ potestatis. Secūdò, ex indulgētia, seu cōmissiōe gn̄ali, aut speciali. Primo mō solis cōuenit episcopis. Duo etenī requirunē ad collationē ordinis cuiuscūq;. Vnū adeptio, seu īexistētia ordinis ī donāte, qm̄ nemo pōt dare, ꝙ nō habet Scd̄m est grad⁹, seu excellētia ptātis, qa maiorē oī ordine oportet esse eū, seu ptātē ei⁹, q oēs ordines ꝯfert Hęc Pe.

Quæstio. 2. Timo 1.

¶ Qui ēt q̄rit, an presbyter possit cōsecrare episcopū. Vr̄ ꝙ sic. Primò, qa Apostolus scribit ad Timo. Admoneo te, ut resuscites gratiā Dei, q̄ est in te per impositionē manuū presbyteri, ergo per impositionē manuū presbyterorū, fuit ordinatus epus. Secundo Moyses non epus, consecrauit. Aaron pōtificē. Tertiò, Hostiensis consecrat papā, episcopus quoq; archiepiscopum, sicq; inferior consecrat superiorē, ergo & presbyter simplex episcopū. In cōtrarium est, ꝙ secundum iura ad consecrationem episcopi ad minus requiruntur tres episcopi, & ꝙ ait Apostolus, Sine ulla contradictione, quod minus est, a maiori benediciē. Dicendum, Nullus nisi episcopus potest ordinare episcopū, multiplici ratione: Vna est ex parte ordinātis: qm̄ nemo potest dare, qđ non habet. Secunda ex parte ordinandi, quia in pontificatu continetur plenitudo sacerdotalis officii: de pleno autem fit redundantia in alterum, non ipsum redundat ex altero. Tertia ex parte ecclesiæ, quia episcopus est summus in ministris ecclesiæ. Vnde pertinet ad ipsum inferiores disponere gradus, non ab ipsis disponi. Ad primū ergo dicendum, quòd presbyter sumitur ibi pro episcopo. Ad secundum, quòd Moyses fecit hoc Deo iubente, ac dispensante. Ad tertium, papatus non est maior ecclesiastica potestas, q̄ episcopatus, propter quod papa omnes episcopos uocat fratres, alios uero filios: Episcopatus uero maior est dignitas, quàm presbyteratus. Hęc Petrus.

Hebreo. 7 Responsio

Papatus nō est maior in ecclesiastica potestate q̄ episcopatus.

In quo papa cæteris vel sacerdotib⁹ uel episcopis præstet.

¶ Quocirca sciendū, ꝙ plenitudo, & uertex ecclesiasticæ potestatis, quæ in solo est papa subiectiue, tria complectitur, & includit, ut ex diuersis doctoribus colligitur, pręsertim ex scripturis D. Petri de Palude, ac D. Petri de Aliaco. Primum est sacerdotium, & in hoc cęteris sacerdotibus est æqualis. Secundum est potestas episcopalis, quæ est de genere qualitatis, & in hac ęqualis est episcopis cæteris Tertiū est iurisdictio sūma, ac uniuersalis qua uniuersis; est altior, & hoc ē relatio q̄dā, nec manet in papa dum desinit esse papa per liberā cessitionem, aut alio modo: alia uero duo manent in eo.

¶ Pręterea prætactas quatuor opiniones de ordinatione hæreticorū, & præcisorū, aliter narrat Petrus, q̄ Thomas. Vnde & duas earum asserit esse ueras. Thomas uero unam duntaxat, sed in hoc differētia parua est, qa quod Thomas affirmat de ordinatis a præcisis, intelligiē de scienter ordinatis ab eis.

¶ Præinductis concordat Richardus, qui etiam scilcitatur, utrum episcopus degradatus ordines

 queat

queat conferre. Respondet, Quidam dixerunt, quod quamuis episcopi suspensi, excõmunicati, possint ordines conferre de facto, non tamen episcopi degradati, quia omnino priuati sunt dignitate episcopali, quamuis non sacerdotali, quæ auferri nequit ab homine. Et secundum hos degradatio est mera spoliatio episcopalis potestatis. Alii uero dicũt cõtrarium, quia potestas per consecrationem data non potest auferri quãtum ad rem, sed quãtum ad exequutionẽ. Et secundum hos degradatio nõ est maior priuatio, quã suspẽsio quãuis sit turpior, & quoniam est perpetua suspensio ab officio. Hæc Richar.

Gulielm'. Parrhisi. Quo circa sciẽdum quod Guliel. in suo Sacramentali tractatu de ordine, opiniones has recitat, disputatq; prolixè, & magis uidetur consentire opinioni dicentium, quòd degradatio sit omnimoda spoliatio potestatis episcopalis. Veruntamen non multum assertiuè super hoc loquitur, sed magis inquisitiuè. Vnde tandem concludit, de hoc consulendã esse apostolicam sedem Quæ sit, inquiens, intentio ecclesiæ exautorissantis in actu exautorisationis, addiscendum est a Romana ecclesia, penes quam residet auctoritas uniuersalis ecclesiæ, cuius etiam auctoritate omnia statuta de exautorisatione, & dispositione sunt edita. Hæc Gulielmus.

¶ Richardus demum circa hæc ait, quemadmodum dignitatem apostolatus omnes apostoli, quorum successores sunt episcopi, receperunt immediate a Christo. Hinc & episcopus quantum ad potestatem episcopalem, non habet supra se potestatẽ altiorem, a qua illa sibi possit auferri, nisi diuinã, quamuis exequutio eius sibi queat auferri a superiori, qui est iurisdictione sublimior, puta a Papa: nec est simile de principatu terreno, cũ ille dependeat a capite ecclesiæ. ideo papa põt terrenum principatum a quocũq; auferre, dum modo sub sit iustẽ, & rationabilis causa. Similiter princeps inferior potest a supiori principe terreno, a quo dependet, deponi. Hæc ille.

Bonauen. ¶ Præterea Bonauentu. Quẽadmodũ, inquit, sacri Canones tradunt, non põt ordines, præsertim sacros, dare nisi episcopus. Atq; ut septimo Etymologiarum scribit Isidorus statutum hoc originem habet ex scripturis ex ordinatione spiritus sancti: quia (ut in Euãgelio legitur) Christus habuit duodecim maiores discipulos, quos uocauit Apostolos alios, quoque minores septuaginta, & illis duodecim, non alijs contulit potestatem consecrãdi, seu manus imponendi, quibus succedunt episcopi, quod & factum, est propter reuerentiam ordinis, quia si oĩbus passim liceret ordines dare, tot amitterentur, quòd esset cõfusio, & contemptus. Et rursus, quia episcopus est sponsus ecclesiæ. Itemq; quoniam sacrm ordinis statum dicit pfectiõis. Status aũt episcoporum & status perfectionis iam acquisitæ.

¶ Amplius, qstio ista de hæreticis an in ipsis sint uera sacra, & an possit ea conferre, fuit olim apud præclaros doctores multũ ambigua tam de baptismo, quàm alijs. Postea autẽ per illustrissimum doctorem Augusti. nobis est patefacta, uidelicet, quod sacramenta habent, & dant: dummodo formam seruẽt ecclesiæ, & eius habeant intẽtionẽ, ita quod faciũt id, quod facit ecclesia, quantum ad intẽtionem, & ueritatẽ, quãuis non quantum ad utilitatem: quoniã sacramenta dispensant, fructum uero eorũ nõ reportant, nec cõferũt, eo quòd extra ecclesiã catholicã nõ det spũs sanctus. Hinc ĩ omnibus sacramentis, quæ habent ueritatem differrentem ab utilitate. Verum est, quòd ab hæreticis dentur. Talia quoq; sunt omnia præter pœnitentiæ sacramentũ cuius res existat cõtritio ipsa interior, sine qua nulla est absolutio uana, ideo solum hoc sacramentũ eis factum, seu ab eis receptum est iterandum. Hęc Bonau. Et hoc ultimum uerũ est, si qs scienter confessus sit illis, & sciat ipsos esse hæreticos.

Augustin'.

In prehabitis continentur scripta Alberti, Durãdi, Argentinensis, & aliorum de his.

QVAESTIO II.

Diffinitio simoniæ. Apoc. 3.

Consequenter, quæritur *de simonia quid sit, & qbus modis committitur, atque de pœnis huius sceleratissimæ impietatis*. Et ut communiter dicitur, simonia est studiosa uoluntas emendi, uel uendendi spirituale. Et uidetur, quòd istud sit licitum, cũ in Apoca. dñs dicat: Suadeo tibi emere aurũ ignitũ probatũ, ut locuples fias, ubi per aurũ secundũ expositores intelligit sapientia spiritalis, uel potius charitas. Secundò, nihil spiritualius felicitate sanctorum in patria, quæ felicitas est beatifica uisio deitatis, & tamen pro hac obtinenda uirtuosè dantur temporalia bona. Tertio, pro religionis ingressu iam passim recipiuntur, imo & exiguntur pecuniæ, & consimilia qdam, Multa huiusmodi fiunt, & argui possent, ad q ex iã dicẽdis patebit solutio.

Bonauen. Spirituale trifariam accipitur.

¶ Itaq; circa hæc scribit Bona. Spirituale tripliter dicitur. Primò id quod est purè spirituale, ut gratia & uirtutes: & hæc nec de facto, neque de iure possunt uendi. Secundò dicitur spirituale, quod adiũgitur rei corporali, q tamen rõne illius spiritualis consecratur, & accipit nomen, ac rationem boni spiritualis, & hoc cũ sit spirituale, de iure uendi nõ põt, nec cũ alio in uenditiõe transire, pro eo, quod pomi nõ ualet sub precio. De facto tñ rõne corporalis rei põt uendi, ut ecclesiastica sacramenta. Tertiò dicitur spirituale, quod adiũgitur rei corporali, q habet rationẽ tẽporalis, ut calix consecratus, & ius patronatus, quia in illis cõsecratio iũcta est argento aut fundo, & hoc uocatur spirituale, quia spirituali annexũ, & hoc de facto uendi potest, non de iure: attñ cũ eo, cui adiunctum est, põt in uẽditione transire. Calix namq; consecratus uendi potest, ita quod consecratio non uendatur, sed ualor metalli similiter fundus, cui annexum est ius patronatus, nõ ipsum ius patronatus, quin incurratur simonia. In ordinibus autem est aliquid de primo spiritualiũ genere, utpote gratia sanctificans: aliquid quoq; de scdo, puta potestas ministerialis p aliquod signũ sensibile dispẽsata, cui inseparabiliter est annexa. Primũ horũ, ut dictũ est, nec de iure, neq; de facto põt uẽdi. Scdm uerò põt de facto dari p pcio quia inseparabiliter est adiunctũ exteriori sacramẽto, quod cũ de facto possit uenũdari, põt similiter, & illa potestas: sicq; simoniacus põt de facto ordines simoniacẽ dare. Porrò de donis grã gratis datę cõtingit loqui dupliciter. Primò quo ad seipsa, scdò quãtũ ad annexa. Et iuxta hoc habẽt duplicẽ dispẽsatorẽ. Nã qtũ ad primũ, habẽt dispẽsatorẽ spm sãctũ, seu totã supbeatissimã trinitatẽ, q causat imprimitq; characterẽ. Quãtũ uero ad scdm seu annexũ, habẽt p dispẽsatore hoẽm purũ. Et prim' nũ q uẽdit, secundus uero uẽdere põt de facto illud annexũ, quod est quodãmõ spũale, & pter illud emiẽ ideo ipsa dona uendere perhibeẽ, atq; ad hũc sensum ipsi ordines simoniacis uẽdi, ac dari dicuntur tam ad eorum, quàm ad recipientium damnationem, si scienter a simoniacis recipiãt eos, aut emãt.

¶ Deniq;, si qraẽ. utrũ dans ordines, seu aliquod spũale simoniacè, ex hoc ipsa fiat hęreticus. Respõdendum

dẽdum, quòd nec sacri ordines, nec aliquod sacramentum, aut spirituale pro pecunia dari potest, sine graui, & enormi peccato, eo quòd spirituale, quod ex sola libertate, seu liberalitate dandum est, mercatur, & facit uile. Rursus, quoniam illud, quod est impreciabile, ponit sub precio, sicq; facit contumeliã spiritui sancto. Si autem quæras, an sit peccatũ in fide, & moribus: dicendum, quod ille, qui emit, aut uendit spiritualia, aut credit ea precio æstimari, & ualori rei terrenæ æquari, ac pecunia possideri, & sic est hæresis manifesta, & hoc æstimauit Simon magnus. Nam talis fuit in fide, quòd credidit gratiam non esse gratiam, Aut talis mercator, seu uenditor non credit: quodcunque, attamen auaritia inflammatus nititur aliquid impetrare huiusmodi per pecuniam, aut per temporale quodcunq;: & ita est peccatum morum, non fidei: sicut qui fornicatur, & nihilominus sciens fornicationem esse mortale peccatum non est infidelis, sed libidinosus, & ita simoniacus est auarus, pessima auaritiæ specie, nec tamen est hęreticus propriè, nihilominus à sanctis appellatur hæreticus, quia ad modũ hæretici operaẽ, & tanquã hæreticus a seruitio Dei proijcitur. Si aũt obijciatur quia spiritualia seminans carnalia metere potest, ut ait Apostolus: dicendum, quòd spiritualia seminat ad hoc finaliter ut carnalia metat, maxime si pactio interueniat simoniaca, auaritia est, atq; malicia; si uero carnalia metat: quatenus se sustentet, & spiritualia seminet, iustitia est. Vnde si doctor aut consiliarius, aut medicus, & alij, qui laborant in consilio, & doctrina, recipiat precium propter laborem, & suam sustentationem, non est simoniacum. Si autem quis uenderet donum sibi diuinitus datum, non laborem suum, simoniacus iudicaretur. Similiter dicendum de celebratione missarum, & consimilibus. ¶ Præterea queritur circa hoc, quod allegaẽ in litera. Quis quis horum alterum uendit, sine quo alterum non habetur. Nam hoc falsum uidetur, quoniam ius patronatus annexum est inseparabiliter fundo, & tamen uenditur fundus licitè, non uendito iure patronatus. Dicendum quòd Magister non loquitur de temporalibus, quibus annexa sunt spiritualia, sed de spiritualibus, quibus temporalia sunt annexa ut est pbenda, & in talibus locum habet ista auctoritas non de alijs. Fundus quippe non est annexus iuri patronatus, sed magis econtra. Vel dicendum, quòd intelligit de eo, quod ita annexum est spirituali, quod tenet locum spiritualis. Fundus uero, seu uilla, cui ius patronatus coniunctum est, tenet uerè rationem rei temporalis. Verum in communi distinctione sumitur simonia generaliùs, prout fit quinq; modis, ut patet his uersibus:

Quæstio. Act. 8.

2. Cor. 9. Obiectio.

Quæstio.

Nummus, lingua, timor, sanguis, rumor, popularis,
Non faciunt gratis spirituale dari.

Ab hac distinctione pauci immunes sunt hodie in clero respectu multitudinis, quoniam, uel ex causa directa, uel indirecta incidunt hoc peccatum. Hæc Bon.

Thomas. ¶ Circa hæc Thomas qrit multa, Primò, qd sit simonia, secundò, an sit hæresis, tertiò, an exequutionẽ impediat ordinis, & in quibus rebus cõmittaẽ. Ad primum responder, Materia uirtutũ diuitur in actiones, & passiones, & sicut in passionibus põt esse peccatũ, eo quod sit circa quod non debet esse, uel quantũ, uel quomodo, & ita de circunstantijs alijs, ita etiam in actionibus. Vnde in emtione, & uenditione, q sunt quædam actiones, potest esse peccatum in quid, uel quantum aut quale. Si inquãtum, sic est iniustitia, ut dũ quis emit, aut uendit quod nõ cadit sub precio, & sic est simonia. Cũq; omne peccatum in actu uoluntatis consistat, tria hæc in deffinitione simoniæ ponuntur. Et primò actus uoluntatis in eo, quòd dicitur, Studiosa uoluntas. Secunda materia proxima huius peccati, puta uenditio, & emptio ibi emendi, uel uendendi. Tertiò materia remota, uidelicet obiectum actionis prædictæ ibi spirituale. Si autem obijciatur, quòd pro sola uolũtate iniqua nõ fit hõ irregularis, sicut pro simonia, ergo non est studiosa uoluntas: dicendũ, quod ex sola uoluntate peruersa incurrit homo pęnã, q ad Dei spectat iudicium: nõ autẽ pęnã, quæ secundum humanum forum infligiẽ, sicut p uoluntate occidendi mereẽ homo pœnam æternã, non irregularitatem, & excõmunicationem. Et idẽ est de simonia. Spiritualia quoq; in pdicta diffinitione sumuntur pro his, quæ sunt spiritualibus gratiæ causa ut sacra. Spiritualibus uero annexa, quæ ad horum usum sunt deputata, ut calices, & ecclesiastica bona, quæ ad usum ministrorũ sunt deputata. Non autem dicuntur spiritualibus annexa quorũ usus potest esse in spiritualibus si non sint ad hoc spiritualiter deputata.

Obiectio. Dilutio.

¶ Ad secundum respondet: Aliquid attribuiẽ alteri dupliciter. Primò simpliciter, secundò propter similitudinem actus. Simonia igitur dr hæresis nõ primo modo, sed secundo. Et si obijciatur, quod simonia est enormior infidelitate, quẽadmodum in Decreto asseritur, quòd impia hæresis Macedonii tolerabilior est simoniaca prauitate: dicendum pro ratione falsæ æstimationis, quã simoniacus in opere suo demonstrat, dicitur simoniaca grauior hæresi sceleratissimi. Macedonii, qui negauit deitatẽ spiritus sancti, quem dixit esse seruum patris ac filii. Simoniaci autem in actu suo ostẽdunt se esse dominos spiritus sancti, quem ostendunt se emere, ac uendere posse. Vel dictum est istud pp nimiam pnitatem hominum ad hoc scelus ex cupiditate humana, & propter maius nocumẽtum, quia peruertit totum ecclesiæ ordinem.

Attribuiẽ quid alteri dupliciter.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Insuper respondendo ad istud, utrum simoniacus amittit exequutionẽ ordinis sacri, respondet Efficatia sacrorum nõ est ex merito humano, ideo pter pctm hoĩs non impeditur sacramentum. Vnde simonia sacramentum suscipiendum non impedire potest ultimã rẽ sacri, si peccatum sit ex parte recipientis: tamen per simoniã suspenditur homo ab exequutione ordinis, seu officii. Veruntamen in hoc est distinguendum: Si enim dicatur simoniacus ex hoc, quod recipit ordinẽ per simoniã, non recipit exequutionem, & est ipso iure suspensus, tã quo ad se, q quantum ad alios, & punitur ulterius per dispositionẽ, quando constiterit de crimine iudici, si autem dicaẽ simoniacus: quoniam contulit ordinẽ simoniacẽ, uel quia dedit, aut recipit simoniacẽ, beneficium, aut quoniã mediator fuit simoniæ, si sit occultũ suspẽsus est ipso iure. Et rursus, q recipit beneficiũ simoniacẽ teneẽ ad restitutionẽ oĩm fructuum, & beneficio renunciare. Deniq; pter homicidium nõ fit defectus aliquis in ordinatione, sed tantũ in ordinato, ideo sufficit quod ordinatus ab homicidio sit immunis p simoniã uero fit in ipsa ordinatiõe defectus. ideo quamuis ordinatus immunis sit tamen cum ad notitiam cuius peruenerit, est suspensus. Cumq; manifestum fuerit crimen simoniæ, amittit eps exequutionẽ, estq; suspensus, quo ad se, & quo ad alios: sed quando occultũ est, suspensus est solũ quantum ad se. Ideo si sit ma

Sacramentorum efficaciã unde sit.

nifestum eo modo, quo aliquid in iure dicitur manifestum, nullo modo debet quis obedire, ut abijcio, suscipiat ordinem. Quod si nõ sit manifestũ, nec poterit subterfugere, debet ab illo ordiné suscipere, quis sciat eũ simoniacũ esse, qui ordines cõfert:

¶ Ex his patet rñsio, si quæratur, utrũ sacra possint emi, ac uẽdi. Cũ eñ sacramenta causent, atque cõtineant gratiã, non possunt licitè emi, aut uendi pp tria. Primò, qñ dispensator sacramenti non est sacramenti dñs, sed minister. Emptio aũt fit a dño rei uenalis, Secundò, qñ pciũ emptionis ponitur quasi mensura adæquans illud, q̃ emit. Vñ a mensurando nummisma uocatur ſm Philoso. 5. Ethicorum. Gratia aũt cõmensurari non ualet alicui rei corporali, idcirco iniuriã gratiæ facit, qui sacramẽta gratiæ uendit, aut emit. Tertiò, qa gratia ex hoc nomen accepit, quod gratis datur. Ideo contra rationẽ grę facit, q̃ sacra grę quasi uenalia tractat.

¶ Præterea aduertẽdũ, q̃ matrimoniũ nõ solũ est sacramentũ, sed & naturę officiũ. Vñ inquãtũ sacramentũ non cadit sub emptione, imo ſm Canones simoniã cõmittit, q̃ p benedictione nubentiũ pecuniã exigit. Verũ ex ea parte, qua est ĩ naturæ officiũ, nil prohibet pro matrimonio p̃miũ accipere, uel conditionem pro re tẽporali accipienda interponere, quẽadmodũ, nec in aliis ciuilibus corporalibusq; officiis. Si autẽ sacerdos non uellet baptizare infantulũ nisi pro pecunia, deberet quis potius emere aquã a sacerdote, si aliunde non posset aquã acquirere, & puerum personaliter baptizare, quia in necessitate licet etiam fœminæ baptismum conferre. Et consimiliter est de adulto, nisi baptismus possit differri, quousq; recipiatur ab eo cui ex officio conuenit dare. Ad id autem quod arguitur de missis celebrandis, & de receptione ad religionem dicendum, q̃ facere pactionem de missa celebranda, est simoniacũ semper. Si tamen sacerdos aliũde nõ habet sũptus, nec celebrare ex officio obligatur potest denarios sumere, sicut sacerdotes cõductitij faciunt, non quasi precium missæ, sed quasi sustẽtaculum uitæ. Deniq;, qñ possessiones alicuius loci religiosi non sufficiunt ad sustentandũ, plures tunc exigi põt ab eo, qui in illo loco uult Deo seruire, non quasi preciũ religionis, sed ut habeat monasterium unde ei ualeat prouidere, ideo non cõmittitur simonia. Si autem sine grauamine ecclesię recipi põt, simoniacũ ẽ aliqd p̃ receptiõe exigere.

Cõformiter p̃ absolutione nõ licet pecuniã, nec aliud tẽporale exigere. Confitẽti tamẽ põt pecuniaria pœna imponi. Vnde nõ licet exigere aliquid, ut precium absolutionis, sed ut pœnã peccati, in quo tñ cauendũ est, ne talis exactio cupiditati magis, q̃ iustitiæ asscribat. Sed quæri potest, an liceat alicui dare pecuniã, ut desistat a persequtione iuris, qđ habere se putat. Dicendum circa hoc distinguendo, quia si non ei acquisitum ius per electionem, nequaquam põt aduersario dare pecuniam, ut desistat. Si aũt sibi sit ius acquisitũ, põt aliqd dare, vt nõ pciũ plationis sed ut redẽptionẽ suæ uexationis.

¶ Præterea si quæratur utrum in emptione, & uenditiõe aliorũ sp̃ualiũ cõmittat simonia. Dicẽdũ, q̃ actus põt dici spiritualis dupliciter. Primò, quantũ ad suũ principiũ, qua competit alicui ratione alicuius spiritualis doni siue officij. Secundò, quãtum ad sui finẽ, ut quando per actum illum ad aliquid spirituale peruenitur. In actibus ergo primo modo spiritualibus, qa sp̃ale ex parte agẽtis, nõ potest quis sine simonia actus suos locare, sed põt aliquid accipere in sustẽtationem uitæ. In actibus uero secundis, cum sp̃ualitas non sit ex parte agentis, potest etiã emere, & uendere operas suas, sed non potest spirituale hoc uendere, quod ex eius actu acquiritur. Cũq; anniuersarium celebrare sit actus spiritu alis primo mõ, ideo nullo modo licet pacisci pro eo celebrando, si tamen cũ deuotione aliquid detur ecclesiæ, ecclesia celebrare tenetur pro quibus rogatur. Porrò oratio est actus sp̃alis primo, & secundo mõ, quia ex spirituali deuotione efficaciã habet, & aliquid sp̃ale in ea petendũ est, ideo nullo modo debet poni sub precio, nec illi, qui dãt pecuniã pauperibus, ut pro ipsis orent emunt orationem, sed aĩos pauperum alliciunt ad orandum pro se, & eos sibi faciunt debitores.

¶ Si autem quæratur, an liceat p̃dicare pro pecunia. Respondendum, q̃ p̃dicare pro pecunia intelligi potest dupliciter. Primò, q̃ pecunia sit precių p̃ dicationis, & ita non licet. Secũdo, quòd pecuniæ datio sit res prædicata, & sic licet, referẽdo tñ hoc ipsum ad finem sp̃ualem, sic & stipendia tpalia debentur prædicantibus, & præsidentibus, non ut p̃cium rei sp̃ualis, sed ad sustentaculum uitæ, ne circa tẽporalia occupati, coganť relinquere uerbum Dei, sp̃ualesq; actus. Amplius, correctio, & uisitatio sunt primo modo actus sp̃uales, qa ex spirituali officio cõpetunt, ideo simoniam committit, qui pecuniam accipit ut pecuniã, quatenus peccatum, quod tenetur manifestare, aut punire, non pandit, nec punit, nec etiam pro uisitatione facienda, accipienda est procuratio quasi precium uisitationis, sed quasi debita ex ordinatione ecclesiæ ad sustentationem. Consimiliter est de procuratione moderata, quam accipere potest episcopus in consecratione ecclesiarũ secundũ ecclesiæ determinationẽ.

¶ Quæritur quoq; an liceat docere, & legere p̃ pecunia. Et rñdendũ, quod docere artes liberales est actus sp̃ualis secundo mõ, ideo licet magistris artiũ uendere suos labores, sed nõ scientiã, nec ueritatem, quæ spiritualis est. Vnde in Prouerbiis legitur: Noli uẽdere sapiẽtiã, & doctrinã, & gloriã.

¶ Quæritur itẽ de iudicibus, an queant pecuniã pro iudicio petere. Respondendum, quòd iudex officio suo tenetur iudicium reddere. Similiter ad p̃hibendum testimonium uerum unusquisque tenetur ex hoc iudicio subditus. Aduocatus aũt non tenet patrociniũ causæ præstare, nec iurisperitus dare cõsilium. idcirco (ut ait ad Macedoniũ Aug.) non debet iudex uendere uerũ iudicium, nec testis uerum testimonium, ob hoc, quòd aduocatus uẽdit iustũ patrociniũ, & iurisperitus uerũ cõsiliũ. Nõ eñ aduocatus uẽdẽs iustũ patrociniũ, uendit iustitiã, q̃ est spiritalis actus. Consimiliter dicẽdũ de cõsilio iurisperiti. Sed iudex uẽdẽdo uerũ iudicium; simoniam cõmittit, si sit spiritalis iudex alias non committit simoniam, sed grauiter peccat. Similiter dicendum de teste:

Predicare & uisitare quo liceat sumpta pecunia.

De simonia quo circa baptizandũ uidetur.

Quæstio.

Actus dicitur spiritualis dupliciter.

Deinceps q̃ritur, an cõmittat simonia in emptione, & uẽditiõe eorũ, q̃ sp̃ualibus sunt annexa, ut sunt ius sepulturę, ius primogenituræ, ius patronatus &c. & uidet, quòd imo, per diffinitionẽ simoniæ. Dicendũ, quod sp̃uale, qđ sub precio poni non debet, est duplex, uidelicet ipa res, utpote sacramenta, & actus alicui competens ex sacro officio; sicq; ex duplex spirituali annexum unum annexũ sacramentis, ut uala sacra &c. quædã annexa sunt sacris officijs, ut decimę, & ius patronatus secundum quod ius patronatus est quædã ptãs p̃sentãdi clericũ ad bñficiũ ecclesiasticũ, & in utroq; cõmittit simõia, q̃tũ ad id, qđ de sp̃ualitate sortiẽ

Itaq;

Itaq; uasa sacra ratione consecrationis, nullatenus sunt uendenda, ita ut ratione consecrationis aliqd plus exigatur. Tamen in necessitate ecclesiæ uendi possunt, quantum ad id, quod in eis est non spirituale. Et si ecclesiasticæ uendaĩ personæ, possunt integra uendi. Si autẽ uendantur ab aliis non ad usum ecclesiæ, debent priùs frangi oratione præmissa, ne sancta tractentur ab aliis, quàm ab ecclesiæ ministris. De iure quoq; sepulturæ sciendum, q̃ uenditio sepulturæ intelligi potest dupliciter. Primo, q̃ uendatur terra consecrata in sepulturã. Et de hoc dicendum sicut de sacrorum uenditione uasorum: quoniam cœmeterium põt uendi ratione terræ in necessitate ecclesiæ, sicut calix. Non autem uendi potest ratione consecrationis, ut sc̃ alii quis pro pecunia ibi sepeliatur. Abraham demũ nõ peccauit, duplicem ẽmens spelunca illa non fuit in sepulturã consecrata: uel si fuit cõsecrata, trãsiuit possessio eius in iurisdictionẽ cum uniuersitate agri. Emor uero reprehenditur, quia necessit a bona intentione, quam habuit priùs, uoluntatem gratis dare, quem paulo post carissimè uendidit, uel ut quidã dicunt, Abrahã non peccauit redimens ius sepeliendi mortuum suum, q̃ quamuis Emor non ei denegaret, tamen sciebat Abrahã q̃ Emor molestè acciperet, nisi precium agri ei daretur. Primum tamen melius uidetur. Secundo dicitur uendi sepultura, si pro officio, quod a sacerdotibus in sepultura funeris exhibetur, aliquid exigatur, quod (ut patet ex dictis) non licet. Attamen si consuetudo sit, quòd aliquid detur, potest per superiorẽ correctio adhiberi in eos, q̃ denegant dare, quòd cõsuetudo exposcit. At uero ius percipiẽdi decimas, consequitur spirituale officium, qa debentur ministris ecclesiæ: nec laici possunt habere hoc ius, quamuis aliquando ad tẽpus cõcessus fuerit laicus fructus illarum, pp aliquã ecclesiæ necessitatẽ. Tunc q; eo modo, quo laicis dari põt, etiã ab eis redimi põt auctoritate episcopi. Vna tamen ecclesia non potest ab alia emere ius percipiendi decimas. Nec etiam Iacob peccauit ius primo genituræ emens ab Esau: qñ ex ordinatione diuina sibi debebatur. Hic suam uexationem redemit huiusmodi emptione, Esau peccauit uendendo.

Ius sepulturę.

Gene. 23. Act. 6.

Ius decimarum.

HOc quoq; sciẽdũ, q̃ simonia tribus modis cõmittit. Simonia nãq; consistit in emptione, & uenditione spiritualiũ, uel eorum, q̃ ipsis annexa sunt. Emptio aũt, atq; uenditio nõ solũ consistit in datiõe, & acceptione pecuniæ, sed omniũ quorum p̃cium põt nummismate mẽsurari. In his q̃ppè cõsistit liberalitas ſm Philo. Cõstat eñ qđ in ei est liberalis datio, cui cõtraria existat uẽditio. Ois autẽ tẽporalis cõmodi p̃cium põt nummismatè mẽsurari. Quicunque ergo p̃ aliquo cõmodo tpali dat aliqd spirituale, uel ei annexum, simoniã cõmittit. Bonũ uero tpale, qđ unus põt ab alio expectare, uel ẽ ex parte aię, ut fauor, aut amicitia, & quo ad hoc, est munꝰ a lingua: uel ex parte corporis, ut actus corporaliter exercitus, quãtum ad hoc, ẽ munꝰ ab obsequio: uel est aliqd exteriorum bonorum, & sic ẽ munꝰ a manu. Quãtum ad primum, cõmittit simonia p̃ munus a lingua: qñ munus opinionẽ exprimit, gfamq; cõceptã, quãtum ad ſm, p̃ munus ab obsequio: quantum ad tertium per munus a manu. Porrò iudicium ecclesiæ est ſm exteriora. Cumq; nõ sit p̃babile, q̃ animus indicis flectat p̃ munere paruo ad faciendum aliquid, iõ in paruis muneribus iudici datis nõ iudicat simoniã cõmitti, sed apud Deum, q̃ cor intuetur, simonia est in paruis, & magnis muneribus, si aĩus iudicis ex eis flectabat. Denique opinio dicentium Papã nõ posse cõmittere simoniã est falsa. Si eñ Papa p̃ aliquo spirituali munus acciperet, simoniã cõmitteret sicut alius homo quãuis res ecclesiæ sint aliquo mõ ipsius Papæ, nõ tamẽ ut domini principalis. Nec dubiũ, quin simoniã cõmitteret, q̃ spirituale aliqd suo traderet debitori, vel q̃ suum est recuperat: ita & Papa, si p̃ tẽporalibꝰ res ecclesiæ daret. De obsequio ẽt distinguẽdum, qa aut honestũ, aut est inhonestum. Si honestum, põt ex eo qs fieri ecclesiastico beneficio dignus, sicut ex aliis bonis operibus: & tunc si non interueniat pactio, potest ei beneficium dari, ità ut non habeatur principaliter oculus ad obsequium: sed ad dignitatem personæ. Si autẽ sit inhonestũ obsequium, simoniacum est. Cõformiter munus a lingua, est duplex. Vnum, quod in actu linguæ consistit, ut laus: Aliud quòd ex lingua sumit initium, utdum quis ex hoc, q̃ precibus alicuius satisfacit, præstolatur fauorẽ. Qui autẽ dat aliquid spirituale p̃ fauore, aut laude acquirenda, certum ẽ q̃ simoniã cõmittit. Cumq; preces porrigunť p̃ indigno, satis apparet, q̃ nil mouet nisi fauor, aut ẽt periculum euitãdum: quia & malo carere, est quoddã bonum ut 5. Ethicorum ait Philosophus. Ideo quando preces funduntur pro indigno, uel ab aliquo potẽte qui periculum cõminatur, q̃ uocantur præcesarmatæ, si pp hoc ecclesiasticũ bñficiũ det, si aũt pro digno fiant, quãtũ ad iudicium hominum, probabile est, q̃ dans potius moueatur intuitu dignitatis personæ, q̃ precum fauore, ideo non reputatur simonia. Si tamen principaliter moueatur fauore p̃cum, aut timore rogantis, simoniacum est diuino iudicio, tam ex parte rogantis, quàm rogati, si hoc intendat siue quis roget pro se, siue pro alio. Põt eñ quis beneficium ecclesiasticum non habens curã animarum, si indiget, petere pro se: sed non si habeat curã animarum, quia præsumptuosum est, nõ tamen est simonia, nisi pro tanto, q̃ ex ipsa præsumptione indignus efficitur. sicq; preces suæ hoc ipso, quòd rogat, fiunt pro indigno.

Papa simoniacus esse potest.

Obsequiũ duplex.

Quæstio.

¶ Si præterea quæras, an simoniacus sit, qui principaliter consanguinitatis intuitu, aut amore beneficium p̃stat: Dicendum, q̃ talis aut intẽdit temporale bonum illius, cui dat, nõ alterius, & sic peccat grauiter: non tñ simoniam committit, quia nõ uendit, cum nihil accipiat. Aut intẽdit aliquod bonum in seipsum redundans, ut per hoc magnificetur, & domus sua nobilitetur, & ita simoniã committit: quoniam sperat recipere aliquod temporale, pro quo beneficium donat.

Gene. 25. primo genituræ.

Simonia tribus cõmittitur.

¶ Deniq; in permutationibus beneficiorum, & dignitatum cõmittitur simonia, si pro terreno aliquo cõmodo unius, aut amborum contingant. Nõ autem si pro spirituali causa, ut quia in uno loco melius possit deseruire, tunc auctoritate diœcesani episcopi talis commutatio fieri ualet. Hæc Tho. in Scripto qui hęc eadem scribit in secũda secũdę.

Petrus.

¶ Consonat Petrus, & addit: Quædã sunt mala, qa p̃hibita in iure ut uẽdere beneficia aliqua ecclesiattica, q̃ tñ cadunt in personam laici, & in his sola uoluntas nõ facit simoniacũ. Quædam uero sunt prohibita quia simoniaca, ut uẽdere sacramẽta ecclesiæ, atq; in his sola uoluntas facit simoniacũ, q̃ intelligi potest, quo ad forũ diuinũ, nõ quo ad forũ ecclesiæ. Vñ huiusmodi simoniam sine officii resignatione per solã pœnitentiam puto posse purgari. At uero p̃ religiõis ingressu aliquid accipere, illicitum est, sed si religio pauper est pro sustẽtatiõe in

gredientis accipere licitum est, aut etiam si diues sit, ex deuotione offeratur. Porrò scientia, & docēdi licentia non sunt spiritualia per relationem ad spiritum gratiæ, sed ad spiritum humanum. Ideo talia uendere non est simoniacum, quamuis posset esse cupiditatis uitium. Hec Petrus, qui in hoc ultimo uerbo uidetur a respōsione Thomæ discedere.

Richard⁹. ¶Richardus quoq; circa hæc addit: Quędā sunt spiritualia per comparationem ad spiritum humanum, & hoc dupliciter. Primò, per causam, ut doctrina: quædam per essentiam, ut scientiæ Philosophicæ. Doctrina harum scientiarum potest uendi de facto, & de iure, cum doctor nō habet aliquod stipendium ab ecclesia, quo docere teneatur: si autem habet salarium ab ecclesia, incurrit uitium simoniæ, uel quasi simoniam, si pro doctrina sua precium exigat à clericis eiusdem ecclesiæ, & a pauperibus undecūq; sint. Extra de magistris, ne aliquid accipiant. Dicunt tamen aliqui, quòd non prohibetur exigere a diuitibus, quòd credo intelligendū non de diuitibus eiusdē ecclesiæ: sed alterius. Nec etiam ab illis deberet exigere, nisi ex licita causa factus est pauper, aut debitis obligatus: Prædictæ autem scientiæ, nec de iure, neq; de facto uendi possunt, iuxta illud Prouerbiorū: Quid prodest stulto habere diuitias, cū sapientiam emere non possit.

Prou. 17. ¶Porrò dum possessiones alicuius loci religiosi non sufficiunt ad sustentandum plures, quàm ibi sunt, uolenti Deo ibi seruire licitum est intimare sine pacto, ꝙ nisi afferret unde uiueret, ipse, & alii penuriam paterentur, per quam possent impediri a diuino officio. Si autē monasterium abundat, nō licet sic loqui. Ad maiorem uero horum explanationem notādum, quòd non tantum committitur simonia, dum pro spiritualibus, aut pro annexis eisdem datur ex pacto pecunia, sed etiam cum ex pacto datur munus quodcunq; siue à lingua, siue a manu, & cętera, prima quæstione prima, & expressiùs capitulo sequenti. Si autem sine pacto ex liberalitate offertur, recipi potest. Hæc Richardus.

Scotus. ¶Scotus etiam scribit hic: Canonica pœna, ut sumitur modo, est pœna inflicta per canones, arcens, prohibensve punitum ab aliquo actu ecclesiastico, qui aliàs ei liceret. Dixit autem secundum

Pœnæ canonicæ sex. canones infligi. Huiusmodi uerò pœnæ in speciali sunt sex, scilicet depositio, degrandatio, infamia, irregularitas, excōmunicatio, interdictum inter quas maxima est depositio, cum sit totalis a statu clericali amotio. Et si degradatio sit amotio ab omni gradu clericali, tunc idem sunt depositio, & degradatio. Si uero degradatio sit depositio, tantum a determinato gradu, alio gradu reseruato, sic degradatio est quædam particularis pœna respectu depositionis. Deponitur autem, non quòd deleatur character &c. sicut præhabitum est. Hęc Scotus.

Antisiod. ¶Præinductis etiam consonat scripta Antisiodorensis in Summa tertio libro dicentis: Non est licitum dare temporalia promissis tricenarii. Vnde prohibetur in synodo, ne presbyteri aliquid accipiant antequam missas compleuerint, ad uitandum speciem mali, & ut scandalum euitetur, ne scilicet uideantur spiritualia uendere, & ne detur sacerdotibus occasio simoniæ. Tamē si sacerdos nō haberet sustentaculum uitæ, posset ante accipere. Dicimus quoque, quòd emere, & uendere quamcunque scientiam simoniacum est, & secundum diuersos gradus nobilitatis scientiarum, dicitur simonia in talibus maior, & minor. Hinc aduocato nō licet uēdere sciētiā, nec suū ꝯsiliū &c. ut supra.

QVAESTIO III.

Circa præinducta quæritur, *Utrum sacerdos habens competens beneficium, possit licite alteri deseruire,* Videtur, quòd non, quia hoc esset cupiditatis.

¶In contrarium est consuetudo sacerdotum.

Henricus. ¶Ad hoc respondet Henricus, quodlibeto. 9. Talis sacerdos, aut uocatur a suo prælato ad deseruiendum beneficio tempore, quo illud caret proprio deseruitore, & hoc propter ipsius beneficii necessitatem, aut ingerit se propter quæstus commoditatē. Primo modo potest id licitè, ac meritoriè facere, & pro labore emolumentum percipere atque in pios conuertere usus. Si secundo modo, aut appetit quæstus, ut lautius uiuat, aut ut pauperes pascat. Primum non licet, imo de proprio beneficio non licet ei, nec alteri plus accipere, quàm necessaria, quoad statum suæ personæ. Nam quoad alia, dispensatio ei credita est, & dispēsator est pauperum. Et quicquid immoderatē consumit delicatè uiuendo, in hoc pauperes spoliat, & defraudat,

Bernard⁹. sicut ait sanctus Bernardus ad Henricum Senonensem archiepiscopum: Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur, & dicunt: Nostrum est, quod effunditis, crudeliter nobis subtrahitis, quod carnaliter, inaniterque expenditis, nostris necessitatibus detrahitur, quod uestris uanitatibus, ac superfluitantibus impartitur. Porrò si appetit pro lucro tēporali in beneficio alieno seruire, ut pauperes pascat, aut ergo magna necessitate urgentur pauperes, nec inueniunt subsidium: aut non. Si primo modo, optimè agit, cum in tali necessitate licet uendere uasa ecclesiæ &c. Si secundò modo, tūc dico, quòd quamuis liceat facere, meliùs tamen esset, ꝙ in proprio beneficio orationi, contemplationi, & actibus officii sui uacaret: quoniam talis actio nō debet esse in desiderio uoluntatis, sed solum in ministerio necessitatis Hæc Henricus.

12.q.2.ca. Aurum. ¶Qui de hàc materia adhuc mouet tres quæstiōes quodlibeto 2. Prima, utrum illicitum sit plura ecclesiastica beneficia simul habere, ita ꝙ hoc sit malum secundum se. Secunda, an liceat alicui petere licentiam: seu dispensationem pro se ad tenendum simul beneficia plura. Tertia, utrum liceat uiris ecclesiasticis uitam ducere delicatam, & præciosis uestibus uti, ac equitaturis. Ad quas satis prolixè, ac deuotè respondet, quòd nimis longū esset hic recitare, tamen ex uerbis eius nunc introductis elicitur, quod ad ista respondeat. Etenim si (ut asserit) non licet beneficiato de unico suo beneficio plus, quàm necessaria sumere, hoc est, simplicem uictum, uestitum, domiciliumq; accipere, & quicquid superest, in pios usus conuertere obligatur, imo potissimè pauperibus erogare: quomodo licebit eis plura beneficia occupare, quorū unū pro competentia sit sufficiens? nisi forsan in casibus, q excipi, & exprimi solent, qui rarissimè habent locū. quos, & in opusculo contra pluritatem beneficiorum expressi. Simplici quoq; uictui, & uestitui contrariantur uita delicata, ac uestitus superfluus, curiosus, propositus, ac preciosus. De his in prætacto tractaculo, alijsque libellis copiosè scripsi.

De monialiū quorūdā receptione. ¶Postremò in hac quæstione specialē diligētiā adhibui ad declarādū, qđ doctores sēserūt ī practica ista quarundā religiosarū personarū, præsertim monialiū, quæ uix aliquā personam recipiunt sine pactione, conuentione aut conditione, temporalium præstandorū. Et uidentur quædā respōsa Thomę, atq; aliorū quorūdam ad hoc sonare, & cōcordare

dare

dare. Sed & quidam doctor quoddam edidit scriptum, in quo asserit, ac tuetur, atq; pro uiribus probat hoc licitè fieri posse, & pacisci, quòd talis seu tanta pecuniæ summa detur. Conta quod duo cel legi opuscula, quorum ultimum missum est almæ uniuersitati Parrhisiensi, in qua quadraginta duo doctores theologicæ facultatis scriptum illud diligenter examinauerunt, & approbauerunt: potissimè quantum ad principalem conclusionem, ꝙ scilicet non liceat facere pactum de tp alibus dandis, nec exigere aliquid per modum coactionis, ita, qđ nisi aliud detur, persona non recipiatur, aut etiam iam recepta eiiciatur: quòd tamen quædam insensatæ adhuc facere audent. Et quamuis Thomas in

Sūmi pontificis determinatio omib⁹ eminet. Scripto, & in Secunda Secundæ responderit, sicut iā patuit. Nihilominus in quodlibetis suis testatus est, non licere exigere tpale ante receptionē personæ: qm̄ hoc speciē habet mali. Deniq; sicut in opusculis illis asserui, Thomas, Romanus, Vdalricus, & alii quidam præfati ita scripserunt multis annis ante Vrbanum quintū, Bonifaciūq; octauū, qui summi pontifices huiusmodi pactionē, & conuentionē prorsus phibuerūt, & ne tale quid fieret, unus eorum, Bonifacius papa uetuit recipi ultra numerum personarū, quæ de bonis monasterii congruè ter ualeant sustentari. Itaq; Vrbanus ille in quadā extrauagāti differuit: Vrbanus episcopus seruus seruorum Dei: Ne in uinea domini &c. Præsentiū tenore apostolica auctoritate inhibemus, ne a personis uolentibus ingredi religionem, in earum re-

Extra de Simo. cap. Non satis ceptione, uel ante uel postea, pecuniam, aut aliud quicquā, directè aut indirectè, per se aut per alios, petere aut exigere quoquo modo præsumant, sed eas cum omnimoda puritate recipiant: illa duntaxat recepturi, quæ personæ ingredientes purè, ac sponte, & plena liberalitate, omni pactione cessante, dare voluerint, & cætera. Istud sub terribilibus comminationibus ibi pręcipitur, multo diffusius repetitisq; uicibus, quàm hic tango. Vnde non dubio si ista decretalis ante sanctum Thomā facta fuisset, & sibi innotuisset, nequaquam ita (ut tactū est) conscripsisset, præsertim cum ipsemet in Secunda Secundæ fateatur, quòd contra summi determinationem pontificis nullus doctorum quantumlibet magnæ sanctitatis, uel auctoritatis suam pręsumat positionem defendere. Nec admirari sufficio, quō aliquis potest sic excęcari, vt audeat dicere, quod intentio Vrbani in tota hac decretali non fuit nisi prohibere, ut nihil per modum precij exigatur, cū nemo ignoret id esse illicitum. Sed istud in secundo opusculo contra simoniacā prauitatē, & cōtra scriptum illius pleniùs demōstraui. Insuper in scriptis quorundam super hanc quarti distinctionem, qui post Vrbanum, Bonefaciunt fuerunt, inueni circa solutionem Thomæ, ad argumētum exactione pecuniæ ab ingredientibus religionem. sic additum: Circa istud prouisum est à Bonefacio viij. Decretalium sexto, & ab Vrbano 5. in extrauagāte, quorum primus prohibuit ultra numerum, qui de bonis monasterij sustentari ualeat, recipi: secundus: districtissimè prohibuit omnem exactionem. conuenctionem, pactionemq; fieri. Nec ex his arctatur uia salutis, nec quisquā a religionis introitu impeditur, sicut per illas exactiones. Quod enim quis dat per exactiones, & pactiones nefarias, dare potest, & debet deuota, liberali, charitatiua, liberrima uoluntate, & de hoc poterit congruè informari. Deniq; principalis cōclusio doctorū theologorum uniuersitatis. Pbrrhisiñ. ac decretū ē istud.

Decretum facultatis theologicæ, celeberrimæ uniuersitatis studij. Parrhisiensis, contra Simoniacos religiosos.

Qvia nuper mota est controuersia inter aliquos doctores super decisione huius quæstionis, Vtrum in aliquo monasterio fœminarum liceat recipere aliquam fœminam ultra numerum personarum, quę de bonis monasterii commodè sine penuria possunt sustentari, & de persona recipiēda oblatis gratis spiritualibus exigere tēporalia, instantiusq; a nobis magistris in facultate theologiæ Parrhisiñis cōgregatis quæsitum est, ut in ea re concilium dare, & super eiusdem quęstiones determinatione, quid sentimus dicere uellemus. Nos autem ad pacem conscientiarū, & ædificationē animarum pro uiribus laborare cupiētes, ea, q̄ nobis super his uī, in modū sequentē exponere duximus, In primis dicim⁹ quod attēto tenore cōstitutiōis apostolicæ, felicis recordationis pape Bonefacij octaui incipientis: Periculoso, de statu regulariū li. 6. nō licet recipere aliquam fœminam in aliquo monasterio non mendicantium ultra numerum personarū, quæ de bonis monasterii sine penuria sustentari possunt. Nec in hoc oportet apponere illum terminum, Cōmode, cū in textu ipsius constitutionis non ponatur. Et illud dicimus non licere, ubi non habet de hoc consuetudo cōmunis, & diuturna, quā papā scire, & tolerare uerisimiliter creditur, & per, q̄ posset præfatæ constitutioni esse derogatū. Idē dicimus, quod a femina recipienda in monasterio, oblatis gratis spiritualibus, non licet exigere tpalia pro ipsis spiritualibus, tanquā preciū spiritualium uel annexorum spūalibus, faciēdo cōmutationem unius pro altero. Dicimus ulterius, ꝙ ubi monasteriū ita tenue, quod fęmina, q̄ recipi petit, non posset de bonis ipsius monasterii sustentati sine penuria, oblatis gratis spūalibus, & receptione personę liberę facta ad spūalia, si persona illa sic recepta habeat bona tēporalia, de quibus iuxta cōsuetudinē regionis pōt disponere, & ea monasterio conferre, tūc pōt ab ea aliquid peti solū pro necessitate sui uictus, sine fraude, ut habeat monasteriū un sibi ꝓuidere possit. Et hoc non intelligēdo de actiōe coactoria, ita qđ eijciatur si nō dederit: sed quod in omibus seruet debitus modus, & recta intētio, & quod hoc habeat locum ubi est cōsuetudo cōmunis, & diuturna, sicut supra tactum est, per q̄ & antedictæ constitutioni Bonefacij, & alteri constitutioni Vrbani quinti, incipienti, Ne in uinea domini, prohibenti huiusmodi tēporalia ab ingredientib⁹ monasteria quouis modo peti, uel exigi, derogatum existit. Tutiùs tamen est, quòd nihil petatur vel exigatur, nec in huiusmodi monasterijs ultra numerum earū, quæ sine penuria sustētari possunt aliqua fœmina recipiatur, & si aliqua petit recipi dicatur ei, quod monasterium non potest eam recipere, quia ōn habet unde ipsam ualeat sustentare.

QVAESTIO IIII.

De impedimentis, ordinis quæritur, *An ea q̄ tangūtur in litera, & quæ communiter assignātur, impediant hominem ab ordinis susceptione, quorum primum est sexus fœmineus, secundum minor ætas, tertium, seruitus, quartum homicidium quin-*

 tum

tum illegitima natiuitatis, sextum defectus mẽbrorũ.

¶Vr̃, quòd primũ non impediat. Nam aliquæ fœminæ tam ex naturali dispositione, q̃ ex donis gratię, sunt plurimis uiris sapiẽtiores, uirtuosiores ad oẽm deuotionem, ac eleuationem in Deum magis dispositæ. ergo prę plurimis uiris sunt ad ordines ẽt sacros magis aptæ, ac dignæ. Et si dicatur, quòd Cõtra ueritatẽ. sexus fœmineus est sexus subiectionis, obijcit, ꝙ multæ sunt fœminæ præsidentes, & una earũ constituta est totius mũdi dña, ac regina, mater Dei incarnati, sacratissima, & supermũdissima uirgo Ma- 1. Timo. 6 ria. Insuper pueri sunt magis innocentes, & minus inquinati, ergo si in pueritia promouerent̃, eorũ oblatio, & oratio essent Deo magis acceptæ. Insup̃ seruis ꝯsuluit Apostolus, ut in seruitute persistant. ergo hoc potius expedit eis, pręsertim cũ seruitus sit incitamentũ humilitatis, & ita magis dignificat ad ordinũ susceptionẽ. Ampliùs sanctus Iohãnes apostolus quẽdã ex latrone ordinauit sacerdotẽ, ac p̃sulẽ, ergo, nec homicidiũ impedit. Pręterea illegitimè nati, frequenter abundant in naturaliũ bonitate p̃ alijs. Similiter mutilati seu quibusdã membris curtati. & ꝙ illegitimè nati non promoueantur, uidetur ad personarum acceptionem pertinere.

Thomas. ¶Ad hęc sanctus Thomas r̃ndet, & primò ad primũ: Ad receptionem sacr̃i aliqua requirunt̃ quasi de necessitate sacr̃i, quædã de necessitate præcepti. Si prima desint, non est hõ capax sacr̃i, nec rei seu gratiæ, uel characteris sacr̃alis. Sine alijs uerò põt hõ recipere sacr̃m, non rem sacr̃i seu gratiam. Sexus autem utilis est de necessitate sacramenti primo modo. Ideo quicquid circa mulierem agatur, De mulieribus non ordinãdis. non recipit ordinis sacramentum, sicut, nec extremã unctionem quis suscipit, nisi sit uerè infirmus. Nempè cum sacramentum sit signũ eorum, quę in sacramento aguntur, requiritur non solum res, sed & significatio rei. Cumque in sexu fœmineo non possit significari aliqua eminentia gradus; qm̃ mulier habet statum subiectionis, non est capax ordinis sacr̃alis. Veruntñ quidam dixerunt, quòd sexus uirilis est de necessitate præcepti, non sacramenti, cum, & in Decretis mentio fiat de diaconissa, atq; presbytera, sed opinio illorũ est salsa. Diaconissa Diaconissa presbytera, & Abbatissæ q̃dicantur. uerò uocat̃ ibidẽ, quæ aliquẽ diaconi actum participat, uidelicet, quæ legit in ecclesia homiliã: presbytera dr̃ uidua: qm̃ presbyter est idem, quod senior. Abbatissimæ quoq; quamuis præsint, non tamen habent ordinariam prælationem, sed quasi ex commissione propter periculũ habitationis uirorum, ac fœminarum. In libro etiam Iudicium legitur Debbora prophetissa præfuisse, quòd fuit in temporalibus, non in sacerdotalibus, sicut, & nunc Iudit. 4. aliquæ mulieres temporaliter præsunt.

¶Ad secundum r̃ndet: Per pueritiam, aliosq; defectus, quòd per quos tollitur usus rationis, ponit̃ impedimentum actui ordinis. ideo sacr̃a, quæ actũ De pueris non ordinandis. requirunt suscipientis sacramẽtum, non competũt non uetentibus ratione, ut pęnitentia, & matrimoniũ: sed; qm̃ potestates infusæ priores sunt actibus, sicut, & naturales quamuis, acquisitæ, & quia remoto posteriore, non tollitur priùs; ideo omnia sacramenta, in quibus non requiritur actus suscipientis de necessitate sacramenti, sed potestates aliqua spiritualis diuinitus dat̃, possunt pueri, & alij ratione carentes suscipere, hac tñ habita distinctione, quòd in minoribus ordinibus requirunt̃ tẽpus discretionis de honestate, propter dignitatem sacr̃i, non de necessitate præcepti, Hinc aliqui, si assi necessitas, & spes profectus, ad maiores ordines ante tempus discretionis possunt promoueri sine peccato, & suscipere ordinẽ quamuis nondum idonei ad officia eis commissa, uerum per assuefactionem susceptiuè redentur idonei. Sed ad maiores ordines requiritur usus rationis, tam de honestate, quàm de præcepti necessitate propter uotum continentiæ, quòd habent annexum, & quoniam etiam sacra committuntur eis tractanda. Verum ad episcopatum, in quo potestas ad mysticum corpus accipitur, requiritur actus suscipientis curam pastoralem, ideo de necessitate consecrationis episcopalis est, quòd vsum habeat rationis. Aliqui etiã dicunt, quòd ad omnes ordines suscipiendos usus rationis requiritur, sed dictum eorum, nec tatione, nec auctoritate firmatur.

¶Ad tertium demum respondens: In susceptione, inquit, ordinis mancipatur homo diuinis obsequijs. Cũq; hõ non ualeat alteri dare, quod suum non est. Ideo seruus, qui sui potestatem non habet, non potest ad ordines promoueri. Si tamen promouetur, ordinẽ suscipit, quia libertas non est de necessitate sacramenti, quamuis sit de necessitate præcepti, quæ non impedit potestatem, sed actum tantum. Similis ratio est de omnibus, qui sunt alijs obligati, ut ratiocinijs detenti, & personæ consimiles. Si autem obiicitur, quòd sanctus Paulinus episcopus seipsum uendidit in seruum pro redemptione filij uiduæ sibi subiectæ, dicendum, quòd hoc fecit ex speciali instinctu spiritus sancti, nec est ad consequentiam trahendum: quoniam ubi spiritus domini, ibi libertas. Et quamuis seruitus utilis sit ad exercitium: tamen ex alia parte præbet exequutioni ordinis impedimentum. Alia quoq; sufficientia humilitatis incitamenta habet, qui ad ordines intendit accedere. Porrò si seruus domino suo sciente, nec reclamante promotus sit, ex hoc ipso efficitur ingenuus, Si uerò domino suo nesciente. tunc episcopus ordinans, & qui seruum pręsentauerunt, tenentur domino serui in dupsum, quàm sit præcium serui, si sciuerunt eum seruũ consistere. aliàs seruus si habet peculium, debet seipsum redimere. alioquin non obstante suaordinatione, rdigeretur in seruitutem domini sui, quamuis sic exequi ordinem nequeant, & hoc nisi dominus sponte liberauerit ipsum.

¶Ad quartũ r̃ndet, quòd oẽs ordines referunt̃, ac ordinant̃ ad eucharistiæ sacr̃m, quod est sacr̃m pacis nobis factæ per effusionẽ sanguinis Chr̃i. Cũq; homicidiũ paci ꝯriet̃, & homicida ut sic, magis cõformet̃ occisoribus Chr̃i, quã Chr̃o occiso, cui oẽs ministri sacr̃i huius debent conformari: ideo de necessitate præcepti est, qđ qui promouet̃ ad ordines, non sit homicida, qđ tñ non est de necessitate sacramenti, ideo fuit interdum præmissum. Iudex quoq; irregularis efficitur aliquando sine peccato: quoniam irregularitas non solum incurritur propter peccatum, sed principaliter propter ineptitudinem personæ ad sacramentum eucharistiæ ministrandum. Hinc iudex, & omnes, qui sibi ministrant seu participant in causa sanguinis, irregulares redduntur, eo, quòd sanguinis effusio non deceat tanti sacramenti ministros. Qui autem ignorans hominem occidit, non reputatur homicida, nec irregularis efficitur, quia uoluntariè hoc non facit, nisi dederit operam rei illicitæ, aut debitam cauendi diligentiam omiserit. Nec hoc est, quia careat culpa, cũ, & sine culpa irregularitas incurrit̃. Vñ ille. q se defendẽdo ĩ aliquo casu, nõ peccat occidẽdo, nihilominꝰ irregularis efficit̃.

¶Ad

¶Ad quintum respondens: Ordinati, ait, in quandam dignitate prę ceteris cõstituuntur: Idcirco in eis requiritur claritas quædam de necessitate præ- Infames non ordinandi. cepti, non sacramenti, ut scilicet sint bonæ famæ, bonis moribus decorati. Cumque claritas hominis ex uitiosa origine obfuscatur, ideo illegitime nati a susceptione ordinum repelluntur, nisi cum ipsis dispensetur; & tanto difficilius dispensatur, quanto eorum origo est turpior. Nec in hoc præiudicatur eisdem, quoniam irregularitas non est pœna iniquitati debita.

¶Ad sextum respondet: Aliquis efficitur ineptus ad susceptionem ordinis, uel propter impedimentum actus, uel propter defectũ charitatis personæ. ideo patientes defectum in membris, impediuntur a susceptione ordinis, si sit defectus notabilem maculam inferens, qua personæ claritas obscuretur, ut abcisio nasi, aut periculum in exequutione facere possit aliàs nõ impediuntur. Hæc quoque integritas exigitur de necessitate præcepti, nõ Petrus. sacramenti. Hæc Thomas.

¶Concordat Petrus, & addit: Ab infantita completa usque ad 12. annum suscipi possunt duo primi ordines minores. A 12. anno usq; ad 21. duo ultimi minores ordines, a uicesimo primo anno põt subdiaconatus suscipi, a 25. diaconatus, tricesimo presbyteratus. Similiter a tricesimoprimo completo, potest quis in episcopatũ eligi: attamen ex idoneitate persone & necessitate ecclesiæ tempus ordinum potest aliqualiter anticipari auctoritate episcopi. Tempus uero electionis episcopalis non nisi dispensatione summi pontificis. Hæc Petrus.

Lue. 21. Richardus ¶Circa hæc multa addit Richardus, In Leuitici, inquiens, libro habetur. Homo qui habuerit maculam, non offert panes Deo suo. Per quod figuratũ fuit, ꝙ non tm̃ in hoĩbus promouendis ad sacerdotium nouæ legis, attendendũ est, quòd careant macula aĩæ, sed etiam quòd careant macula aĩæ, sed ẽt quòd careant notabili macula corporis, quæ derogaret reuerentiæ ordini debitæ: Hinc habẽs oculum erutum, siue per culpam suam, siue non prohibet̃ ordinari. Defectus uero membrorum notabilẽ deformitatẽ in uultu, aut manibus nõ generantes, nõ introducti ex propria culpa, nullam irregularitatem inducunt, ut si quis per insidias sit factus eunuchus, aut in persecutione amputata sint ei uirilia, uel taliter natus sit, & sit dignus, poterit promoueri ad sacerdotium, imò ad pręsulatum. Similiter si ꝑpter medicinã sit sectus, aut à barbaris siue à dñis suis castratus Sed q spõte se mutilant. & sine iusta cã, uel ad reprimẽdũ carnis tentationes, similiter qui partẽ cuiuscũque digiti sui uolent sibi abcidit. Pręterea de impedimento ex homicidio prouenient, sciendũm ꝙ quoddã est homicidiũ simpliciter uoluntarium, quoddam simpliciter non uoluntariũ, quoddam simpliciter inuoluntarium, & qđdam partim uoluntarium, partim in uoluntarium, impedit cuiuslibet ordinis susceptionem de iure, imò & ministrationem in ordine suscepto. Homicidium non uoluntarium est, dum quis usu rationis occidit hominem: & si non per culpam suam incidit illam carentiam, non incurrit irregularitatem, secundum quosdam. Alij tamen dicunt contrarium. Homicidium inuoluntarium est, cum quis uolens non occidere occidit, ut si quis uertat gladium contra uolentẽ inuadere ipsum, & ille ex impetu irę irruat in gladium. Homicidium partim uoluntarium, partimque inuoluntarium est, dũ quis non uolens occidere, occidit inuadentem se ne occidatur ab illo, & talis fit irregularis. Similiter qui casũ occidit, si non adhibuit diligentiam debitam ad cauendum, cum talibus tamen poterit dispensari. Hæc Richardus.

¶At uero Bonauentura addit de impedimẽto bigamiæ: Bonauent. Sacr̃m, inquiẽs, ordinis super alia sacr̃a abũdat in rõne significãdi, quia nõ solũ id, qđ exteriùs adhibetur suscipiẽti, significat aliquid, imo, & ipse suscipiens, signum est. Episcopus etenim ordinans, sacerdos quoque ordinatus, significat Chr̃m: q̃ duplex significatio etiam matrimonio competit, qm̃ uir significat Chr̃um, uxor ecclesiã. Cum ergo de significatione primaria ordinis est, ꝙ ordinatus significet Chistum ut sponsum ecclesiæ, quod bigamus significare non ualet, q habuit uxorẽ uiduam, aut duas vxores; qm̃ ecclesia unicum habet sponsum, & Chr̃s unicam sponsam, bigamus admitti non debet ordines potissimè sacros, in quibus hõ Chr̃m expresse designat. Idcirco in istis ordinibus numq̃ legitur dispensatum, nec dispensari debet; non qn de facto bigamus ordinetur si accedat, sed quia perfectio sacramenti deest in ipso, q̃ nulla rõne põt suppleri p̃ hominẽ, nec recompensari. In inferioribus tñ ordinibus necessitas dispẽsationẽ admittit. Diuisio uerò carnis p̃ fornicationem, nõ impedit. Non enim significat diuisionem Christi, atq;. Insuper, qui desponat & cognoscit corruptã ab alio, bigamus iudicatur, qm̃ non est unicus unicæ. Nã illa non est unica. Maiorem quoq; oportet significare unitatẽ ex p̃te uxoris, q̃ uiri, q a ecclesia non fuit copulata nisi Chr̃o, nec matrimonialiter. nec alio mõ, Chr̃s aũt copulatus fuit ẽt sinagogæ, quamuis non indissolubiter: Hæc Bonauentura.

De Sacramento coniugij, cuius institutio, & causa ostenditur.

CVm alia sacramenta post peccatum, & propter peccatum exordium sumpserint, matrimonii sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum à domino: non tamen ad remedium, sed ad officium. Refert enim scriptura: Geneseos, in Adam misso sopore, atque una de costis eius sumpta, & exinde mulier formata, uirum in spiritu intelligẽtem, ad quẽ usum mulier facta esset, post extasim propheticè dixisse. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.

De duplici institutione coniugij.

Coniugij autem institutio duplex est. Vna ante peccatum ad officiũ facta est in paradiso, ubi esset thorus immaculatus & nuptiæ honorabiles: ex q̃bus sine ardore cõciperent,

rent,

rent, sine dolore parerent, Altera post peccatum ad remedium facta extra paradisum propter illicitum motum deuitandum. Prima, ut natura multiplicaretur. Secunda, ut natura exciperetur, & uitium cohiberetur. Nã & ante peccatum dixit Deus: Crescite, & multiplicamini: & post peccatum, omnibus pene hominibus per diluuium con um ptis, dixit idem. Quod uero ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officiũ, post pctm̃ uero ad remedium concessum. Augustinus testatur dicens: Quod sanis * est ad officiũ, egrotis est ad remedium. Infirmitas enim incontinentię, quę est in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum. Si uerò non peccassent primi homines, sine carnis incentiuo, ac feruore libidinis ipsi, ac successores eorum conuenirent. Et sicut remunerabile est aliquod bonum opus, sic coitus eorum bonus esset & remunerabilis. Quia uerò propter peccatum lœtalis concupiscẽtię lex membris nostris Inhæsit, sine qua carnalis non fit commixtio, reprehensibilis est & malus coitus, nisi excesetur per bona coniugij.

Gen. 2. Gen. 8. Aliàs * eẽt Aug super Gen. li. 9. cap. 7. Roma. 7.

Quando secundum præceptum, quando secundum indulgentiam contractum sit coniugium.

Prima institutio habuit præceptum, secunda indulgẽtiam. Didicimus enim ab Apostolo, humano generi propter uitandam fornicationem indultum esse coniungium. Indulgentia uero quia meliora non elegit, remedium habet, non præmium: a quo si quis declinauerit, meretur exitiale iudicium. Quod secundum indulgentiam conceditur, uoluntarium est, non necessarium: alioquin transgressor esset qui illud non faceret Et potest sane intelligi illud sub præcepto dictum hominibus primis ante peccatum: Crescite, & multiplicamini: quo ẽt post peccatum tenebantur, usq; quo est facta multiplicatio, postquam secundum indulgentiam matrimonii contractus fuit. Ita etiã post diluuium, quo uniuersum pene humanum genus deletum est, secundum præceptum dictum est filiis Noe, Crescite, & multiplicamini. Multiplicato uerò homine, secundum indulgentiam contractum est, non secundum imperium.

33. d. capi Nerui testiculorum. 1. Cor. n. 7. alias * qua. Gen. 2. Gen. 9.

Quibus modis accipiatur indulgentia.

Indulgentia autem diuersis modis accipitur, scilicet pro concessione, pro remissione, pro remissione. Et est permissio in nouo testamento de minoribus bonis, & de minoribus malis. De minoribus bonis est coniugium, quod non meretur palmam, sed est remedium. De minoribus malis, idest, de uenialibus est coitus: qui fit causa incontinentiæ. illud, scilicet coniugium, indulgetur, id est, conceditur. Illud uerò, id est, coitus talis permittitur, id est, toleratur ita, quòd non prohibetur.

1. Cor. 7.

Quòd nuptiæ sint bonæ.

Fuerunt autem nonnulli hæretici nuptias detestantes, qui Tatiani appellati sunt: hi nuptias omnino damnat, ac pares fornicationibus, alijsq; corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suorum numero coniugio utentem, marem, uel fœminam. Quod autem res bona sit coniugium, non modo ex eo probatur, quod dominus legitur coniugium instituisse inter primos parentes: sed etiam quod in Chana Galileæ nuptijs interfuit Christus, easque miraculo confirmauit & commendauit, aqua in uinum cõuersa. Qui etiam postea uirum dimittere uxorem prohibuit, nisi causa fornicationis: Apostolus etiam ait: Virgo non peccat si nubat. Constat ergo rem bonam esse matrimonium: alioquin non esset sacramentum. Sacramentum enim sacrum signum est.

Augu. de heresibus. c. 25. 30 dist. c. Si quos nuptias. 31. d. c. Si quos vituperat 27 q 3 ca. Nuptiarũ Hu 4 sententia c 3. Gen 2. Iohan. 2. Matt. 19. 1. Cor. 7.

Cuius rei sacramentum sit coniugium.

Cum ergo coniugium sacramentum sit, & sacrum signum est, & sacræ rei, scilicet coniunctionis Christi, & ecclesię, sicut ait Apostolus: Scriptum, est inquit. Relinquet homo patrem, & matrem, & adherebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentũ hoc magnum est: ego aũt dico in Christo, & in ecclesia. Vt enim inter coniuges coniunctio est secundum consensum animorum, & secundum permixtionem corporum, sic ecclesia Christo copulatur uoluntate, & natura, qua idem uult cum eo, & ipse formã sumpsit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa sponso spiritualiter & corporaliter, id est, charitate ac conformitate naturæ. Huius utriusque copulæ figura est in coniugio. Consensus enim coniugum, copulam spiritualem Christi, & eccclesię, quæ fit per charitatem, significat, Commixtio uerò sexuum, illam significat, quæ fit per naturæ conformitatem.

Ephe. 5. Gen. 2. 28. q. ca. Acutius.

Qualiter

Qualiter intelligendum sit illud, mulier illa non pertinet ad matrimonium, cum qua non est commixtio sexuum.

Inde est quòd quidã doctorũ dixerunt, illã mulierẽ non pertinere ad matrimonium q̃ non experitur carnalẽ copulam. Ait enim Augustinus: Nõ dubium est illam mulierẽ non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. Item Leo papa: Cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta, ut præter commixtionem sexuum non habeat in se Christi, & ecclesiæ sacramentum non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur non fuisse nuptiale * mysterium Item Augustinus: Nõ est perfectum coniugium sine cõmixtione sexuum. Hoc si secundum superficiem uerborum quis acceperit, inducitur in errorem tantum: ut dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium: & inter Mariã, & Ioseph non fuisse coniugiũ, uel non fuisse perfectũ, quod nefas est sentire. Tanto enim sanctius fuit, atque perfectius, quanto à carnali opere immuniùs. Sed superiùs posita, ea ratione dicta intelligendum est, non quin pertineat mulier illa ad matrimonium, cum qua non est permixtio sexuum: non pertinet ad matrimonium, quod expressam, & plenam tenet figuram coniunctionis Christi & ecclesiæ. Figurat enim illa unionem Christi & ecclesiæ, quę est in charitate, sed non illam, quæ est in naturę conformitate. Est ergo & in illo matrimonio typus coniunctionis Christi & ecclesiæ, sed illius tantum, qua ecclesia Christo charitate unitur: non illius, qua per susceptionem carnis capiti membra uniuntur. Nec ideo tamen minus sanctum est coniugium, quia ut ait Augustinus. In nuptiis plus ualet sanctitas sacramenti, quàm fœcunditas uentris. Est etiam coniugium signũ spiritualis coniunctionis & dilectionis animorum, qua inter se coniuges uniri debent. Vnde Apostolus ait. Viri, diligite uxores uestras, ut corpora uestra.

Aug 27 q 2 c. nõ est. Leo papa ibidem, c. cum societas. * Ministerium. Augustin' in soliloquio. Aug' li. de bono con. ca. 18. Ephe. 5.

Summa distinctionis XXVI.

TRactando de septẽ ecclesiasticis sacris, primo tractauit Magister de baptismo, per quẽ sit spiritalis fideliũ gñatio, nunc ultimo tractat de matrimonio, per quod fit gñatio corporalis. quæ q̃uis secundum uiã gñationis, & quantũ ad esse naturę sit prior, tñ secundũ uiam perfectionis est posterior. Primò igitur tractat de matrimonio, ad quantum ad eius institutionem, ac distinctionem ab alus sacramentis: deinde de causa eius finali, ac duplicitate, qm̃ est in officiũ naturæ, atque in remediũ culpæ: cõsequenter tractat de matrimonii necessitate, & permissione, hoc est, qualiter sit in præcepto, & qualiter nõ. Postea circa hæc excludit errorẽ. i. hæreticorum quorũdã insaniã, dicentium nuptias esse malas, & coniugiũ uitiosum, non diuinitus institutum; ac ultimo pandit quomodo coniugium sit sacramentum.

QVAESTIO II.

Cõtra vegitatem.

HIc queritur primò, *utrum coniugium sit opus naturale ac licitum, & etiam actus uirtutis ita ut exerceri possit sine peccato*. Videtur, quòd non sit naturale, quia si sic, abstinere ab eo esset innaturale, & per consequens uituperabile. Rursus, naturalia uniformiter, & eodem modo apud omnes cõsistunt, quod in coniugio non uidemus. Hinc quoque apparet, quòd non cadat sub precepto, quia peccatum non est nisi uiolatio præceptorum, & ita nõ nubere esset transgressio, cum tñ dicat apostolus. Qui non iungit uirginem suã matrimonio, melius facit. Insuper quod sine peccato exerceri non ualet, sub præcepto non cadit: aliàs homo obligaretur ad culpam. Actus autem matrimonialis sine peccato exerceri non potest, ut innocentius papa, & Alexander, ac alii multi sensisse uidentur, & in psalmo innuitur. Ecce in iniquitatibus conceptus sum. Nec sine libidine, & indecentia agitur.

1. Cor. 7. Psalm. 50.

¶In contrarium sunt, quæ habentur in textu.

Thomas. Naturale bifariam dicitu.

¶Ad hæc Thomas rñdet: Aliquid dr̃ naturale dupliciter. Primò, qm̃ ex principiis naturę ex necessitate causatur, ut motus deorsum in grauibus: & ita nec matrimonii quicq̃ eorum quæ mediante libero arbitrio fiunt, est naturale. Secundo, quia natura ad illud inclinat, sed libero arbitrio mediante completur, quemadmodum actus uirtutum dicuntur naturales, sicq; matrimonium est naturale Nã rõ naturalis inclinat ad ip̃m dupliciter, Primò quantum ad principalẽ eius finẽ, qui est bonum prolis. Nõ em̃ natura solũ intendit prolis generationẽ, sed ẽt educationẽ & prouectionẽ ad statum perfectũ, q est status prudentiæ ac uirtutũ. Vñ secũdũ Philosophũ, tria a parentibus proles sortitur: quæ sunt esse & nutrimẽtũ, ac disciplina. nec ,ples a parẽtibus educari posset, ac instrui, nisi determinatos, ac certos haberent parentes, nec hoc esset, nisi obligatio aliqua esset unius uiri ad certam mulierẽ, quod matrimonium facit secundo, quantum ad secundariũ matrimonij finẽ, q est mutuũ obsequiũ sibi a cõiugibus in rebus domesticis impensum. Quẽadmodũ em̃ naturalis rõ dictat, ut hõies simul cohabitẽt q̃a unus non sufficit sibi in oĩbus, q̃ ad uitã pertinent rõne cuius dicitur hõ naturaliter politicus, ita eorũ, q̃bus indigetur ad uitã humanam, quædam opera sunt competentia uiris, quædam mulieribus. Hinc natura mouet ad hoc, ut sit associatio q̃dã uiri ad mulierẽ, In qua matrimoniũ consistit. Et has duas causas assignat, Philosophus 8. Ethicorũ. Deniq; natura hominis inclinat ad aliq̃d dupliciter Primò, quia est conueniens naturæ gñis, & hoc omnibus animalibus est cõe. Secundò, quia cõueniens est naturæ rõne differentiæ suæ, inquãtum uidelicet rõnalis. Et sicut natura generis quamuis sit una nõ tñ eodẽ mõ est in oĩbus spẽbus, ita ẽt non eodẽ mõ inclinat in oĩbus, sed secundũ q̃d unicuiq; cõpetitur. Ad matrimoniũ ergo inclinat natura hoĩs inquãtũ rõnalis, quãtũ ad secũdã rõnẽ p̃tactã Propter q̃d Pphilosopus hanc rõnẽ assignat hominibus præ aĩalibus aliis. sed quantũ ad primã rõnẽ, inclinat ex parte generis. pp q̃d ait q̃d filiorũ procreatio oĩbus animalibus est cõis, non tñ inclinat ad hoc in animalibus cunctis eodẽ mõ. Etenim quorum animalium fœtus, mox ut nati sunt, sufficiunt sibi quærere uictum, uel ad sustentationẽ eorum so

Natura duobus inclinat modis.

la

la sufficit mater. & in his non est aliqua determinatio masculi ad fœminã. Porrò in illis, in quibus filii indigent utriusque sustentatione parẽtis, tũ ad breue tẽpus, inuenit aliqua determinatio, quantũ ad tempus illud, ut in aliqbus auibus. Verũ cũ filii hominum indigeãt cura parẽtum ad magnum tẽpus est determinatio masculi ad fœminam magna, ad quã ẽ generis natura inclinat: imò cum natura hominis non sit immobilis sicut diuina, hinc, & ea, q̃ sunt de iure naturali, diuersificanť hoibus secundum diuersos eorum status, & cõdones: quãuis ea q̃ ī reb' diuinis naturaliter sunt, nullatenus uarieť. Ex his patet solutio ad obiecta circa primũ q̃situm.

Quæstio. ¶ Si aũt quærať, an matrimonium adhuc in præcepto sit. Dicendum q̃d natura dupliciter inclinat ad aliq̃d. Primò, sicut ad id, quod necessarium est ad consistentiam cuiuscunq; particularis personæ & obligatio ad hoc, spectat ad quemlibet illius naturæ, sicut est manducare. Secundò, sicut ad id, q̃d necessarium est ad multitudinis statum, ad quam pertinent multa, quorum, interdum unum impedit & ad talia non tenetur q̃libet homo per modum p̃cepti, aliàs vnusquisq; teneretur ad agriculturam, aut ædificaturam, atq; in talibus satis sit inclinationi naturæ, dum unus exercere istud, alius aliud: & tale ḡnare, iõ nõ obligať unusquisq; ad statum coniugalem, sed expedit quosdam ſpiritali, & cõtẽplatiuæ uitæ uacare, a qua ualde impediũt occupationes & curæ uoluptates, & onera uitæ matrimonialis. Vnde Theophrastus probat, quod sapienti non expedit nubere.

¶ Restat quærendum, an actus matrimonialis, seu carnalis copula cõiugalis, possit esse licitus, uir tuosus, ac meritorius. Et dicẽdum q̃ supposito q̃d corporalis natura a uerò, & bono Deo fit instituta, impossibile est dicere, quod ea, quę pertinẽt, ac necessariò requiruntur ad conseruationem corporalis naturæ ac speciei humanæ, atq; ad quę natura inclinat, sunt uniuersaliter mala. Cumq; inclinatio naturæ sit ad prolis propagationem, per quam natura speciei conseruatur, impossibile est dicere, q̃ actus, q uo proles procreatur, sit uniuersaliter illicitus, ita ut in eo mediũ uirtutis inueniri non possit, nisi ponatur secundum Manichæorum uesaniã q̃d corporalia sint creata a principio tenebrarum q̃d est hæresis pessima. Nec obstat q̃ copulæ carnalis uoluptas impedit actũ cõtẽplationis in tm, ut dicat 6. Ethicorũ Philosophus, q̃d impossibile sit in actu huiusmodi uoluptatis intelligere aliq̃d: q̃m actus rõnis oñino tũc absorbeť. Nã, & si impediat actualẽ mẽtis cum Deo cõiunctionẽ, nõ tñ habituálẽ: nec mens teneť semp ad actualẽ cum Deo unionem. Idcirco scđm Hieronymum spiritus sanctus non tetigit mentes prophetarum in huiusmodi actu. Vñ, & sacerdotibus prohibebatur tẽpore ministerij eorundẽ, ministris quoq;, & sacerdotibus euangelicæ legis semp. Turpitudo demum cõcupiscẽtiæ actũ illum cõcomitans, nõ est turpitudo culpæ, sed pœnæ ex originali pctõ puenies, ut sc3 uires inferiores & corporis mẽbra nõ obediant rationi.

Aristot. Hieron.

¶ Præterea, cum nullus actus ex deliberata uoluntate p̃cedens (ut patuit sup scđm) sit indifferẽs oportet ut actus matrimonialis sit meritorius, uel demeritorius. Si em ad hunc actum inducat uirtus iustitiæ, ut cõthorali debitum reddatur, uel uirtus religionis, ut proles ad Dei obsequium procreetur meritorius est. Si autem moueat libido intra bona matrimonii sistens, ut scilicet nullo mõ ad aliã personã accedere uelit, pctm est ueniale. Si uerò extra bona matrimonii efferatur, ita q̃d cum alia idem facere uellet, sic esset mortale. Natura aũt non põt ita mouere, quin uel ordinet rõne, uel nõ ordinet: & si ordinet, est motus uirtutis: si nõ ordinetur, est motus libidinis. Nec obstat q̃d super Matthæum ait Chrysostomus: Matrimonium etsi utentibus, sẽpœnã nõ infert, mercedẽ tñ non præstat. Hoc em accipit quantũ ad hoc, quod difficultatem nõ habet, rõne cuius est aliquid meritorium præmii accidentalis. Veruntamen inquãtum ex charitate iubatur: & exercetur, meritorius est pmii substantialis. Difficultas quoq; laboris requiritur ad meritum præmii accidentalis. Ad meritorium verò præmii essentialis, requiritur difficultas consistens in ordinatione medij. & hoc etiam est in actu matrimoniali. Nec iterum obest prædictis, quod ait Apostolus: Hoc dico secundum indulgentiam. Iudulgentia quippe q̃q; est de malis minoribus, & sic indulgetur actus matrimonii, prout ad ipsum mouet libido infra terminos matrimonii consistẽs: sic em est veniale peccatum sed prout ad ipm mouet uirtus, non habet indulgentiam, nisi secundum quod indulgentiam est de minoribus bonis, q̃ idẽ est quod cõcessio. Nec oportet quod in actu matrimoniali sit primus motus, secundum q̃d primus motus dr ueniale peccatum: q̃n ille motus est actus, seu motio appetitus sensitiui in aliquod inordinatum, quod non est semper in matrimonii actu. Hæc Thomas in Scripto, quibus per omnia Petrus concordat, tñ quomodo matrimonium fuit in p̃cepto, aliter determinat, sicut patebit. Nã, & quæstiões istę, an actꝰ matrimonij sit licitus & uirtuosus ac meritorius, mouent. j. distinctiõe prima ab aliis.

1. Cor. 7.

Richardus

¶ Richardus etiam consonat præinductis, atque ad quæstionẽ hanc, utrum copula carnalis fuerit in præcepto, etiam post originale peccatum, respondet: Matrimoniũ post peccatum fuit in officium, & in remediũ. Quoad primũ, fuit in præcepto ẽt post peccatum, quousq; facta fuit sufficiens multiplicatio hominum ad cultum diuinum, ita q̃ tot fuerũt uacantes operi illi. quod melius est quosdam manere in castitate uirginali, aut uiduali, quàm omes copulæ matrimoniali intendere. Sed quantũ ad secundum nunquam fuit in præcepto, q̃m morbũ carnalis concupiscentiæ potest homo efficatiùs curare, moderari, reprimere p̃ exercitia meditationũ & spũalium affectionum, degustationem cælestiũ consolationum, maceratiõnẽq; corporis: quia (vt Sanctus ait Bernar.) gustato spiritu, necesse est desipere carnẽ affectanti cælestia, terrena non sapiunt, inhianti æternis fastidio sunt trãsitoria. Hæc Rich.

¶ Qui etiam quærit hic, utrum copula matrimonialis in præcepto ante peccatum, de qua quæstione dictum est satis super secundum, & de præceptis tunc homini datis. Post lapsum uerò non teneť vnusquisq; ad actũ matrimonialem, sicut nec ad matrimonium. imò & coniugati ex communi consensu possunt nunc penitus cõtinere desiderio pfectionis maioris, multiplicato nũc genere humano.

Antisiod.

¶ Insuper Antisiodorensis: Ius, inquit, naturale quoddã est speciale, quoddam uniuersaliùs, quoddã uniuersalissimũ. Hoc aũt est uniuersalissimum, q̃d est in omnibus rebus, utpote concordia, seu cõsonãtia, seu proportio omnium rerum. De tali iure loquitur Plato in primo Timæi: Nam unum elemẽtum non põt sine alio esse, propter quod asserit Augustinus: iudicium diuinæ largitatis est, q̃d quælibet creatura compellitur dare seipsam, ideſt, cõmunicare, se alteri, seu ad bonum uniuersi cõferre, uel alijs

Cõiunctio matrimonialis q̃n licita

aliis mõ aliquo deseruire. Ius naturale uniuersalius est, quod omnia animalia respicit ius naturale speciale est, quod naturalis ratio dictat, & de tali iure est matrimonium. Quoddam tamen matrimonium est de iure uniuersaliori, puta coniunctio maris, & fœminæ. Fidelitas uero quam uir debet uxori, est de iure speciali. Vnde unam esse unius, est de iure naturali speciali. Denique uidetur, quòd una mulier per dispensationem potuit habere plures uiros, quia si propter multiplicandum populum Dei, dispensatum est aliquando cum uiro, ut haberet plures, eadem ratione dispensari potuit cũ muliere ut plures haberet: quando ille, quẽ habeat nõ poterat generare uel propter frigiditatem, uel propter aliam causam, & mulier uoluit fieri mater ne subiaceret maledicto legis. Ad hoc dicimus, quòd non est simile de uiro, & muliere propter multas causas, quas assignat Augustinus in libro de bonis coniugii. Prima est dignitas sexus. Secunda est ordo pacificus domini. Tertia est fœcunditas, quia unus uir plus potest fœcundare, q̃ tres mulieres, uel quatuor possunt parere. Quarta cã est propter sacramentum. Hæc Antisiodorensis in Summa libro quarto, de quibus infra magis dicetur.

Guliel. Parisiẽs.

¶ Præterea Gulielmus in suo sacramentali: Matrimonium, ait, est sancta & sanctificatiua, atq; perfecta societas maris, ac fœminæ genere humano, seu uinculum faciens eos debitores huiusmodi societatis. Si quidem natura humana tanquam arbor nobilissima, & Dei agricolentis plantatio preciosissima, uelut ex duobus ramis, mare & fœmina constat: cuius inditiũ est uis generatiua, quę ambobus his ramis simul est indita, in neutro eorum perfecta, imò partem sui habẽs in uno, & partem in altero, quemadmodum & semen generationis humanæ ex neutro eorum totaliter est. Neque figura mẽbrorum genitalium certum iudicium est, aut testimonium masculineitatis, aut fœmininitatis cum in quodam genere aliorum mas semen recipiat, & membrum fœmineum genitale tantum habeat, id est, portam, & matricem, fœmina uerò econtrario masculina tm habeat mẽbra. Indiciũ horũ certissimum est ipse fructus, id est, proles, quæ non potest esse nisi duorum. Fructus autem, & arbor quasi correlatiuè dicũtur adinuicem. Nec accidit unquã ut unus numero fructus, diuersarum sit arborum. Hinc necesse est adunationem maris & fœminę esse sanctam, seu consecratam, & socialem ad conseruandum, educandũ, & instruendum. Perit quippè fructificatio per sodomiam, & publicam prostitutionem. Et quamuis fructus natcatur præter uinculum coniugale, ramen perit ex toto, aut parte, dum non est, qui custodiat, enutriat, curet, atq; salubria proli prouideat. Hęc Gulielmus, qui ista prolixè p̃sequitur. Demq; præinductis consonant scripta Alberti, Bonauenturæ, Argentinensis, Durãdi, & aliorum, etiam de eo, quod dictum est, actum matrimonialem posse fieri sine peccato, de hoc tamen infra distinctione 21. diffusiùs est dicendum.

QVAESTIO II.

Consequenter quæritur, an matrimonium sit sacramentum, & diuinitus institutum, ante peccatum, ac gratiæ collatiuum, & quid sit in re. Videtur, quod non sit sacramentum euangelicæ legis quoniam sacramenta enangelicę legis simul cum ipsa lege inceperunt, sed matrimoniũ fuit in lege naturali, ac scripta. Secundò, omnia sacramenta noui testamenti, efficaciam sortiuntur à Christi passione, quod non conuenit matrimonio: quoniã Christi passionem diu præcesſit. Tertiò sæpe iam habitum est, quod sacramẽti euangelicæ legis sunt medicinalia uasa, contra morbũ & læsionem peccati instituta. Matrimonium autem præcesſit omne peccatum genere humano commissum. Et si est sacramentum, quæritur quid sit eius materia, quid forma, quis eius minister, & item quid sit in eo sacramentum tantum: quid res, & sacramentum, & q̃d res tantum, & qualiter conferat gratiam. Hęc etenim condependent, ex quibus patebit an characterem imprimat.

Bonauen.

¶ Ad hęc Bonauentura respondet: Sicut in alijs sacramentis est aliquid, quod est signum tantum, aliquid, quod est res tantum, & aliquid quod est res, & signum, ita in matrimonio differentia tamen est in modo significandi, ordine comparandi. Nam q̃dam sacramenta sunt totaliter ab institutione, quædam partim à naturæ dictamine partim ab institutione. Illa sunt totaliter ab institutione, quorũ usus respicit eã, quæ sunt fidei puræ, ut baptismus & eucharistia, & ista habent signa significantia secundũ institutionẽ interiùs, atq; exteriùs, ideo habent elementa conuenientia instituta. exteriusque adhibita, & in talibus etiam uerum est, q̃d signa ista eminentiora fiunt secundum appropinquationem ueritatis, & in talibus uerum est, quod primum signum est causa secundi, & secundum quodammodo certij, ut patet in baptismo. Sunt, & alia, quæ partim ab institucta naturæ sunt, ut matrimonium & pœnitentia, partim à fide, secundum quod illa coniunctio significat coniunctionem Dei, & animæ, & talia suam primam institutionem habuerunt in paradiso. Matrimonium autem magis apertè. Cumque matrimonium sit quodammodum à natura & in statu innocentiæ, in quo non debuit homo subijci elemento, ideo, & si non sit in elemento extrà sensibili, habet tamen exteriùs, quod significat interiorem coniunctionem per naturam suæ significationis, sicut uerbũ, uel nutus, uel uirtus, uel aliud additum, quod, naturaliter significat consensum animorum interiorem, uel copula carnalis, secundum quod significat coniunctionem Christi, & ecclesiæ, seu Dei & animæ, & hoc est secundum fidem & institutionem. Ad hoc em est habile p̃ naturam, & significat per institutionem, uidelicet quia unus est mas, & significat Christũ: alius est fœmina, & significat animam. Vnde patet quid sit hic signũ: quoniam primo & principaliter est uerbum uel nutus, in quo exprimitur consensus, & ut annexum, est distinctio sexuum. Patet quoque quare non habet elementum ut alia sacramenta, & quare signũ non creuit in eminentia, q̃a non fuit omnino secũdum institutionem: ideo incommutabile est, quantum ad ipsum significandum.

Augmentum tamen est in euidentia significandi quoniam certiùs scitur nunc quid significat matrimonium, quàm ante. Vnum quoque est ibi signatũ principale, puta coniunctio Christi atque ecclesiæ. Cumque coniunctio ista sit duplex, una per charitatem, alia per naturæ conformitatem, ideo dupliciter in hoc sacramento significatur. Prima per cõsensum: animorum. Secunda per commixtionem sexuum, ut dicit magister.

Vsus matrimonij ī officiũ est & remedium.

¶ Insuper de institutione matrimonij est dicendũ, quod institutio respicit usum. Cũq; usus matrimonij sit in officiũ, & in remediũ, usus uero aliorũ sacramentorum sit in remedium tantum, ideo ma-

trimonij

trimonij usus non conuenit solum infirmis, sed ēt sanis. Hinc duplex est institutio eius. Vna ante lapsum in officium naturæ multiplicandæ. alia post lapsum in remedium culpæ uitandæ. Est nāq; usus matrimonii in remedium contra ignorantiam, dū erudit inquantum signum: & in remedium contra concupiscentiam, dum illam refrenat inquantum medicamentum. Conformiter eius officium fuit quantum ad duas operationes potentiarū, & quātum ad actum cognitiuę, ut homo uideret exteriùs in creatura coniunctionem, quam intelligebat interiùs: nō inquam ut erudiretur, sed ut uidendo materialiter quod sciebat, oblectaretur. Similiter quātum ad actum generatiuæ fuit in officium, ut quia per se homo, uidelicet uir, non potuit specie conseruare, adiuncta socia, in actum cōseruationis posset prodire.

Matt. 19. Quæstio.

¶ Denique si quæratur, à quo fuerit sacramentum hoc institutum: Dicendum, quòd à Deo, sicut ait saluator; Quos Deus coniunxit, homo non separet. Sed sciendum, quod quædam sunt sacramenta, quæ sunt puræ fidei, ut baptismus, & confirmatio, & consimilia quædam. Alia non solum sunt fidei dictaminis, sed, & naturalis ut pœnitentia, & matrimonium. Non tamen sunt penitus de dictamine naturalis iuris, ac rationis, nisi ueniat illustratio desuper. Prima Deus instituit mandando. Secunda, illustrando. sicq; instituit matrimonium. Non enim præcepit Adæ ut Euam duceret in uxorem, sed illustrauit eum interiùs, ut intelligeret eam sibi datā coniugem, & omnibus posteris per liberum consensum uxores illo modo cōiungi debere. Hinc Adam sic illustratus, dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis. Imo sicut in litera ait Magister, prophetice est loquutus. Vnde nō dixit hoc uerbū à semetipso, sed è Deo: Ideo institutio huius sacramenti est à Deo per hominem. Instituit demū dominus hoc sacramentum quantum ad formam, atq; materiam, secundum quod illi tempori congruebat, excipiendo solum patrem, & matrem. Et quoniam aliæ personæ secundum diuersa tempora debeant congruere, institutionē de legitimitate reliquit ecclesiæ dispensandā ecclesia. Sed cum matrimonium contrahatur per humanum mutuumque consensum vt̄ esse humanus contractus, & ab hominibus institutus, & non ecclesiasticum sacramentum desuper ordinatum. Et respondendum, quòd in matrimonio sunt duo. Primum est obligatio mutua, & hoc hominum est, quasi humanus cōtractus. Secundum est indiuisibilitas mutuæ obligationis, & hoc est Dei instituentis. atque ex illo matrimonium rationem sacramenti sortitur.

Gene. 2.

Duo ī matrimonio præcipua.

¶ Insuper quidā dixerunt, q; sacramentum istud non conferat gratiam, & ad auctoritatem dicentiū sacramenta nouæ legis gratiam dare, dixerunt hoc esse intelligedum de sacramentis in noua lege institutis: & ita non esset remedium per efficaciam, sed per indulgentiam, nec concupiscentiam minueret simpliciter & secundum habitum: sed secundum indulgentiam & secundum actum. ita ut non iurat, iuxta illud Pauli: Melius est nubere quàm uri.

1. Cor. 7.

Alij dicunt, quòd gratia datur in matrimonio rōne benedictionis, quia ad benedictionem sacerdotis Deus nubentibus benedicit. Sed hoc non ualet: quoniam benedictio illa est quid sacramentale, sacramentum autem efficacius est ad dandum gratiam, quā sacramentale. Benedictio quoque non datur nisi in primis nuptiis. Est ergo positio tertia uerior, quod suscipientibus dignè hoc sacramentum datur remedium excusans coitum. & faciens non esse peccatum, aut ueniale solum, quod aliàs esset mortale. quod esse potest sine dono gratiæ nouæ, & hoc habuit matrimoniū statum post lapsum. Verum nunc tempore euangelicæ legis, non solum confert istud remedium, sed etiam aliquid gratiæ his, qui dignè illud suscipiūt, utpotè qui ex charitatis consensu uniuntur ad procreandum prolem ad cultum diuinum. Nam ratione expressionis cōsensus in indiuiduam consuetudinem uitæ, & ratione benedictionis ecclesiæ, cuius est debitè sacramenta tractare, subleuatur anima à corruptione concupiscentię inordinatæ, & datur gratia ad copulam singularem, ad copulam utilem, & ad copulam inseparabilem: ex qua gratia fit remedium contra triplicem concupiscentiæ inordinationem, & nascitur triplex matrimonii bonum. Concupiscentia nāque inclinat ad multas: quoniam luxuriosus non est una contentus. Hinc in matrimonio datur homini gratia, ut soli conthorali uelit coniugi, sicq; excluditur inordinatio illa per copulam singularē id est, unius tantum ad unam. Rursus, concupiscentia inclinat ad delectationem, non ad utilitatē. Luxuriosus quippe non quærit nisi satisfacere libidini suę, & contra hoc detur in matrimonio gratia, ut non cognoscantse inuicem nisi propter prolē: sicque excluditur secunda inordinatio ista per copulam utilem. Iterum, cōcupiscentia fastidium generat post expletionem. Vnde luxuriosus postquā cognouit unam, respuit illam & uadit ad aliā. Hinc in matrimonio datur gratia qua, uelit semper esse cum una, sicque excluditur hæc inordinatio tertia per copulam inseparabilem. Itaque ex copula singulari oritur bonum fidei, ut ad aliam non accedat: ex copula utili, bonum prolis, ex copula inseparabili, bonum sacramenti.

Matrimonij triplex bonum.

2. Reg. 13.

Quæstio.

¶ Præterea quæritur utrum carnalis commixtio sit de integritate sacramenti. Et respondendum, qđ integritas uel dupliciter sumitur. Primò, quātum ad esse necessitatis. Secundò, quantum ad esse completionis. Primo modo non est illa commixtio de integritate matrimonij, quia sine illa est q̄dditas, seu essentia matrimonij, uerumque sacramentum. Secūdo modo est de integritate ipsius. In matrimonio enim considerantur hæc tria, signum, officium, remedium. Quantum ad signum, duplex est matrimonii significatio. Significat namque coniunctionem Christi, atque ecclesiæ per charitatem, & item coniunctionem per naturæ conformitatem. Rursus duplex est eius officium, unum mutuæ educationis, ac fomenti, aliud procreatio prolis. Duplex est ēt eius remedium: vnum contra concupiscentiæ defluxionem, ne per alias euagetur: Aliud cōtra inordinationem ut non libidine, sed desiderio prolis, aut maritali affectu commisceatur. Primum significatum, & primum officium, & primum remedium sunt in sacramento matrimonij, quantum ad coniunctionem animorum. Secundum autē solum quātum ad corporum unionem, sic & primum est de substantia matrimonij quantum ad necessitatem ipsius esse. Secundum uerò quo ad plenitudinem eius. Hæc Bonauentura in Scripto, qui & in breuilo quia compendiosè scribit de his. Verum omnia ibi prolata, in iam dictis, moxque dicendis, plenariè continetur.

Tria considerāda in matrimonio.

¶ Atuerò Thomas his consonans: Sacramentum inquit, importat remedium aliquod sanctitatis, ad hibitum homini contra peccatum per sensibilia signa, quod cum conueniat matrimonium, certum est

est quod sit sacramentum, & uerba de præsenti, q̄bus matrimonialis consensus exprimitur, sunt forma sacramenti istius non benedictio sacerdotis. Et sicut pœnitentia non habet aliam materiam nisi actus sensui subiectos, qui sunt ei loco materialis elementi, ita est de matrimonio in quo actus illi exteriores sunt signum, seu sacramentum tantum: res uerò, & sacramentum, est obligatio perpetua inter coniugatos ex actibus illis nascens. Res autem ultima cōtenta est affectus, seu gratia sacramēti istius, Res quoque non contenta, sed significata, est unio Christi ad ecclesiam, quam rem non efficit, sed solum significat.

Thomas. Forma sacramenti huius.

¶ Insuper matrimonium institui debuit ante primorum lapsum parentum. Natura namque inclinat ad matrimonium, intendens ex ipso aliquod bonū quod secundum diuersos status hominum uariatur. Hinc oportuit bonum illud diuersimodè institui in diuersis hominū statibus. Ideo matrimoniū secundum quod ordinatur ad prolis procreationē quę necessaria fuit etiam non existente peccato institutum fuit ante peccatum: sed prout remedium præbet contra uulnus peccati, institutum est post peccatum tempore legis naturæ. Penes determinationem uero personarum, institutionem habuit in lege Moysi. Secundum uerò quod repræsentat mysterium coniunctionis Christi, & ecclesiæ institutionem in noua habuit lege, sicque est sacramentū euangelicæ legis. Verū quo ad alias utilitates, quæ ex matrimonio consequuntur, ut sunt amicitia, & mutuum obsequium cōiugatorum &c. institutionem habuit in lege ciuili. Cumque de ratione sacramenti sit, quòd sit signum, & remedium, ideo quantum ad medias institutiones cōpetit ei ratio sacramenti: & quo ad primam institutionem, conuenit ei, quod sit in naturæ officium: & quo ad ultimam, quòd sit in officium ciuilitatis. Est quoque principaliter in officium naturæ, & institutum est ante peccatum à Deo, in hoc, quòd primo homini formauit mulierē ex costa illius, & dixit, Crescite, & multiplicamini &c quòd, quamuis &alius animalibus dixerit, non tamen implendum per ea eo modo sicut per homines. Hæc Thomas.

Vtilitates matrimonii.

Gen. 2.

¶ Qui respondendo ad hoc, an matrimonium conferat gratiam, recitat opiniones, quæ ex Bonauentura narratę sunt, consentiens tertiæ, utpote, qđ matrimonium in quantum in fide Christi contrahitur, habet, ut conferat gratiam adiuuantem ad illa operanda, quę in matrimonio requiruntur. Vbicunque enim diuinitus datur aliqua facultas, dantur, & auxilia, per quæ homo conuenienter uti ualeat illa facultate, quemadmodum potentijs animæ eos respondent propria membra, seu organa, quibus exire quinant in actus. Cumque in matrimonio detur homini ex institutione diuina facultas utendi sua uxore ad prolis procreationem educandæ ad Dei seruitutem, datur etiam ei gratia sine qua id conuenienter exqui nequit, & hæc gratia data est vltima res in hoc sacro contenta, & instrumētaliter ab ipso causata: principaliter uerò a Deo. Nempè actus illi contrahentium exteriores, & uerba consensum mutuum exprimentia, directè faciūt nexum quendam, qui est matrimonij sacramentū, qui nexus ex uirtute diuinę institutionis dispositiuè operat ad gram. Deniq; cōtra concupiscentia pōt remediū dari dupliciter. Primò ex parte concupiscentiæ, ut reprimatur in sua radice: sicq; remediū ptra concupiscentiā pstat matrimonium per gratiam, quæ in ipso donat. Secundò, ex parte actus

Gratia cōfertur matrimonio.

Nexus matrimonij

eius, idq; dupliciter. Primò mō, ut actus ad q̄ é cōcupiscentia inclinat turpitudine careat: quod fit p matrimonij bona, quę honestant matrimonij concupiscētię actū, & motū. Alio mō, ut actus turpitudinem habens impediatur, quod fit ex ipsa actus natura, quia dum concupiscentię satisfit in actu coniugali, non ita incitat ad alias corruptelas, propter qđ dixit Apostolus, Meliùs est nubere, quam uri. Quāuis em̄ concupiscentię, secundum se, nata fuit concupiscentiam augere, tñ secundum quod ratione ordinantur, reprimunt eam, quoniā ex similibus actibus ꝓsimiles relinquunt dispositiones, & habitꝰ.

1. Cor. 7.

¶ Postremo, duplex est rei integritas. Vna, quæ attenditur secundum perfectionem ipsius primā, quę consistit in esse rei. Secunda, quæ attenditur penes perfectionem rei secundam, quæ in operatione cōsistit. Cumq; carnalis commixtio sit usus, seu operatio matrimonij, constat, quòd fit de secunda, non de prima matrimonii integritate, aliàs in paradiso matrimonium non fuisset sacramentum, quod ex suo nomine sanctificationem importat, sed sine cōmixtione carnali matrimonium sanctius est, ut ex tu habetur. Si autem obijciatur, quoniam id, quod pertinet ad significationem sacramenti, est de necessitate ipsius: Carnalis autem commixtio pertinet ad significationem matrimonii, ut in litera dicitur, ergo est de necessitate sacramenti istius, Dicendum, quòd significatio rei contentæ est de necessitate sacramenti, ad quā significationem nō spectat carnalis commixtio, sed ad rem non contentam, puta ad unionem Christi, atque ecclesiæ. Hæc Thomas in Scripto. In quibus continentur dicta Alberti de his, quæ tamen multas circa distinctionem hanc quæstiones inducit circa ea, quæ in textu habentur; cum tamen & textus iste pro maxima parte, & quęstiones istæ in secundo libro inducti sint.

Obiectio.

¶ De his quoque sanctus doctor scribit in Summa contra gentiles, libro quarto. Dum aliquid ad fines ordinatur diuersos, indiget habere dirigentia diuersa in fines, cum finis sit proportionatus agenti. Generatio autem humana ordinatur ad plurima puta ad perpetuitatem speciei, & ad perpetuationem populi aliqua ciuitate, ad perpetuitatem item ecclesiæ. Hinc oportet, ut à diuersis dirigat Inquantum ergo ordinatur ad bonum naturę, quod est perpetuitas speciei, dirigitur in hunc finem à natura inclinante, sicq; uocatur naturæ officium. Inquantum uerò ordinatur ad bonum politicum, subiacet ordinationi legis ciuilis: sed prout ordinatur bonū ecclesiæ, subiacet ecclesiastico regimini. Ea quoq; quæ populo per ministros ecclesiæ dispensantur, sacramenta uocantur. Matrimonium ergo secūdū quod consistit in coniunctione maris, & fœminæ intendentium prolem ad Dei cultum generare, ac educare, est sacramentum ecclesiæ. Et sicut in alijs sacramentis per ea, quæ exteriùs geruntur, aliquid spiritaliter significatur; ita in hoc sacramento per coniunctionem maris, & fœminæ, coniunctio Christi, & ecclesiæ figuratur, iuxta illud Apostoli. Sacramentum hoc magnū est, ego autem dico in Christo, & in ecclesia. Cumque sacramenta efficiant, qđ figurant, credendum est, quòd per hoc sacramentū gratia conferatur nubentibus, per quam ad unionē Christi, & ecclesiæ pertineant: quod, & eis maximè necessarium est, quatenus sic carnalibus & terrenis intendant, quòd à Christo & ecclesia non disiungātur. Hæc idem ibidem.

Actus matrimonio ad mulea ordinatur

1. Cor. 7.

¶ Quod autē superiùs ait Bonauentura, quòd cōiugati non debeant se cognoscere, nisi pp prolem.

pie

pie est accipiendū: qa, & laudabiliter, se cognoscere possunt causa reddendi debitū, etiam dato quòd ex nā, aut senectute sterilis esset, unus eorū, uel ambo.

¶ Præterea Petrus: In matrimonio, inquit, est obligatio ad actum carnalem, & uirtus spiritualis in significando & efficiendo, sicq; ibi carnale aliqd & humanum, & aliquid spirituale, ac diuinum. Vnde, ut causa proportionetur effectui, congruū fuit matrimonium à Deo per hominem institui non humana, sed diuina uirtute: nec humano concilio, sed inspiratione diuina Vnde mox post soporem instituit primus homo matrimonium auctoritate diuina, cum dixit: Propter hoc relinquet homo patrē, & matrem &c In quibus uerbis ostendit tria matrimonij bona, uidelicet, bonum inseparabilitatis, dicendo: Relinquet homo, & bonum fidei, seu fidelitatis, addendo. Et adhærebit uxori suæ. Bonū quoque prolis, subdendo: Et erunt duo in carne una, id est in carne unius prolis procreando. Hæc Petrus. Veruntamen non est absolutè, nec propriè asserendum, quòd primus homo instituit matrimonium.

Gen. 2.

¶ Richardus etiam circa hæc addit: Aliquid dr̄ sacramentum nouæ legis dupliciter. Primò, qa in ea est institutum, ut cōfirmatio & baptismus, sicq; matrimoniū nō est nouæ legis sacrum, cum ante sit in institutū. Secundò: quoniam quamuis ante fuit institutum, tamen in noua lege non est euacuatum. sed confirmatū, & factū gratia causatiuum, & ita matrimonium est sacramētum nouæ legis, in qua gratiā gratūfacientem causat, & continet, quod antea sibi non competebat. Hæc Richardus.

¶ Præterea Parrhisiensis in suo sacramentali, perscrutemur iam, ait, quæ sit uirtus sacramentalis matrimonij, id est, quâ gratiam præstet, & quod remedium contra carnalitatis, libidinisq; peccatū. Manifestum est enim ex ipsa contrarietate, quâ habet ad prostitutionem fornicariam, & Sodomiticam abominationem, quod adiuuat coniuges contra illas. Qui eñ pia intentione matrimonialibus uinculis, se astringunt, & onera matrimonij (quæ ualde sunt grauia) subeunt, quatenus, se à prænominatis inquinationibus immaculatos Deo custodiant, eiq; filios generent, atq; enutriant, iudubitanter misericordiam apud ipsum merenē: sed hoc non est uirtus sacralis, sed meritum proprij actus. Suscipientibus autem piè, ac reuerenter matrimoniū uirtute sacramenti istius præstatur refrigerium multum contra concupiscentiæ carnalis ardorē, ita ut quâuis uiri sint iuuenes, corpulenti, copiosè, ac delicatè nutriti, tamē ad proprias uxores (licet speciosas) sint uelut frigidi, atq; ad alias quâuis formosas, quodammodo gelidi. Idē de mulieribus dicimus, nō le ui rumore, aut uana opinione, sed de ipsa experientia certi, imò, & illorū testimonio qui se gratiā hāc assequutos agnoscūt & fassi sūt. Nec inuenimus, cui donum istud tā magnum, ac admirabile attribuere ualeamus, nisi uirtuti sacrali matrimonij. Quod uero secus accidit in plerisque peccatis eorū est imputandum, qui non recta intētione cōtraxerūt, aut à syncera intentione collapsi sunt. Hæc Gulielmus.

Matrimonij onera grauia.

Virtus matrimonialis sacramenti peculiaris.

Quæ sint considerāda in coniugio. Dist. XXVII.

Dost hæc aduertendum est quid sit coniugium, & quæ sit efficiens causa coniugii, & causa propter quam contrahi debeat, & quę sint bona coniugii, & quo modo per ea excusetur coitus carnalis, quę sint legitimæ personę ad matrimonium. Sunt, & alia plura in matrimonio considerāda, quę sub compendio perstringimus.

Quid sit coniugium.

27 q 2 in prin. Sunt ergo nuptiæ uel matrimonium, uiri, mulierisq; coniunctio maritalis, inter legitimas personas indiuiduam uitæ consuetudinem retinens: Ad indiuiduam consuetudinem uitæ pertinet, quod abiq; consensu alterius neuter continentiam profiteri potest, uel orationi uacare: & quod inter eos dum uiuunt, uinculum coniugale permanet, ut alii se copulare non liceat, & ut inuicem alter alteri exhibeat, quod quisque sibi. Hac autem descriptione legitimorum, & fidelium tantum matrimonium includitur.

27 q 2 ca. Cū societas, & ca. Sunt quo di.

De consensu, qui efficit coniugium.

27 q. 2. 2. Efficiens autem causa matrimonii, est, consensus, non quilibet, sed per uerba expressus: nec de futuro, sed de præsenti. Si enim consentiunt in futurum, dicentes: Accipiam te in uirum, & ego te in uxorem: non est iste consensus efficax matrimonij. Item si consentiant mente, & non exprimant uerbis uel aliis certis signis, nec talis consensus efficit matrimonium. Si autem uerbis explicant, quod tamen corde non uolunt, si non sit coactio, ibi uel dolus obligatio illa uerborum, quibus consentiunt, dicentes, Accipio te in uirum, & ego te in uxorem: matrimonium facit.

Auctoritatibus probat, quòd solus consensus facit matrimonium.

Quod autem consensus matrimonium faciat, subditis probatur testimoniis. Ait enī Isido. Consensus facit matrimonium. Item Nicolaus papa sufficiat solus secundum leges eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur: qui solus si forte nuptiis defuerit, cętera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Item Iohannes Chrysostomus Matrimonium quidem non facit coitus, sed uoluntas, & ideo non soluit illud separatio corporis. Item Ambrosius. Non de floratio uirginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Ex his apparet, quòd consensus, id est, pactio coniugalis matrimonium facit: & ex tunc coniugium est, etiam si non præcessit,

Ioā. Chry. ho. 32. in Na. c. 19. 27 q 2. c. Matrim. Ambro. ti. 39 q. 2 ca. Cum initiatur.

cessit, uel secuta est copula carnalis.

Quando incipiat esse coniugium.

Hugo. li & de sacrament. parte. 11 ca. 5. Ambro in li. de uirginibus. 27. q 2. c. cum initiatur. Isid. li. 6. Ethi. ca. 7. 28 q. 2. ca. Coniuges. Aug' li. 1. de uicijs & cōcu. 27 q 2. ca. cap. 11 hic cōiux Mat. 1 1. Luc. 3.

Quod enim ab ipsa dispensatione, in qua pactio coniungalis exprimitur, coniuges sint, sanctorum testimonia probant. Ait enim Ambrosius: Cum initiatur coniugij nomen ascisciturcum coniugitur uiro, coniugium est, non cum uiri admixtione cognoscitur. Item Isidorius: Coniuges ueriùs appellantur a prima desponsationis fide, quamuis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus. Item Augustinus: Coniunx uocatur ex prima desponsationis fide, quam, concubitu non cognouerat, nec fuerat agniturus, nec peirat, nec mendax mā ferat coniugis appellatio, ubi non fuerat, nec futura erat carnis ulla commixtio. Propter quod fidele coniugiū ambo parentes Christi uocari meruerunt, non solum illa mater, sed etiam ille pater eius, sicut coniunx matris eius: utrumque tamen mente, non carne. Ex his euidenter, quòd ex tempore, quo intercedit consensus uoluntarius, ac maritalis, qui solus coniugium facit, ueri coniuges sunt sponsus, & sponsa.

Secundum quodam non est coniungium ante carnalem copulam. sed sponsi, & sponsæ sunt.

Hugo. li. 2 de sacra. par. 11. c. 5 27. q. 2. ca. Qui despōsatam.

Quidam tamen asserunt uerum coniugium non contrahi ante traductionem, & carnalem copulam, nec uerè coniuges esse aliquos antequam intercedat commixtio sexus: sed a prima fide desponsationis, uiri sponsus, & mulier sponsa est, non coniunx. Spōsos autem, & sponsas coniuges frequenter appellari dicunt, non quia sint, sed quia futuri sunt, cuius rei sponsionem inuicem fecerunt, & secundum hoc uerba præmissarum auctoritatum intelligenda fore tradunt.

Qua ratione utuntur.

27. q. 2 ca. Sunt qui dicūt & c. Multorū & c. Agath. alias * petere. Eusebius papa. 27 q 2. c. de ipō satam. Greg. in registroli. 6. cap. 184. 27. q. 2. Decreta. Hierony.

Quòd uerò inter sponsam, & coniugem plurimum interfit, ex eo astruunt, quia licèt sponsæ ante carnalem copulam inconsultò, uel nolente sponso monasterium eligere, quo facto, sponso etiam licet aliam ducere. Coniugatus uero, uel coniugata, nec continentiam nisi ex communi consensu seruare ualet, nec monasterium petere, nisi utrq. continentiam pariter profiteatur. Quod uero liceat sponsæ monasterium eligere, auctoritatibus sanctorum probatur. Ait enim Eusebius papa: Desponsatam puellam non licet parentibus alii uiro tradere, tamen licet sibi monasterium eligere. Item Gregorius: Decreta legalia desponsatam si conuerti uoluerit, nullo penitus censuerunt damno mulctari. Refert etiam Hieronymus, quòd Macarius inter Christi eremitas præcipuus celebrato nuptiali conuiuio, cum uespere thalamum esset ingressurus, ex urbe egrediens, transmarina petiit, & eremi solitudinem sibi elegit. Beatus etiam Alexius similiter ex nuptiis diuina gratia uocatus, sponsam deseruit, & nudus Christo famulari cœpit. His auctoritatibus, & exemplis liquet, licere sponsis sine consensu suarum sponsarum, & econuerso continentiam profiteri.

Quòd coniugatus, uel coniugata nequeant continentiam. profiteri sine alterius consensu.

Greg. li. in regi cap. 39. 27. q 2. ca. Sunt q dicunt. Matt. 5. & 19. 1. Cor. 7. 27 q. 2 c. Agathosa quattuor c. sequenti bus.

Hoc autem coniugatis nullatenus licet. Non enim potest uir melioris uitæ propositum sumere sine uxoris consensu, & econuerso. Vnde Gregorius scribens Theotistæ paritiæ: Sunt, qui dicunt religionis gratia coniugia debere solui. Vnde sciendum est, quia etsi hoc lex humana concesit, tamen lex diuina prohibuit. Si uero utrisque conueniat continentem uitam ducere, hoc quis audeat accusare? Sic enim multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus, & priùs continentem uitam duxisse, & post ad sanctæ eccle siæ regimina migrasse. Si uerò continentiam, quam uir appetit, mulier non sequit, aut quam uxor appetit, uir recusat: coniugium diuidi non potest, quia scriptum est: Mulier potestatem sui corporis non habet, sed uir. Similiter, & uir potestatem sui corporis non gabet, sed mulier. Idem Agathosa latrix præsentium, quæsta est uirum suum contra uoluntatem suam in monasterium esse conuersum. Qua propter experientiæ tuę præcipimus, ut diligenti inquisitione discutias, ne forte eius uoluntate conuersus sit, uel ipsa mutare se promiserit, mutare uitam compellas. Et si hoc repereris, & illū in monasterio permanere prouideas, & hanc sicut promisit, mutare uitā cōpellas. Si uerò nihil horū est, nec quōdā fornicationis crimen (pp quod licet uxorē dimittere) prędictā mulierē commisisse cognoueris: ne illius conuersio uxoris relictæ in seculo fieri possit per

ditionis occasio, uolumus ut maritum suum illi, ēt si iam tōsuratus sit, reddere debeas, oī prorsus excusatione cessante, q̄a nisi fornicationis cā, uirum uxorem dimittere nulla ratio concedit. Postquam enim copulatione coniugij uiri, & mulieres vnum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, & ex parte remanere in seculo. Item ex octaua synodo: Si quis coniugatus conuerti ad monasteriam uelit, non est recipiendus, nisi priùs a coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Tales ergo coniuges tunc sine culpa sequuntur Christum, relicto seculo, si habent ex pari uoluntate castitatis consensum. Item: Si uir, & uxor diuertere pro sola religiosa inter se consenserint uita, nullatenus sine consensu episcopi fiat, ut ab eo singulariter prouiso constituantur, loco. Nam uxore nolente, uel altero illorum, etiam pro tali re matrimonium non soluitur. Item Augustinus: Si abstines sine uxoris uoluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentię. Item Nicolaus papa. Scripsit nobis Thaberga regina, regia se uelle dignitate, uel maritali copula exui, & sola uita priuata esse contentem desiderare. Cui rescripsimus, non hoc aliter fieri posse, nisi eandem uitam uir eius Lotharius elegerit. Ex his patet, quod coniugati sine communi consensu monasteriū eligere, continentiam profiteri, uel habitum religionis sumere non ualent, & si fecerint, reuocari debent. Sponsi uerò possunt sine communi consensu monasterium eligere. Vnde uidetar inter sponsum, & sponsam coniugium non esse. Ideoque asserunt a prima fide desponsationis coniuges appellari, non re præsentium, sed spe futurorum, quia ex fide, quam ex disponsatione sibiinuicem, debent, postea efficiuntur coniuges. Præmissas autem auctoritates, quibus asseritur, quod consensus matrimonium facit, ita intelligi uolunt, ut consensus, uel pactio coniugalis non ante coitum faciat matrimonium, sed in coitu. Sicut enim defloratio virginitatis non facit matrimonium, nisi præcedat pactio coniugalis: ita, nec pactio coniugalis, antequam assit copula carnalis. Ex pactione ergo coniugali sponsi, & sponsæ fiunt ante coitum, in coitu uero efficiuntur coniuges. Facit enim pactio coniugalis, ut, quæ priùs erat sponsa, in coitu fiat coniux.

Ex synodo Eugenij. — Augusti. de adulterinis coniugijs. 27 q 2 c. situ. — Ibidem c. Scribit.

Responsio ad prædicta cum determinatione superiorum.

His autem ita respondemus: Fit aliquando disponsatio, ubi est compromissio uiri, & mulieris de contrahendo matrimonio: non est autem ibi consensus de pręsenti. Est, & desponsatio habens consensum de præsenti, id est, pactionem coniugalem, quæ sola facit coniungium. In illa ergo desponsatione, ubi est pollicitatio contrahendi matrimonium, sponsi, tantum, & sponsę fiunt, non coniuges. Et talibus sponsis licet sine communi consensu continentiam profiteri, & monasterium eligere. In ea uero desponsatione, ubi est consensus de pręsenti, coniugium contrahitur, & ab illius desponsationis prima fide ueri coniuges appellantur. Secundum hanc distinctionem desponsationis, de sponsis uariè loquuntur doctores.

Quomodo accipiatur sponsa in subditis capitulis.

Aliquando enim sponsas uocant, quæ talem habuerunt desponsationem, vbi fuit pactio coniugalis de præsenti, & illæ ueræ coniuges sunt. Vnde Gregorius: Si quis uxorem desponsauerit, uel subarrauerit, quanquam postmodum pręueniente die mortis eius, nequiuerit eam ducere in uxorem: tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eā in coniugio, & si inuentum fuerit factum, superetur omnino. Item Iulius papa: Si quis desponsauerit uxorem, uel subarrauerit, & uel præueniente die mortis, uel irruentibus quibusdam causis eam non cognouerit, nec frater eius, nec ullus de consanguinitate eius eandem sibi tollat in vxorem ullo unquam tempore. Item Gregorius: Qui desponsatam proximi sui puellam ceperit in coniugium, anathema fit ipse, & omnes consentientes ei, quia secundum legem Dei mori decernitur. Nam diuinę legis mos est sponsas appellare coniuges, ut in euangelio: Accipe Mariam coniugem tuam. Et in Deuteronomio: Si quis alterius sponsam in argo, uel quodlibet loco oppresserit, uel adduxerit in domum suam, moriatur, qui uxorem proximi sui uiolauit, nō quæ iam uxor erat, sed quæ à parentibus uxor fieri debebat. Ex his colligitur, quòd sponsę quædam coniuges sunt ante commixtionem sexuum. Sed forte illud mouet, quod in fine capituli dicitur, non quę iam uxor erat, sed quæ uxor fieri debebat. Quod non ita intelligi debet, quasi uxor uerè non fuerit, ex, quo pactio coniugalis intercesit, sed quia nondum traducta fuerat, nec res uxoria intercesserat, scilicet concubitus coniugalis.

Greg. 27. c. 2. c. si qs vxorem. Quod spōsam dimissam alius cognatus non potest ducere. — Iulius papa ubi supra c. si qs desponsauerit. — Greg. ibidē. c. qui desponsa. — Deut. 22. — Matt. 1. — Deut. 22.

¶Quod

Quòd aliter accipitur in his alijs capitulis sponsa.

Hæc etiam sponsa est, quæ sic uiro desponsata est, ut non intercesserit consensus de præsenti, sed sponsio futuri. Secundum quem modum illud decretum intelligitur: Si quis sponsam filij oppresserit, & post filius eius eam duxerit, pater postea non habeat uxorē, nec mulier: uirū filius, q̄ patris facinus ignorauit, aliam ducat. Si coniunx illa fuisset, quòd utique foret, si in sponsalibus pactio coniugalis intercessisset, non permitteretur sponso aliam ducere. Mœchis autem pœna non nubendi ex rigore infligitur, ut alij terreantur. Idem ex eodem: Quidam desponsauit uxorem, & dotauit eam, & cum ea coire non potuit, quam clanculo frater eius corrupit, & grauidam reddidit. Decretū est, ut quamuis nupta non potuerit esse legitimo uiro, desponsatam tamen fratri frater habere non possit: sed mœchus, & mœcha fornicationis quidam uindictam sustineant, licita uero eis coniugia non negentur. De illa desponsatione hoc intelligi debet, vbi non fuit consensus coniugalis de pręsenti: alioquin non liceret eis alia sortiri cōiugia. Secundum hoc etiam illud intelligi debet: Statutum est à sacro conuentu, ut si quis sponsam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugij maneat, & si ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alteri non negetur. Apparet hanc fuisse despōsatam sine pactione coniugali de præsenti, & ideo non fuisse coniugem: cui uiuente sponso, alteri nubendi licentia non negatur. Sunt enim quędam nuptialia pacta de futuro, ex quibus sponsi, & sponsæ uocātur, nec exinde coniuges sunt. Et est pactio coniugalis quædam de præsenti, quæ sponsum, & sponsam etiā coniuges facit, & utraque pactio desponsatio, uel sponsalia interdum dicuntur: propriè tamen sponsalia dicuntur quædam solemnia pacta nuptialia.

Ex concilio tribur cēn & hī 27 q 2 c. Si quis sponsam. — Ibidē. ca. quidā desponsauit. — Et conci. Toleano vbi supra c statutū. — Sponsalia quid sint.

Quare non statim tradantur sponsæ.

De nuptialibus pactis ubi est tantum sponsio futuri, ait Augustinus: Institutum est, ut iam pactæ sponsæ non statim tradantur: ne uilem habeat maritus datam, quam suspirauit sponsus dilatam.

Aug li. 4. confes. 27 q 2. c. Institutū.

Quæ sponsa sit uidua mortuo sponso, & quæ non.

Et est sciendum, quod illa sponsa, quæ tantum in futuro est pacta, mortuo sponso, non remanet uidua, quia non fuerat uir eius: vnde si quis eam duxerit, ad sacros ordines conscendere non prohibetur, quia non duxit uiduam. Viduæ enim maritus ęque sicut bigamus, sacerdos fieri prohibetur. Ex tali autem copula nullus arcetur à sacris ordinibus.

27 q. 2. ca. Quod aūt hīc si spōsa cōiunx.

Qui alterius sponsam eo mortuo ducit ad sacros ordines accedere potest.

Secundum hoc intelligendum est, quòd ait Pelagius papa de illo, qui motuo sponso, eius sponsam ducit in uxorem: Nihil est, inquit quantum ad hūc articulum attinet, ei obuiet de canonicis institutis, quin ad sacros ordines promoueri ualeat. Si uerò talis sponsa fuisset, inter quam, & sponsum eius consensus de pręsenti intercessisset, eo mortuo vidua remansisset, cui copulatus in coniugio ulteriùs ad sacros ordines non accederet, cum uiduam duxerit. Non est ergo ambigendum, quin solus de pręsenti consensus coniugium efficiat, & exinde ueri coniuges appellentur. Ideo post talem consensum si quis alii se copulauerit, etiam si carnis commixio ille sequatur, ad priorem copulam reuocandus est.

Pelag. papa ui 14. c V. lectio cleris. — Magister hic non tenetur.

Summa distinctiōis. XXVII.

PRæcedendi distinctione tractauit Magister de matrimonij institutione, & de contentis in eo: hic tractat de causis eius, & de bonis honestantibus ipsum, & quando incipiat uerum coniugium, de duplici quoque acceptione ipsius, ac nuptiarum. deinde circa hoc, quando, & qualiter matrimonialiter iuncti religionem ualeant ingredi, aut continentiam uouere.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, *Quid sit matrimonium, & utrū cōsensus per determinata uerba expressus, sit causa ipsius.* ¶ Vī, q̄ ineptè diffiniatur, cum dicitur esse cōiunctio, aut uinculum, quia hoc nequit intelligi nisi de uinculo spiritali. Sacramētum aūt iuxta præhibita, est materiale elementum. Secundò matrimoniū inter cętera sacramenta uidetur grossius esse. coniunctio autem cum sit quædam relatio, est minimæ entitatis. Tertiò, consensus non est nisi ipsa interior unio animorum, & ita est ipsa coniunctio, quæ matrimonium appellatur, & constat, quod idem non sit causa sui ipsius.

¶ Circa hæc scribit Alber. Diuersæ sunt matrimonij descriptiones. Vna Magistri in litera Matrimonium est uiri, & mulieris coniunctio maritalis inter legitimas personas, indiuiduam uitę consuetudinem retinens. Secunda iuristarum, dicentium: Matrimonium est consortiū uitæ cōmunis, & coniunctio

Matrimonij definitio.

diuini, ac humani iuris. Tertia Hugonis, qui ait: Matrimonium est duarum idonearũ personarũ legitimus de coniunctione consensus. Et ꝗlibet harũ cõueniens est. Prima nãq; ponit matrimonij genus, & materiã eius remotã, atq; propinquã, & actũ. Nec obest, quod aliquando fuit inter unum uirũ, & plures uxores, qa (ut asserit Hugo) ꝼm naturam optimè institutam, solũ debet esse unus unius, quod in uerbis Adæ insinuatur, cum dr: Hoc nunc os ex ossibus meis. Et erunt duo in carne una. Dr quoq; matrialis, non uxoralis coniunctio. quia à principaliori denominatio est sumenda. Maritus autem in matrimonio principalis censetur, quamuis æquales dicantur quantũ ad debiti petitionem, & solutionẽ. Legitimæ uerò dicunt personæ dupliciter. Primò simpliciter, quibus non obest aliquid impedimento rũ eorũ, quæ personas reddunt legitimas. Secundò, ꝼm quid, quibus obuiat. Vñ non sequit, hæc mulier est legitima huic, ergo est legitima simpliciter. Insuper quòd matrimonium nominatur consortiũ uitæ cõis, intelligitur de consortio sola morte dissolubili. Et quòd uocatur coniunctio diuini, atq; humani iuris, accipitur de coniunctione animorũ, & corporum nisi pari consensu abstineatur, & hoc humano firmatur. Veruntamen Decretistæ de pertinentibus ad subtilem intellectum, parum solent curare. At uerò ipsemet Hugo suam distinctionẽ satis exponit, & glossat, tangens se loqui de matrimonio, ut est sacrm euangelicæ legis: attamẽ dici posset, quòd nomine unius possunt designari, & plures, & rursus, ꝙ matrimonium per se est unius ad unam: per accidens uerò ad plures ex dispensatione diuina, quando sunt pauci Deum colentes. Attamen descriptio illa Hugonis datur per causam, nec est ibi prædicatio essentialis, sed magis causalis: ueluti si dicatur, dies est illuminatio solis. Matrimonium ẽt potius accipit nomen à matre, quàm à patre: quoniam uinculum matrimonij magis onerat matrem, quæ parit cum dolore, & nutrit, portat, ministrat, custodiat cum labore. Eadem item res nuncupatur matrimonium, & nuptiæ. Etenim nuptiæ dicuntur à matrimonii actu, matrimonium uerò a bonis. Nam mulier iuncta uiro, munia habet matris in effusione prolis, ac aliorum, in quibus communicat uiro.

Hugo.

Gene. 2.

Pati cõsen in abstine ri potest.

¶ Insuper consensus omnino latẽs, nequit matrimonium facere, sed oportet, ut sit expressus per uerba. Et quamuis loquutio interdum sit nuncius fallax, tamen, quia ecclesia nequaquam ad impossibilia nititur, & impossibile est homini cognoscere cor alterius, nisi inquantum manifestatur, ad extra idcirco oportet consensum exprimi per uerba de præsenti, & matrimonium sic contractum, cogit manere: imò dato, quod contrahendo cum prima, non habeat uir intentionem contrahendi cum illa, sed cum alia, ecclesia tamen iudicat eum manere cum prima, ipse tamen potius debet excõmunicationẽ sustinere, quàm cum ea manere, ideo uadat cum secunda ad regiones extremas, & commaneat ibi reddendo illi debita, ꝙ si non põtest, sustineat excommunicationem cum dolores cordis, & moriatur cũ ipsa In hoc item contractu per uerba, intelliguntur, quæcumque signa consensum de ꝓsenti exprimentia. Hæc Albertus.

Quis con tensus ma trimo firmet.

¶ At uerò Thomas circa hæc multa interogans, primò ostendit, quod matrimonium sit in genere coniunctionis: Coniunctio, inquens adunationem quandam importat. Vnde ubicunque est adunatio aliquorum, ibi est coniunctio aliqua. Ea autem, quæ ordinatur ad aliquid unum, dicuntur in ordine ad illud adunari, sicut multi homines adunantur ad unam militiam, uel negociationem exequendam, ex qua dicunt cõmilitiones ad inuicẽ uel socij negociationis. Cũq; ꝓ matrimoniũ ordinent alicq ad unã generationẽ, educationẽq; ꝓlis, ad unã quoq; uitã domesticã, constat, quòd in matrimonio sit quæ dã coniunctio, & uocat matrimoniũ, inquantũ ordinat ad tale unum, ad ꝙ consequit coniunctio corporũ. Et quãuis relatio non sit sensibile accidens, tñ causæ eius possunt esse sensibiles, nec in sacramento requirit, ut sensibile sit id, quod est res, & sacrm, ut est prædicta coniunctio, sed uerba exprimentia consensum, quę sunt sacrm tm. Dr aũt matrimoniũ unũ: qm ad eandẽ gnationẽ ordinatur, non quia sit una numero cõiunctio in utroq; extremo, sicut, nec una numerò in duobus similibus, ut asserit Auicenna. Sisaũt quæratur cur ita nominetur, dicendũ, quòd in matrimonio tria considerant. Primũ est eius essentia, puta coniunctio, & ita uocatur coniungium. Secundum est causa eius, puta desponsatio, sicq; uocatur nuptiæ à nube, quia ipsa solennitate desponsationis capita uelentur nubentium. Tertium est effectus, uidelicet proles, & sic matrimonium appellatur: quoniam mulier non debet ad aliud nubere nisi ut sit mater, uel dicitur matimonium quasi matris munium, id est, officium incumbit præsertim circa prolem.

Auicenna

¶ Deniq; iuxta hæc tria, quæ in matrimonio attẽduntur, tres de ipso descriptiones tradunt: qm diffinitio Hugonis tangit matrimonij cãm, id est, consensum. Diffinitio Magister tangit essentiam eius, cum ait, coniunctio, & determinatam eius materiam, addens, inter legitimas, &c. Differentiam quoq; contrahentem, ibi, maritalis, indissolubilis. Tertia ponit eius effectum, qui est communicatio in rebus domesticis: Consensus autem est matrimonij causa In omnibus quippè sacramentis est aliqua spiritualis operatio mediante materiali operatione, quæ illam designat, quemadmodum in baptismo corporalis ablutio interiorem designat, & efficit. Cumque in matrimonio sit quædam spiriritualis coniunctio, inquãtum est sacramentum, & quædam corporalis inquantum est naturæ officium, ac uitæ ciuilis, oportet, quòd mediante materialis diuina uirtute. Cumque coniunctiones materialium contractum per tuum fiant consensum, oportet, & matrimonialem coniunctionem seu contractum fieri per cõsensum hniusmodi. Hinc matrimonium non est ipse consensus, sed unio coniugatorum ad aliquod unum. Et sicut matrimonium est aliquo modo unum, & quodammodo plura ut tactum est ita consensus. Oportet quoque consensum exprimi per uerba, ut mutuo innotescat, sicut expositum est, quatenus uerborum expresio habeat se ad matrimonium, sicut exterior ablutio ad baptismum. Et quoniam causæ sacramentales significando efficiunt hoc, quod designat, ideo oportet ad causandum matrimonium concurrere significationem uerborum de præsenti, quia dum aliquis exprimit suũ consensum per uerba de futuro, non significat se facere matrimonium, sed promittit facturum nec homo transfert dominium rei suæ in alium, nisi per uerba de præsenti. Non enim, qui ait, dabo tibi equum meum, transfert dominium equi sui in alium: sed qui ait, do tibi, &c. In contractu autem coniugij transfertur dominium corporum contrahentium in alterutrum.

Cõsensus matrimonij causa

Quæstio

¶ Quærit quoq;, utrũ per uerba de ꝓsenti matrimoniũ ꝓbatur, si interior desit intẽtio in contrahendi.

Dicendum

Dicendũ, quòd sicut se habet exterior ablutio ad baptismum, ita se habet exterior uerborũ expresio sine interiori consensu. Iõ sicut accipiens exteriorẽ ablutionẽ, non intendens accipere sacramentum, sed dicũ & dolũ, baptizatus non esset, ita exterior uerborũ expresio sine mentis consensu matrimonium non facit. Porrò in eo, qui proferendo uerba de præsenti, non intendit ꝙhere, duo sunt puta, defectus cõsensus, qui defectus sufficit sibi in foro conscientię, ut non astringatur uinculo matrimonij, quamuis nõ in foro ecclesiæ, in quo iudicatur secundum allegata. Secundũ est, dolus verborũ, q ei nõ suffragat, nec in foro pœnitẽtiæ, nec in foro ecclesiæ, imò in utroque pro ipso dolo punitur. Rursus, si desit cõsensus mentalis ex parte unius, ex natura parte matrimonium est, quia matrimonium consistit in mutua coniunctione. Attamen probabiliter credi potest dolus non esse euidentie doli appareant signa, qa de quolibet præsumendum est bonum, nisi probetur contrarium. Hinc ille, ex cuius parte dolus non est excusatur per ignorantiam. Ecclesia quoq; quamuis interdum decipiatur in facto, non tamen in iure. Hęc Thomas Idem Petrus, & Richardus.

Cõsensus dol osus fi obliger.

Quæstio.

¶ Quærit quoq; Richardus, quid cõsulendum sit alteri coniugum, cum alter asserit se nunquam consensisse in eum, nec consentit. Respondet, Consulendum est, ut non credat, quia nec tenetur credere ei extra de probationibus, per tuas. Si autem credat illum dicere uerum tenetur ab eius copula abstinere, stante tali credulitate. Hæc Richar.

¶ Insuper Bonauentura super his loquitur: Quęadmodũ similitudo corporalis sensu percipitur, nõ rõne, sui neq; per se, sed rõne qualitatis sensibilis in qua fundatur, ita coniunctio, quæ matrimoniũ nuncupatur. Rursus, quædam coniunctio dr uinculum, quædam facit uinculũ, quædã est uinculi usus, & tertia iteratur, nec ideo matrimonium toties iterat, quoties tertia ista coniunctio. Prima autem coniunctio, & secunda respiciunt substãtiam matrimonij, nec iterantur inter eosdem. Præterea quidam dixerunt, quod coniunctio ista matrimonialis non denominatur a patre, neque à matre: sed cum sit uinculũ unum, denominatur ab utroq; ꝼm quod uniũtur. Cũq; maritus, & uxor uniantur, ut sit una materia prolis, ideo sacramentum istud uocatur matrimonium, a materia, & monos, quod est unum, quasi una materia. Sed (ut patuit) istud est contra Isidorũ in libro. Etymologi. Amplius sicut baptismus dupliciter sumitur, primò prout comprehendit exteriorem ablutionẽ, ac interioris characteris impressionem, secundò pro interiori charactere: sic matrimoniũ uno mõ comprehendit interiùs uinculũ, atque exteriùs signum: sicq; matrimonium est consensus expressus, non eius effectus. Alio modo pro uinculo interiori, quod habet causam primariam, & proximam. Causa eius primaria, institutio est diuina. Actio autem humana est proxima eius causa, quæ cõsistit in consensu maris, & fœminæ. Hinc dicẽdum, quòd consensus est matrimonij causa proxima, sed non tota, imò simul cum institutione diuina est causa matrimonij tota. Hęc Bonauen.

Isidorus.

Psalm. 23.

¶ Concordat Durandus, & Argentinensis, & addũt, ꝙ cũ hõ habeat liberum quoddã dominũ corporis sui, illud non transfert in potestatem alterius, nisi de suo consensu. & præsertim de consensu, institutioneq; Dei: in cuius manu sunt oĩa, & magis est dñs corporis cuiusliber hominis, quam ipsemet hõ. Cumq; per matrimoniale contractum una persona transferat corpus suum in potestatẽ alterius, & ecõtra, op3 hoc fieri cõsensu earũ, & potissimè Dei.

QVAESTIO I.

REstat quærendum, *An alter coniugalium possit religionem intrare altero non uolente ante carnalem copulam, uel post eam.* ¶ Vr, quòd non ex indiuisibilitate matrimonij. Et rursus, quia per coniugalem contractum unus transtulit sui corporis potestatẽ in aliud, ergo illam alteri non potest illo inuito auferre, præsertim cum dicat saluator: Quos Deus cõiunxit, homo non separet.

Matt 9.

¶ Circa hæc scribit Thomas, Ante carnalem copulam est inter coniuges tantum spirituale uinculum, sed post illam est inter eos uinculum quoque carnale. Ideo sicut post carnalem copulã matrimonium soluitur per mortem carnalẽ, ita per religionis ingressum ante carnalem copulam, quia religio est mors spiritualis, qua quis sęculo moriens, uiuit Deo. Nam, & matrimonium ante carnalem commixtionem signum est spiritualis coniunctionis, quæ inter Christum, & animam, quę coniunctio est solubilis. Deniq; ante carnalem copulam unus non transfert simpliciter, & omnino corporis sui potestatem in alterum, sed sub conditione, nisi interim alter ad melioris uitæ euolet frugẽ. Illa aũt translatio ꝙ copulã complet carnalẽ, quia tunc intrat uterque in corporalẽ sibi traditæ potestatis possessionẽ: præterea etiam ante carnalem copulam non statim tenetur reddere debitum post matrimonium per uerba de præsenti contractum, Imò datur ei duorũ mentiũ tẽpus propter tria. Primò, ut interim queat deliberare de religionis ingressu. Secundò, ut infra hoc tempus præparentur necessaria ad nuptiarum solemnitatem. Tertiò, maritus ulem habeat datam, ad quam non suspirauit dilatam. Porrò post copulam carnalem non licet uni religionem intrare sine consensu alterius: quoniam nemo potest obligationem facere Deo de alieno. Cumque coniugati corporis sui potestatem tradiderint mutuò, nullus eorum potest alio differente corpus suum Deo offerre per continentiæ uotum, nec alium re sua, aut iure suo priuare.

Ante carnalẽ copulã religionis ingressus iure ꝓmissus. postea negatur.

¶ Præterea quæritur, an uiro religionem ingresso, mulieri liceat alteri nubere. Respondendum, quòd sicut corporalis mors uiri hoc uinculum matrimoniale soluit, ut mulier nubat cui uult secundum Apostoli sententiam, ita post spiritualem mortem uiri post religionis ingressum, poterit nubere quando uoluerit. Cum autem uterque pari uoto continentiam uouet, neuter uinculo abrenunciat coniugali, ideo manet adhuc: sed dum unus tantũ uouet, tũc quantũ est in se, cõiugali abrenunciat uinculo. Hic aliter à uinculo illo ambsoluit Veruntñ religionẽ ingressus non intelligitur mortuus mundo, quousque professionem emisit: ideo mulier usq; ad illud tempus uirũ expectare tenetur. Si autem obijciatur, quod per Decretalem nonam, professio ante annũ emissa, reputatur pro nulla: ergo si post talem professionem uir redeat ad uxorem, ipsa tenetur eum recipere. Dicendum, quòd de professione sic emissa, est idem iudicium, quod de simplici uoto. Vnde sicut post uotum simplex uiri, mulier non tenetur ei debitum reddere, ipsa tamen non possit alteri nubere. Hæc Thomas in Scripto.

Quæstio. 1.Cor.7. Obiectio.

Quæstio.

¶ Concordat Bonauentura in oĩbus his. Itẽ Rich:

¶ Qui insup quærit, utrũ matrimonium non consummatum. possit dissolui per mutuũ dissensum. Respondet, quòd non, quantũ ad uinculũ: qm mutuus consensus non est tota matrimonij cã, imò principaliter ad hoc cõcurrit institutio diuina. Et qm Dr

ordinauit ut post mutuum consensum uinculũ illud non maneat uoluntati eorũ subiectum, iõ, quo ad uinculũ dissolui nõ ualet mutuũ per consensum, sed quantum ad thorum, ut si concorditer à copula carnali uoueant abstinere, religionemve intrent.

Quæstio. ¶Iterũ scisciatur, utrum matrimonium non cõsummatum, queat dissolui per genitaliũ abcisionẽ. Et de hoc duas narrat opiniones cũ earũ motiuis, & qualiter utraq; ualeat defendi, prosequitur: de qua q̃stione prætereo, quia uix locũ hz, & probabiliùs reor, quòd ita non dissoluatur quãtum ad uinculũ. Nam, & si miraculosè genitalia eis reddantur, non de nouo matrimonialiter sociantur.

¶Præterea rñdendo ad hoc, an post matrimoniũ consummatum alter coniugalium alio inuito religionẽ ingredi possit: Addit ex mutuo consensu dissolui põt, quãtũ ad thorũ per religionis ingressum, altero ẽt remanente in seculo, de incontinentia, nõ sit suspectus: ita tñ, quod uotum castitatis emittat antequam alter profiteatur. Porrò si mulier sit tam iuuenis, quòd de ipsa posset oriri suspicio si remaneret in seculo, uir profiteri non debet nisi ipsa religionem introeat, quamuis uelit castitatem promittere manendo in mundo. Si tamen uis de licentia uxoris castitatem non promittentis profiteatur, & postea ad uxorem reuocetur, qui credebat se posse talem licentiam dare manendo in seculo, quia nesciuit ius, tunc ea defuncta, tenetur uir ad religionẽ reuerti. Si autem contra uoluntatem in religione professus sit, peccat, & uxore petente reuocabitur, ea mortua ad religionem redire cogetur, sed ultra non ualebit uxorem ducere, quia promisit non exigere debitum. Conformiter dico de muliere religionem intrante contra uoluntatem mariti. Vñ de muliere credente uirum suum mortuum esse. quæ habitum religionis assumpsit, atq; professa est, & postea ad uirum reuersum reuocata, dicitur extra de conuersione coniugatorum, ca. placet, quòd quamuis uiro suo defuncto, consultius ei sit ad religionẽ reuerti. attamen si ad hoc induci nequiuerit. dñs papa credit eam non esse, ad hoc cogendam: sed ultra non potest ducere uirum, quia ad castitatem astrinxit se. Hæc Richardus. Consonat Petrus.

Religionis ingressus quatenꝰ p̃ mittus cõiugatus.

QVAESTIO. I.

MOdo quærendum, *Quid sint sponsalia, & quã cõtrahi possint, & qualiter dirimi.*

¶Dicuntur autem sponsalia futurarum nuptiarum promissiones.

¶Quo circa scribit Thomas: Sicut præhabitũ est, consensus in copulã coniugalẽ p̃ uerba de futuro non facit matrimonium, sed matrimonij promissionẽ, q̃ promissio uocat sponsalia, à spondẽdo, ẽm Isidorum. Non ante usum tabularum matrimonij cautiones dabant, quibus spondebant se iuuicẽ cõsentire in iure matrimonij, & fideiussores dabãt: fit aũt ista promissio dupliciter, scilicet absolutè, & sub conditione. Absolutè quatuor modis, videlicet nuda promissione, ut cum dicitur, accipiam te in meã, & econtrario. Secundò, datis arris, sponsalijsq;, ut pecunia, uel aliquo tali. Tertiò, annuli sub a ratione. Quartò, iuramento. Si autem fiat prẽfata promissio sub conditione, distinguendum est, quia aut est honesta conditio, ut accipiam te in meam si parentibus placeat, sicq; stante conditione, stat promissio, illa non stante, ista non stat. Aut est inhonesta, & hoc dupliciter, quia aut est contraria bonis matrimonii, ut dicatur. Accipiam te si uenena sterilitatis procures, & non contrahuntur sponsalia: aut non est contraria bonis matrimonii, ut si dicatur, accipiam te si furtis meis consentias, & tunc stabit promissio, sed tollenda est cõditio. Ex tali ergo promissione sponsalium, unus alteri obligatur ad matrimoniũ ꝓhendũ. Et peccat mortaliter non soluendo promissum, nisi legitimũ interueniat impedimentũ. Ecclesia quoq; cogit, ut impleat pœnitentiã iniungendo pro culpa. In foro tñ contentioso non compellit, qm̃ matrimonio coacta soluent exitus malos habere, nisi forte interuenerit iuramentũ, q̃a tunc cogẽdus est, ut aliqui dicunt, quamuis aliis aliud uideat, præsertim si de uxoricidio timeatur. Deniq; ꝓditio, quę apponitur, non tollit matrimonii libertatẽ. Si. n. est inhonesta, est abiicienda, &c. ut dictum est. Interdum autem opponitur conditio peccuniæ per modum pœnæ, & tunc cum matrimonia debeant libera esse, non stat, nec exigi potest pœna illa.

¶At uerò septennium est tps determinatum à iure sp̃ōsalibus ꝓhendis, & hoc rationabiliter satis. Cum enim sponsalia sit quædam promissio futuro rũ, oportet, quod illorũ sint, qui aliquo modo prorũ, oportet, quod illorũ sint, qui aliquo modo promittere possunt, quod non est nisi aliquam habeant prudentiã seu prouidentiã de futuris, q̃ usum rõnis requirit, respectu cuius triplex gradus notat à Philosopho primo Ethicorum. Primus est, cũ quis, nec per se intelligit, nec ab alio capere potest. Secundus status est, quo ab alio capere potest, non tñ per se potest se intelligere sufficit. Tertius est, quo & per se potest considerare, atque ab alio capere. Cumque rõ paulatim in homine conualescat ẽm quod humorum motus, aut fluxibilitas quietantur, ideo primum statum rationis obtinet homo ante primum septennium: idcirco tunc nulli est contractui aptus, ergo, neque sponsalibus, sed ad secundum statum incipit peruenire in fine primi septennii, propter quod tunc pueri ad scholas ponuntur. Ad tertium uerò statum incipit peruenire in fine secũdi septennii, quo ad ea, quæ ad suam spectant personam, ad quę ratio naturalis, cuius conualescit: sed quantum ad ea, quæ extra ipsum sunt, in fine septennii tertii. Hinc in fine primi sptennii incipit esse aptus ad aliqua promittenda, præsertim de his ad qui ratio naturalis magis inclinatæ, non autem ad obligandum se perpetuo uinculo: quoniam nondum habet firmam uoluntatem. Hinc in primo septennio contrahi possunt sponsalia in secundo coniugia, & consimilia, quæ ad personam ipsius spectant: in tertio potest se obligare de aliis, atque secundum leges constituitur ei potestas disponendi de rebus uicesimo quinto anno. Quod si ante præfatum tempus sponsalia ꝓhunt per alios, possunt pueri reclamare cum ad ætatem illam peruenerint, & si non reclamant, intelliguntur consentire. Si autem obiiciatur, quòd ante septennium est usus rationis, & consensus mortale peccatum, cum quarto Dialogorum sanctus narret Gregorius de puero quatuor annorũ, quem cum patre suo ludentem, ac blasphemantem dæmones repuerunt ad inferos; ad hoc aliqui dicunt, q̃d puer ille non peccauit mortaliter, neque damnatus fuit, & quòd uisio, ac ultio illa temporalis fuit ostẽsa ad patris sui afflictionem. Sed hoc est expresè cõtra intentionem Gregorii, asserentis, quòd pater ille animam paruuli filii sui negligentes, non paruum peccatorem gehennę ignibus nutriuit. Idcirco dicendũ, q̃d ad peccatũ mortale sufficit ẽt consensus in p̃sens: in sponsalibus uerò est consensus futurum ad quod discretio maior requiritur, ideo citiùs potest homo peccare mortaliter, quàm se obligare ad aliquid in futurum quemdmadmodum docet philosophus 20. de animalibus puella in duodecimo

suo anno ad generationem est aptè in quarto decimo anno. Attamen annos discretionis simul accipiũt, & idẽ rẽpus sp̃ōsaliũ p̃fixũ est eis. nõ aũt id ẽma trimonij tẽpꝰ, q̃a ad matrimonij actũ, nõ solũ requirit discretio rõnis, sed ẽt dispositio corporis, si ẽt modicum desit à completione septennij, pro nihilo reputatur, dum discretio suppleat ætatis defectum.

Gradioni aptum tẽpus.

Sp̃ōsalia quibus ca sibus diri mantur.

¶Insuper sponsalia dirimi possunt per religionis ingressum, magis, quàm coniugia iam contracta. Et si post sponsalia alter contrahit cum quacunque apta persona per uerba de præsenti, matrimonium tenet, quamuis peccet, qui promissionem nõ implet. Dirimuntur aũt sponsalia in plurimis casibus, & ex uarijs causis. Primus casus est dum unus eorum ad longinquam se transfert regionem, nec tempore redit statuto ad matrimonium contrahendum, quia tunc probabiliter creditur non uenturus. Secundus casus est propter ægritudinem grauẽ ualde debilitãtem, seu propter deformationẽ enormem, ut est abcisio nasi, uel infirmitas infectiua sit prolis, sicut est lepra. Tertius, si sponsus cognouit consanguineam sponsę, ad quod probandum sufficit sola fama propter scandalum euitandum. Quartus, si sponte, & concorditer se absoluant ab obligatione illa sponsalium mutua, quamuis aliqui dicant contrarium. Quintus, si alter interim fornicetur, quia per hoc fit suspectus alteri, quòd contracto matrimonio fidelitatem sibi non conseruaret. Sunt, & alij casus, qui assignantur in iure. In his dictis Thomæ, continentur dicta Alberti, Petri, Richardi, & aliorum de ista materia.

QVAESTIO IIII.

AMpliùs, *De bigamia inquiritur, an per eam fiat homo irregularis.* ¶Et de hoc iam supra respõsum est, quòd imò: qui impedit ab acceptione ordinis facri. Contrahit aũt bigamia, accipiendo sucessiuè duas uxores. Et quærit an ẽt accipiẽdo corruptam in coniugem, & rursus, utrum cum bigamo liceat dispensari.

Quæstio.

¶Circa hęc multi doctores non scribunt de bigamia. Bonauentura uerò breuiter scisciat circa textũ, an ducens in uxorem eã, q̃ ab alio marito est relicta non cognita, bigamus sit censendus. Et respõdet, quòd non, quia diuidit carnem suã, nec uxor diuisit, imò si religionẽ introeat, cõsecratur ut uirgo. Verũtñ Pelagius Papa, & Magister in litera uidentur sentire oppositum. Ad quod respondet, quòd ipsi loquunt ẽm iuris rigorem, non pp obstaculum, quod sit ex parte sacramenti directè. Vnde ẽm noua iura iam non tenetur, prout libro primo de bigamis nõ ordinandis habetur. Et si obijciatur de contrahente cum uirgine, & matrimonium illud consummauit, postmodumq; contraxit cum alia, quam non cognouit, quod bigamus iudicatur: dicendum, quòd hoc non est propter defectum sacramenti, sed quia contra ipsum præsumitur de incontinẽtia, sicut diaconus, qui contraxit cum secunda in diaconatu, intellige, quòd contraxit de facto, quia de iure non potuit, & cum opere subsequuto punitur ut bigamus, cum tamen secundum non fuerit matrimonium.

Obiectio.

Albertus.

¶Porrò Albertus de his scribit prolixe, cuius scripta in uerbis Thomæ continentur compendiosè, iõ breuitati studens ea inducam. Itaq: ait bigamia causat irregularitatem, in quantum tollit perfectam significationem matrimonij, quæ consistit in coniũctione animorum per consensum, & in coniunctione corporum, ideo ratione utriusque oportet esse bigamiam, quæ causat irregularitatem. Hinc Decretalem Innocentijs papæ abrogatur, quòd Magister ait in litera; dicens, quòd solus consensus per uerba de p̃ti in secundum, sufficit ad irregularitatem causandam. Contrahitur aũt irregularitas in secundis, duobus modis bigamiæ; ut cum quis habet simul duas uxores, uel successiuè unam de iure, aliam de facto. Itẽ si ducat non uirginem. Nã quamuis in altero non sit matrimonium, est tñ ibi quædã matrimonij similitudo, quæ non est in fornicario, & adulterino concubitu. Sed obijci potest, quia contingit q̃ aliqs antequã cognoscat carnaliter illã, cum qua de iure contraxit, contrahat cũ alia de facto, & eam cognoscat, prima uiuẽte, uel mortua, & ita ꝺxit cũ pluribus de iure, aut facto, nec tñ est irregularis. Dicendum, quòd in tali casu non reputatur huiusmodi bigamus; qm̃ primum matrimonium non habuit suam perfectam significationem: tamen si per iudiciũ ecclesiæ compellatur ad primum redire, primam cognoscendo, statim efficitur irregularis, quia irregularitatem non semper facit peccatum, sed quandoque imperfectio significationis. Præterea in coniunctione Christi, & ecclesiæ unitas ex utraque parte inuenitur, ideo siue diuisio carnis inuenitur ex parte uiri, siue ex parte uxoris, defectus est sacramenti, diuersimode tamen, quia ex parte uiri requiritur, quòd aliam non duxerit in uxorem, non quòd ipse sit uirgo, sed ex parte uxoris requiritur, quòd ipsa sit uirgo: cuius ratio à Decretistis assignatur, quia episcopus significat ecclesiam militantem, cuius curam gerit, in qua sunt multæ corruptiones. Sponsa uerò significat Christum, qui uirgo fuit, ideo ex parte sponsę requiritur uirginitas, non ex parte sponsi, ad hoc, quod aliquis episcopus fieri possit. Verum hæc ratio est directè contra Apostolum, dicentem: Viri, diligite uxores uestras; sicut & Christus ecclesiam, ex quo apparet, quòd uxor significat ecclesiam, & sponsus Christum. Et item, quia uir caput est mulieris; sicut, & Christus ecclesiæ. Hinc alij dicunt, quòd per sponsum significatur Christus, per sponsam ecclesia triũphans, i qua nulla est macula. Christus autem primò habuit synagogam quasi cõcubinam, & ita non tollitur aliquid de perfectione significationis sacramenti, si sponsus prius habuit concubinam. Sed istud est ualde absurdum: quoniã sicut una est fides antiquorum, & modernorum, ita, & una ecclesia. Idcirco dicendum, quòd in illo sacramento causat irregularitatem. Corruptio autem carnis extra matrimonium, quæ ipsum præcedit, nullum defectum facit in sacramento ex parte illius, in quo est corruptio, sed ex parte alterius: qm̃ actus contrahentis matrimonium non cadit super seipsum, sed super alium, idcirco specificatur ex termino, qui est respectu illius actus quasi materia sacramenti. Vnde si mulier esset ordinis susceptiua, si cut uir efficitur irregularis ducendo corruptã, non non quia corruptus contrahit: ita mulier sumendo corruptum in conthoralem, non ex hoc, q̃ corrupta contraheret, nisi in alio matrimonio prius corrupta fuisset. ficq; patet, cur uir bigamus corruptã ducendo in coniugem. Sed his obijci põt, primò, quia si quis aliquam defloruit, & postmodum sumat eam in coniugem, corruptam accipit in uxorẽ: non tamen est irregularis: qm̃ carnem suam non diuisit in plures. Secundò, si quis sumat corruptam in conthoralem, quam æstimat uirginem quæritur an fiat irregularis, uidetur, quòd imò ex dictis. Oppositum tamen probatur: quoniam nemo efficitus irregularis inuoluntarius. Respondẽdum ad pri

Obiectio.

mum,quòd in tali casu sunt opiniones diuersæ,pba biliùs tñ est,quòd non fiat ex hoc irregularis,quoniã carnem suam non diuisit in plures. Ad secundũ quod irregularis,non est pœna inflicta,sed defectus ad sarm,ideo põt homo eam incidere inuoluntariè, propterea,qui uxorem ducit corruptã,quam uirginem credit,irregularis efficitur dum eã cognoscit.

¶Porrò si post matrimonium contractũ mulier fornicetur, non efficitur ex hoc vir irregularis, nisi post corruptionẽ illius adulterinã,iterato eã cognoscat;aliàs uxoris corruptio nequaquã cadit sub actu viri matrimoniali,imò ẽt si ante condẽnationẽ adulterij compellatur mulieri debitum reddere, siue p ius,siue ex propria sciẽtia,uxore id postulante effi ciẽ irregularis,ut pbabilior tenet opinio, qa in isto non quæritur quid culpa, sed significatio tantum.

¶Circa hoc quæritur, an bigamia per baptismũ tollat.Dicendũ,quòd baptismus aufert peccata, nõ tollit cõiugia.Cũq; irregularitatis sequat coniugiũ, Hierony. non tollitur per baptismum.De hoc tñ fuit inter sanctos doctores Hieronymum, & Augustinum dissensio,dicente Hieronymo super epistolam ad Titum: Si quis ante baptismũ plures habuit uxores,uel unã ante aliã, post non efficit irregularis: qm bigamia Augustin. soluitur per baptismum.Contra quod loquit Augustinus:Auctius intelligunt,qui nec eũ,q catechumenus,aut paganus habuit alteram,ordinandum dixerunt,quia de sacramento agitur,nõ de peccato. Vñ, & iterum potestatur:Fœmina si catechumena, vel pagana fuerit uitiata, non potest post baptismum inter virgines Dei uelari,ergo,nec is,qui ante baptismũ bigamus est,post baptismũ potest ordinar.Nec enim per baptismũ recuperatur diuisio carnis,sicut nec ipsa virginitas,nec baptismus ordinat ad hoc, sicut ad culpam tollendam.

¶Insuper cum bigamis potest dispensari, ut ad ordines promoueantur,Bigamiæ namq; non est irregularitas,annexa de iure naturali, sed positiuo, nec est de essentialibus ordinis ordinandus,non sit bigamus imò accedat,characterem recipit.Hinc pa Bigamia& omnis irregularitas dispensatur ad ordines. Tit. 4. pa potest in tali irregularitate dispensare totaliter. Episcopus uerò quantum ad ordines minores, atque(ut aliqui dicunt)etiam, quo ad ordines maiores,circa eos, qui uolunt religionem intrare, ad uitandum religiosorum decursum. Vnde, & Lucius Papa dispensauit cum Panormitano episcopo, qui fuit bigamus.Veruntamen obijci potest: quoniam extra de bigamis dicitur:Cũ clericis,qui quantum in ipsis fuit, secundas sibi nuptias coniunxerunt, nõ liceat dispensare,sicut necque cum bigamis.Præterea contra ius diuinum dispensare non licet. Sed Apostolus ait,Oportet episcopum unius uxoris uirum esse.Et respondendum ad primum, quòd per illam decretalem ostenditur eadem difficultas dispensandi esse cum illis clericis, qui de factu cum pluribus contraxerunt, ac si de iure contraxissent, non quod simpliciter subtrahatur Papæ potestas dispensandi in talibus.Ad secundum,quod contra ea, quæ sunt iuris diuini, non dispensatur, quo ad illa, quæ etiam sunt de iure naturali,& quantum ad ea, sunt de necessitate sacramentorum,ac fidei.In alijs uerò,quæ sunt de institutione apostolorum,id licet, cum ecclesia nunc habeat eandem potestatem statuendi,ac destituendi,quam tunc habuit per eum, qui in ecclesia tenet primatum:Et si rursus obijciatur,quod significatio essentialis est sacramento, & illa per bigamiam auferturi:Dicendum, quòd non quælibet signicatio essentialis est sacramento,sed illa,quæ ad officium pertinet sacramenti, & illa per irregularitatem non tollitur.Hæc Tho.

Albertus. Bigamiam quatuor contrahi modis.

¶Præterea Albertus circa hæc addit: Bigamia secũdum antiquos est diuisio unius in plures uxores. Dr autem bigamus,à bis,& gamos,quòd in greco significat mulierem.Notati sunt autem in iure quatuor modi,quibus contrahitur bigamia: Primus, dum quis successiuè duas ducit uxores, quas ambas cognoscit carnaliter,& istè modus est principalis.Secundus est,qñ duas habuit simul unam de facto,alterã de iure.Tertiùs,qñ unam habuit de iure, illaq; mortua,secundam ducit de facto, non de iure.Quartus,qñ quis contrahit cum corrupta.Est isti Genesa. sunt modi minus principales dicti,per accessum ali quem ad primum modum,secundum quod diuersimode priuari potest unicus, & unius. Aut enim priuatur per similitudinem sacramenti,aut sine similitudine tali.Si cum similitudine, aut successiuè, aut sine successione.Si sine successione,est secũdus modus bigamię,qui imitatur Iamech.Si cum successione, est tertius casus,qui imitatur secundas nuptias; quamuis non habeat existentiam,seu ueritatem earum:sicut id,quod est de facto imitatur id,quod est de iure.Si uerò sit sine similitudine sacramenti matrimonij,quod est inter duas successiuè in primis, & secundis nuptijs,sic est quartus modus. Hæc Al- Richard bertus,qui alia multa utilia de his scribit, & casus tangit diuersos,qui queri possunt in eo.

¶Richardus quoq; hic aliqua addit: Triplex est inquiens,matrimonij significatio. Vna est significatio unionis diuisibilis inter Deum, & animam per charitatem.Alia est significatio unionis indiuisibilis inter naturam humanam, & filij Dei personam. Tertia est significatio indiuisibilis unionis inter Christum,atque ecclesiam.Prima vnio significatur per matrimonium non consummatum. Aliæ duæ per matrimonium consummatum,non, quod ipse concubitus eas significet,sed consummatio matrimonij,quæ est per actum illum. Cumque uni soli personæ diuinę sit unita una sola natura humana, & uni Christo una tantum ecclesia,ideo consumatio matrimonij cũ pluribus,& ducere corruptam ab alio,deficiunt à significationibus istis,& irregularitatẽ inducunt.Contrahit aũt irregularitas bigamiæ in casibus multis,utpotè in quatuor nunc ꝓdictis.Quintò dũ quis,ꝑhit cũ uidua à priori marito ognita,& eam cognoscit.Sextò,dum ꝑhit matrimoniumque consumat cum corrupta ab alio,siue hoc sciat contrahens,siue non. Septimò, quando propriam uxorem, postquam ab alio cognita est siue hoc sciat,siue non.Hęc Richardus.

Bigamię contrahũdæ modi alij tres.

Henricus Quæstio.

¶Concordat Petrus.Durandus,aliiq; cõmuniter.

¶Deniq; circa præhabita aliqua quærit Henricus quotlibeto quinto,& sexto,Primũ est, utrũ clericꝰ celebrato matrimonio per verba de ꝓsenti,sed non dũ consummato,si postea ꝓmoueat in sacerdotẽ, possit debitũ reddere uxori petẽti,aut petere ab ea illum.Rñdet,In hac quæstione,& cõmilibus est aliquid considerandũ,quòd pertinet ad naturã matrimonii,& similiter sacri ordinis, inquantum pertinet ad ius diuinum,institutionemq; Christi, quòd per se pertinet ad considerationem theologi. Aliquid quoq;,quod petinet ad obseruantiam eius accidentalẽ,inquantũ pertinet ad ius humanũ& institutionem hominis puri,quod per se ad considerationem pertinet Canonistæ.Quantũ aũt est ex natura matrimonij scdm qđ est institutũ à Chro, nulla est repugnans actus matrimonialis post ordines sacros susceptos,neq; ordinis suscipiendi post matrimoniũ iã contractũ. Ideo clericus talis quantum est

est ex natura institutionis matrimonij, à Christo, posset debitum reddere,& petere.Si ergo in aliquo sit impedimentum,ne ualeat reddere,hoc prouenit ex aliqua institutione ecclesiæ.Quo circa sciendum, quod quandocunque ecclesia circa aliquid statuit aliqua, utendum est eo ſm modũ,quo ius commune diuinum ipso uti permittit.Cumq; in proposito ecclesia nihil statuerit, nisi quod castitatis obseruantia ordinibus sit annexa,non autem,ꝙ eorum susceptio separet matrimonium priùs contractum,nondum per copulam consummatũ,sicut hoc patet de religionis ingressu:Idcirco tenendum,ꝙ talium matrimonium non separeretur per sequentem ordinũ susceptionẽ: & stante matrimonio,mulier non dẽt per factum uiri suo iure priuari. Ideo dico ꝙ uir talis aut tenetur religionem intrare,ut sit absolutus à muliere,& ipsa queat alteri nubere: aut tenetur mulieri petenti debitum reddere: qm obligatio uiri ad castitatẽ per ordinum susceptionẽ,non debet iuri fęminę in aliquo ꝓiudicare,nisi forte posset illi obijcere fornicationem carnalem,aut spiritualem sed, qa ordinibus sponte susceptis ad castitatem se obliga uit iuxta statutum ecclesiæ,ideo quantũ in se est ca Quæstio. stitatẽ debet seruare, nec debitum petere ab uxore.

¶Insuper respondendo ad istud,utrum matrimonium in facie ecclesiæ ritè, ac solenniter ꝓctum,ualeat solui per religionis ingressum:Sacramento, ait, ecclesiæ est utendum secundum modũ,quo a Chri- Matt. 19. sto sunt instituta.Circa dissolutionem aũt matrimonij,quantum ad thori separationem,habemus Christi statutum,dicentis:Omnis qui dimittit uxorem suam fornicationis causa excepta. Et circa istã dissolutionem ecclesia non statuit aliam causam, sed sólum exponit sicut Christus hoc intellexit;prout hoc Christus reuelauit per spiritum sanctum Apostolis ipsi tenuerunt in suis obseruantijs, quamuis non redigerunt in scriptis.

Religiõis. ingressus ante copulam admittitur. Hieronym.

¶Circa dissolutionem uerò quantum ad matrimonij uinculum non habemus in scriptis Chri statutum: sed obseruantiam ecclesiæ ab apostolis descendẽtẽ,per consuetudinem obtinuimus,quod sicet per religionis ingressum uir mulierem ante copũlam dimittere poterit.Nam & Christus sic credi tur usus. Dicit ꝙppè Hieronymus in prologo super Iohãnem,quod Christus Iohannem à nuptijs reuocauit.Cumq; matrimonia ex natura rei effic aciam non habeãt inquantum matrimonia sunt, sed solũ ex institutione diuina:& Christus sicut instituit cõiungi per consensum animorum, sic etiam statuit per animorum, dissensum posse dissolui, dummodo non sit ultra processum,& hoc in casibus ab ecclesia instituendis, licet forte sit aliquis alius,quàm religionis ingressus: & sic potius credo, quod uinculum matrimonij oomnin dissoluitur per ingressum religionis, quàm quòd maneat, quod tamen ponere nõ oporter.Posset etenim dici,quòd iste est unus casus separandi thorum ante copulam quemadmodnm fornicatio post copulam. uinculo utrobique manente, & quod separatione facta ante copulam,liceat alteri nubere,non autem post copulam: & quod hoc non ex natura rei, sed instituto Dei.

¶ Præterea 6.interrogat.Quodlibeto:Vtrum homicida ante baptismum possit post baptismum promoueri ad ordines,Ad quod respondendo, multa pulchra inducit,discutiendo cur bigami ante baptismum magis ab ordinibus repelluntur etiam post baptismum, quàm homicidæ ante baptismum etiã post baptismum, quod(ut ait) non est ratione enormitatis bigamiæ,sed ex significatione, & sacramenti defectu, Itaque ait: ad quæstionem breuiter dico,quòd quantum est de iure diuino, homicida ante baptismum,& post promoueri potest, sed quantum est de iure humano, & statuto ecclesiæ, solummodo ante baptismum existens homicida,põt post baptismũ promoueri. Hæc Henricus.

¶ Verum ad ultimum istud quæsitum loco opportuniori plenius poterit responderi.Quod item dixit Henricus matrimonium nondum cosummatum, posse dissolui per solum animorum dissensum,non uidetur admodum certum,nec præhabitis consonum.

Si consensus de futuro cum iuramento faciat coniugium.
Distin. XXIII.

HIc queri debet utrum consensus de futuro,addito etiam iuramento, coniugium efficiat:ut si quis promittat uel etiam iuret alicui se usque ad tempus placitum illam ducturum,& illa promittat,uel iuret,se illi nupturam,nunquid talis sponsio eos coniuges facit?Si mutato proposito alter,uel uter; ad alienam copulam transit, nunquid ob priorem sponsionem iuramento subnixam, secundę fœderationis pactum scindetur? Considera, quia longè aliud est promittere,& aliud facere. Quit promittit,nondum facit. Qui ergo promisit se in uxorem ducturum aliquam nondum eam duxit uxorem: & quę spopondit se nupturam, nondum nupsit. Quomodo ergo coniuges appellari,possunt,qui nondum contrahunt sed in fururo se contracturos iurando promittunt? Item: Si ex iuramenti ad futurum pertinentis,mox efficiuntur coniuges,cur iurant in futuro se facturos, quod in præsenti efficiunt? Item:Si ex quo iurant mox efficiuntur coniuges, tunc rem hanc efficiunt, quàm iurant se facturos. Ideo dico, quòd coniugium non fuit, sed futurum promittitur.Si uerò ille,post uxorem dixit,& illa merito nupsit:coniugium utrinque fuit,& non potest dissolui.Præcedens ergo mendacium,uel periurium, pœnitentia est corrigendũ sed coniugium sequens non est dissoluendum.Non autem sic est quando iuramentum coniugij præsentis consensus attestatione firmatur: quia post talem consensum si quis alii se copulauerit,etiam si prolem procreauerit,& irritum debet fieri, & ipse ad priorem copulam reuocari.

Quæ

Quæ videntur obuiare præmissis.

Præmissæ autem sententiæ vr̄ obuiare illud quod leges tradunt. Si quis tactis diuinis scripturis iurauerit mulieri se eam legitimam uxorem habiturum, uel etiam si in oratorio tale sacr̄m dederit, sit illi legitima uxor: quamuis nulla dos, nulla alia scriptura interposita sit. Sed hoc ostenditur quid fieri vel esse debeat, non quid tunc fiat. Non.n. per illud iuramentū tunc fit uxor, sed fieri debet, quia iuratum est. Potest & de illo iuramento hoc dictum intelligi: ubi de pręsenti consentiunt, ac se inuicem suscipiunt. Illi etiam sententiæ, qua dictum est solum consensum facere coniugium, videtur obuiare quod Euaristus Papa ait. Aliter legitimum non fit coniugium, nisi ab his, qui super fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, uxor petatur, & à parentibus sponsetur, & legibus dotetur, & à sacerdote, ut mos est, benedicatur, & a paranymphis custodiatur, ac solenniter accipiatur. Item. Ita legitima scitote esse cōnunbia aliter uerò pręsumpta, non coniugia, sed adulteria uel fornicationes sunt: nisi uoluntas propria suffragata fuerit, & uota succurerint legitima. Hoc autem non ita intelligendū est, tanquam sine enumeratis non possit esse legitimum coniugium, sed quia sine illis non habet decorem, & honestatem debitam. In huius enim sacramenti celebratione sicut in alijs, quædam sunt pertinentia ad substantiam sacramenti: ut consensus de præsenti, qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium. Quædam uerò pertinentia ad decorem, & solenitatem sacramenti, ut parentum traditio, sacerdotum benedictio & hmōi, sine quibus legitimè fit coniugiū quantū ad uirtutē, non quantū ad honestatē sacri. Sine his ergo non quasi legitimi coniuges, sed quasi adulteri, uel fornicatores conueniunt: ut illi qui clanculo nubunt, & utique fornicatores essent, nisi eis suffrageretur uoluntas uerbis expressa de præsenti legitimum, quæ inter eos facit matrimonium. Nā & consensus occultus de præsenti per uerba expressus, coniugium facit licèt, non sit ibi honestus contractus. Sed matrimonium non sanxit consensus qui in occulto fuit. Si enim alter alterum dimiserit, non cogitur iudicio ecclesię redire, & cōmanere quasi cū coniuge, quia non potest probari testibus contractus, qui in occulto est factus. Quòd si ipsi, qui occulto sibi consenserūt, eundem consensum uoluntariè in manifesto profiteātur: tunc utique propria uoluntas suffragatur, & legitima uota succurrunt ad sanciendum coniugium, quod priùs occultè fuerat contractum. Voluntas ergo uerbis expressa in occulto, ad hoc suffragatur, vt fiat coniugium: manifestè vero expressa suffragatur, vt sanciat, & roboret, ac liberum sit ecclesiæ de hoc iudicare, si expedierit.

30.q.5.ca. Aliter.

Quæ ad necessitatē, quæ ad decorem pertineant sacramenti.

De qua re sit consensus ille, an de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.

Hic quæritur, cum consensus de præsenti matrimonium faciat, cuius rei consensus sit ille, an carnalis copulæ, an cohabitationis, an utriusque. Si cohabitationis consensus matrimonium facit, tunc frater cum sorore, pater cum filia potest cōtrahere matrimonium. Si carnalis copulæ, tunc inter Mariam, & Ioseph non fuit coniugium. Proposuerat enim Maria in uirginitate manere, nisi Deus aliter facere iuberet: secundum quod videtur angelo dixisse: Quomodo fiet istud: quoniam uirum non cognosco? id est, me non cognituram proposui. Neque enim quia uirum tunc non cognoscebat, necesse erat inquiri quomodo posset habere filium, sed quia se nunquam cognituram proposuerat. Dicit enim Beda, quod in uirginitate manere disposuerat. Si ergo contra suum propositum, post consensit in carnalem copulam, videtur facta uoti rea mente, etsi non non opere uiolata. Dicamus ergo, quòd consensus cohabitationis, uel carnalis copulæ non facit coniugium, sed consensus coniungalis societatis uerbis secūdum pręsens tempus expressus, ut cum uir dicit: Ego accipio te in meam, non in dominam, non in ancillam, sed in coniugem.

17 q. 2. ca. Sufficiat.

Aug. li. de sancta uirginitate c. 3. Luc. 1.

Beda. sup. Luc. ca 3.

Quia enim nō ancilla uel domina datur, ideo nec de summo, nec de imo à principio formata est, sed de latere uiri ob coniugalem societatem. Si de summo fieret, ut de capite, videretur ad dñationem creata. Si uerò de imo, ut de pedibus, videretur ad seruitutem subijcienda. Sed quia nec in dominam, nec in ancillam assumitur, facta est de medio, id est, de latere: quia ad coniungalem societatem assumitur. Cum ergo sic conueniunt, ut dicat vir: Accipio te in meam coniugem: & dicat mulier: Accipio te in meum uirum. His uerbis uel aliis idem significantibus, exprimitur consensus non copulæ carnalis, uel cohabitationis corporalis, sed coniungalis societatis, ex qua oportet eos cohabitare, nisi forte causa religionis pari uoto corporaliter separentur, uel ad tempus, uel usque in finem.

Quare de latere uiri facta sit mulier. Gene. 2.

Circa

Circa prehabita mouetur hic quęstio duplex. Dictum est enim, quòd cōsensus mutuus contrahentium sit matrimonij causa. Quæritur ergo, an consensus de futuro, præsertim uoto seu iuramento firmatus, matrimonium faciat. Et ostenso, quòd non inquirit in quid seu, de quo sit consensus ille mutuus per uerba de præsenti expressus, qui matrimonium facit. Discutit quoque an consensus mutuus per uerba de præsenti in secreto expressus matrimonium uerum constituat.

QVAESTIO I.

Hic quæritur, *An ad matrimonium cōtrahendū necessario exigatur expressio mutui consensus publica, seu solemnis hoc est, in facie seu conspectu ecclesiæ, & consensus in copulam carnalem, seu societatem coniugalem, & quid sit illa societas.*

¶ Sed ad ista pro maxima parte iam ante responsum est. Et arguitur primò, quòd non requiratur expressio mutui consensus per uerba de præsenti: Primò: qm̄ sufficit expressio talis consensus per uerba de futuro, carnali copula subsequente. Secundo, nil fortiùs ligat, quàm uotum seu iuramentum, cum dicat Apostolus. Quod finis, & determinatio omnis controuersiæ sit iuramentū, si ergo carnalis copula superueniens expressioni mutui consensus per uerba de futuro, ad matrimonij ueritatem sufficiat, multo plus iuramentum superueniens, erit sufficiens Tertiò, hoc est iuris diuini, seu iussio Dei, ut iuramentum impleatur, estque ingratum spiritui sancto quicquid ei offertur, neglecto illo, ad quod quis tenet. Qui ergo ɔ̄xit cū aliqua p uerba de futuro tenetur illam accipere, ac uia iuris ad hoc compellendus est, quantumcumque potestate contrahat cum alia per uerba de præsenti, Quartò tres sunt comites iuramenti, seu uoti secundum Hieronymū qui sunt iudicium. i. discretio, ueritas, & iustitia: & quicquid contra hęc, aut contra aliquid horum trium promittitur, aut iuratur, irritum est, nec tenet sed hoc est contra discretionem atq; iustitiam, aliquam accipere in suam per uerba de pręsenti cum quacunq; promissione, aut iuramento contra promissionem alteri factam per uerba de futuro: ergo non obligat, nec est implēdum. Quintò matrimonia calndestina ab ecclesia prohibentur, & reprobantur ergo non tenent.

Bernard:

Iuramenti comites tres.

Bonauen.

¶ In oppositum sunt, quę habentur in litera. ¶ Ad Hæc Bonauent. respondet. Consensus non facit matrimonium, nisi exprimatur. per uerba de præsenti. Quia si exprimatur per uerba de futuro, non est consensus tunc: ideo non est matrimonij contractio, sed obligatio ad agendum. idcirco uocantur sponsalia quæ tunc firmantur, quando simplici promissioni additur iurameutum, & secundum iura cogendus est, ut mulierem accipiat in uxorem, nisi aliquis interueniat casus, qui soluat sponsalia. Si autem carnalis superueniat copula, matrimonium est, quamuis animo constuprandi mulier cognoscatur, præsumitur enim, quòd eam tanquam uxorem cognoscat, ne commodum de sua reportet malitia. Verum tamen si uir in eam legitimè non consentit, imo ut meretricem cognoscit, non est secundum ueritatem matrimonium. Attamen quoniam coitus ille ex præcedenti sponsione est, probabile signum est matrimonialis consensus: estque matrimonium secundum iudicium ecclesiæ, & consulendum est tali, ut de nouo consentiat, & debitè sumat in suam, per efficacem, & debitam formam uerborum. Hæc Bonauentura.

¶ Qui enim sciscitatur utrum consensus conditionatus faciat matrimonium. Et respondet. Consensus conditionatus si fiat per uerba de futuro, iudicari habet sicut consensus de futuro. Ideo sicut consensus de futuro non facit matimonium, sed desponsationem, seu sponsalia, ita, nec talis consensus conditionatus. Sed attendendum, quòd conditio, aut apponitur per modum pœnæ, aut ut determinatio contractus. Si per modum pœnæ nullius est uigoris. quoniam matrimonia debent libera esse, nec tenetur quis ad huiusmodi pœnam, ut si dicat, Promitto contrahere tecum sub pœna centum marcarum, non tenetur ad illam pœnam quamuis non contrahat secum. Si uero opponitur, ut determinatio contractus siue consensus, distinguendum est, quia aut conditio est honesta, aut inhonesta. Si honesta, stant sponsalia, &c. ut dictum est paulo ante. Si autem consensus fuerit per uerba de præsenti, aut conditio apposita, est præterita, aut p̄sens, aut futura. Si præterita, accipio te in meā, si pater tuus est mortuus: vel de præsenti, ut accipio te in meam si uirgo es: sic stante conditione, stat matrimonium. Si autem conditio est in futuro, aut est de futuro, necessariò, ut accipio te in meā, si sol cras oriatur, sic est matrimonim, si de contingenti, non est matrimonium, quia consensus dependet ex futuro, sicut ipsa conditio, nisi carnalis copula subsequatur, quia per eam intelligitur à conditione apposita recesisse.

Quæstio.

Matrimoniū conditionatum qñ ligat.

Quæstio.

¶ Ampliùs quærit, an consensus tacitus facit matrimonium. Ad quod iam satis patuit, quòd non. Quærit etiam an consensus expressus per uerba de præsenti in occulto, uerum matrimonium facit. Ad quod respondet, sicut in textu habetur, quod imo. Et obiecta soluit sicut Magister in litera.

Quæstio.

¶ Postremò inquirit, in quid sit ille consensus contrahentium legitimè per uerba de præsenti. Ad quod respōdet quorūdam fuisse opinionem, quòd in copulam carnalem, quod reprobat sicut Magister qui sic inter beatissimam uirginem, & sanctum Ioseph non fuisset matrimonium uerum. Aliorum ergo opinio fuit, quòd necesse est consentire in copulam carnalem. non in particulari, sed in uniuersali, nec explicitè, sed implicitè. Necesse est enim consentire in copulam coniugalem, quæ continet quatuor in se utpotè cohabitationem, obsequium mutuum, mutuam corporum potestatem, copulamque carnalem, sed istud non sufficit quoniam gloriosissima, & prælectissima uirgo sciuit legem coniugum; & angelo respondens, cogitauit de coniugalium actu: aut ergo consensit, aut disensit: Si consensit, ergo in copulam absolutè consensit, quod fuit contrarium eius uoto. si disensit, ergo nec in gñali, neque in speciali. Tertia opinio est, qđ oportet consentire carnalē in copulā absolutè, uel sub conditione, videlicet nisi Deus aliter disponat uel aliter rei placuerit, & sic consensit sacratissima uirgo, ut Augusti infra distinctione 30. fatetur. Sed certè omnis, qui rectè consentit, ita consentit. Et rursus, consensus matrimonium faciens, est absolutus, non conditionatus, præsertim dum conditio non stat. Deus autem nolebat præstantissimam uirginem uiro misceri. Idcirco dicendum, quod consensus matrimonium faciens, est consensus in mutuam suorum corporum potestatem. Et hoc sonāt uerba, cum dicunt, accipio te in meam, & accipio

Quæstio.

Luc. 1.

Augustin.

te

te in meum. Et sic cõsenserũt felicissima uirgo, & Ioseph. Veruntamẽ aliter datur potestas corporis in contractione matrimonij, aliter in eius consummatione. Nempè in ista contractione sic datur uni, ut neque at illo uiuente alteri dari ficque detur conthorali, ut habeat ius petendi, & teneatur reddere petenti, nisi moriatur mundo per uotum solemne castitatis, aut religionis ingressum. Quoniam ergo deificatissima uirgo, uel diuina inspiratione, aut forsan ipsius Ioseph relatiõe, nouit, quòd ipse Ioseph nunquam uellet uti potestate illa in corpus uirginis summæ, sed potius eius uirginitatem fideliter custodire, ideo potuit dignissima uirgo sè illi committere. Nam sciebat quòd si ille uelet exigere: quod ipsa suum uotum publicando posset cõtrairè. Et si uolumus istam mutuam corporum potestatem uocare copulam coniugalem, sic uirgo purissima consensit in copulam, sicut & omnes nubentes. In consumatione uerò matrimonij, transfertur potestas ista omnino, ita quòd nec priuatio neque solemni uoto possit petendi debitum denegare. Sic ergo sapientissima uirgo consensit matrimonium contrahere, sed certa fuit, quòd nunquã consummaret: & hoc spiritus sancti reuelatione vel Ioseph relatione, aut confidebat de sui uoti publicatione. Et hoc tangitur in libello quę transtulit sanctus Hieronymus de natiuitate incomparabilis, ac unicæ uirginis, qui quamuis appocryphus sit, multa tamẽ ueerissima continet. Hæc Bonauentura.

Hirony.

Thomas Aquinas.

¶ Concordat his Thomas. Iuramẽtum, inquiens adhibetur ad confirmationem dictorum. Ideo iuramentum illud solum confirmat, quòd in dictis significatur, nec mutat significatum. Cumque uerba de futuro ex sua significatione habeant, q̃ non faciunt matrimonium, idcirco iuramento adhibito faciunt illud.

In matrimõio duo cõsideranda.

¶ Insuper de matrimonio possumus loqui dupliciter. Primò quo ad forum conscientiæ, & ita in ueritate copula carnalis non habet, quod matrimonium perficiat, cuius sponsalia præcesserunt p uerba de futuro si interior desit consensus, præsertim cum, nec uerba de præsenti matrimonium facerent, si consensus deesset interior. Secundò, quãtum ad iudicium ecclesiæ. Cũmque in exteriori iudicio iudicetur secundum ea, quæ foris apparent cum nil possit expressiùs significare consensum, quàm copula carnalis ideo secundum iudicium ecclesię copula carnalis consequens matrimonium cõplet, nisi expressa appareant signa doli, aut fraudis. Etenim secundum iuris interpretationem consentit in matrimonium, qui post sponsalia sic admiscetur dispensatæ. Quòd si sponsalia consensum admittit credens eum uelle matrimonium esse, & illud consummare, excusatur à culpa, nisi expressa appareant signa fraudis, ut sunt magna distantia in nobilitate, opulentia &c. & consimilibus. Attamen sponsus peccat in fornicando, & plus in fraude, quam facit.

¶ Insuper consensus in occulto per uerba de p̃senti, facit matrimonium quantum ad ea, quæ sunt de eius essentia, non quantum ad pertinentia ad eius solemnitatem. Prohibentur autem clandestina matrimonia, propter pericula, quæ inde prouenium, quia frequenter in eis est fraus ex altera parte, & sæpe ad alia coniugia transeunt, dum pœnitent de his, quæ subito facta sunt. sed, & turpitudinis speciem habent.

Matrimonia clãdestina quare prohibita.

¶ Præterea consensus, qui matrimonium facit, est consensus in ipsum matrimonium quia effectus proprius uoluntatis, est ipsum uolitum. Vnde sicut se habet carnalis copula ad matrimonium, ita consensus, qui matrimonium causat, est in carnalem copulam. Matrimonium autem (ut dictum est) non est essentialiter ipsa carnalis coniuctio, sed associatio quædam uiri, & uxoris in ordine ad copulam illam, atque ad alia, quæ ex consequenti spectant ad uirum, & coniugem, secundum quod eis datur potestas in inuicem respectu copulæ carnalis. Et hæc associatio, coniugalis copula nominatur. Vnde patet, quòd rectè dixerunt, dicentes, quòd consentire in matrimonium est consentire in copulam implicitè, non explicitè. Non enim d3 implicitè imtelligi, sicut implicitè, continentur effectus in sua causa: quia potestas carnalis copulæ, in quam consentitur, est causa carnalis copulæ sicut potestas vtendi re, est causa usus. Hæc Thomas in Scripto.

Richardus

¶ Idem Petrus. Et concordat Richardus, qui etiam de matrimoniis clandestinis ait, Matrimonium clandestinum tripliciter dicitur. Primò, quod contrahitur sine præsentia testium. Secundò, quòd contrahitur, non adhibitis solemnitatibus consuetis, quamuis in præsentia testium sit contractum. Tertiò, quando fit sine denunciatione præmissa. Quod autem claudestinum est primo modo, quamuis sit verum matrimonium secundum Dei, & conscientiæ iudicium, non tamen iudicatur uerum ab ecclesia, quæ & iudicat secundum probata, & allegata. ideo si quis talis postea cum alia persona contrahit in facie ecclesiæ, præcipitur cum illa alia habitare, & prohibetur ei accessus ad primam: cui tamen præcepto obedire non deberet, quantum ad carnalis debiti redditionem: quoniam magis obediendum est iuditio Dei, & conscientiæ, quàm ecclesiastici iudicis, qui secundum præsumptiones iudicat. In quibus tamen obedire posset ecclesiæ sine peccato, ut in subuenendo illi mulieri in necessarijs uitæ, si illa indigeat, & ipse tam illi, quàm alij mulieri posset sufficere.

¶ Insuper, ad contrahendum matrimonium non est necessarius consensus explicitè in id, quod non est de essentia matrimonij, & tale est copula carnalis. quia contracto matrimonio, si coniugati uoto concordi perpetuè continent, adhuc inter eos est matrimonium uerum. Veruntamen cum in essentia matrimonij contineatur copula carnalis sicut usus in potestate ordinata ad usum, non necessariè: sed uolũtariè: iõ aliquo mõ ĩplicitè requirit consensus in carnalem copulam ad matrimonium contrahendum, inquantum ad hoc necessarius est consensus mutuus in translationem corporis unius in potestatem alterius coniugis, quantum ad concubitum coniugalem, sed hoc non est consentire in carnalem copulam explicitè, neque implicitè absolutè, sed implicitè sub conditione, si aliter coniunxuti uoluerit potestate sibi cõcessa. Nihilominus sacratissima uirgo contraxit cũ Ioseph, quoniam ex reuelatione spiritus sancti fuit certificata, quòd Ioseph nunquam ab ea exigeret debitum. Qui autem contraherent cum ista conditione, quòd nunquam sibi debitum reddent, excludunt translationem corporũ suorũ in potestatẽ alterius q̃tũ ad copulam. Et consensus ad illam translationem ad matrimonium requiritur ideo tales non cõtrahere iudicantur. Hæc Richardus.

¶ At uerò Antisiodorensis in Summa sua lib. 3. ita statur, quòd uirgo dignissima consensit incopulam carnalem

carnalem in uniuersali, non in particulari. Quem admodum enim est scire in uniuersali, ita & consentire in vniuersali. Sed istud non apparet, quia consensisset in copulam carnalem, non consensisset nisi in copulam sponsi, seu uiri sui, & ita consensisset in eam in particulari. Verum de hac redicetur pleniùs infra distinctione tricesima.

Coactio excludit consensum coniugalem. Distin. XXIX.

Portet autem consensum coniugalem liberum esse a coactione. Coactus n. consensus, qui nec consensus appellari debet, coniugium non facit, sicut testatur Vrbanus papa, scribens: Sãctio regi Arrogonum in hæc verba. De neptis tuæ coniugio, quam te cuidam militi daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione confirmasti, hoc equitate dictante decreuimus: ut si illa uirum illum omnino, ut dicitur renuit, & in eadem uoluntate persistit, ut uiro illi se prorsus deneget nupturam, nequaquam eam inuitam, ac renitentem eiusdem uiri cogas coniugio copulari. Idem Si uerum esse constiterit, quod nobis legati Iordanis principis retulerunt, s. quod ipse coactus, & dolens, filiam suam nolentem, flentem & pro uiribus renitentem, Raynaldo desponsauerit: quoniam legum, & canonum auctoritas talia sponsalia non approbat, ne ignorantibus leges, & canones, nimis durum uideatur, ita sententiam temperamus, ut si princeps cum assensu filiæ, id quod cœptum est perficere uoluerit, concedamus. Sin autem legatus noster utrasque partes audiat & si nihil fuerit ex parte Raynaldi, quod ampliùs impediat ab ipso Iordane sacramentum, quo constent hęc, quæ dicta sunt accidat: & nos canonum, & legum scripta sequentes, deinceps non prohibemus, quin alii uiro si uoluerit prædicta eius filia tantum in domino nubat. Ex his apparet, coniugium fieri inter consentientes, & spontaneos, non inter renitentes, & inuitos. Veruntamen, qui inuitè, & coactè coniuncti sunt, si postea aliquo temporis spacio sine contradictione, & quærimonia cohabitauerint, facultate discedendi, uel reclamandi habita, consentire uidentur, & consensus ille consequens supplet, quod præcedens coactio tulerat.

Quis consentire dicatur.

Consentire aũt probatur, qui euidenter non contradicit, secundum illud: In sponsalibus eorum consensus exigendus est, quorum in nuptijs desideratur. Intelligitur taptiæ, consensu fiunt contrahentium. Et ideo sicut in nuptijs, ita & in sponsalibus patrisfamilias filiam consentire oportet: quę si patris uoluntati non repugnat, consentire intelligitur.

Summa distinctionis XXIX.

Declarato quid si matrimonium, & qualiter contrahatur, iam declaratur qualiter, & per quæ impediatur. Et primò nunc panditur, quòd coactio illud impediat & quomodo dupliciter sit consensus in aliquid.

QVAESTIO I.

Hic quæritur, *Virum coactio impediat matrimonij ueritatem.*

¶ Quocirca inquirit, q̃d sit coactio, & quotuplex & qualiter cadat in uirum constantem, cum uoluntas tam libera affirmetur, ut nequeant cogi.

Antisiod. Coactio duplex.

¶ Circa hæc scribit Antisiodorensis. In Summa libro quarto. Coactio duplex est, utpotè leuis, & uiolenta: Leuis non impedit matrimonium contrahendum, nec dirimit contractum. Violenta coactio est, quæ generat iustum.

¶ Est autẽ iustus metus, dum quis metuit suæ uitæ potestate maiore, qua ueretur sibi mortem inferri, aut membri mutilationem, aut corporalem seruitutem, uel uiolationem uxoris suæ, aut filiæ. In his quatuor casibus uiolenta coactio impedit matrimonium contrahendum, dirimitq; contractum. Et si obijcias, quia uoluntas coacta (ut ait auctoritas) est uoluntas, ergo & coactus consensus est cõsensus Consensus autem per uerba de præsenti expressus, facit matrimonium; ergo uoluntas, seu consensio matrimonij causa, non impedimentum. Et dicendũ quod coactio uiolenta prætacto modo matrimonium impedit duplici ratione. Primò quia (ut ait Ambr. (matrimõia coacta fines, seu exitus pessimos solent habere. Secunda est propter sacramentum, q̃m matrimonium carnale, sacramentum est spiritualis matrimonij, quod est inter Deum, animamq; fidelem, cui anima coniungitur non timore seruili sed puro, ac spiritali amore, à quo longe est omnis uiolenta coactio. Matrimonium quoque ex tali timore contractum, non est matrimonium verum, imo nec matrimonium sicut homo pictus uel mortuus non est homo. Cum ergo asseritur, q̃ uoluntas coacta est uoluntas, & similiter consensus coactus dicendum, quòd non est simpliciter sic, sed secundum quid: uel intelligendum est de uoluntate, & consensu coactionis leui, & sufficienter. Est autem coactio sufficiens, quæ non cadit in uoluntatem, nec in uirum constantem. Et est coactio insufficiens, seu inducens, aut inclinans, quæ cadere põt in illos Vnde quidam dicũtur coacti Christum negasse: aut perpetrasse. Hæc Antisiodorensis in Summa, partim libro quarto, partim secundo.

Ambros.

Matrimonium carnale sacramẽtum matrimonij spiritualis.

Coactio sufficiens quæ.

Thomas

¶ Præterea Thomas diffusiùs loquens. Duplex est inquit, coactio, seu uiolentia. Vna, quæ facit necessitatem absolutam, & tale uiolentum secundum Philosophum, est violẽtũ simpliciter, ut dum quis

alium

alium impetuosè impellit ad motum. Alia quæ facit necessitatē conditionatam: & hanc appellat Philosophus violentum mixtum, sicut cum aliquis merces proijcit ne mergatur. Et quamuis id, quod in huiusmodi uiolento, non sit uiolentum per se: attamen pensatis circunstantijs particularibus uoluntarium est, cumque actus sint circa particularia, ideo tale opus simpliciter uoluntarium est, atque secundum quid inuoluntarium. Hinc violentia, seu coactio ista potest esse in consensu qui est in uoluntate, non coactio prima. Et quia coactio ista oritur ex hoc, quòd formidatur periculum imminens, ideo ista uis idem est, quod metus, qui uoluntatem quodammodo cogit. Prima verò uiolentia, seu uis cadit ēt in corporalibus actibus. Verum quoniam legislator non solum considerat actus interiores, sed magis exteriores, idcirco per vim intelligit coactionem simpliciter, propter quod uim diuidit contra metum. Verum nunc agitur de consensu interiori, in quem non cadit coactio seu uis, quæ à metu distinguitur. ideo quantum ad propositum pertinet, idem est coactio quod metus. Metus quoque secundum iurisperitos, est instantis, uel futuri periculi causa trepidatio mentis. Ex quibus patet in aliquis consensus possit esse coactus.

Quæstio ¶ Preterea, si queratur, an coactio metus cadat in uirum constantem. Dicendum, quòd metum in aliquem cadere est illum metu cogi. Cogitur quoque quis metu quando aliquid facit ad euitandum aliquod malum, quod aliàs non uellet, nec faceret In hoc autem constans ab inconstanti distinguitur quantum ad duo. Primò, quantum ad qualitatem periculi, quod timetur: quoniam constans rectam sequitur rationem, per quam scit quid pro quo sit dimittendum, aut faciendum. Semper quippè minus malū est sustinendum, aut maius bonum eligendum. Ideo ꝯstans ad minus malum sustinendum cogitur metu maioris: non autem cogitur ad maius malum, vt vitet minus malum. Incōstans verò cogitur ad maius malū metu minoris mali, puta ad malum culpæ timore mali pœnæ: sed pertinax econtrario non potest cogi etiam ad minus malum sustinendum, aut faciendum, vt vitet maius malum, sicq; cōstans est medius inter incōstantem, ac pertinacem. Secundò differunt, quantum ad ęstimationem periculi imminentis, quoniam cōstās non nisi ex forti atq; probabili æstimatione compellitur inconstans ex leni. Vnde in libro Prouerbiorum: Fugit impius nemine persequente. Hinc constant (sicut de forti fatetur Philosophus) intrepidus est, non ꝙ omnino non timeat, sed quia non timet, quę non oportet, uel quando, & vbi, & quomodo non oportet. Denique peccata sunt maxima mala idcirco nequaquam quis cogi debet ad peccandum, quocunque timore pœnarum, sed potius mori, quàm peccata admittere, vt etiam. 3. Ethicorum ait Philosophus. Quædam vero corporalia mala sunt quibusdam talibus malis minora, inter quæ pręcipua sunt, quæ pertinent ad personā, vt mors, verbera, dehonestatio ꝑ stuprum, & seruitus. Idcirco ex istis cogitur constans ad alia corporalia damna ferenda, nec differt an ista pertineant ad propriam personam, aut, vxoris, aut sobolis. Et quamuis infamia sit magnum malum, tamē eifacilè potest occurri. ideo metus diffamię non reputatur cadere in virum constantem secundum iura. Rursus, constans non cogitur ad mentiendum, quia vult dare quando promittit hoc: intendit tamen repetere, seu iudici denunciare.

¶ Quæritur quoque, quomodo consensus coactus matrimonium tollit. Et rñdendum, quod vinculum matrimonij est perpetuum, idcirco quod perpetuitati repugnat, matrimonium impedit. Metus verò cadens in virum constantem, perpetuitatem tollit contractus: quoniam peti potest restitutio in integrum. Constans quoq; vocatur vir virtuosus, qui est mensura in actibus cunctis humanis, vt 3. Ethicorū habetur. Veruntamen aliqui dicunt, quòd si assit consensus, quamuis coactus interius matrimoniū sit quantum ad Deum, non quoad forum ecclesiæ, quæ præsumit ibi non fuisse interiorem consensum ꝓpter metum Sed hoc nihil est, quia ecclesia non debet de aliquo pctm̄ præsumere quousque probetur. Peccauit autem, si dixit se consentire, nec consensit. Vnde ecclesia præsumit eum consensisse, sed iudicat ꝯsensum illū extortum, nō fuisse sufficiētem ad matrimonium, ad quod requiritur voluntarium cōpletè propter quod asserit Decretalis, quod consensus locum non habet, vbi metus vel coactio intercidit. Insuper cum iuxta præhabita matrimonium exigatur utriusque consensus, non potest matrimonium esse ex parte vnius, & non ex parte alterius. cum & matrimonium sit relatio nō potens innasci vni extremo, quin innascatur, & alteri. Quæstio.

¶ Præterea quæritur, an quis præcepto patris sui posit ad matrimonium contrahendum compelli. Quæstio. Videtur, quòd imo, cum dicat Apostolus: Filij, obedite parentibus per omnia. Isaac quoq; præcepit filio suo Iacob, vt contraheret cum filiabus auunculi sui Laban. Respondendum, quòd cum in matrimonio sit quasi seruitus quædam perpetua, & filius, sit liberæ conditionis, non potest eum pater cogere ad matrimonium, sed potest ei persuadere pro posse ex rationabili causa: & tunc sicut se habet filius ad causam illam, ita se habet ad patris præceptum, vt scilicet si causa illa cogat de necessitate vel honestate, pręceptum similiter. Obiectio. Porrò verbum pręallegatum Apostoli, exponitur de omnibus, in quibus filius non est liber sui, sed patris auctoritati subiectus, videlicet in pertinentibus ad regimen domus, & curam rei familiaris. Iacob quoque aliunde tenebatur ad id, quod pater suus Isaac sibi mandauit, & fœminæ illæ Chananææ erāt superbę, & curiosæ, & earum posteritas fuit terra illa priuanda: Sed his obijci potest, quia spiritualis pater pontifex summus potest compellere filios suos præcepto ad spirituali conuubium, hoc est, ad acceptandum episcopatum ergo, & pater carnalis, uel etiā ipse dominus papa ad corporale coniugium potest præcepto astringere. Ad hoc aliqui dicunt, quòd papa nō ualet præcipere cuicunque quod episcopatum accipiat, qa consensus debet liber cōsistere, sed hoc cōcesso, periret ecclesiasticus ordo. Nisi enim, quis cogi posset ad suscipiendum regimen ecclesiæ, ecclesia conseruari non posset, cum quandoque illi, qui sunt idonei, præsidere nolint nisi coacti pesse. Iō dicendum, quòd non est hincinde consimile, qa in spirituali matrimonio non est aliqua seruitus corporalis. sicut in corporali: quoniā spirituale matrimonium est tanquam officium quoddam dispensandæ reipublicæ in spiritualibus bonis, iuxta illud Apostoli: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. 1. Cor. 4. Hæc Thomas in Scripto. In quibus concordare videntur Albertus, Bonauentura, Petrus Richardus & alij plures, quamuis durandus, & Scotus in his alia quædam imaginentur, quædam modici ponderis reputantur.

De

De erroribus, qui euacuant consensus. Distin. XXX.

NEc solum coactio impedit, uel excludit consensum, sed etiam error. Non autem omnis error consensum impedit. Est enim error alius personæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personę, quando hic putatur esse homo ille, & est alius. Error fortunę, quando, putarur esse diues, qui pauper est, uel econuerso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui seruus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error fortunæ, & qualitatis, coniugij consensum non excludit. Error uero couditionis coniugalē consensum euacuat, de qua conditione postmodum tractabimus. Error quoque personæ consensum coniugalem non admitit, ut si quis fœminam nobilem in coniugium petat: & pro ea alia ignobilis tradatur ei, non est inter eos coniugium, quia non consensit uir in istā, sed in aliam. Vt si quis promitteret mihi se uenditurum aurum, & pro auro offerret mihi aurichalcum, & ita me deciperet, nunquid diceret consensisse in aurichalcum? Nunquam uolui emere aurichalcum. Nec ergo in illud consensi, quia consensus non nisi uoluntatis est. Sicut ergo error materiæ excludit consensum, ita & in coniugio error personæ. Oppositio Sed obijcitur de Iacob, qui pro Rachel septem annis seruierat, & supposita est ei Lia. Gene. 29. Nunquid error personæ exclusit coniugium, cum non in eam, sed in Rachel consenserit? Solutio. Sed quod ibi factum, in mysterio gestum non improbè traditur. Ibi tamen etsi non præcessit, secutus est consensus: nec ex illo concubitu, qui consensum pręcessit, fornicarij iudicantur: cum ille maritali effectu eam cognouerit, & illa uxorio affectu debitum persoluerit, putans lege primogenitarum, & paternis imperij se illi iure copulatam. Excusatur etiam, quia Dei consilio in mysterio ita actum est. Hodie etiam excusaretur ille, cui insció uxoris soro lectulum uerius ingressa se obijceret: quę cum sine spe coniugij perpetuo manere censeatur: ille tamen, qui cognouit eam per ignorantiam, excusatur. 2. Cor. 11. Quod per simile probatur. Si enim diabolus transfigurans se in angelum lucis, credatur bonus, non est error periculosus. Quòd autem uir ille in illam mulierem non conserit, ex simili ostenditur. Si quis hæreticus nomine Augustini, vel Ambrosii, alicui catholico se offerret, eumque ad suę fidej imitationem uocaret: si ille assentiret, in cuius sententiam fidei diceretur consensisse? Non in hæreticorum sectam, sed in integritatem fidei, quam hæreticus se mentiebatur habere. Error uero fortunæ consensum non excludit. Quę enim nubit pauperi, putans illud esse diuitem non potest renunciare priori conditioni quamuis errauerit; Nec error qualitatis, ut si qui ducat uxorem meretricem, uel corruptam, quam putat esse castam, uel uirginem, potest eam dimittere,

De coniugio Mariæ, & Ioseph.

Præmissis aliquid addendum est de modo illius consensus, qui inter Mariam, & Ioseph intercessit, Sane credi potest, non solum Mariam, sed etiam Ioseph apud se disposuisset uirginitatem seruare uelle, nisi Deus aliter iuberet, eosque sic consensisse in coniugalem societatem, ut uterque de altero reuelante spiritu sancto intelligeret, quòd uirginitatem seruare uellet, nisi Deus aliter inspiraret. (August. li. 24 contra Faustum Manicheum c. 8. 9.) Sed illam uoluntatem uerbis non expresserant, postea uerò expresserunt, & in uirginitate permanserunt. Consensit ergo Maria in maritalem societatem, sed non in carnalem copulam, nisi de eadem specialiter Deus præceperet: cuius etiam consilio in maritalem consensit copulam, quia uirginitatem seruare uolebat: & ideo non aliter consensisse in coniugalem societatem, nisi familiare Dei consilium habuisset. De qua August. sic ait: Beata Maria proposuit se seruaturam uotum uirginitatis in corde sed ipsum uotum non expressit in ore. Subiecit se diuinæ dispositioni, proposuit se perseueraturam uirginem, nisi Deus aliter ei reuelaret. Cōmittens ergo uirginitatem suam diuinæ dispositioni, consensit in carnalem copulam non illam appetendo, sed diuinæ inspirationi in utroque obediendo: postea uero simul cum uiro labiis expressit & uterque in uirginitate permansit. (Aug li 1. de nuptijs. 2. cōcu c 16. 2. hr 27. q 2. c. sufficiat.)

Quòd perfectum inter eos fuit coniugium.

Inter quos, ut ait Augu. perfectum fuit coniugium: perfectum quidem, non in significatione

gnificatione, sed in sanctitatem. Sanctiora sunt enim coniugia pari voto ꝓtinentium. Vnde Augu. Quod Deo pari uoto, & consensu uoueratis, ambo perseueranter redde re debuistis: à quo proposito si lapsus est ille, tu saltem perseuera. Non quia pariter temperebatis à commixtione carnali, ideo maritus tuus esse destiterat: imo uero tanto sanctius coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. Perfectum ergo fuit Mariæ, & Ioseph coniugium in sanctitate. Perfectum etiam fuit secundum triplex bonum coniugii, fidem, scilicet, prolem, & sacramentum. Omne enim nuptiarum bonum (ut ait Aug.) impletum est in illis parentibus Christi, fides, proles, sacramentū Prolem cognouimus ipsum dominum. Fidem, quia nullum adulterium. Sacramentū quia nullum diuortium. Solis ibi nuptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat sine pudenda concupiscentia carnis, quæ accedit ex peccato: sine qua concipi uoluit, qui sine peccato futurus erat. Et licet non interceſſerit coniugalis concubitus, coniuges tamen uerè fuerunt mente, non carne, sicut, & parentes, quamuis Ambro. dicat perfectum fieri coniugium per carnalem copulam. In omni inquit, matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat, & perficit coniunctorum commixtio corporalis. Sed intelligendum est coniugium perfici commixtione corporali, non quantum ad ueritatem, uel sanctitatem, coniugii sed quantum ad significationem, quia perfectius unionem Christi, & ecclesiæ tunc figurat.

Aug. in li. de nuptijs 2. concup. ca. 11. & hꝰ 27. q. 1 comne itaque

Amb. in li. de patriarchis, & hꝰ 27. q. 2. ca. cum initia tur.

De causa finali coniugij.

Ex posito, quę sit efficiens causa matrimonii, consequens est ostendere ob quam causam soleat, uel debeat coutrahi matrimonium. Est igitur finalis causa matrimonii cōtrahendi principalis procreatio prolis. Propter hoc. n. instituit Deus coniugiū inter primos parētes, quibus dixit: Crescite, & multiplicamini, & cætera. Secunda est post peccatum Adæ, uitatio fornicationis. Vnde Apostolus: Propter fornicationem unusquisque habeat uxorē suam, & unaquæque habeat uirum suum. Sunt & aliæ causæ honestę; ut inimicorū reconciliatio, & pacis reintegratio. Sunt etiam & aliæ causę minus honestę, propter quas aliquando contrahitur, ut uiri mulierisve pulchritudo: quæ animas amore inflammatos sæpe impellit iure coniugium, ut ualeant suum explere desyderiū Quæstus quoq; & diuitiarum possessio frequenter est coniugii causa, & alia multa, quę cuique, diligentia adhibenti facile est discernere. Nec est assentiendum illis, qui dicūt non esse coniugiū, quod propter has causas minus honestas contrahitur. Constat enim ex premissis: coniugij fieri ex communi consensu uerbis de præsenti *expressis, quamuis amor ad hoc attraxerit. Cuius rei documentum præstat Iacob, qui Rachel decoram facie, & uenusto aspectu amauit, eamque multum diligens, ait. Seruiam tibi pro Rachel septem annis. In Deutero. etiam legitur. Si videris in medio captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, uolueriſque uxorem habere, introduces eam in domum tuam. & cętera.

Gen. 1. 1. Cor. 7.

*expreſſ. Gene 29. Deut. 21.

Quòd malus finis non contaminat sacramentum.

Et licet fine non bono contrahatur coniugium, quando species contrahentis mouet animum, coniugium tamen bonum est: quia uita mala, uel intentio peruersa alicuius sacrm non contaminat. Habuit autem coniugium Mariæ, & Ioseph alias causas speciales, scilicet, ut uirgo solatio uiri sustentaretur, ut diabolo partus celaretur, ut Ioseph esset testis castitatis, defendens eam ab infamia suspitionis, ne ut adultera damnaretur.

Summa di stinctionis XXX.

HIc tractat Magister de alio impedimento coniugij quod dicitur error, & de quo errore intelligendum sit hoc, ponens distinctionem erroris, specialiter quoque inquirit de matrimonio beatissimę uirginis, & sancti Ioseph, an fuit matrimonium uerum, deinde an fuit consummatum. Et horum occasioni, determinat de finali matrimonii causa, & de diuersis causis ipsius.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, *Vtrum error impediat matrimonium, & quis error, & qualiter.* ¶ Videt, quòd non impediat: quoniam Abraham contratraxit uerè cum ancilla sua nomine Agar. Iacob quoque cum ancillis principalium suarum uxorem, sic & legitima cū illegitima uerè contrahit omni die. Imò cum hoc sit iuris diuini, quod uxor subiecta sit uiro, atq; inferior illo, apparet quod error, de quo in textu habetur magis ad matrimonium conferat, & coapter. ¶ In contrariū sunt, quę continentur in litera. ¶ Circa hæc scribit Parrisiensis: in suo sacramentali, Per leges, & statuta rationabilia occurrendū fuit malis, q̄ circa matrimonium possunt accidere. Hinc necessariò condendæ fuerunt leges, & statuta de matrimoniis contrahendis, cum eorum accessorijs, ac sequelis. Cumq; omnis positio, & lex cōsona debeat esse naturæ, oportet leges & statuta huiusmodi naturæ proportionabiliter cōcordare. Mas aut

aut fœmina dum matrimonialiter coniunguntur, dant sibi inuicē plenè dominium corporis sui. Impossibile uerò est, duos plenariè aliquid possidere Hinc qui est in potestate alterius, non potest sine illius licentia, & cōsensu corporis sui dominiū trāsferre in alium. Vnde error in tali persona matrimonium impedire censetur. Et quoniam circa coniūctiones uiri, ac mulieris, multæ fiunt corruptiones & commixtiones nociuę, ac uitiosæ, ad quas proni sunt multi, necessarium fuit per magistratum ecclesiæ contra talia prouidere. Cumque de pertinētibus ad magistratum nihil agendum sit sine dictamine, & consilio eius, constat matrimonia non esse contrahenda, nisi per magistratum, cui cōmissum est matrimonia iudicare Hinc per prælatum ecclesiæ, qui torius ecclesiæ uices, auctoritatemq; gerit, seu per eius uicarium, ad hoc deputatum est matrimonium contrahendum, non clam, sed palam, ut inquiratur de matrimonii impedimētis, quatenus ritè, ac legitimè, imo & securiè in omnibus procedatur. Hæc Gulielmus.

Per quos matrimoniū est contrahendū.

Thomas.

¶ De his plenius scribens Thomas: Quicquid, inquit, ex sua natura impedit, & effectum. Cumq; cōsensus sit matrimonii causa id, quod consensum euacuat, matrimonium, quoq; euacuare cognoscitur. Consensus uero actus est uoluntatis, qui præsupponit actum intellectus, & primo deficiēte, certum est defectum contingere in secundo. Itaq; qñ error impedit cognitionem, sequitur in consensu defectus, & per consequens in matrimonio, & sic error de iure naturali habet matrimonium impedire. Nam etsi non contrarietur matrimonio secundum se, tamen contrariatur ei quantum ad causam suam. Hinc matrimonium, quod fuit inter Iacob, & Liam, non fuit consummatum ex eorum concubitu, qui contingit ex errore, sed ex consensu postmodum accedente, ut ait Magister. Vterq; tamen peccato excusatur, ut in litera continetur.

Quæstio.

¶ Quęritur item, an omnis error matrimonium impedit Respondendum, quòd sicut error ex hoc ꝙ inuoluntarium causat peccatum, excusat ita habet, ꝙ matrimonium impediat ex eodem. Error autem non excusat a peccato nisi sit illius circunstantiæ, cuius appositio, seu remotio facit differentiam liciti, aut illiciti in actu. Si enim quis percutiat patrem suum baculo ferreo, quem credit ligneum esse, non excusatur a toto, ꝙuis forsan a tanto. Sed si putet percutere filium causa disciplinæ, & percutiat patrem, excusatur a toto, dummodo diligentiam adhibuit debitam. Errorem ergo impedientē matrimonium, oportet esse alicuius eorum, quæ sunt de matrimonij essentia: quòd duo ſcludit, puta personas, & potestatem unius in aliam Primum tollitur per errorem personæ, secundum per errorem conditionis: quoniam seruus non potest potestatem sui corporis alteri libere tradere sine consensu domini sui. Idcirco hi duo errores matrimonium impediunt, & non alij, propter quod error, nō habet matrimonium impedire ex natura generis: sed differentiæ adiunctæ, uidelicet inquantum est error alicuius, quæ de essentia matrimonij existant. Vnde & error circa nobilitatem, nō euacuat matrimonium inquantū huiusmodi, sicut nec fortunæ diuersitas, neq; uarietas qualitatis. Veruntamen si error nobilitatis, aut dignitatis redundat in errorem personæ, tunc impedit matrimoniū. Hinc si consensus mulieris feratur in istam personam directè, error de nobilitate ipsius non impedit matrimonium. Si autem directe intendit consentire in filium regis, quicunque sit ille, & ei alius præsentetur, est error personæ, &, matrimonium impeditur imo etiam error aliorum impedimentorum matrimonii, quantum ad ea, quæ faciunt personas illegitimas impedit matrimonium, sed ideo de errore illorum impedimentorum. Magister mentionem nō facit; quoniam illa impediunt matrimonium, siue sint cum errore, sine non, ut cum aliqua contrahit cum diacono, siue sciat illum esse diaconum, siue non, non est matrimonium. Conditio autem seruitutis nō impedit, si seruitus cognoscatur, & seruus licentiam habeat domini sui. Deniq; error heretici est circa ea, quæ sunt matrimonium consequentia ut an sit sacramētum, & utrum sit licitum, ideo error talis matrimonium non impedit.

Quæstio.

¶ Præterea si quæratur, utrum matrimoniū possit esse ex consensu alicuius in aliquam ꝓpter causam inhonestam. Dicendū, quod finalis causa matrimonii potest esse duplex. Vna per se, alia per accidens. Causa per se, est causa ad quam matrimoniū directe per se ordinatur, & hæc semper est bona, ut ꝓcreatio prolis, euitatio fornicationis. Causa uero matrimonij per accidens, est quam ipsi cōtrahentes intendūt ex matrimonio ipso. Et quia, ꝙ ex matrimonio intēditur, ad matrimoniū sequitur & ex posterioribus nō uariātur priora, sed ecōtrario: idcirco ex illa causa non recipit matrimoniū bonitatem aut prauitatem sed, ipsi contrahentes, quorum est finis per se. Cumque causæ per accidēs sint infinitæ, ideo tales causæ matrimonij possunt esse infinitæ, quarū quædam sunt honestæ, quædam inhonestæ. Hæc Thomas in Scripto.

Richardꝰ.

¶ Cōsonat Petrus, & addit Richardus: Error circa substantialia matrimonii, impedit matrimoniū aut error personæ & error conditionis, utpote seruitutis, aut libertatis, non error circa accidentalia aut error fortunæ, aut qualitatis. Diuitiæ etenim, & paupertas, pulchritudo, & turpitudo, boni & mali mores, matrimonio sunt accidentales. Contrahens demum aliquando errat circa subiectum nobilitatis, aliquando circa nobilitatem subiecti. Primus est error personæ, ut dum intendens cōtrahere cū filia regis, contrahit cum filia cuius, ideo mrtrimonium impedit. Secūdus est error qualitatis, nec impedit illud, vt si contrahat cum persona sibi nota, quam æstimat nobilem, cum non sit. Hæc Richardus.

Bonauen.

Angusti. Antisiodē

¶ Idem Bonauentura; Error, inquiens, potest esse duplex in consensu: Primus circa personam, secundus circa proprietates personæ Primus cōsensum tollit, & matrimonium impedit, ut qui contrahit cum Titio, credens, quòd sit Martinus, & ad talem errorem oportet, quòd duplex persona occurrat. Vna in conspectu interiori, alia in exteriori, & talis error facit consensum, & uoluntatem diuerti ab eo, qui apparet exterius: quoniam omnis consensus, atq; uoluntas aliquā sequitur cognitionem Nempe (ut asserit Augustinus) inuisa diligere possumus, non autem incognita. Error uero proprietatū personæ, non tollit omnino consensum, ideo nec matrimonium impedit, nisi error conditionis Hæc Bonauentura.

¶ Omnia etiā ista scribit Antisiodorensis, adijciens errorē qualitatis, & fortunæ non impedire matrimoniū. quoniam non repugnat matrimonij bonis: quia tam bene concipit, fideq; seruat deformis & pauper ut pulchra, & diues imo multoties melioquiam pulchritudo, & opulētia, diuitiæq; incita

menta sunt lasciuendi. Hæc Antisiodorensis: Concordant, & alii.

QVAESTIO II.

Rursus hic quæritur, *an inter incōparabilem supermundissimam virginem, & sanctum Ioseph fuerit verum, & consummatum matrimonium.*

¶Et de hoc iam supra dicta sunt aliqua. Et uidetur difficile, quomodo sapientissima uirgo uoto uirginitatis emisso, potuit absoluere cōtrahere. Nec uidetur matrimonium illud fuisse perfectum, cui nō aderant bona coniugii: nec consummatum, cui nō affuit copula propagatiua carnalis. Verum ad ista, & consimilia Magister in litera compendiosè respondet, præsertim ex Augustino.

Thomas Aquinas.

Insuper Thomas super his scribit, primò respondens ad istud, an sacratissimam uirginem decuit uirginitatem uouere: In beata, inquiēs, uirgine debit apparare illud, quod fuit perfectionis. Virginitas autem quamuis in se optima sit; tamen pro tēpore illo matrimonium ei præferebatur, propter expectationem seminis benedicti, per uiam generationis uenturi. Ideo beata uirgo uouit uirginitatē tanquam, quid optimum, & acceptissimum sibi, non tamen simpliciter, sed sub conditione hac honestissima, nisi Deus aliter secum ordinaret: nec tamen conditionem istam apposuit, quasi dubitās an uellet uirgo manere, sed an déret. Et hoc est, qđ asserit Augustinus, quòd proposuit se uirginem ꝑseuerantiam, nisi Deus aliter ordinaret. (August.) Et istud decentissimum fuit in ipsa, quoniā ipsa fuit confiniū ueteris testamenti, ac noui, sicut aurora diei, ac noctis. Propter quod uotum eius sapuit nouam legē, inquantum uouit uirginitatem: & ueterem, inquātum adiecit conditionem. Hinc & perfectionē cōsiliorum euangelicæ legis decuit inchoari in uirgine tanta, quemadmodum quantum ad consummationem, à Christo, & in Christo debuit inchoari.

Quæstio.

¶Deinde respondeo ad ad id, utrum uirgo beata debuit esse uiro matrimonialiter iuncta: Conueniens, ait, fuit matrem Christi matrimonio esse iunctam: tum propter causas in litera assignatas, tum propter alias: (Matrimonii uirginis Ma cōditiōis) quarum prima est ut significaret ecclesiam, quæ est uirgo, & mater. Secunda, ut per Ioseph genealogia dignissimę uirginis texeretur: qa non fuit consuetudo Hæbreis, ex parte mulieris genealogiam describere. Tertia, ut uirginibus excusatio tolleretur, si de fornicatione diffamentur. Quarta, quatenus Christus sua natiuitate cōiugiū approbaret. Quinta, ut maior uirginitatis perfectio in gloriosissima uirgine ostenderetur, q̄ & in matrimonio māsit uirgo. Verum his obiici potest illud Hieronymi: Vouentibus uirginitatem, non solum nubere, sed & nubere uelle est dānabile. (Hierony.) Rursus, Consentiens in matrimonium, consentit saltē implicitè in copulam carnalem. Et respondendum quod post uotum uirginitatis absolutè factū, non licet in matrimonium consentire: quia si sit uotū solenne, non fit matrimonium uerum. Si autem sit uotum simplex, uerum est matrimonium, attamen peccant sic contrahentes. Votum autem beatissimæ uirginis non fuit solenne, sed simplex in corde conceptum, & conditionatum, ut patuit. Ex speciali quoque, & familiari spiritussancti consilio in matrimonium consensit, imo, & desuper fuit certificata, quòd etiam Ioseph eiusdem fuit propositi. ideo nō se commisit periculo nubens, nec tamē ob hoc aliquid deperiit ueritati: quoniam illud ꝓpositum non fuit conditionaliter in consensu appositum. Talis quippe conditio cum sit contra matrimonii bonum, utpote prolem procreādam, matrimonium tolleret. Ad aliud respondetur, quod copula carnalis continebatur implicitè in beatissimæ uirginis uoto, queadmodum actus in potentia continetur implicitè. Potentia autem ad copulam uirginitati nō cōtrariatur, nec aliquid de eius minuit puritate. Virgo quoq; beata fuit certificata, quod actus copulæ nunquam sequeretur in ea.

¶Amplius, rationes matrimonii dominæ, bene assignantur in litera. Primò ex parte concepti, ut scilicet partus diabolo celaretur. Secundo ex parte matris, ne lapidaretur. Tertiò ex parte Ioseph, ut obsequeretur matri uirgini, ac filio eius, & testis esset uirginitatis illius. Veruntamen diabolus cognitione naturali bene perpendisset uirginitatem Materiæ, si permissus fuisset. (Obiectio) Habet enim naturalia lucida. & ualde acuta, multo plus, quàm homo. Sed homo etiā sensu potest cognoscere de puella an sit uirgo. Diabolus quoque cognoscit eā uirginem esse, quæ nunquam cōiuncta est uiro aliterve corrupta, quod & de beatissima illa bene nouisset. nisi prohibitus fuisset. Verum his obiici pōt, quòd diabolus per Christi miracula sufficienter cognoscere potuit, ipsum esse filium Dei. Nihilominus Christus euidenter fecit miracula. Secundò beatissima uirgo, quamuis non fuisset nupta, non potuisset lapidari propter simplicem fornicationē quasi adultera, ergo nec propter hoc oportuit eā nuptui tradere. imo apparet, quod Iudæi faciliùs credidissent Iesum esse Messiam, si mater eius fuisset uiro non tradita, quoniam scriptum nouerunt Ecce uirgo concipiet. (Isa.7.) Et respondendum ad primum, quòd per aliqua miracula non potuit diabolus apertè cognoscere Christi deitatem: quoniam simul uidit in eo signa infirmitatis, & uirtutis. Vnde quod aliquando aliquid de eius diuinitate consitebatur, magis ex præsumptione, quàm certitudine fuit, sed istud propter præcedens uaticinium fuisset signum certissimum aduentus filii Dei: Ad secundum dicendum, quòd ratio illa intelligitur de lapidatione diffamiæ, uel quia gloriosa uirgo fuit de stirpe sacerdotali ex una parte matris. Vnde Elizabeth eius cognata fuit de filiabus Aaron. (Luc.1.) Filia autē sacerdotis etiam, imo nupta in stupro deprehēsa, lapidabitur, ut legitur in Leuitico. (Leui.20.) Sed ex parte patris fuit de tribu Iuda, & semine Dauid. Nam simul contrahere poterant tribus Leui, & Iuda. Imo natæ ex tribu Leui, coniugi poterant quibuslibet uiris tribuum aliarum: quoniam non acceperunt hæreditatē inter cæteras tribus diuisam ab aliis. Idcirco ex tali coniugio non prouenit cōfusio sortium, ob quam uitandam aliæ tribus prohibeantur contrahere inuicem. (Ambros.) Ad tertium, quòd Christus maluit Iudæos dubitare de sua deitate, q̄ de suę matris integritate, sciens lubricam esse uirginitatis famam, ut ait Ambrosius. Hæc Thomas.

¶Attamē cōtra solutionem primam illius argumenti obiici potest, quod Christus fecit quædā miracula soli omnipotētię Dei possibilia, nec minora natiuitate ex uirgine per q̄ sufficienter probauit se esse Messiā, propter, qđ dixit: Si opera nō fecissem, quæ null⁹ alius fecisset, peccatū nō haberent. (Iohan.15.) Et rursus: Si nō facio opa patris mei, nolitę credere mihi si autem facio, & si mihi non creditis, operibus creditæ. (Iohan.16.)

¶Insuper ex adimpletione hebdomadarū a Daniele prætaxatarū de Christi aduētu, facile cognouisset

uisset diabolus Christum uenisse. Similiter ex testimonio angeli ad pastores, & aliis multis, nisi diuinitus fuisset prohibitus. Nec ignorauit diabolus prophetarum fuisse Dei filium incarnandum, ideo quamuis uidit in Christo signa infirmitatis, nihilo minus cognouisset, quòd Deus esset, imo hinc certiùs perpendisset in eo duplicem esse naturam, diuinam uidelicet, & humanam. (Augustin.) Hinc cum Augustino dicendum, quòd diabolus intantum cognouit Christum, inquantum permissus fuit cognoscere, prout super Iohannem, Matthæum, & Lucam diffusius demonstraui.

Quæstio.

¶Quæritur item, an matrimonium illud fuit aliquando consummatum. Apparet, quòd imo, cum in euāgelio Christus uocetur primogenitus, & fratres habuisse legatur. (Luce 1. Matt.12. Marc.3.) Et rursus, quod Ioseph non cognouit eam donec peperit Iesum, & consimilia quædam sint scripta. Dicendum, quòd mater Christi, ante partum, in partu, & post partum in æternū uirgo permansit: Sed eius uirginitati ante partum, Hebionitæ, ac Iudæi contradixerunt, mentientes Iesum ex semine Ioseph natum. Virginitati uero ipsius in partu Philosophi derogabant, dicentes duo corpora simul esse non posse in loco eodem. (Heluidii insania.) Virginitati autem eius post partum Heluidius quidam idiota infelix sacerdos, ausus est derogare, q loquacitatem putans facundiam, accepta disputandi materia, a blasphemiis matris Dei incepit, dicēs eam post partum à Ioseph cognita: contra quē uilissimum, rudissimumq; hæreticū gloriosus, ac doctissimus scripsit Hieronymus. Ad obiecta ergo dicendum, quòd hoc, ly donec, in scripturis non semper denotat ordinem ad illud, quòd futurum est secundum ueritatem, (Donec, qđ noteti diuinis scripturis.) sed quandoque ad illud, quod futurum speratur secundum cursum communem ut cum dicitur: Iste antequam haberet uiginti annos, defunctus est. Similiter hoc, lȳ donec, interdū designat hoc, quod præcessit, terminari. ueniente, eo, quod expectatur: ut cum dicitur, sed de hic donec ueniam: Quandoq: autem non: ut cum ad Corinthios dicitur. (1 Cor 15.) Oportet illum rogāre donec ponat inimicos suos &c. Et in psalmo: (Psal 109.) Sede a dextris meis donec ponam &c. Nunquid postea non sedebit? (Primogenitus quos sit.) In scripturis, quoque primogenitus interdum uocatur ante quem nullus est natus, quamuis post ipsum non sit alius natus. (Matt.1.) Alias unigeniti in lege non habuissent ius primogenituræ, nec debuissent Deo offerri. Quòd autem Ioseph cogitauit Mariam dimittere, fuit non quòd aliquid indignū suspicabatur de ea, sed quoniam tantæ sanctitati cohabitatione pertimuit. Item quod Christus legitur habuisse fratres, & sorores, (Matt.12.) intelligendum est de ꝓpinquis secundum carnem eo modo, quo cognati in scripturis uocantur fratres. Nam & Ioseph creditur uirgo mansisse. Hæc Thomas.

(Petrus. Beda li.1. sup Luc.c.8.)

¶Idem Petrus, qui & allegat Bedā dicentē: Beata uirgo proposuit corde uirginitatē se seruaturā, sed uotum ore non expresit, pōstmodū uerò una cū uiro suo ore expressit. Concordat. Richardus prædictis per omnia. Similiter & Albertus, Durandus, aliiq; communiter.

¶Bonauentura etiam addit: Totum, quod in matrimonio beatissimæ uirginis gestum est familiarissimo consilio spiritussancti peractū est. Decuit etenim tam prælectissimam uirginem uirginitatem uouere triplici ratione, Primò, ut esset conuenientissimum habitaculum filii Dei, qui est candor lucis æternæ, splendor gloriæ, sapientia patris, & sanctitas penitus infinita. Vnde decuit habitaculum eius esse purissimum, puritate etiam uoto firmata, (Heb.1.) Secundò, ut esset cunctis mulieribus, atq; uirginibus totius uirginitatis, & castitatis exemplum. Virginitas autem ex uoto seruata, consistit perfectior. Tertiò, quia condecuit in ipsa excellentissima omnium mulierum, uirginumq; regina esse priuilegiū complementum, summumq; apicem uniuersæ uirginitatis, ac puritatis. Cum ergo in aliis multis uirginitas decoretur, perficiatur, & extollatur inquātum procedit ex uoto, rectissimum fuit talem eminentissimæ esse uirginitatem summæ Mariæ, quam oportuit tanta puritate nitere, quod sub Deo maior intelligi nequit.

¶Postremò Scotus: (Scotus) Beata, īquit, uirgo uouit (ut dicitur) uirginitatem sub conditione, uidelicet nisi aliter Deus cum ipsa disponeret. Sed contra hoc est, quod in omni uoto quantumcunq; absoluto, subintelligitur ista conditio, si Deo placet: quoniā nullus debet offerre aliquid Deo uelit ipse, uel nolit. Ideo dico, quòd absolutè uoluit, quod sancti ꝯuincunt ex responsione, & interrogatione, qua dixit: Quomodo fiet istud &c. quæ quæstio fuit de supernaturali, insolitoq; effectu. Ideo nisi iam firmasset in corde suo, nequaquam se cognoscendam a uiro, nulla fuisset interrogatio illa. Et ad hunc intellectum angelus ei respondit: Spiritus sanctus superueniet in te &c. (Luc.1.) Quomodo ergo potuit contrahere matrimonium: Responsio. In contractu matrimonij est mutua datio corporum ad copulam carnalem sub conditione implicita, scilicet si petatur Vnde contrahentes cum proposito statim uouendi castitatem, uerè contrahunt. Maria autem certificata fuit, quòd illa copula nunquam ad effectum perduceretur, nec datio illa ad consummationem. Nempe cum in Matthęo legatur, angelum instruxisse sanctum Ioseph Noli timere accipere Mariā cōiugem tuam: multo plus indubitāter concluditur, quod ipsa per angelum, uel immediate a Deo ante quam desponsaretur ipsi Ioseph, audiuit: Noli timere accipere Ioseph uirum iustum in coniugem Ecce enim spiritus sanctus dabit eum tibi custodē & testem tuæ uirginitatis, qui tecum pari uoto cōtineat, atq; in multis ad custodiam uirginitatis tuæ congruentibus obsequatur: Nec mirum de ista ꝓbabilitate. Quicquid enim factum est in Ioseph ꝑ uisionem angelicam, totum factum est ratione Mariæ, quæ fuit immediata in illa ineffabili: & admirabili conceptione filij Dei. Hæc Scotus.

¶Et quamuis possint ita teneri: tamen rationes eius non cogunt, & opinio eius est manifestè contra Augustinum, dicentem, quòd sacratissima uirgo promisit uirginitatem sub prætacta honestissima conditione, quod utique decenter, ac rationabiliter sonat. Cumque obijciatur, quòd in omni uoto, quantumcunq; absoluto, intelligitur talis conditio, dici potest, quod sapientissima uirgo explicitè, & formaliter conditionem illam apposuit, saltem in corde suo. Et constat, quòd ita non additur in omnibus uotis, Imò religiosæ personæ utriusq; sexus in euangelica lege absolutè, seu sine tali expressa cōditiōe, castitatem promittunt. Ex prætacta quoq; responsiōe benedictissimę, & sup honestissimę uirginis, qua dixit: Quomō fiet illud, quoniam uirū nō cognosco, nil aliud ꝓbatur, nisi quod plenissimo cordis ꝓposito statuit omnē uirilem uitare amplexum. Et hoc itidē, quòd angelus instruxit Ioseph, nō uidet opinio ista probari, qa illa instructio fuit, qn̄ ille bonus Ioseph iam uidit uirginem fœcundatam, unde uoluit occultè dimittere eam.

De tribus bonis coniugij. Distin. XXXI.

POst hęc de bonis coniugij, quæ sint, & qualiter coitum excusent, dicēdū est. Tria sunt principaliter bona coniugii. Vnde August. Nuptiale bonum tripertitum est, s. fides, proles, sacramentum. In fide attenditur, nec post uinculum coniugale cum alio, uel alia coeatur. In prole, ut amanter suscipiatur, religiosè educetur. In sacramento, ut coniugium non separaretur: & dimissus, uel dimissa ne causa prolis alteri coniungatur.

De duplici separatione

27 q. 2. ca. Nuptiarū bonum.

Separatio autē gemina est, corporalis scilicet, & sacramētalis. Corporaliter possunt separari cā fornicationis, vel ex cōi consensu causa religionis, siue ad tempus, siue usq; in finē. Sacramentaliter uerò separari nō possunt dum uiuunt, si legitimæ personæ sint. Manet enim uinculum coniugale inter eos, etiam si aliis à se discedētes adhæserint. Vnde Augustinus: Vsqueadeo manent inter uiuentes semel inita iura nuptiarū, ut potius sint inter se cōiuges etiam separari, q̄ cum aliis, qbus adhæserunt. Itē, Manet inter uiuētes quoddam coniugale uinculum, ꝙ nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre. Sicut apostata anima de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita, sacr̄m fidei non amittit, ꝙ lauacro regenerationis accepit: Redderetur enim redeunti, si amisisset, abscedens. Habet autem hoc, q recesserit, ad cumulum supplicii, non ad meritum præmii. Item. Quibus placauit ex consensu ab usu carnalis concupiscentiæ in perpetuum cōtinere, absit, ut uinculum coniugale inter illos rumpatur: imò firmiùs hæret, quo magis ea pacta secum gerunt, q̄ clariùs, concordiusq; seruanda sunt, non uoluptariis corporum nexibus, sed uoluntariis animorum affectibus. Et attende, ꝙ tertium bonū cōiugii dicitur sacramentum, non quod sit ipsum coniugium, se quia eiusdem rei sacræ signum est: id est, spiritualis, & inseparabilis coniunctionis Christi, & ecclesiæ.

Augustin' li. 1. de nuptiis & cōcupiscentia c. 2 & habet 31. q 7 cap. Vsque.

Idem ibidē cap. 11.

Hugo 4. sentētiarū ca. 5.

Quòd hæc tria asint omni coniugio.

Et est sciendum ab aliquibus contrahi coniugium, vbi hæc tria bona non comitantur. Deest enim fides, ubi uir cum alia, vel mulier cum alio coit. Hoc ergo bonum ita cōiugio adhæret, ut ex eo si assit, amplius cōmendetur coniugium, si non assit, non inde annihiletur. Quæ enim adultera est, non ideo coniunx non est: imo si ꝯiunx non esset, adultera non foret. Nō enim est adulterium, nisi cum fides thori uiolatur legitimi. Qđ cum fit, culpa cōmittitur, sacramētū uerò non cassatur. ¶ Bonū quoq; prolis nō oībus adest cōiugibus. Quidā enim pari uoto continentiā seruant. Alii pro ętatis defectu, uel alterius rei causa generare non ualent. Nec oēs illi ēt, qui prolē recipiunt, bonum ꝓlis habēt. Nā bonū prolis dr̄ nō ipsa ꝓles, uel prolis spes, q̄ ad religionē non refertur, uerum ad hæreditariā successionē, ut cum quis hæredes terrenę possessionis habere desiderat, sed spes, ac desiderium, quo proles ad hoc q̄ritur, ut religioni informetur. Multi ergo prolem habent, qui tamen bono prolis carent, nec ideo tamen couiugium esse desinit. Sacramentum uerò ita inseparabiliter coniugio hæret legitimarum personarum ut sine illo coniugium esse non uideatur, quia semper manet inter uiuentes uinculum coniugale, ut etiam interueniente diuortio fornicationis causa, coniugalis uinculi firmitas non soluatur. Vbi uero non inter legitimas personas contrahitur coniugium, non adest illud bonum, quod dicitur sacramentum: quia potest solui talium copula, de quibus post dicetur. Quòd uero coniugium sit inter eos, qui coniugali affectu, nō tamē gratia prolis, sed explendæ libidinis conueniunt, nec fornicari, sed cōiuges appellentur ostendit Augustinus, inquiēs, Solet quæri cū masculus, & fœmina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro innocentia solius concubitus causa copulātur, ea fide media, ut nec illa cum altero, nec ille cum altera faciat id, utrum nuptiæ sint uocandę. Et potest fortasse non absurdè hoc appellari connubiū si usque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quā uis non ea causa coniuncti sunt: non tamen uitauerint, ut uel uoluerint sibi nasci filios, uel etiam opere malo aliquo agant, ne nascantur. Cæterum si uel utrunque, uel unum horum desit, non inuentio quomodo has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibi ad tempus adhibuerit, donec aliquam dignam honoribus, aut suis, facultatibus inueniat, quam in coniugio adducat: animo ipso adulter est, nec cum illa, q̄ cupit inuenire, sed cū ista, cū qua sic cubat, ut cū ea nō habeat maritale consortiū adulter est. Ecce coniuges dicuntur, qui solius concubitus causa conueniunt, si tamen prolis generationem aliquo malo dolo non uitent.

Hugo li 2 de sacramētis parte 11. ca. 8.

Bonum ꝓlis quod sit.

Aug. li. de bono coniugali. ca. 6. & habetur. 32. q. 2 c. Solet quæri

De his qui procurant uenena sterilitatis.

Qui uero uenena sterilitatis procurant, non coniuges, sed fornicarij sunt. Vndē Aug. Aliquando eo usq; peruenit hæc libidinosa crudelitas, uel libido crudelis, ut ēt uenena sterilitatis procuret: & si nihil ualuerint, conceptus fętus intra uiscera aliquo mō extinguat, uel fundat, uolendo prolem suam priùs interire, q̄ uiuere: aut si in utero uiuebat, occidi antē q̄ nasci. Prorsus si ambo tales sint, coniuges non sunt: & si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt. Si uero ambo tales non sunt, audeo, dicere: aut illa quodammō est mariti meretrix, aut ille adulter uxoris.

Aug. lib. 1 de nup. & cōcu c. 15 & hr̄ 32 q. 2. ca. aliqn̄

Quando sint homicidæ, qui procurant abortum.

Hic q̄ri solet de his, q abortū procurant, quando iudicētur homicidæ, uel non: Tunc puerperium ad homicidium pertinet, quando formatum est, & animā habet, ut Augu. super Exodū asserit: In forme aūt puerperium, ubi non est anima uiua, lex ad homicidium pertinere noluit. Dicit etiā Aug. ꝙ informe puerperium nō habet animā. ideoq; mulctatur pecunia, nō redditur aīa pro aīa: sed iā formato corpori aīa datur, non in cōceptus corporis nascitur cum semine deriuata. Nam si cum semine, & anima existit de aīa, tunc & multæ aīę quotidie pereunt cum semen ex fluxu non proficit natiuitati. Primum oportet demum compaginari, & sic habitatorem induci. Cum ergo lineamenta compacta non fuerint, ubi erit anima. Itē Hiero. ad Algasiā. Semina paulatim formātur in utero; & tādiu non reputatur homicidium, donec elementa confecta suas imagines, membraq; suscipiant. His apparet, tunc eos homicidas esse, qui abortum procurant cum formatum est, & animatum puerperium.

Aug. in li. quęstionū noui ve. te sta q. 23.

Hierony. ibidē ca. si cut semine.

De excusatione coitus, qui fit per hæc bona

Cum ergo hæc tria bona in aliquo, coniugio simul concurrunt, ad excusationē coitus carnalis ualent: Quando enim sacrata fide thori, causa prolis coniuges conueniunt sic excusatur coitus, ut culpam non habeat. Quando uero deficiente bono prolis, fide tamen seruata conueniunt causa incontinentiæ, non sic excusatur, ut non habeat culpam, sed uenialem. Vnde Augustinus. Coniugalis concubitus generandi gratia non habet culpam. Concupiscentię uero satiandę, sed tamen cum coniuge, propter thori fidē, uenialē habet culpā. Itē: Hoc quod coniugati uicti concupiscentia: utuntur inuicē, ultra necessitatem liberos procreandi, ponā in his, pro quibus quotidie dicimus. Dimit nobis debita &c. Vbi autē hæc bona desunt, fides s. & proles, non vr̄ coitus defendi, & a crimine. Vnde in sententiolis Xysti Pythagon legitur, Oīs ardentior amator propriæ uxoris adulter est. Itē Hiero. Sapiens iudicio amat coniugem, nō affectu, non regnat in eo impetus uoluptatis, nec preceps fertur ad coitum. Nihil est fœdius, q̄ uxorē amare quasi adulteram. Qui dicunt se causa humani generis uxoribus iungi, imitētur saltem pecudes, & post quam uenter uxoris intumuerit, nō perdant filios, nec amatores se uxoribus exhibeant, sed maritos. Idē: In matrimonio opera liberorum concessa sunt, uoluptas autē, quæ de meretricum amplexibus capiunt, in uxore sunt damnatæ. De indulgētia Apostoli quomodo sit accipienda. Sed si concubitus, qui fit causa prolis, culpa caret, quid Apostolus secundum indulgentiam permittit Ita enim ait. Hoc autē dico secundum indulgentiā. Cui enim præstatur uenia, nisi culpę, Per hoc etiam quidam probare uolunt nuptias esse peccatum, sed prædictum est, indulgentia alia est concessionis, alia permissionis. Egerat Apostolus de nuptiis, & de carnali coitu, & ad utrunq; retulit illud Hoc autem dico secundum indulgentiam. Indulgentur enim nuptiæ secundum concessionem, & concubitus nuptialis, qui fit tantum causa prolis. Concubitus uerò, qui est pręter necessitatem generandi, ob incontinentiā indulgenter secundum permissionē, qa ibi est aliqua culpa, sed leuis. Ideoq; nō iubetur, nec conceditur, sed permittitur, qa non est laudabilis, sed uenialis. De hoc Aug. sic ait, Forte aliquis dicet, si ueniam concessit Apostolus, ergo peccatum sunt nuptię, cui enim uenia nisi peccato conceditur, Plane quod infirmitati permisit secundum ueniam, audeo dicere peccatum esse. Veniam namq; concedens. Apostolus concubitum attendit coniugatorum, ubi est incontinentiæ malum. Incontinentiæ malum est, ꝙ uir cognoscit uxorem etiā ultra necessitatem procreandi liberos, sed & ibi est nuptiarum bonum. Nō enim qa in continētia malum est, ideo coniugium. Vbi est cōcubitus p̄ter intentionem generatiōis, nō est bonum, nō ꝓp illud malum culpabile est hoc bonū sed illud malū fit ueniale ꝓp bonū nuptiale, ꝙ non reprehendit Apostolus, sed malū incontinentiæ. Itē, Concubitum qui non fit cā ꝓlis, nuptiæ nō cogūt fieri, sed impetrant ignosci, si tam est nō ita sit nimius, ut impediat tpa, quę orationi debentur, nec immutetur in eum usum, q ē ꝯ natura. Cōcubitus eīn necessariùs causa generandi inculpabilis, & solus ipse nuptialis est. Ille uerò quia vltra ne-

Aug. in li. de bono cōiugali.

Hiero li. 6 in Ezechie lē prophetam ca. 18. & hr̄ 32. q. 4. c. Origo quidem Hiero, li. 1 contra Iouinianū c. 61. & hr̄ 32. q. 4. c. Origo quidem.

1. Cor. 7.

Incontinētię in alū ni cōiugio

Aug. in li de bono cōiugali. ca. 10.

Augustin⁹, vbi sup. c. 14

necessitatem progreditur non rationi, sed libidini obsequitur: & hunc non exigere, sed reddere coniugine fornicetur, ad coniugem pertinet. Si uero ambo tali concupiscentiæ subiunguntur rem faciunt, quę non est nuptiarum, cuius delicti non sunt nuptiæ ho ratrices, sed deprecatrices. Decus quidem coniugale, est castitas procreandi, & redden-

1. Cor. 7. di carnalis debiti fides. Hoc est opus nuptiarum, quod ab omni peccato defendit Apostolus, dicens: Non peccat uirgo si nupserit. Cum ergo culpabilis non sit generandi intẽ tione concubitus, qui propriè nuptijs imputandus est: quid secundum ueniam cõcedit Apostolus, nisi quòd coniuges debitum carnis exposcunt, non propaginis uoluntate, sed libidinis uoluptate; quæ tamen uoluptas non propter nuptias cadit in culpã, sed pro

Aug. in li. 3. co. Iulia nũ hæreti cum. pter nuptias accipit ueniam. Immoderata ergo progressio secundum ueniam conceditur. Quocirca, & hinc laudabiles sunt nuptię, qui etiam illud, quòd pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Non enim iste concubitus quo seruitur concupiscentiæ, agitur, ut

2 Corin 7 impleatur fœtus, quem postulãt nuptiæ. Omnino ergo in genere suo nuptię bonę sunt

Gene. 6. quia fidem thori seruant: & prolis suscipiendæ causa utrunq; sexũ commiscent, & impietatem separationis horrent. Sanctitati etiam coniugij, nec coniunx infidelis obesse põt sed potius fidelis prodest infideli, ut Apostolus docet. Ex his ostenditur, q̃ cõiuges, q causa prolis tñ conueniunt, uel qui exigentibus debitum reddunt, defendit a pcto̩ sanctitas coniugij, bonumq; nuptiale. Si em̃ absq; pcto̩ non posset fieri concubitus coniugalis non præcepisset dominus post diluuium eos copulari, dicens. Crescite, & multipli camini, cum iam sine carnali concupiscentia non possint commisceri.

Quòd non omnis delectatio carnis peccatum sit.

Sed forte aliquis dicet omnem carnis concupiscentiam, & delectationẽ, quæ est in coitu, malã esse, & peccatũ, quia ex peccato est, & inordinata. Et nos dicimus illam concupiscentiam semper malã esse, quia fœda est, & pœna peccati, sed non semper pctm̃ est. Sępe enim delectatur uir sanctus scdm carnẽ in aliqua re, ut requiescendo post laborẽ, edendo post esuriem: nec tamen talis delectatio est pctm̃, nisi sit immoderata. Sic & de

Gregor. in rõsio ad interrogationẽ decim. Aug. Cantuarien. episco. c. 10. & habetur 33. q. 4. ca. Vir cũ qua pria. lectatio, q̃ fit in coitu cõiugali, cui assunt illa tria bona, a peccato defenditur. Vt tñ beatus Grego. aliter sentire, s. q̃ sine peccato nõ possit fieri carnalis cõmixtio, dicens: Vir cũ ppria uxore dormiẽs, nisi lotꝰ aqua, ecclesiã intrare nõ debet. Quãuis diuersæ hoim nationes de hac re diuersa sentiãt, & alia custodire uideant. Romanorũ tñ semp ab antiquioribus usus fuit, post admixtionẽ ppriæ coniuges, & lauacri purificationẽ q̃rere, & ab ingressu ecclesiæ paululũ tẽperare. Neq; hoc dicentes culpã deputamus esse cõiugiũ, sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine uoluptate carnis fieri non potest, a sacri loci ingressu est abstinendum, quia uoluptas ipsa sine culpa nullatenus esse potest.

Determenat auctoritatem.

Hoc autẽ ne prædictis obuiet, intelligendum est in illis, g nõ gratia prolis cõueniunt quorum uoluptas non est sine peccato. Et uix aliq reperiri pñt adhuc amplexus carnales experientes, qui nõ interdũ conuenãt p̃ter intentionem procreandæ prolis. Hoc aũt quoties fit ab ingressu ecclesiæ abstinendũ est. Et quod ita intelligẽdũ sit. Gregorius consequenter ostendit. Si quis uero sua coniuge, non cupiditate uoluptatis raptus, sed tantũ creandorũ liberorum gratia utitur, iste profecto, siue de ingressu ecclesiæ, siue de sumẽdo corporis dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus, quia prohiberi a nobis nõ debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum uero non amor procreandę sobolis, sed uoluptas dominat in opere cõmixtionis, habeant coniuges etiã cõmixtiõe suaq̃ defleãt. Tũc aũt uir, qui post admixtionẽ coniugis lotus aqua fuerit, etiã sacrã cõmunionem ualeat accipere, cũ ei secundũ præfinitam sententiã, ecclesiã etia licuerit intrare.

Summa distinctionis XXXI.

INducto tractatu de causis matrimonium constituentibus. Hic tractat de tribus bonis actum matrimonialẽ, carnalẽ uidelicẽt copulã honestantibus, quæ sunt, fides proles, & sacramentum. Deinde ostendit, q̃ non in omnibus coniugatis inueniuntur. Quocirca declarat, quando talia præparantes, uidelicet prolẽ impedientes, sunt homicidiæ, & quando non. Insup circa hæc mouet difficultatem, quomodo scilicet apostolus Paulus asserit se actum matrimonialem secundum indulgẽtiam permittere, si per tria hæc bona ad ab omni excusatur peccato, imo, & licitè uirtuoseq; fiat. Consequenter inducit instantiã cõtra permissa, ex uerbis probans Gregorij actũ illũ carnalem exerceri nõ posse sine peccato, & soluit.

POrrò de istis iam supra inductę, ac motę, atq; solutę sunt plurimæ quæstiones. Attamen pro clariori intelligentia ueritatis hic quæritur, *utrum hæc tria bona habeãt actum matrimonialem honestare, & utrum ab omni peccato ipsum sufficienter excusent, ita quod sine ipsis non careat culpa.* Videtur, q̃ fides nõ sit unum horum trium bonorum; quoniã inter infideles est uerum connubium, nec illegitimi sunt filij eorum, ac filij, sed ueri hæredes possessionum suorum parentum. Insuper inter parentes beatissimi Iohannis Baptistæ fuit uerum, honestissimumque connubium etiam antequam genuerunt tam sacram prolem; imo multorum matrimonia non habẽtiũ prolẽ, cõmẽdabiliora sunt, quàm eorũ, q̃ habẽt prolem. Amplius matrimoniũ est

est sacramentum, ergo sacramentum non est bonũ ipsum excusans. Iterum, sicut præhabitũ est, actus matrimonialis esse potest, & dũ ritè peragitur, est actus diuersarum uirtutum, uidelicet charitatis, iustitiæ, latriæ, &c. Actus autem uirtutis, in se & per se laudabilis, meritoriusq; cõsistit, nec bonis eget extrinsecis, quibus honestetur, aut excusetur.

Albertus. ¶Circa hæc scribit Albertus primò interrogans, in quo genere boni sit matrimonium, hoc est, an sit

Prouer. 5. bonum delectabile, utile, uel honestum. Et multipliciter arguit, quòd sit bonum, honestum, delectabile, cum Salomon dicat; Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Multi quoq; desiderio delectationis matrimonium contrahunt, & actui illi natura delectationem præcipuã miscuit, ut ad actum illum

Cicero homines magis alliciantur, nec horrore oneris cõiugii retrahantur. ¶Ad quod respondet: Matrimonium est de bonis mixtis. Quæ autẽ sint bona mixta, docet Tullius in fine primi Rhetoricæ, utpote q̃ partim apetuntur intuitu utilitatis, & partim propria ui, ac propria dignitate, sed honestate nos attrahunt. Nec concedendum est aliquo modo iudicio meo, quòd sit bonum delectabile: quoniam delectatio non est in ipso, nisi sicut incidens bonum, sine qua non exercetur. Hæc uero media bona a digniori denominantur, & uocantur bona honesta Salomon quoque in uerbis prælegatis intendit, ut uir delectetur in cõiuge, prout delectatio in bono rationis, puta in fide coniugali, & significatiõe sacramenti, ac pietate prolis susceptæ. Nec natura admiscuit actui illi delectationem, ut finaliter aut principaliter fieretur in ea, sed per ipsam attrahatur ad melius bonum, à quo denominatio sumitur.

Quæstio. ¶Deniq; tria bona matrimonij secundũ, quod sunt matrimonij bona, sunt in genere boni honesti: non tamen in eadem specie honestatis. Sumpta uerò seorsum secundum se, non sunt in eodem genere boni. Fides enim, & proles in diuerso sunt genere, nec proles quantum ad suam substantiam est in genere boni honesti, nec sic est matrimonij bonum, sed ut ordinata, ac educata ad cultum Dei.

¶Si autem quæratur, quid horum trium sit principalius matrimonii bonum. Respondendum, q̃d aliquid appellatur principalius matrimonij bonũ tripliciter: Primò tanquam magis, principaliusq; intentum ab instituente matrimonium, imo, & communiter ab utentibus matrimonio, & sic prò les est principalius matrimonij bonum. Secundò, quod principalius participat bonitatis naturam, & hoc est fides. Tertiò, quod essentialius, ac finalius sequitur matrimonium, & hoc est sacra-

Quæstio. mentum.

Quæritur quoq; an tria ista sint matrimonij bona secundum quod matrimonium est in remediũ culpæ, uel secundum quod est officium naturæ. Dicendum, quòd tria ista efficiuntur à matrimonio secundum quod est officium naturæ, sed adiungũtur ei prout est in remedium culpæ, aliter em̃ nul latenus coitum excusarent. Proles quippe, & fides & sacramentalis significatio sunt quædam effectus

Haimo. matrimonii primo modo accepti, seu contrahentium illud. Fides demum (ut Haymo ait) dicitur a fio fis. quia per eam fiunt, quæ in matrimonio dicitur, seu mutuò promittuntur ideo actus huius fidei est, ne aliqs cõiugiũ alteri misceat. Hæc Alber.

¶Insuper Tho circa hæc scribens: Nullus inquit sapiens debet iacturã aliquã sustinere nisi pro recõpensatiõe æqualis melioris ue boni. Idcirco electio rei habentis annexam iacturam, indiget adiũctione boni, per cuius recompensationem ordinee & honestetur. Cumq; in coniunctione uiri, ac mulieris iactura accidat rationis, tum propter uehementiam delectationis rationem absorbentis: tum propter onera, curam, & tribulationes matrimonio iunctas, electio coniunctionis huiusmodi ordinata esse non ualet, nisi per recompensationem bonorum, quibus illa honestetur coniunctio, & hæc sunt tria matrimonii bona, & quasi intrinseca ei. Philoso: Dicit autem Philosophus 8. Ethicorum, quòd amicitia, quæ est inter uirum, & uxorem, est naturalis. & claudit in se bonum delectabile, & utile, ac honestum. Etenim ex hoc ipso, quòd in officium, & remedium, habet rationem boni utilis, ac honesti, attamen utrunque horum conuenit ei ex hoc, q̃d huiusmodi bona habet, quibus fit officiosum, & contra culpam remedium præbens.

¶Denique tria hæc bona sufficienter assignantur. Matrimonium namq; est in officium naturæ, & est sacramentum ecclesię. Et inquantum est in officiũ naturæ, ordinatur duobus, quemadmodum quilibet alius actus uirtutis, quorum unum exigitur ex parte agentis, & hic est intentio debiti finis, sicque bonum matrimonii dicitur proles. Aliud ex parte actus, qui est bonus ex genere, ex hoc, quod super debitam cadit materiam, & ita matrimonii bonũ est fides, per quam homo accedit ad suam, non ad alienam. Fides in matrimonio quid sit.

¶Vlterius quoque habet aliquam bonitatem in quantum est sacramentum, uidelicet sacram significationem, quæ & ipso sacramenti nomine designatur. In prole uero non solum insinuatur procreatio, sed & pia, ac diligens educatio eius; Fides quoq; non sumitur hic prout est theologica uirtus sed ut est iustitiæ pars, qua dicta sunt in contractione promissorum: quia in matrimonio (cum sit q̃dam contractus) est quædam promissio, per quam talis uir tali mulieri deputatur. Similiter in promissione illa principaliter continetur, ut fibi inuicẽ debitum reddant. Imo fides non accipitur hic propriè pro uirtute, sed pro quadam conditione uirtutis, ex qua fides nominatur, quæ pars iustitiæ ponitur, queadmodum Magister testatur. Sacramentũ non dicitur hic ipsum matrimonium, sed in separabilitatis eius, quæ est signum eiusdem rei cuius, & matrimonium.

¶Insuper aliquid nominatur principalius. Primò: quoniam dignius, secũdò, quoniã, essentialius. Primò modo sacramentum hæc tria est principalius: quoniam spectat ad matrimoniũ, inquantũ est ecclesiæ sacramentũ. Alia uero duo, inquantũ est naturę officium, & perfectio gratiæ dignior est perfectione naturæ. Si autẽ principaliùs nuncupetur id quod essentialius est, distinguo. Fides nãq;, & proles consideranter primo in seipsis, & sic pertinẽt ad matrimonij usum, per quẽ proles perducit, & pactio coniugalis seruatur. Indiuisibilitas uero, quã sacramentũ importat, pertinet ad matrimoniũ secundũ se: quoniã ex hoc, quòd per actionem coniugalem coniuges tradũt sibiinuicẽ sui corporis potestatẽ, sequitur, q̃ separari nõ possunt, ideo matrimoniũ nunquã inuenitur sine inseparabilitate, sed inuenit sine prole, & fide, quoniã esse rei nõ depẽdet a suo usu: sicq; sacramentũ est essentialius matrimonio, quã fides, & proles. Secũdò consideratur fides, & proles, put sunt in suis principiis, ut p prolẽ intelligat intentio prolis, & per fidẽ debitum seruãdi fidelitatẽ, sine quibus, nec matrimoniũ esse ualet, qa hæc in matrimonio ex pugali pactiõe causant, ita

quod si aliquid his cõtrarium exprimeretur in cõsensu qui matrimonium facit, non esset matrimoniũ uerum, sicque sumendo prolem, & fidem, proles est essentialissimum matrimonio, deinde fides, & tertio sacramentum: quemadmodum etiam homini essentialiùs est esse naturæ, quàm esse gratiæ, quamuis esse gratiæ sit digniùs.

Quæstio.

¶Præterea si quæratur, an actus matrimonii excusari possit a culpa, etiam sine præfatis bonis ipsius. Dicendum quòd sicut bona matrimonij secũdum quod sunt in habitu, faciunt matrimonium honestũ, & sanctum, ita etiam secũdum quod sunt in actuali intentione, faciũt actum matrimonij honestum, quantũ ad illa duo matrimonii bona, quæ ipsius actum respiciunt. Vnde dum coniuges conueniũt causa prolis procreandæ, uel ut sibi inuicẽ debitum reddant, quæ ad fidem pertinẽt, excusantur totaliter a peccato. Tertium uero bonum non ptinet ad matrimonij usum, sed ad essentiam eius, propter quod facit matrimonium esse honestum, non autem actũ eius, ut per hoc actus eius sit immunis à peccato, quòd alicuius significationis causa conueniunt, ideo solũ duobus modis coniuges absque omni peccato conueniunt, utpote quãdo conueniunt causa prolis procreandæ, ad Dei obsequium educandæ, & causa debiti persoluẽdi, alias semper est peccatum ad minus ueniale. Dum autẽ sola natura mouet ad matrimonii actum, non excusatur omnino à peccato, nisi inquantum motus naturæ ordinatur actu, aut habitu ultra ad prolẽ secundum quod proles est matrimonii bonum, nõ tamẽ sequitur, quòd actus naturę sit malus, sed ꝙ sit imperfectus, nisi ulteriùs ad aliquid bonum matrimonii ordinetur, aliàs staretur in creatura, qđ sine peccato esse non posset. Si autẽ quæratur, an peccet qui utitur coniuge solum ad fornicationẽ uitandam; dicendum quòd si aliquis per actum illum intendit uitare fornicationem in uxore, non est peccatum: quoniam hoc est quædam redditio debiti, quod ad bonum fidei pertinet. Si uero intẽdit uitare fornicationẽ in se, sic est ibi superfluitas aliqua, puta incontinentia quædam: atq; secundũ hoc est ueniale peccatum, nec ad hoc est matrimonium institutum, nisi secũdum indulgentiam quæ est de uenialibus culpis. Si uero coniugem uir cognoscat causa sanitatis corporeæ, est aliqua culpa, qm̃ matrimonium non est institutum ad hoc, quẽadmodum qui ex baptismo solum salutem quæreret corporalem.

Coniuges conueniẽtes qñ excusantur a peccato.

Coniugalis conuentio qñ ueniale peccatum.

Quæstio.

Quæstio. Hierony.

¶Postremo quæritur, an semper peccet mortaliter, qui uxorem cognoscit (non intẽdẽs aliquod matrimonii bonum) secundum delectationem. Videtur, quòd sic, quia (ut ait Hieronymus) uoluptates, quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in uxore damnandæ sunt. Dictum est quoque super secundum, quod consensus in delectationem, est mortale peccatum, similiter usum craturæ, non referre ad creatorem, uidetur mortale.

Philoso.

¶Ad hoc quidã dixerunt, quod quandocunque actum coniugalem libido principaliter mouet, est mortale peccatum: sed quando mouet ex latere, est ueniale. Cum uerò delectatio omnino respuitur ac displicet, fit actus coniugalis sine culpa omnino. Vt sic mortale sit, in actu illo delectationem quærere, oblatam autem acceptare sit ueniale, & ipsam odire sit perfectionis. Verũ hoc stare non ualet, qa secundum Philosophum 10. Ethicorum, idem iudicium est de delectatione, & operatione: qm̃ operationis bonæ delectatio bona est, & malæ mala. Cũq; actus matrimonialis nõ sit scd̃m se malus, q̃rere delectationem in eo non est de se peccatum mortale. Idcirco dicendum, quòd si delectatio q̃ratur ultra honestatem matrimonii, ut si quis uxorem accedat, non quoniam coniunx est, sed quia est mulier, utpote paratus cum ea facere, quamuis uxor sua non esset, est mortale peccatum, & talis uocatur amator ardentior, sicque extra matrimonii bona effertur. ¶Si uero delectatio quæratur infra matrimonij limites, ut scilicet in alia non quæreretur, quàm in propria coniũge, peccatũ est ueniale. ¶Et hoc Hieronymus uocat meretricias uoluptates, quærere eas in uxore, sicut quæruntur in meretrice, utpote ex concupiscentia prædominante. Consensus quoq; in delectationem huiusmodi seu in concubitum præcepto prohibitum, est mortale peccatum. Delectatio autem non prohibita, quamuis uenialis, potest inquantum nõ ꝓhibita, referri in Deũ. Hęc Thomas in Scripto. Idẽ Petr.

Act9 coniugalis qñ peccatum mortale.

Hierony.

Albertus.

¶Albertus etiam protestatur, quòd ex libidine cognoscens uxorem, circa matrimonii limites, ob sequitur libidini, non ut fini, sed ut infirmitati, quia vehementia ducitur passionis, ideo in hoc solum uenialiter peccat.

Richard9 Quæstio.

¶Præterea Richardus concordans præhabitis, etiã sciscitatur, an oporteat tria matrimoni bona esse in contrahentium intentione. Respondet, qđ non, loquendo de esse in intentione actualiter, atque explicitè, sed sic loquendo de esse in intentione habitualiter, & implicitè. Recitat quoque opinionem dicentium, quòd actus matrimonialis fieri queat sine omni peccato, quamuis non fiat causa reddendi debiti, nec desiderio prolis, sed causa uitandi fornicationem in seipso, aut etiam desiderio moderatæ uoluptatis. Primo, quoniam quærere moderatam delectationem in facto honesto, nullum penitus est peccatum. Delectatio etenim corporalis non est secundum se mala, aliter non esset uirtus moralis eã modificans. Secundò, quoniam matrimoniũ non solum est officium naturæ, sed & remedium culpæ, ergo licitum est eo uti solum ad hoc, quòd culpa uitetur. Tertiò, quia si quis grauẽ ægritudinem sustinens, quæ curare non posset nisi per concubitum cum sua uxore, & ad hoc cognosceret eam non uideretur peccare. Quartò quoniã sanctus Apostolus loquitur: Propter fornicationẽ (supple uitandam) unusquisq; suã uxorem habeat. Nec obest, quod subdit, hoc autem dico secundũ indulgentiam, non secundũ imperiũ, quia per hoc uidetur innuere, quòd liceat, quamuis non præcipiatur. Hæc Richardus.

Delectatio de facto honesto nullũ peccatum.

1. Cor. 7.

Dionysius Carthusi.

¶Verntamen alia positio præinducta securior, communior, Augustino quoque, & Magistro consonantior esse uidetur.

Scotus.

¶Ampliùs Scotus contra præhabita arguit, qm̃ somnus diutius priuat hominem actu rationis, q̃ actus matrimonialis: nec tamen assignantur bona somnum excusantia. Ad quam obiectionem respõdet Rich. ꝙ somn9 est qd narurale, ꝙ uitari nõ potest, & p ipsum confortatur natura, & rõ uigoratẽ, ita ꝙ somno expleto fit rõ ad suos act9 robustior.

Richard.

Durãdus.

¶Durãdus etiã consonat præinductis, exceptio ꝙ potius sentit, ꝙ actus matrimonialis possit esse sine peccato, ẽt quãdo fit causa uitandi fornicationẽ in seipso, & cætera, ꝑsertim: qm̃ uir magis tenetur sibipsi, prouidere de euitatione peccati, q̃ coniugi. Scripta demũ Bonauẽturę de his, omnino concordãt respõsiõibus sancti Thomę. Supra quoq; dicta ipsius Bonauenturæ de his sunt inducta.

¶De so-

De solutione carnalis debiti. Dist. XXXII.

De matrimonio secundũ causam finalẽ quantũ ad fidẽ thori. 1. Cor. 7.

SCiendum etiam est, quia cum in omnibus aliis uir pręsit mulieri, ut caput corpori (est enim uir caput mulieris) in soluendo tamen carnis debito pares sunt. Ideo Apostolus vtrique pariter præcepit in hac causa subijnuicẽ subiici, inquiẽs. Vir debitum reddat uxori, similiter & uxor uiro, quia mulier non habet potestatem sui corporis, sed uir. Similiter, & uir non habet potestatem sui corporis sed mulier, quia nec mulier ad alium uirum, nec uir ad aliam mulierem potestatem sui corporis habet, nec uir ad continendum, nec mulier potestatem habet sine mutuo consensu, sed alter alterius ptãtem habet corporis, ut poscenti alteri non liceat alteri negare dabitum, In hoc enim pares sunt, quia nec uiro, nec mulieri corpus suum licet alij tradere, sed sibiinuicem debitores sunt in hac causa, ne peccandi detur occasio Per quod non dominum tollitur uiro, sed uitium: Debent enim sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem liberorum proconcreandorum causa, quæ prima est in ista mortalitate societas, uerum etiam infirmitatis inuicem excipiendæ ad illicitos concubitus deuitandos, mutuam quodammodo seruitute, ut & si alteri eorum continẽtia placeat, nisi ex alterius consensu non possit. Ad hoc enim neuter habet potestatem sui corporis. Quod a Deo uerum est, ut etiam, ꝙ non filiorum procreandorum, sed infirmitatis, & incontinentiæ causa expetit, uel ille de matrimonio, uel illa non sibi alteutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptilas: reddere enim debitum coniugale, nullius est criminis. Exigere autem ultra generandi necessitatem, culpę est uenialis. Fornicari uero uel mœchari, puniendi est criminis.

Aug. in li. de bono cõiug. c. 6.

Quòd neuter continere ualeat, nisi ex communi consensu.

Aug super Psal. 46. & hr̃ 33. q. 5. c si dicat. August. ad Editiam. 1. Cor. 7.

Quod uerò sine consensu uxoris uir continere nõ ualeat, subditis probatur testimoniis. Ait. n. Augustinus: Si dicat uir, continere iam uolo, nolo autem dixit uxor, non potest. Quod enim tu uis, illa non uult. Nunquid per continentiam tuam illa debet fieri fornicaria? Si alij nupserit, te uiuo, adultera erit. Nõ uult tali lucro Deus tale damnum compensari. Redde debitum, & si non exigis redde. Pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non quod tibi debetur exigis, sed reddis, quod debes uxori. Idem: Secundum uerba apostolica, etiam si uir continere uoluisset, & tu noluisses, debitum, tibi reddere cogeretur, & illi Deus imputaret continentiam, si non suæ, sed tuæ concederet infirmitati, ne in adulterium caderes. Quisquis ergo compatiens infirmitati uxoris reddit, non exigit debitum, aut si propter propriam infirmitatem ducit uxorem, plangens potius quia sine uxore esse non potuit, quàm gaudens quia duxit, securus expectat diẽ nouissimum. Idem: una sola causa esse potest, qua te ad id, quod nouisti, non modo non hortaremur, sed etiam, prohiberemus implere, si forte tua coniũx hoc tecum suscipere animi, uel carnis infirmitate recusaret. Nam uouem datalia non sunt a coniugatis, nisi ex consensu & uoluntate communi: Et si præpropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quàm persoluenda promissio: Non enim deus exigit si quis ex alieno aliquid uouerit, sed potius usurpare uetat alienũ. Idẽ: Apł̃s nec ad tp̃s ut uacent orationi, nisi ex consensu, uoluit coniugem carnali inuicem fraudari debito. Idem: Manifestum est ita uoluisse legem fœminam sub uiro esse, ut nulla eius uota, quæ abstinentiæ causa uouerit, reddantur ab ea, nisi auctor fuerit uir permittẽdo. Nã cum ad pc̃m̃ eiusdem uiri pertinere uoluerit lex, si priùs permiserit, & post ea prohibuerit, non tñ dixit, ut faciat mulier, quod uouerat postq̃ uir promissionẽ reuocauit quia permissa iã prius a uiro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuit, quod priùs concesserat: non tamen mulieri ex hoc iussum dedit, ut cum priùs uir ei concesserit, postea si prohibuerit contemnatur. Ex his apparet, ꝙ uir uel mulier continentiam Deo offerre non potest sine communi consensu nec alter alteri debitum negare debet. Si uerò quilibet eorum alterum a suo iure absoluerit, ad pręteritam seruitutem nunquid reuocare poterit? Hoc enim uidetur Augustinus supra uoluisse. Quibusdam uidetur, ꝙ mulier discedens a domo uiri, quæ viro permittente continentiam uouerit, uel promiserit eodem prohibente, soluere non ualeat, & hoc propter dignitatem uiri, qui est caput mulieris. Sed meliùs hoc intelligitur in tali casu, ubi vir concedit mulieri uouere continẽtiam, & ante uotum prohibet implere. Si verò habitum mutauerit, non potest reuocare scd̃m illud: Qui vxorẽ suã velare permiserit, aliã non accipiat, sed similiter cõuertat.

Aug. ad Armentariũ epistto. 45.

Aug. li. 1. de adulterinis coniugiis c. 2. Idẽ in q̃õnibus numero li. 4. cap. 57.

Quæstio. Respõsio.

1. Cor. 7. Ex concil. Remẽsi 33 q. 5 c. qui uxorem.

Quibus temporibus cessandum sit a coitu.

Et licet debitũ posceti semper sit soluendum, nõ licet tñ qualibet die poscere. Vnde Augustinus: Chr̃iano cũ vxore sua aliquando licet conuenire, aliquando non. Propter processionis enim dies & ieiuniorum aliquando non liet conuenire, qa ẽt à licitis abstinendum

Aug li. de q̃õnib noui, & vete. test. q. 127.

stinendum est, ut faciliùs impetrari possit qđ postulatur. Idē Quotiescūq; enim uel dies natiuitatis uel reliquę festiuitates aduenerint, non solū a concubinarum cōsortio, sed ēt à ppriis uxoribus abstinete. Itē Ambro. Si cā procreādorū filios ducit uxor, non multū tēpus concessum uidetur ad ipsum usum, quia & dies festi, & dies processionis & ipsa rō conceptus, & partus, iuxta legē cessare usum carnis his debere tēporibus demōstrāt.

Hieronymus uidetur dissentire a præmissis.

¶Illi autem, quod dictum est, reddere debitum non esse pctm, nō obuiare, quod ait Hiero. Quicunq; uxori debitum reddit, uacare nō pōt orationi, nec carnes agni edere. Item: Si panes propositionis ab his qui uxores suas tetigerant: comedi non poterant: quanto magis panis, q de cœlo descendit, non potest ab his, q cōiugalibus paulo ante hærere complexibus, uiolari, atq; contingi: non q nuptias, cōdemnemus, sed q eo tpe, quo carnes agni manducaturi sumus, uacare à carnalibus opibus debeamus. Hoc capm maximè ad ministros ecclię ptinere vī, q̄bus nō licebat sacra officia celebrare, atq; misteria tpe coniugalis amplexus, quo etiam præsentia spiritussancti non datur. Vnde idem ait Cōnubia legitima carent quidē pctō, nec tm tpe illo, quo coniugales actus gerunt, psentia spiritussancti dabitur, ēt si propheta esse uideat qui officio gnationis obsequitur.

Quibus temporibus non sunt celebrandæ nuptiæ.

Nec solum in opere carnali obseruanda sunt tempora, sed etiam in celebrandis nuptiis, secundum illud: Non oportet a septuagesima usq; in octauam paschę & tribus hebdomadibus ante festum Iohānis, & ab aduentu dñi usq; post epiphaniam domini celebrare nuptias. Quòd si factū fuerit, separentur. Item Nicolaus papa: Nec uxorem ducere, nec coniugia facere quadragesimali tempore, conuenire posse ullo modo arbitror.

Hieron in quodā ser. 33 q. 4. sciatis.

1 Reg 21

Iohan 6.

Hieronym. sup. Matt. 32. p. i.

Nicolaus papa 33 q. 4 cap. nec uxorem.

Summa di stinctionis XXXI.

¶Iam supra tractauit Magister de bonis matrimonii, qualiter actū illū excusent. Hic declarat qualiter circa actum illum maritus, & uxor consistat æqualis conditionis, quanquā in aliis uir sit caput uxoris, ex quo cōcludit, q. neuter eorum sine consensu alterius possit, se ad castitatem astringere. Attamen ne ex hoc putetur quodlibet tempore amplexibus esse uacadum, ostendit qm inde cessandum sit, & item quibus tēporibus à nuptiis celebrādis oporteat abstinere.

QVAESTIO I.

1. Cor. 7.

Hic quæritur primò, *Vtrum uterque coniugū teneatur ex præcepto alteri debitum reddere in differenter quocunque tempore, & si non, quibus temporibus ad hoc teneatur & quibus non.* ¶Videtur q nō semper teneantur ad hoc, q hoc ipsum interdū obesset corpori, & animæ, ut tempore menstruorum, & infirmitatum quarūdā tēporibus quoq; cōtionis, & præcipuarum festiuitatum, & diebus, qui actibus afflictionis, compunctionis, & præcipuè deuotionis sunt depurati. Graue quoque uidetur asserere, q matronæ q̄dā multū deuotæ mortaliter peccēt, quæ maritis suis denegant cōmisceri, ex quadā abundantia spiritualitatis, ac uoluptatum detestatione carnalium, siue ex senectute, sicut in Genesi loquitur Sara. Posq̄ cōsenui, & dñs meus uetulus est, uoluptati operā dabo? quasi dicat, non decet. Rursus, qui non consentit errāti, & cooperatur peccanti, cum ipso in uitiis communicat. Si ergo alter coniugum immoderatè, indiscreteq; petat, nō debet ei conthoralis præbere consensum. ¶In oppositum sunt, quæ habentur in litera, & q debitū reddere est actus iustitiæ, & cadit sub præcepto.

Gen. 18.

Thomas

¶Ad hæc Thomas rndēs: Matrimoniū, inqt, principaliter institutū est in naturæ officiū, id in actu eius seruādus est, & considerandus modus naturæ secundū quē uis nutritiua non ministrat generatiuæ, nisi id, q ad indiuidui conseruationem superfluit. Nā istud naturalis ordo requirit, ut res priùs in seipsa pficiat, deinde de sua pfectione cōmunicet alteri, quod ēt dicit ordo charitatis, & gratię naturā perficiēs. Idcirco cū uxor in uirum potestatē non habeat, nisi quantū ad generatiuā uirtutē non quo ad ea, q ad conseruationē indiuidui ordinant, uir tenet uxori debitū reddere ī his, q ad gnationē ptinēt plis, salua in primis ppriæ incolumitate psonæ. Si igit uxor quærat immoderatè, & cōtra cōsistentiā congruā uitæ uiri, nō est petitio debiti, sed iniusta exactio. Hinc quoq; si uir impotens fiat reddere debitū ex cā matrimoniū consequente, ut excędēte debitri redditione, non habet mulier ius petendi plus ab illo: imò peręndo magis ostēdit se meretricē, q cōiugē. Si uerò uir impotēs sit ad hoc ex alia causa iusta & licita, iterum excusatur, nec illa habet ius exigēdi. Si uerò causa illa illicita sit, ipse in culpa est, pœniteręq; debet alias crimen uxoris, si ex hoc in adulteriū ruat, sibi quodāmodo imputatur, iō operā dare dēt prō uiribus, ut uxor cōtineat. ¶Verū his obiici pōt, q ex redditione debiti coniuges à cōmunione impediuntur, ad quā certis tēporibus tenētur: sicq; impletio huius præcepti ab impletione alterius. imo & maioris pcepti, impedire ūr. Quærit quoq; an pp lepra alterius coniugū, alter ab exhibitione debiti excusēt, quod imò apparet, qm ex semine leprosi nascitur ples infecta. Et rndēdū ad primū, q qs implēs unū pceptū, pōt ad tēpus inhabilis fieri ad alterius implętionē pcepti, seu ad aliqd officiū sacrū implędū, qđ eadmodū iudex rēū dānādo irregularis efficit. Similiter implēs pceptū redditionis debiti carnis, fit ineptus ad diuina obsequia exequēdā, seu sacra misteria participanda, nō q actus redditionis illius existat pctm, sed rōne carnalitatis actus illius. Sicq; (ut ait Magister) Hiero. loquit de ministris ecclesiæ, dicēs, q carnes agni comedere nequeunt nec orōni uacare, qui uxori debitū reddūt, & de hoc infra dicetur. Ad aliud rndendū, q lepra soluit sponsalia, non matrimoniū, iō uxor uiro quamuis leproso tenetur debitum reddere, non tm tenetur ei cohabitare. Nec cm tā cito ex coitu sicut ex frequenti cohabitatione inficitur. Et q̄is inde nascatur proles infirma, tm melius ei est sic esse quā omnino nō esse.

Coniunx a conthorali qm habet debitū petere.

Quæstio.

Hieronym.

¶Queritur quoq;, an uxori ēt non petenti, teneatur uir debitū reddere. Dicendū qđ dupliciter pōt

Quæstio.

debitum

debitū peti. Primò expresè p uerba, secundò interpretatiuè p signa. Et si uxor petat p signa certa, & euidentia, quāuis ex uerecūdia uerbis nō exprimat teneť ei uir debitū reddere, ac si uerbis exprimeret.

¶Insup q̄ri pōt, an liceat mulieri menstruatæ debitū petere? Et rursus, an mulier talis debeat debitū soluere uiro petenti. Ad horum primū dicendum, qđ ad mulierē menstruatā accedere fuit in lege prohibitū, tū p pimmunditiā mulieris, tum propter nocumentum proueniens proli ex cōmixtione huiusmodi. Et quātū ad primū, pceptū fuit ceremoniale: qtū ad secundū fuit morale: qa cū matrimonio ad plis principaliter ordinet, ois inordinatus matrimonij usus, quo bonū prolis impeditur, prohibetur. Veruntn fluxus menstruorum est duplex, utpotè naturalis, & innaturalis. Naturalis, quē mulieres patiuntur temporibus determinatis, qñ sunt sanæ. Innaturalis est, quando inordinatè, & quasi continuè ex aliqua infirmitate fluxum sanguinis patiuntur, & in tali fluxu non est prohibitū mulierem accedere præsertim in noua lege, quoniam tunc mulier propter infirmitatē negt concipere. Et qm̄ fluxus talis perpetuus, seu diuturnus consistit, unde oporteret uirū semp à cōiuge abstinere. Tempore autē fluxus illius naturalis pōt cōcipere uxor nec durat nisi ad modicum tempus. ideo prohibitum est eam tunc accedere, mulieri quoque tunc debitum petere. Vnde in Leuitico habetur: Ad mulierem, quæ menstrua patitur, non accedes. Et super illud Esaiæ, Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ, ait Hieronymus: Tunc uiri debent ab uxoribus abstinere, quia tunc concipiunt mębris dānati, cæci, claudi, leprosi, & huiusmodi, ut quia parentes nō erubuerūt in cōclaui miseri, eorum peccata pateant cūctis, atq; apertè redarguantur in paruulis. Et si obijciatur, quod uir fluxū feminis patiens pōt debitū petere, dicendū qđ fluxus seminis in uiro ex infirmitate procedit, nec semen sic fluens generationi est aptum, nec talis fluxus est diuturnus, ideo est simile. Item quandiu mulier menstrua patitur, non pōt pro certo constare an sterilis sit. Quædam enim in iuuētute sunt steriles, quæ processu temporis sunt fœcundæ.

Leu. 18. Isa. 4.

¶Ad secundum quæsitum quidam dixerunt, qđ sicut mulier menstruata non pōt debitū petere, ita nec reddere. Quemadmodum em̄ non teneret reddere, si infirmitatem haberet in proprio corpore, ex qua periculum immineret, ita reddere non tenetur ad uitandū periculum prolis. Verum ista opinio derogare vī matrimonio, p qđ datur uiro omnimoda potestas in corpus uxoris, quantū ad actū matrimonialem: Nec est simile de periculo prolis, & coniugis, quia si coniunx infirmetur, certissimū est, quod ex actu carnali periculū ei immineat. sed hoc nō est ita certū de prole, cui fortè non ita euenier. Ideo alij dicunt, q si uir ab uxore ita dispositā debitū petat scienter, debet eum mulier quātū pōt precibus, monitisq; auertere; non tm ita instāter, ut sit uiro occasio incidēdi alias corruptiones dānabiles, si ad eas pnus credat. Si aūt petat ignoranter dēt mulier aliquā occasionē prætendere, & infirmitatē allegare, ne debitū reddat, nisi uiro periculū timeat. Tm si uir nō desistat, debet ei mulier reddere debitū, nec tutū esset, quòd uiro suam passionem insinuaret, nisi de eius probitate, atq; prudentia piè præsumeret, ne forte abominationē ad ipsam concipiat. Nec obstat illud Leuitici, Si quis ad menstruatam accedat, uterq; morte moriatur, qa intelligendū est hoc quādo uterq; spōtè psentit, sed ī casu, quo inuitè acqescit marito, nō ppriè ei cōsentit.

1. Cor. 7.

¶Ampliùs de hoc, an maritus, & uxor æqualis sunt auctoritatis in petendo, reddendoq; debitum. Dicendū qđ æqualis duplex est, Vna quantitatis, seu æquiparātiæ, alia proportionis. Et qualitas quātitatis est, quæ attenditur penes duas quantitates eiusdē mensuræ, sicut bicubiti ad bicubitum. Equalitas uerò proportionis attenditur inter duas proportiones speciei eiusdem, ut dupli ad subduplū. Loquendo ergo de prima æqualitate, uir, & mulier non sunt equales in matrimonio; nec quantum ad actum coniugalem in quo id, quod nobilius est, uiro debetur, nec quantum ad dispensationem domus, in qua uir regit, & regitur uxor. Sed quantum ad secundam æqualitatem, æquales sunt in utroq;: qm̄ sicut uir tenetur uxori in actu coniugali, dispensationeq; domus ad id qđ uiri est. ita uxor uiro ad id, quod uxoris, sicq; fertur in litera, in reddendo, & petendo debitū. Vxor tm̄ non tenetur reddere debitum uiro non petenti, & hoc per accidens est: qm̄ uir nō ita erubescit petere debitum sicut uxor. Ex his patet solutio quęstionis quæ petitur, Vtrum uir, & uxor possint uotum emittere contra debitū coniugale. Nempè cum uouere actus sit uoluntatis, de illis bonis pōt esse uotū, quæ nāturæ subiacent potestati, ac uoluntati. Cumq; coniuges siue inuicem teneantur in uoti redditione, non ualent contra hoc quicquā uouere. Et si obijciatur, quod uir pōt accipere crucē, & abire in subsidium terræ sanctę, ēt uxore nolente: & tm̄ per hoc impeditur à debiti redditione, dicendum, quòd satis probabile est quòd uxor debeat uelle continere ad subueniendū generali necessitati terræ sanctę Ideo in fauorē negocii (pro quo crux datur) institutum est, quod liceat uiro sine uxoris consensu accipere crucem. Quemadmodum etiam posset domino suo terreno à quo feudum accepit, sine consensu coniugis militare, nec tamen in hoc subtrahitur uxori ius suum: qm̄ potest uirum sequi. Verum circa hoc quæritur an unus ualeat sine consensu alterius uouere non petere debitum. Dicēdum, quod de hoc est duplex opinio, una quòd imò: qm̄ petere est potestatis, & proprij iuris. Alii dicunt ōriū, quia si unus eorum nunquam peteret. ex hoc matrimonium fieret alteri onerosum, dum unus semper subiaceret confusioni petendi hoc debitum. Et istud est uerius.

Diebus' festis debitū nō licet petere licet tamen reddere.

¶Nunc respondendum ad ista, an liceat temporibus sacris, & festiuis reddere debitum, & an peccet mortaliter, qui tunc petit. Ad quæ dicendum, quòd actus matrimonialis, & si careat culpa, attm̄ sua delectatione deprimit rationem, & à deuotione impedit mentem. Idcirco diebus, quibus specialiter diuinis uacandum est, non est licitum petere. Deniq; cum mulier habeat potestatem in corpus uiri, quantum ad actum illum, & econtra, tenetur unus alteri debitum reddere in quocunque tempore, & hora quacunque salua debita honestate quæ in talibus exigitur. Non enim oportet statim ī publico reddere. Et quamuis peccet qui petit, non tm̄ qui soluit, quia inuitè hoc facit. Hoc enim propter lubricū carnis est diuinitus ordinatū, ut petēti debitū semp reddatur, ne qua dēt peccati occasio.

¶Atuerò petere debitum in die festiuo, non est circumstantia trahens ad aliā speciem culpæ. idcirco non potest in infinitum aggrauare, & iccirco non peccat mortaliter uir, seu uxor petens debitū die festiuo: maius tamen peccatum est, petere debitum solo delectationis amore, quā timore inciden di lubricū carnis. Sed obijci pōt, quod primò Dialogorum

logorum sanctus refert Greg. mulierem in nocte à uiro cognitam, mane à diabolo arreptam cum ad processionē uenisset. Et respondendū ꝙ punita nō fuit ꝓp hoc ꝙ debitū reddidit, sed: quoniam paulo post ꝓtra cōscientiā ad diuina temere, se ingessit.

¶Postremo ꝗritur, an nuptiæ interdicendæ sint temporibus in textu expressis. Dicendum, quòd quando nouæ sponsæ ducuntur, animus cōiugum ex ipsa nouitate magis circa curā carnalium, ac tēporaliū occupatur, propter quod in nuptijs solent ostendi multa signa dissolutæ leticiæ. Hinc temporibus, qñ homines debent se specialiter ad spiritualia eleuare, & compunctioni, ac deuotioni esse intēti, prohibitum est nuptias celebrari, uidelicet ab aduētu usque ad Epiphaniā, præsertim ꝓp cōionē, quæ sm antiquos Canones, in natali fit Chri. A septuagesima quoq; usq; octauas Paschæ ꝓp cōionē paschalē, & itē à tribus diebus ante ascēsionē, usq; octauas Pentecostes propter præparationē ad susceptionē adorādi paracleti, spiritus sancti, & propter communionem tunc suscipiendam: Hęc Thomas.

Quæstio.

¶Eadē Petrus, qui tamē probabiliùs arbitratur, quòd unus coniungunt sine consensu alterius pōt uouere non petere debitum propter rationē prætactam. Et scitcitatur an tempore imprægnationis liceat exigere debitum, vī quòd non, quia secundū Ambrosiū super Lucam, tempore illo est abstinendum, & fœtus concepti ex coitu deformantur. Hieronymus quoque: Qui dicunt, se causa humani generis uxoribus iungi, saltem pecora imitentur, & postquam uenter uxoris intumuit non perdant filios. Pecora etiam post conceptionē continent. In oppositum est quòd mulier grauida, secundū physicos plus appetit coitū, quàm ante, ergo plus indiget remedio, id est, uiri sui commixtione cōtra fornicationem. Respondet, aut sine periculo aborsus potest debitum à grauida exigi, seu reddi, aut non. Si potest, debet reddi, & sine peccato mortali pōt exigi: quoniam usus matrimonij licitus non solum est officium, sed etiam remedium. Si non potest sine periculo tali reddi, nō dēt exigi, neq; reddi: qm principalior est institutio in officiū, q̄ in remediū Ambrosius itaq; loquit de debito honestatis, uel in casu, quo periculū prolis. Idē dicendū ad uerba Hieronymi. Nec est simile de hoīe & brutis, qa brutorum coniunctio solū est in officiū, nō in remediū.

Ambrosij.

Hieron.

¶Iterū quærit, An matrimoniū contractum tempore interdicto, sit separandum. Videtur, ꝙ sic, qm Anacletus loquutus est: Non oportet à septuagesima usque Octauas paschæ, & tribus hebdomadib. ante festum sancti Iohannis, & ab aduentu domini usq; ad epiphaniam nuptias celebrari, quod si factum fuerit, separentur. Dicendum, quòd duplex est prohibitio ecclesiæ: Vna simplex, alia irritans, & annihilans quod in contrarium agitur, Prima prohibitione non obstante, tenet quod in cōtrarium agiē sed peccat, qui facit. Et talis est prohibitio celebrationis nuptiarum. Secunda dirimit factum, & impedit faciendum. Ad obiectum ergo dicendum, quod ecclesia tripliciter separat matrimonialiter iūctos. Primò, quo ad uinculum: secundò quo ad thorū, & cohabitationem simpliciter. Tertiò, quo ad thorū tantū, & ad tempus. Primo mō separat personas illegitimas: secundo modo, non seruantes fidem in matrimonio: tertio, eos qui contrahunt cōtra interdictū ecclesiæ. Hæc Petrus. Concordat oīno Richardus. Verūtamen positio illa sancti Thomæ de hoc, an alter coniugum potest uouere, non petere debitum sine consensu alterius, uerior, cōuenientiorq; vī, qa si alter nunquā petat, alius facile suspicat, se nō amari ab illo, quod alium amet tanquā adulter.

¶Bonauentura tenet, sicut ex Petro, & Richardo iā dictū est, atq; in cęteris dictis ex Thoma concordat. Et quærit an coniunx tenetur debitū reddere fornicanti. Respondet, quòd non, si constet sibi sic esse, nec eiusdē est criminis, neq; ab ecclesia est cogendus, si possit probare. Si uerò petat, priuata, se sua libertate, & ad soluendū se obligat. ¶Albertus itē consonat præinductis, atq; uituperat ꝓmittētē nō petere debitū: qm̄ periculosum est, & à tali ꝓmisso absoluere potest (ut ait) episcopus. Asserit ēt qd̄ reddens debitū propter fidē thori, atq; iustitiā, uel exigens ꝓp bonū prolis, non sit à perceptione eucharistiæ prohibendus, sed de hoc suo relinquēdus iudicio. Quæ autem in iure uidentur contrariū dicere, per modū admonitionis aut cōsilij exponunt.

De diuersis coniugij legibus. Dist. XXXIII.

Qualiter fides thori fuerit ī patribus antiquis. 33 q 4 c. nūc requiratur his ita Gen. 2.

Gen. 4.

Gen. 16. Gen. 29. & 30 Gen. 19. alias * abusæ: Deute. 7.

Quæritur hic de antiquis patribus, qui plures simul leguntur habuisse uxores uel concubinas, utrum peccauerit. Ad quod dicimus, pro ueritate temporum uaria inuenitur dispensatio conditoris. Ab exordio enim temporis inter duos tantum, Adam scilicet & Euā inchoatum est coniugiū, Deo per eos Adæ dicente. Homo adhærebit uxori suæ, & errunt duo in carne una. Et secundum inchoationis modum inter duos tantam per omnē successionem temporum contraheretur cōiugium, si primi hominis in obediendia præstitissent. Post eorum uero culpam fillj, & filię eorum matrimonio cōiuncti sunt, sed unus uni tantū. Ideo autem fratres sororibus tunc sunt copulati, quia non aliæ mulieres uel uiri, quibus Adę filii vel filię iungerentur. Primus omnium Lamech duas legitur simul habuisse uxores, & hoc in eo arguitur, quia pro expletione carnalis uoluptatis id fecisse perhibetur. Postea uero cum iam pene omnes fallis dijs seruirent, paucis in cultu Dei permanētibus, consultum est à Deo plures in matrimonio copulare sibi, ne illis paucis deficientibus cultus & notitia Dei deficeret. Vnde Abraam uiuente uxore ad ancillam intrauit & ex ea genuit Iacob. etiam liberis & ancillis se copulauit. Et filiæ Lot, parte ębrio* usę sunt. Cum enim cæteris in idololatria relictis Abraam & filios eius in peculiarem populum sibi dominus elegisset, rite multarum fœcunditate mulierem populi Dei multiplicare quærebat: quia in successione sanguinis, erat successio. Vnde ēt in lege, male dicta erat sterilis, quæ non relinquebat semen super terram. Hinc ēt sacerdotibus coniugia decreta sunt, qa in successione familiæ successio est officii. Non ergo Abraam, uel Iacob deliquit

deliquit, quia præter uxorem filios ex ancilla quęsiuit: nec tamen illorū exemplo prę-iugale debitum fœcunditate in aliqua licet alicui quęrere cum illorum coniugia *nostrorum equentur uirginitate: & immoderatus usus coniugij nostri temporis, turpitudinem fere fornicationis illius temporis; De hoc Augustinus sic ait: Antiquis iustis nō fuit pctm̄ ꝙ pluribus fœminis utebantur: nec contra naturam hoc faciebant, cum non lasciuiendi causa, sed gignendi hoc facerent. Nec contra morē, quia eo tempore ea fiebant. Nec contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Idem: Objiciuntur Iacob quatuor uxores, qđ quando mos erat crimen non erat. Sic patriarchæ coniugibus excipientibus sęmē suū miscebantur, non concupiscentia perficiendæ uoluptatis, sed prouidentia propagādæ successionis sicut Apostoli auditoribus suis admirantibus doctrinā suā condelectabantur: non auiditate consequendæ laudis, sed charitate seminādę ueritatis. Idem alibi: Antiquis temporibus cum adhuc salutis nostræ ministerium uelaretur, iusti officio propagandi nuptias contrahebāt, nō uicti libidine, sed ducti pietate, qui multō faciliùs continere possent & uellent. Vtebantur tamen coniugibus, & plures uni uiro habere licebat, quas castius habebat, quàm nunc unam quilibet istorum, in quibus uidemus, quòd secundum ueniam concedit Apostolus. Habebant enim eas in ope generandi, non in morbo desiderij. Item Ambro: Dixit Sara ad Abraam. Ecce concluſit me dominus, ut non pariam. Intra ergo ad ancillā meā, ut filium facias ex ea, & ita factum est. Considera primum, quod Abraam ante legem Moysi, & ante euangelium fuit. Nō ergo in legem commisit Abraam, sed legem præuenit. Nondum enim interdictum uidebatur. Secundò considera, ꝙ nō ardore aliquo uagę succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio coniugalem posthabuit thorum, sed studiō quærendæ posteritatis & propagendæ sobolis. Adhuc post diluuium raritas humani generis erat ēt religionis. Deniq; & Lot sancti filiæ hanc causam quærendę posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris gratia, priuatam cupam prętexerit, Itē August. Iustus quamuis cupiat dissolui, & esse cum Christo, tamē sumit alimentū non cupiditate uiuendi, sed officio consulendi, ut maneat quod necessarium est propter alios. Sic misceri fœminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis uiris non libidinosum. Quod em̄ est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutē humani generis: & utrunq; non est sine delectatione carnali: q̄ tñ modificata & refrenata tēperātia in usum naturalem redacta, libido esse non potest. Qđ aūt in sustentando uitā illicitus est cibus, hoc est in quęrenda prole fornicarius est illicitus concubitus: & quod est in cibo licito īmoderatior appetitus, hoc est in ꝙiugibus uenialis ille ꝙcubitus.

Aug. sup Gen. & hic 33 q 4 c. objiciuntur Iacob.

Actor. 2.

1. Cor. 7.

Gen. 16.

Non præfertur uirginitas Iohannis castitati Abrae.

Quòd uero castitas uirginalis non prętferatur in merito coniugali castitati Abrae, Augustinus ostendit inquiens: Sicut non est impar meritum patientię in Petro, qui passus est, & in Iohanne, qui passus non est, sic non est impar meritum continentiæ in Iohāne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraam, qui filios genuit. Nam illius cœlibatus, & istius connubium, pro temporum distributione Christo militauerunt, sed continentiam Iohannes in opere Abraam in solo habebat habitu. Melior est aūt castitas cœlibū, q̄ nuptiarū, quarū vnam Abraā habebat in usu, ambas in habitu. Castē. n. & coniugaliter uixit. Esse aūt castus sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit. Item Hiero. Quis ignoret sub alta dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quomō Abraam ante placuit in coniugio, sic nunc uirgines placent in castitate. Seruiuit ille legi, & tempori suo, seruiamus & nos legi, & tempori nostro, in quos fines seculorū deuenerunt. Ex his apparet, quòd sancti patres ante legē sine peccato plures habuerunt uxores, uel concubinas. Eas enim nunc uxores, appellat scriptura, non concubinas, Rachael tamen, & Lia ambæ uxores fuerunt, non cōcubinę.

1. Cor. 7e

Gen. 29.

Oppositio.

Si quis opponat, quòd fidem thori non seruabant illi patres dicimus in hoc seruasse fidem Thori: quia non alijs, sed propriis uxoribus, uel ancillis miscebantur. Ecce quæ fuerit, consuetudo in hac re ante legem. Legis uero tempore interdixit Moyses carnalē copulā fieri cum matre nouerca, cum sorore, cum nepte, cum amica, cū matertera, cū nuru, & aliis quibusdam. Permisit autem diuortium fieri dato libello repudii, in quo uir scribebat causas, pro quibus uxorem repudiabat. Permisit autem alia ducere dato priori quod propter duritiam cordis eorum permissum Christus dicit. Nō ut concederetur dissidium, sed ut tolleretur homicidium. Permisit fieri mala, ne fierent peiora: & hoc per mittendo non Dei iustitiam demonstrauit, sed in peccatore minuit culpam.

Quæ erat consuetudo legalis Leuit. 18. Deut. 24. Matt. 24.

Cui licebat plures habere, uel non.

Sed nunquid sub lege licebat habere plures uxores? Audi quid scriptum est in Deute

Deut. 17.

ronomio:Non habebit rex uxores plurimas,quę alliciant animam eius.Sup quem locũ ait, Augusti.Manifestum est Salomonem hoc præceptum transisse. Dauid autem plures habuit, nec præceptum præteriit. Permissum est enim regi plures habere, non plurimas,quę alliciant animã multiplicatę.Cum tamen additur,ut nõ eleuetur cor eius,alienigenas prohibuisse uidetur. Veruntamen multiplicatio uxorum generaliter prohibita est.Permissum est autem regi plures habere,sed non multiplicare.Veniente autẽ plenitudinis tempore, quo Christi gratia ubiq; est delata, reducta est lex nuptiarũ ad priorem, honestioremque institutionem,ut unus,uni in figura Christi & ecclesiæ coniugat.

Ephe 5.

Nec quęritur electio numeris in successione generis,sed in perfectione uitę, & sinceritate* scientiæ: & uirginitas fœcunditati pręfertur, & sacerdotibus continentia inciditur.

*cõsciẽtię

De uirginitate mentis, & carnis.

Melior est autem uirginitas mentis,quàm carnis. Vnde Ambro. Tolerabiliùs est mentem uirginem, quàm carnem habere: vtrumq; bonũ est si liceat, si non liceat,saltẽ non hoĩ,sed Deo castissimus. Virgo prostitui põt,adulterari nõ põt:nec lupanaria infamant castitatem,sed castitas etiã loci abolet infamiã. Idẽ: Non potest caro ante corrumpi,nisi mens ante fuerit corrupta. Item Isidorus: Nõ potest corpus corrumpi, nisi prius animus corruptus fuerit. Munda enim a contagione anima,caro non peccat. In fine huius capituli aperitur quõ uerum sit:nisi anima,priùs fuerit corrupta, corpus non posse corrumpi,scilicet peccato. Illud etiam Augustini aduertẽdum est: Sicut,inquit,sanctius est mori fame,quàm idolotythis uesci,ita sanctiùs est defungi sine liberis,quàm ex illicito coĩtu stirpem quærere. Vndecunque uerò nascantur homines,si parentum uitia non sectẽtur,& Deum recte colant,honesti & salui erunt. Semen enim ex qualicunque homine Dei creatura est:& eo male utenti,male erit,non ipsum aliquando malum erit.

Ambro.in lib. de virginibus,& hr 32. q.5. c.tolerabilius. 32.q 4.reuera. Isidorus in synonimis. Aug in li. de bono coniugali. cap.16.31. q 4.ca. Sicut.

Summa distinct.23.

HIc circa prædicta de bonis matrimonii mouet quæstionem de pluralitate uxorũ in patribus,quos scriptura commendat ita ut eos in hac pluralitate à trãsgressione oporteat excusare: cùm tamen ab exordio ex institutione creatoris coniugium fuerit inter duos & ex pluralitate uxorum multa mala nascantur. Itaque probat,quòd istud non licuit unquã nisi ex dispensatione diuina. Deinde commendat ueterum patrum castimoniam coniugalẽ eximiè, in tãtũ ut asserat uirginitatem, sanctissimi Iohannis Baptistæ præferri non posse coniugio Abrahæ. Consequenter declarat non idem esse, habere uxores plures, & plurimas. Deinceps pandit sanctam virginitatem sub euangelica lege castimoniæ matrimoniali præponi debere.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò: *An habere plures uxores sit contra legem naturalem, & an licitum fuit.* ¶Videtur,quòd sit innaturale,atque illicitum,quia per matrimonialem contractum maritus transfert corporis sui potestatem in coniugem, & econtra, ergo post quã transtulit sic in unam, non põt transferre in aliam: Imo iniuriam facit priori,cui aufert quod eius est,& furtum ac rapinam committit in eam. Insuper,unus uix sufficit uni soluere debitum coniugale. Deus quoque totius ordinis,iuris,ac potestatis fons,causa,& finis,ab exordio instituit unã uni tantummodo sociari. Imo uni uiro plures uxores coniungi parit inter illas dissentiones, & minuit charitatẽ. Lamech etiam qui primus bigamiam induxit,duas ducendo uxores,iustè,ac plurimũ uituperatur. ¶Circa hæc scribit Gulielmus Parrhisiẽsis in suo Sacrãli. Quemadmodũ natura unũ, & unam adunat, & binos tantum coniungit ad pficiendũ opus generationis, sic lex binos, & binas cõiũgere matrimoniis,seu matrimonialiter debet. Amplius,si extrema cõsistũt ĩ duobus,necessariò,& media. Cũq; extremitates in duobus cõsistãt,uidelicet uis generatiua,& ples. Proles eñ nõ est nisi duorũ,uis quoq; generatiua duorũ ramorũ est, ergo, & opus generationis (qđ est unũ mediorũ) in duobus cõsistit,utpotè uno mare,& fœmina una,ergo & reliquũ mediũ,scilicet matrimoniũ,qđ est quasi generãdi officiũ. Amplius,cũ uir, & mulier matrimonialiter cõiungũt,aut dãt sibi inuicẽ in plenũ alter alteri corporis sui dñiũ ad opus generatiõis, aut alter dat, alter non dat,aut in parte,seu p parte sibi inuicẽ hoc ɔcedũt. Si totaliter, & integrè,manifestũ est,qđ nõ p esse matrimoniũ, nisi inter unũ & unã. Impossibile est quippè duos plenè aliquid possidere diuisũ,ita qđ uterq; illud plenè,iure possideat. Cũq; iste sit uir mulieris istius, qñ ad usum sui corporis coniugalẽ, nõ nisi de licẽtia eius põt alia mulier uti iure eodẽ. Qđ si dicat, qđ alter dat plenũ ius corporis sui alteri nõ eõ,manifestũ est,qđ ex altera parte matrimoniũ nõ fit, sed (ut dici solet) ex altera parte claudicatio est pp imperfectionẽ cõsensus. Et qñ nõ dat alteri absolutè ius utẽdi corpore suo,sed ad tempus,ut concubina, seu meretrix, aut amator turpis,ut fornicator, inter quos quamuis ad tẽpus sit uinculũ societatis, nemo tñ uocat illud matrimoniũ. Consentire nãq; ad tẽpus seu dare ad tẽpus usum corporis sui, nequaquam est matrimonialis ɔsẽsus. Hæc Gulielmus. ¶Qui hãc disputationem prolixè,ac pulchrè prosequit,nõ solum in suo Sacrãli,sed etiam libro de fide; & legibus. Ex quibus cõcludit,qđ nec licitũ est nunc,nec vnquã licuit vni viro simul habere duas uxores,aut plures, & quod oẽs,q legunt plures simul habuisse uxores,nõ nisi unã uerã habuerunt uxorem, ita q cæteræ oẽs fuerũt cõcubinę,qđ tñ prima facie horribiliter sonat. Idcirco addẽdũ est,qđ sine dispẽsatione oĩpotẽtis Dei nũquã licuerit, put ĩfra tãget. Hinc ĩ Sacrãli idẽ doctor subiũgit: Qñ nobis parãt exẽpla patriacharũ,& regũ sctõrũ, Abrahæ, Iacob, Dauid, q nõ solũ plures uxores, sed & ɔcubinas habuisse legunt: Ad quod rñdẽdũ, uiros illos Dei spiritu pręditos,nihil sine Dei ɔsilio,ac reuelatione in rebus tã discriminosis egisse,aut attẽtasse, Deũ quoq; altissimũ ex certa causa eis ultra communem legem aliqd indulcisse. Sciebat etenim eos uelle portare onera multitudinis mrĩmoniorũ largè utẽdo mrĩmonii noĩe. Sciebat eos,uelle seruare fidem

Gen.2

Gene.4.

Gulielm. Parrhisi.

Vxores duas, uel plures habere si aliquando licitum.

Genes.16. Genes.19. 2.Reg 11.

fidem multis uxoribus magis quantum ex hoĩbus nostri temporis uni soli uxori, sciebat eos uelle uti speciositate, ac multitudine cõiugum ea temperantia,qua propagandæ proli,non carnis uoluntati inseruirent,sicut,& diuitiarum copiã contulit eis, & utiq; oĩm conditor Deus sine iniuria cuiuscũq; potuit in lege matrimonij dispensare, potestatẽq; coniugum in alterutrũ ad beneplacitũ suũ dilatare, restringere,ac mutare,& priuilegiũ dare uiris eximię sanctitatis ad habendũ plures uxores quos nouerat nequaq cã lasciuiæ, sed desiderio sobolis copiosè ad Dei obsequiũ educandę pluralitatẽ uxorum admittere,tunc præsertim,qñ perpauci erant ueri Dei cultores,cuius cultũ p carnalẽ propaginẽ oportuit cõseruare,ut filij successionis essent,& filij religionis,& hoc quasi solũ in una plebe, cęteris gẽtibus ad idolatriã lapsis. Etenim q̃tus amor sanctæ posteritatis sanctis mulieribus inerat olim, ostendit, q Sara sanctum patriarcham,suum maritum suasit,& quasi coegit ingredi ad suam ancillam,atque, q filiæ Lot patre suo dormienti commixtæ sunt,quatenus semen super terram reseruarent.

Gen.29.

Quæstio.

¶Preterea circa hæc quæstio oritur, quæ sapientes Saracenorum,& aliquos Iudeorum non mediocriter mouet, quòd scз unus uir sufficit plures fœcundare. Cumq; tẽpus perbreue sit, quo licitum est uxori misceri,quã post impregnationẽ nõ decet accedere,toto ergo residuo ociosa erit uis generatiua,atq; incontinentię patebit periculis, nisi uxorũ multitudine succuratur,qua & plures agri poterũt seminari,fœcũdari,& fructificare. Ad quod respondemus,quòd refrenanda est concupiscentia, & uitanda multa pericula,quæ ex coniugũ multitudine oriunt,puritati quoq;,& cõtinentiæ est studẽdum, nec summũ,principaleve bonũ hois est generationi carnali intendere, sed potius spiritalibus exercitijs summopere insudare,& cordis sui argum uirtutum seminibus,sanctis meditationibus, uirtuosis, ac feruidis decorare affectibus. Hæc Gulielmus.

Thomas Aquinas.

¶Hinc Thomas: Omnibus,inquit,rebus naturaliter insunt quædam principia, quæ per proprias operationes non solum queant efficere, sed etiam fini suo faciant congruentes, siue sint actiones consequentes ex natura generis,sive ex natura speciei, sicut magneti ex natura generis sui cõuenit ferri deorsum, & ferrum attrahere ex suę speciei natura. Quẽmadmodum autem in rebus agentibus ex necessitate naturæ principia actionum sunt formę, ex quibus prodeunt propriæ operationes fini conuenientes,ita in his,qui cognitionem participant, principia agendi sunt cognitio,& appetitus. Vnde oportet,quòd in ui cognoscitiua sit naturalis conceptio & in ui appetitiua naturalis inclinatio,quibus operatio reddatur generi,aut speciei conueniens. Cum que homo præ cæteris animalibus rationẽ finis cognoscat,proportionemq; operis ad finẽ,ideo naturalis conceptio indita ei,qua conuenienter ad agẽdũ dirigitur,lex naturalis seu ius naturale uocatur. In cæteris uerò, ęstimatio naturalis. Bruta namq; ex ui naturæ impelluntur ad operandum magis,quàm proprio iudicio regulentur. Quicquid uero actionem reddit inconuenientem fini à natura intentum,est contra ius naturæ. Actio quoque inconueniẽs esse põt fini principali,aut ẽt fini principali,aut etiã fini secundario,& siue sic siue sic, hoc põt esse dupliciter. Primò,ex aliquo,quòd oĩno impedit finem,sicut nimia comestio impedit sanitatem, quasi principalẽ finem commestionis,& bonam habitudinem corporis in negotijs exercendis, quæ est secundarius finis. Secundò, ex aliquo,quod facit difficilliorem, seu minus decentem peruentionem ad finem principalem, aut secundarium, sicut inordinata comestio quantum ad tempus. Si ergo actio sit inconueniens fini primo modo, prohibetur directè per legem naturæ primis pręceptis legis naturæ, quæ sunt in operabilibus, sicut communes conceptiones in speculatiuis. Si autem sit inconueniens fini secundariò quocunque modo, aut etiam principali, tanquam faciens eius adeptionem magis difficilem, & minus decentem, prohibetur non primis præceptis, sed secundis, quæ deriuantur ex primis, sicut conclusiones in speculatiuis ex principijs per se notis. Matrimonium autem pro fine principali habet prolis procreationem, & educationem, qui finis competit homini secundum naturam sui generis. Vnde, & in aliis animalibus est cõmunis, vt octauo Aethicorum dicitur, sicque proles ponitur matrimonij bonum. Pro fine autem secundario secundum Philosophum, habet in solis hominibus communicationem operum, quæ necessariò sunt in uita: & secundum hoc coniugati sibi inuicem fidem debent, quæ est vnum de matrimonij bonis. Habet demum, & alium finem, inquantum est in ipsis fidelibus, in quibus est significatio Christi, atque ecclesiæ: sicque bonum matrimonii dicitur sacramentum. Itaque primus finis correspondet matrimonio hominis, inquantum est animalis: secundus, inquantum est homo: tertius, inquantum fidelis. Pluralitas autem vxorum, neque totaliter tollit, nec aliqualiter impedit primum finem, cum vnus vir sufficiat plures coniuges fœcundare, pluresque proles educare. Secundum verò finem quamuis non totaliter tollit, attamen multum impedit vxorum pluralitas: quia difficile est esse pacem in domo vbi vni viro plures vxores iunguntur: quoniam vnus vix valet satisfacere illis ad uotum. Et quoniam communicatio plurium in uno officio causat litem, hinc sicut figuli corrixantur, sic plures vxores eiusdem mariti. Tertium autem finem totaliter tollit, eo quòd sicut Christus est vnus, sic & ecclesia vna est. Ex quibus patet, quòd pluralitas vxorum quodammodo est contra legem naturæ, & quodãmodo non. Idcirco non sequitur, quòd semper fuit peccatũ, quia (vt Tullius ait) res à natura perfectas, & consuetudine approbatas, legum virtus, & religio sanxit. Vnde patet, quòd ea, quæ naturalis lex dictat quasi ex primis principiis legis naturæ deriuata, non habent vim coactiuam per modum præcepti, absolutè, nisi postquam lege diuina, aut humana sancita sunt, propter quod asserit Augustinus, quòd non fecerunt contra præceptum: quoniam nulla lege adhuc fuit prohibitum. ¶Sed obiici potest,quod naturale ius appellatur, quod natura omnia animalia docuit, sed in multis animalium speciebus, vnus mas pluribus fœminis commiscetur, ergo non est de iure naturali unum tantum vni coniugi. ¶Dicendum, quòd eius naturale multipliciter dicitur. Primò à principio intrinseco, quia à natura est inditum, sicq; diffinit Tullius tertio Rhetoricę, dicens: Ius naturæ est,qđ nõ opinio genuit, sed vis quædã innata inseruit: Et qa ẽt in rebus naturalibus aliqui motus dicũtur naturales nõ quia sunt ex principio intrinseco,sed qñ sunt a principio superiori mouẽte,vt motus,q sunt in elementis ex impressione cęlestiũ corporũ naturales vocantur, vt tertio Cœli cõmentator testatr.

Lex sensus naturale quid.

Ideo

Ideo ea, quæ sunt de iure diuino, dicuntur esse de iure etiam naturali, cum sint ex impressione, infusioneq; Dei, sicq; accipitur ab Isidoro qui fatetur, ꝙ ius naturale nominatur, qđ in lege, & euangelio continetur. Tertio dicitur ius naturale non solum à principio, sed à natura, quia de naturalibus est: & quia natura cõtra rationem diuiditur, idcirco strictissimè sumendo ius naturale, illa, quæ ad homines tãtum spectant, quamuis sint de naturalis dictamine rationis, non sunt de iure naturali, sed ea tantũ quæ naturalis ratio dictat de his, quæ sunt hominibus alijsque communia, & sic datur prętacta diffinitio ista: Ius naturale est, quod natura oĩa aĩalia docuit. Pluralitas ergo uxorum, quamuis non sit cõtra ius naturale tertio modo sumptum, est tñ contra ius naturale secundo modo acceptum: qm̃ iure prohibetur diuino: & item cõtra ius naturale primo mõ consideratum, quia natura instinctũ parit cuilibet animali secundum modũ suæ speciei conuenientẽ. Nam, & animalia quædam in quibus ad educationem prolis requiritur solicitudo utriusque parentis, naturali instinctu seruant & continuant mutuã coniunctionem, ut patet in turture, & colũba. ¶Deniq; unã uxorẽ habere plures maritos, est contra prima principia iuris naturalis. Idcirco hoc nunquam licitum fuit, imo per hoc quantum ad aliqd totaliter tollitur bonum prolis: & quo ad aliquid, impeditur, quamuis enim procreatio prolis p hoc non totaliter impeditur, quia contingit post primã impræ gnationem mulierem iterum impræ gnari, ut dicitur nono de animalibus: tñ per hoc multũ impeditur, quia uix potest accidere, quin corruptio accidat circa utrumque fœtum, uel quantum ad alterum, sed educatio totaliter tollitur, quia ex hoc sequeretur prolis incertitudo respectu partis, cuius cura necessaria est in educando, ideo nulla lege aut consuetudine est permissum, unam mulierẽ plures habere maritos.

Mulierem unã plures habere maritos oĩno semper illicitum.

¶Insuper patet ex his, quòd uxores plures habere potuit aliqñ licitum esse ex dispensatione diuina, eo quòd non sit contra prima, sed secunda præcepta legis diuinæ. Actus quippè humanos uariari oportet secundum diuersas conditiones personarum, temporum, locorum, circunstantiarumq; aliarum, ideo conclusiones ex primis præceptis iuris naturalis deductæ, non semper efficatiam habent, sed ut in pluribus. Talis est enim materia in moralibus, ut ait Philosophus in Aethicis. Cumq; difficile sit tales uarietates determinare, idcirco earũ determinatio legislatori reseruatur, ut præstet licentiam prætermittendi legẽ in casibus, ad quos se legis efficatia non extendit: & talis licentia, dispensatio nũcupatur. Lex aũt de unitate uxoris, est diuinitus, non humanitus instituta: nec unquam uerbis aut literis tradita, sed corde impressa, sicut, & alia ad legem naturæ qualitercunq; spectãtia. Iõ in hoc à solo Deo potuit dispensari per inspirationem internam, quæ principaliter patribus sanctis est facta, & per eorum exemplũ ad alios deriuata tunc, qñ necessaria fuit maior multiplicatio prolis ad Dei cultum, ut dictum est. Hoc quoq; pensandũ, ꝙ naturalis inclinatio in ui appetitiua, sequit̃ naturalem conceptionem in cognitiua. Cũque non sit ita contra naturalẽ cõceptionẽ intellectiuè, unũ uirũ habere plures uxores, sicut ꝙ una uxor habeat simul plures maritos, iõ uxor nõ in tm̃ refugit cõsortiũ in uiro, sicut ecõtra: iõ tam in hoĩbus, quàm in brutis inuenit̃ maior zelus uiri ad fœminam, quã ecõtrario.

Quæstio.

¶Præterea si quæratur, an habere concubinã sit contra legem naturæ. Vr̃ quòd sic, cum hoc sit adulterium in persona ligata, uel fornicatio in soluta. In oppositũ est, qđ sancti uiri, Abrahã, Iacob, Dauid, concubinas habuisse legũtur. Dicendum, quòd quicunque concubitu utitur pp delectationem, nõ ordinando illam ad finem à natura intentum, excedit. Cumque res denominentur à fine tanquam ab optimo, ideo nomen concubinæ illam coniunctionem designat, qua solus concubitus quæritur propter seipsum. Et si quis quandoque ex tali concubitu prolem quærat: non tamen actus ille conueniẽs est ad bonum prolis, in quo non solum significatur procreatio prolis, sed etiam educatio, atque instructio eius, quæ cum longo tempore durẽt, exigit lex naturæ, ut parentes diu commaneant ad subueniẽdum communiter proli. Vnde & aues quę communiter nutriunt pullos, ante completam illorum nutritionem non separantur. Hæc autem obligatio tã diuturna, inter marẽ, ac fęminã matrimoniũ facit. Hinc accedere ad fœminam matrimonialiter nõ cõiunctã, quæ dr̃ concubina, est contra legem naturæ.

Gen. 16. Gen. 29. 2. Reg. 5. Cõcubina quid designet.

¶Veruntamen quidam gentilium simplicem fornicationem, & concubinatum non reputabant illicita, quia in ipsis lex naturæ fuit obfuscata, quantũ ad multa. Lex demum naturalis non solum prohibet iniustitiam, sed etiam opposita omnium uirtutum, sicut contra legem naturalem est gulose comedere, uirginem uiolare. Hinc concubinatus est mortale peccatum, quia per ipsum fœdus amicitiæ inter Deũ & hominem, & inter ipsos hoĩes uiolatur, debita quoq; ordinatio parentum ad prolem, ut dictum est, quãuis quidam aliquando plus reputent quædam peccata minora, ad quæ tantam inclinationem, & incitationem non habent. sicque Iudas mendacium potius exhorruisse uidetur, quã fornicationem cum Thamar. Tamen mendacium, quod contra pmissum esset, sicut, & illud fuisset, esset ęnorme peccatum. ¶Quæritur quoque, an aliqñ licuit concubinã habere. Et respõdendũ, ꝙ scđm quosdã ante legis Mosaicæ dationẽ, fornicatio simplex nõ fuit pc̃tm̃, ut Rabi Moyses dixit, qđ probat ex hoc, ꝙ Iudas cũ Thamar cõcubuit, q rõ inefficax est, estque falsa opinio illa, nec opus est Iudã in hoc excusare, qui & ipsius iusti Ioseph uenditionẽ cõsuluit, & ipsum Ioseph odisse ur̃, atq; (vt fertur in Genesi) Ioseph fratres suos saltem aliquos de crimine pessimo accusauit. Idcirco cõcubinã pprie dictam habere nunq̃ scđm se licuit, nec ẽt ex dispensatione, cũ probatũ sit cõcubitũ illũ in se eẽ illicitũ & cõtra plis bonũ: & ita est cõtra prima iuris naturalis præcepta, q̃ dispẽsationẽ nõ admittũt. Iõ ubicũq; aliq in ueteri testõ legunt cõcubinas habuisse, quos necesse est a mortali excusari pc̃tõ, intelligendũ est, ꝙ legitimæ uxores fuerunt. Attñ cõcubinæ uocant: qm̃ aliqd habuerũt de rõne uxoris, & aliqd de rõne cõcubinæ. Nẽpe scđm qđ matrimoniũ ordinat ad suũ finẽ principalẽ, qui est plis bonũ, uxor cõiũgit insolubili uinculo, aut saltẽ diuturno, nec cõtra hoc est dispensatio aliqua: sed quantũ ad finẽ matrimonii, q est dispensatio familiæ, & cõmunicatio operum, uxor iũgitur uiro ut socia, & hoc poterat cõpetere concubinæ, & sic illæ uxores habebant aliquid simile cõcubinis. Et si obiciat, qđ Abrahã eiecit ipsam Agar, ergo non fuit uera ipsius uxor, Dicendum qđ ex diuina dispensatione, & cõmissione hoc egit ad significaudum misteriũ, quod ad Galathas tãgit Apostolus; Similiter quod Ismael hæres non fuit cũ Isaac, ad misterium pertinebat, quod tãgit ibidẽ Apostolus. ¶Conformiter mysterium fuit quod Esau

Concubitus mortale peccatũ. Gen. 38. Quæstio.

filius

filius liberæ non fuit hæres, ut ad Romanos habetur. Sic, & mysterium fuit, quod filij Iacob tam ex liberis, quàm ex ancillis nati, indifferenter fuerunt hæredes, quod tangit Augustinus: quoniam Christo nascuntur in baptismo filij, & hæredes tam per bonos, atque catholicos, qui significantur per liberas, quàm per prauos, & hæreticos, qui figurantur per ancillam. Hæc Thomas in Scripto.

Gal 4. Roma. 9. Augustin.

¶ Qui item in Summa contra Gentiles libro tertio multa super his scribit, & primò ostendit, quòd fornicatio simplex sit mortale peccatum. Quemadmodum enim totus homo ordinatur ad certum finem, & ita, quælibet pars ipsius. Semen autem quamuis sit quantum ad indiuidui conseruationem, superfluum: est tamen necessarium ad speciei propagationem, & hoc ordinatur, nec per coitum emittendum est, nisi ad generationem, nisi aliud uirtus matrimonialis requirat. Ad prolificationem uerò exigitur congrua educatio, ac informatio eius, ad quas (sicut ostensum est) necessaria est matrimonialis coniunctio. Vnde, & in Deuteronomio dominus loquitur: Non erit meretrix de filiabus Israel, neque scortator de filijs Israel. Et Tobias ait ad filium suum: Attende tibi ab omni fornicatione, & præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Deinde probat ibi, quòd matrimonium debet esse unius ad unam, & quod indiuisibile debeat esse, & quæ ibi scribit, partim prehabita sunt, cætera paulo post quantum ad sententiam exprimentur.

Deut. 25. Tob. 4.

Petrus.

¶ Concordat Petrus per omnia: Ius, inquiens, naturale dicitur instinctus, seu dictamen naturæ, regulans eam, ac dirigens ad aliquid faciendum, uel non faciendum, per quod assequatur finem intentum. Ius quoque quoddam est impressum in corde, quoddam foris scriptum iu codice. Et iuxta hoc est dispensatio duplex, uidelicet tacita, & expressa. Bigamia autem erat contra ius naturale intus impressum, non scriptum. Iccirco ad illius relaxationẽ suffecit dispensatio tacita inspirata. Dispensatio etiam duo requirit, uidelicet auctoritatem ex parte dispensantis, & causam recompensantem ex parte eius, cum quo dispensatur. Cumque super ius naturale nullus habeat auctoritatem nisi auctor naturæ, ideo solus ipse in hoc iure potuit dispensare. Causa uerò dispensandi fuit multiplicatio hominum, & conseruatio cultus diuini in populo Dei, ut patuit. Denique malorum actuum quidam in se implicant deformitatem, & illis non dispensat: quoniam nulla deformitas culpæ subest uoluntati diuinæ. Alij non implicant, & in illis Deus dispensauit interdum. Concubinæ autem, quas sancti habuisse leguntur erant uxores quantum ad thorum, quia matrimonialiter iunctæ: non quantum ad dignitatem: quoniam non habebant auctoritatem matrumfamilias in regimine domus, atque familiæ. Hęc Petrus.

In dispensatiõe duo requirunt.

¶ Richardus quoque consentit dictis ex Thoma, excepto, quod ratio, quam sanctus doctor assignat, cur concubitus concubinarius nulla dispensatione possit fieri sine peccato, ei non placet, quia in aliquo casu talis concubitus bonum prolis non impediret, sicut etiam frequenter patre prolis defuncto, sola mater prolem conuenienter enutrit, ac instruit, & in tali casu possit conditor legum Deus dispensare. Hinc Richardus aliam indispensabilitatis, causam assignat, dicendo, quod talis concubitus semper est cum non sua, idcirco illicitus. Nihilominns creator omnipotens plenitudinem possidens potestatis super omnem uirum, & mulierem, facere posset quod uiro, ac mulieri liceret sibi inuicem concedere corporum suorum potestatem ad tempus, seu ad totam uitam, quod eis non ualet concedi nisi auctoritate diuina. Hæc Richardus. In cæteris consonat præinductis.

Richardus contra Thomam.

¶Præterea præinductis etiam Bonauentura concordat pro maxima parte. Sed respondẽdo ad istud, an Deus debuerit dispensare, quod licet uni uiro habere simul plures uxores, & concubinas, differuit: Ad dispensationem ut conuenienter, ac debite fiat, quatuor ista oportet concurrere, necessitatem, utilitatem, congruitatem, & honestatem. Et hæc quatuor fuerunt in illa dispensatione Primò fuit ibi congruitas, quantum ad tempus: quoniam tempus fuit figuræ, & quoniam Christus generaturus fuit spiritaliter proles per baptismum, tam in ecclesia chatolica, quàm in hæreticorum conuenticulis, ideo præcedere debuit matrimonium horum præfiguratiuum, sicut expositum est. Rursus, quia eorum, qui ab hæreticis baptizantur: quidam hæresim imitãtur, quidam ad ecclesiam conuertuntur. ideo utriusque figura præcessit, Primi in Ismaele, de quo in Genesi habetur. Eijce ancillam hanc, & filium eius. Secundi in Iacob, cuius filij ex ancillis inter liberos computati sunt. Est istud docet. Augustinus libro de baptismo.

Bonauent.

Ad dispensationem quatuor requiruntur.

Gene. 21. Galat. 4. Gen. 46. Aug.

¶Fuit item necessitas, quia tunc pauci erant uerum Deum colentes, & cætera utsupra: Fuit quoque utilitas: quoniam filij à parentibus erudiebantur, & mores patrum seruabant. Fuit demum honestas, quia non libidinoso affectu, sed casto uxores cognoscebant, & concubinas. Hinc dispensatio illa non extendebatur, nisi ad eos, qui maritali, & temperato affectu mulieribus utebantur. Hec Bonauentura.

¶Qui in huius quęstionis distinctione sentit, apertè, quòd concubinæ illę non fuerunt sanctorum uirorum uxores legitimæ. Vndæ expressè affirmat, quòd Agar non fuit legitima Abrahæ uxor, cuius contrarium communiter dicitur, ueriusque censetur: præsertim. quoniam in genesi legitur, quod Sara dedit Agar in uxorem Abrahæ. Ancillæ quoque, quas Iacob duxit, interdum in Genesi uocantur uxores, aliquando concubinæ. Similiter in libro Iudicium uxor Leuitæ, nunc uxor, nunc concubina uocatur. Et ita ex Canonica probatur scriptura, quòd nomen concubinæ ibi accipitur pro minus principali uxore. Istud etiam modestius, & exemplarius sonat, & prætactę consonant rationes.

¶At uerò Albertus hic scribit multa pulchra, quę sententialiter ex Thoma, & alijs sunt inducta. Et asserit nunquam licuisse uiro cuicumque ancillam, uel alienam cognoscere, sed ancillam in matrimonium ductam ex instinctu spiritus sancti, & ita fecerunt patriarchæ. Concedit quoque, quòd patriarchæ huiusmodi fuerunt bigami, & ait ipsum Lamech non repręhendi de bigamia: quoniam inde repræhensibilis non fuit, sed aliunde. Cuius contrarium communiter dicunt expositores, atq; doctores. imò in textu asserit, quòd desiderio uoluptatis duxerat duas, nec dispẽsatio Dei se

extendebat ad tales.Et addit,Nunquam licuit unã mulierem habere plures uiros. Primò: quoniam nimia concusſio matricis facit excidere fœtum. ideo etiam cum una multum coire,eſt periculoſum partui:cum diuerſis uerò coire,omnino contraria tur.Secundò,quia ex nimio fluxu ſeminis iniecti,& eiecti,lubricatur matrix, ita, quòd nihil tenet,ideo non concipiunt meretrices.Vnde,& fœminæ, quæ cum uno ſolo nimis frequentis ſunt coitus, minus rariuſque concipiunt. Tertiò,quia in ſemine nimis fluente,eſſe nequit debita maturitas ad conceptum, & partum requiſita.

Conceptionis impedimenta.

QVAESTIO.

Quæſtio.

DE diuortio iam quærendum, Hoc eſt, de libello repudij ſeu inſeparabilitate matrimonij,de qua tamen iam dictum eſt ſæpe, quod ſcilicet uinculum matrimoniale non diſſoluatur niſi per mortem,quo præſuppoſito, remanet quæſtio, quomodo in ueteri teſtamento licuit dare libellum repudij, ſeu repudiare conthoralem, an etiam facto diuortio,liceat ſeparatis cum alijs contrahere.Et de iſtis leguntur in euãgelio Iudæi Chriſtum interrogaſſe, qui reſpondit non licere uirum ab uxore; diſcedere, cauſa fornicationis excepta. Cumque obieciſſent, Cur ergo Moyſes præcepit nobis dare libellum repudij? Reſpondit, Ad duritatem cordis ueſtri loquutus eſt uobis, & cætera.Itaque de his ſcribit Gulielmus in Sacramentali.

Mat.19. Gulielm. Parih.

¶De diuortijs, atque repudijs, quàm iniquè, & immiſericorditer Iudæi,& Sarraceni agant, & ſentiant,facilè eſt manifeſtare.Lex quippè de repudijs,quæ in Deuteronomio legitur,permisſio fuit, non præceptio ob duritiam cordis Iudęorum utcumque tolerata,id eſt, lege non uindicata, ne in uxores proprias graſſarentur. Iam autem declarauimus matrimonium eſſe perpetuum, indiſſolubile uinculum.Cauſam uerò fornicationis non ſolum prudenter, ſed etiam iuſtè ſapientia Dei Chriſtus excepit.Quæ enim fidem non ſeruat thori maritalis, indignam ſe facit, ut ei ſeruetur, & ius thori,quod polluit, iuſtè amiſit. Deinde ne uiri hęreditas,quæ iure ſucceſsionis ad cognatos, atque propinquos ipſius pertinet,ad adulteros tranſeat, hoc eſt ex uxoris ad filios adulterio genitos. Tertia cauſa potuit eſſe zelus uirorum, qui maximè excandeſcere ſolet propter adulterium in uxores.Vt ergo uiris parceretur a morte ſpirituali,quam incurrerent uxores occidendo, & uxoribus à morte corporali,permiſſum fuit diuortium. Si ergo fornicata fuerat uxor uiri alicuius, quod maneat innupta,aut uiro ſuo reconciliari procuret. Veruntamen ex hac cauſa non ſolet diuortium celebrari,propter fragilitatem temporum noſtrorum, uidelicet ne, & uiri cum mulieribus ſe polluant, & ne mulieres amplius fornicentur, & quoniam iſta cauſa, quæ ad fortius aſtringenda matrimonia introducta eſt, ea in tolerabiliter diſſolueret. Si auter diuotium licitum eſſet, prout Sarraceni aſſerunt, & Iudæi,tam diu durabit coniugium, quamdiu amor, atque concordia inter coniugatos, & ita conſenſus eorum ininuicem, non coniugalis,firmus,& abſolutus, ſed concubinarius,& amatorius, imò turpis, & fornicatorius fuit.Nempe ut ipſi affirmant,ſufficientes cauſæ diuortij ſunt ira, & odium, ex quibus timetur mors uxoris.Secunda eſt fœditas,qualis eſt lepra,vel magis menſtruoſitas hoc eſt, menſtruorum irreſtringibilis fluxus.Tertia deformitas. Quarta ſterilitas, Quamlibet harum dicunt ſufficere ad matrimonium diſſoluendum,& licere uiro ad alia uota tranſire. Quod ſi verum eſt, licebit, & mulieribus hoc ipſum,cum non minus conſulendum ſit eis, quàm uiris,& ſubſidijs longe magis indigeant. Sed quia probatum eſt ſolum conceſſum in perpetuam, ac indiſſolubilem ſocietatem, matrimonium facere conſtat, propter nullam illarum cauſarum diuortia licitè fieri. Amorem quoque illum carnalem temporalem ad conthoralem,parit laſciuia, non uera iuſtitia.

Deut.24.

¶Amplius ſit tam facilis poteſt eſſe uxorum deſertio, uiri iracundi, & inuidioſi innumerabiles fœminas polluerent,repudiando unam poſt aliam: imò ſecundum hoc, quòd erit matrimonium, niſi prætentatio, & quaſi prælibatio fœminarum. In ſuper fine ſuo demerito mulier odio poteſt haberi, & ita cum fuerit deflorata, & alijs contemptibilis facta,è uiro ſuo abiici poterit, & repelli? Iniquiſsimè ergo agitur contra mulieres per diuortia illa incredulorum. Hęc Gulielmus, qui iſta tam in ſacramentali, quàm in libro de fide, & legibus diffuſius probat.

Antiſiod.

¶Præterea Antiſiodorenſis in Summa ſua libro quarto.Dicendum eſt,inquit, de libello repudii,quod fuit contrarium tertio bono matrimonij utpotè ſacramento, quod inſeparabilitatem requirit,ille uerò libellus ſeparationem effecit. Erat namque libellus repudii charta, in qua uir ſcripſit cauſas propter quas ſponſam ſeu coniugium repudiare uolebat. Quod autem libellum repudiare fuit peccatum mortale, probatur: quoniam fuit contra tertium matrimonii bonum, videlicet contra ſacramentum. Item, quia contrarium eſt iuri diuino, ac naturali, quia communis animi conceptio eſt, ut quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.Sed contra hoc rurſus arguitur, quia (ut ait auctoritas) error,cui non reſiſtitur, approbatur ergo cum Moyſes non reſtiterit illi errori, ſed potius eum permiſit, videtur approbaſſe eundem, & eſſe particeps culpæ, ac cauſa uniuerſorum malorum, quæ inde ſequuntur. Ad idem ualet alia auctoritas, dicens. Qui culpam non redarguit, ei conſentit. Ad hoc reſpondemus, quòd hæ duæ auctoritates intelliguntur, quando prælatus utiliter poteſt, ac debet reſiſtere, ac redarguere. Moyſes autem nequibat utiliter huic errori reſiſtere: quoniam multitudo fuit in culpa; ſicut eccleſia non poteſt modo reſiſtere militibus detinentibus decimas, quia ſi eis reſiſteret,maius malum in eccleſia oriretur.Sed iterum obiici poteſt: quoniam Moyſes a ſpiritu ſancto,accepit legem de repudianda uxore,& illa lex cum fuerit a ſpiritu ſancto, fuit utique bona,& iuſta,nec mulier repudiabatur niſi ſententia lata à iudice,qui iudicauit cauſas diuortij in charta deſcriptas rationabiles eſſe, ergo uir ſic faciendo non peccauit.Dicendum,quòd Magiſter diſtinguit permisſionem:quoniam una eſt conceſsionis,quando permittitur fieri, quod in caſu melius eſt,quàm ſuum contrarium, ſicut abbas diſpenſat cũ monacho,quod comedat carnes tempore egritudinis.

Libellus repudii. Matt.19. Leuit.20.

¶Alia eſt permisſio indulgentiæ,quando permittitur aliquid licitum,cuius contrarium meliùs eſt

ſicut

ſicut Apoſtolus permiſit ſecũdas nuptias. Eſt quoq; permisſio tolerantiæ,quando permittitur peccatum mortale ne contingat peccatum enormius. Et hæc uocatur permisſio comparatiua.Sic Moyſes permiſit diuortiũ,ac ducere aliam, ne fieret homicidium. iudęi namq; erant luxurioſi,crudeles,& ad tantũ facinus proni.Lex ergo non præcepit diuortium fieri abſolutè,ſed ſub conditione mandauit, ut ſi uellent omnino uxores repudiare,prius deſcriberent cauſas diuortij,ac iudici præſentarent,&c.Et ſi rurſus obijciatur,quia(ut ait Apoſtolus)non facienda mala ut eueniant bona,ergo,nec toleranda ſunt mala minora,ne ueniant maiora:imò in propoſito ex diuortij tollerantia uidentur peiora oriri cũ dicat ſaluator: Quicumque dimiſerit uxorem,& duxerit aliam,mœcatur,& qui dimiſſam duxerit,mœchatur.Reſpondemus,quòd non ſequitur,non ſunt facienda mala ut ueniant bona,ergo,nec ſunt toleranda mala,&c. Qui facit mala,peccat Qui autem tolerat mala,quia utiliter nequit reſiſtere,in hoc non peccat.Vxoricidium quoque excedit mœchationem.Mulier uerò repudiata, permittebatur cum alio contrahere, ita, quòd lex pro hoc eam corporaliter non puniret.Prohibebatur uerò redire ad primum maritum, præſertim ſi repudiata fuit a uiro ſecundo. Hæc Anti.

1.Cor.7. Diuortiũ quo periri & moſes. Roma.3. Mat.19.

¶Inſuper Thomas circa hæc ait, primò reſpondendo ad iſtud, utrum per diſpenſationem potuit licitum eſſe uxorem dimittere: Diſpenſatio in præceptis præcipuè in his,quæ ſunt aliquo modo de lege naturæ, eſt ſicut mutatio curſus rei naturalis, qui curſus mutari poteſt dupliciter. Primò ex alia cauſa naturali,ut patet in his,quæ in minori parte, aut rariùs accidunt,& ſic non mutatur curſus rerum,quæ ſemper ſunt.Secundò per cauſam penitus ſupernaturalem,ut in miraculis, & iſta mutatio poteſt contingere in naturalibus, quæ per naturam ſemper contingunt ut in ſtatione ſolis,& lunæ tempore Ioſuæ. Ita ratio diſpenſationis in præceptis legis naturæ,quandoque eſt in inferioribus cauſis: ſicque diſpenſatio cadere poteſt ſupra ſecunda præcepta legis naturæ,non ſuper prima,quia inuariabilia ſunt,ut patuit.Quandoque autem totum eſt in cauſis ſuperioribus,& tunc diſpenſatio poteſt eſſe diuinitus,& contra prima præcepta legis naturæ, rationes alicuius diuini miſterij ſignificandi, aut oſtendendi,quemadmodum Abrahæ iuſſum fuit occidere filium innocentem.Nec tales diſpenſationes communiter fiunt ad omnes ſingulares perſonas. Si ergo inſeparabilitas matrimonij inter prima præcepta legis contineatur,ſolum hoc ſecundo modo cadet ſub diſpenſatione Si uerò ſit inter ſecunda præcepta legis naturæ, potuit etiam primo modo cadere ſub diſpenſatione.Videtur autem potius inter ſecunda præcepta legis naturæ contineri. In ſeparabilitas namque matrimonij eſt matrimonii nõ ordinat ad bonũ ,plis,quod finis principalis, n ſi quantum ad hoc,quòd parentes prouident filijs pro tota uita per debitam præparationem neceſſariorum in uita.Huiuſmodi autem rerum appropriatio non eſt de prima intentione naturæ, ſecundum quam omnia eſſent communia.Idcirco uxoris dimisſio non uidetur eſſe contra primam naturæ intentionem Idcirco, nec contra prima legis naturæ præcepta. Hinc primo modo ſub diſpenſatione cadere uidetur.

Thomas Aquinas. Iob.10. Gene.22.

Quæſtio.

¶Præterea ſi quæratur, an ſub lege Moyſi licuit uxorem dimittere:dicendum,quod de hoc eſt duplex ex opinio.Vna,quòd qui dato libello repudij dimittebant uxorem, non excuſabantur a peccato, quamuis excuſarentur à pœna ſecundum legem infligenda propter quod dicitur Moyſes libellum repudij permiſiſſe,ſicq; ponunt quatuor modos permisſionis. Vnum per priuationem præceptionis, ut quando maius bonum non præcipitur, ſed minus bonum permittitur,ſicut Apoſtolus non præcipiendo uirginitatem,permiſit matrimonium.Secũdus modus eſt per priuationem prohibitionis,ſicut uenialia dicuntur permiſſa,quia non ſunt prohibita.Tertiò per priuationem coercitionis, ſicque omnia peccata permittũtur à Deo, quia non impedit ea Quartò per priuationem punitionis, & ſic libellus repudij permiſſus fuit in lege, non propter malius bonum conſequendum, ſicut pluralitas uxorũ, ſed propter crimen uxoricidij euitandum, ad quod fuerunt proni Iudæi ex corruptione ſua in iraſcibili.quemadmodum etiam permiſſum eis fuit extraneis fœnerari.propter corruptionem eorum in concupiſcibili,ne ſuis fratribus fœnerarentur. Et ſicut propter corruptionem ſuſpicionis in rationali permiſſum fuit ſacrificium zelotypię, ne ſola ſuſpicio iudicium in eis corrumperet. Sed quia lex uetus, quamuis gratiam non conferret:tamen ad hoc data erat,ut peccatum oſtenderet,prout communiter ſancti teſtantur, ideo alijs apparet, quod ſi repudiando uxorem peccaſſent,hoc ſaltem per legem, aut prophetas eis indicari debuiſſet, alias nelecti uiderentur,ſi de neceſſarijs ad ſalutem non fuiſſent inſtructi,cum & obſeruatio legis tunc mereretur uitam æternam.Hinc dicunt, quòd quamuis repudiare uxorem ſit per ſe malum, licita tamen fiebat ex permisſione diuina,quod confirmant auctoritate Chryſoſtomi aſſerentis:A peccato abſtulit legiſlator quãdo permiſit repudium Et quamuis hoc probabiliter ſit prolatum,primum tamen communius ſuſtinetur.

Deut.24. Permisſionẽ rõnes quatuor. 1.Corin.7. Deut.15. Nume.5. Iohannes Chryſoſt.

Quęſtio.

¶Porrò ſi quæras, utrum repudiatæ licuit cum alio viro contrahere:reſpondendum,quòd non, ſecundum primam opinionem iam tactam: quoniam uinculum matrimoniale manſit inter eam, & primum maritum,nec potuit ſimul duos habere maritos, ſicut uiro licebat duas ſimul habere uxores. Secundum aliam uerò opinionem hoc licuit ex permisſione diuina, ſicut, ipſum diuortium. Et ſi obijciatur, quod allegatum eſt, qui dimiſſam duxerit, mœchatur: exponit hoc pro tempore noui teſtamenti,in quo reuocata eſt illa permisſio.

Matt.19.

¶Quęritur demum,an licuit uiro repudiatam ad ſe rurſus aſſumere.Reſpondendum, quod in lege circa libellum repudij duo erant permiſſa, puta uxorem dimittere, & dimiſſam alteri uiro coniungi.Duo quoque præcepta,ut libellum conſcribere,& quod repudians non poſſet eam recipere: quod ſecundum primam opinionem factum fuit in pœnam uxoris,quæ alteri nupſit, atque in hoc fuit polluta: ſed iuxta aliam opinionem in pœnam mariti, ne uiri faciliter repudiarent uxores.

Quæſtio.

¶Quęritur item de cauſis repudij, reſpondetur, quòd cauſa permisſionis repudij fuit uitare uxoricidium.Cumque crimen hoc immediatè oritur ex odio,ipſum odium fuit prima cauſa repudij. odium uerò ex alijs oritur cauſis, quæ ſunt fœditas in corpore, puta infirmitas ſeu alia notabilis macula, uel in anima, ut fornicatio, uel aliud tale,quod in moribus inhoneſtatem inducit. Alij autem probabiliter magis cohartant has

 cauſas

cauſas, dicentes, quòd nō licebat uxorē repudiare, niſi propter aliquam cauſam poſt matrimonium ſuperuenientem, nec propter quamlibet talem, ſed propter illas duntaxat, quæ bonum prolis impedire ualebant uel in corpore, ut ſterilitas, & lepra, aut aliquid tale, uel anima, ut ſi eſſet morum malorum, quos filij poſſent ſectari. Quædam etiam gloſſa ſuper Deuteronomium adhuc magis artat cauſas illas ad peccatum: quoniam, & per fœditatem intelligit culpam.

¶ Poſtremò cauſæ repudij in ſpeciali non ſcribebantur in libello, ſed in generali, non ut oſtenderetur iuſtum repudium, ſed (ſecundum Ioſephum) quatenus mulier habens libellum conſcriptum de repudio, alteri nubere poſſet, aliàs ei traditus non fuiſſe. Etenim iuxta Ioſephum talis fuit ſcriptura, Promitto tibi, quòd nunquam tecum conueniam. Sed ſecundum Auguſtinum libellus ſcribebatur, quatenus mora interueniente, atque concilio Scribarum diſſuadente, uir à propoſito repudiandi deſiſteret. Hęc Thomas in Scripto.

Ioſephus. — Aug. — Di. nv. cō tra Tho. — ala 3.

¶ Præterea intuendum, quòd in verbis præhabitis præſupponi uidetur, quòd nec in lege, nec in prophetis Deus oſtenderit repudium uxoris eſſe uitioſum, quod non reor concedendum. Mox enim cum Malachias dixiſſet, Cum odio habuerit eam, id eſt, uxorem dimitte dicit dominus Deus Iſrael, dando uis ei libellum repudij uidetur quaſi rem prorſus licitam non ſolum approbare, ſed etiam iubere. Veruntamen, quod his uerbis, non imperatiuè, nec purè, ſed tantum propter uitandum aliquod deterius, puta uxoricidium permiſerit domi nus uxoris dimiſſionem, libellumque repudij, intelligitur ex uerbis ſequentibus. Nam (ut dixi) cum dixiſſet: Cum odio habueris uxorem, dimitte eam, mox ſequitur: Operiet autem iniquitas ueſtimentum eius, dicit dominus exercituum. Operiet, inquit, iniquitas veſtimentum eius, hoc eſt iniquitas, huiuſmodi uiri dimittentis uxorem ex odio, uel cauſa non iuſta operiat ueſtimentum eius.

Albertus.

¶ Pręinductis ex Thoma, concordant ſcripta Petri, & Richardi, ſed & ſcripta Alberti continentur in eis. Cui tamen plùs placet opinio illa, quòd libellus repudij licitus fuit ex permiſſione diuina. Bonauentura uerò directè tenet contrarium, quòd iuxta præhabita tutius eſt tenere, communiusque tenetur, & addit Bonauentura: Poſt repudium uxoris aliquid fuit licitum, & conceſſum, uidelicet uirum, & uxorem manere innuptos, ſeu etiam inuicem reconciliari ante nuptias alias. Aliquid uerò fuit licitum, & permiſſum, ut ſcilicet uir repudiata uiuente, aliam duceret in uxorem, quod non fuit prohibitum, quia non fuit prohibitum plures ſimul uxores habere. Aliquid fuit illicitum, atque prohibitum, ut quòd uxor repudiata alium duceret uirum priore uiuente; quoniam nunquam licuit uni fœminæ plures habere maritos, & uiro priore uiuente, manſit cum illo uinculum coniugale. Hoc tamen non fuit directè prohibitum, ſed oblique in pœnam uxoris impoſitum, ut nunquam poſſet redire ad maritum priorem: quoniam ſponte ſe polluit cum ſecundo. Sicque miro modo quamuis occultè lex iudicauit matrimonium eſſe inſeparabile, quod & magis expreſsè tangitur apud Ieremiam. Hæc Bonauentura.

Bonauen. — Iere. 3.

Argent.

¶ Thomas quoq; de Argentina tuetur, quod non licuit uirum mulierem repudiare, niſi pp cauſam ſeu defectum poſt matrimonium contingentem, nec ante apparentem. Idem dicit Albertus, Durandus uero præter præhabita nil conſcribit. Scotus magis conſentire uidetur, opinioni Alberti, de licentia, ſeu peccato repudij.

QVAESTIO I.

Amplius quæritur, *An uirginitas ſit uirtus, & uirtus eximia.* ¶ Videtur, quòd non ſit uirtus Primò, quia ſecundum Philoſophum, naturaliſſimū eſt ſibi ſimile generare, ergo nō generare uidetur innaturale, imò ſecundum Philoſophum, cum unūquodque perfectum ſit, ſeu perfectæ uirtutibus dū potens eſt generare ſimile ſibi videtur ad perfectionem ſpectare, conſimile generare. Iterum, uis generatiua eſt quædam potentia: potentia autem quę non perducitur ad actum, imperfecta cenſetur & imperfectior perhibetur, quàm ea quæ producitur ad actum, ad quem naturaliter dicitur ordinata.

Philoſo. — 2. Re. 14. — 2. ſara.11

¶ Ad hæc reſpondet Gulielmus: Contra uirginitatem, & continentiam nequiſſimè multi ſenſerūt dicentes: Sicut meretricium, & Sodomia de medio ſunt tollendæ tanquam inimiciſſimæ beluę naturæ humanæ, & uaſtatrices ſæuiſſimæ fructus, ſeminiſq; humani, idem uidetur dicendum de uirginitate, & continentia, quoniam nobiliſſimam arborem naturę humanæ non ſinunt fructificare. Ad quod reſpōdemus, quod uirginitas, & continentia non impedimentum, aut deſtructionem huius fructus quærunt, ſed immaniſſimā beluam, imò horrendiſſimam uoraginem carnalis uoluptatis formidantes, ſemen retinent; & ab opere illo, ſe continent: quemadmodū ſi agricola ſciret leonem, aut lupum ſibi inſidiari, atque ob id hortum, aut agrum ingredi non auderet nec ſeminare, non ob hoc inimicus eſſet ſeminationis, fœcunditatiſq; agri, & horti: ſic uirgines, & caſti nequaquā inimici ſunt fœcunditatis, & propagationis humanæ, ſed potius ſibiipſis proſpicientes ac cauti, & hoc propter efficaciſſimas rationes, ut puriùs uiuant ac, deiformiùs conuerſentur, Cūque fœmina ſit ſicut ager humanæ ſeminationis, & maſculus ſicut agricola, huicque agro inſidietur falaciſſima beſtia uoluptatis, & etiam ipſi agricolæ, urpotè uiro; conſtat, quòd continentia, atque uirginitas, quæ huiuſmodi agricolam non ab agro, aut eius ſeminatione, ſed a faucibus inſidiantis beluæ auertunt, amicæ ſunt ipſius agricolę; imò plerunq; multo ſublimior eſt uirginitatis & caſtitatis intentio, Nempè qui amore, & honore ſponſi cœleſtis omnem deſpicit uoluptatem, ac fructum carnalem, ne impedimento ſint ei uocandi ſynceriùs, atque liberiùs ſponſo ſuperno, offert ſeipſum, & omnia Deo, quemadmodum Dauid rex aquam ciſternæ quam concupiuit, noluit bibere, ſed domino eam libauit Sodomitę autem, & publicæ proſtitutæ in ipſar fauces beluæ irruunt, & in uolutabrum ſpurciſſimæ voluptatis ſe demergunt. Denique cum optimum hominis ſit Deo uacare, & per ſupremas animæ ſuæ uires, ſummi, & incomparabilis boni contemplationibus inhęrere, ac in eius puriſſimo, diuiniſſimoque amore quieſcere, ad quod ſancta uirginitas ſumme diſponit, & a quibus bonis coniugiū per curas, & onera, per occupationes, uoluptates, imò, & tribulationes ſibi annexas, potiſſimè impedit, ſequitur uirginitatem coniugio excellenter omnino præferendam, & maximè ab omni perfectione diuina, ac puritate interna impedit beſti-

Vacare Deo optimum hominis.

beſtialis, & irrefrænata illa coniunctio uiri unius cum mulieribus plurimis, quàm Sarraceni commendant, & amplectuntur. Hæc Gulielmus in ſuo Sacramentali.

Ioan 15.

¶ Inſuper Thomas circa hęc loquitur, primo reſpondendo quid ſit uirginitas: Quemadmodum, inquiens, ex uerbis patet Ambroſij, virginitas eſt quædam integritas, ideo dicitur per priuationem corruptionis, quæ in actu commixtionis contingit, in quo triplex corruptio accidit. Vna corporalis tm̄, in hoc, quod clauſtra pudoris franguntur. Alia ſpiritualis, & corporalis, ex hoc, quòd per deciſionem motumq; ſeminis delectatio generatur in ſenſu. Tertia ſpiritualis ſolū, ex hoc, quod rō huic delectationi ſe ſubijcit, in qua internā integritatē amittit: qm̄ conſideratio mentis neceſſariò interrumpitur ibi, cū impoſſibile ſit in ipſa delectatione aliquid intelligere actu. Vnde ipſa abſorptio rationis, nominatur corruptio. Cum ergo uirtus, & uitium in actu rationis conſentientis, aut diſſentientis conſiſtat, in oībus prætractis corruptionibus non inuenitur ſufficiens ratio uitij, aut uirtutis. ſed coexigitur conſenſus diſſenſuſve rationis. Cumq; uirginitas ſit in genere moris pertinēs ad uirtutē, rectè dixit ſancta Lucia: Non inquinat corpus, niſi de conſenſu mētis, in quinationē vc3 oppoſita puritati uirginitatis. Itaq; prima corruptio, quæ eſt corporalis tantū, non eſt materia uirtutis, aut uitij, niſi per accidens, mediante aliqua paſſione. Nam ſi per aliquam inciſionem clauſtra pudoris frangerētur, nō plùs præiudicabit uirginitati, q̄ ſi manus, aut pes incidatur. Corruptio uerò ſecunda, & tertia ſunt materia uirginitatis, & oppoſita uitij, quemadmodum aliæ paſſiones ſunt materia uirtutum mortalium, oppoſitorūq; uitiorū. In actu autē rōnis eligentis, uel repudiantis finaliter cōpletur inquinatio, q̄ excludit, ac priuat uirginitas. Hinc auguſti. in diffinitione uirginitatis: Virginitas, inquit, eſt in carne corruptibili incorruptionis perpetuè meditatio, ponēs meditationē, quæ ex parte eſt rationis, pro genere, & actum pro habitu ſumens, in corruptionem uerò ponit quaſi materiam ſeu obiectum, ſed addit ſubiectum determinatum, addendo in carne corruptibili: quoniam habitus, & priuatio ſunt circa idem.

Virginitatis corruptio triplex. — S. Lucia uirgo. — Aug. Virginitatis diffini. & quo per datur.

¶ Porrò perſonæ, quæ ſine concubitu ſe corrumpunt, ut in uitijs contra naturam, virginitatē amittunt, etiam quantum ad id, quod eſt materiale in ea, quia etſi non aſſit cōcubitus, adeſt tamē delectatio, quę in concubitu facit uirginitatis corruptionem. Si autem luxuria contra naturam tempus perfectæ ætatis præueniat, cum non aſſit deciſio ſeminis, & per conſequens, nec perfecta delectatio mentem ſuffocans, non amittitur uirginitas, quo ad id, quod eſt materiale in ea.

¶ Deniq; cum paſſiones partis ſenſitiuæ non ſint materia uirtutum. niſi prout ordinabiles ſunt a rōne medium in ipſis ponente: Hinc delectatio, q̄ eſt in ſomnis cum ſeminis effuſione, nō eſt uirtutis materia. Vnde, nec talis corruptio aufert incorruptionem, quæ materia uirginitatis conſiſtit idcirco, nec ratione talis pollutionis uirginitas perditur. Idem dicendum de mulieribus, quæ dormientes in ebrietate, aut amentes cognoſcuntur a uiris, niſi forſitan hac intentione irent dormitum, ut a uiris cognoſcerentur. Idem dicendum de his, quæ per uiolentiam opprimuntur a dæmone incubo, ſi renitantur pro poſſe, ut corpus ſuum cōſeruant a corruptione immune, uel ſaltem animum a conſenſu. Veruntamē cum in ſignificationibus ſacrorum potius attendit, quod exteriùs geritur, quàm quod intus efficitur, idcirco irregularis fieret, qui uirginem uiolenter defloratam in coniugem ſumeret, præſertim cum in illa delectatione difficillimum ſit animum a conſenſu reprimere, propter quod præſumitur conſenſiſſe.

¶ Inſuper uirginitas eſt uirtus moralis, quia per ipſam hō a præcipuis delectationibus ſe pp Deum refrenat, quatenus ſpiritualibus, ac diuinis perfectiùs uacet, & dicit electionē conſeruandi incorruptionē, Vna autem uirtus, quantum ad actum, & ēt quantum ad habitum poteſt dici maior ſeu excellentior alia dupliciter, puta per ſe, & per accidens, Per ſe, ratione obiecti: per accidens, ex circunſtantiis uarijs. Hinc uirtutes, quæ ſunt circa bonū ſpirituale, potiſſimè, quæ ſunt circa bonum, & uerum increatum, præſtantiores ſunt uirtutibus moralibus, quæ circa actus, & paſſiones corporales, aut corporalibus adiunctas uerſantur. Caſtitas uerò præcipuè cōmendatur: quoniam ad uirtutum intellectualium, ac diuinarum adeptionem profectum, & perfectionem eminenter diſponit, præſertim uirginitas. Vnde, & commentator ſeptimo Phiſicorum fatetur, quòd caſtitas maximè ualet ad ſcientias ſpeculatiuas. Hæc Thomas, qui de his hic, & in ſecunda ſecundæ ſcribit diffusè.

¶ Sed non eſt intentionis meæ his immorari, de quibus in aliis diuerſis opuſculis pleniùs ſcripſi, ſed & de ſancta virginitate ſpecialem compilaui tractatulum, de qua glorioſi, & ſancti doctores Cyprianus, Ambroſius, & alij in ſuis de uirginitate tractatibus eleganter ſcripſerunt. Bonauentura etiam. Petrus, Richardus, & alii de ea hic bene ſcribunt.

De perſonis legitimis. Diſt. XXX.

De matrimonio ſm cauſam materialē quæ eſt perſonarum legitimarū uel illegitimarū.

NVnc ſuper eſt attendere, quæ perſonę ſint legitimæ ad contrahendum matrimoniū. Legitimæ iudicantur perſonæ ſm ſtatuta patrum, quæ diuerſa ſunt. Aliæ namq; fuerunt legitimæ ante legem, aliæ ſub lege, aliæ in tempore grę. Itē in primitiua eccleſia quædā erant legitimæ, quæ mō non ſunt. Earum uerò, quæ modo legitimæ ſunt, uel illegitimæ, quædam ſunt plenè legitimæ, quædam omnino illegitimæ, quædā, mediæ. Plenæ legitimæ ſunt, quibus non obuiat uotum continentiæ, uel ordo ſacer, uel cognatio, uel diſpar cultus, uel conditio, uel naturæ frigiditas, & ſi quid eſt aliud. Penitus uerò illegitimæ ſunt per uotum, per ordinem, per cognationem, per diſparem cultum. Medię uero ſunt, nec plenè legitimæ, nec omnino illegitimæ, per frigiditatem, per conditionem. Si enim tales iunguntur, ignoranter, commanere poſſunt quibuſdam accedentibus, cauſis: & eiſdem deficiētibus, diuidi.

De frigidis separandis, uel non.

Sententia huius summa tam conti netur ex ca. de frigidis & male.

De his enim, qui causa frigiditatis debitum reddere non possunt, consulit Gregorius ut permaneant. Sed si mulier causatur, dicens, uolo esse mater, & filios procreare: decreuit ut uterque eorum septima manu propinquorum iuret, quod nunquam carnaliter conuenerint, & tunc mulier secundas nuptias contrahat. Vir autem, qui frigidæ naturæ est, absque spe coniugij permaneat. Ait enim sic: Interrogasti de his, qui matrimonio iuncti sunt, & nubere non possunt: si ille aliam, uel illa alium ducere possit, de quibus scriptum est: Vir, & mulier si se coniuxerit, & post dixerit mulier de uiro, quod coire non possit cum ea, si porest probari, quod dicit per iustum iudicium, alium accipiat: si uerò ille acceperit aliam, separentur. Item: De his requisisti, qui ob causam frigidæ naturæ dicunt se non posse inuicem operam carnis dantes commisceri. Iste, uerò si non potest ea uti pro uxore, habeat eam quasi sororem, quod si retinaculum coniugale uoluerint rescindere, maneant uterque innupti: nam si huic nō potuit naturaliter concordare, quomodo alteri conueniet? igitur si uir aliam uxorem uult accipere, manifesta patet ratio, quia suggerente diabolo odij fomitem, exosam eam habuerit, & ideo eam dimittere mendacii falsitate molitur. Quòd si mulier causatur, & dicit, uolo esse mater, & filios procreare, uterque eorum septima manu propinquorum, tactis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat, quod nunquam per commixtionem carnis coniuncti, una caro effecti fuissent. Tunc uidetur, mulierem secundas posse contrahere nuptias: humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem, qui frigidæ naturæ, est maneat sine coniuge. Quòd si, & ille aliam coniugem acceperit, tunc hic, qui iurauerant, periurij crimine rei teneantur, & pœnitentia peracta, priora cogantur recipere connubia. Et hoc seruandum est, cum uterque idem fatetur. Sed uir si asserit se debitum reddidisse uxori, & illa diffitetur: cui potiùs fides habenda sit, meritò quæritur. De hoc ita statutum est. Si quis ita acceperit uxorem, & habuerit eam aliquo tempore, & ipsa fœmina dicit, quòd nunquam coisset cum ea, & ille uir dicit, quod sic fecit: in ueritate uiri cōsistat, quia uir est caput mulieris. Hoc de naturali impossibilitate statutum est.

Greg. 33. q. 1. c. quod autem interrogasti

Rom. 6.

Ibidem c. si quis acceperit

Ephe. 5.

De his, qui maleficijs impediti coire non possunt.

De maleficij autem impedimento hoc tendendum decernitur. Quod si per sortiarias, & maleficas concubitus non sequitur, hortandi sunt, quibus illa eueniunt, ut spiritu contrito & humiliato Deo & sacerdoti de omnibus peccatis confessionem faciant, & lacrymis, atq; elemosinis orationibus, & ieuniis domino satisfaciat, & p exorcismos, ac cætera ecclesiasticæ disciplinæ munimina ministri ecclesiæ tales sanare procurent. Quōd si non potuerint, separari ualebunt. Sed postquam alias nuptias experierint, illis uiuentibus, quibus post iunctę fuerint, prioribus, quos reliquerant etiam si possibilitas concubendi eis reddita fuerit, reconciliari, nequibunt, quod in fine huius capituli continetur, ex rigore magis dictum intelligendum est, quàm ex canonica æquitate. Vel intelligendum est non posse reconciliari prioribus, nisi iudicio ecclesiæ, quo diuisio facta fuerat.

Hismari Remensis archieps. 33. q. 1. si per sortiarias.

De furiosis addit.

Furiosi quoque dum in amentia sunt, matrimonium contrahere non ualent. Vnde Fabianus: Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non seperentur. Item Nicolaus papa: Ni, qui matrimonium sani contraxerunt, & uni ex duobus, uel ambobus amentia, uel furor, uel infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem talium coniugia solui non possunt. Similiter etiam sciendum de his, qui ab aduersariis excæcantur, uel membris truncantur, uel a barbaris execti fuerint.

De his, qui cum duobus sororibus dormiunt.

Ex aurelia nensi cōc. 35. q. 7 qui dormierit Magister hic non tenetur.

De his ēt, qui cum duobus sororibus, uel q̄ cum duobus fratribus dormiunt, uidendū est quid censeant canones. Qui dormierit cum duabus sororibus, & una ex illis ante fuerit uxor, neutrā ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri unquā in coniugio copulentur. Item, nec propriæ uxori licet sibi reddere debitum, quàm sibi reddidit illicitam, sororē eius cognoscendo. Neque post mortem uxoris licet ei, uel adulteræ copulari in conugium. Item Zacharias papa: Concubuisti cum sorore uxoris tuæ, si fecisti neutram habeas & uxor tua si non fuerit conscia sceleris, & continere non uult, nubat in domino cui uult. Tu uerò, & adultera sine spe couiugii maneatis, & dum uiuitis, pœnitentiam agite. Quod ait, Cui uult nubat, intelligendum est post mortem uiri. Vnde Gregori. Qui uxores suas in adulterio deprædendunt, nec ille, nec illa aliam uxorem accipiat, uel alium uirum, quamdiu ambo uiuunt. Si verò adultera mortua fuerit, uir eius si uult nubat: adultera uerò nunquam, etsi mortuus fuerit vir, uir eius, sed omnibus diebus pęnitentiæ lamenta persoluat hoc de illo adulterio agitur, quod cum cognato uiri, uel cum cognata uxoris committitur.

Non est dimittenda uxor pro aliqua macula seu deformitate corporis.

Illud etiam sciendum est, quod pro aliqua infirmitate, uel macula corporali non licet uiro uxorem dimittere, & econuerso, sed debet alter alteri subsidia prouidere. Vnde Augustinus: Si uxorem quis habeat sterilem, siue de formem corpore, uel debilem membris, uel cæcam, uel claudam, vel surdam, uel si quid aliud, siue morbis, uel laboribus doloribusque confectam, & quicquid excepta fornicatione excogitari potest uehementer horribile, pro societate fideque sustineat.

Summa distinctionis XXX.

Iam ante tractauit Magister de matrimonio, & causis ipsius, nunc loquitur de personis ad contrahendum aptis, qualiter etiā diuersæ personæ diuersimode sunt ineptę. De his primò agit in generali, deinde per diuersa huius distinctionis capitula in speciali, utpote de impedimēto frigiditatis, de impedimēto maleficii, de impedimento furiæ, & de impedimēto incæstus.

QVAESTIO I.

Quæritur ergo de istis impedimentis correspondenter ad literam, primò in generali, deinde in speciali.

Antisiod.

¶De his scribit Antisiodorensis in Summa sua, libro quarto. Impedimentorū matrimonii quædam sunt substantialia, quædam accidentalia. Substantialia sunt, quæ oī tempore impediunt matrimonium. Accidentalia, quæ in aliquo casu impediunt illud, & in aliquo non. Et primò de substantialibus est dicendum, Hęc impediunt matrimoniū contrahendum, dirimuntq; contractum. Hęc Antisi. qui ordine suo ista prosequitur, sed non ita procedit magister, ideo eius processum sequendo. aliqua hinc inde ex præfati summa doctoris accipiam. Itaque de frigiditate seu impotentia coeundi affirmat: Hęc impotentia duplex est una naturalis, alia accidentalis. Naturalis est triplex. prima est naturalis frigiditas. Secunda, defectus ętatis. Tertia, artatio naturæ, quælibet harum impedit matrimonium, & dirimit contractum. De defectu ętatis constat, quòd non ualent sibi inuicem debitum reddere. Similiter si quis sit naturaliter frigidus in tantum, ut nec naturaliter, nec per medicinalia adiutus quæat coire. Similiter si mulier sit tā arcta ut nec per medicinalia, nec per uiolentiam, ut perfectionem, aut per aliquid simile, posit idonea fieri ad cognoscendum, nequit contrahere, & si de facto contrahat, matrimonium nullum est. De his doctor iste bene prosequitur, Veruntamen: quoniam doctor sanctus de eisdem planiùs, ac compendiosius loquitur, scripta eius inducam, in quo, & aliorum scripta pro maxima parte comprehenduntur.

Ostiensis.

¶Quædam, inquit, sunt de essentia matrimonii, & quædam de solemnitate eiusdē. Cūq; remotis his, q̄ sunt de solennitate sacramenti, adhuc uerum permanet sacramentum, ideo impedimenta contrariā tia his, quæ sunt de solemnitate sacramenti, non efficiunt quin sit matrimonium uerum, & talia dicuntur impedire contrahendum, non tamen contractum dirimere, ut sunt prohibitio ecclesiæ, & tempus feriatum, & de hoc sunt uersus hi.

Ecclesiæ uetitum, nec non tempus feriatum.
Impediunt fieri, permittunt iuncta teneri.

De aliis quoque impedimentis sunt uersus isti:

Error, conditio, uotum, cognatio, crimen,
Cultus, disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis.
Hæc socianda uetant conubia, facta retractant.

Voti emissio matrimonium impedit.

Horum numerus, seu sufficientia sic accipi potest. Matrimonium impediri potest, aut ex parte contractus ipsius matrimonij, aut ex parte contrahentium. Si primo modo, cum contractus matrimonii per uoluntarium sit consensum, qui tollitur per ignorantiam, & uiolentiam, si erunt duo matrimonij impedimenta, utpote uis. i. uiolentia seu coactio, & error ex parte ignorantię. Hinc de his duobus impedimentis supra tractauit Magister agendo de matrimonij causis nunc tractat de impedimentis ex parte contrahentium, qui taliter distinguuntur. A matrimonio ꝓhendo pōt hō impediri, uel simpliciter, uel respectu certæ personę. Si simpliciter, ita, ꝙ cum nulla posit contrahere, hoc non potest esse nisi quoniam impeditur ab actu matrimoniali, quod contingit dupliciter: Primò, quia non potest de facto, siue, quia omnino non potest, & sic impotentia coeundi ponitur impedimentum, vel quia libere non potest, sicque ponitur impedimentum conditio seruitutis. Secundò: quoniam licitè non potest, & hoc secundum quod ad continentiam obligatur, quod contingit dupliciter: primò ex suscepto officio, sic est impedimentum ordinis, uel ex uoto emisso, & sic impedit uotum. Si autem quis impedit a matrimonio contrahendo non simpliciter, sed respectu alicuius personæ, uel hoc est propter obligationem ad personam alteram, sicut, qui uni personæ matrimonialiter iunctus est, non potest alteri iungi, & ita est ligamen, videlicet matrimonij

uel quoniam defecit proportio ad aliam personam,& hoc potest esse tripliciter. Primò, propter nimiam ab ipsa distantiam,& ita est disparitas cultus. Secundò pp nimiam propinquitatem, & sic ponit triplex impedimentum. Primum est cognatio, quæ importat propinquitatem duarum personarũ respectu tertiæ matrimonio iunctæ. Secundum est publicæ honestatis iustitia, in qua est duarum propinquitas personarũ respectu tertię personę p sponsalia iunctæ. Tertiò pp indebitã coniunctionẽ ad ipsam priùs factam, sicq; impedit crimen adulterij priùs commissi cum illa. Verum circa hæc quæri potest, cur sacramento matrimonij potius, quàm alijs sacramentis assignantur impedimenta. Et respondendum, quòd etiam alia sacra poterunt impediri, si qd subtrahatur, quod sit de essentia sacri, aut de eis solennitate ipsius: Matrimonio tñ specialiter impedimenta assignantur, Primò, quia consistit inter duos, ideo pluribus potest, modis, ac rationibus impediri, quàm alia, quæ uni personæ singulariter competunt. Secundò: qm matrimonium habet causam in Deo, atq; in nobis, sed alia quædam sacramenta solum in Deo. Vnde, & pœnitentiæ, quæ ẽt aliquo mõ causam habet in nobis, Magister aliqua impedimenta assignauit supra distinctione 16. videlicet hypocrisim, Ludos, &c. Tertiò, quia de alijs sacramentis est consilium seu præceptum, tanquam de bonis perfectionibus: De matrimonio autem est indulgentia, tãquam de bono minus perfecto. Idcirco ut detur occasio proficiendi in melius, plura ponuntur matrimonio impedimenta, quàm alijs sacramentis. Præterea personæ dicuntur ad contrahendum illegitimæ, quia sunt contra legem, qua constitutum est matrimonium. Matrimonium quippè inquantum est officium naturæ, lege statuitur naturali: inquantum sacramentum, statuitur iure diuino: inquantũ uerò est in officiũ cõitatis, statuitur lege ciuili. Hinc a qualibet harum legum potest persona ad matrimonium illegitima reddi. Cumq; lex naturalis sm diuersos status, diuersas recipiat determinationes, ius quoq; positiuum uarietur sm diuersas hominũ conditiones, ideo ait Magister in diuersis temporibus diuersas personas illegitimas fuisse. Dicuntur demum impedimenta, quędam matrimonium contractum dirimere, non quòd matrimonium uerum possit dissolui personis uiuentibus, sed quia matrimonium, quod non fuit uerum matrimonium, utpotè non de iure contractum, faciunt irritari, ita, quòd ostenditur uerum matrimonium non fuisse: Sic, & quædam impedimenta dicuntur matrimonia contrahenda impedire, contractum non dirimere seu non dissoluere, non quin uerum matrimoniũ contrahatur, etiam si impedimenta illa concurrant. sed quia illicitè fiunt, & peccat sic contrahens, sicut si quis consecret præsus, iterè consecrat, quamuis peccat contra ecclesiæ insionem agendo.

Quæstio.

Petrus.

¶ At uerò Petrus. Omnis, ait, effectus, qui constituit ex causis impedibilibus, potest impediri, matrimoniũ aũt constituitur nõ solum ex causis diuinis, sed etiam humanis, quæ impediri multipliciter possunt. Sufficientia uerò impedimentorum matrimonij, accipi potest penes quatuor matrimonij causas; Nam penes causam efficientiam, quæ est consensus mutuus per uerba de præsenti expressus, accipiuntur tria impedimenta, quæ sunt error personę, error conditionis, atq; coactio. Penes causam uerò finalem, quæ duplex est, utpotè generatio filiorum ad Dei obsequium educandorum, & remedium fornicationis sumuntur alia tria. Nam contra officium generationis, est impotentia coeundi: contra educationem prolis ad cultum Dei, est disparitas cultus: contra remedium morbi, enormitas criminis, qua se facit indignũ coniugio. Penes causam finalem (quæ duplex est, scilicet generatio filiorum educandorum ad Dei cultum, & remedium fornicationis (accipiuntur tria: quoniam contra officium generationis est impotentia coeundi. contra educationem ad cultum Dei disparitas cultus. Penes causam materialem sumuntur tria: quoniam matrimonium est coniunctio personarum tam corporum, quàm animorum. Et quia natura nimiam propinquitatẽ ab horret ideo impedit matrimonium. Et hæc triplex est, utpotè per cognationem, per publicæ honestatis iustitiam. Penes causam quoque formalem tria accipiuntur, quia matrimonium est uinculum societatis indissolubilis, qua transfertur potestas corporum, quam translationem seu uinculum impediunt tria utpotè ordo, in quo homo se tradit diuino officio; uotum solenne, quo se tradit in obedientiam alterius hominis, & ligamen, in quo potestatem sui corporis tradit in potestatem alteri coniugi Hæc Petrus.

¶ Concordat Albertus, Bonauentura, Richardus & alij, secundum quos sunt duodecim matrimonii impedimenta, quę partim sequuntur.

QVAESTIO I.

Thomas.

NVnc de specialibus matrimonij impedimentis addendum, de quibus Thomas scribit, & primò de frigiditate: In matrimonio, dicens, est quædam contractus, quo unus alteri obligatur ad debitum. Vnde sicut in alijs contractibus non est conueniens obligatio, si quis se obligat ad id, quod non põt dare, aut facere sed implere, ita non est conueniens matrimonio contractus, si fiat ab aliquo, qui debitum carnis soluere nequit, quod impedimentum uocatur impotentia coeundi nomine generali, quæ põt esse ex causa intrinseca naturali, & ex causa extrinseca accidentali, ut per maleficiũ, sicut dicetur.

¶ Si est ex causa naturali, hoc potest esse dupliciter, quia aut est temporalis, cui subueniri potest remedio medicinæ, aut ætatis processu, & tunc non soluit matrimonium, uel est perpetua, & tunc soluit illud, etiam ita, q talis de cætero maneat sine spe coniugij, alter nubat, cui uult in domino. Denique ad cognoscendum utrum impedimentum existat perpetuum, ecclesia statuit tempus determinatum, in quo huius rei possit haberi experimentum, puta triennium, ita, quòd si post triennium, ex quo fideliter dederunt operam copulæ carnali, inueniatur matrimonium non esse consummatum, iudicio ecclesiæ dissoluatur. Attamen in hoc quandoque errat ecclesia; quoniam infra triennium aliquando experiri sufficienter non valet perpetua impotentia ista. Vnde ecclesia si inueniat se deceptam per hoc, quòd ille, in quo fuit impedimentum, inueniatur carnalem copulam cum eadem, aut alia perfeciſſe, reintegrat matrimonium primum, dirimitque secundum, quamuis de eius licentia sit effectum. Et si obijciatur, quòd carnalis copula non est de essentia mætrimonij, dicendum, quòd quamuis sit ita, tamen potentia ad hoc, est de matrimonij ueri essentia, quia per matrimonium datur utriq; coniugum potestas in corpus alterius.

1. Cor. 7.

Obiectio.

Responsio

¶ Verunt̃ his rursus objcit: Primo: qm sicut nimia frigiditas, ita, & nimia caliditas uehementer desiccans, carnalem impedit copulam, & tamen

Obiectiones aliæ quinque

non ponitur impedimentum coniugij. Secundò, uetuli sunt frigidi, & tamen permittuntur contrahere. Tertiò si mulier scit uirum esse frigidum dum contrahit cum eodem, uerum est matrimonium: ergo frigiditas non impedit per se. Quartò, contingit in aliquo esse caliditatem sufficientem ad cognoscendum corruptam, non autem ad cognoscendum uirginem: quoniam calidum celeriter euaporat ratione suæ debilitatis, ita quòd ad uirginẽ corrumpendam non sufficit. Similiter in aliquo sufficiens cõsistit calididas ad cognoscendũ formosam, non ad cognoscendum deformem, quia formosa concupiscentiam plus inflammat: ergo frigidus respectu alicuius, non uniuersaliter à matrimonio impeditur. Quintò, mulier uniuersaliter frigidior est uiro, nec tamen impeditur à cõunbio. Et respondendum ad primum, quòd caliditas superflua uix potest esse impedimentum perpetuũ. Si tamen inueniretur, quod per triennium copulam impediret carnalem, iudicaretur perpetuum. Nihilominus, qa frigiditas intentiùs, atque frequentiùs impedit matrimonium: nam impedit nõ solũ seminum mixtionẽ, sed membrorum quoq; rigorem: idcirco magis hic ponitur matrimonij impedimentum, quàm caliditas, cum & omnis defectus naturalis ad frigiditatem reducatur. Ad secũdum, quod uetuli, quamuis interdum non habeant caliditatem sufficiẽtem ad generandum, habent tamen sufficientem ad copulam: ideo conceditur eis matrimonium secundum, quod est in remedium, quãuis non competat eis secundum, quod est iu naturæ officium. Ad tertium, quod in omni contractu uniuersaliter obseruatur, q impotens ad soluendum, non reputatur idoneus ad contractum, ad cuius solutionem se obligat. Tamen quis dicitur tripliciter impotens ad soluendum. Primò quia non potest soluere de iure, & talis impotentia facit contractum penitus nullum, siue sciat is, cum quo facit contractum siue ignoret impotentiam istam. Secundò. quia non potest de facto. Et sic si ille, cum quo contrahit scit impotentiam istam, patet quod alium quærit finem ex contractu, ideo stat contractus, si autem nescit, non stat contractus huiusmodi. Hinc frigiditas causans impotentiam talem, quod non ualet de facto soluere debitum, atq; conditio seruitutis, per quam homo non potest de facto liberè soluere, impediunt matrimonium. Quando autem alter coniugum nescit, quod alius nequeat reddere debitum, annihilat matrimonium, siue alter sciat siue non: ideo dicit Magister, quod hæc duo faciunt personas non omnino illegitimas. Ad quartum, quod non potest esse perpetuum impedimentum in uiro respectu unius personæ, & non respectu alterius. Si uero non possit carnalem actum explere cum uirgine, & posset cum corrupta, tunc medicinaliter aliquo instrumento posset, claustrum pudoris soluere, & sic ei coniungi: nec hoc esset contra naturam. quia non fieret ad delectationem, sed ad medicamentum. Porrò abominatio mulieris non est causa naturalis, sed accidentalis extrinseca: Idcirco de ea est idem iudicium, quod de maleficio, de quo mox dicetur. Ad quintum, quod mas in generatione est agens, & fœmina patiens. Hinc ad opus generationis maior caliditas requiritur in uirò quàm in muliere. Vñ frigiditas, quæ uirum faceret impotentem, non redderet impotẽtem uxorẽ. Aliunde tamen potest impedimentum esse in fœmina naturale, utpotè ex arctatione. sicque idem iudiciũ est de arctatione mulieris, & frigiditate mariti. Hæc Thomas in Scripto.

Ad primũ responsio.

Impharia quis dicit in potens ad soluendum debitum.

¶ Qui consequenter de impedimento maleficii addit: Quidam dixerunt maleficia nil esse nisi in hominum æstimatione, qui naturales effectus (quorum causæ occultæ sunt) maleficijs deputabãt sed hoc est contra auctoritates sanctorum, dicentium quod dæmones si desuper permittantur, potestatem habent super corpora, imaginationesque hominum, ita qđ per eos malefici, atq; signa facere queunt. Denique opinio illa ex infidelitate procedit, quia non credunt dæmones esse, nisi in uulgi æstimatione. Ita quòd terrores, quos homo sibiipsi ex suâ æstimatione ingerit, dæmoni imputet: & quòd etiam ex uehementi imaginatione figuræ quædam appareant in sensu, quales homo intra se cogitat, tuncque dæmones apparere creduntur. Verum hæc omnia falsa, & ficta esse cognoscimus & contra exprientias certas, ut super secundum ostensum est. Sunt quoque contra catholicam fidem, qua angelos corruisse, & dæmones factos esse certissimę scimus, atque ex subtilitate, & agilitate suę naturæ multa scire, & posse, quæ nos nec scimus, nec possumus scire, propter quod qui ipsos ad talia facienda inducunt, malefici appellantur. Alii ergo dixerunt, quòd per maleficia præstari potest impedimentum copulæ carnali: tamen nullum tale esse perpetuum, ideo non dirimere matrimonium contractum, & iura antiqua aliter dicentia, esse renouata. Sed hoc est contra experimenta, & iura noua, quæ antiquis concordant. ideo distinguendum: quoniam impotentia coeundi ex maleficio ueniens, aut est perpetua, & sic matrimonium dirimit, aut non est perpetua, & ita non dirimit, atque ad hoc experiandum eodem modo ab ecclesia constitutum est tempus triennij, sicut de frigiditate é dictũ. Hæc tñ inter frigitatẽ maleficiumque differentia assignatur, quia qui impotens est ex frigiditate, ita est impotens ad unam sicut aliam, idcirco cum alia contrahere prohibetur. Impotens uerò ad unam ex maleficio potest esse ad aliam potens. Idcirco dum per ecclesiam separantur, datur utrique libertas quærendi aliam copulam.

Dæmones si, à Deo permittũtur potestatem habẽt super corpora & imaginationes hominum.

¶ Præterea aduertendum, quod quia prima peccati corruptio, per quam homo diaboli seruus effectus est, in posteros per actum generatiuè descendit ideo maleficij potestas permittitur à Deo iustissimo per diabolum exerceri, potissimè in actu generatiue, quemadmodum, & in serpentibus magis ostenditur uirtus maleficiorum, ut dicitur, quàm in animalibus aliis: quoniam per serpentem tentauit diabolus hominem. Maleficium quoque est ita perpetuum, quòd non potest humano opere habere remedium, quamuis omnipotens Deus possit præstare subsidium dæmonem compellendo, seu dæmon desistendò. Nec semper oportet ut, quod per maleficium factum est, possit per maleficium aliud destrui, ut & ipsi malefici cõfitentur. Et quamuis per maleficium posset remedium adhiberi nihilominus perpetuum reputaretur: quoniam nullo modo debet quis auxilium dæmonis per maleficia inuocare. Nec oportet, quòd si propter peccatum hominis data sit potestas diabolo in hominem ut cessante peccato, cesset, huiusmodi plaga, quia frequenter durat pœna cessante culpa. Exorcismi quoque ecclesiæ non semper ualent ad reprimendum omnes corporales molestias à dæmonibus introductas, exigente hoc iusto Dei iudicio. semper

Prima peccati corruptio in posteros per actum generatiuè descendit.

Gene 3.

tamen

tamen ualent contra illas dæmonum infestationes, contra quas sunt principaliter instituti.

¶ Ampliùs per maleficium potest induci impedimentum quandoque ad unam tantum modo mulierem, quandoque ad plures, quia diabolus est uoluntaria causa. Sed & impedimentum maleficij potest procedere ex dæmonis impressione in imaginatione uiri, ex qua aufertur ab eo concupiscentia ad unam, aut aliam, uel ad plures.

¶ Insuper, furia matrimonium sequens, nequaquam dimmittit matrimonium. Si autem præcedat, tunc, aut habet interdum lucida interualla, aut non: si habet, tunc potest contrahere, quamuis non si tutum, cum sit ad educationem prolis ineptus, Si non habet, non potest contrabere, quia non adest consensus, ubi non ad effusus, seu actio rationis.

¶ At uerò si quis cognoscat sororem, aut cognatam alicuius ante matrimonium, cum illa oportet matrimonium separari etiam post sponsalia, ratione affinitatis contractæ. Si uerò post matrimonium contractum, & consummatum, non debet totaliter separari, sed uir amittit ius petendi debitum, nec potest petere sine peccato, sed reddere, quoniam uxor ius petendi non perdit, Post mortem demum suæ uxoris debet sine spe coniugij permanere, nisi ob eius frigiditatem dispensetur cum eo, quando de eius periculo formidatur, quod si sine dispensatione ɔtraxerit, matrimoniũ non est separandum, quãuis peccet contra statutum ecclesiæ faciendo, sed propter sterilitatem uxoris matrimonium non potest dissolui: quoniam, & si matrimonium non habet suum effectum in sterili, secundum quod est naturæ officium, habet tamen secundum quod est in culpæ remedium. Porrò diuortium sic fieri debet in casu isto, Dum coeundi impotentia alligatur, & uir & uxor confitentur, si est euidens impedimentum, quemadmodum in eunuchis, possunt mox separari. Si uerò non sit euidens impedimentum, præcipiendum est eis, ut adhuc choabitẽt bona fide operi carnali operam dantes. quod si usque tiennium fieri nequit, iurabit uterque quòd bona fide operi illi operam dantes, non potuerunt coniugi carnaliter & ne diuortium facile celebretur, requiritur ut septem de propinquis qui hoc meliùs sciunt, & qui de hoc per signa probabilia possunt ueritatem cognoscere, iurent ꝙ credunt ipsos uerum dixisse. Hæc Thomas.

Diuortiũ qũo. & qñ fieri debet

Petrus.

¶ Concordat Petrus, & addit. Perpetua impotentia coeundi, matrimonium antecedens impedit contrahendum, & dirimit contractum: aut sequitur, & ita nec dirimit, nec impedit. Et hęc dupliciter noscitur. Primò certiuè per corporis aspectum. Secundò probabiliter, si triennio cohabitantes, & ut supra. At ergo uterque proclamat ad iudicium &, profitetur impedimentum: & tunc propter periculum conclusionis, uterque iurabit sic esse, ut iussum fuit, quòd scilicet operam dederunt ad copulam, nec potuerunt, cum septima manu, id est, cum septem propinquis, ut tactũ est. Aut ergo uir prouocat ad separationẽ, aut mulier. Si uir, incumbit ei probatio uxore negante nec creditur ei soli. Si mulier prouocat uiro cõtrarium sentire, creditur uiro: quia uir caput est mulieris, nisi mulier aspectu corporis possit probare esse mentitum. Separatione autem facta mulieri daẽ licentia contrahendi cum alio. Frigidus sine spe manebit coniugij, quòd si contraxerit, & cognouerit eam quam sumpserit, cogetur redire ad primam. Hęc Petrus.

1.Cor.11. Ephe.5.

Bonauen.

¶ Et in his continentur scripta Bonaueuturæ, & Richardi de istis. Bonauentura tamen affirmat, quòd impedimentum frigiditatis interdum est ex parte utriusque, cuius oppositum uidetur in uerbis Thomæ haberi, cum ait quòd fœmina in actu commixtionis, est patiens, mas ut agens &c. Et uerum, quòd nec ita frequenter, neque tam euidenter potest ex parte mulieris frigiditas allegari, aut obijci.

Albertus

¶ De his multa scribit Albertus, ex quibus dicta sancti Thomæ sunt sumpta, & ait nullum est dubium multos esse maleficiatos dęmonem potestate, quod constat omnibus de nigromantia, & factis aliquid norunt. Et hãc potestatem accepit diabolus propter hominum patientium peccata permissus, uel ad opus aliorum. Virtute namque diuina fit compulsio, & est potius uindicta, & pœna grauissima peccati, quàm exauditio maleficij, ut qui in sordibus est, sordescat adhuc, & accipiat cooperationem erroris, qui credere noluit ueritati. Vnde compulsio fit per Deum, & Angelos sanctos: operatio uero per dęmonem, & interdum effectus non sequitur, quia (ut puto) Deus ex misecordia sua dæmonum potestatem restringit. Cuius rei aliam causam nigromantici tradunt, de qua nihil ad præsens. Si autem quæratur, utrum maleficium excludendum sit per maleficium, Videtur quòd sic, quia nigromantici docent unum maleficium excludi per aliud, ut patet in libro Hermetis qui de secretis Aristotelis intitulatur. In contrariũ quod lex Dei præcipit eos occidi, qui consulunt magos, & quærunt à mortuis ueritatem. & ut habetur in litera, per orationes, atque ieiunia est talibus resistendum. Et respondendo, quòd nullo modo, quærenda est medicina per incantatorem, sed potius tolerandum est maleficium. Et ad obiectum dicendum, ꝙ illi taquam pestiferi docent nocere, & dum dæmones cessant à lęsione, dicuntur curare, ut in uita sancti Bartholomæi narratur. Curari quoq; maleficiatus potest, si totum conferrat se ad Deum per orationem, compunctionem, & satisfactionẽ Communiter quoque tenet ecclesia, ꝙ maleficiatus ad unam, non est maleficiatus ad aliam. Et si non iuuatur orationibus deuotorum, datur utrique licẽtia contrahendi cum alio, nec unquam ista licentia renouatur. Veruntamen obijci potest, quia in libro imaginum docetur fieri imago, quæ maleficiat simpliciter, & facit diligere castitatem, atque abscindit uniuersaliter coitum. Et respondendum, ꝙ hoc fieri nequit, nisi quis omnino infrigidetur. Bene tamen inducitur amor castitatis per nigromantiam, & abominatio coitus. Attamen manet motus in aliquam propter incendium, nisi infrigidetur quis penitus. Hoc item pẽsandum, quòd iura dicunt adulterum non posse cõtrahere cum ea, quam priùs poluit per adulterij crimen, nisi in casibus, qui in litera ponuntur. Hæc Albertus. Durandus demum circa hæc addit: Quando propter arctationem mulieris separatur matrimonium, mulier debet sine coniugio remanere, si autem nubat alteri, & connoscatur ab illo, quæritur an reintegrabitur matrimonium primum. Dicendnm, quòd imo si primus uir, & secundus sint similis naturæ & complexionis: quoniam sicut cognoscibilis est à secundo. ita cognoscibis fuit à primo, & sic loquitur quædam Decretalis. Si uero sint complexionis notabiliter distantis, ratione cuius mulier nunquam cognoscibilis fuit a primo immediatè, non debet restitui illi primo: quoniam mulier arcta

Apo 22. 2.Thess.2

Quæstio

Leui.20.

Obiectio

Responsio

Durãdus. Quæstio.

arcta simpliciter inepta est cum illo contrahere, à quo immediatè cognosci non potest. Nõ enim licet ut cognoscibilis ei sit per alium secum coeũtem. Hæc Durandus.

Eadem iure utitur uir, & mulier. Distin. XXXV.

Hoc etiam notandum est, quòd cũ dominus concedat uxorem dimitti causa fornicationis uiro eadem licentia non tollitur fęminis. Vñ Hiero. Præcepit dñs uxorẽ à uiro non dimitti, accepta causa fornicationis: & si dimissa fuerit, manere inuptam. Quidquid uiris precipitur, hoc consequenter redũdat ad fœminas: Non enim adultera uxor dimittenda est, & uir męchus tenendus. Item: Apud nos quod nõ licet fęminis, æque nõ licet uiris, & eadẽ seruitus pari ɔditione cẽsetur. Ex his ostenditur, quòd mulier potest super fornicatione uirum cõuenire, ut uir mulierem. Vnde Innocentius Papa. Christiana religio adulterium in utroq; sexu pari ratione condemnat, sed uiros suos mulieres non facile de adulterio accusant uiri autem liberiùs uxores suas adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt: & iõ mulieribus prodito earũ crimine oĩno negatur cõio: uirorũ aũt latente cõmisso, non facile quisquam ex suspitionibus arcetur: q tñ submouebitur, si eius flagitium detegatur.

De diuortio qđ fit ꝓpter adulterium Matth.19. Hiero. de morte Fabiole. & hẽ 32 q 5.c. præcepit. Ibidem. Inno.pa. 32 q.5.ca. christiana

Quòd fornicariam nequit dimittere uir, nisi & ipse expers fornicationis fuerit, & e conuerso.

Si uerò quæritur, an adulter adulterã possit dimittere causa fornicationis. dicimus qa nequit adaltera uxor dimitti a uiro, nisi & ipse expers fornicationis existat, & econuerso. Vnde Augu. Nihil iniquius est, quàm causa est fornicationis dimittere uxorem, si & ipse conuincitur fornicari. Occurit enim illud. In quo alterum iudicas, teipsum condemnas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abijcere uxorem, prior debet esse fornicatione purgatus: quod similiter, & de fœmina dixerim. Idem: indignantur mariti, si audiant adulteros uiros pendere similes adulteris fœminis pœnas, cum tanto grauiùs eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & uirtute uincere & exemplo regere fœminas. Ex eis apparet, quòd adulter adulteram dimittere non ualet, & e conuerso.

Aug.lib.1. de sermo. dñi in mõte 32 q.6.c nihil, iniquius.

Quòd possint reconciliari, qui separantur causa fornicationis.

Si quis autem fornicationis expers fornicariã dimiserit, alij copulari non potest, sed continere oportet, uel ad dimsã redire. sic est, & de fœmina. Vnde & Apostolus: His, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, uxorem à uiro non discedere: quòd si discesserit, manere inuptam, aut uiro suo reconciliari. Et de uiro addit. Et uir uxorem non dimittat. Sed Ambr. ait ideo nõ subdit de uiro sicut de muliere, quia licet uiro aliã ducere. Sed hoc à falsarijs in Ambrosii libro positum creditur: Supplẽdũ enim esse in uiro, quod de uxore pręmisit apertè dicit Augu. sic. Quare non addit de muliere, quod præmisit de uiro? nisi quod similem formam uult inteligi, ut si dimiserit, quod causa fornicationis permittitur, maneat sine uxore, aut reconcilietur uxori. Idem: Si nec nubere illi conceditur uiuo uiro, à quo recessit, nec huic alteram ducere uiua uxore, quam dimisit, multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere. Idem. Vt non facilè dimittatur uxor, dominus solam fornicationis causam excepit. cæteras uerò uniuersas molestias, si quæ extiterint, iubet pro fide coniugali, & pro castitate fortiter sustineri: & mœchum dixit, qui & à uiro solutam duxit. Ex his ostenditur, quòd si causa fornicationis fit separatio, non potest uir, uel mulier aliam transire in copulam. Possunt autem reconciliari, & cohabitare sicut priùs, si dimissum alter reuocare uoluerit.

Matth.19 Proue.18

Quæ prædictis videntur obuiare.

Dicit tamen Iohannes Chrysostomus. Sicut crudelis iniquus est, qui castam dimittit, fatuus est & iniquus qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis, est, qui celat crimen uxoris. Item Hiero. Cum mulier unam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione à marito separauerit, non debet teneri ne uirum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura: Qui teuer adulterã stultus est, & insipiens. Idẽ ad amãdum presbiterum scribens, de quadam, quæ uiro suo uiuente alii nupserat, sic ait: Rem nouam loquor, imò non nouam sed ueterem, quæ ueteris testamenti auctoritate confirmatur Si reliquerit secundum uirum mulier, & reconciliari uoluerit priori, non potest.

Determinatio:

Sed hæc omnia intelligenda sunt de illa, quę adulrerio recedere noluit, nec per pœnitentiam peccatum delere. Quòd si uir scienter patitur consentire videtur. Si enim in

adulterio

adulterio perseuerare elegerit, patronus turpitudinis. & lenocinii reus maritus habebitur, nisi eam adulterii ream facere uoluerit. Si autem a peccato recesserit, & per pniam illud purgauerit, poterit uiro reconciliari. Vnde Aug. Quid tibi durum uidetur, ut post adulterium reconcilietur coniunx? si fides assit, non erit durum. Cum. n. adhuc deputamus adulteros, quos credimus pia esse sanatos? Item: Non erit turpis, nec difficilis etiam post patrata, & purgata adulteria reconciliatio coniugij, ubi per claues regni cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum, non ut post uiri diuortium adultera reuocetur, sed ut post Christi consortium adultera non uocetur. Item Greg. Debet recipere peccatricē, q̄ pœnitentiam egit, sed non sæpe. Item Hermes: si vir scierit uxorem suam deliquisse, & non egerit pniam mulier: sed permanet in fornicatione sua, & uiuit cōmuniter cum illa, uir reus erit, & particeps peccati eius. Quod si mulier dimissa egerit pœnitentiam, & uoluerit ad uirum reuerti: debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiā egit, sed non sæpe.

Aug. de adulterinis coniugijs. ca. 6. & hab. 32. q. 1. ca. Quod dicit

De illis, qui se ante polluerunt per adulterium.

Soletetiam quæri, an ualeat duci in coniugium, quę priùs est polluta per adulterium. De hoc Leo papa ait: Nullus ducat in matrimonium quam priùs polluit in adulterio. Item: Relatum est auribus sanctorum sacerdotum, quendam alterius uxorem stupro uiolasse, & insuper mœchę iuramentum dedisse, quod post legitimi mariti mortem si superuiueret, duceret eam in uxorem: quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus, & anathematizamus. His, aliisque auctoritatibus uetantur in coniugium copulari, qui se priùs adulterio maculauerunt. Sed econtra Aug. ostendit, dicens: Denique mortuo eo, cum quo fuit uerum coniugium, fieri potest coniugium cum qua præcessit adulterium. Idem. Posse fieri sane licitas nuptias ex personis illicitè coniunctis, honesto placito subsequente, manifestum est.

Leo Papa epist. 5.

Determinatio.

Sed hæc vltima auctoritas de concubinis loquitur, perhibens concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum, si castitatem, & fidem seruare uelint. Prima uero auctoritas Aug. de illis agit, qui de peccato pœnituerunt, & nihil in mortem uiri machinati sunt: nec uiuente uiro fidem adulterę dedit mœchus, quod eam in coniugio duceret si superuiueret. Qui uerò hæc faciunt, aliis prę missis auctoritatibus prohibentur copulari.

Summa distinctionis XXXV.

IN hac distinctione docetur, qualiter propter adulterij crimen coniugati, abinuicem separantur. Et primò ostendit Magister, quòd in hac re coniugati sunt iuris eiusdem, ita quòd sicut uir potest uxorem dimittere ob eius adulterinam fornicationem, sic econtrario. Deinde circa hoc addit, quòd maritus uxorē adulteram non potest abiicere, nisi ipse tanti sit criminis expers dum habuit eam. Et pandit qualiter intelligenda sit separatio ista, utpotè quantum ad cohabitationem, seu thorum, non quantum ad uinculum coniugale. Discutit quoque an liceat uiro non abijcere, sed secū tenere adulteram. Postremò scrutatur qualiter adulterium impedit matrimonium contrahendum.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, *An propter fornicationem unius coniugum, alius possit illum abijcere, & uirum teneatur ad hoc, uel magis expediat, quod reconcilientur.* ¶ Videtur, quòd propter fornicationem non liceat separare matrimonialiter iunctos, nec unus eorum se ab alio possit retrahere. Primò, quia ex hoc sequitur sæpe maior confusio, & filij, aut filiæ præter propriam culpam diffamantur tanquam, proles adulteræ matris. Inde quoque consequitur odium, & alij scandalizantur. Secundò, quia debemus pro malis retribuere bona. Tertiò, quia ut ait Apostolus, debemus esse imitatores sicut filii charissimi Deus autem altissimus animas sibi per fidem desponsatas, atq; per charitatem uisceroſe unitas, si fornicętur cum dæmone, & cū rebus ſanibus, semp paratus est ad ueniā capere: imo hortatur ut reddeat, & frequēter, post redditū gratiosiùs sibi coniūgit: ergo uir nō statim pro una fornicatione, aut pluribus, dēt se ab uxore retrahere, nec implacabilē exhibere. Quartò q̄a si post separationē cū aliis contrahere prohibentur, erit separatio ista multorū adulteriorū occasio: ergo si Deus fragilitati humanæ sufficienter prouidit oportebit licitū esse post separationem cum aliis inire connubium, aut inuicem indulgere: & commanere.

¶ In oppositum sunt, quæ habentur in litera.

Bonauent. Matt. 19.

¶ Ad hoc Bonauentura rñdet propter fornicationē licet inter coniugatos diuortiū fieri, altero (ut pote innoxio) postulante: qm̄ dominus hoc concessit. Id circo quoq; concessit, hoc qm̄ non seruanti, sed frangenti fidem, non tenetur uir fidē seruare. Et q̄a directè peccauit p̄ actū matrimonialem, in eodē est punienda, exigente æquitate iuris matrimonialis: q̄a priuauit conthoralem iure, quod in ipsius adulterantis habuit corpore, & hoc sine alterius demerito. Vnde non ex quacunq; fornicatione fit diuortium, sed ex uitiosa, atq; ex parte alterius singularis, ita quod uterq; nō est adulterii reus. Si etenim peccet per uiolentiā, aut ignorantiā facti, ut dū eū, cui miscetur, suum putat existere conthoralē, aut ipsum æstimat mortuū, excusatur. Si autem prostituit cōthoralem, aut in eodē est crimine, aut fouet adulterantē, aut personam talem cognoscit: dum scit, q̄d adultera sit particeps criminis perhibetur, nec illā potest dimittere, imo se priuāt. iure dimittendi illam. Hæc Bonauentura.

¶ Eadem

Tho. Aqu. ibidem. Septem casib' nō licet uiro uxorem dimittere ob fornicationem.

¶ Eadem scribit quoq; Tho. verbis parū permutatis. Vxorem, inquiens, Christus concessit dimittere propter fornicationem in pœnam illius, qui fidem fregit, & in fauorem eius qui fidem seruauit. Hinc septem casus excipiuntur, in quibus non licet uiro uxorem dimittere ob fornicationem, in quibus uel uxor immunis est a crimine illo, uel in eo uterq; culpabilis est. Primus est, q̄n uir similiter reus est criminis huius. Secundus, dum eam prostituit. Tertius, dū uxor probabiliter credidit eum mortuum esse, & iō alteri nupsit. Quartus, si latenter cognita est ab altero lectū eius sub specie mariti intrante. Quintus, si opprimatur. Sextus, si uiro fuit reconcilliata, ac deinceps cognita ab eodem. Septimus, si matrimonio in infidelitate cū uiro contracto, uir dedit uxori libellum repudij, & illa alteri nupsit: tunc namq; si conuertatur uxor ad fidem, uir tenetur illam recipere.

Mala fornicatiōis.

Deniq; pp fornicationem specialiter si diuortium, qm̄ fornicatio est directè contra metrimonii bona. Impedit enim certitudinem prolis, & fr̄āgitur fides nec significatio obseruatur, dum una persona diuidit carnem suam in plures. Hinc alia crimina, quamuis forsitan grauiora, non causant diuortium. Sed cū infidelitas sit fornicatio spiritalis, & matrimonii bono contraria, quod est proles ad Dei obsequium educanda: ideo causat diuortiū: aliter tamen q̄ām fornicatio corporalis. Nam propter unam fornicationem carnalem ad diuortium potest procedi, nō autem propter unū actum infidelitatis, sed pp consuetudinem, quæ pertinaciam monstrat, in qua infidelitas ipsa perficiunt. Sed quæri pōt, an & pp scelus p̄ naturam possit diuortium celebrari. & si hic, cur non exprimitur hoc? Respondendum, q̄ potest, non tamen exprimitur. Primo: quoniam passio illa ignominiosa innominabilis est. Secundò: quoniam rariùs accidit. Tertiò, non caulat incertitudinem prolis. Hæc Thomas in Scripto.

Quæstio. Quomodo fornicatio nō repellenda.

¶ Qui insuper quæri, utrum uir tenetur uxorem adulteram dimittere. Et respondet, Dimissio uxoris fornicantis, inducta est ad corrigendum crimen ipsius. Pœna autem, corrigens non requitur, ubi emēdatio tam præcessit. Idcirco si mulier de peccato pœniteat, uir non tenetur eam dimittere. Si uerò non pœniteat, tenetur dimittere illam, ne consentire uideatur dum peccato illius correctionem debitam non apponit. Pœnitentem quoque potest aliter corripere, quam lapsam obijciendo, videlicet uerbis, & ictibus.

Quæstio.

¶ Insuper si quęratur, an uir proprio iudicio possit illam dimittere: dicēdum, quòd sic, quantum ad thorum & debiti reditionem, si constet sibi crimen illius, nisi per ecclesiam compellatur, & taliter reddens nullum sibi præiudicium facit, non autem simul quantū ad thorum & cohabitationem, & ita non potest dimmitti nisi ecclesiæ iudicio. Et si aliter dimissa fuerit, cogendus est uir, ut eā recipiat ad cohabitationem, nisi in continenti posset probare mulieris adulterationē, & ista dimisio diuortium appellatur. Ideo concedendum, quòd nō ualet, nisi iudicio ecclesiæ celebrari. Deniq; maritus potest accusare uxorem dupliciter de adulterio. Primò, ad thori separationem coram iudice spirituali. Tūcq; inscriptio fieri debet sine obligatione ad pœnā talionis, q̄a sic consequeretur suum intentum in utrunque euentū, Scḋo, ad punitionem criminis iudicio seculari, & sic oportet inscriptionē p̄cedere p̄ quam ad pœnā se obligat talionis, si in probatione defecerit. Rursus, ut loquitur Decretalis, tribus modis p̄cditur in criminibus. Primò, p̄ inscriptionē, quā debet præcedere clamorosa insinuatio, quæ locū tenet accusatoris. Secundo, per accusationem, quam præcederet debet inscriptio. Tertio per denuntiationem, quam debet præcedere fraterna correptio. Et in hoc tertio modo seruandum est, quod ait salua tor de ordine fraternæ corruptionis. Matth 18.

¶ Præterea quæritur, an in causa diuortii uiri, & uxor ad paria iudicentur. Dicendum, quòd imò ita ut idem licitum uni, quod alteri: non tamen pari causa iudicantur ad illa, cum causa diuortii sit maior in uno, quàm alio. In utroq; tamen sufficiens est Diuortium namque est adulterij pœna, inquantū adulterium est contra matrimonij bona: quantum autem ad bonum fidei, ad quam coniuges sibiinuicem tenentur æqualiter, adulterium unius tantum est contra matrimonium, quantum adulterium alterius. Et hęc causa in utroque sufficit ad diuortium. Sed quantum ad bonum prolis, plus peccat adulterū uxoris, quàm uiri, ideo maior causa diuortii est in uxore, quàm uiro, sicque ad æqualia, sed non ex æquali causa iudicantur seu obligantur, non tamē iustè, qm̄ in utroque est causa sufficiens ad hanc pœnam: quemadmodū duo latrones ad idē genus supplicii deputantur, quamuis unus alio multum deterior sit. Et si obiciatur, quod diuortium in noua lege conceditur loco repudii, quod fuit in ueteri lege, ut patet apud Mattheum, in repudio autem, & uir, & mulier non iudicabantur ad paria. uir enim potuit repudiare uxorem, non econtrario. ergo nec in diuortio sunt ad paria iudicandi. Dicendum q̄d repudium non permittebatur, nisi ad uitandum homicidium, de quo magis fuit periculum ex parte uirorum, quam coniugum, ideo uiris permittebat repudiare uxores, non econtrario. Quæstio. Obiectio. Matt. 19.

¶ Præterea quæri potest, quis grauiùs peccet, uir adulterando, an mulier. Et respondendum quòd in adulterio idem inuenitur de ratione peccati, quod in fornicatione simplici, & plus, uidelicet matrimonii læsio. Si ergo consideretur id, quod commune est adulterio, & fornicationi simplici, peccatum uiri, & uxoris, se habent sicut excedentia, & excessa: quia in muliere est plus de humore, propter quod magis ducibiles sunt à concupiscentius. In uiro autem est plus de calore, qui concupiscentiam excitat Simpliciter tamen loquendo, & cæteris paribus: uir in simplici fornicatione plus peccat, quia plus habet de rōne, quod præponderat quibuscunq; motibus pasionum, sed quantū ad læsionem mr̄monii. quā adulterium fornicationi addit, ex qua diuortium causat, plus peccat mulier, ex cuius adulterio sequitur prolis incertitudo. Hinc simpliciter loquēdo, plus peccat adultera mulier, quàm uir, cæteris paribus.

¶ Ampliùs, si quæratur post diuortium uir alteri nubere possit. Dicendum, quòd non: quoniam uinculum matrimoniale non potest dissolui nisi per mortem. Potest tamen mulier post diuortium contientiam nouere, etiam uiro inuito, nisi uideatur deceptā esse ecclesiā, p̄ falsos testes sentētiando de ipso diuortio, quia in tali casu etiam si uotum professionis emisisset, restitueretur uiro, & teneretur si reddere debitum: non tamen liceret ei exigere.

Vlterius quæritur, utrum post diuortium uxor possit uiro reconciliari. Et respondendum, quòd imo, si ipsa pœniteat, & se emendet. Sententia namque ecclesiæ diuortium celebrantis, non cogit ad separationem, sed ad eam præbet, & præstat licentiam.

¶ Quocirca poterit q̄ri, an adultera separata possit

Quæstio.

sit reuocari à uiro.Dicēdum,quòd id,quod inducitur in fauorem alicuius non facit ei præiudicium. Cumq; diuortium sit concessum in uiri fauorē, nō aufert ei ius petendi,& reuocandi uxorem.iō uxor tenetur uiro id reddere,atq; ad ipsum(si reuocetur) redire, nisi de licentia eius continentiæ,uotum emiserit.Porrò propter adulterium,quod uir priùs innocens, postea committit.hoc est diuortium secundum iuris rigorem non cogendus, ad recipiendū uxorem priùs adulteram: attamen secundū iuris æquitatem iudex ex officio suo debet eum agere. ut caueat periculo animæ, & scandalo aliorum, quamuis uxor non possit reconciliationem petere.

Crimina impedientia matrimoniū cōtrahendū & dirimētia contractum.

¶ Insuper agnoscendū quod plura sunt crimina quæ pp sui enormitatem impediunt matrimonium contrahendum.Primum est incestus:secundū, uxoricidium.Tertiū,raptus sponsæ alienæ. Quartū, dū quis insidiando matrimonio,propriū filiū leuat de sacro fonte.Quintū,interfectio sacerdotis. Non tñ propter hæc crimina dirimitur matrimoniū cōtractum.Nihilominus quædā sunt crimina,quæ etiam dirimunt matrimoniū ɔ̄ctum,ut dum quis cum aliqua coniugata concumbit,& ex hoc machinatur in uiri mortem:tunc etiam si contraxerit,separantur. Secūdū est,qñ præstat fidem adulteræ,quod ducet eā in uxorem,& ducit eam:quod intelligendū est, qñ tā adulter quàm adultera sciebant impedimentum,aliàs non dirimiretur contractum.Tertium est quando contrahit cum ea de facto. Primum enim matrimonium facit,quod secundum non stat, ideo si primum non fuisset uerum matrimonium, secundum staretnr.Hęc Tho.in Scripto.

Bonauen. Hierony. Io. Chri.

¶ Concordat in omnibus Bonauentura, qui & allegat Hieronymū protestātem: Si uir cognoscit uxorem deliquisse,& illa in fornicatione permāserit, & ipse uiuit cum illa; particeps est iniquitatis illius; Chrysostomum quoque dicentem. Sicut crudelis est, & iniquus, qui castam dimittit, sic iniquus,& stultus est,q̄ retinet meretricem. Vnde rursus effatur Hieronymus: Cum mulier fornicatione se separauit à uiro, teneri non debet, ne uirum quoque sub maledicto constituat, dicente scriptum: Qui tenet adulteram, stultus, & impius est. Istæ autem, & consimiles actoritates sunt cum moderamine intelligendæ,iuxta distinctiones inductas.

Hieronym. Prou. 18

Diuortiū fieri debet corā ẽpo.

¶ Iterum addit Bonauentura. Cum matrmoniū Sit magnum sacr̄m, idcirco diuortium fieri debet in facie ecclesię, coram iudice, non quuocunque sed episcopo,ut in Carthaginensi concilio fuir statutum,cui interfuit Augustinus. Idemq; statuit Nicolaus papa. Et si aliter eam dimisit,tenetur eam resumere,nisi possit mox comprobare.

Quæstio.

Si demum quæratur,an possit diuortium fieri sine præuia culpa dicendum,quòd diuortium fieri potest dupliciter. Primò ut in eodē statu persistans. Secundò, ut ad frugem uitæ conuolent melioris. Primo modo fieri non debet, nisi manifesta culpa præcedat, tum propter periculum, tum propter scandalum. Si secundò modo, tunc aut uterque est uoluntarius, aut alter inuitus. Si uterque uoluntarius, tunc fieri potest sine culpa præcedente, ita quòd uterque uotum solemne emittat, & habitum religionis assumat, nisi sit persona talis,de qua nulla possit oriri suspicio, quæ uoto solenni castitatis emisso poterit manere in domo: sin autē,oportet utrunque conuerti. Hæc Bonauentura, qui etiam sciscitatur, cuius adulteratio enormior sit, uiri aut mulieris. Ad quod respondet satis concorditer cum Thoma.

Diuortiū bifariā fit. Quæstio. Petrus. Richard.

¶ Idē Petrus,& Richardus,secundum quos non potest quis ducere in vxorem eam cum qua ante adulterium perpetrauit, si in mortem mariti eius est machinatus. Vel si promisit eā ducere post mortem mariti,ne uiri sint proni machinari in mortem uirorum,desiderio uxorum ipsorum.

Si externa conditione ualeat uxor separari à uiro, & econuerso.
Distin. XXXVI.

De impedimento cōditionis quid respicit statum legis humanæ in concil. apud Vermeriam.& habet 29 q.2 c.si q̄s in genus Ibidem.c. si fęmina ingenua

Nunc de conditione uideamus an ualeat coniugium diuidere. Ad quod dicimus,quia non negatur ingenua posse nubere seruo: sed si nescitur esse seruilis conditionis,liberè potest dimitti,cum seruitus eius fuerit deprahensa, secundum illud: Si quis ingenuus homo ancillā alterius in uxorē acceperit, & æstimat,quod ingenua sit si ipsa fęmina fuerit postea in seruitutem deiecta, si eam, à seruitute redimere potest facia: si non potest, si uoluerit, aliam accipiat. Si uero ancillam eam scierat,& collaudauerat, post eam ut legitimam habeat. Item ex eodem: Si fœmina ingenua acceperit seruum, sciens quòd seruus esset, habeat eum: quia omnes unum patrem habemus in cœlis,una lex erit uiro,& fęminæ. Cum dicitur sciens illum seruum: datur intelligi, quòd si nescierit illum seruum esse non cogitur manere cum ipso. Si enim conditionis dolum patitur,non cogitur adhærere ei cuius fraudæ decepta est. Si autem scierit uir conditione mulieris uel conuerso, non ualet eam dimittere. Vnde Zacharias Papa: Si quis liber ancillam in matrimonio acceperit, non habet licentiam dimittendi eam si consensu amborum coniuncti sunt,nisi ob fornicationem. De illis agit, quibus alterutrius conditio nota est quando coniunguntur.

Zacharias Papa ibidē c. q̄s liber.

De copula serui, & ancillæ diuersorum dominorum.

Quæritur etiam, si seruus unius ancillam alterius acceperit, an sit inter eos coniugiū. De hoc etiam ita statutum est: Dictum est nobis, quod quidam legitima seruorum matrimonia potestatiua quadā presumptione dirimant, non attendentes illud: quos Deus coniunxit, homo non separet. Vnde nobis uisum est, ut coniugia seruorum non diri-

mantur

mantur,etiam si diuersos dominos habeant:sed in uno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Et hoc in illis obseruandum est,ubi legalis coniunctio fuit, & per uoluntatem dominorum. Attende finem huius capituli,ut vr̄ innui prætor uoluntatem dominorum inter seruum, & ancillam non posse contrahi couiugium: uel si contrahitur, non esse ratum: quibusdam tamen videtur inter eos posse fieri coniugium dominis ignorantibus.

De uiro, qui se facit seruum, ut diuidatur ab uxore.

Illud etiam notandnm, quòd si mulier uirum liberum acceperit, & ille ut causam præstet dissidij.se alicuius seruum fecerit.nec ille uxorem dimittere, nec illa ob uinculum coniugij in seruitutem redigi poterit. Vnde illud: Perlatum est ad sanctam synodū quod quidam ingenuus ingenuam acceperit uxorem,& post filiorum procreationem occasione diuortij cuiusdam seruum se fecerit,utrum, & mulierē necessariò tenere debeat, & tenuerit, an illa etiam seruituti subijci debeat,quæsitum est. Iudicatum est uxorem minime debere dimitti:tamen ob Christi legem mulierem in seruitutem redigi, dum ille non ex consensu coniugis se seruum fecerit, quem liberum ipsa maritum acceperat.

In Thibucensi concilio,ibidē ca.perlatū est. Matth.19

De ætate contrahentium.

Hoc etiam sciendum est,quòd pueri ante. xiiji. annos,& puellę ante.xii.annos secundum leges matrimonium inire nequeunt.Quod si ante prędicta tempora copulam inierint, separari possunt, quamuis uoluntate, & assensu parentum iuncti fuerit. Qui uerò in pueritia copulati: post anno pubertatis nolunt se relinquere, sed inconiunctione permanere, iam ex hoc efficiuntur coniuges. & deinceps nequeunt separari. Item: Sponsalia ante septennium contrahi non possunt: solo enim consensu contrahuntur,qui interuenire non potest,nisi ab alterutra parte intelligatur, quod inter eos agitur. Duo illa executi sumus cum aliorum quorundam adiectione, quibus coniugiū solui potest. Nec tamen solui semper necesse est. Nunc de illis,quæ personas illegitimas penitus faciunt, addendum est, & primum de ordine.

30.q.1.ca.

Summa distinctionis XXXVI.

Iam agitur de alio contrahendi obstaculo quod seruitus appellatur; de qua, & dicta sunt aliqua ante. Modò itaq; inuestigatur utrum,& qualiter seruitutis conditio matrimonialem ualet impedire contractum. Et circa hoc mouet aliquos casus, an scilicet seruus, & ancilla diuersorum dominorum, possint contrahere, & de uiro iam uxorato,qui se uendit in seruum,ut hac occasione separetur à coniuge, cum qua inuite moratur. Subiūgit quoque de impedimento ætatis,& exprimit in qua ætate homiues utriusque sexus primo contrahere queunt.

QVAESTIO. I.

Hic quæritur, *An soli liberi possint contrahere.*

¶ Videtur,quòd non quoniam ipsum matrimonium est seruitus quædam: & qui nubunt libertatis deserunt statum, atque pergrande seruitutis subeunt iugum. Nam corpus unius in potestatem redigitur,ac transferē alterius. Consimilium autem coniunctio conuenientior esse uidetur, ergo seruis, & ancillis potissimè conuenit matrimonialis contractus. Item ut Seneca contestatur, nobilior pars hominis, scilicet mens semper libera manet: ergo nemo in tantum est seruus, quin uerè maneat liber,& sufficientis libertatis ad reddendum debitum carnis.

Seneca.

¶ In oppositum sunt, quæ dicuntur in textu, & quòd dictum est coniugatos oportere simul manere.

Thomas.

¶ Circa hæc loquitur Thomas. In contractu matrimonij contrahentes se obligant mutuò ad reddēdū debitū carnis. Idcirco si q̄s obliget se ad hoc,nec potens sit soluere,tnnc ignorātia impotentię huius in eo, cui se obligauit,tollit ɔ̄ctum. Queadmodum autem per impotētiam coeundi fit quis penitus impotens ad soluendum debitum illud, ita per seruitutem ut liberè illud reddere nequeunt. Hinc sicut impotentia coeundi ignorata impedit matrimoniū non autem si sciatur,ita & seruitus. Contrariatur quoque conditio seruituti bono prolis,quæ ex seruitute parentes efficitur conditionis peioris. Verun tamen: quoniam unusquisque in eo, quod sibi debetur, perpeti potest spontaneæ detrimentum: idcirco si alter coniugū scit ab ante seruitutem eius cum quo ɔ̄it, tenet connubiū. Conformiter cu in matrimonio sit æqualis obligatio ex utraq; parte ad debiti redditionem,non potest aliquis maiorem requirere obligationem ex parte alterius,quā ipsemet facere possit. Hinc si seruus ɔ̄hit cum ancilla, quam æstimat liberam,non impeditur coniugium. Itaq; patet,quòd seruitus non impedit matrimonium, nisi quando est ignorata ab alio coniuge, etsi alius ille sit libere conditionis; idcirco nisi prohibet inter seruos esse coniugia nec inter liberum,& ancillam Nec seruitus ita est contra seu præter naturam ut impediat matrimonium. Postquam enim homo peccauit, iustum fuit eum diuersis pœnalitatibus subdi quorum una est seruitus.

Seruitus qñ ipedit matrimonium, qñ non.

¶ Ex his respondetur ad quæstionem,qua quæritur, utrum seruus, aut ancilla, queat contrahere sine consensu,& scitu domini sui. Ius etenim positiuū deriuatur iure naturali: ideo seruitus,quæ de iure est positiuo,pręiudicare non ualent his, quæ de lege sunt naturali. Quemadmodum autem apetitus naturæ est ad operationem,indiuidui,ita est ad conseruationem speciei per generationem. Vnde sicut seruus non seruus non subditur domino suo ita,qđ liberè possit comedere,& dormire, & consimilia,q̄ ad necessitatē corporis pertinet, sine quibus natura conseruari non ualet: ita nec taliter subditur illi,ut

non

non poſsit contrahere libere, etiam ſuo domino neſciente, aut contradicente. nec ſeruus eſt res domini ſui niſi quo ad ſuperaddita naturæ, nō q̃d naturalia, in quibus omnes conſiſtimus pares, nec tenetur ſuo domino in omnibus obedire, ſed in pertinentibus ad iuriſdictionem, ſeu auctoritatem domini ſui ſuper ipſum, non in alijs. Deniq; ſi ſeruus domino ſuo uolente contraxit, prætermittere debet ſui domini iuſſionem, & reddere debitum conthorali quia per hoc, quod dominus ſuus conceſsit ſibi matrimonium cōtrahere, inteligitur ei conceſsiſſe omnia, quæ requirit coniugium. Si autem ignorante, aut contradicente domino ſuo contraxit, non tenetur reddere debitum, ſed potius ſuo domino obedire, ſi utrunque ſimul eſſe non ualeat. Attamen in his multa particularia ſunt penſanda, ſicut in cæteris actibus humanis, uidelicet periculum caſtitatis coniugi imminens. impedimentum quoque obediendi domino ex reditione debiti carnalis proueniens, & conſimilia: quibus omnibus ritè conſideratis iudicari poterit, cui magis ſeruus debeat obedire, domino, an uxori.

Obiectio. Verum his obijci poteſt; quòd dominus poteſt vendere ſeruū in regionem longinquā ubi eum uxor ſequi non poterit, ergo ſeruitus matrimonium impedit.

Reſpōſio. Reſpondendum, quòd in tali caſu cogendus eſt dominus ita uendere ſeruum, ut non faciat onera matrimonij grauiora, cū nō deſit facultas uendendi ſeruum ubicunque uoluerit precio iuſto.

Quæſtio. ¶ Prætarea, quæritur an ſeruitus poſsit matrimonio ſuperuenire, ita quod maritus ſe in ſeruum uendere poſsit, ac per hoc coniuge ſeparari. Dicendum quòd uir ſubditur uxori ſolum in his, quæ ſpectant ad actum naturę, in quibus ſunt coniugati æquales, ad quæ ſe ſeruitutis conditio non extendit, ideo uir uolente uxore poteſt ſe alteri dare in ſeruum, non tamen ex hoc, matrimonium diſſoluetur: quoniam nullum impedimentum matrimonio ſuperueniens, poteſt ipſum diſſoluere.

Nullū impedimētū matrimonio ſuperueniens ipſum ſoluere pōt.

Et ſi uir hoc facit in fraudem, fraus ſua redundabit in ipſum, & ei nocebit, nec poterit alteri præiudicium facere. Vn̄ ſi in fraudem uxoris uendat, aut de ſe alicui in ſeruū, ipſe mox perdit bonum ineſtimabile libertatis. Vxori uerò eius ex hoc nullum poteſt præiudicium generari, quin obligetur ei ad debiti redditionem, & ad omnia, quæ matrimonium exigit. *Ephe. 5.* Non enim poteſt retrahi, ab his præcepto domini ſui. Cumq; in pertinentibus ad diſpoſitionem domus, & ad huiuſmodi ſuperaddita, uir caput ſit mulieris, & habet eam corrigere, non econtra: idcirco non poteſt ſe dare vxor alicui in ancillam, uiro ſuo inuito.

Quæſtio. Amplius q̃ritur, an filius ſequitur uentrem, uel potius patris conditionem. Dicendum, quòd ſecundum leges ciuiles proles ſequitur uentrem, & niſi rationabiliter: quoniam proles habet à patre complementum formale, ſed a matre ſubſtantiam corporis. Seruitus autem eſt conditio corporalis, cum ſeruus ſit quaſi inſtrumentum domini in operando Hinc proles in libertate, & ſeruitute ſequitur matrem. In his uerò, quæ ſpectant ad dignitatem, ſecundum quæ eſt forma rei, ſequitur patrem, ut in municipijs atque honoribus, in hæreditate, alijsq; ſimilibus, & his concordant Canones, lexq; Moſayca. *Exo. 21.* in quibuſdam uerò terris, quæ iure ciuili non reguntur, partus ſequitur partem deteriorem: ut ſi pater ſit ſeruus, quamuis mater ſi libera, filij ſerui ſint: non tamen ſi poſt matrimonij contractum pater ſe dedit in ſeruum, nolente uxore. Similiter, ſi ſit econuerſo. Si autem uterque ſit ſeruilis conditionis; & ad diuerſos pertineant dominos, tunc diuidūt filios ſi ſint plures, & ſi eſt unus duntaxat, unus dominorum recōpenſabit alteri de precio, & accipiet prolem natā in ſui ſeruitium. Nō tamen credibile eſt, quod talis conſuetudo poſſet eſſe tam rationabilis, ut id, quod multorū ſapientum determinatum eſt ſtudio diuturno. Nam, & in naturalibus, receptum eſt in recipiente ſecundum modum recipientis, non dantis ideo rationabile, eſt quod ſemen receptum in matre ad ipſius conditionem trahatur.

¶ Pręterea de ętate contrahentium aduertendū quod cum matrimonium ſit quidam contractus, ordinationibus ſubiacet legis poſitiuę. ideo determinatum eſt legibus, vt ante illud tempus diſcretionis quo vterque contrahentium poſsit de matrimonio ſufficienter deliberare, & debitum ſibi inuicem reddere, matrimonia non contrahantur, & niſi ſic fiant dirimantur. Hoc autem vt in pluribus, eſt in maſculis in 14 anno in fœminis autem, in duodecimo, cuius ratio aſsignata eſt ſupra 27. diſtiuctione. Quoniam tamen præcepta iuris poſitiui ſequuntur id, quod in pluribus eſt, ſi aliquis ad debitam diſcretionem pertingat ante annos prætactos, ita quòd uigor naturæ, ac rationis ſuppleat in eo ętatis defectum matrimonium non diſſoluitur. Et quia ad iſtum inclinat contractum, non requiritur in ea tanta ætas ut in contractibus alijs. Hinc iuxta nouā conſtitutionem nemo poteſt ante decimumoctauum annum facere in religione profeſsionem, cum talis profeſsio ſit de his, quæ ſunt ſupra inclinationem naturæ. Maior etiam in mare requiritur: quoniam mulier citiùs ad annos peruenit pubertatis quàm uir, ut nono de animalibus dicitur. Hæc Thomas in Scripto.

Bonauen. ¶ His prorſus concordant ſcripta Bonauenturæ dicentis: Secundum ius nouum conditio ſeruitutis non impedit matrimonium, etiam domino contradicente: quoniam ſacramēta eccleſiaſtica omnibus exiſtunt communia, & ſeruus etiam coniugatus poteſt ſuo domino ſeruitia debita exhibere. Idcirco per matrimonium non ſubtrahitur a domini poteſtate: nec ſic dominium corporis ſui tranfertur in mulierem ut derogetur dominio domini ſuper ſeruum huiuſmodi. Inſuper error conditionis eſt triplex, videlicet paris, vt dum ſeruus contrahit cū ancilla, quam æſtimat liberā, q non habet ex hoc quod obijciat eam: aut melioris, ut dum ſeruus contrahit cum libera cum putat ancillam, & tunc ſua conditio melioratur: aut deterioris, ut dum liber cū ancilla. In primis duobus caſibus error non impedit matrimoninm, in tertio impedit, & dirimit, niſi poſt cognitionē conditionis cōſenſerit uerbo, aut facto. Et hoc eſt in fauorem libertatis, quæ (ſecundū ius ciuile) eſt inæſtimabile bonum, quod nemo perdit non nolēs: in fauorē quoq; cauſę matrimonialis qm̄ ſeruitus eſt ꝯ bonum prolis. Cumq; iura matrimonio faueant, præſumunt errantem in conditione non conſentire. Conſiderandum quoq; quod matrimonium eſt in officiū, & in remedium, & in ſignū ut dictum eſt ſæpe. Cumque ante annos pubertatis maſculus, & fœmina nequeant officium generandi habere, neque indigeant remedio coniugali contra concupiſcentias carnis, nec animi firmitate, ac ſtabilitate deſignent indiſſolubilem, unionē vtriuſque naturæ in Chriſto, deo ante tempus illud non ſunt apti ꝯhere: & iſtud, ut in pluribus, ita eſt. Iura namq; iudicant, atq; inſtituunt, nō ea, q̃ ſemper nec ea, quæ raro, ſed ea, quæ fiūt frequenter, quia in hoc differunt conſtitutiones iuris, & demonſtrationes diſciplinarum, quod demonſtrationes ſunt de his, quæ fiunt ſemper, & ſi ſiāt de his, quę fiunt frequēter, non tñ ut frequenter, ſed ut ſemper, ut de eclipſi. Cōſtitutiones autem iuris ſunt de his, quæ fiūt ſæpe. Hæc Bonauentura.

Richard. ¶ Concordant alii cōmuniter Richardus uero, & alii quidam multas hic faciūt q̃ſtiones, de q̄bus pertrāſeo, cum materia ad Iuriſtas magis ptineat.

In quo ordine nequeat fieri coniugium. Diſt. XXXVII.

SVnt igitur quidam ordines, in quibus nullatenus poteſt contrahi coniugium, & ſi interceſſerit copula, fit diuortium; ut ſacerdotiū, diaconatus In aliis uero permittitur ſortiri coniugium, niſi religionis habitum ſumpſerint, uel continentię uotum fecerint. Vnde Leo papa: Clericos, lectores, oſtiarios, exorciſtas, acolythos: ſi extra uotum, & habitum inueniuntur, & continentiam profiteri nolunt, uxorem, ducere uirginem eccleſia romana permittit, non uiduam, uel repudiatam: quia deinceps, nec ad ſubdiaconatum prouehi poterunt, nec laicus uxorem ſortitus, niſi uirginem, uel bigamus ad clericarum. Item ex Carthaginenſi concilio: Placuit, epiſcopos, præſbyteros, diaconos, ſubdiaconos ēt ab uxoribus abſtinere? quod ſi non fecerint, etiā ab eccleſiaſtico remoueantur officio Cæteros uerò clericos ad hoc non cogit. Itē Leo papa: Lex continentiæ eadem eſt miniſtris altaris, quæ epiſcopis, & presbyteris, qui cum eſſent laici, uel lectores, licitè uxores ducere potuerunt, ſed cum ad prædictos peruenerunt gradus cæpit eis non licere, quod priùs licuit. Item in ſexta ſynodo, Si quis eorum, qui ad clericatum accedunt, uoluerit nuptiali lege mulieri copulari, hoc ante ordinem ſubdiaconatus faciat. Item Calixtus papa, Presbyteris, diaconibus. ſubdiaconibus monachis concubinas habere, ſeu matrimonium contrahere penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab huiuſmodi perſonis diſiungi, & perſonas ad pęnitentiam debere redigi, iuxta ſanctorum canonum diſtinctionem iudicamus. Item Grego. Nullum facere ſobdiaconum epiſcopi præſumant. niſi qui ſe caſtè victurum promiſerit, quia nullus debet ad miniſterium altaris accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit appprobata.

De impedimētis quæ omnino faciunt illegitimum ad matrimoniū cōtrahendū cum oī pp eccleſiaſticā inſtitutionem.
Leo papa di. 32 c. ſeriatum.
Ex carthaginē concil. ibi. ca. placuit.
Leo papa

De interfectoribus ſuarum coniugum.

His adijciendum eſt de occiſoribus ſuarū coniugium, de quibus Nicolaus papa ſcribit Radulpho Bituricenſi archiepiſcopo. Interfectores ſuarum coniugum ſine iudicio, cū nō addis, adulterarū, uel aliquid hm̄oi q̄d aliud habendi ſunt, q̃ homicidæ, ac per hoc ad pœnitentiam redigendi quibus penitus denegatur coniugium. Hic uidetur Nicolaus permittere maritis, pro adulterio aut alio huiuſmodi uxores ſuas interficere, ſed eccleſiaſtica diſciplina ſpirituali gladio, non materiali criminoſos feriri iubet. Vnde idē Nicolaus inter hæc ueſtra ſanctitas addere ſtuduit, Si cuius uxor adulterium perpetrauerit, utrum marito eius ſecundum mūdanam legem interficere liceat Sed ſancta Dei eccleſia nunquam mundanis conſtringitur legibus gladium non habet niſi ſpiritualem. Item Pius papa Quicunque propriam uxorem abſque lege, & ſine cauſa interfecerit, aliamq; duxerit, armis depoſitis, publicam agat pœnitentiam, & ſi contumax extiterit, anathematizetur uſque quo conſentiat.

Nicolaus papa. 32. c interfectores.

Summa diſtinctionis XXXVII.

HIc introducitur aliud matrimonii impedimentum, uidelicet ordo, ſecundum, q̄d ordo eſt ſacramētum. Et docet Magiſter qui ordo impediat matrimonium, & q non: ſubiungit quoq; de interfectoribus ſuarum uxorum, & tota iſta materia uidetur præhabita, ſaltem pro maxima parte, quæ & in Decreto plenius continetur, ſicut & alia, quæ in hoc quarto de ſacramentis dicuntur.

QVAESTIO I.

Albertus. QVæritur ergo, *an ſoli ordines ſacri matrimonialem contractum impediant*. Videtur, quòd non, quia aut ordo impedit inquantum ordo, & ſacramentum, uel inquantum ſacer, Si primū ergo quilibet ordo impediret, ſi ſecundum, ergo Greci & Armenij non ſunt uerè ordinati. Rurſus, ſi in ſacris ordinibus conſtituti, aut conſtituendi, prohibentur legitimas habere uxores, cur concubinas habere ſinuntur. Itē, ſi matrimoniū non ſtat ſimūl cum ordine ſacro, multominus concubinatus.

¶ Circa hæc ſcribit Albertus Cōgruit ordinem ſacrum impedire matrimonium, non tamen eſt neceſſarium. Sicq; hic ordo de ſe habet congruitatem ad continentiam. Neceſsitas uerò, ſeu obligatio cōtinendi cauſata eſt rationabili inſtitutione eccleſiæ. Nempè cogitare, & tractare ſolū ea quæ Dei ſunt, & diuidi mente ad cogitandū, & agendum ea, quæ ſunt mundi, & carnis, & circa prouiſionem uxoris, ac ſobolis, non congruunt ſimul. Clericorum autem, & omnium, qui in ſacris ſunt ordinib᷑ ꝯſtituti, eſt ſolū ſpiritualia, & diuina attēdere. Cōiugatorū uerò ē diſtrahi circa diuerſa, & ſolicitari circa terrena, & cōplacentiā quādā adinuicē. De his dictū ē ſupra diffuſiùs, aſſignādo rōnes cur ſacris ordinibus annexa ſit ꝯtinētia Vn̄ & Aug. 15. de ciuitate Dei allegat Apuleiū Platonicū ex dictis Platōicis dicēte, ꝙ Deum Deorū ꝯſpicere poſſint uiri ſapiētes, cū ſe a carne remouerit. Impedit aūt ordo ſacer a matrimonio nō ſolū rōne uoti, ſed item ex cōgruētia ordinis ſacri, & actuū eius, ad matrimoniū, & opa ei᷑, & ergo nō impedit a matrimonio inquantū ſacramentū, ſed

Officia clericorum q̄ Auguſti.
Ordines minores nō impediunt matrimonium.

ex causis nunc tactis. Deniq; impedimentum istud matrimonij nō est nuiuersale, nec semper fuit: qa ex instituto ecclesiæ cœpit, nec obligat Græcos. Ordines uerò minores non impediunt matrimonium, cum non sint tantæ eminentiæ, nec tantam exigant sanctitatem ut ordines sacri, qui etiam nō solum impediunt matrimonium contrahendum imo dirimunt contractum, quòd per congruentiā habent ex se, sed ex ordinatione ecclesiæ habet hoc exequutionem, & actualem obligationē. Hæc Albertus, qui plura super his scribit, quæ in sequē tibus concludentur.

¶ At uerò Thomas; Ordo sacer ex institutiōe ecclesiæ habet, quòd matrimonium impedit. Aliter tamen apud Latinos, & Græcos: quoniam apud Græcos impedit matrimonium contrahendum tā tum ex vi ordinis: Apud Latinos uero ex ui ordinis, & ultra ex continentiæ uoto ordinibus sacris annexo: quod etiam si quis uerbo tenus non emitat, attamen ex hoc ipso, quòd ordinem sacrum susceperit, intelligitur emisisse secundum ritum occidētalis ecclesię. Hinc apud Græcos, & alios Oriētales; sacer ordo impedit matrimonium contrahē dum: non tamen matrimonij prius cōtracti usum. Possunt namq; matrimonio prius contracto uti, quamuis non possint matrimonium de nouo contrahere. Apud Occidentales autem impedit matrimonium, & matrimonii usum, nisi forsan ignorante, & contradicente uxore. vir ordinem sacrum susceperit; quia ex hoc non potest uxori præiudiciū generari. Porrò in ordinibus constituti, ex ui ordinis non prohibentur matrimoniū contrahere. Nā quāuis ordines illi ad sacra aliqua deputentur, nō tamen habent immediatum accessum ad illa tractanda, sed secundum statutum Occidētalis ecclesiæ, usum seu exequutionem ordinis non sacri impedit matrimonium, propter seruandam honestatem maiorem in officiis ecclesiæ. Et quia ex ecclesiastico beneficio tenetur, quis ad ordinis exequutionem, atque ex hoc ipso clericali priuilegio gaudet, iō hoc apud latinos clericis uxoratis auferē, hoc. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Idē Petrus, & addit, Richardus. In ecclesia Oriē tali uxoratus non bigamus, potest omnes ordines accipere, & ministrare in eis: quoniam uoluerunt cum Occidentalibus continentiam profiteri. Concordant quoq; Bonauentura, & alii, & solutio etiā ad obiecta patet ex dictis.

QVAESTIO. II.

INsuper quæritur hic, *an liceat uiro uxorem adulteram trucidare, præsertim dum eam in crimine actualiter inuenit.* ¶ Videtur, quòd non; quia sic eā in culpa mortali necaret, & in infernum præcipitaret, ꝙ immanissimæ esset crudelitatis. Rursus, nemo potest alium sine peccato occidere, nisi legitimus iudex ipsius, & constat, quòd maritus nō sit talis iudex suę uxoris. Iterum homo magis tenetur diligere animam proximi sui, quàm proprium corpus, seu uitam mortalē, ergo potius deberet mortem corporalem subire, quàm animā proximi mittere in gehennam proximum occidendo in peccato illius mortali. Denique non licet uxori occidere uirum, quamuis uideat eum actualiter adulterā tem: ¶ In oppositum est ius Ciuile.

¶ Ad hoc respondet Bonauentura: Interfector ꝙ priæ coniugis, ex certa scientia faciat hoc, peccat, quamtumcunq; illa existat adultera: & peccat non contra Canones tantum, sed etiam contra ius Ciuile interficiendo eam prætermisso ordine Iuris, nisi fortè in actu tam scelerato inueniat eā, in quo casu leges humanæ concedunt hoc fieri: sed cōtra ius diuinum, atq; Canonicum peccat in ipso facto, quia non debet adulteram interficere, sed corrige re, cum Deus peccanti paratus sit parcere in lege gratiæ, ut patet in exemplo mulieris adulteræ. Cū que causę matrimoniales tractandæ sint lege poli, & non lege fori, idcirco non licet id facere, quòd ius dictat ciuile, puta adulterantem occidere, quāuis ecclesia hoc sustineat ad terrorem malorum: imo tenendum est, quòd sancta ecclesia iudicat, ui delicet adulteram non esse occidēdam, sed potius dimittendam, aliter tamen fuit in lege Mosaica, q̄ fuit lex rigoris, atq; terroris.

Quòd si quæratur, quid sit enormius, occidere propriam matrem, aut coniugem, respondendū, ꝙ utique grauius est matrem occidere: tum, quia maior reuentia matri debetur: tum, quoniam minor est pronitas ad occisionem matris, quā uxoris̄mo, dum ex causa displicet uxor marito, mirabile odiū ac tædiū generatur ei ad eā. Hinc quoq; uxoricidiū, magis punitur, q̄ matricidium, q̄uis sit minus peccatum, quatenus homines horrore pœnarum a tanto scelere retrahant̄. Veruntñ Hugo super Decreta sensit cōtrariū, sed in hoc non approbatur.

¶ Amplius si quæratur, utrū occidere propriā cōiugē impediat matrimonium: dicendū, ꝙ uxorē occidere cōtigit tripliciter. Primò prosequendo culpam, secundo persequendo naturā. Tertiò, persedo matrimonium. Persequendo culpā, dū uir cōiugē inadulterio deprehendit, & in tm̄ hoc detestat, ꝙ in ultionē criminis eā occidit. Persequēdo naturā vt si mulier propter defectum aliquē, quē habet in se, nō habeat gratiā uiri, sicq; ipse concipit odium ad eandē, & tādē furore successus, permittit ipsam. Persequendo matrimoniū, ut q̄n mœchatur cum alia, quā ut ducere possit in coniugē, occidit priorem. Primum horū est graue peccatum, secundum grauius, tertium vero grauissimū. In quolibet horū prohibet uir a matrimonio contrahēdo, magis tū in secundo, & maximè in tertio. Sed in quolibet

bet horum casuum ab ecclesia dispensatur, præsertim in iuuenibus. In primo tamen facilius, in secundò difficiliùs, in tertio quodammodo sic, & quodammodo non. Nunquam enim dispensatur, cum eo vt habeat illam, cum qua mœchatur, & cuius amore, ut eam duceret, primam occidit, imo si iunctus illi fuerit separatur, sed respectu aliarum dispensatur cum eo, ut uitetur fornicationis periculum. Et qualiter alio modo impediat matrimonium, dictū est præcedēti distinctione. Hæc Bon.

¶ Concordat Thomas, sub alijs uerbis hæc exprimens; Virum inquiens, interficere coniugem contingit dupliciter. Primò producendo ordinatè per ciuile iudicium, & ita dubium non est: quoniam vir possit uxorem adulteram sine peccato ex zelo iustitiæ, & non liuore uindictæ in iudicio criminaliter accusare, & pœnam mortis a lege statutā de ea expetere. Talis tamen accusatio fieri nequit in iudicio ecclesiastico, quia ecclesia gladium matrimonialem non habet.

¶ Secundum per seipsum non coniunctam iudicio, & ita quantumcunque sciat etiam esse adulteram, non potest eam occidere extra adulterij actū, neque secundum conscientiæ legem, neque secundum leges Ciuiles. Veruntamen lex Ciuilis quasi iustum computat, quod in actu adulterij comperta occidat, non quasi id approbans, sed sicut nō puniens, propter maximum incitamentum, quod in tali casu uir habet ad interficiendum suam uxorem. Verum ecclesia non est in hoc astricta legibus humanis, ut iudicet illum non esse dignū pœna æterna, aut in confessione nō esse ei infligendā pœnā temporalem. idcirco in nullo casu licet uiro interficere suam uxorem propria auctoritate. Et q̄uis præsit suæ familiæ, non tamen potest ei infligere pœnam exterminantem, uidelicet mortem, aut multilationem, sicut rex aut iudex, qui præest communitati: sed pœnam corrigentem, & emendantē infra limites, consistentiam, integritatemque uitæ, Hæc Thomas.

¶ Concordat in parte. Albertus sed addit, quod si secundum leges humanas, & ciuiles adultera occidatur non esse peccatum: quod uerum est, si fiat secundum processum, & ordinem Iuris. Allegat quoque secundum leges admitti, quòd adulter, & adultera uno ictu confodiantur, quod accipi pōt iuxta expositionem sancti Thomæ iam positam.

¶ Introductis quoq; ex Thoma, & Bonauentura consonant scripta Petri, Richardi, Durādi, & aliorum communiter. Scripta quoq; Henrici in quodlibetis, & specialiter ea, quæ scribit quinto quodlibeto, ad quæstionem hanc respondendo. An liceat homini interficere alium, ne occidatur ab illo. Ad quod respondet beatum. Augustinum sequendo, dicendum in libro de libero arbitrio. Non sunt liberta peccato, qui pro his rebus, quas contemni oportet humana cæde polluti sunt, & inter huiusmodi contemnenda computat propriam uitam, sicut & cætera, quæ homini inuito, ac pro uiribus renitenti, queunt auferri. Respondet inquam, more solito distinguendo, quia aut fit hoc cum moderamine inculpatæ cautelæ, ita quòd moderatè defendat se, ut in faciēdo hoc nullatenus peccet: aut est cum aliquo excessu illatæ uiolentiæ. Si primo modo distinguo, quoniam talis aut habet uoluntatem, & intentionem occidendi potius alium, quā quòd occidatur ab ipso, aut non: si primo modo dico, quòd non licet quantum est ex parte intentionis, & uoluntatis, quamuis liceat ex qualitate facti, id est, operis secundum se. Hoc enim uenit ex libidine, id est, inordinato amore, seu cupiditate uiuendi uita hac temporali, potius uelle occidere, quàm occidi, nisi quis publica auctoritate occidat. Si secundo modo, non licet hoc propria auctoritate, etiam quamuis non uelit occidere, & malet occidi ab alio, quàm occidere alium. Nam quāuis formaliter non intendat alium interficere, tamen interpretatiuè intendit hoc eo ipso, quo voluntariè excedit tuendo se. In isto consistit uis responsionis illius, quæ in se multum prolixa est. Et huic responsioni consonat responsio sancti Thomæ in Secunda Secundæ, quamquam Vlricus, & alij quidam aliter sentiant, dicentes, quòd homo potius debet diligere ꝓpriam vitā, iquātū informata est, aut informabilis charitate, & alijs gr̄æ donis. Multa quoq; bona quotidie fieri possint ea. Verū ꝓtacta responsio multo securior, & ꝓsonātior euāgelicis est documentis, exemplis quoque sanctorum martyrū, qui maluerunt occidi, q̄ sub prętaro colore occidere, aut reniti etiā quando hoc potuissent.

De uoto. Distin. XXXVIII.

VNc de uoto inspiciamus, Votum est testificatio quædam promissionis spōtaneæ, quę Deo, & de his, quæ Dei sunt, propriè fieri debent. Sunt tamē, & uota stultorum, quæ frangenda sunt.

De votorum differentijs.

Sciendum uero, quòd uotorum aliud est commune, aliud singulare. Commune, ut illud, quod in baptismo omnes faciunt, cum spondent renunciare diabolo. & pōpis eius. Singulare, ut cum aliquis sponte promittit seruare uirginitatem, uel continentiā, uel aliquid huiusmodi. Item singulare uotum aliud est priuatum, aliud solemne. Priuatum est in abscondito factum. solemne, uero, in conspectu ecclesiæ factum. Item priuatum uotum si uioletur, peccatum est mortale: solemne uero uiolare, peccatum, & scandalū est. Qui priuatum faciunt uotum continentiæ, matrimonium contrahere non debent, quia contrahendo mortaliter peccant. si tamen contraxerint, non separantur: quia probari non potest, quod occultè factum est.

¶ Qui uero solēniter uouēt, nullatenus cōiugiū inire q̄unt, q̄bus nō solū nubere, sed & velle damnabile est. Vnde Aug. In coniugali uinculo si pudicitia seruatur, damnātio

Aug in li. de bono uiduitatis. cap.9. & allegat 27.q.1.ca. nuptiarū bonum. alias*Hie. 27.dist.ca. Venientibus.

non timetur,sed in uiduali continentia,& uirginali excellentia,uirtus muneris amplioris expetitur:qua expetita,& electa, & uoto oblata, iam non solum capescere nuptias, sed etiam si non nubatur,nubere uelle damnabile est*Augustinus. Vouētibus enim uirginitatem,uel uiduitatem:non solum nubere,sed etiā uelle damnabile est. Quod Apostolus ostendit,Timotheo scribens.Adolescentiores uiduas de uita: cum enim luxuriatæ fuerint,in Christo nubere uolunt,id est, cum post uotum continentię in delitijs egerint uitam,non dico nubunt,sed nubere uolunt in Christo, quasi tunc non sit peccatū sed quod sit,ostendit subdens.Habentes damnationem quare subdit,quia primam fidē irritā fecerunt,etsi non nubendo,tamen uolendo:ut uoluntatem, quæ a proposito cecidit,appareat esse damnatum,siue sequantur nuptiæ siue non. Damnatur enim propositi fraus:damnantur tales,quia continentiæ fidem primā irritam fecerūt,id est,uotū,uel in uoto uiolato fidem,q̃ in baptismo professę sunt. Si autem pro uoluntate nubendi dānantur,constat si eam effectui mancipauerint reuocandū, id esse in irrritum,easq; arcēdas redire ad propositum. Vnde Grego.Viduas a proposito recedentes uiduitatis,super quibus nos consuluisti,credo te nosse a sancto Paulo,nisi cōuertātur, olim esse damnatas:quas & nos apostolica auctoritate damnandas,& a communione fidelium, atque a liminibus ecclesiæ arcendas fore censemus,usquequo obediant episcopis suis, & ad bonum,quod cœperunt,inuite, aut uoluntariè reuertantur.

1.Thi.5.

Grego. ad Bonifaciū & habetur 27.q.1.ca. uiduas a proposito.

De virginibus non velatis.

Inn. p.27. q.1.c. hæc uero.

De uirginibus autem non uelatis, si deuiauerint, a prędecessore nostro Innocentio papa,tale decretum habemus:Hę quę necdum sacro uelamine tectæ,tamen in proposito uirginali semper se simulauerunt,permanere, licet uelatę non fuerint tamen si nupserint aliquo tempore,his agenda pœnitentia est quia sponsio earum a domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio,quam cum Deo pepigit,solui sine uindicta non poterit. Item:Si uirgines nondum uelatæ taliter publica pœnitentia puniuntur, & a cętu fidelium usq; ad satisfactionem excluduntur,quanto magis uiduæ,quæ perfectioris ętatis,& maturioris consilij existunt, & habitum religionis assumpserunt,& deinde apostauerunt,atq; ad priorem uomitum sunt reuersæ a nobis, & ab omnibus fidelibus, a liminibus ecclesiæ, & a cætu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandæ,& carceribus tradandę.Ex his apparet uirgines,uel uiduas uoto continentiæ astrictas, siue fuerint uelatæ,siue non, nullatenus coniugium sortiri posse. Quod itidem de omnibus intelligendum est, qui continentiam uouerunt.Quod enim ante erat licitum post uotum fit illicitum. Non exigitur pretermittendum,quod Innocen.papa de uiduis, & puellis decreuit,quæ Christo spiritualiter nubunt:si postea publicè nupserint,non eas admittendas esse ad pęnitētiam nisi hi quibus se iunxerant,de mūdo recesserint. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur,ut quocunque uiuente uiro alteri nupserint,adultera habeatur: nec ei agendæ pœnitentiæ licentia conceditur,nisi unus de illis fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est,quæ ante se immortali sponso cōiunxerat, & post hoc ad humanas nuptias transmigrauit:Attende quod non solum coniugium talibus negare uidetur, sed etiam locum pœnitentię.Sed non ita intelligendum est, ut aliquando excludantur a pęnitentia,quæ digne pęnitentiam agere uolunt:sed illæ non sunt admittendæ ad pnīam, quę ab incestus copula discedere noluerint: quia post religiōis propositum non potest Deo reconciliari per pœnitentiā,quę ad habitum suę professionis redire neglexerit: tunc illæ,cui se iunxerat,ei defunctus erit, cum ab eius illicitis amplexibus hæc penitus recesserit.Cum ergo dicitur,eas non esse admittendas ad pnīam,nisi hi quibus se iunxerant,de mundo recesserint, subaudiendum est eis. Tunc enim eis uiri de mundo recedunt, & defunguntur cum ab eorum concupiscentia isti se alienant quē sensum similitudo subdita declarat,& confirmat.

Prou.26.

Quàm grande malum sit adulterium.

Clemens Papa. 32.q. 6.q.1. omnibus.

Cū uir,& mulier legitimè coniūcti sunt constat alterū altero uiuente ad aliā nō posse transire copulā:alioquin adulteriū cōmittitur,de quo Clemēs papa ait?Quid oībus peccatis adulterio est grauiùs?Secundum nāq; in pœnis tenet locū, quē primū illi habēt, q aberrāt a Deo.Grauissimè ergo peccāt adulteri, grauiter fornicarij,sed cūctis his grauius incestuosi,quos oēs trāscendunt contra naturā delinquentes. Vn Aug. Adulterij malum uincit fornicationem,uincitur autem ab incestu.Peius enim est cum matre, q̃ cum aliena uxore dormire:sed horū oīm pessimū est, ꝙ contra naturā fit, ut si uir membro mulieris non ad hoc concesso utatur.Hoc execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius fit in uxore.

De

De his, qui post longam captiuitatem redeunt.

Leo papa 32.q.1.ca. Cum per bellicam.

Hic quæritur de illis fœminis,quæ putantes uiros suos interemptos, uel in captiuitate, uel ab iniqua dominatione nunquam liberandos,in aliorum coniugia transierunt, si illi,qui putabantur perijsse remeauerint,utrum eis reddi debeant: & an secundi fornicarii sint,& ipsæ reæ adulterii. De hoc Leo papa sic ait: Necesse est ut legitimarum fœdera nuptiarum reintegranda credamus;& remotis his, quæ hostilitas intulit,cuique id legitimè reformetur,ꝙ intulit:procurandumque est, ut recipiat quisq;, quod propriū est: Nec tamen culpabilis iudicetur,& quasi alieni iuris *persuasor habeatur, qui personam eius mariti,qui iam non esse æstimabatur,assumpsit. Sic enim multa,quæ ad eos, qui in captiuitatem ducti sunt pertinebant,in ius alienum transire poterunt, & tamen plenæ iustitię est,ut eisdem reuersis refotmentur:Ideoq; si uiri post longam captiuitatem reuersi,ita in dilectione suarum coniugium perseuerant,ut eas cupiāt in suum redire cōsortium,dimittendum est,& inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit,& restituendū, ꝙ fides poscit. Sint aūt aliquæ mulieres ita uirorum posterorum amore sunt captæ,ut malint his cohærere,quàm ad legitimum transire cōsortium, merito sunt notādę, ita ut ecclesiastica cōione priuenī,quę de re excusabili cōtaminationem criminis elegerunt.Redeant ergo in suum statū coniugia,quia sicut mulieres, quę ad uiros suos reuerti noluerint,impiæ sunt habendæ:ita illæ,quę redeunt, merito sunt laudandę. Ex his ostenditur,illos,qui taliter iunguntur: ut credant uirum interemptum per ignorantiam,aliquam excusationem habere de peccato, & tantum primam copulam esse legitimam non secundā:ueniam tamen habere, si careat opprobrio malę uoluntatis:sed si quis relicta in patria sua uxore, in longinquam abiens regionē aliā ducat uxorē:deinde pœnitentia ductus,eam dimittere uelit,asserens se aliam habuisse, quę uiuit, nec ecclesia permittat, quę quod ille asserit ignorat,quęritur an in hac secunda copula sit coniugium.Sane dici potest,non esse coniugiū, & mulierē de crimine excusari per ignorātiā,uirū aūt adulteriū admisisse. Sed ex quo ad primā redire uolēs, nec ualēs cogitur ecclesiæ disciplina hāc tenere:īcipit excusari ꝑ obediētiā,& timorē de hoc, quod poscēti mulieri debitū reddit,a qua ipse nūq̃ poscere debet:& sic de alijs hmōi sciendum est.

*inuasor.

Summa distinctionis XXXVIII.

Ostenso qualiter ordo sit matrimonij impedimentum, hic ostenditur, idem de uoto, & hac occasione docet Magister, quid sit uotum, & qualiter uotū sit multiplex,quomodo etiam diuersa uota diuersimodè impeditiua sint matrimonii.

QVAESTIO. I.

HIc quæritur, *quid sit votum, qualiter diuidatur, ac qualiter sit impeditiuum coniugij de obligatione quoque dispensationeque uoti.*

¶Et primo arguitur, quòd non licet uouere: uidetur namque incautum, cum tanta sit fragilitas,& instabilitas mentis humanæ: multi quoque uota sua transgrediantur,& facto uoto,magis tententur,quàm ante. Rursus, cum ualde arcta sit uia salutis,id est, præceptorum impletio, Deum toto corde diligere, omne peccatum mortale uitare,de peccato omni mortali magis,q̃ de quocunq; damno temporali, malo pęnali, incommō temporale dolere, cū metu, timore,tremore propriam salutē operari, carnē cū uitijs,& concupiscentiis crucifigere,uidetur omnino incautum, ultra hæc se uoto astringere.

¶Insuper,si in baptismo promisimus satanæ, & eius operibus renunciare, uidetur, ꝙ omnis Christianus in quocunq; peccato mortali uiolator sit uoti,imo & uoti solemnis, quod arduum esset.

¶Circa hæc scribit Thomas; Votum obligationem designant factam ex uoluntate: & quoniam sola uoluntate non potest aliquis obligari, nisi ei,q uoluntatis est cognitor, utpote Deo: hinc uotum ex consequenti importat obligationem Deo factā, atque in his,quæ Dei sunt: quia obligatio alicui facta de his,quæ ad Deum non spectant, non est uotum. Obligatio aūt fit homini uerbo expresso exteriùs:Hinc Deo fit obligatio uoluntariè uerbo interius expresso. Vn de illius potentiæ actus est uotum ad quam pertinet uerbum interiùs enunciare, uidelicet rationis.Nam & promittens, rē promissam ad alterum ordinat.Omnis uero ordinatio est rōnis.Promissio aūt exteriùs facta, quandoque uocatur nuda,quandoq; habet q̄d additū, ꝙ promissionē ꝯfirmet,& tūc nō habet plenā uim obligandi,sic & ꝓmissio intus facta Deo,& hoc ꝙ plenā obligādi uim habeat,oportet quòd non sit nuda,sed habeat aliquid,quo confirmetur, q̄ confirmatio per tria gradatim fieri habet.Primò,per simplicem deliberationem.Secundò, per intentionem obligandi se ad aliquā pœnam.Tertiò per hoc ꝙ interiori promissioni adhibetur testimonium hominum. Sicq; de uoto dantur uariæ diffinitiones, secundū diuersa,q̄ requiruntur ad ipsum. Diffinitio tamen q̄ ponit Magister perfectissima esse uidetur.Nā ponit ꝓmissionē, q̄ est essentialiter ipsum uotum, & tangit uoluntatē,addendo spontaneè,quæ obligationis est causa. Vltimā quoq; promissiōis ꝯfirmationē dicendo,testificatio:ac terminū uoti adiungens,quæ Deo fieri debet, & itē materiā dicens:de his,quę Dei sunt.Itaq; aliquid uelle non est promittere,nec ipsum propositū est uotū: sed enunciatio propositi per modum promissionis,quia interior enunciatio nominatur cordis conceptio. Vnde in alia diffinitione uotum dicitur esse conceptio propositi, cum sic diffinitur. Votum est conceptio boni propositi cū deliberatione firmata,qua qs ad aliquid faciendū,uel nō faciēdū se obligat Deo. Si tñ uotū dicat propositū,erit p̄dicatio ꝑ cām,quemadmodū oratio dr̄ desideriū,quia propositum est uoti principiū.Deniq; promissio interdū fit ore, non corde,& talis,quo ad Deū,nō est uotū, iō additū ē spōtaneè. Et quamuis ad interiorem promissionē homo non possit cogi,sicut neq; ad fidē, tamē ad

exteriorem potest aliqualiter cogi. Magister uerò diffinit hic uotum exteriùs prolatum, quod potest matrimonium impedire, quia de illo intendit. Et hoc uotum est testificatio interioris promissionis, non ipsa interior promissio. Sic etenim ait: Votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, q̃ Deo & de his, quæ Dei sunt propriæ fieri debet. Nã & si sanctis aliqua uoueantur, tamen principaliter Deo uouentur: quoniam sanctis uouentur tanquã mediatoribus apud Deum. Iuristæ quoq; uotũ ita diffiniunt: Votum est alicuius boni cum deliberatione facta promissio. Et Hugo: uotum, inquit, est uoluntaria sponsio.

Quæstio. Iudic. 11.

¶Insuper quæritur, an uotum sit tantum de bono meliori. Videtur, quòd non: quoniam Iephte uouit Deo offerre quicquid ei triumphum sortito, ac redeunti primum occurreret, quòd poterat esse illicitum, quia prohibitum fuit in lege canem offerre. Item aliqui promittunt seruare præcepta, quod est necessitatis, non supererogationis. Et quidã ꝓmittunt castitatem, ad quam tenentur. In oppositũ est magistralis illa diffinitio uoti. Votum est promissio melioris boni deliberatione firmata. Dicendum, quòd uotum (sicut iam patuit) propriè non potest esse nisi de aliquo bono ad Dei cultum pertinente. Hinc malum non cadit sub uoto, & ex parte eius, cuius uotum est actus, uidelicet uoluntatis, obuiat uoto necessitas. Est autẽ duplex necessitas una absoluta, & illa omnino uotum excludit, ut si qs iuret se non moriturũ, aut ea, quæ in sua nequaquam sunt potestate, nullum est uotum. Alia est necessitas conditionata ex suppositione finis, sicut necesse est homini seruare præcepta si debet saluari, & talis necessitas non excludit simpliciter uotũ quia interdum accipitur uotum respectu taliter necessariorum Attamen talis necessitas excludit uotum propriè sumptum, quod non est nisi de his, q̃ sunt supererogationis, ad quæ non omnes teneñ, Vnde quod Iacob legitur in Genesi uouisse, quod dominus esset sibi in Deum, intelligitur de uoto extensè accepto, uel de aliquo speciali modo colẽdi, onorandiq; Deum per decimas, & sacrificia q̃dam. Quod autem quædam mulieres uouent non pectinare capillos certis diebus, sunt sortilegia, q̃dam magis, q̃ uota, & reliquiæ superstitionum, ac idololatriæ, qua dies obseruabãtur, & menses. Porrò circa uotum Iephtę sciendum, quòd de simpliciter malo, seu uitioso non est uotum nisi æquiuoce, idcirco non obligat. Si autem sit indeterminatè de aliquo in cõmuni, quod in quodam euentu põt cõsistere bonum, & in aliquo casu malum, si emittatur in omnem euentum est indiscretum: & si per intentionem uouentis emittatur in bonum, discretum est, nec aliter obligat, sed peccat indiscretè ꝓmittens. Votum autem Iephtæ extitit tale, quòd in aliquo casu potuit esse bonum, ut si ei occurreret animal immolatiuum, & in aliquo malum, ut si occurrerat ei animal offerri prohibitum. Et quia uidetur uouisse in omnem euentum indiscretè uouisse dicitur. Fuit tamen in uoto eius aliquid, boni, puta deuotio ad Deum, & quia sperauit ab eo uictoriã, & quo ad hoc, fertur motus a spiritu domini ad uouẽdum. Exequutio uero uoti apparet fuisse crudelis, sed fuit ibi figura laudabilis. Quamuis ergo uotum eius fuit aliquo modo laudabile: non tamẽ excusatur a culpa, quia (ut ait Hieronymus) fuit in promittendo non sapiens, & implendo impius. Ponitur tamen in sanctorum catalogo per uictoriã, quam a Deo obtinuit. Præterea uota, quæ uergunt in uouẽtis periculũ, ut tribus, aut quatuor diebus continue abstinere; sunt indiscreta, nec obseruanda. Idcirco tutum, est in talibus dispensationem, quærere a prelato: quam si negaret, posset promittens nihilominus frãgere tale uotum, & si nihil haberet ad comedendum nisi id, à quo abstinere promisit, posset illud comedere sine peccato.

Votum de quo esse debeat.

Gen. 28.

Hierony.

Vota indiscreta dispẽsanda a p̃lato.

¶Quærit ur etiam, an is, qui non est sui Iuris, posit uouere. Videtur quod sic, quia nullus ita est subditus homini, quin maneat liberè agens, alioqn non mereretur, & potest opera supererogationis per agere, ergo ad talia potest se uoto astringere. Ex quibus ꝓbatur, quòd monachus, uxor, seruus, filiusfamiliæ, similesque personæ possint uouere, quoniam in quibusdam manent propriæ uoluntatis, nec tenentur absolutè in omnibus obedire, sed in his solum, ad quæ se extendit superioris auctoritas.

Quæstio.

¶E respondendum, quod sicut præhabitum est, uotum non potest emitti ab aliquo, nisi de his, quę suæ subiacent uoluntati, ideo qui sub alterius potestate est constitutus, non potest uouere, quantũ ad illa, in quibus subiectus est illi: imo quò ad illa subest uoluntati illius. Deniq; ex quo homo uenit ad annos pubertatis non est sub potestate alterius, sit sit liberæ conditionis, quantum ad ea, quæ ad suam spectant personam. ideo sicut inuitis parentibus matrimonium potest contrahere, ita & religionem intrare, ac profiteri: sed quantum ad res domesticas, non potest quicquam uouere sine cõsensu patris. Religiosus quoq;, quamuis non teneatur in omnibus obedire, quæ sibi a suo superiori possent iuberi, tamen tenetur ad obediendũ quantum ad omne tempus de his, quæ sibi imperari possunt ab illo: sicut & seruus non est exemptus aliquo tempore a seruitio domini sui, iõ nullum tempus est eis uacans, quo possint, quodlibet facere. Cumq: omne uotum aliquo tẽpore sit cõplendum, ideo sicut, nec seruus, ita nec religiosus aliquod uotum emittere potest sine superioris sui consensu. Conformiter in his, in quibus uxor uiro suo teneẽ, & ɔtrario, neuter põt sine mutuo ɔsensu uouere, ut patet de uoto ɔtinẽtiæ. Verũ cũ in dispẽsatiõe domu9, & regimine uitę mulier subiecta sit uiro, nõ uice uersa, iõ in talib9 põt uir uouere sine ɔsensu uxoris, nõ eɔ̃. Hæc Tho. in scripto, qbus scripta Alberti, Petri. Rich, sed & Bonauẽturę ɔcordant, nisi ꝙ Richardus nititur improbare rationẽ illã, qui Thomas inducit ad probãdũ, quod religiosus non potest sine supioris sui consensu ꝓmittere. Veruntñ ratio illa efficatior esse uidetur, quàm ea, quã Richardus allegat. Consentit quippe cõclusioni, cui & Tho. ¶Bonauẽ. demum circa hæc ait: Duo sunt de essentia uoti, puta ꝓmissio, & obligãdi intentio, cũ uotum sit obligatio noua, & uoluntaria.

Bonauẽt. Quæstio.

¶Preterea quæritur: an dolosè uouens, teneẽ. Dicendũ, quòd duplex est forũ, uc3 iudiciale, & penitentiale. In foro iudiciali, iudicatur ẽm exteriora, in foro pęnitẽtiali ẽm conscientiã. In foro iudiciali, qa fraus sua non debet alicui suffragari, accipiũtur uerba secundũ intellectum communem, & sanum. ideo taliter uouẽs, iudicaẽ teneri, ac si ex corde uouisset. Sed in foro pęnitentiali, in quo iudicaẽ secundũ ueritatẽ, iudicatur, talem peccasse in dolo non tñ ex illa promissione corã Deo tenetur, sicut nec q cõtraxit siue mẽtis intentiõe uerè cõtraxit.

¶Quæritur item, qualiter differunt iurament ũ ac uotum. Dicendum, quòd in tribus, utpote in, obiecta, in medio, & in fine.

Iuramẽtũ & uotũ differunt.

In obiecto: quoniam uotũ fit Deo, iuramẽtum hominibus. In medio, quia, iuratur per Deum, sed uouetur per promissionem. In fine, quando iuramentum est ad astruendam ueritatem uotum ad augendam bonitatem, ac honestatem. Cumque uotũ procedat a libera uoluntate simpliciter, ideo omnis q libere potest facere, quod uult, nullo impedimento in se existente, nullo homine de facto præpediẽte, nullo iure prohibente, potest simpliciter uouere. Hæc Bonauentura.

Quæstio.

¶Circa hæc quæritur, utrum religiosus potest facere uotum intrandi aliam, ac altiorem religionẽ. Ad quòd respondetur, quòd imo, nec hoc est contra prædicta, quia (ut patet ex uerbis sancti Thomæ & aliorum) nihil aliud dicere uolunt, nisi quòd religiosus non potest uouere aliquid in præiudiciũ, & derogationem suæ professionis, ac uoti obediẽtiæ, quod emisit. Cumque non obstante sua professione, & obedientiæ suæ uoto, licitè ingredi possit religionem perfectiorem: & potest hoc ipsum promittere se facturum, nec professio sua impedit eũ à fruge uitæ melioris: Deo dicit Albertus, quòd nõ potest promittere aliquid se facturum: q̃diu manet in ordine suo, ita ut manendo in ordine suo, teneatur ad ea ex uoto, sed tenetur uotum illud implere, quantum in se est, quòd & prohibente suo superiore potest implere: imo & debet, nec in hoc derogat obedientiæ uoto, cum dicat Apostolus: Emulamini charismata meliora. Veruntamen tale uotũ non est sine ingente deliberatione emittendum.

Albertus

1.Cor.12.

QVAESTIO II.

NVnc quæritur, *De uoti diuisione, & solemnizatione.* ¶Videtur, quòd in baptismo non fiat aliquod uotum, quia infantuli, nec per se, nec per alios possunt uoto constringi, cum nec dum discretione utantur, & sicut prætactum est, sequęretur, quòd Christianus adultus in omni peccato mortali ageret contra uotum.

Thomas.

¶Ad hoc Thomas respondet: Diuisio uoti in uotum singulare, & commune, est diuisio analogi, ꝙ per priùs, & posteriùs prædicatur de membris diuidentibus ipsum. Cum enim uotum sit obligatio facta ex uoluntate, & necessitas, per priùs dicitur uotum tanquam rationem uoti habens completè, & hoc est uotum singulare, quod est de illis ad q̃ teuentur. Votum uero, quod aliquid habet necessitatis, habet incomplete rationem uoti, & per posteriùs uotum uocatur, utpote uotum commune, quòd est de his, ad quæ omnes tenentur, quæ necessaria sunt necessitate conditionata, non absoluta: quamuis etiam uotum commune sit determitatus actus à singulari persona egrediens, dicitur tamen commune ratione eorum, de quibus est, ad q̃ omnes tenentur, uidelicet uotum, quod fit in baptismo. Nec huius uoti transgressio facit speciale peccatum, sed addit peccato specialem deformitatem. Magis namq; peccat baptizatus eodem genere peccati, quàm non baptizatus. Hinc non frustra emittitur, cum obligationem aliquam addat, sicut lex scripta supra legem naturæ, nec tamen aliud facit peccatum, sed nouam addit deformitatem. Ad tale quoque commune uotum potest puer per suũ obligari patrinum, nec aliquid inde deperit puero sed maximum beneficium impetratur, nec obstat quod ex uoto tali puer baptizatus plus obligatur ad bona, quia hoc aliunde ei copiosè recompensatur per charismata gratiæ, quæ in baptismo conferuntur.

Necessitas uolũtariũ excludit uotum.

Insuper uotum diuiditur in uotum solemne, & priuatum, seu simplex, quæ est diuisio totius potestatiui in partes suas, cuius perfecta uirtus est in una suarum partium, & in alijs quædam participatio eius, quemadmodum anima diuiditur in rationalem, sensitiuam, & uegetatiuam. Virtus autẽ uoti, est obligatio, quæ completè est in uoto solemni, cuius obligatio nullo casu poterit irritari, Incompletè uero in uoto priuato, cuius obligatio in casu aliquo irritatur, sicut dicetur. Votum autem publicum appellatur dupliciter. Primò per se, quoniã aliquid habet annexum. Vnde uenire in publicum debeat, ut dum quis recipit ordinem sacrum, per quem minister ecclesiæ constituitur ad seruiendũ publicè deo. Secundo per accidẽs, ut dum ad plurimorum uenit notitiam. Cumq; iudicium rei, nò uarietur per ea, quæ sunt per accidens, sed secundũ id, quod est per se, ideo uotum publicum secundo modo in idem computatur cum priuato, & hoc est solenne.

voti diui.

Votum publicum duplex.

¶Quæritur quoque per quid uotum solemnizetur. Dicendum, quòd uotum uocatur solenne ex hoc, quod habet rationem obligandi completam. Ea namq; ad solemnitatem rei pertinere dicuntur quæ tribuunt ei esse complementum. Cumq; uotũ essentialiter sit promissio, complementum suæ uirtutis sortitur sicut ipsa promissio: cuius obligatio tunc completur, seu soluitur, dum quis misit, quasi in corporali possessione rei promissæ: ut si quis alicui fructum agri promitteret, & promittendo daret ei agrum: seu si seruitium promitteret alteri, & hoc promittendo daret se illi in seruũ. Hinc uotum solemnizari tunc dicitur, dum homo seipsum præsentialiter offert, & dat Deo, diuinis seruitijs se mancipãdo: quod fit per sacri ordinis susceptionem, & per regularis, ac religiosæ conuersationis legitimam professionem puta in manu eius, ad quẽ recipere pertinet, & alijs circunstantijs, q̃ secundũ iura determinãtur, seruatis aliter non esset uotum solenne, quantumcunq; quis profiteretur, quia ex tali professione non fieret sub potestate eorum, q præsunt religioni. Veruntamen quidam affirmant quod uotum solemnizatur per susceptionem habitus religionis. Quo circa sciendum, quòd duplex est habitus religionis. Vnus qui daẽ nouitiis, alius qui professis. Et si in aliquibus religionibus detur habitus idem utrisq;, tamen in professione solet benedici, & quasi alter habitus reputatur. Et primus habitus non sufficit ad uotum solemnizandũ, etiam priùs emissum, sed secundi habitus susceptio uotum solemnizat, cum sit quædam præsumpta ꝓfessio, contra quam non admittitur probatio, si debitæ circunstantiæ obseruentur, ut quod detur ab eo, qui de iure possit dare, & coram multitudine fratrum. Nempe si quis in domo sua talem habitũ suscepisset, non ob hoc præsumeretur uotum solẽnizasse, ideo susceptio habitus non debet poni alia causa solemnitatis, quàm professio: quoniam non solemnizat uotum, nisi inquantum præsumpta professio.

Quæstio. Votum q̃n solemne.

Habitus religionis duplex.

¶Deniq; antequã essent regulæ, quæ nunc sunt, erat aliquis modus uiuendi ab ecclesia approbatus, quo ea, quæ supererogationis sunt seruabantur, tuncq; obligatio certi temporis ad illum modum uiuendi, idem fecit, quod nunc obligatio ad regulam certam.

¶Cõstat itẽ ex præinductis, ꝙ uotũ nõ dr̃ ideo priuatũ, qm̃ ad notitiã uenit paucorũ, sed quia nõ hab3 i se vñ oporteat ipm̃ ad aliorũ uenire notitiã

Qui autem professionem facit in occulto in manu eius, qui ritè potest suscipere, habet unde deduci in publicum, debeat: quia oportet eum secularem uitam deserere, atq; in claustro cum alijs sui ordinis conuersari.

Quæstio.

¶ Quæritur item an uotum simpliciter obliget. Respondendum, quòd uotum est quidam promissionis cōtractus inter Deum, & hominem. Cumq; contractus bonæ fidei inter homines factus sit firmus, ad obseruationem necessariò obliget, multomagis uotum Deo factum in his, quæ uerè cadunt sub uoto. Ideo fractio uoti est mortale peccatum: quoniam fidem cum Deo initam uiolat. Et si obijciatur, qui interdum impossibile est uotum implere, ut si uirgo uirginitatem professa corrumpatur; dicendum, quòd illud, quod uotum fiendum impediret ne fieret, si presens esset, etiā uoto facto obligationem aufert. Cumque de impossibili non sit votum, si quid fiat impossibile post uoti emissionē quod ante fuit possibile obligatio uoti quantum ad illud, aufertur, ut si diues ædificare uouerit ecclesiam, & postea depauperatus nequeat adimplere. Veruntamen circa hoc est duplex distinctio. Prima, quòd uel omnino impotens factus est ad hoc, uel in parte, si omnino, penitus non tenetur, si in parte, tenetur implere pro parte. Secunda, quia uel ex culpa sua impotens factus est, & tunc per pœnitentiam recuperare tenetur, uel absq; culpa, & sic ad nullam recompensam obligatur. Illa ergo, quæ uirginitatem uouit, si corrupta est, quamuis uirginitatem reddere non possit, attamen continentiā reddere potest, & ad eam tenetur, & ultra ad pœnitentiæ lamenta, quod uirginitatem amisit, & ita satisfaciat pro posse.

Voti fractio quare mortale peccatum. Obiectio.

Votū quō separādū.

Votū qū nō seruandum. Isidorus.

¶ Insuper nec uotum, nec iuramentum seruandum est, si uergat in exitum deteriorem, cum dicat Isidorus: In turpi uoto muta decretum; quoniam, nec ad illicita, nec ad minus bona extendit se uotum: Votum etiam interpretatiuum obligat, quemadmodum uotū ore tenus factum. Idcirco si quis post tempus probationis in claustro manserit obligatur manere in ordine ex uoto interpretatiuo, nisi forte ob aliquam causam fuerit sibi terminus ꝓtelatus, uel consueuerit alijs protelari, quia tūc nō facit uotum interpretatiuū ultra annum stans. Talis quoq;, qui facit interpetatiuum, in omni casu tenetur ad tria principalia uota religionis. Ad alios uero obseruātias, quarum transgressio ex dissimulatione prælatorum inducitur, non uidentur obligari, præsertim si simplex sit, & talia satis discernere nequeat. Sed quæri potest de illo, qui nouit religionem intrare, & religiosi nolunt eum recipere.

Votū īterpretatiuū.

Quæstio

Respondendum, quòd obligatio uoti ex propria uoluntate causatur. Vnde in uouendo priùs cogitauit religionis ingressu, & postea elegit talem religionem, aut talem locum, tenetur simpliciter ad religionem: ideo si recipi nequit in illa, quam elegit tenetur aliam quærere. Si autē primò, & principaliter cogitauit de tali religione, & tali loco, tunc in uoto suo datur intelligi ista conditio, si illi uelint eum recipere, si uerò dubitet quomodo se in uouendo habuerit, debet tutiorem uiam eligere, ne discrimini se committat. Præterea dum, quis uouet se intraturum religionem, si intendebat se ad statim obligare, uel ad arbitrium alienum, non potest ultra differre etiam propter debita persoluenda, sed qui recipit eum, illa soluere obligatur. Si autem in uouendo cogitauit de debitis, probabiliter potest præsumi, quòd non intendebat se obligare anteq̄ de reb' suis disposuisset, sed dū rōnabiliter timet ꝑpetuū īpedimētū, tenet ulteri' nō differre.

Quæstio

¶ Amplius, quærit, an uotū simplex dirimat matrimonium iam contractum, & utrum uotū solēne hoc faciat. Respondendū ad primā huius quæsiti partem, quòd per hoc res desinit esse in potestate alicuius, per quod transfertur in dominū alterius. Promissio autem rei non transfert eam in dominū eius, cui promittit, idcirco ex hoc, ꝙ quis promittit alteri rem aliq̄, non desinit res illa esse in potestate promittentis. Cumq; in uoto simplici non sit nisi simplex promissio, proprij corporis ad conuenientiā Deo seruandā, adhuc remanet homo dn̄s corporis sui, ideo potest ipsum dari alteri, puta uxori, in qua datiōe consistit matrimonij sacrum, ꝙ indissolubile est. Hinc uotū simplex, q̄uis impediat matrimoniū contrahendum, ita ꝙ peccat contrahēs post uotum simplex; tn̄ cū uerus contractus sit, non pōt per hoc matrimoniū factū dirimi. Et si obijciatur, qa fortius est uinculum uoti, q̄ matrimonij, ergo plus obligat: respondendū, ꝙ uotum est fortius uinculum, quantum ad id, cui, & ad ꝙ obligat; quia per matrimonium ligatur hō uxori ad debiti redditionē: per uotum uerò Deo ad continentiā. Tamē quantū ad modū ligandi, matrimonium est fortius uinculū, quia per ipsum actualiter traditur uir in potestatē uxoris. Rursus obijci potest, quia præceptum Dei nō est minus efficax, quā ecclesiæ præceptum, sed si contra præceptum ecclesiæ matrimonium contrahitur, dirimitur, ut patet in contrahentibus in gradu propinquitatis ꝓhibito: ergo potius si contra uotum contrahatur, quia præceptum Dei est uotum seruare. Dicendum quòd præceptum prohibens matrimonium inter consanguineas, non inquantum est præceptū Dei uel ecclesiæ habet, quod dirimat matrimonium ꝯtrahendum, sed inquantum facit, quòd consanguineæ corpus non possit transire in potestatem consanguinei. Hoc autem non facit præceptum prohibens matrimonium post uotum simplex, ut patuit. Denique qui post uotum simplex per uerba de præsenti contrahit matrimonium, nō potest sine peccato mortali cognoscere uxorem, quia adhuc facultatem habet implendi uotū ante matrimoniū consummatum, quo consummato, tenetur reddere exigenti; imo quantum pōt, debet uotum seruare propter quod: defuncta uxore tenetur totaliter continere, nec petere potest debitum ab uxore, qa ex matrimonio non tenetur ad perendum, sed ad reddendum, etiam si solum interpretatiue mulier petat.

Votū simplex matrimoniū nō dirimit.

Obiectio

Votū simplex tollit ius exigēdi debiti cōiugalis

¶ Ad aliam partem quæsiti dicendum, quòd oēs fatentur uotum solemne non solum impedire matrimoniū contrahendum, sed & dirimere contractum, cuius causam aliqui dicunt esse scandalū, ꝙ nihil est cum & uoti simplicis fractio quandoque sit scandolosa, dum uotum est notum, seu publicū. Et iterum indissolubilitas matrimonij ad ueritatem pertinet uitæ, quæ non est propter scandalū dimittenda. Ideo alii dicunt hoc esse propter statum ecclesiæ: sed hoc quoque nō sufficit, quia secundū hoc ecclesia posset contrarium statuere, ꝙ non ūr. Idcirco dicendum cū alijs, ꝙ uotū solēne ex sui natura habet, ꝙ dirimit matrimoniū ꝯctum, inquātum per ipsum amisit homo sui corporis potestatem, tradendo illud Deo ad perpetuam castitatē, ideo non potest illud in potestatē dare uxori.

Votum solenne matrimoniū dirimit.

¶ Et si obijciat, qa loquit, Decretalis) apud Deū ligat uotū simplex sicut solēne dicēdū, ꝙ uerū ē ī his quæ

quæ spectant ad Deum, uidelicet quantum ad separationem a Deo per mortale peccatum: quia sic peccat mortaliter frangens uotum simplex, sicut frangens uotum solemne: attamen grauius peccat qui frangit solemne. sed quantum ad matrimoniū per quod homo homini obligatur, non est æqualis obligatio utriusque. Hæc Thomas.

QVAESTIO III.

Consequenter interrogatur. *An in uoto ualeat dispensari.* ¶ Videtur, quòd non, quia inferior dispensare non potest in lege superioris, sed uotū implere est præceptum legis diuinæ, ergo in hoc dispensare non potest homo. Rursus, contra ius naturale, atque diuinum non licet homini dispensare, sed uotum implere spectat ad ius naturale atque diuinum. Et specialiter quæri potest, an in uoto solenni continentiæ possit summus pontifex dispensare.

Quæstio.

¶ Circa hæc loquit sanctus doctor: De isto sunt diuersæ opiniones. Nam aliqui dicunt, quòd quodlibet uotum subditorum potest per prælatos ecclesiæ dispensationem recipere, quia (ut dicunt) in quolibet intelligitur conditionaliter uoluntas superioris prælati, uidelicet papæ, ad cuius dispensationem pertinent actus omnium subditorum. Sed hoc non uidetur: quoniam quædam sunt, in quibus homo est ita liber, quod ēt contra uoluntatem, & præceptum papæ potest ea facere, ut continere, & alia diuina consilia. Vnde absolutè potest ea uouere. Alii dicunt, quòd nullum uotum sit dispensabile, prout dispensatio dicit iuris relaxationem, sed solum prout dicit iuris declarationem: quoniā papa potest declarare hoc ius ita, quòd quando sit recōpensatio boni maioris, potest dimitti minus bonum, ad quod quis se obligauit, sed nec hoc uerū uidetur, quia ius declarare non est ius nouum facere, sed illud, quod erat in iure manifestare. Vnde secundum hoc, nunquam per dispensationem uoti potest fieri contra ius, quod prius contra ius fuit sed solum, quod uidebatur esse contra ius, & non erat. Ideo aliter est dicendum, quòd scilicet in uoto potest dispensari, etiam prout dispensatio est iuris relaxatio ex causa legitima. Nempe cum uotū de illicito esse non queat, nec liceat alicui subtrahere, quòd ei debetur, idcirco per uotum subditi non potest præiudicari eius prælato, quin subditus debeat eius obedire præceptis tempore opportuno. Ideo si prælatus uideat ex causa rationabili expedire, seu propter ipsum qui uouit, seu propter alios quod uotum non seruet, potest eum ab obseruatione uoti de obligare, qui aliàs de iure esset ad uotum astrictus. Verūtamen circa uotum, quod fit in baptismo, dispensari non potest: quoniam aliunde de lege naturali, ac iure diuino Christiani ad illa tenentur. At uerò implere uotum durante uoti obligatione est de lege naturali. Cessat autem obligatio uel ex se, utqn̄ uotum seruatum uergeret in exitum deteriorem, & tunc ꝑ declarationem superioris, si facultas petendi assit, dēt uoti obseruatio ꝑtermitti, uel ex auctoritate superioris, qui aliud magis necessariū iudicat, & in uoto dispensat: nec tamen ex hoc hō incurrit mendaciū, qm̄ de futuris dēt hō habere pias condōnes adiunctas, uel explicitè, siue implicitè, ut patet in epistola Iacobi. Porro de solemni continētiæ uoto est duplex opinio. Vna, quòd nullus imo nec dispensare possit in eo, & huius ratio a diuersis diuersimode assignatur. Nam aliqui dicunt, qđ ideo: qm̄ uotum continētiæ non pōt prætermitti quin ad contrarium dilabatur, quod nunquam licet, Votum uero paupertatis omitti potest aliquo modo ita quòd non directè erit contrarium illi uoto, ut dum quis habet pecuniam non suo, sed ecclesiæ nomine, sed hoc nihil est, quia si uotum abstinēdi a carnalibus aliqua die determinata, non reciperet dispensationem, nec uotum peregrinationis qđ absurdum est. Hinc alii dicunt, ꝙ ideo, ꝙ uotū continentiæ non recipit recompensationē melioris: qm̄ non est digna ponderatio animę continentis: & quia per continentiā homo triumphat de hoste domestico, scilicet propria carnæ: uel quia per religionem homo conformatur Christo perfectè propter qđ nec in uoto solēni cōtinentiæ, nec in aliis duobus uotis religionis potest dispensari, ut dicūt qđ ēt non uī sufficienter prolatum: qm̄ bonum cōmune multo melius est, q̄ bonū priuatum. Vn̄ interdū qs remouet a qete, & ocio ꝯtēplationis, quatenus proximorum uacet utilitati. Idcirco ut alii probabilius dicunt si communis utilitatis totius ecclesiæ, aut unius regni, seu prouinciæ id deposcat, posset in uoto continentiæ, atq; in uoto religionis quātūlibet solennizato, dispensari. Non enī ꝑ uotum pōt se hō deobligare ab eo, in qđ alteri tenet. Hinc talis necessitas posset instare, quòd alicui rationabiliter prohiberet castitatem uouere, ipsa necessitate durante, aut ēt in facto iā uoto dispensaretur. Cumq; obijcitur, quod non est digna ponderatio animę continentis, dicendum, quòd hoc iō dictum est: qm̄ bonū cōtinentiæ multum est dignius, quàm corporis salus, seu sanitas. iō ꝑiculū corporalis mortis nō est sufficiens rō, ut in uoto cōtinentiæ dispensetur. In illis quoq; qui a statu religionis assumūtur ad officiū prælationis, non dispensatur in substantialibus uotis religionis: quia q̄ possidere uident nō noīe suo, sed ecclesiæ possidet: idcirco per hoc uoto paupertatis nō ꝑiudicat, similiter nec uoto obedientiæ: qm̄ obedientia respicit statū ꝑlationis in altero, cui obedire tenet. Hinc qđ ille, q̄ desistit esse sub ꝑlato nō tenet alicui obedire, non est ex hoc, ꝙ obligatio uoti deficiat ex parte uouentis, sed quia ex alia parte subtrahitur ꝑlatio, cui obedire tenebatur: sicut dum monachus qui promisit obedientiā abbati, fit abbas, non tenetur obedire alteri abbati, qa abbatē nō habet. Hæc Thomas in Scripto, q̄ de hac ipsa materia aliter scripsit, ac sentit in Secunda Secundæ, qōne 88. Aliqui, inquiens, asserunt summū pontificē posse dispensare in uoto continentiæ solennizato propter cōe bonum, sed hoc est manifestè ꝯ id, qđ dr̄, extra de statu monachorum in fine illius decretalis: Cum ad monasterium. Abdicatio proprietatis sicut ēt custodia castitatis, adeo est de essentia religionis, ut ꝯ eā nec summus possit pontifex licentiā īdulgere. Præterea in Leuitico dr̄: Quod semel sanctificatum est domino, non potest ultra in usus alios commutari. Cum ergo prælatus facere nequeat, ut res semel consecrata (quamuis inanima) ut calix consecrationem amittat, quamdiu integer manet, multo minus facere potest, ut homo Deo consecratus desinat esse consecratus, quamdiu uiuit. Solemnitas autem uoti in benedictione & consecratione consistit uouentis. Hinc per nullum prælatū fieri ualet, ut q̄ uotum emisit solemne, desinat ab illo, ad quod est consecratus. Castitas aūt essentialiter annexa est uoto solēni in susceptione regionis nō in susceptione ordinis sacri. Ideo quāuis in uoto solemni sacri ordinis possit aliquo modo dispēsari: nullatenus tamen in professione continentiæ religio-

Votū qn̄ dispēsatio nē admittat & qn̄ non.

Iaco. 5.

Eccl. 26.

Necessitas ī voto admittens dispensationem. Obiectio. Eccl. 26.

Thomas seipsum īpugnat.

Leui. 27.

religionis. Et sicut fieri nequit, ut sacerdos non sit sacerdos quamdiu uiuit, sic esse non ualet, ut religionē non professus, desinat esse religiosus quamuis quidam Iuristæ dicant ignoranter oppositum. Nam, & bono communi prouidendum est de rebus humanis, & non per hoc, quòd res Deo consecrata, mundoque mortua, denuo conuertatur in usum humanum. Monachus autem mortuus est mũdo, ideo nulla occasione reuocandus est ad uitam mundanam. Hæc idem in Summa. Porro quid de his alii scribant doctores, mox tangam.

¶ Quæritur etiam, an quilibet prælatus possit dispensare in uoto. Dicendum, quòd plenitudo ptãtus in dispensando, residet in summo pontifice, de qua alij prælati participant quantũ fuerit eis cõcessum, ut qm̃ omnes ad unum recurrere nequeant, ab inferioribus prælatis dispensationem recipere possent. Vnde in uotis, quæ nec de facili, nec frequẽter dispensationem admittunt, ut uotum religionis & consimilia uota perpetua solus papa dispensat. In aliis autem temporalibus uotis, ut peregrinationum, ieiuniorum, & consimilium, possunt etiã episcopi dispensare nisi aliquid horum fuerit eis subtractum, & sibi illud reseruauerit Papa, ut est dispẽsatio uoti peregrinationis terræ sanctę.

¶ Insuper si quæratur an uotum possit commutari, dicendum, quòd inter commutationem, & dispẽsationem hoc interest, q̃ quando uotum commutatur, uouens absoluitur, atque ad aliud obligatur. Dum autem in uoto dispensatur simpliciter a uoto absoluitur: sicq; minus importat commutatio, q̃ dispensatio uoti. Cumq; ex rationabili causa possit in uoto dispensari, potest etiã uotũ commutari, uel quia id, in quod commutatur est melius, aut minus periculosum. Veruntamen obijci potest, quia in Leuitico iussum est, ut animal quod immolari domino potest, nec in melius, nec in vilius commutetur. Et sanctus Bernardus testatur de bene ordinatis monasterijs: Nullus meo concilio egredietur desiderio uitæ arcti oris sine superioris licentia. Rñdẽdum, quod animal immolatiuum ex ipso uoto ordinabatur ad cultum Dei, ideo iam quodammodo sanctum erat. Vnde nec poterat ad cõmunes usus reduci: Quemadmodum qui nunc uouet religionẽ intrare, non potest alium loco sui in religione ponere. Et q̃ uouit terram factam uisitare non potest pro se alium illuc dirigere, misi de superioris dispẽsatione, Bernardus autem loquitur cõsulẽdo. Nam quidam interdum ex animi leuitate, se ad alium transferunt statum, aut ordinem, ideo tutius est ut de superioris consilio, ac licentia fiat, præsertim qñ conficitur quod nõ uelit irrationabiliter impedire.

¶ Amplius, si quæratur, an propria auctoritate possit homo uotũ suum mutare: dicendum, quòd in commutatione est quidam contractus, qui compleri non potest nisi de utriusque partis consensu. Idcirco cum per uotum homo se obliget Deo, nõ potest fieri commutatio, nisi interueniente eius cõsensu, qui uicem Dei gerit in terris, puta prælati, nisi forte unum uotum in alio includatur. Cumq; uotum religionis includat omnia alia uota, tum ratione perpetuitatis, tum ratione obedientiæ, qua homo suam uoluntatem Deo tradit, & offert, per quã sui, & omnium rerum suarum dominus esse põt: ideo qui aliquid temporale uotum fecit, potest nõ requisita alicuius prælati dispensatione religionẽ intrare, non obstante uoto præcedente, quod religionis impediret ingressum, puta peregrinationis: uel alicuius huiusmodi. Si autem duo temporalia fecit uota quorum unum est impossibile alteri, debet utrumq; seruare, nisi forte auctoritate superioris uotum præcedens minus, commutauerit in uotum maius sequens. Si autem secundum sit omnino impossibile primo, debet seruare maius, ac satisfacere de minori secundum prælati arbitrium.

¶ Porrò uotũ terræ sanctæ obligat hominem ad seruiendum Deo temporaliter, & quantum ad aliquid determinatum. Votũ uerò religionis, obligat hominem ad seruiendum Deum quantum ad omnia, & secundum omne tempus, ideo potius est ampliatio, quàm commutatio uoti. Denique cum per religionis ingressum homo moriatur uitæ priori ac mundo, ideo uota, quę uouit in seculari uita explenda, non tenetur soluere quando intrat religionem, præsertim: qm̃ singularitas est in religionibus periculosa; & onus religionis sic grauat, quod non manet eadem facilitas implendi uotum, quæ fuit in uita seculari. Veruntamen, aliqui dicunt, qd̃ debet prælato suo exponere, & ille pensatis conditionibus personæ, ac uoti, poterit cũ eo dispensare. Secundum alios autem non requiritur hoc, quia ex ui religionis, a prioribus uotis est absolutus, propter rationes prætactas. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Cõcordat Petrus in omnibus, & addit: Ex causa legitima potest uotum prætermitti, & non impleri. & hoc in quatuor casibus, quos ponit in Summa sua Goffredus cardinalis. Vnus est impotentia adimplendi. Secundus, auctoritas dispensandi. Tertius defectus conditionis oppositæ. Quartus est defectus causę principaliter inducentis, ut si mater propter sanitatem filio obtinendam promittit singulis sabbatis ieiunare, & filius non conualescit, sed moritur. Insuper de dispensione uoti duplex est solẽnis opinio, tam theologorum, quàm iurisperitorum. Vna, quòd nec in uoto simplici, neque in uoto solẽni continentię liceat alicui dispensare, quia non potest bonum aliquid recompensans inueniri. Nã etsi cõe bonũ alicuius cõicatis sit melius simpliciter, nõ ĩn est melius uouenti, q̃ non debet alienum perfectum præponere suo. Alij, ut Magister Iohannes Teutonicus doctor magnus Iuris Canonici, & dominus Hugo tituli sanctæ Sabinę præsbiter cardinalis magnus doctor theologiæ, & eorum sequaces, affirmant, q̃ ĩ uoto solemni continentiæ papa potest dispẽsare, nõ alius pro aliquo bono, & necessitate communi non priuata: qm̃ potest inueniri bonum commune uirginitati pponderans, quamuis non bonum speciale, atq; in tali casu bonum obedientiæ magis expedit etiam ipsi uouenti, quàm impletio uoti: sicut dum imminente periculo extraneæ successionis in regno, aut magnæ discordię, posset papa dispẽsare cum filio, aut filia regis, q̃ post cõtinentiæ uotũ contraheret. Et dixit Iohãnes Teutonicus, q̃ uidit dispensari de facto. Hæc Petrus. Et huic opinioni cõsentit Rich.

¶ Porrò Bonauent. magis consentit primæ positioni dicendo: Cum ea, quæ Christus consulit, indubitanter sint uera, ac totis uisceribus amplectenda, & Deus uoluerit unumquemque liberum esse, videtur, quòd unusquisque possit talia sine cõditione absolutè promittere. Ideo alij dicunt, q̃ Papa in nullo uoto ualeat dispensare, secundũ quod dispensatio est iuris relaxatio: quoniam obligatio uoti dependet ex iure diuino, non humano: & ex iure naturali, non ex patrum constitutione. Potest tamen dispensare, prout dispensatio est iuris declaratio: & ista positio rõnabilior est, atq; securioriAd horum intelligentiã aduertendum, qd̃ ius obligatio

Leuit 17 Bernar

Quæstio.

Votum religionis uota alia soluit.

Petrus.

Goffred.

Dispensatiõis in uoto opinio duplex.

Iohan. Teuto. Hugo car.

Bonauẽt.

In quibus Papa dispẽsare ualeat uoti

tionis uoti constituitur ex duplici iure naturali, puta ex hoc, quòd homo debet esse uerax in promissis: ex hoc quoque, quòd homo nihil debet promittere, nisi salua sua salute, ac diuinæ maiestatis honore: ergo hoc ex iure est naturali, quod homo per uotum impediri non debet, quin facere possit quod est sibi salubrius, & Deo acceptabilius. Hinc in omni uoto quod recipit recompensationem boni melioris uel simpliciter, uel pro loco, & tempore dominus Papa (cuius est ius dilucidare) potest dispensare, & in hoc omnes conueniunt, sed diuersificantur descendendo. Nam aliqui dicunt, quod nullum sit uotum quod pro loco, & tempore non possit recipere recompensationem propter quod dicunt Papam in omni uoto posse dispensare, quia & bono continentiæ præfertur pax communis ecclesiæ. Alii dicunt, q̃ uotum continentiæ etiam in seculari persona non recipit recompensationẽ quoniam non est digna ponderatio animæ continentis: sicut in ecclesiastico habetur. Tertii dicunt, quod perfectioni religionis, quæ consistit in imitatione perfectissima Christi, nihil potest æquari, nec pro illa recompensari. Substantialiter quippè consistit in adimpletione triplicis uoti, videlicet paupertatis, castitatis, & obedientiæ, per quas homo Christo perfectissimè assimilatur. Recompensatio autem non tantum respicit bonum aliorum, uerũ etiam bonum uouentis; & Deus uult unumquemque maximè esse de sua salute, ac profectu solicitum. Quæ harum opinionum sit uerior, nescio; ideo nullam assero, potestque unaqueque probabiliter sustineri, præsertim hæc ultima. Hæc Bonauentura.

Ecclę. 26.

¶ Albertus uero tenet quod papa nequeat dispensare in solemni continentiæ uoto, ad quod allegat, quòd sanctus Matthęus euangelista noluit sanctam Ephigeniam uirginem Deo consecratam, ac uelatam, tradere regi pagano uxorem, cum tamẽ rex ille unà cum regno suo promitteret se fidẽ Christi accepturum. Dicit quoque Albertus, uotũ non solẽnizari nisi per professionem sanctæ religionis, quod ideo forsan dicit, quia per hunc modum præcipuę solemnizatur: tamen iuxta præhabita solẽnizatur etiam per assumptionem ordinis sacri, adduntque aliqui alios duos modos, quibus uotum solemnizatur, quasi interpretatiuè. Primus est per assumptionem habitus professorum. Secundus per demorationem in claustro in habitu nouitiorum ultra annum probationis absque protestatione, quòd profiteri non uelit.

Albertus.

¶ Insuper Scotus circa hæc reprobat rationem assignatam ex Thoma, cur uotum solemne potius dirimit matrimonium contractum, quàm uotum simplex: quam tamen rationem assignant, & alii doctores communiter, Albertus, Bonauentura, Richardus, & alij multi, contra quam obiicit, quoniam uouent priuato, seu simplici uoto, corpus suum dat Deo, quantum ad actum uoti, sicut uouens uoto solemni. Et patet ex dictis quod istud sit falsum. Nam uouens simplici uoto, se daturum, promittit potius, quàm iam dat: quemadmodum, & qui promittit, uel iurat aliquam capere in suam per uerba de futuro, non accipit eam in suam, sed accepturum iam sponsat.

Scotus in Thomam.

¶ Præterea Henricus. 5. quodlibeto, absolutè, ac fortiter, tenet, quod in solemni continentiæ uoto Papa ualeat dispensare: Glossator, inquiens, super decretalem qua dicitur. Abdicatio proprietatis, & custodia castitatis adeo annexa sunt regulæ monachali, ut nec summus põtifex ualeat contra eos indulgere, & causam addit glosator: quoniam omnis ponderatio non est digna continentis animæ. Ista ratio falsum supponit, quia multa sunt bona maiora, & meliora, quàm continentia, utpotè oratio contemplatio, interna dilectio &c. sine quibus nec ipsa continentia esset Deo accepta, nec continentia priuatæ personæ est tanti ualoris, sicut conuersio totius regni ad fidem, aut pacificatio regnum & pax communitatis, imò & si monialis professa in tuitu horum bonorum obediat summo põtifici ad nubendum, plus meretur, quàm continendo. In prę allegata autem auctoritate capitur continentia generaliter pro omni uirtute, quia per unamquamque uirtutem se continet homo ab usu creaturæ inordinato. Nec obest, quòd alij arguũt, quia quod semel sanctificatum est Deo, non potest in alios usus conuerti, &c. Dicendum est enim, quòd sanctificatum Deo non ualet commutari in alium usum, id est, in usum contrarium, uitiosum, nihilominus conuerti potest in usum magis proficuum. Hæc Henricus, qui satis audacter hic loquitur, Sed responsio beatissimi Matthæi apostoli ad regem, atque exemplum tanti Apostoli circa beatam Ephigeniam uidentur contra istud Henrici responsum. Dum autem continentia dicitur irrecompensabile bonum, certum est continentiam accipi cũ bonis in ea aliquo modo inclusis, uidelicet prout ad orationes, contemplationes, & cæteros actus uitæ contemplatiuæ eminenter disponit, à quibus uita coniugalis non parum impedit, & dissoluit.

Ecclę. 26.

Leuit. 27.

Dionysius Carthusi.

Henricus.

¶ Amplius 13. quodlibeto scisitatur, utrum debens aliquid ex una causa, liberet se faciendo illud ex alia causa respondet. Debens aliquid facere ex una causa, potest illud facere ex alia causa dupliciter. Primo, excludendo aliam causam, ita quòd solum faciat ex una causa, & non ex alia, neque explicitè, neque implicitè, & ita non satisfacit, nec liberat se faciendo illud ex alia: Secundò, non excludendo causam, ex qua obligatur, sed faciens illud tam ex illa causa, q̃ ex alia, & ita se liberat à debito illo, imò perfectius soluit, secundum quod uoluntas sua tanto promptius exequitur illud, quanto ex pluribus, & magis idoneis causis procedit in actum. Hæc idem, qui de isto scribit diffusè.

Henrici quæstio.

¶ Iterum quærit, utrum, religiosus à morte resurgens, tenetur redire ad pristinum statum ac uotum. Respondet, Homo per uota religionis perfectè reformatur: conformaturque Christo, secundum omnes uires suas principales, uidelicet in superiori, seu rationali parte per obedientiam, in concupiscibili per castitatem, in irrascibili per paupertatem. Et quamuis castitas, & paupertas quantum ad exequutionem suorum actuum, ad uires pertineant sensitiuas corpori annexas, obligatio tamen principaliter est in parte rationali per obedientiam deinde in castitate, & paupertate mediã te obedientia, quàmuis ergo obligatio illa, quò ad paupertatem, & castitatem, forsan non manet in anima separata: obligatio tamen per obedientiam manet huiusmodi anima. Cumq; per uotum obedięntię teneatur anima etiã inferiores uires Deo subijcire, dico, quòd religiosus a morte resurgens manet obligatus ut ante, & ad pristinũ statũ, ac uotũ reuerti tenetur: sed aliter est de altero coniugaliũ resuscitato: quoniam uinculũ matrimoniale corporale existẽs, fuit in morte corruptũ. Hæc Hẽ.

Quæstio.

Di-

De dispari cultu. Distinct. XXXI.

POst hæc de dispari cultu videndum est: hęc est enim una de causis, quibus personæ illegitimæ fiunt ad contrahendum matrimonium. Non enim licet Christiano cum gentili uel Iudæa inire coniugium, quia etiam in ueteri testamento prohibitum est fideles uiros infideles ducere uxores, domino dicente: Non accipias uxorem de filiabus alienigenarum filiis tuis, ne traducant eos post Deos suos. Iuxta hoc domini præceptum Iudeorum coniugia cum alienigenis inita, Esdras separauit. Hoc idē etiam in nouo testamento seruatur. Vnde Augustinus, Non nubat fœmina nisi suæ religionis uiro, uel ne uir talem ducat uxorem. Id enim, ut dicis, iubet dominus, docet Apostolus: utrumque præcipit testamentum. Item Ambr. Caue Christiane gentili, uel Iudęo filiam tuam tradere: caue ne gentilem, uel Iudæam, uel alienigenam. i. hæreticam, & omnem alienam a fide tua uxorem accersas tibi. Item: Si quis iudææ, siue Christiana Iudæo, siue Iudea Christiano carnali consortio misceatur: quicunq; tantum nefas admiserit, a Christiano cœtu protinus segregetur. Ex his, aliisq; pluribus testimoniis apparet, non posse contrahi coniugium ab his qui sunt diuersę religionis, & fidei.

Exo. 34. Deut 7. 1. Esd 10. Aug li. de adulteri. coniug. c. 21. & hī. 28. q. 1. ca. sic enim. Exo. 34. 1. Cor. 7. Ambro in li. de patriarchis & ponit 28. q. 1. caue. Ex concilio Vrbanēsi & hī 28. q. cap. Siquis iudaizet. 2. Cor 7. Aug. lib. 1. de adulte. coniugijs c. 21. & habetur 28. q. 1. ca. Sic enim.

De coniugio fidelis, & infidelis, & duorum infidelium.

Huic autem uidetur obuiare, quod apostolus ait de imparibus coniugijs: Ego dico, non dominus: Si quis frater habet uxorem infidelem, & hæc consentit habitare, cum illo, non dimittat illam: & si quæ mulier &c. Sed aliud hoc esse, aliud, euidenter ostendit Aug. Ibi enim agitur de illis coniugiis fidelium, & infidelium, quę contrahuntur ab eis in dispari religione, & fide manentibus: Apostolus uero agit de illis, qui unius eiusdem que infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt. Sed cum uenisset euangelium, alter sine altera credidit. Intelligis ne quid dicam? Attende ut rem ipsam diligentibus explanem. Ecce coniuges duo unius infidelitatis fuerunt quando coniuncti sunt: nulla de his quęstio est, quæ pertineat ad illud præceptum ueteris, & noui testamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli copulare coniugium. Iam sunt coniuges, & ambo adhuc sunt infideles. Tales sunt adhuc quales coniuncti sunt. Venitque euangelii prædicator, credit eorum unus, uel una, sed ita, ut infidelis cum fideli habitare consentiat. Non iubet dominus ut fidelis infidelem dimittat taliter cōiunctum. Nec Apostolus iubet ut non dimittat, sed consuluit, ut si quis aliter agat, non sit transgressor, sicut, & de uirginibus consuluit. Monet autem, quod est lucrandi occasio, cum possit licitè, requirere: sed non expedit: Tunc enim non expedit id, quod licitum est, quādo permittitur quidem, sed ipsius usus aliis affert impedimentum salutis: sicut discessio fidelis, quā non prohibet dominus, quia coram illo non est iniusta: Sed apostolus ne fiat concilio charitatis suadet ut nemo in ea re iussionis necessitate teneatur, sed consilii uoluntate liberè faciat. Ex his monstratur inter infideles coniugium esse: & consilium Apostoli non obuiare præcepto domini, quo iubet fidelem non iungi infideli: & coniuncti fuerint, seperari. Legitur enim quod Esdras propheta, imo dominus per eum iussit Israelitis uxores dimittere alienigenas, per quas ibant ad Deos alienos, non illę per maritos acquirebantur Deo: Rectè hoc præcipit, quia per Mosen iusserat dominus, ne quis uxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant, domino prohibēte, domino iubente dimiserunt: quia ut ait Ambro. Non est putando matrimonium, quod extra decretum Dei factum est: sed cum cognoscitur emendandum, ut quando fidelis infideli copulatur. Sed ut ait Aug. Cum cœpisset gentibus euangelium prædicari, iam iunctos gentiles gentilibus ꝓpetit ꝓiugibus: ex ꝙbus si non ambo crederent, sed unus, uel una: & infidelis cū fideli consentiret habitare, nec prohiberi a domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo non prohiberi, quia iustitia permittit a fornicante descedere. Et infidelis hoīs fornicatio est maior in corde, nec uera eius pudicitia, cū ꝓiuge dici potest: quia oē, quod non est ex fide peccatum est: quāuis uerā fidelis habeat pudiciā, ēt cū infideli coniuge, quæ nō habet uerā. Ideo autem nec iuberi, quia nec contra iussionem domini gentiles fuerunt ambo coniuncti. Licitum ergo erat per iustitiam fideli infidelē dimittere, sed licitum non erat faciendum propter liberā beniuolentiā. Euidēter apparet, & inter infideles coniugium esse, & Apostolū de illis agere, qui in infidelitate cōiūcti fuerunt, & post alter ad fidē cōuersus est cum quo ēt infidelis habitare consensit: & hunc nō dimittere fideli consuluit Apostolus, quia fortè per fidelē saluabitur infidelis.

1. Esd. 10. Aug. li. 1. de adulte. coniugijs cap. 18. Ambr 28 sit iussit esdras Aug li 1. de adulte coniug. c. 18 Matt. 19. Roma. 14. Matt. 7. & 19.

De fornicatione spirituali, ob quam potest dimitti coniunx.

Potest tn̄ licitè dimittere, quia in infideli est fornicatio, si nō corporis, tn̄ mentis. Cām enim fornicationis dominus excepit. Fornicationem uero generalem & uniuersalem intelligere cogimur, non modo scilicet corporalem, sed & spūalē, de qua Augustin. ait Idololatria, & quælibet noxia superstitio fornicatio est. Dominus autē ꝓmisit, & cā fornicationis uxorem dimitti, sed non iusit: & sic dedit Apostolo locum monendi, ut qui uoluerit non dimittat, potest tamen licitè dimittere. Si enim fornicatio carnis detestāda est in coniuge, quanto magis fornicatio mentis, id est, infidelitatis.

Aug. li. 1. in sermone dn̄i in monte, & hī 28. q. 2. c. idol. Ia. aliàs * infidelis.

Pro quibus uitiis possit dimitti.

Si autem quæris, an propter aliud uitiū nisi ꝓp infidelitatem, uel idololatriā possit dimitti, attende quid Augustinus ait: Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas & auaritia idololatria nō est dubitādū, & auaritiam fornicationē esse. Quis ergo q̄libet illicitā cōcupiscentiā pōt à fornicationis gn̄e separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo ītelligitur, ꝙ ꝓp illicitas concupiscentias nō tm̄, q̄ in stupris cū alienis uiris, uel fœminis cōmittūtur, sed ob quaslibet, q̄ aīam à lege Dei aberrare faciūt, & ꝓniciose corrūpi, possit sine crimine, & uir uxorē suā dimittere, & uxor uirū. Ītē: Rectissimè dimittit, si uiro suo dicat: Non ero uxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias cōgreges, uel nisi solita leno cinia exerceas: aut si q̄d aliud facinorosum vł flagitiosum a uirio suo expetat. Tūc ille si ueraciter pœnitēs ē hētq; fidē ꝓ dilectionē operātē, mēbrū q̄d eū scādalizat, amputabit.

28. q. 1 c. Id idolat. Idem ubē supra.

Aug. in li. de fide & operibus c. 16 & hī 28. q. 1. c. vxor legitima. Gal. 5. Matt 7. 1. Cor. 7.

Ex his apparet, q̄d non solum infidelitas, sed etiam quælibet concupiscentia quæ perniciosè turpiterq; corrumpit, fornicatio spiritualis est: per quam uir uxorem, uel uxor uirum dimittere potest. Consulit tamen Apostolus, ne fidelis dimittat infidelem uolentē cohabitare, nec à Deo reuocare.

Si fideli liceat aliam ducere, infideli discedenti, uel dimissa.

Hic quęrit, si fidelis dimittat infidelē, uel infidelis a fideli discedat, an liceat fideli aliā ducere. Videtur auctoritas testari quod illa uiuente alteram ducere nō ualeat. Ambro. eīm uerba Apostoli exponens ait: Alioquin si discedit is ab inuicē, & uolentes cohabitare dimittitis, & aliis uos copulatis: adulteri estis, & filii uestri, qui de hac copula nascunt immundi id est, spurij sunt. Item. Si quis habuerit uxorē uirginē ante baptismū, uiuente illa potest baptismū alterā habere nō pōt. Crimina eīm in baptismo soluunt, nō coniugia

Quæ præmissis contraria uidentur.

Sed econtra Ambrosius testatur. Si infidelis (dicit Apostolis) discedit, discedat. Non eīm est seruituti subiectus frater, & soror in huiusmodi, q̄a nō debetur reuerētia cōiugij ei, q̄ horret auctorē ꝙiugij Nō est. n. ratū mr̄imoniū, q̄d sine deuotione Dei est, & iō nō est pct̄m ei, q̄ dimittit ꝓp Deū si alii se copulauerit. Contumelia eīm creatoris soluit ius mr̄imonii circa eū q̄ relinquit, ne accusēt alij copulatus. Infidelis aūt discedēs, & in Deū peccat, & in mr̄imoniū: nec est seruādā ei fides cōiugii q̄ iō recessit, ne audiret Chr̄m eē Deū. Chr̄ianorū ꝙiugiorū. Si uero ambo crediderint, ꝓ cognitionē Dei ꝙfirmat ꝙiugiū.

aliàs * infideli.

Determinatio.

Attende hæc prædictis ꝙria posse uideri, ita ut sibi Ambrosius ꝙdicere uideat. Sed distinguendum est hic, aliud esse dimittere uolētē cohabitare, aliud, dimitti ꝓp Deum ab illo, q̄ horret nomē Chr̄i. Ibi lex beniuolentiæ nō seruatur, hic ueritas custoditur. Et iō cum liceat dimittere uolentē cohabitare, nō tn̄ ea uiuente aliam ducere licet. Discedentem uerò sequi non oportet, & ea uiuente aliā ducere licet. Sed hoc non est intelligendum nisi de his, qui in infidelitate sibi copulati sunt. Sed si ad fidem uterq; cōuersus est, uel si uterq; fidelis mr̄imonio coniunctus est, & post alter eorum à fide discesserit, & odio fidei ꝙiugem reliquerit dimissus discedentem nō cōmitabit, nec tn̄ illa uiuente alteram ducere poterit, quia inter eas fuerat ratum coniugium, quod non pōt dissolui.

Quidam dicunt coniugium non esse inter infideles, & quare.

Sunt tamen nonnulli qui inter infideles asserunt non esse cōiugium, q̄a nec rata, nec legitima est eorum copula. Rata non est, q̄a solui potest: nec legitima, q̄a Apostolus ait: Omne quod non est ex fide peccatum est. Eorum autem coniunctio non est ex fide & ideo peccatum est. Nō est ergo coniugium, quia nullū coniugium peccatū est Aug. ēt dicit, quia nō ē uera pudicitia infidelis cū fideli. Sed uera negatur eē pudicitia, nō q̄d infidelium coniugium non sit uerum: sed quia non habet illud triplex bonū, q̄d excusat coitum & meret premium. Item illūd Apostoli: Oē q̄d non est ex fide pct̄m est: non ita intelligendū est, ut q̄cq̄d fit ab infidelibus peccatum sit: sed oīe q̄d fit ꝙ fidē. i. conscientiā, male: fit, & ad gehennā ædificat. Vel in oīi eo q̄d infidelis facit, peccat: non quia illud facit, sed q̄a nō eo modo illud facit quo debet, non referens ad debitū finem.

Quod legitimum sit coniugium infidelium, sed non ratum, & quare.

Copula ergo mari talis, quæ est inter infideles, coniugium est legitimum, sed non ratum.

tum, Legitimum, quia est inter legitimas personas: sed non ratum, quia sine fide.

¶ Coniugiũ uero infidelium est legitimũ, & ratũ, si tamen legitimæ sunt psonæ. Qđ aũt legitima sit infidelium coniunctio Augustinus testatur, dicens: Vxor legitima societate coniuncta, sine ulla culpa relinquitur, si cum uiro christiano permanere noluerit. Ex hoc etiã probatur, quòd infideli ad finem conuerso. Apostolus cõsuluit, infidelem non dimittere: quod non faceret, si non esset inter eos legitimum coniugium. Legitimum est quod legali institutione, uel puincię moribus, non contra iusionem dñi contrahit.

Summa di ſtinctionis XXXIX.

STenso qualiter uotum soleat impedire coniugium, iam idẽ ostenditur de dispari cultu, hoc est, qualiter infidelitas impediat illudi. quocirca declarat, quod sicut p fornicatione carnali, seu adulterio, ita pro forni catione spirituali, uidelicet idololatria, hæresi, infidelitate cõthoralis licite dimittatur. Deinde circa hæc scisitatur, utrum fidelis infideli abiecta, aliã licitè ducat: discutit quoq; an inter ifideles sit uerũ coniugium: & si sic, quomodo seperabile perhibeẽ.

QVAESTIO. I.

Quæritur ergo, *An dispar cultus impediat matrimonium, & quando & qualiter, & quomodo separatis ab inuicem talibus. quorum unus est fidelis alius infidelis, habere se debeant circa coniugum contrahendum.* ¶ Arguitur primo, quòd dispar cultus
Iudi. 14. Heb. 11. seu infidelitas coniugiũ impedire non ualeat: qm Samson, quem Apostolus in epistola ad Hæbreos inter sanctos connumerat, successiuè duxit duas uxores alienas infideles: & sicut in libro iudicum recitatur euidenter de prima illarum, illam duxit ex Dei instinctu. Similiter Salomon in adolescentia sua adhuc deuotus, filiam duxit regis Egypti,
3 Reg 3. imo, & Dauid filiam regis Gessue, ut secũdo Regũ innuitur. Insuper in Deuteronomio Deus præcepit p si quis ex uiris, & filijs Israel in bello cepisset pellam alienigenam, seu gentilem, & illa placeret oculis eius ad contrahendum cum ea, raderet ei
Deut. 21. ungues, & caput, sic eam sumeret in uxorem. Iterum, sicut præhabitum, est, ad matrimoniũ sufficiunt debita forma, atq; materia: hoc est, uir, & fœmina apti ad contrahendum, & præscripta forma uerborum. sicq; infidelitas accidentaliter, se habet ad matrimonium, nec ad eius requiritur ueritatẽ siue essentiã. Rursus, sicut in textu probatur, inter infideles sunt matrimonia uera, aliàs oẽs proles eorum illegitimè essent, nec ulla inter eos foret hæreditaria, legitimaq; successio, ergo non habent im-
1. Cor. 7. pedimentum connubii Sed & Apostolus ad Corinthios exhortatur, ut fidelis conthoralis ab infideli non discedat, sed potius spe conuertendi illã cũ ipsa moretur, ergo sunt ueraciter coniugati, aliter adulterium, aut fornicationem simul commiterẽt.

¶ In oppositum sunt, quæ habentur in textu.

¶ Circa hæc scribit Antisiodorensis in Summa sua libro quarto: Dicendum est de substantialibus matrimonii impedimentis, quæ matrimonium impediunt contrahendum, dirimuntq́ue contractum, & primò de dispari cultu, de quo ad Corinthios dicit Apostolus: Cæteris ego dico, non dominus, si quis frater, id est, fidelis, uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat eã. Et si qua mulier uirum habet infidelẽ, & hic cõsentit cum illa, non dimittat uirum. Sanctificatus est eñ uir infidelis per mulierem fidelem &c. Sed
Num. 18. argui potest, quòd Apostolus hoc dicendo, loquutus sit contra Mosen, p hibentẽ sociari cõiugia cũ infidelibus. Imo, & Eldras (sicut in libro eius describitur) seperauit coniugia, quæ filii Israel de Babylone reuersi, cum infidelibus fœminis contraxerunt. Item Apostolus ex spiritusancto loquutus est & auctoritate diuina, non propria, nec humana, quemadmodum protestatur: An experimentum q́ ritis eius, qui in me loquitur Christus? Quomodo ergo ait, præcipio ego, non dominus? Solutio. Ad hæc respondet Augustinus, quòd dominus prohi- Augusti.
buit per Moysen fidelibus contrahere cum infidelibus matrimonia, ficq; intelligit illud in lege de matrimonio contrahendo. Apostolus aũt loquit de matrimonio in infidelitate contracto, in quo alter coniugiũ uenit ad fidem. Nec est prohibitum ut infideles inter se contrahant, sed ne fidelis cum infideli. Quod uero ait Apostolus. Dico ego, nõ dominus p cipit: quoniã nec in ueteri testõ, nec in nouo Deus expresè præcepit de infidelium matrimonio. In utroque autẽ euidẽter iubetur, ne fidelis cum infideli coniugium ineat. Dicimus quoq;, quòd licuit Fornicatio spiritualis.
fideli coniugi dimittere infidelem secundũ iustitiã p infidelis fornicationẽ spiritualem, quæ maior, & peior est in corde, quàm carnalis, in corpore. At tamen non prohibuit dominus habitationem fidelis cum infideli, nec præcipit diuortium. Vnde propter liberam beneuolentiam, seu mutuam dilectionem non decuit fidelem dimittere infidelem. Vnde in casu tenebatur ei cohabitare: non tamen do minus hoc præcepit, quia licitum fuit in genere, non tamen semper agendum. Tunc omni (ut asserit Augustinus) licitum non est faciendum, quando non expedit: quemadmodum licitum fuit Apostolo Paulo accipere sumptus ab his, quibus prædicauit: non tamen expediebat propter eos, qui cõtra eum occasionem quærebant. Si autem coniunx 1. Corin. 9.
infidelis sit contumeliosus in Christum, nec admonitionibus acquiescens, sed infidelitate obstinatus tenetur coniunx fidelis eum dimittere. Hæc Antisiodorensis, qũi multa conscribit, qui in doctoribus posterioribus clarius sunt conscripta.

¶ Itaq; Thomas super his loquitur. Primò respõdendo ad istud, utrum fidelis possit cũ infideli contrahere: Principale bonum matrimonii, est proles ad Dei obsequium educanda. Cũq; educatio prolis fiat communiter per patrem, & matrem, uterq; secundũ fidem suã prolem educare intendit, ideo si diuersæ sint fidei, erit intentio unius cõtraria intentioni alterius: ficq; non erit inter eos conueniẽs matrimonium, idcirco disparitas cultus præcedẽs matrimonium, impedit ipsum ne contrahi possit. Et si obijciatur de Esther Iudæa & Assuero Pagano Esther.
dicẽdum, p in ueteri lege de aliquibus infidelibus fuit permissum Iudæis inire cum illis coniugia, & de quibusdam prohibitum Specialiter enim fuit prohibitum de Chananæis cohabitantibus, quos propter eorum obstinationem dominus iusit occidi, nẽ coniuges & proles Israelitas ad idololatriam traherent. De aliis uero fuit permissum, de Exo. 34. Gene. 40
quibus nõ fuit tale periculũ: ficq; Moyses, Ioseph, & cõsimiles cum infidelibus contraxerũt. In noua autem lege per totum orbem diffusa, similis rõ est p hibitiõis de ifidelibus uniuersis. Idcirco disparitas cultꝰ p cedẽs mrimoniũ impedit p hẽdũ, & tollit p ctũ. Verũ dũ infideles cõuertunt ad fidẽ potue

runt

runt in utraq; lege fideles cũ illis sociari cõiugio. Sed queri potest, utrum catholicus cum hæretica contrahens ineat, & habeat cum illa uerum coniu-
Quæstio. gium. Respondendum, quòd matrimonium est sacramentum. ideo quantum pertinet, ad sacramenti necessitatem, requirit paritatem in fidei sacramento, utpotè in baptismo, magis, q̃ quantum ad
Peccatum cõtrahentis cũ hæretica. fidem interiorem. Vnde etiam hoc impedimentũ non dicitur disparitas cultus, qui respicit exterius obsequium. ideo si fidelis cum hæretica contrahat uerum est matrimonium, quamuis peccet, si sciat eam esse hæreticam: sicut peccaret, si cum excommunicata contraheret. Ecõtra quoq; si catechumenus rectam fidem habens, nondum baptizatus, cum fideli contraheret baptizata, non esset matrimonium uerum. Itaque disparitas cultus contraria est matrimonio, quo ad principale bonum eius quod est bonum prolis.

Quæstio. ¶ Consequenter respondet ad hoc, utrum inter infideles ualeat esse coniugium: Matrimonium, inquiẽs, principaliter est institutũ ad bonũ prolis, nõ solum generandę (quia hoc sine matrimonio fieri posset) sed etiam promouendæ ad statum perfectum. Nam quælibet causa naturaliter intendit suũ effectum perducere ad perfectum. In prole autem est duplex consideranda perfectio, non solum quã tum ad corpus, sed etiam quo ad animam, per ea quæ animam, per ea, quæ sunt de lege naturę. Secũ-
Perfectis ſi prole cõſiderãda duplex. da est perfectio gratiæ. Prima autem perfectio est naturalis, & imperfecta, respectu secundæ. Cumq; res ordinatę ad finem, proportionatæ sint fini, matrimonium, quod tendit ad primam perfectionem materiale, & imperfectum consistit respectu matrimonii, quod tendit, ad perfectionem secundam. Et quoniam prima perfectio communis est fidelibus ac infidelibus, secunda uerò est tantum fidelium, ideo, inter infideles est matrimonium quoddam imperfectum carens ultima sua perfectione, quam habet inter fideles: & ita matrimonium est apud infideles, prout est officium naturæ, non prout est sacramentum ecclesiæ. Hinc si infideles, coniugati cognoscant seinuicem propter prolem, in qua spe cies conseruetur, & propter debitum coniugale, non peccant, cum hoc sit iustitiæ naturalis, & temperantiæ, quæ in delectabilius tactus debitas circũ stantias seruat; sicut non peccant exercendo actus aliarum politicarum uirtutum, & ea, quæ sunt legis naturæ, nisi referant ad finem peruersum.

Quæstio. ¶ Præterea dum quæritur, an coniunx conuersus ad finem, possit manere cum illa, quam in infidelitate accepit, nolente conuerti ad fidem: dicendum, quod fides eius, qui in matrimonio est, non soluit, sed perficit matrimonium. Cũq; inter infideles sit matrimonium uerum, sicut iam dictum est, idcirco ex hoc, quod alter eorum ad finem conuertitur, matrimonij uinculum non soluitur: sed inter dum, uinculo permanente, soluitur marrimonium quantum ad cohabitationem, & debiti solutionẽ in quo pari passu currunt infidelitas & adulteriũ. Hinc sicut uir innocẽs potest manere cum adultera spe correctionis, non autem si in crimine maneat obstinata, quamuis etiam cum spe correctionis possit libera eam dimittere. sic fidelis potest cũ infideli manere spe conuersionis, si eam in infide-
1. Cor. 7. litate non uiderit obstinatam, & benefacit ita agendo: non tamen tenetur. ió de hoc est consiliũ Apostoli, ut sic agat. Deniq; tempore Apostolorũ, ac primitiuæ ecclesiæ passim conuertebant ad fidẽ Iudæi, atq; Gentiles. ideo tũc uir fidelis poterat spem habere probabilẽ de conuersione infidelis uxoris, & ita manere cũ ea quousque experiretur an fieret obstinata. Postmodum cœperunt Iudæi grauiùs indurari, quàm gentiles, idcirco ex tunc tutum non fuit uiro fideli manere cum infideli Iudæa, nisi conuersionem promitteret: Adhuc tamẽ Gentes intrabant ad fidem tempore martyrum, & Constantini imperatoris; pp qđ poterant uiri credentes manere cum uxoribus gentilibus perfidis, sub spe conuersionis illarum. Nunc autem parifor miter induratæ sunt. ió non permittitur coniunx credens cum incredula manere uxore, nisi illa uelit converti. Verũ his obiici põt, primò: quoniam matrimonium, quod inter fideles perfectiùs cõtrahitur est perfectiùs coniugio incredulorum: sed si fideles contrahant in gradu ab ecclesia prohibito, parantur ergo, & infideles taliter contrahentes, si conuertantur, & ita uir fidelis non poterit permanere cum uxore, quam in infidelitate contraxit in gradu prohibito. Secundò, quidam increduli, iuxta ritum legis suæ simul plures habent uxores: ergo si conuersi quęunt cum illis manere habebunt licitè multas uxores. Tertiò, contingit, quòd gentilis uxore prima repudiata, excipiat aliam, atq; in illo matrimonio conuertatur, ergo saltẽ in hoc casu non potest cum secunda manere conuersus. Et respondendum ad primum, quòd infideles nõ baptizati, nõ sunt adstricti ad statuta ecclesiæ, sed ad statuta iuris diuini ideo si contraxerint in gradu lege diuina prohibito in Leuitico, nisi cõuertatur uterq;, seu alter tantum non ualent in tali manere coniugio. Si autem contraxerint in gradu ab ecclesia uetito, possunt commanere si ambo cõuertantur: & item si unus conuertatur, & sit spes de conuersione alterius. Ad secundum, quòd plures habere simul uxores, est contra legem naturæ, ut dictum est, ad quã ẽt infideles tenentur, id circo nõ habet uerum connubiũ; nisi cum illa, quam primò duxit. Hinc si cum pluribus uxoribus conuertat, debet solum primam tenere, aliasq; relinquere, qđ si prima conuerti noluerit. & aliqua aliarum uelit conuerti, habet idẽ ius contrahendi cum illa, qđ cum quacunq; alia, ut statim dicetur: Ad tertium, qñ repudiare uxorẽ est contra legem naturæ, & uiro illicitum, ideo conuertatur, tenetur primam habere, si illa uelit cõuerti: quod si non uelit, facere debet sicut in casu præcedenti.

¶ Quæritur rursus, an fidelis conuersus possit relinquere cõiugẽ infidelẽ, nõ uolentẽ sibi cohabitare, sine contumelia creatoris. Respondetur, quòd secundum aliam hominis uitã diuersa competunt atq; expediunt ei. Idcirco qui moritur uitæ priori non tenetur ad ea, ad quę tenebatur in uita illa, p pter qđ, qui in seculari uita aliqua uouit, non tenetur ad illa religionem ingressus. Cumq; homo regeneretur in baptismo, infidelis dum baptizatur moritur prorsus uitæ priori. Vnde uxori non uolenti conuerti, non tenetur cohabitare, nec debitũ reddere: quamuis in aliquo casu id facere possit, quemadmodũ religiosus si uult, põt ea q̃ uouit in seculo, implere ī claustro, si cõtra religionẽ suã nõ sint. Itaq; dispariras cultus facit personã simpliciter illegitimam, nõ conditio seruitutis. Si aũt quæratur, quid fiet de taliũ coniugalium prole: dicendũ qđ p ples, aut puenit ad ætatem pfectã, & tũc liberè seq potest patrẽ fidelem, seu matrẽ infidelẽ. Si uerò fuerit minoris ætatis, dandus est patri fideli, non obstãte quod indigeat educaria matre.

¶ Præterea q̃ritur, an liceat uiro discedẽti ab uxo

re

[Quæstio.] re incredula,ducere aliam.Dicendum quod si infidelis coniunx uult cohabitare uiro conuerso sine contumelia creatoris,& sine hoc,quod ad infidelitatem conetur reducere uirum,potest uir libere ab illa discedere:tamen ita descedens, non põt aliam in uxorem accidere. Si autem illa non uelit cohabitare tali uiro sine iniuria creatoris, & sine blasphemia, tenetur uir illam dimittere, & aliam potest accipere. Et si obijciatur, ꝙ matrimonium est indissolubile,respondendum, ꝙ matrimonium infidelium est imperfectum. [Obiectio.] Matrimonium uerò fidelium firmius. Firmius autem uinculum soluit minus firmum,si fit illi contrarium.ideo matrimonium postea in fide Christi contractum,dissoluit illud infirmius:sicque matrimonium infidelium nõ est in se ratum,ac firmum, sed postmodum per fidem Christi ratificatur. Nec blasphemia uxoris incredulæ soluit uinculum matrimoniale inter uirũ conuersum, & ipsam quoadusq; uir ille acceperit aliam.imo si illa interim conuerteretur, redderet ei uir suus: si uerò illa in sua infidelitate permanserit,non potest alium accipere uirum, uiro conuerso uidente.& si postea conuertatur,potest ei dispẽsatiuè concedi,qđ alteri uiro fideli nubat, si prior eius maritus iam aliam duxit.Deniq; si post uiri cõuersionẽ existat probabilis spes de cõuersione uxoris,non debet uir continentiæ uotum emittere, neque ad aliud transire coniugium:quoniam mulier difficiliùs conuerteretur,sciens,se suo uiro priuatam.Si autem non sit spes de conuersione uxoris, potest uir ad sacras ordines,seu ad religionem accedere,requisita priùs uxore, quòd conuertatur, quòd si conuertatur uiro religionem ingresso,aut ad ordines sacros promoto,non est ei uir reddendus:sed debet sibi imputare in pœnã suę tardæ cõuersionis,quòd uiro suo priuatur. Sed rursus obijci potest.Nam filius patre conuerso manens in infidelitate,priuatur,sua hæreditate,quæ tamen ei restituitur si conuertatur,etiam si alius in eius possessionem intrauit:ergo à simili,si uxor infidelis postea conuertatur,reddetur ei uir suus,quamuis duxerit aliam.Dicendũ,quòd uinculũ paternitatis nõ soluitur per disparem cultum sicut coniugij uinculum,ideo non est simile,de hæreditate,& uxore.

[Quæstio.] Postremò quæritur, an alia quoq; uitia soluant matrimonium,quemadmodum infidelitas. Et qđ imo,uidetur per Magistrum in litera.item: quoniã omne mortale est fornicatio spiritalis,sicut infidelitas Auaritia ẽt idololatria appellaẽ, & superbia fertur esse apostasia a Deo. Et rñdendũ, qđ adulterium,& infidelitas specialem habent contrarietatẽ ad matrimonium,ideo specialiter asseruntur matrimonia separare,iuxta intellectũ præhabitũ,cũ tamen nullum eorum separet matrimonium iam ratificatum,quantum ad uinculum: sed solui potest, quãtum ad debiti redditionẽ,per adulteriũ,& infidelitatem.Propter alia aũt peccata non soluit:nec quantũ ad actũ,nisi uir se uellet subtrahere ad tempus à ꝯsortio uxoris ad castigationẽ ipsius,subtrahendo ei præsentiæ suæ solatium. Quamuis etiam adulteriũ magis contrarietur matrimonio, prout est officium naturæ: infidelitas tamen plus ei contrariatur,inquantum est sacramẽtum ecclesiæ.Nec alia peccata dicuntur tam intensè, ac propriè fornicatio,ut infidelitas, quæ & idololatria nuncupatur. Infidelitas enim opponitur fidei, per quam primò desponsatur anima Deo. Verba demum Magistri in litera sunt de sponsalibus intelligenda, q̄ propter superueniens crimen possunt dissolui, uel si de matrimonio loquitur,intelligenda sunt de separatione à mutua conuersatione ad tempus, uel quando non uult viro cohabitare, nisi sub conditione peccandi. Hæc Thomas in Scripto.

[Petrus.] ¶Concordat Petrus per omnia.addẽs quòd ante legem Moysi licuit passim fideli cum infideli cõtrahere, quia nondum fuit prohibitum.

[Richardus in Thomã.] ¶Richardus demum prædictis consentit, quantum ad ipsas conclusiones. Rationem uerò assignatam,cur fidelis cum infideli cõtrahere nequeat improbat: quia eadem ratione nec cum hæretica posset contrahere,ideo aliam ponit causam, dicendo,quia non decet Christianum cum ea contrahere matrimonium,in qua non esset ratio sacramenti.In matrimonio autem cum infideli non baptizato non esset ratio sacramenti, quia non posset habere rationem sacramenti,ex parte coniugis unius & non alterius.Qui autem baptismum non suscepit, nullum aliud sacramentum accipere potest, qua propter non teneret matrimonium inter baptizatum,& non baptizatum,etiam si omnes fidei articulos crederet. Insuper si coniunx hæreticus uel hæretica permanet obstinatus in sua perfidia, coniunx tenetur fidelis ab ea discedere, quantum ad cohabitationem,& thorum,propter subuersionis periculum,& ne uideatur tantæ criminositatis turpitudinisq; patronus.Hæc Richardus.

[Bonauen. quæstio.] ¶At uerò Bonauentura hic sciscitatur, utrum matrimonium ante baptismum ponat in numerum cum matrimonio post baptismum.Respõdet, In hac quæstione beatus Hieronymus, & sanctus Augustinus fuerunt contrariæ opinionis: [Hierony. Aug.] quia secundum Hieronymum tota uita infidelium est peccatum,& quod non habent matrimonium uerum, imo eorum coniugium sit peccatum,ideo baptizatis ipsis non imputatur,nec computatur, sed omnino in baptismo deletur, sicut & cætera ueteris hominis opera.Augustinus uerò sensit, quòd infidelium coniugia quamuis non meritoria,non sint tamen illicita,imo bona ex genere:qm̃ Deus ea instituit,naturale ius dictat, atq; Apostolus roborauit consulens coniugem ab infideli coniuge non recedere. [1. Cor. 7] imò coniugia illa in baptismate non delẽtur. Vnde & bigamus est,qui unam habuit ante baptismum,& aliam post baptismum.Cumq; motiua Augustini rationabiliora sint,ecclesia ei consentit.Hieronymus uerò opinatiuè magis, quàm assertiuè locutus est.Hæc Bonauentura.

¶Scripta uero Alb.in dictis Tho. cõpræhendunẽ.

De cognatione carnali, & spirituali, & priùs de carnali. Distinctio. XL.

NVnc sup de est cognatione aliqd dicere. Est aũt cognatio alia carnalis, alia spũalis. Primũ de carnali cognatiõe & affinitate ĩspiciamus.Cognatiergo uel affines in septimo gradu, uel infra copulari nõ debẽt: Vñ Greg. Progeniẽ suã unumquemque usq; ad septimã obseruare decernimus generationẽ:& quamdiu se agnoscũt affinitate ꝓpinquos,ad cõiugalem copulã accedere

dere denegamus, qđ si fecerint,separenẽ.Itẽ Nicolaus Papa: De ꝯsanguinitate sua nullꝰ uxorẽ ducat,usq; post gñationẽ septimã,vel quousq; parẽtela cognosci põt. Itẽ. Nulli ex ꝓpinqtate sui sanguinis usq; ad septimũ gradũ uxores ducãt.His auctoritatibus alijsq; pluribus,consanguineorum coniunctiones prohibentur usq; ad septimum gradum.

[Nicolaꝰ. papa ibidem c. de cõsanguinitate. Ex cõcilio Lugdunẽsi ibidem. c. nulli. Isidorꝰ li. 9 Ethimologiarum cap. 52 hr̃ 35. q. 5. c. series.]

De computatione graduum consanguinitatis.

Quomõ aũt gradus consanguinitatis cõputandi sint,Isidorus ostẽdit sic: Series cõsanguinitatis sex gradibus dirimiẽ hoc mõ. Filius,& filia,qđ est frater,& soror, sit ipse truncus. Illis seorsum seiunctis,ex radicè illius trunci egrediuntur isti ramasculi: Nepos,& neptis,primꝰ: ꝓnepos,& ꝓneptis,scđs: abnepos,& abneptis,tertius adnepos, & adneptis, quartus trinepos,& trineptis,qntus: trinepotis nepos,& trinepotis,sextus: Attẽde, ꝙ sex gradus tñ ponit Isidorus,qa truncũ inter gradus non cõputãt. Alij verò,q septẽ gradus ponũt,truncũ inter gradus cõputãt. Varię nãq; cõputantur gradus ꝯsanguinitatis. Alij eũ patrẽ in primo gradu,filios in scđo ponunt. Alij primũ gradũ filios appellãt,negantes gradũ cognationis inter patrem,& filiũ esse,cũ una caro sint pr̃, & filius. Auctoritates ergo,q̄ ꝯsanguinitatis cautelã usq; in septimũ gradũ ꝓhibent,patrem ponũt in primo gradu. Illi uerò,q vsq; ad sextum gradũ ꝓhibent,primũ gradũ filios appellant,atq; ita fit ut eędem personæ scđm hanc diuersitatem inueniantur in sexto,& septimo gradu. Patrem verò in primo gradu ponit,q fratres dicit esse scđm gradũ. Hoc mõ computat Zacharias papa,inquiens: Parentelę gradus taliter computamus: Ergo,& fratres meꝰ una generatio sumus,primũq; gradũ efficimus. Rursus,filius meus, & fratris mei filius, secunda generatio sunt,& ſm gradũ faciunt,atq; ad hunc modum cæterę successiones. Inter illos verò,qui sex computant gradus,& illos,qui septem computant gradus,nulla in sensu existit diuersitas,quamuis in numero graduum uarietas uideatur. Vltima enim generatio,si a fratribus sumat initium numerandi,septima inuenitur.

[Zacharias papa ibi. c parẽtela l. 9 ethi. Isid. c 5 35 q 4 ca. consanguinitas.]

Quare sex gradus computantur.

Quare verò sex computet Isidorus,ipse aperit,dicens: Consanguinitas dum se paulatim ꝓpaginum ordinibus dirimens,vsq; ad ultimũ gradũ ꝑtraxerit,& ꝓpinqtas esse desierit,tunc primũ lex in matrimonii uinculũ eã recipiet,& quodãmõ incipiet reuocare fugientẽ. Iõ aũt vsq; ad sextũ generis gradũ ꝯsanguinitas ꝯstituta est,sicut sex ætatibus mundi generatio,& hoĩes status finitur,ita propinquitas generis tot gradibus terminetur. In his sex gradibus oĩa propinquitatum noĩa ꝯtinentur,vltra quos,nec affinitas inueniri,nec successio põt ampliũs* prorogari alios septẽ gradus iõ computãtur, ita ut post septẽ gradus sponsus sponsæ iungatur,sicut post hanc uitã, q̄ septẽ diebus agitur, ecclesia Chro iungetur. His aũt occurit illud, quod Gregorius Aug. Anglorũ episcopo a quo requisitus fuerat,quota generatione debeant copulari,rescirbit sic: Quędã lex Romana permittit,ut siue fratris,vel sororis,seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius,& filia misceantur, Sed experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Vñ necesse est,ut quarta,uel quinta generatio fidelium licenter sibi coniũgaẽ. Sed post multum tp̃is idẽ Gregorius a Felice Messanæ Siciliæ pręsule requisitus,utrum Augustino scripserit,ut Anglorum quarta generatione ꝯcta matrimonia non soluerentur,inter cætera talem redidit rationem. Quod scripsi August. Anglorum episcopo: ipsi etiam Anglorum,gentique nuper ad fidem uenerat ne a bono,quod cœperat,metuendo austeriora recederet,specialiter, & non generaliter me agnoscas scripsisse. Nec ideo hæc eis scripsi,ut postquam in fide fuerint, solidati, si inter propriam consanguinitatem inuenti fuerint non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est, usque ad septimam generationem iungantur.

[alias * pro pare.]

[Summa distinctionis. XL.] NVnc de impedimento matrimonij, quod ex cõsanguinitate oritur,tractat Magister declarando quid sit consanguinitas ipsa, & de gradibus eius,&sq; ad quãtũ gradũ impediat,qualiter etiam diuersi diuersimodè gradus hos computent.

QVAESTIO I.

Quæritur ergo, *Quid sit consanguinitas. & cur impediat matrimonialem coniunctionem, & usque ad quotum gradum.*

[Bonauen.] ¶Circa hæc scribit Bonauentura: Ad intelligẽtiã horum primo procedendum est ſm uiam narrationis,secundò pene uiam inquisitionis,tertiò præponenda est triplexdiffinitio,& notula seu regula triplex. Primò ergo videndũ quid sit consanguinitas, quæ sic diffinitur: Consanguinitas est uinculũ personarum ab eodẽ stipite descendẽtium,carnali propagatione contractum. [Cõsanguinitas quid] Stipes aũt uocatur persona, à qua aliqui duxerunt originem,atq; a qua descendentes consanguinei sunt adinuicẽ, & illi etiam à quibus sunt. Secundò videndum quid sit linea consanguinitatis,quæ taliter diffinitur. Linea est ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum,ab eodem stipite descendentium, diuersos continens gradus. [Lineæ cõsanguinitas. definitio] Et aptè dicitur ordinata coniunctio. Nam sicut in linea prædicamentali est ordo secundum superiùs,& inferiùs,sic in linea consanguinitatis secundum priùs, & posteriùs, & transuersalium. Cumque ordo possit considerari ad id,quod est supra,& ad id,qđ infra,& ad id, qđ

iuxta,iō tres lineæ communiter aſſignantur. Vna aſcendentiū,ſecunda deſcendentiū,tertia tranſuerſaliū. Secundum lineam aſcendentem computant̃ ſic gradus,pater mater,auis auia,proauus proauia, attauus attauia.Secundum lineam deſcendentem, filius, & filia,nepos,& neptis,pronepos,& ꝓneptis, abnepos, & abneptis. Secundū lineam tranſuerſalē, duo fratres,filij,uel filiæ duorum fratrū , nepotes, uel neptes duorum fratrum,pronepotes,uel proneptes duorū fratrū,& ibi eſt ſtatus. Tertiò uidendū quid ſit gradus,qui ſic diffinitur. Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarū,qua cognoſcit̃ quota generationis diſtantia perſonæ inter ſe differunt. Hæc aūt diffinitio datur ſm iura Canonica. Nā ſm iura ciuilia,gradus accipiuntur ſm numerum perſonarū collectarum in linea. Vn̄dicunt legiſtę,ꝙ frater, & ſoror duos faciunt gradus,dcretiſtæ uerò,ꝙ unum, & primum.Rationē quoq; huius diuerſitatis dicit, Hugo de conſanguinitate capite.4.Alexander epiſcopus:Inuenimus ob aliam,& aliam cauſam , alterā legū,alteram Canonum,fieri computationem.In legibus namq; ob aliud nihil ipſorum grduum facta eſt mentio,niſi ut hæreditas,uel ſucceſſio ab una perſona ad alteram inter conſanguineos deferatur. In Canonibus uerò ob hoc progenies cōputatur, ut apertè oſtendatur,vſque ad quotam generationem conſanguineis ſit à nuptijs abſtinendum. Ibi præſcribitur,ut hærediras propinquis modo legitimo conferatur:hic uerò,ut ritè,atq; canonicè inter fideles nuptiæ celebrentur.Porrò in legibus gradus non numerantur diſtinctè,niſi vſque ad ſextum gradum.In canonibus vſq; ad ſeptimā diſtinguitur generationem.Hac ergo de cauſa,quia hæreditates nequeunt differri niſi ab una perſona ad alteram,curauit ſecularis imperator in ſingulis ꝑſonis , ſingulos præfigere gradus:Quoniam uerò nuptiæ non ualēt fieri ſine duabus perſonis,ideo ſacri canones duas in uno gradu conſtitunt perſonas. Vtraque tamen computatio,ſi attentè fuerit,ſubtiliterque perſpecta,idem ſenſiſſe,& eandem eſſe,& ad eundem terminum conueniſſe,erit maniſeſtū.Iuſtinianus nāq; vſque ad quem gradum perduret,in ſuis legibus nō diffinit.Canones uerò ultra ſeptimā nullam numerant generationem.Septimo quippè gradu determinato in legibus ſuis,ſubintulit: Hactenus oſtendiſſe ſufficiat,quemadmodum cognationis gradus numeretur. Ex his etenim palam eſt intelligere,quēadmodum ulteriores gradus numerare debeamus. Enumerata namque perſona,addit gradum.Fratres itaque , qui ſecundum ſeculares leges dicuntur eſſe in gradu ſecundo , ſecundum canones ſunt in primo . Filij fratrum ibi in quarto , hic in ſecundo . Nepotes ibi in ſexto , hic in tertio. Sumptum eſt hoc ex triceſimaquinta quæſtione quarta.Nec eſt contradictio, quia unius habitudinis duo ſunt extrema. Et quia ſecundum iura canonica,gradus eſt habitudo , & duplicis extremi una ſit habitudo,ponit̃ unus gradus :ſed quia ſunt duæ perſonæ,& quælibet ſuum habet reſpectum ad principium,ideo ſecundum leges computātur duo gradus.

Gradus cō ſanguinitatis quia.

35. q. 4 ca. Cōſanguinitas.

HIs uiſis,notandæ ſunt tres notulæ ſeu regulæ. Prima eſt,quòd nulli licèt contrahere cum aliqua uſque ad quartam gradum incluſiuè, contra, quam prohibitionem ſi quis præſumpſerit copulari . coniugio , irritum habeatur . Secunda regula eſt , quòd toto gradu perſonæ deſcendentes à ſtipite , diſtant ab inuicem , quoto gradu diſtant à capite , & cætera . Tertia eſt , quando perſonæ inæqualiter diſtant à capite , vtpotè una in gradu ſecundo,alia in quinto , tunc linea conſanguinitatis,& gradus computandi ſunt ſecundum diſtantiam magis remoti,& cętera.

Quæſtio.

¶Itaque dum quæritur , utrum conſanguinitas ſit vinculum:dicendum , quòd conſanguinitatem eſſe uinculum,nemo dubitat,ſed vnde proueniat, dubitationem, controuerſiamque habet. Quidam enim dixerunt hoc uinculum in hominibus tantū. non in beſtiis eſſe,propter ueritatem humanæ naturæ,quę tota fuit in uno propter quod & originale peccatum in omnes deſcendit, quod ſi ita eſſet,cur ergo, & tu non eſſemus fratres in primo gradu, cum tota ſubſtantia carnis meæ, ac tuæ in Adam extiterit?Hæc quoque opinio improbata eſt ſuper ſecundum.Hinç alia eſt poſitio,quod conſanguinitas eſt expropagatione carnali proueniens in hominibus, ita quòd duo faciunt uinculū iſtud , puta relatio ad eandem originem , & naturalis affectio. Relatio ad eandem originem:tum ſicut ad materiale principium,quia de ſanguine eiuſdem hominis generantur:tum ſicut ad principium effectiuum: quoniam ſimul cum ſemine illo diſcinduntur ſpiritus,& uirtus formatiua,quę naturam aſſimulat,propter quod communiter proles aſſimulatur parentibus,ſecundum quod uirtus illa in operando eſt fortior. Eſt itaque conſanguinitas habitudo quædam ramorum ad ſtipitem, & econtra. Cumque natura humana connoſcitiua ſit talis originis etiam in particulari,& naturaliter adhæſiua,ideo dicitur ibi eſſe uinculum conſanguinitatis,ſed quia hæc uirtus aſſimulatiua deficit in ſucceſſione per admixtionē extranei ſanguinis,deficit quoque cognatio propinquitatis,ac naturalis affectio:ſicque uinculum conſanguinitatis intantum protenditur,quantum propagatio iſta.In brutis uerò cognitio talis non eſt, nec alligatio,niſi quantum ad matrem , & fœtum, & hoc modico tempore, ſcilicet quamdiu enutritio durat.ideo non eſt in ipſis uinculum conſanguinitatis. Et hæc dico de naturali affectione , ſecundum aptitudinem magis , quàm ſecundum actum. Vnde , qui puta aliquem ſibi eſſe extraneum , qui tamen eſt frater eius , non magis ad eum afficitur,quàm ad alienum.Mox uerò, ut agnoſcit, quòd frater ſit ſuus , naturali affectione trahitur ad eundem,& ei quaſi quodam uinculo alligatur. Hinc conſanguinitas nominat uinculum ſecundum proprietatem non abſolutam,ſed relatiuam. Porrò dum quæritur,an & cur conſanguinitas ſit matrimonii impeditiua:dicendnm,quòd uinculū conſanguinitatis in aliquo ſuo gradn impedit matrimonium ex dictamine legis naturalis , & in aliquo gradu ex prohibitione legis diuinæ , atque in aliquo ex ſtatuto eccleſiæ. Nam inter patrem , & filiam , & inter matrem , & filium apud omnes naturali dictamine impedit illud , & hoc propter reuerentiam , & honorem , qui à prolibus exiberi debent parentibus.Tum propter generationis ſucceſſionem,quæ procedere non retrocedere debet.Hinc non debet proles ſuo principio (ideſt parenti) miſceri , ut gignat. Ex prohibitione demum legis diuinę, impedit conſanguinitas matrimonium vſque ad gradum ſecundum,& hoc,quoniam mulierem cognoſcens, releuat turpitudinem eius,& diſcooperit ignominiam eius, quod non decet fieri perſonæ ita propinquæ .Ex ſtatuto quoque eccleſiæ impedit vſque ad quartum membrum incluſiuè,& hoc propter amicitiam dilatandam.Propinque namque aliunde ſatis amantur . Vnde deci-

Roma.

Quæſtio.

Leuit. 18

Aug. 35 q. 1. c. Igitur.

decimo quinto de ciuitate Dei loquit̃ Auguſt. Habita rectiſſima rō charitatis,ut ut hoīes quib⁹ utilis & honeſta conſiſtit ꝯcordia , uinculis diuerſarum neceſſitudinum necterentur,ne unus multas haberet in uno,ſed ſingulæ ſpargerentur in ſingulas , ac ad ſocialem uitam diligentiùs colligendam plurimæ plurimos obtinerent. Videtur etiam copula perſonarum ualde propinquarum bono matrimonij, id eſt,proli obeſſe,cum dicat Gregorius: Experimēto dicimus ex tali copula non poſſe ſuccreſcere ſobolem.Impedit etiam maius bonum,id eſt,uinculū affinitatis,quæ inde contracta eſt ratio mutuæ amicitiæ inter multos.

Gregori.

¶Deniq; ſm tpa noſtra prohibetur matrimoniū in conſanguinitate,uſq; ad quartum gradum incluſiuè,ut patet extra de conſanguinitate, non debet, in Decretali edita in concilio Lateranenſi,ubi eccleſia ſtatuit iſtud:quoniam potuit, & congruum fuit ac utile,imò & neceſſe. Quod potuit, patet ex hoc, ꝙ in principio conſtitutionis matrimonij duæ tm̄ perſonæ excipiebantur,uidelicet pater,& mater,iuxta illud Geneſis:Relinquet hō patrem, & matrem. Poſtmodum in lege Moyſi plures perſonæ fuerunt exceptæ.Cū ergo lex Chriſti abūdet prę lege Moyſi, debuerunt in lege euangelica excipi plures, quàm in lege Moyſi.Chriſtus autem in propria perſona non excepit,ergo auctoritatem excipiendi,& determinandi perſonas huiuſmodi,reliquit eccleſiæ ſuæ, & maxime principi eius,videlicet Papa,quòd attendentes ſancti patres, exceperunt plures perſonas. Huius quoque commiſſionis iſta eſt ratio: quōniam ſacramentum hoc in quodam conſiſtit contractu, qui eſt perſonæ ad perſonam . Vnde cum Chriſtus plenam iuriſdictionem contulerit Porrò ſup ſpiritualia,etiam maiorem , quàm imperatori,ac regibus ſuper tēporalia . Et imperatores, ac principes limitare poſſunt, ac ordinare temporales contractus,quid mirum,ſi eccleſiaſtico principi,& eccleſiæ multo magis dedit poſſe determinare legitimas perſonas ad contrahendum connubia? Fuit etiam congruum : quoniam conſanguinitas ortum habet a propagatione ,propagatio ex ſemine,quod habet in ſe naturam quatuor humorum,ac quatuor elementorum. Hinc conſanguinitas ante quartam generationem terminari non debet,quemadmodum ergo corpus quatuor conſtat elementis, ſic conſanguinitas quatuor gradibus debet extendi.Et lex Chriſti plures perfectionis debet addere ſupra legem Moyſi , quàm lex Moyſi ſupra legem naturæ . Cumque lex Moyſi ſupra legem naturæ addiderit unum gradum congruebat in lege Chriſti duos ad minus adijci gradus Fuit , & utile : quoniam uinculum matrimonij ratione affinitatis , quæ ibi contrahitur, fouet charitatem,& fœderat inimicos,quod potiſſimè iam utile fuit , quando charitas in multis refriguit. Fuit item neceſſe.Nam propter multitudinem conſanguineorum , & paucitatem annorum uitæ præſentis, erant perpauci , qui conſanguinitatem poterant uſque ad gradum ſeptimum numerare,& ex hoc oriebatur periculum maximum in matrimoniali contractu multorum , qui infra gradus prohibitos contraxerunt.Ideo ſtatutum illud Gregorij de protractione uſque ad ſeptimum gradum oportuit retractare,cum homines iam decreſcant in uitæ duratione , & creſcant in libidinem . In homine autem ſex aſſignantur ętates . Prima eſt infantia , uſque ad ſeptimum annum . Secunda eſt pueritia , uſque ad quartum decimum annum Tertia adoleſcentia , uſque uiceſimum quintum, vel ſecundum alios uſque uiceſimoctauum. Quarta iuuentus,uſque quinquageſimum annum.Quinta ſenectus,uſque ſeptuageſimum.Sexta ſenium ſeu decrepita,vel ueterana,uſque in finem uitę. Hæc Bonauentura.

Gen.

Matt. 24.

Gregor. 35.q.2.c. De affin.

Thomas. Ariſtotel.

¶Ad uerò Thomas:Omnis,inquit,amicitia ſecundum Philoſophum.8.Ethicorum , in quadam communicatione conſiſtit.Et quoniam amicitia eſt ligatio quædam ſeu unio, ideo communicatio , quæ eſt amicitiæ cauſa, dicitur uinculum. Hinc ſecundum quamlibet communicationem denominantur aliqui colligati adinuicem,ſicut dicunt conciues,qui communicationem habent politicam , & commilitones,qui in negocio communicant militari.Eodem modo conſanguinei nuncupatur , qui in communicatione conueniunt naturali.Vnde cōſanguinitas diffinitur uinculum aliquorum,& cœtera. Eſt enim quædam propinquitas in naturali communicatione fundata ſecundum actum generationis,qua propagatur natura. Vnde ſm Pphiloſophum.8.Ethicorum, cōmunicatio iſta eſt triplex. Vna ſecundum habitudinem principij ad principiatum,& hæc eſt conſanguinitas patris ad filium propter quod aſſerit,quod parētes diligunt filios tanq̄ aliquid ſui.Alia eſt ſecundum habitudinem principiati ad principium,ut filij ad patrē.Vnde ait,quod filij diligunt parentes tanquam cauſam ſeu principium ſui eſſe.Tertia eſt,ſecundum habitudinem eorum,qui ſunt ab uno principio, ſicut fratres dicuntur ex eiſdem naſci.Et quoniam punctus ſuo motu lineam facit,& pater per propagationem quodammodo deſcendit in filium,ideo ſecundum tres habitudines iſta ſumuntur tres lineæ conſanguinitatis, videlicet linea deſcendentium ſecundum habitudinem primam,linea aſcedentium penes ſecundam, linea tranſuerſalium iuxta tertiam. Sed quia propagationis motus non quieſcit in termino uno , ſed ultra progreditur,idcirco contingit accipere patrē patris,& filium filij,ſicq; deinceps,atque ſecundum hos diuerſos proceſſus,diuerſi gradus inueniuntur in linea una,& cętera.prout ſupra.Linea uerò non ſumit̃ hic prout eſt ſpecies quantitatis,ſed pro his, q̄ linealiter diſponuntur,& prout aſſignatur in numeris linea,& figura, ſecundum quod unitas poſt unitatem ponitur in aliquo numero, ſic etiam quælibet unitas addita,gradum facit in linea tali , & ita eſt de linea conſanguinitatis propter quod una linea plures continet gradus.

Philoſophus.

¶Deniq; ſicut albedo dr̃ maior dupliciter,primò intenſiuè,ex ipſius qualitatis uigoratione:ſecundò extēſiuè,ex ſubiecti ſeu quātitatis maioritate:ita cōſanguinitatis dr̃ maior.primò intenſiuè, ex natura conſanguinitatis ſecundò extenſiuè , & ſic quantitas ꝯſanguinitatis menſurat̃ ex perſonis , inter quas propagatio conſanguinitatis procedit,& hoc ſecūdo modo gradus in cōſanguinitate diſtinguit̃.Hinc contingit,quod aliquorum duorum,qui ſunt in eodem gradu conſanguinitatis reſpectu alicuius perſonæ,unus ſit magis conſanguineus,quàm alter,cōſiderando primam quantitatem conſanguinitatis, ſicut pater,& frater attinent alicui in primo gradu conſanguinitatis, quia extra parte incidit perſona media.Attamen intenſiuè loquendo , magis attinet filio pater ſuus,quàm frater ſuus: qm̄ frater nō attinet ſibi,niſi inquantū eſt ex eodē patre, iō quanto aliquis eſt propinquior cōmuni principio à quo cōſanguinitas deſcendit,tanto eſt magis conſanguineus,quamuis ſit in gradu propinquiori.

¶Porrò dū quæritur,an consanguinitas de iure naturali impediat matrimoniū: Dicendū, quòd sicut præhabitū est,illud de iure naturali impedit matrimoniū, per quod matrimonium redditur incompetens fini,ad quem ordinatur. Finis aūt matrimonij primò,& per se est bonū prolis,quod per aliquā consanguinitatem inter patrē,& filiam, & inter matrē,ac filium non totaliter aufertur,quia filia ex patre pōt concipere,& cum illo prolem nutrire,ac informare:sed non mō conuenienti fieret. Inordinatum est enim,ut filia patri iungatur in sociā, cui debet per omnia esse subiecta. Secundus matrimonij finis per se tm̄ est concupiscentiæ represſio,quæ magis accederetur,si liceret cognatis misceri,eò,quòd pariter demorentur: ideo lex illas personas prohibuit matrimonialiter sociari,quæ solent in una domo morari,ut etiam Rabbi Moyses contestatur. Finis uerò matrimonij secundarius, & accidentalis, est hominum confœderatio,& amicitiæ multiplicatio,qui finis impediretur,si inter cognatos liceret coniugium. Conuenienter demum institutum est ultimò ab ecclesia,ne infra quartum gradum, nec in ipso quarto gradu matrimonium contrahatur, quia usq; ad quartam generationem homines uiuere solent,sicq; consanguinitatis memoria non deletur.Vnde,& dominus comminatur, se uisitaturum peccata parentum usq; in tertiā,& quartam generationem in filijs Et quia in qualibet generatione est quædam noua commixtio sanguinis,cuius identitas consanguinitatem facit cum sanguine alieno, & quanto plùs alteri commiscetur,tāto plùs à primò receditur:cūq; sint quatuor elementa.quorū quodlibet tanto faciliùs est alteri commiscibile, quanto est magis subtile:ideo in prima commixtione euanescit identitas sanguinis,quantum ad primum elementum scilicet ignem,quod est subtilissimum, in secunda,quantum ad aerem:in tertia, quantum ad aquam:In quarta quantum ad terram, & ita post quartam generationem conuenienter iteratur carnalis commixtio.ideo instituit ecclesia ita.Statutum autem ecclesiæ non imponit modum præteritis,sed futuris.Ideo si nunc prohiberetur quintus gradus, non ob hoc essent separandi, qui ante licite contraxerunt in gradu illo. Hæc Thomas in Scripto.

Deut. 27. Rabi, Moises.

¶In quibus una cum dictis ex Bonauentura cōtenta sunt,quæ Albertus, Petrus,Richardus, & alij sæpe præfati,de ista scribunt distinctione.

De gradibus affinitatis. Distinctio. XLI.

De impedimento matrimonij, quod venit ex propinquitate carnali quæ est affinitas. Greg. 35. q. 5. c. porrò de affinitate. Iulius papa 35. q. 3. c. equaliter. li. 9. et hi c. 5. & hī 35. q. 3. c. sane cō sāguinitas. Gene. 2. Matt. 19. Iulius papa ibidē. c. Nullū. in Grego. in cōcil meldeñ ibidē ca. de affinitāte. Exo. 20.

NVnc de affinitate uidendum est,de qua Gregorius ait: Porrò de affinitate, quam dicitis parentelam esse,quę ad uirum ex parte uxoris,seu,quæ ex parte uiri ad uxorē pertinet,manifesta ratio est,quia si s̄m diuinā sn̄iam ego,& uxor mea,sumus una caro,profectò mihi,& illi,mea,suaq; parentela propinquitas una efficitur.Quocirca ergo, & soror uxoris meæ, in uno, & primo gradu erimus:filius uerò eius,secundo gradu erit a me,neptis uerò in tertio.Idque utrinque in cæteris agendum est successionibus. Vxorem uerò propinqui cuiuscunque gradus sit,ita me oportet attendere,quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis sit.Quod nimirum uxori meę,de propinquitate uiri sui in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruare. Qui uerò aliorsum sentiunt, antichristi sunt.Item Iulius papa:Aequaliter uir coniugatur consanguineis proprijs,& consanguineis uxoris.Item Isidorus:Sane consanguinitas,quæ in proprio uiro conseruanda est,ēt in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est, quia constat eos duos fuisse in carne una.Ideoque communis est illis vtraque parentela.Item Iulius,papa: Nullum in vtroque sexu permitimus ex propinquitate sui sanguinis,uel uxoris usque in septimum generationis gradum nxorem ducere,uel incesti macula copulari, quia sicut non licet cuiquam de sua consanguinitate christiano,sic, nec de consanguinitate uxoris coniugem ducere propter carnis unitatem.Item Gregorius:De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit usque ad septimam generationem obseruare. Nam, & hæreditas rerum per regales instrumentorum diffinitiones sancita,usque ad septimum gradum heredum protenditur successione.Non enim eis succederent,nisi de propagine cognationis deberetur.His auctoritatibus insinuatur, & quæ sit affinitas, & usque ad quem gradum sit obseruanda scilicet usque ad septimum.

Variæ traditiones de affinitate.

Sed alij uidentur concedere, in quinta generatione inter affines cōtrahi coniugium & in quarta,etiam si contractum fuerit,non separari. Ait enim Fabianus papa: De propinquis, qui ad affinitatem per uirum,& uxorem ueniunt,defuncta uxore, uel uiro, in quinta generatione iungantur. In quarta si inuenti fuerit,non separentur. In tertia uerò propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum eius. Aequaliter iuri iungatur in matrimonio eis,qui sibi consanguinei sunt, & uxoris suæ consanguineis post mortem uxoris.Ecce hic cōceditur in quinta,vel quarta propinquitate affiniū fieri coniugium.Iulius ēt papa ait:Statutum est ut relictam patris uxoris suę,relictam fratris uxoris suæ,relictam filii uxoris suæ,nemo sibi in matrimonium sumat: relictam uxorem consanguineorum uxoris suæ,usque in tertiā progeniem nemo in uxorem sumat. In quarta uerò, & quinta si inuenti fuerint,nō separentur.Ecce,q̄ uarię de affinitatis obseruatione loquuntur auctores.

Alij enim usque ad septimum gradum eam obseruari sanciunt. Alij uerò in quinto, vel quarto matrimonia contracta non diuidunt. Sed illi ueritatis rigorem,isti misericordiæ dispensationē uidentur proponere.Potest enim ecclesia dispensare in copula affinium usq; ad tertium gradum,sicut Gregorius dispēsauit in quarto gradu consanguinitatis.Illud aūt non est prætereundum,quod Gregorius Venerio episcopo scripsit:Sedem apostolicā consulere decreuisti,si mulier copula nuptiali extraneo uiro coniuncta,cognationi eius pertineat, si eo defuncto cognatio maneat, vel sub alio uiro cognationis uocabula dissoluantur,vel si susceptæ soboles possint legitimè ad prioris uiri cognationis transire copulā.Si una caro fuerit,quō aliquis eorū pōt propinquiùs uni pertinere,nisi pertineat alteri?Hoc minime posse fieri credēdū est. Porrò uno defuncto,in superstite affinitas non deletur,nec alia copula coniugalis affinitatē copulę prioris soluere ualet:sed nec alterius coniunctionis soboles placet ad affinitatis prioris uiri consortium transire.Si quis ergo sacrilego, & temerario ausu in defuncto quærit propinquitatem extinguere,vel sub altero affinitatis uocabula dissipare, vel si susceptas soboles alterius copulæ,propinquitati prioris credit legitimè sociari, hic negat Dei uerbum ualidum esse,quòd dixit:Erunt duo in carne una.Ecce hic prohibet, si mortuo primo uiro uxor eius alteri nupserit,filios de secundo uiro genitos,ducere uxores de cognitione prioris uiri,quia filii mediante matre ad cognationē prioris uiri pertinent,cum quo mater eorum una caro extiterat.Hoc idem ēt Innocentius papa ait:Si qua mulier ad secundas nuptias transierit,& ex eis sobolem genuerit,nullatenus potest ad consortium cognationis prioris uiri pertingere.Hoc autem obseruandum est usque ad septimū gn̄ationis gradū, sed maxime usq; ad tertiū, & quartū, sicut supra positū ē.

Grego. 35. q. 10. c fraternitatis.

Gene. 8. Mat. 17.

Innocēti9 papa 35. q. 10. c. si qua mulier. 1. & 2.

Si coniugium sit inter eos, qui nota consanguinitate diuiduntur.

Et est sciendum,quòd ecclesia infra prædictos gradus consanguinitatis coniunctos separat.Si autem ignoranter coniuncti fuerint in conspectu ecclesiæ, & postmodum probata consanguinitate,eiusdem iudicio separati,quæritur utrum copula illa coniugium fuerit.Quibusdam uidetur non fuisse coniugium,quia non erant legitimę personæ:sed tamen de crimine excusantur per ignorantiam,& quasi coniugium reputatur, quia bona fide, & per manum ecclesię conuenerunt. Vnde, & filii eorum legitimi habentur. Alij uerò dicunt fuisse coniugium,licet non essent legitimę personę: q̄a talium coniunctiones uocant canones coniugia,ubi de personis agitur, quarum testimonio cōsanguineorum sit dirimenda coniunctio.Vñ Vrbanus papa:Si duo uiri,uel tres consanguinitatem iureiurando firmauerint,vel ipsi forte confessi fuerit,coniugia dissoluantur. Si uerò neutrum contingerit,episcopi eos per fidem Christi obtestentur,quatenus palā fateātur,si se recognoscant consanguineos. Si se iudicio episcoporum segregauerint, matrimonia non prohibeantur contrahere.Idem:Notificamus tibi, ut cum tres, vel duo ex propinquioribus eius,qui accusatur,hāc propiuquitatem iuramento firmauerint,uel si duo,uel tres ex antiquioribus Ianuensibus, quibus hæc propinquitas est nota, q̄ bonæ famæ,& ueracis testimonij sint,remoto amore,timore, precio, & omni malo studio,prædicta firmauerint,sine mora coniugia dissoluantur:Consanguineos uerò extraneorum nullus accuset,uel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui ad quorum notitiam pertinet.Si autem progenies tota defecerit,ab antiquioribus,& ueracioribus,quibus propinquitas tota nota sit episcopus canonicè perquirat, & si inuenta fuerit,separentur.Ecce quibus accusantibus,vel testificantibus dirimenda sit consanguineorum coniunctio,quæ coniugium uocatur.

Quib9 personis testificantibus sint diuidēda coniugia.

Vrbanus papa 35. q. 6. c. Si duo viri.

Idem Richar. Ianuensi epō. vbi sup. ca. notificam9

Fabrianus papa ibidē c. consanguineos.

Distinctio utilis quid sit fornicatio.

Hinc dicendum est,quod,aliud est fornicatio,aliud stuprum,aliud adulterium,aliud incestus,aliud raptus.Fornicatio licèt sit genus oīs illiciti coitus,qui fit extra uxorem,tm̄ specialiter intelligitur in usu uiduarum,uel meretricum,vel concubinarum. Stuprum propriè est uirginum illicita defloratio.Adulterium est alieni thori uiolatio.Vnde adulterium dr̄ quasi alterius thori accessio.Incestus est consanguineorum, vel affinium abusus.Vnde incestuosi dicuntur,qui consanguineis,vel affinibus suis abutuntur. Raptus admittitur,cum puella uiolenter a domo patris educitur,ut corrupta in uxorem habeatur:siue puellæ siue parentibus uis illata constiterit hic morte mulctatur:sed si ad ecclesiam cum rapta confugerit:priuilegio ecclesiæ mortis impunitatem meretur.Attendēdum est etiam illud Alexandri,qui ait:Quod frater, sororve uxoris tuæ cognati dicuntur,æquiuocationis iure fit:& necessitate uulgaris appellationis potiùs, quàm ulla cognationis causa. Vxor enim fratris fratrissa potius,quàm cognata uocatur. Mariti frater leuir dr̄. Duorum fratrum uxores,ianitrices uocantur, quasi eandem ianuā intrantes. Viri soror glos appellatur. Sororis aūt vir non habet nomen speciale,nec uxoris frater.

Quid sit fornicatio stuprū adulteriū, incestus & raptus.

Alexander papa 35. q. 5. c. quod aūt frater.

Summadistinctio. XLI.

PRæcedenti distinctione tractatū est de matrimonij impedimento, ex ꝑsanguinitate ꝓueniente nūc de impedimēto, ꝙ ex affinitate causat, fit mentio, cur, & qualiter, & usq; quē gradum sit impeditiua coniugij, & horum occasione tractat de speciebus incontinentiæ.

QVAESTIO I.

QVærit, *Quid sit affinitas, vnde causetur, cures qualiter matrimonialium cōtractum impedat.*

¶Circa hæc multi multa conscribunt. Verū: qm̄ omnium scripta pro maxima parte in scriptis Thomæ continentur, breuitati studens, illa inducam.

Thomæ quæstiones quinque.

¶Itaq; circa hæc primò quærit, utrū ex matrimonio consanguinei causet affinitas. Secundò, an post mortem uiri. ꝓseuerat causa affinitas ītr uxorē, & ꝓsanguineos Tertiò, an concubitus illicitus causet affinitatem. Quartò, utrū ex sponsalibus inducatur affinitas. Quintò, an una affinitas pariat aliam. Ad

Ad primā Respōsio philoso.

primum rñdet: Naturalis amicitia in naturali communicatione fundatur. Naturalis uerò communicatio duobus modis contingit ſm philosophū. 8. Ethicorū. Primò, per carnis propagationem. Secundò, per coniunctionem ordinatā ad illam. Hinc sicut persona coniuncta alteri per carnis ꝓpagationem, ut filius patri, fit socius eiusdē radicis, ac sanguinis. Vñ eadē genere uinculi colligatur filius consanguineis patris, quo pater cōiungebatur, puta consanguinitate naturę, quamuis ſm aliū gradū, ꝓp maiorem distantiam à radice. Persona uerò coniuncta per copulā carnalē, non fit particeps eiusdem radicis, sed quasi ab extrinseco adiuncta. Idcir co ex hoc fit aliud uinculi genus, quod affinitas nominatur. Si aūt obijciatur, quia relationes ex aliquibus unitionibus innascuntur, sed nulla mutatio fit in consanguineis uiri per hoc, quòd ipse ducit uxorē, ergo non accresit eis affinitatis relatio. Dicendum, ꝙ relatio interdū innascitur ex motu utriusq; extremi, sicut paternitas, & filiatio, & talis relatio realiter est in utroque extremo, quandoque uerò innascitur ex motu alterius tantum, quod contingit dupliciter. Primò, quando relatio innascitur ex motu alterius sine motu alterius præcedente, uel concomitante, sicut in creatura, & creatore, & in sensibili, ac sensu, tuncque relatio est in uno secundum rem, & in alio secundum rationem tantum. Secundò, quando innascitur ex motu unius sine motu alterius tunc existente; non tamen sine motu præcedente, sicut æqualitas fit inter duos homines ex augmento unius, sine hoc, quòd alius tunc augeatur, aut minuatur: priùs tamen per modum peruenit ad hanc quantitatem. Hinc in utroque extremorum est talis relatio, sic quoque est de consanguinitate, & affinitate, quia fraternitas, ꝙ innascit alicui puero iam nato, & prouecto, causatur in eo sine motu ipsius tunc existente, sed ex motu generationis eius præcedente. Hoc quippè accidit ei, quòd ex motu alterius nunc ei innascitur relatio. Similiter ex hoc, quòd ille descendit per propriam generationem ab eadem radice, cum uiro prouenit in ipso affinitas ad uxorem illius sine noua mutatione ipsius.

Ad 2. Respōsio.

¶Ad ſm respōdet, quòd relatio desinit esse dupliciter. Primò ex corruptione subiecti, Secūdò, ex subtractione suæ causę, quemadmodum similitudo desinit esse, dum alter similium moritur, aut quantitas eius corrumpitur. Quædam quoq; relationes habent pro cā actionē, uel passionem, aut motū, quæ dā causantur ex motu, inquantum aliquid actu mouetur, sicut relatio mouentis, & moti, quædam aūt inquantū aptitudinē habent ad motum, ut motiui ad mobile: quędā ex hoc, quòd aliquid priùs motū est, sicut pater, & filius. non ex hoc, quòd est generari nunc, dicuntur ad inuicē, sed ex hoc, quòd est generatū esse. Aptitudo aūt ad motū, & ipsum moueri, traseunt: sed motū esse, perpetuum est: iō patet nitas, & filiatio nunquam desinūt per causæ subtractionē, sed solum per corruptionem subiecti, uel per alterū extremorum, & ita est de affinitate, quæ causatur ex hoc, quòd aliqui coniuncti sunt, nō ex hoc, quòd coniunguntur. Consanguinitas quoque non est proxima causa affinitatis, sed coniunctio ad consanguineum, & non solum, quæ est, sed & quæ fuit.

Ad 3. Respōsio philoso.

¶Ad tertium rñdendū, quòd secundum Philosophum. 8. Ethicorum, coniunctio uiri, & mulieris dicitur naturalis principaliter propter prolis procreationem, & secundariò propter operum cōicationē, quorū primum ad matrimonium spectat ratione carnalis copulæ: secundum inquantum est, quædam societas in uitam communem. Primum horum communiter est in omni commixione, quamuis desit secundum. Cumque matrimonium affinitatem causet, secundnm quod in eo est carnis commixtio, etiam fornicarius concubitus causat affinitatem. inquantum aliquid habet de naturali coniunctione. Causat, inquam, affinitatem, non inquantum fornicarius inordinatus, & inhonestus, sed inquantum est actus naturalis potentiæ, communicans in hoc cum legitimo coitu. Idcirco affinitas ex ipsa causata, inhonesta est. Porrò concubitus contra naturam, non habet seminum commixtionem ex qua posſit sequi generatio: ideo affinitatem non causat.

Concubitus Sodomiticus non causat affinitatē.

Sed obijci potest, quia ubi est consanguinitas, non potest esse affinitas, cum affiinitas sit proximitas personarum ex carnali prouenies copula, carens parentela si autem illicitus concubitus causaret affinitatem, contingeret ad consanguineos, & ad ipsum esse affinitatem, ut dum hō consanguineam suam cognoscit. Et respondendum non esse inconueniēs relationes oppositas ineſſe eidē, respectu, ac ratione diuersorum. Sicq; inter easdem personas posſibile est esse consanguinitatem, & affinitatem non solum per illicitum, sed & per licitum concubitum, ut dum consanguineus meus ex parte patris mei ducit in uxorem consanguineam meam ex parte matris meæ. Vnde, quod affinitas dicitur carere omni parentela, uerum est inquantum huiusmodi, nec tamen consanguineam suam cognoscens, fit sibijpsi affinis, quia affinitas, sicut & consangninitas, diuersitatem requirit subiectorum, quemadmodum similitudo.

Ad 4. Respōsio

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut spōsalia non sortiuntur perfectam matrimonij rationem, sed sunt ꝓparatio quædam ad illud, ita nec causant affinitatem, sed aliquid simile, quòd uocatur publicæ honestatis: iustitia, quæ impedit matrimonium sicut consanguinitas, atq; affinitas, & secundum eosdem gradus. sicq; diffinitur publicæ honestatis iustitia, ꝙ est propinquitas ex sponsalibus proueniens. robur trahens ab ecclesiæ institutione propter eius honestatē, & ita sponsalia non ratione sui sed matrimonij, ad quod ordinantur. hāc cautant affinitatem. ideo sicut matrimoniū est ꝑpetuū uinculum, ita ē & ista affinitas. Deniq; uir, & mulier in carnali copula efficiunt cōmixtionē seminū una caro. Ideo si ꝙs claustrum pudori inuadat, & fran-

frāgat, nisi seminum sequatur commixtio, non cōtrahit affinitas. Matrimoniū aūt causæ affinitatē, nō solū rōne carnalis copulæ, sed ēt rōne ꝓugalis societatis: Idcirco affinitas ꝑhibet ex ꝑcto matrimonij ꝑ uerba de ꝓsenti ante carnalem copulā: similiter est in sponsalibus, quia contrahitur aliquid simile affinitati, ut dictū est. Vnde, & quæ impediunt sponsalia, impediunt affinitatem causari ex eis.

¶Ad quintum dicendū, quòd duplex est modus processionis unius ex alio. Vnus in similitudinē speciei, ut homo generatur ex homine. Alius in dissimile specie. Et istē modus semper est in speciem inferiorē, ut patet in oī agente æquiuoco. Primus quoque modus producendi quotiescunq; itereť, semꝑ terminatur in idē specie, ut dū ex hoie genito generatur alius homo, & ita deinceps. Secundus uerò modus quotiescunq; iteretur. semper aliam speciē causat, sicut ex puncto per motū procedit non punctus, sed linea, atq; ex linea linealiter mota procedit superficies, non linea, & ex superficie corpus. In processu aūt attinentiæ duo sunt modi, quibus uinculum tale causatur. Vnus ꝑ carnis propagationē, qui semper facit eandem attinentiæ speciem. Alius per matrimonialē coniunctionem, & hic facit aliā attinentiæ speciem, puta affinitatē. Hinc si iste modus procedendi iteretur, non erit affinitas, sed aliud attinentiæ genus. Idcirco persona, quæ matrimonia liter affini coniugitur, non est affinis: uel est aliud genus affinitatis, quod uocetur secundū genus. Et rursus, si affini secundo genere aliquis matrimonia liter coniūgatur, non erit affinis in secūdo genere, sed in tertio. Et hæc duo genera olim erant ꝓhibita propter publicę honestatis iustitiā magis, quā propter affinitatē, quia à uera affinitate deficiunt. Nunc aūt prohibitio illa cessauit, & solū primū ueræ affinitatis genus manet prohibitum. Itaque alicui uiro consanguineus suæ uxoris efficitur affinis in genere primo, & uxor eius in secundo. Vnde mortuo uiro qui erat affinis non poterat eam ducere in uxorem propter genus affinitatis secundū. Similiter si quis cum uidua contrahat, consanguineus prioris uiri, qui est affinis uxori in primo genere, efficitur affinis secundo uiro in secundo genere, & uxor illius consanguinei, qui est affinis uxori huiusmodi uiri in secundo genere. Et quoniam tertium genus fuit prohibitum propter honestatem quandam magis, quā propter affinitatem, Ideo Canon dicit, duas consanguineorum uxores uni uiro successiuè nubere, contradicit publicæ honestatis iustitia, sed nunc prohibitio illa cessauit. Hæc Thomas in Scripto, ꝙ pleniùs continentur, ac requirantur in illo.

Quæstio.

Qui consequenter scisćitatur, utrum affinitas impediat matrimonium. Respondet, affinitas præcedens matrimonium, impedit contrahendum, dirimitq́ue contractum eadem ratione, qua consanguinitas. Quemadmodum enim consanguineis, ita affinibus adest quædam cohabitandi necessitas. Et sicut est quoddā amicitiæ uinculū inter consanguineos, ita & inter affines. Si autem matrimonio superueniat, nō potest ipsum dirimere, ut dictū est. Itaq; impedit contrahendum, inquantum impediret amicitiæ multiplicationem, & concupiscentiæ represſionem.

Quæstio.

¶Quæritur quoq;, an affinitas per seipsam habeat gradus, Dicendnm, quòd res non diuiditur diuisione per se, nisi ratione illius, quod competit sibi secundum genus suum, sicut animal per rationale, & irrationale, non per album, & nigrum Propagatio aūt carnis cōparat per se ad consanguinitatem; qm̄ uinculum consanguinitatis ex ea immediatē contrahitur Ad affinitatē uerò non cōparatur nisi mediante consanguinitate, quæ est cā ipsius. Vñ cum gradus attinentiæ per propagationē carnis distinguantur graduum distinctione, iō immediatè, & per se conueniunt consanguinitate, & per eā affinitati. idcirco affinitas non habet per se gradus, sed sumptos iuxta gradus consanguinitatis. Ex quibus patet responſio quęstionis, qua quęritur, utrum gradus affinitatis extendantur ſicut gradus consanguinitatis. Dicendum enim, ꝙ imò: quoniam gradus affinitatis sumuntur iuxta gradus consanguinitatis. iō tot sunt gradus affinitatis, quot consanguinitatis. Verum tñ cū uinculū affinitatis minus, atq; debilius est uinculo ꝙsanguinitatis, idcirco faciliùs dilꝑtur in ipso.

Quæstio. Status filiorū quadrupl.x.

¶Insuper quæritur, an filij nati extra matrimoniū, illegitimi sint uocandi. Dicendū, quòd quadruplex est status filiorū. Quidā em̄ sunt naturales, & legitimi, ut ex uero matrimonio nati. Quidā naturales, & illegitimi, ut ex simplici fornicatione progeniti. qui dā legitimi, & nō naturales, ut filij adoptiui. Quidā, nec legitimi, nec naturales, ut spurij nati de adulterio, aut de stupro. Tales enim nascuntur contra legē positiuā, & expresſè contra legem naturæ. Porrò, ꝙ bona fide conueniunt in facie ecclesiæ, quamuis habeant impedimentum, non tñ peccant, dummodo illud ignorant, nisi sit ignorantia affectata, nec eorum filij sunt illegitimi. Si aūt sciant, quāūis ferat ecclesia, quæ ignorat impedimentum, non excusantur à peccato, nec filii eorū ab illegitimitate. Si aūt nesciant, & in occulto ꝓhant, non excusantur, quoniam talis ignorantia affectata uidetur.

Damnū incurrit aliquis bifariam.

¶Præterea quæritur, an filij illegitimi debeant ex sua illegitimitate damnū incurrere. Respondendum quòd aliquis dr̄ damnū ex alio incurrere dupliciter. Primò per hoc, quòd ei subtrahitur aliquid qđ sibi debitū fuit, sicq; illegitimus filius damnū non incurrit. Secundò per hoc, quòd aliquid ei: non est debitū quod poterat ei aliàs debitū esse. sicq; illegitimus filius duplex dānū incurrit. Vnū: qm̄ non admittit ad actus legitimos, utpotè ad officia, ac dignitates, q̄ honestatē quādā requirunt in exercentibus ea. Secūdū: qm̄ non succedit in hæreditate. Attñ naturales filij succedere possunt in sexta parte tantū. Spurij in nulla parte quamuis parentes iure naturæ teneantur eis de necessarijs prouidere, imo ad solicitudinē episcopi pertinet copellere parentes ad hoc, ꝙ illis prouideant.

Legitimationis modi sex.

¶Insuper quærit, utrū filius illegitimus posſit legitimari. Et dicendū, quòd imo, non sic, ꝙ fiat de legitimo coitu natus, sed quia dāna, q̄ illegitimus incurrit, auctoritate legis tolluntur ab eo. Suntq; sex modi legitimandi, quorū duo sunt secundū Canones. Primus cū quis ducit in uxorē illā, ex qua illegitimum ꝓcreauit, si non fuit adulterium. Secundus per indulgentiā, & dispensationē dñi papæ. Alij quatuor modi sunt, ſm leges. Primus est, dum pater filium naturalē curiæ imperatoris offert. Nēpè hoc ipso, legitimatur ꝓp curiæ honestatē, secundus est, si pater in testimonio nominet eum hæredē legitimum, & filius postea testimonium offerat imperatori. Tertius, si nullus sit filius legitimus, & ipsemet filius seipsum offerat principi. Quartus. si in publico instrumento, uel cum trium testium subscriptione, eum nominet legitimum, nec adijciat naturalem.

¶Quæritur consequenter, utrū matrimoniū inter cōsanguineos, aut affines ꝑctū sit ꝓ diuortiū dirimēdum, & hoc ꝑ accusationē, & testium inductionē.

Respondẽdum, quòd oĩs concubitus extra legitimũ matrimonium est mortale peccatum, quod ecclesia omni modo impedire conatur, ideo separat eos inter quos constat non esse matrimonium uerum, potissimè eos, qui sine incestu se inuicem non ualent cognoscere, ut sunt personæ mutuò consanguineæ seu affines. Verũ his objici põt, quia præscriptione tpis acquiritur ius in re non sua, ergo, & longitudine tpis in uxore nõ sua. Itẽ sequeret, quòd matrimoniũ duorum fratrũ sorores duas habentiũ esset dirimendum. Et respondẽdũ ad primum, quòd illa, quæ sine peccato fieri nequeunt, nulla præscriptione firmantur, quia (ut Innocentius loquit) diuturnitas tẽporis non minuit peccatum, sed auget. Ad secd̃m qđ res inter alios acta nõ piudicat alijs in foro contentioso. Iõ q̃uis unus frater repellatur à matrimonio unius sororũ ex causa consanguinitatis, nõ ob hoc separat ecclesia aliud matrimonium, quòd nõ accusatur: sed in foro conscientiæ nõ oportet, quòd semper obligetur ad hoc alius frater, quia hmõi accusationes frequenter ex maleuolentia oriuntur, atque per falsos testes probantur. Hinc nõ oportet, quòd conscientiam suam informet ex his, quæ ꝯ aliud matrimonium facta sunt. Attamen circa hoc distinguẽdum uidetur, quia aut habet certam scientiam de impedimento matrimonij sui, aut opinionem, aut neutrum. Si primo modo, non debet debitum reddere, neq; exigere. Si secundò modo, debet reddere, non exigere. Si Tertio modo, potest reddere, atque exigere. Præterea separatio prætacta per uiam accusationis est facienda. Accusatio namq; ad hoc est instituta, nereus sustineatur ut innocens. Quemadmodũ aũt ex ignorantia facti contingit reum reputare innoxiũ, ita ex ignorantia circũstãtiæ alicuiꝰ accidere põt, quod aliquid reputat licitũ, quod est illicitũ: iõ sicut hõ aliqñ accusatur, ita, & factũ eius, & sic matrimoniũ accusatur, qñ ex ignorantia impedimenti licitum existimatur, quod illicitum est. Nec ad hoc exigitur obligatio ad pœnã rõnis: qm̃ obligatio illa locũ sortitur, qñ persona de crimine accusatur, quia tunc agitur ad punitionẽ ipsis. Qñ uerò factum accusatur, tunc non agit ad punitionẽ facientis, sed ad impediendum illicita. Et potest accusatio hęc fieri uerbo, ac scripto, ita, quòd exprimatur persona accusans matrimoniũ, & impedimentũ propter quod accusatur. Deniq; sicut in textu habet in accusatione ꝓpinq audiunt ꝓpinq magis, q̃ alij. Extranei namq; nõ sciunt propinquitatem nisi per consanguineos, de quibus prohabilius est, quod sciant, idcirco dum tacent, habetur suspitio contra extraneos, quod ex malitia moueantur, nisi per consanguineos uelint probare. Dum autem matrimonium nondum contractum est, sed tantum sponsalia, accusari non potest, quia quod nondum est, non nalet accusari: sed impedimentum potest denunciari, ne matrimonium contrahatur. Qui autem primò tacuit, qñq; postea auditur si uelit matrimonium, accusare quandoq; repellitur. Nã ut in Decretali habetur, si tempore denunciationis præmissę extra diœcesim fuit, uel alias denuntiatio ad eius non potuit notitiã peruenire, ut si præ nimia infirmitate patiebatur mentis defectũ, aut nõdũ adultæ fuit ætatis, aut alia cã legitima impeditus, accusatio eius debet audiri, alioquin tanquam suspectus est repellendus, nisi iuramento firmauerit, ꝙ postea dicit ea, quæ objicit, & ex malitia non procedat.

Accusatio quare instituta.

¶Præterea in hac cã oportet ẽt ꝑ testes patefacere ueritatem, quia (ut dicũt Iuristę) in hac cã multa specialia inueniuntur, ut quod idem põt esse accusator, & testes, & quod non iuratur de calumnia, cũ sit quasi cã spiritualis, & quod consanguinei admittunt ad testificandum, & quod non obseruatur ordo iudiciarius: qm̃ tali denunciatione facta, contumax potest excommunicari, lite non contestata, & quod ualet hic testimonium ex auditu, & quod post publicationem testium testes possunt induci. Et hoc totum est, ut impediatur peccatum, quod in illicito consistit coniugio. Hæc Thomas in Scripto, qui etiã scribit hic de speciebus luxuriæ, de qua materia tractatũ est ante, & satis communia sunt, quæ scribit.

Richards.

¶In his continentur scripta Alberti, Petri, & Richardi de ista materia, quibus addit Richardus: Quamuis contra ius naturale, & diuinum nulla possit ualere præscriptio, quandoque tamen ualet contra ius purè positiuum, nisi sit tale, de quo cauetur in iure, quod contra ipsum præscribi non possit. Ad hoc quoque, quod præscriptio sit ualida, tria sunt necessaria. Vnum, est, quòd possessor iusto titulo incipiat possidere. Secundum quòd bonæ fidei sit possessor, hoc est: quod credat iustè se possidere. Tertium, quòd possideat per totum tempus determinatum à iure sine interruptione. Verum tempus illud determinatur longius, aut breuius secundum conditiones rerum, quæ possidentur, & illorum contra quos præscribitur. Aliqui etiam dicunt, quòd contra ius soluendi decimas nulla ualet præscriptio, quia ius illud non solum est de iure positiuo, sed item diuino. Nihilominus aliqui opinantur, quòd quamuis non ualeat præscriptio contra ius soluendi decima, secundum quòd decimas sumitur pro parte necessaria ad sustentationem ministrorum ecclesiæ, quia sic est de iure diuino, ac naturali apud omnes: tamen secundum quod decima accipitur pro tali parte determinata, potest præscribi contra ius decimas persoluendi, quia sic decimas soluere non est de iure naturali, nec diuino, nisi, quo ad filios Israel. Et est argumẽtum ad hoc, quod in maiori parte Italię decimæ non soluuntur, nec ecclesia procedit contra eos compellendo, ut soluant. Hæc Richardus.

Præscriptiones ualidæ tria sunt necessaria.

Bonauẽ.

¶Bonauentura quoq; diffusè scribit de his, quæ in dictis Thomæ ꝯtenta sunt, quãuis ex scriptis unius scripta alterius clarius intelligant. Differunt, inquid, uinculũ affinitatis & cõsanguinitatis, qm̃ uinculum affinitatis est uinculum per accidens, & uinculum consanguinitatis est uinculũ per se, Cũq; oẽ per accidens reducat ad aliquid per se Hinc affinitas necessariò præsupponit consanguinitatem, nec se potest ultra consanguinitatem diffundere. Vnde cõsanguinei uxoris Petri ita sunt affines Petro usq; ad quartum gradum, sicut per consanguinitatem alligantur eius uxori.

De spirituali cognitione.

DE parentaliũ graduũ famosa q̃stione aliquid, licet minus sufficiẽter, diximꝰ. Iã de spirituali cognatione addamus, q̃ ẽt ꝑsonas impedit, vt nõ sint legitimæ ad incũdas nuptias. Tria qdẽ sunt, cõsanguinitas, affinitas, & spiritualis germanitas. Consanguinitas est inter eos, q iungũtur ſm lineam generis. Affinitas iter eos, q gñe quidã nõ sunt cũiuncti, sed mediante genere sunt sociati uerbi gratia, Vxor filij fratris mei, quę non est de genere meo, per ipsum, qui est de genere meo, mihi affinis facta est, & ego illi, Spiritualis proximitas est inter compatrem, & commatrem, & inter eos, quorum unus alterum de sacro fonte leuauit, vel in catechizatione. aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales, & spirituales.

Quid sint filij spirituales.

30. q. 1. ꝑuenit ẽt c. De eo qđ interroga. 30. q. c. ad limina 30. q. c. ad Oẽs quos

Spirituales filii sunt, quos de sacro fonte leuamus, vel catechizatione, seu confirmatione tenemus. Filij ẽt, & filiæ spirituales eorũ sunt, qui trinæ mersionis uocabulo eos sacro baptismate tingunt. Dr̃ ẽt spiritualis filia sacerdotis, q ei peccata sua confitetur. Vñ Symacus papa: Omnes quos in pęnitentia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filij: ut & ipsi, quos vel nobis suscipientibus, vel sub trinæ mersionis uocabulo mergentibus vnda baptismi regenerauit. Siluester etiam admonet ut ad suam filiam pœnitentialem nullus sacerdos accedat, quia scriptum est: Omnes, quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri filij sunt, vt in baptismo suscepti: quorum omnium flagitiosa est cõmixto. Quòd autem compater, & commater sibi iungi nequeant, nec pater spiritualis, nec mater filiæ, vel filio spirituali, ex concilio Moguntinensi docetur. De eo, quod interrogasti si aliquis filiolam suam duxerit uxorem, & de eo, qui concubuit cum matre spirituali, & de eo, qui filium suũ baptizauit: & uxor eius eum de fonte susepit hac causa, vt diffiduũ fieret coniugii, si post in tali copula possunt permanere, sic respondendum est: Si filiolã aut commatrem suam aliquis in coniugium duxerit, separandos esse iudicamus, & graui pœnitentia plectendos. Si uerò cõiuges legitimi, vel unus, uel ambo ex industria hoc fecerint, vt filium suum de fonte susceperint. si inupti manere uoluerint, bonum est. Sin autem grauis pęnitentia insidiatori iniungatur, & simul maneant: & si præuaricator coniugii superuixerit, acerrima pęnitentia mulctetur, & sine spe coniugii maneat. Ex his apparet, quod aliquis filiolã suam vel commatrem nõ potest sibi copulare nuptialit er: & si pręsumptum fuerit, separandi sunt. Qui autem legitimè coniuncti sunt, non ideo separandi sunt, quia alter eorum insidiosè filium de fonte leuauit. Quod etiam Nicolaus confirmat, dicens: Nosse desideras, utrum mulier, quæ uiri filium ex alia fęmina gentium de sacro fonte leuauerit, postmodum possit cum eodem uiro copulari? Quos ideo coniungi posse decernimus, quia secundum canones sacros nisi amborum consensu nullius religionis obtentu debet coniunx dimittere coniugem cum Apostolis precipiat. Nolite fraudari inuicem nisi forte ex consensu ad tempus &c. Item dictum est nobis, quasdam fœminas desidiosè, quasdam uerò ftaudulenter, vt à uiris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmãdum tenuisse. Vnde nos dignum diximus, ut si qua mulier filium suum desidia, aut aliqua fraude coram episcopo tenuerit ad cõfirmandum, propter fallaciam, vel fraudem, quamdiu uiuat, pęnitentiam agat. tamen à uiro suo non separetur. Item Iohannes papa: Ad limina sancti Petri homo nomine Stephanus veniens, nostro præsulatui innotuit, quòd filium suum in extremo uitæ positum, nec dum baptismi unda lotum, absentia sacerdotum cogente baptizauit, eumq; corporijs manibus suscepit, atq; pro huiusmodi negotio reuerentia tua præfatum hominem à sua cõiuge iudicauit esse separandũ. Quod fieri nullatenus dẽt dicente scriptura: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et dominus non dimittere vxorem, nisi causa fornicationis, iubet. Et nos tanta auctoritate freti, dicimus non dimittendum esse, & inculpabile iudicandum, qđ necessitas intulit. Nam baptizandi opus laicis fidelibus (si tamen necesse fuerit) liberè conceditur. Vnde si supradictus homo filium morientem aspiciens, ne animam perpetuò perire dimitteret, vnda baptismi lauit, vt eũ de potestate mortis eriperet, bene fecisse laudatur: Ideoq; suæ uxori sibi iam olim legitimè sociatæ impunè dum uixerit iudicamus manere coniunctum, nec ob hoc separari debere. His aliisq; pluribus auctoritatiaus edocetur, couiuges non esse separandos, si post lgitimam copulam alter alterius filium de fonte leuauerit, vel confirmatione tenuerit.

1. Cor. 7.

Ex concilio Cabilonẽsi ibidem c. Dictum est.

Genes.

Quid præmissis obuiat.

Deusdedit papa ibidem c. peruenit.

His autẽ obuiare vr̃, quod Deusdedit papa ait: Peruenit ad nos diaconus, sanctitatis vestræ epistolã deferrens, qđ quidã uiri, & mulieris præterito sabbato paschali pro magno populi incursu nesciẽtes filios suos suscepissent de lauacro. Cupis ergo scire, an propter hoc debeãt uiri, ac mulieres ad proprium usum thori redire, nel non. Nos uerò hac remæsti, priorum inquisiuimus dicta & inuenimus ĩ archiuis, idest in armariis apostolicæ sedis iam talia cõtigisse in pluribus ecclesijs, quarũ episcopis ab hac apostolica sede viuentibus scire, vtrum uiri, ac mulieres redirent ad propriũ thorum, beatę memoriè sancti patres, Iulius papa, Innocentius, & Cœlestinus, cum episcoporũ plurimorũ consensu

fensu in apostolorũ principis ecclesiã p̃sidẽtes, talia rescripserũt, & ꝯfirmauerunt, ut nũllo mõ se in ꝯiugio reciperẽt uiri, ac mulieres, q cũq; hac ratione susceperunt natos, sed separent se, ne suadẽte diabolo tale uitiũ inualescat. Itẽ: Si qs filiastrũ, uel filiastrã suã añ ep̃iscopũ tenuerit ad ꝯfirmationẽ, separet ab uxore sua, & aliã nunquã acipiat. Hæc aũt uel ad terorẽ dicta sunt, non qđ ita esset faciẽdũ, sed ne illud fieret, summopere cauẽdũ. Vel de illis est ĩtelligẽdũ, q prius filios suos vicissim de fonte susceperũt, q̃ fierẽt ꝯiuges. Præmissis aũt auctoritatibus oĩno ꝯsentiendũ est. vt siue propriũ, siue tm̃ uiri filium mulier de fonte susceperit, non iõ à uiro separet: quod, & de uiro similiter oportet intelligi.

Ibidem c. Siquis filiastrum.

De copula spiritualium, vel adoptiuorum, & naturalium filiorum.

Nico. Pa. ad cõsulta bulgarorũ 35 q. c ita diligere.

Quod autẽ spirituales, uel adoptiui filij nãlibus copulari nequeãt, Nicolaus pa. testat̃, ita inquiens: Ita diligere dẽt hõ eũ, q se suscepit de sacro fonte, sicut patrẽ. Inter fr̃es, & filios spirituales gratuita, & sancta cõio est, q̃ dicẽda nõ est consanguinitas, sed habẽda spiritualis ꝓximitas. Vñ inter eos arbitror nõ posse fieri legale ꝯiugiũ, qa nec inter eos q nã, & eos q adoptione filij sunt, venerandæ leges mr̃imonia ꝯ̃hi permittunt. Itẽ. Si inter eos, non ꝯ̃hitur matrimonium, quos adoptio iungit: quãto potius à carnali oportet inter se contubernio cessare, quos per cęleste sacr̃m regeneratio sancti spiritus * vincit.

alias* iungat.

Si filij, qui ante compaternitatem, vel post nati valent coniungi.

De copula filiorũ qui añ compaternitatẽ uel post nati sunt.

Hoc autem quidam volunt intelligere de illis tantum filijs, quibus compatres facti. sunt, de alijs uerò q ante compaternitatẽ, vel post geniti sunt, concedũt, quod legitimè, & licitè iungi possunt. Quibus videtur consentire Vrbanus secundus, dicens: Super quibus consulit nos tua dilectio, hoc videtur respondendum, ut & baptismus sit, si instante necessitate fœmina puerum in nomine trinitatis baptizauerit: & quòd spiritualium parentum filii, vel filiæ ante, uel post comparernitatem genitæ, possunt legitimè coniũgi prẹter illam personam, qua compatres effecti sunt.

Paschalis Papa.

Paschalis verò secundus post compaternitatem genitos copulari prohibet, scribens Regino episcopo: Post susceptũ filium de fonte vel filiam spiritualem, qui ex compatre, vel ex commatre fuerint nati, matrimonio iungi non possunt. Illud etiam notandum est, quod in tiburiensi concilio legitur: Si quis suę spiritualis commatris filiam fortuitu, & ita contingente rerum casu in coniugium duxerit, maturiori seruato cõsilio habeat, atque legitimo connubio honestè operam det.

Si quis ducere possit duas commatres, unam post alteram.

Solet etiam quæri, si commatrẽ vxoris post eius obitum quis ducere valeat? De hoc Nicolaus Papa sic scribit: Sciscitatur à nobis sanctitas uestra, si qs duas cõmatres habere ualeat, vnã post alterã. In quo meminisse debes scriptũ esse: Erũt duo in carne una. Cũ ergo constet, quòd uir, & mulier una caro efficiuntur restat uirum compatrem constitui virum mulieri, cuius assumpta vxor commater erat: & ideo virum illi fęminę non posse coniugi, quę commater eius commater erat: & ideo virum illi fęminæ non posse coniungi, quæ commater eius erat, cum qua idem fuerat una caro effectus. Huic autem illi ꝯ̃rium vr̃: Qui spiritualem habet compatrẽ, cuius filiũ de lauacro susceperit, & vxor eius commater non est, licet ei defuncto compatre suo, eius viduam ducere in vxorẽ, quos nulla generatio spiritualis secernit. Item ex epistola Paschalis Papæ: Post vxoris obitũ cum commatre vxoris coniugio copulari, nulla ratio, vel auctoritas vr̃ prohibere. Non enim per carnis vnionem, ad unionem spiritus transitur. Sed sciendum est, quòd auctoriras Nicolai de illo ait, qui uxori suæ debitum redidit postquam cõmater illius extitit. Alię verò auctoritates de illo agunt, cuius uxor postquam à uiro suo derelinquitur, illius cõmater efficitur, nec post compaternitatem à viro suo cognoscitur: vel de viro potius agunt, cuius vxor ante defungitur, quàm ab eo cognoscatur.

Gene 2.

De terminatio. Ibidem

Si vir, & vxor possunt simul tenere puerum.

Solet etiam quæri, si vxor cum viro simul debeat in baptismo suscipere puerum. De hoc Vrbanus ait: Quòd vxor cũ marito in baptismo simul non debeat suscipere puerũ nulla auctoritate vr̃, vel reperitur prohibitum: sed ut ipsa puritas spiritualis paternitatis ab omni labe, & insamia conseruetur immunis, decreuimus vt vterque simul ad hoc aspirare non præsumant: quia verò piaculare flagitium commisit, qui duabus commatribus, vel sororibus nupsit, magna pęnitentia debet ei iniungi.

De secundis, & tertijs nuptijs, & deinceps.

Sciendũ est ẽt, quòd nõ solum primæ, vel secundæ nuptiæ sunt licitę, sed ẽt tertię, &

quartæ

quartę non sunt dãnandæ. Vnde Aug. Secundas nuptias oĩno licitas Apostolus ꝯcedit De tertiis autẽ, & quartis, & de ultra pluribus nuptiis solent hoĩes manere qõnẽ. Sed qs audeat definere, qđ nec Apostolum video diffinisse? ait. n. Si dormierit uir eius, cui vult nubat. Non dicit primus, vel secundus, vel quotuslibet: nec à nobis diffiniendũ est, quod non diffinit Apostolus. Vñ, & breuiter rñdeã, nec illas nuptias debeo dãmnare, nec eis verecundiã nomerositatis auferre: nec ꝯ̃ humanæ verecundiæ sensum audeo dicere, vt quoties voluerint nubãt, nec ex meo corde p̃ter scripturę auctoritatem quotaslibet nuptias dãnare. Idẽ testat̃ Hierony. Ego nunc libera uoce exclamo, nec dãnari in eccclesia bigamã, imo nec trigamã: & ita licere quinto, & sexto, quẽadmodum secundo marito nubere. Apostolus tñ bigamos à sacerdotali honore excludit. Sed hoc nõ facit pro uitio bigamiæ, imo pro sacr̃i uirtute: vt sit vna vnius, sicut vnica vnici. Illud tñ Cæsariensis cõcilii vr̃ innuere bigamiã esse pctm̃. Presbyterum, inquit, in nuptiis bigami prãdere non ꝯuenit: qa cũ pnĩa bigamus indigeat, qs erit presbyter, qui talibus nuptiis possit p̃bere ꝯsensum? Sed hoc intelligi potest de illo, q primę uxori insidiatus putat̃ desiderio secũdæ: vel pro signaculo sacr̃i illud dr̃, quod in bigamo non seruatur Ambrosius ẽt dicit, ꝙ primę nuptiæ tantum à dño sunt institutæ, secundę verò sunt permisse, & primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrant̃ sublimiter, secundæ verò ẽt in p̃senti carẽt gloria.

1. Cor. 7.

alias* illas.

1. Timo. 3.

Summa distinctionis XLII.

IN hac ultima distinctione sacr̃i matrimonij, tractat Magister de impedimento cõiugij, quod ueraciter uocatur spiritualis, & itẽ legalis cognatio, de qua ostendit qd sit, & inter quos, & qualiter impediat mr̃imonialẽ contractũ, & quas personas ab eodẽ impediat. Producit quoq; instantiam ꝯ̃ prædicta, & soluit eandẽ. Tangit etiam de legali cognatione, & impedimento, quod causat: sed & de secundis loquitur nuptijs probando, quod licitæ sint.

QVAESTIO I.

HIc querit̃r, *Virum spiritualis cognatio impediat matrimonium. & quid sit, & quæ sint causæ ipsius.* ¶ Et vr̃ ꝙ non expediat tot impedimenta matrimonij ponere, quia hoc inijcit laqueũ multis, pręsertim cum pastores, & cappellani cõiter simplices sint, & horũ ignari, & plus ipsi seculares qui ꝯ̃hunt, qui tot impedimenta non cognoscentes, frequenter cum illegitimis personis contrahunt. Præterea charitatis iam in multis intm̃ refriguit, quod non multo maiorem dilectionẽ habent ad eos, ad quos habent solum spiritualem cognitionem, aut legalem, q̃ ad alias: ergo in talibus expediret dilectionem renouare, fouere complere per matrimonia solita.

¶ In oppositum est doctrina, & praxis ecclesiæ.

¶ Circa hæc sanctus Thomas multorũ scripta copiosè perstringens. Quemadmodũ, inquit, per carnalem propagationem hõ accipit esse naturę, ita p sacr̃a ecclesiæ accipit esse spũale gratiæ. Hinc sicut vinculũ ex carnis propagatione ꝯ̃ctum, naturale est homini, inquantũ est res naturæ, sic vinculũ ꝯ̃ctum ex sacramentorũ susceptione, naturale est Christiano inquantũ est membrum ecclesiæ. Ideo sicut carnalis cognatio impedit matrimonium, ita & spiritualis ex statuto ecclesiæ distinguendum tñ est de spirituali cognatione, qm̃ aut precessit matrimoniũ aut sequitur. Si precessit, impedit contrahendum, dirimitq; contractum. Si sequitur, non dirimit matrimonij uinculum: sed distinguendum est quo ad matrimonij actum, quia aut spiritualis cognatio inducitur, causa necessitatis, vt necessitatis, vt dum pater baptizauit filium suum in articulo mortis, & túc ex neutra parte impedit matrimonij actum: aut inducitur extra casum necessitatis, ex ignorantia tñ tuncq; si is ex cuius actu inducit̃, diligẽtia adhibuit est eadem ratio sicut dę primo, aut ex industria extra casum necessitatis, & sic ille ex cuius actu inducitur, amittit ius petẽdi debitum: attamen reddere debet, quia ex culpa eius on debet alius reportare incommodũ. Quãuis aũt spũalis cognatio non impediat aliqd de principalibus matrimonij bonis, impedit tñ aliquid de secundarijs eius bonis, vtpotè amicitiæ multiplicationẽ. Nã spũalis cognatio p se est sufficiẽs amicitiæ ratio. Vñ oportet, ut ad alios per eã amicitia, familiaritasq; quærant̃. ¶ Ampliùs quæritur, an per solum baptismũ spũalis cognatio ꝯ̃hatur, qđ apparet, qm̃ solus baptismus ẽ regñatio spũalis. Dicendũ qđ de hoc est duplex opinio. Vna qđ spũalis regñatio sicut per septiformem spũs sancti gr̃am datur. ita per septẽ afficitur, incipiendo à primo pabulo sacr̃i salis vsq; ad confirmationẽ p episcopum factã, & quod per hoc quodlibet horũ cognatio spiritalis ꝯ̃hitur nisi per actũ gñationis cõpletũ. Vñ nec affinitas acquiritur, nisi fiat cõmixtio seminum ex qua generatio sequi solet. Spiritualis verò generatio non perficitur, nisi per aliquod sacr̃m, iõ nõ vr̃ quod ꝯ̃hatur nisi per aliquod sacr̃m est ergo opinio alia, quòd per tria duntaxat sacr̃a ꝯ̃hatur spũalis cognatio, puta p catechismũ, baptismũ, & cõfirmationẽ, quod ex ignorantia dictum vr̃ cathecismus non sit sacramentum, sed sacramentale. Alij igitur asserunt quod solum per duo contrahit̃ sacramenta, quæ sunt confirmatio, & baptismus quod communius sic tenetur, Vnde de catechismo dicitur, quod sit debile matrimonii impedimtum impediens contrahendum, non dirimens contractum. Ad obiectũ quoque dicendum, quòd duplex est carnalis natiuitas. Vna in utero, in qua fętus est debilis, & ineptus extra exponi, cui natiuitati assimilatur regeneratio per baptismũ, in qua regeneratio hõ adhuc fouendus intra vterum matris ecclesiæ. Secunda est natiuitas ex vtero, in qua infantulus intãtum est roboratus, quòd potest corruptiuis exponi, cui natiuitati cõparatur confirmatio, in qua hõ spiritaliter roboratus, exponitur in publicum ad cõfessionem nominis Christi. Verum his obiici potest primò, qm̃ Corinth. scribit Apost. Per euangelium ego uos genui. Spiritualis autem generatio spiritualẽ cãt cognationẽ, ergo ẽt ex p̃dicatione, & informatione, cãtur. Scđò, sicut per baptismum tollitur pctm̃ originale, ita per sacramentum pœnitentiæ, seu confessionis peccatum actuale. & per utrunque hõ spiritualiter regeneratur, & spirituale esse sortit̃, ergo sicut per vnum, ita per aliud spiritualis cognatio oritur: Tertiò per curã, & gubernationẽ pastoralẽ vocatur quis pater spiritualis, ergo per hoc quoque contrahitur spiritualis cognatio. Et respondendum ad primũ, ꝙ cõuersi, & instructi ab aliquo sunt quo

dammodo

dammõ regñati ab illo, ſicut in catheciſmo, nõ aũt ſecundũ rõnem regñationis cõpletã. Ad ſm, q̃ per ſacrm pniæ non contrahitur propriè ſpiritalis cognatio, pp quod filius ſacerdotis ducere poſt, quã pater ſuus in confeſsione audiuit. Et q̃uis in cõfeſsione pctm eius tollatur, & gra infundat, hoc tñ eſt per modũ curationis magis q̃ generationis, Veruntamen per pniæ ſacramentum, & cõfeſsionẽ ꝓhitur quoddã fœdus inter confeſſorẽ, & fœminã confitẽtem, ſimile ſpũali cognationi, vt tm peccet ſacerdos carnaliter eam cognoſcens, ac ſi eſſet ſpiritalis filia ſua. Et hoc ideo: qm inter cofeſſorẽ, & confitentem debet eſſe familiaritas maxima: & ob hoc iſta prohibitio eſt inducta, vt tollatur peccandi occaſio. Ad tertium, q̃ pater ſpũalis uocatur ad ſimilitudinem patris carnalis, q̃ (vt dr Ethi. 8.) tria largitur filio, q̃ ſunt eſſe, nutrimentum, Inſtructio. Hinc pater ſpũalis quis dicitur, qui dat alteri aliquid horum: ex hoc tñ non habet ſpiritualem cognationem, niſi conueniat cũ patre carnali, quantum ad gñationem per quã eſſe confert. ¶ Inſuper quæritur, inter quos cõtrahatur ſpũalis cognatio, an ſcilicet inter baptizatum. & patrinũ, & utrum tranſeat à viro in vxorem atq; ad filios carnales patris ſpũalis Et rñdendũ ad primũ, q̃ ſicut in generatione carnali naſcitur hõ ex parte, & matre, ita in regeneratione naſcitur hõ filius Dei, ſicut patris, & filius eccleſiæ, tanquã matris. Quemadmodũ aũt conferrens ſacrm gerit perſonam Dei, cuius inſtrumentum eſt, & miniſter, ita ſuſcipiens baptizatum de ſacro fonte, ſeu tenens eũ qui confirmatur, gerit perſonam eccleſiæ, ideo inter eos ſpiritualis cognatio contrahitur. Hinc ſicut nõ ſolum pater (ex cuius ſemine naſcitur proles) habet carnalem cognationem ad illam, ſed etiam mater miniſtrans ſubſtantiam, ſic & patrinus, qui à beato Dion. anadocus dicitur, qui baptizandum uice totius eccleſiæ offert, ac ſuſcipit. atque q̃ tenet confirmandum, cognatione contrahit ſpiritualem. Porrò non baptizatus non põt aliquẽ de ſacro fonte leuare, cum non ſit membrum eccleſiæ, cuius perſonam & typum gerit ſuſcipiẽs in baptiſmo, quãuis ualeat baptizare, cum ſit creatura Dei, cuius typum gerit baptizans. Ad ſecundum reſpondetur, quod aliquis poteſt fieri compater alterius dupliciter. Primò per actum baptizantis, ſeu in baptiſmo ſuſcipientis filiũ eius. & ſic ſpũalis cognatio nõ trãſit à uiro in uxorẽ, niſi ille ſit filius uxoris, quia ſic ſpiritualis cognatio tranſit in uxorem directè ſicut in virum: Secundò per proprium actum, vt dum filium leuat alterius, ſicque cognatio ſpũalis tranſit ad uxorem iam à ſe carnaliter cognitã, non ſi matrimonium nondum ſit conſummatum: qm nondum effecti ſunt vna caro, & hoc eſt per modum cuiuſdam affinitatis. Hinc & pari ratione vr tranſire ad mulierem carnaliter cognitã, quãuis non ſit vxor. Veruntñ pater ſpũalis & mater ſpiritualis eiuſdem, non coniunguntur in generatione ſpirituali, niſi p accidens, quia ad hoc vnus eorum ſufficeret. Idcirco inter eos non naſcitur ſpiritualis cognatio, imò poteſt inter eos matrimonium eſſe Hinc quoque nil prohibet, quin uir, & vxor eius aliquem leuent de ſacro fonte, nec inconueniens eſt, q̃d vxor ex diuerſis cauſis fiat ſpiritualis mater eiuſdem, quemadmodum diuerſis reſpectibus poteſt eſſe conſanguinea, & affinis eiuſdem per propinquitatem carnalem. Ad tertiũ reſpõdetur, quòd filius eſt aliquid patris, non econtrario 8. Ethicorum. Ideo ſpiritualis cognatio tranſit à patre in filium, non econtra. Ex quibus patet, q̃ tres ſint ſpirituales, cognationes. Vna uocatur ſpiritualis paternitas, quæ eſt inter patrem ſpiritualẽ, & filiũ eius. Secunda cõpaternitas, quę eſt inter patrẽ ſpiritualẽ, & carnalẽ eiuſdẽ. Tertia appellatur ſpiritualis fraternitas, quæ eſt inter filium ſpiritualem, & filios carnales eiuſdem patris: quarum quælibet impedit matrimonium ꝓhendum, & dirimit contractũ. Verumtamen iſta cognatio gradum nõ habet. Nẽpè perſona addita per carnis propagationem, facit gradum reſpectu illius, quæ eodẽ attinet gradu: nõ aũt reſpectu eius, quæ attinet in alio genere, ſicut filius attinet in eodem gradu uxori patris, in quo & pater, quãuis alio genere attinentiæ. Cumq; ſpiritualis cognatio ſit alterius generis, quàm carnalis ideo in eodem gradu attinet filius ſpiritualis filio naturali patris ſui ſpiritualis, in quo attinet ei pater eius. quo mediante, tranſit ſpiritualis cognatio, ſed cum frater non ſit aliquid fratris, idcirco non tranſit à fratre in fratrem.

Quæſtio.

Dionyſius martyr.

Tres cognationes ſpirituales

QVAESTIO II.

Reſtat nunc dicendũ de cognatione legali, quæ per adoptionem contrahitur. Quæritur ergo, *quia ſit adoptio, & utrum vinculum ſeu cognationẽ matrimonii impedituam efficiat, & intra quas contrahatur perſonas.* ¶ Eſt autem adoptio extraneæ perſonæ in filium aut nepotem, vel deinceps legitima aſſumptio. Cõtra quod objcitur, adoptio iſta fit in ſupplitionẽm naturalium filiorum, ergo potiſsimè competit frigidis, atq; ſpadonibus qui nequnt generare, quibus tamen non competit.

¶ In hac qæſtione tria tanguntur, ad quorũ primũ dicendũ, quòd ars imittatur naturã, & ſupplet eius defectũ. Hinc ſicut pater filiũ per naturalem generationẽ producit, ita per ius poſitiuum, quod eſt ars æqui, & recti, poteſt vnus alium aſſumere in filiũ ad ſimilitudinẽ filij naturalis, & ad ſupplendũ defectũ, pp qđ adoptio ſpecialiter eſt inducta. Cũq; aſſumptio nominet terminum à quo, pp quod aſſumens non eſt aſſumptum, oportet quòd, q̃ aſſumitur in filium ſit perſona extranea. Hinc ſicut generatio naturalis habet pro termino ad quem, ipſam formã quæ eſt finis generatio: & terminum à quo formam contrariam: & ita generatio legalis habet terminũ ad quem, filium, aut nepotem: terminũ verò à quo, perſonam extremam, ſicq; diffinitio illa comprehẽdit genus adoptionis, cum dicitur, legitimata adoptio, & terminum à quo, cum additur, extraneæ perſonæ: terminum quoque ad quem dum additur, in filium, aut nepotem. Cumque filiatio adoptionis ſit quædam imitatio filiationis naturalis, duplex eſt ſpecies eius. Vna, quæ perfectè imitatur filiationem naturalem, quæ adoptio dicitur arrogatio, per quã adoptatus tranſit in poteſtatem adoptantis. & ſic adoptatus ſuccedit patri adoptanti ab inteſtato, nec poteſt pater ſine culpa eum priuare quarta parte hereditatis. Sicq; adoptari non poteſt niſi qui ſui eſt iuris, qui videlicet poſtquam adoptatur poteſtatẽ nõ habet; aut ſi habet, eſt emancipatus, & iſta adoptio fieri nequit niſi principis authoritate. Alia eſt adoptio ſimplex, q̃ imitatur imperfectè naturalem filiationem, p quã adoptatus nõ tranſit in adoptantis poteſtatẽ. Ideo potius eſt diſpoſitio ad adoptionẽ perfectam, quàm adoptio, ſicq; adoptari põt ẽt, qui nõ eſt ſui iuris, & ſine auctoritate principis ex auctoritate principatus. Sic quoq; adoptatus nõ ſuccedit bonis adoptãtis, nec adoptãs tenetur ei in ſuo teſtamento aliquid de bonis ſuis dimittere niſi velit. Itaque illis ſolum competit adoptare, qui poteſtatem habent diſponendi de ſua hæreditate. Vnde q̃ nõ eſt ſui iuris, aut minor 25. annis, aut mulier, non

Adoptio quare inuenta.

Quis adoptare poſſit.

Cognatio legalis triplex.

põt aliquẽ adoptare, niſi ex ſpeciali principis conceſsione. Deniq; p eũ, qui habet perpetuũ generandi impedimentũ, non poteſt hæreditas tranſire ad poſteros, & ex hoc ipſo debeẽ illis, qui ſucceſſuri ſunt ei iure, ꝓpinquitatis. Talibus ergo non põtest adoptare. Nec ẽt tãtus eſt dolor de filijs nunq̃ habitis, nec haberi poſsibilibus, ſicut de amiſsis, iõ habẽtes certũ, atq; perpetuũ impedimentũ generãdi, nõ indigent ſolatio contra carentiã filiorũ ſicut, q̃ habuerunt, & amiſerũt, vel habere potuerũt. Cũq; ꝓpinquo iure propinquitatis cõpetebat in hr̃ditate ſuccedere, nõ cõuenit ei hoc per adoptionẽ. Et ſi ali quis propinquus, cui nõ cõpetit in hr̃ditate ſuccedere, adopteẽ nõ adoptat, vt propinquus, ſed inquãtũ extraneus. ¶ Ad ſm dicendũ, q̃ lex diuina illas perſonas pſertim à matrimonio mutuò excluſit, q̃ magis ſolent cohabitare. Et qm filius adoptatus cõuertur in domo patris adoptantis ſicut filius naturalis ideo legibus humanis prohibetur inter tales matrimonium cotrahi. q̃ prohibitio eſt p eccleſiã cõfirmata. Hinc legalis cognatio matrimoniũ impedit. ¶ Ad tertiũ reſpondetur. q̃ triplex eſt legalis cognatio. Vna quaſi deſcendentium, q̃ ꝓhitur inter patrẽ adoptantẽ, & filium adoptatum, & filium filij adoptatiui, & nepotem, ſicq; deinceps. Secunda, q̃ eſt inter filium adoptiuũ, & filiũ naturalẽ. Tertia eſt per modũ cuiuſdã affinitatis, q̃ eſt inter patrẽ adoptãtẽ, & vxorẽ filij adoptati, vel eꝰrio inter filium ẽt adoptatum atque vxorem patris adoptãtis. Prima ergo cognatio, & tertia, matrimoniũ ꝑpetuò impediũt. Secũda tã diu ſicut q̃s manet in ptãte patris adoptãtis. pp quod mortuo patre, uel filio emancipato, põt inter eos matrimonium contrahi. Deniq; p generatio nẽ ſpiritualem non trahitur filius extra poteſtatem patris carnalis, ſicut per adoptionem, ideo filius ſpiritualis remanet ſimul filius utriuſque, non autem filius adoptiuus, ideo non ꝓhitur propinquitas aliqua inter patrem, adoptantem & naturales parentes, ſicut in cognationẽ ſpirituali. Cumq; legalis cognatio impediat matrimonium propter cohabitationẽ, poteſt ſolui vinculum impedimenti iſtius, dũ adoptati fiunt extra poteſtatem adoptantis, nec manent cum naturalibus filiabus ipſius. Pater verò adoptans, eiuſq; vxor, retinent ſemper quandam auctoritatẽ ſuper filium adoptatum, & eius vxorẽ. Hinc vinculum permanet ſuper eos. Quicquid verò in poteſtate filij adoptati, tranſit in poteſtatem adoptantis, ideo patre adoptato, adoptantur filii, ac nepotes, qui ſunt in poteſtate adoptati.

Quæſtio.

¶ Præterea ſi quæratur, an ſecũdæ nuptiæ liceãt. Patet ad hoc ex prẽinductis rũſio, q̃ imò, qm̃ vinculum coniugatorum in morte diſſoluitur. nec impedit ꝓhendumi. Tale quoq; matrimonium eſt ſacrm, cum in eo ſit debita materia matrimonij ſacramentalis, puta perſonæ legitimæ, & debita forma, vc; expreſsio interioris conſenſus per verba de ꝓſenti. Veruntamen matrimoniũ ſm eſt imperfectius primo, & minus euidenter ſignificatio ſacramentalis eſt in eo, q̃ in primo, q̃a non eſt in ſecundo vnius cũ vna ideo irregularitatẽ inducit, & à ſuſceptione ſacramenti ordinis impedit, nec ſecundæ nuptię benedicuntur. quod intelligendum eſt quando ex parte uiri, ac mulieris ſunt ſecundæ, vel ex parte mulieris tantum: quia ſi virgo contrahit cum illo qui aliam coningẽ habuit, nuptiæ illæ benedicuntur, quia ſaluantur in eis aliquo modo ſignificatio ſacrãi ẽt in ordine ad nuptias primas: qm̃ Chriſtus, & ſi vnicam eccleſiã habeat ſponſam, habet tñ in ipſa eccleſia plures ſponſas particulares ſpiritaliter ſibi cõiunctas. Aĩa verò nõ põt eſſe ſponſa niſi Chriſti, q̃a cũ demone fornicatur. Hinc dũ mulier nubit ſecundo. nuptiæ nõ benedicuntur pp ſacri defectum. Hinc demũ iuxta Ambroſium, ſcdm mr̃imoniũ, dr̃ in honeſtum, non q̃ ſit illicitum, ſed qm̃ caret perfecta ſignificatione ac benedictionis honore, q̃bus primũ mr̃imoniũ decoratur. Hæc Tho. in Scrip. In quibus omnes doctores frequenter ꝓallegati cõcordant, quorum & ſcripta in his ſententialiter continẽtur, ac ſatis, prout huic ſpeculationi ſufficere poteſt Nam & materia hæc ad Iuſtrias potius pertinet.

Ambroſ.

Prædictorum Epilogatio, & breuis inſtructio de ſeptem eccleſiæ ſacramentis, & modi ipſa iuxta conſuetudinem Romanæ eccleſiæ diſpenſandi, ac benedicendi.

Baptiſmũ primũ eccleſiæ ſacrm eſt ablutio hominis facta ab alio in aqua, ſimul verba certa, cũ intẽtione debita, ꝓferrẽte, ſignificãs efficaciter ex inſtitutione diuina ablutionẽ aĩæ à pctõ. Nã in eo remittit pœna, & culpa, & hõ ſpũale eſſe aquirit, Chro incorporat, ſpũaliterq; gñatur. Ordinat aũt ꝓ culpã originalẽ, & carentiam ſpũalis vitæ. Materia huius ſacri eſt aqua. Miniſter ſacerdos, vel in neceſsitate q̃libet Chrianus, forma ipſius. Ego te baptizo in noĩe pr̃is, & filij, & ſpũs ſancti. ¶ Modus diſpenſandi, & bñdicendi hoc ſacrm.

¶ Sacerdos bñdicturus cathecumenos vertat faciẽ ſuã ad oriẽtẽ. Et ſi baptizãdus ſit maſculus, ſtatuatur à dextris ſacerdotis. Et ſi ſit fœmella, à ſiniſtris Et ſi ſit adultus quæraĩ ab eo, an velit baptizari. Si infans, quæratur à patrinis an deſideret illũ baptizari.

¶ Quibus rñdentibus q̃ ſic, q̃rat ſacerdos, quo noĩe velint naĩari baptizandũ, & poſtea q̃rat illas ſex interrogationes, q̃ ſequuntur. Ad quas dẽt pſonaliter rñdere, ſi adultum fuerit, & loqui valeat, vel patrini pro eo ſi infans, vel ſi pr̃ infirmitate, aut alio defectu loqui non poterit. forte mutus vel ſurdus exiſtens.

¶ Interrogationes. ¶ Abrenuncias ſathanæ? R. Abrenuncio. I. Et oĩbus operibus eius? R. Abrenuncio. I. Et oĩbus pompis eius? R. Abrenuncio. I. Credis in Deum patrem omnipotentẽ creatorem cœli, & terræ? R. Credo. I. Credis in Ieſum Chriſtum filium eius vnicũ dñm noſtrũ natũ, & paſſum? R. Credo. I. Credis, & in ſpm̃ ſctm̃, ſanctã eccleſiã catholicã, ſanctorum, communionem, remiſsionẽ peccatorum, carnis reſurrectionẽ, & vitã æternã? R. Credo. ¶ Vr valde expediẽs, & deuotũ aſtantibus, ſi q̃s baptizãtiũ ſacerdos interrogationes iſtas in idiomate ſuæ patriæ vulgari faceret. latinum patrinis imterpretãdo. Tunc exſufflet in faciẽ baptizãdi, dicẽs. Exi ſatana da honorẽ Deo uiuo, & vero. Exi immũde ſpũs, da honorẽ filio eius Ieſu Chro dño noſtro. Fuge immũde ſpũs, da locũ ſpũi ſctõ parãcleto. Deinde faciat crucẽ in fronte baptizandi cũ pollice dicẽs. Signũ dñi noſtri Ieſu Chri in frõtẽ tuã pono. Deinde faciat crucẽ in pectus dicẽs: Sgnũ crucis dñi noſtri Ieſu Chri in pectus tuũ pono. Deinde ponat manũ ſuper caput dicens. Dñs vobiſcũ. Et cũ ſpi. Oremus.

¶ Omnipotens ſempiterne Deus pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuũ: N. quẽ ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo repelle. Dirumpe oẽs laqueos diaboli q̃bus fuerat alligatus. Aperi ei

ianuam

januam dñe pietatis. vt signo sapientiæ tuæ imbutus, omniũ cupiditatum fœtoribus careat, & ad suauem odorẽ præceptorũ tuorũ lætus tibi in ecclesia tua deseruiat, & proficiat de die in diẽ, vt idoneus efficiatur accedere ad gratiã baptismi tui percepta medicina spũali. Per eũdem Christum &c. Oremus.

¶ Preces nostras quæsumus domine clementer exaudi, & hunc famulum tuum. N. crucis dominicæ cuius impressione eum signamus virtute custodi, vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta seruans, per custodiam mandatorum tuorum, ad regenerationis gloriã peruenire mereatur, Per Christũ. Oratio.

¶ Deus qui humani generis ita es conditor, vt sis etiam reformator, propitiare populis tuis adoptionis, & nouo testamento sobolem nouæ prolis ascribe, vt filij promissionis, quod non potuerunt assequi per naturã, gaudeant se recepisse p gr̃am. Per Chri. Hinc faciat exorcismum salis exorcizo te creatura salis, in nomine Dei patris oĩpotentis, & in charitate dñi nostri Iesu Christi, & in virtute spũssancti. Exorcizo te per Deũ viuũ, p Deum verũ, per Deum sanctũ, q̃ te ad tutelã humani gñis p̃creauit, & populo venienti ad credulitatem p seruuos suos cõsecrari p̃cepit, vt i noĩe sanctę trinitatis efficiaris salutare sacr̃m ad effugandũ inimicũ. Proinde rogamus te dñe Deus noster, vt hanc creaturã salis sanctificãdo sanctifices, bñdicẽdo bñdicas, vt fiat oĩbus accipiẽtibus perfecta medicina permanẽs in uisceribus eorũ, in noĩe dñi nostri Iesu Christi. Qui venturus est. Deinde noĩato noĩe baptizandi mittat sal in os ipsius, dicens illi: Accipe salem sapientiæ, vt Propitiatus si tibi dominus in vitam eternã. Am̃. Oratio.

¶ Deus patrũ nostrorũ, Deus vniuersæ conditor veritatis, te supplices exoramus, vt hũc famulũ. N. respicere digneris p̃pitius, vt hoc primũ pabulũ salis gustãtẽ nõ diutiũs esurire permittas, quo minus cibus repleat̃ cęlesti, quatenus sit semp seruens, spe gaudẽs: tuo sp noi seruiens, perduc eũ ad nouæ regenerationis lauacrũ, vt cũ fidelibus tuis repromissionũ tuarũ æterna p̃mia p̃sequi mereatur. Per Chri. Super masculos tm̃ Orõ. ¶ Deus Abraã. Deus Isaac Deus Iacob, Deus q̃ Moysi famulo tuo in mõte Synai apparuisti, & filios Israel de terra Aegypti eduxisti, deputans eis angelũ pietatis tuæ, q̃ custodiret eos die, ac nocte, te q̃sumus dñe ut mittere digneris sanctum angelum tuum, qui similiter custodiat & hunc famulum tuum, & perducat eum ad gratiã baptismi tui. Per Christum. Exorcismus.

¶ Ergo maledicte diabole recognosce snĩam tuã, & da honorẽ Deo viuo, & vero. da honorẽ Iesu Chr̃o filio eius, & spũi sctõ paracleto, & recede ab hoc famulo Dei. N. quẽ Deus, & dñs noster Iesus Chr̃s ad suã sanctã gr̃am, & benedictionẽ, fontẽq; baptismatis dono suæ gr̃æ vocare dignatus est. Et hoc signũ sanctę crucis, quod frõti eius damus, tu maledicte diabole nunq̃ audeas uiolare. Per eũ, q̃ venturus est.

¶ Sup masculos tm̃. ¶ Deus, immortale p̃sidium oĩm postulantium, liberatio supplicũ, pax rogantiũ, uita credentium, resurrectio mortuorum, te inuoco sup hunc famulũ tuum. N. qui baptismi tui donũ petens æternam consequi gr̃am spirituali regeneratione desiderat, accipe eum domine. Et quia dignatus es, dicere. Petite, & accipietis, q̃rite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Petenti itaq; præmium porrigere, & ianuam pande pulsanti, vt æternam cœlestis lauacri benedictionem cõsecutus, promissa tui muneris regna percipiat. Per Christum. Ergo maledicte diabole recognosce. vt supra Super masculos exorcismus. ¶ Audi maledicte sathana adiuratus p. nomen æterni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, filij eius cũ tua victus inuidia tremẽs, gemẽsq; discede, nihil tibi sit cõe cũ hoc seruo Dei iã cęlestia cogitandi, renunciaturo tibi & seculo tuo, & beata immortalitate uicturo. Da igit honorẽ aduenienti spiritui sancto, q̃ ex summa cęli arce descendẽs, pertur batis fraudibus tuis diuino fonte purgatũ pectus. i. sanctificatũ Deo tẽplũ, & habitaculũ p̃ficiat, vt ab oĩbus penitus noxijs p̃teritorũ criminũ liberat⁹ hic seruus Dei. N. gratias perhenni Deo referat sp, & benedicat nomẽ eius sctũ i secula seculorũ. Am̃. Exorcismus alius. ¶ Exorcizo te immunde spũs, in noĩe patris, & filij, & spũs sancti, vt exeas, & recedas ab hoc famulo Dei. N. ipse enim tibi imperat maledicte dãnare, q̃ pedibus sup mare ambulauit, Petro mergẽti dextram porrexit. Ergo maledicte. ut sup. Super fœmellas tm̃. ¶ Deus cęli, & terræ, Deus angelorum Deus archangelorũ, Deus patriarcharũ, Deus ꝓphetarũ, Deus apostolorũ, Deus martyrũ, Deus confessorũ, Deus virginũ, Deus oĩm bene viuentiũ, Deus cui oĩs lingua confitetur, & omne genu flectitur, cęlestiũ, terrestriũ, & infernorũ, te inuoco sup hãc famulã. N. vt perducere eã digneris ad gr̃am baptismi tui. Ergo maledicte. vt sup. Sup fœmellas tm̃. ¶ Deus Abraã, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus q̃ tribus Israel de Aegyptia seruitute liberasti, & per Moysen famulũ tuũ de custodia mandatorũ tuorũ, in deserto monuisti, & Susannam de falso crimine liberasti, te supplex deprecor dñe, vt liberes hanc famulã tuã. N. & perducere eam digneris ad gratiã baptismi tui. Per Christum. Ergo maledicte. vt sup. ¶ Super fœmellas exorcismus. ¶ Exorcizo te immunde spũs, per patrẽ, & filium, & spũm sctũ, vt exeas, & recedas ab hac famula Dei. N. ipse enim imperat tibi maledicte, atq; dãnate, q̃ cæco nato oculos aperuit, & quatriduanũ Lazarũ de monumento resuscitauit. Ergo maledicte, vt sup. ¶ Oratio dicenda sup baptizandũ siue sit masculos, siue fœmella. ¶ Aeternã, ac iustissimam pietatem tuã deprecor dñe sanctæ pater oĩpotens æterne Deus, luminis, & veritatis auctor super hunc famulũ tuũ. N. vt digneris, eũ illuminare lumine intelligentiæ tuæ, mũda eũ, & sanctifica, & da ei scientiã verã, ut idoneus efficiatur accedere ad gr̃am baptismi tui, teneat spem firmam, cõsiliũ rectũ, doctrinã sanctã, vt aptus sit ad percipiendum gr̃am baptismi tui. Per Christum. Deinde dicatur. Dominus vobiscum. Sequentia sancti euangelij &c.

IN illo tempore Offerebant Iesu paruulos, vt tangeret illos. Discipuli aũt cõminabant offerentib⁹. Quos cum vidisset Iesus, indigne tulit. Et ait illis. Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos, talium est. n. regnum Dei. Am̃ dico vobis. Quisquis nõ receperit regnũ Dei velut pauulus, non intrabit in illud. Et cõplexans eos, & imponens manus super illos, bñdicebat eos. Deinde ponat manũ super caput baptizandi, & cathecu. dicẽs symbolum. Credo in Deũ &c vsq; ad finẽ. Pater noster. Aue Maria. &c. simul vsq; ad finẽ. Et cõmittat patrinis, q̃ informẽt baptizandum de fide, & orõne dñica. Deinde noĩe baptizandi nominato iterũ ponat manũ sup caput eius dicens N. Nec te lateat sathana imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, iminere tibi diẽ iudicij, diẽ supplicij sempiterni, diẽ, q̃ venturus est velut clibanus ardẽs, in quo tibi, ac vniuersis angelis tuis sempiternus veniet interitus. Proinde dãnate, ac dãnande, da honorem Deo viuo & vero, da honorẽ Iesu Chr̃o filio eius, & spiritui sancto. In cuius noĩe, atq; virtute p̃cipio tibi quicunq; es spiritus immũde, vt exeas, & recedas ab hoc famulo Dei. N. quẽ

hodie

hodie Deus, & dñs noster Iesus Chr̃s ad suã sanctã gr̃am, & bñdictionẽ, fontẽq; baptismatis dono spũs scti vocare dignatus est, vt fiat eius templũ p aquã, regnationis in remissionẽ oĩm pctõrũ. In noĩe eiusdẽ dñi nostri Iesu Chr̃i q̃ venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculũ p ignẽ. Am̃. Deide sacerdos expuat in manũ sinistrã. & cũ pollice manus dextræ accipiat de saliua sua. & tangat aures baptizandi, dicẽs ad aurẽ dextrã. Effera, qđ est ad aperire. Ad nares: In odorẽ suauitatis. Ad aurẽ sinistrã. Tu autem effugare diabole, apropinquabit em̃ iudiciũ Dei: Deinde itur ad fontẽ, & prope fontẽ sacerdos iterũ vocato noĩe baptizandi repetit istas sex interrogationes sequẽtes. I. Abrenũcias sathanæ? R. Abrenũcio. I. Et oĩbus operibus eius. R. Abrenuncio. I. Et oĩbus põpis. eius. R. Abrenuncio. I. Credis in Deum patrẽ oĩpotẽtẽ creatorẽ cœli, & terræ. R. Credo. I. Credis & in Iesum Christũ filiũ eius vnicũ dñm nostrũ natũ, & passum? R. Credo. I. Credis, & in spiritũ sctũ, & sanctã ecclesiã, sctõrũ, cõionẽ remissionẽ pctõrũ carnis resurrectionẽ, & vitã æternã? R. Credo. Deinde intincto pollice in oleo sancto faciat crucẽ in pectore, & inter scapulas baptizandi, quẽ, tunc tenebunt cõpatres inter manus ita dicens. Et ego te linio oleo salutis in Chr̃o Iesu dño nostro, ut habeas vitã æternã, & viuas in secula seculorũ Amen. Deinde quærat sacerdos à baptizando si adultis sit. Vis baptizari. R. Volo. Vel patrinis si infans sit. Vultis in fantem baptizari? Ita. Deinde sacerdos diligenter quærat de infante ab obstetrice, & alijs an sit baptizatus. Si respondet, est baptizatus, Et si sacerdos certitudinaliter informat̃, q̃ ille infans, sit ritè baptizatus in aqua sub debita forma verborum, tunc nõ debet ipsum rebaptizare, neq; simpliciter, nec sub conditione, sed alia facere, q̃ solẽt fieri post babtismum, s. crismare, mittã supraponere. Sed si dubitat an sit rite baptizatus in aqua sub debita forma verborũ, tunc p̃ dubiũ debet ipsum baptizare sub cõditione, & sub ista verborum forma nominato nomine eius. N. Si es baptizatus, non te rebaptizo. Sed si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine p̃ris & filij, & spiritussancti. Am̃. Si verò non est baptizatus priùs tunc nominato nomine eius debet ipsum baptizare simpliciter sine conditione, sub hac forma verborũ. N. Ego te baptizo, in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Amen. ¶ Et sciendum, quòd sacerdos debet baptizandũ ad minus semel mergere in repũtationẽ sepulturæ, & resurrectionis Iesu Christi, nisi infirmitas baptizandi obstiterit, vel sacerdotis debilitas, vel modicitas aquæ, vel magna tẽporis frigiditas, quia tunc poterit sacerdos cũ manu, vel cũ aliquo vasculo fundere de aqua fontis sup caput baptizãdi. Q̃m immersio nõ est de necessitate baptismi. Dẽt tm̃ seruati vbi seruari cõsueuit nisi aliud obstet. Et vbi consuetudo est de trina immersione illa dẽt seruari, & q̃ non seruat eã peccat. Deinde suscipiãt patrini infantẽ, & teneãt super fontem, & sacerdos intincto pollice in chrismate faciat crucem vertice infantis, seu summitate capitis, & non in fronte dicens.

¶ Omnipotens pater dñi nostri Iesu Christi qui te regenerauit ex aqua, & spiritu sancto, quiq; tibi dedit remissionem omnium peccatorum, ipse te lineat chrismate salutis in Christo Iesu domino nostro propitiatus in vitam æternam. Amen. Deinde ponat mitram super caput baptizari, & dicat: Accipe vestem candidã, sanctam, & immaculatã, quam perferas sine macula ante tribunal Christi, vt habes vitam æternam, Amẽ. Deinde procedat sacerdos ad altera, & si baptizatus sit adultus cõicet. Si verò sit infans, ponat sacerdos de vino in os eius, dicẽs. Huius perceptio vini sit tibi in salurem æternam corporis & animæ. Deinde det baptizato candelam, & dicat Accipe lambadem ardentem, custodi baptismum tuum, vt cum venerit dominus ad nuptias possis occurrere ei in aula cœlesti, & viuas in secula seculorum. Amen.

¶ Ordo circa baptizandum infirmum seruatur per omnia, vt supra vsque ad datum salis. Deinde dicatur oratio.

MEdelam tuã deprecor dñe sanctæ pater omnipotens æternæ Deus, q̃ subuenis in periculis, qui temperas flagella dũ verberas. Tẽ ergo dñe suppliciter deprecamur, vt hunc famulũ tuũ. N. eruas ab hac infirmitate, vt nõ præualeat inimicus vsque ad aĩæ tentationem, sicut in Iob ei terminũ i mpone inimicus de anima ista fine redemptione baptismatis incipiat triumphare, differt dñe exitũ mortis & spaciũ vitæ extende, & perducat ad gr̃am baptismi tui. Per Christum dominum nostrum Am̃. Deinde ponat sacerdos manum super caput baptizandi & cathecizandi, & dicat, Symbolum Credo, & cætera omnia vsque ad finem.

¶ De hoc sacramento tractatum est supra prolixe per sex distinctiones, videlicet. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

COnfirmatio secundum ecclesiæ sacramentum est, quõ baptizatus ipsum esse spirituale in baptismo susceptum ad debitam quantitatem perducat. Datur in eo ad robur spiritus sanctus contra infirmitatem animi, quæ in nuper renatis inuenitur, estque baptismi perfectio. Nam in baptismo homines sunt quasi modo geniti infantes, ad dura, laboriosaque sustinenda minus robusti, nisi induantur virtute ex alto. Quod eis facere consueuit diuina clementia in confirmatione, & per signaculum de charismate in fronte susceptum prælatare velut rinocerontis cornu, quo erũpant, & vẽtilent inimicitias, & obprobria Christianæ professionis, & hostes animarum vniuersos. Materia huius sacramenti est chrisma ex oleo, ac ballamo episcopaliq; benedictione constans. Minister, solus episcopus. Forma sacramenti. Consigno te signo crucis, confirmo te chrismate salutis. In nomine pattis, & filij & spiritus sancti. ¶ Modus benedicendi, & dispensandi, vt sequitur.

CLemens primus statuit, ut quisque post baptismum quanto citiùs possit confirmetur, q̃a nõ est perfectus Christianus, qui hoc non necessitate sed incuria, aut voluntate omittit. Igitur quando episcopus est presens, q̃n infantes baptizantur, vel quando infantes ab ipso baptizantur, statim eos confirmari oportet cum chrismate, q̃a vt hẽ in canone de con. de 5. c. Omnes, spiritus sanctus, qui in fronte tribuit innocentiam, in confirmatione præstat augmentum ad gratiam. In baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. Et per confirmationem efficiunt perfecti Christiani, vt dicit Glosia de con. di. 5. ca. Omnes. Et paruulus non confirmatus si decedit minorem gloriam in cœlo habebit, vt dicit Thomas parte. 3. q. 72. art. 7. Et nemo carnalem filum, aut filiam de baptismo suscipiat vel confirmationem teneat, vt sit discretio inter carnalem, & spiritalem generationẽ & qui non est confirmatus nullum ad confirmationem teneat, episcopus volens confirmare semper præmittat confessionem generalem, cum absolutione generali, populo flectente genua. Deinde lotis

prius

priùs manibus,& terso pollice dextræ manus, iunctis ante pectus manibus,stans mitra deposita,dicit Spiritus sanctus superueniat in vos,& virtus altissimi custodiat vos à peccatis.Respondetur.Amẽ. Deinde dicit.Adiutorium nostrum, in nomine domini.Domine Exaudi orationem meam.Et clamor.Dominus vobiscum. Et tunc eleuatis & super confirmando extensis manibus dicit orationem hanc sequentem. Oremus.

¶ Omnipotens sempiterne Deus,qui regenerare dignatus es hos famulos tuos,& famulas tuas ex aqua,& spiritu sancto,quiq; dedisti eis remissionẽ omniũ peccatorum,emitte in eos septiformem spiritum tuum paracletum de cœlis. Respondeatur.Amẽ. Spiritum sapientiæ, & intellectus.Rũdetur. Amen. Spiritum cõsilij,& fortitudinis.Rũdetur.Amen.Spiritum scientiæ, & pietatis.Respon. Amen.Et imple eos spiritu timoris tui,& consigna eos signo crucis Christi in vitam propitiatus æternam. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuũ. Qui tecum viuit,& regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus.Per omnia secula seculorum.Amẽ.Tunc sedens super faldistorium coram altari, vel alibi paratum,inquisito singillatim nomine cuiuslibet consignandi,sibi per patrinum,vel patrinam flexis genibus prætentati,& summitate pollicis dextræ manus chrismate intincta,pontifex facit crucem in fronte illius dicens.Iohannes,vel berta,& quouis alio nomine.Signo te signo crucis,& confirmo te chrismate salutis,In nomine patris,& filij,& spiritus sancti vt repleatis eodẽ spiritu sancto,& habeas vitã æternam.Respon.Amen.Et dicendo. In nomine patris & filij,& spiritus sancti,producit signum crucis ante faciem illius.Et deinde dat sibi leuiter alapam super genam dicens:Pax tecum.Omnibus taliter consignatis tergit cum mica panis, vel pecia linea, & lauat cum aqua pollicem super aliquem calicem stanneum,vel super aliquam peluim,& aquæ lotionis cum pecia linea, vel pane funditur in fontibus vel pilcina.Et interim cantatur Anti.Confirma hoc Deus,quod operatus es in nobis, à templo sancto tuo, quod est in Hierusalem. Versus. Gloria patri.Sicut erat.Et tunc repetitur anti.Confirma hoc. Deinde pontifex surgens stans mitra deposita dicit versiculum. Ostende nobis domine faciem tuam. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum.(Oratio,quam dicit iunctis manibus ante pectus.& omnibus cõfirmatis deuotè genua flectentibus.) Oremus.

¶ Deus,qui Apostolis tuis sanctum dedisti spiritũ & per eos,eorumq; successores cæteris fidelibus tradendum esse voluisti,respice propitius ad humilitatis nostræ famulatum,& præsta,vt eorũ corda,quorum,quarumq; frõtes sacro chrismate deliniimus & signo sanctæ crucis consignauimus,idem spiritus sanctus in eos aduenies, templum gloriæ suæ dignanter inhabitando perficiat.Qui cum Deo patrè & spiritu sancto viuis,& regnas Deus Per omnia sæculorum Amen.Deinde dicit. Ecce sic benedicetur homo,qui timet dominum.Et facit signum crucis super eos dicens:Benedicat vos dominus,ex Sion, vt videatis bona Hierusalem omnibus diebus vitæ vestræ.& habeatis vitam æternam. Respondetur. Amen.Expedita itaq; cõfirmatione,pontifex annũciat confirmatis siue chrismatis,quòd in honorem sanctæ trinitatis triduo chrismalia in frõtibus portent. Et die tertia sacerdos lauabit eorum frontes & comburet chrismalia super fontes. Vel ex chrismalibus fiant candelę,ad vsum altaris.Patrinis verò,seu matrinis annunciet,quod instruant, & informent filios suos bonis moribus, & operibus: quod fugiant mala,& faciant bona,& doceant eos,credo in Deum,Pater noster,Aue maria,quoniã se ad hoc obligauerunt.

¶De hoc sacramento tractatum est supra per vnicam distinctionem, videlicet.7.

EVcharistia tertium,& omnium dignissimũ ecclesiæ sacramentum Christum substantialiter continens est sacrificium charitatis,quo in donis Dei nullum maius,vitalis,refectio,sine qua vita gratiæ sustinere nõ potest nec amor nutriri,qua & post spiritualem regenerationem in baptismo, ac spirituale augmentum in confirmatione spiritualiter nutriuntur fideles, reficiuntur ad perfectum esse, perfectionemque finalem perducuntur, & angelica dignitate honorati sunt. Per huius sacramenti dignum vsum peccata exuruntur,motus sancti amoris in ipsum Deum diriguntur, vita gratiæ, uel causa uiuendi secundum gratiam filijs gratiæ, & adoptionis administratur. Huius subtractio extinctio uitæ est. Qui refectionẽ istam non esurit,& sitit,qui saporem illius non sapit,quid cogitare debet nisi mortificatam se habere virtutem appetitiuam interiorem, aut stomachum plenum spurcitijs vitiorum? Vel se ebriũ esse uoluptate carnis,aut vanitate mundi? Quo enim exemplo inseri magis,imprimique potuit cordibus nostris paternæ dilectionis, & beneficentiæ communio, quàm exemplo communionis corporis, & sanuinis patri, & magistris Christi domini: Quis angelica dignitate honoratum se cogitat, & non inde velut quendam stuporem deuotionis in suum honoratorem quodammodo exprimat, & in gratiarum actiones non tantum resoluatur, sed totus liquefiat? Hinc non tam, vt dignè comedant dignissimum hoc sacramentum filij gratiæ mensam domini accedant, sed vt ipsi quoque comedantur, & laute spendide Christum dominum ex se reficiant totis studijs enitantur. Quod vtique facient,si assatis zelo gloriæ Dei,si frixos fraterna compassione, si coctos pię,ac sanctæ beneuolentiæ desideriis se eidem exhibeant. Materia huius sacramenti est panis, & vinum. Minister sacerdos ritè consecratus. Formæ consecrationis panis:Hoc est enim corpus meũ.Sanguinis:Hic est enim calix sanguinis mei,noui,& ęterni testamenti misterium fidei,qui pro vobis,& pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

¶ Modus dispensandi, & benedicendi notus est sacerdotibus.

¶De hoc sacramento tractatum est supra per sex distinctiones, videlicet.8.9.10.11.12.13.

POenitentiæ quarum ecclesiæ sacramentum est, qua peccator per peccatum mortuus spiritualiter in anima resuscitatur, per nouitatem vitæ renascitur, & filius Dei per gratiam adoptionis efficitur, ipsum esse spirituale, virtutes quoque, & gratia, omnium uirtutum gratuitarum principium,restituuntur,gratum reconciliatum,& acceptum Deo à quo se auertit faciens uas spiritus sancti, propter meritum passionis Christi, cuius virtute pœnitentia (vt alia sacramenta) operatur ex immensitate diuinæ clementiæ, qua non solum vnum,aut peccatorum partẽ peccatori dimittit,sed omnia simul donans sæpius peccatori maiorem gratiam

gratiam,quam ante peccatum habeat. Partes pœnitentiæ sunt tres, contritio cordis, confessio oris (sui annexa est absolutio sacerdotis)& satisfactio operis. Materia huius sacramenti est actus pœnitentis sensui subiectus, quo insinuat sacerdoti peccator,a peccatis se recessisse. Minister, sacerdos habens potestatem absoluendi Forma,Ego te absoluo a peccatis tuis,in nomine patris,& filii, & spiritus sancti. Modus dispẽsandi est notus.

¶De hoc sacramento tractatum est supra per nouem distinctiones, uidelicet. 14.15.16.17.18.19.20.21.22.

NEctio exterma quintum ecclesię sacramẽtum,& ultimum eius,medicamen,immediatè disponens ad introitum gloriæ, est quædam spiritualis sanatio, inepitudinẽ ac debilitatẽ, quæ inest fidelibus ex peccato actua li non satis expurgato, curans,gratiamq; continẽs ac conferens: corporalem quoq; sanitatem inducens,non uirtute suæ materiæ, sed diuina, quam per satisfactionem recipit, prout ad sanitatem spiritualem proficuum est.Materia huius sacramenti est oleum siue liquor oliuæ, per episcopum consecratus.Minister,sacerdos. Forma est: Per istã unctionem,& suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid peccasti per. N. Quæ forma modo deprecatiuo prolata, licet breuis sit,uidetur tamen aptissima tangit enim sacramentum cum dicitur:Per istam unctionem,& eum, qui sacramẽtum inducit,cum additur: & suam piissimã misericordiam effectum quoq; cum subditur: indulgeat tibi Deus quicquid peccasti.Plures ecclesiæ utuntur sacris rationabiliter etiam modo infrascripto.

Modus benedicẽdi,& dispẽsandi hoc sacramentũ.

PAx huic domui,& omnibus habitãtibus in ea. Benedic domine domum istam,& omnes habitãtes in ea.Quia tu domine dixisti.Pax huic domui,benedic domine timentes te pusillos cũ maioribus.Benedicti uos a domino,qui fecit cœlũ,& terram.Respon.Asperges me domine hysopo, & mundabor,lauabis me,& super niuem deblbabor. Psal.Miserere mei Deus secundum &c. Et ſm &c. Amplius laua &c.Gloria patri. Sicut erat &c. Aspergatur infirmus cum circũstantibus. Oratio.

¶Exaudi nos domine sancte pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris sanctũ angelum tuum de cœlis,qui custodiat,protegat,foueat uisitet,ac defendat omnes habitantes in hoc habitaculo,per Christum dominum nostrum. Alia. Adesto domine supplicationibus nostris, & hanc domum serenis oculis tuæ pietatis illustra, descendat super omnes habitantes in ea gratiæ tuæ larga benedictio, ut in his manu factis habitaculus cum salubritate manentes, ipsi tuum semper sint habitaculum.per Christum.Hic ponatur manus sacerdotis super infirmum.Oremus.

Domine Deus,qui per Apostolum locutus es,infirmatur aliquis in uobis,inducat presbyteros ecclesiæ,& orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini,& oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei, cũctos, quæsumus redemptor noster gratia spiritus sancti languores istius infirmi cura & omnia sana uulnera,eiusq; dimittte,peccata, atque dolores cunctos cordis, & corporis ab eo expelle,plenamq; ei interiùs, exteriùsque sanitatem misericorditer redde,ut ope misericordiæ, tuæ restitutus,& sanatus,ad pristina pietatis tuæ reparet officia.Per Christum. ¶Deinde dicant septẽ ptalmi,& post singulos ista Antiphona.

SAna domine infirmum istum,cuius ossa turbata sunt,& cuius anima turbata est ualde,sed tu domine conuertere, & sana eum,& eripe animam eius.Ps.Domine ne in furore &c.Sana dñe.Collecta Oremus dominum nostrum Iesum Christũ, & cũ omni intenta supplicatione rogemus, ut hunc famulũ suũ.N.per angelum suum sanctũ visitare,lætificare,& confortare dignetur. Qui cum patre, & spirituſancto.Psal.Beati quorum remissę sunt.&c. Sana domine. Tunc sacerdos manum suam ponat super infirmum.An.Dñs locutus est discipulis suis in nomine meo dæmonia eiicite,& super infirmos manus uestras imponite,& bene habebũt Oratio. Respice domine famulum tuũ in infirmitate sui corporis laborantem,& aĩam refoue, quam creasti,ut castigationibus emendatus, continuo se sentiat tua medicina sanatum.Per Christum. Psal.Domine ne in furore.2.anti Sana domine. ut supra. Oratio.Præueniat hunc famulũ tuũ quæsumus domine misericordia tua, ut omnes iniquitates eius celeri indulgentia deleantur:Per Christum. Alia. Dominum nostrum Iesum Christũ cum omni supplicatione rogemus,& hunc famulum suum scelerum,arq; languorum squalore vexatum, per angelum suũ sanctũ uisitare,lætificare,& confortare dinetur.Qui cũ patre,& spiritu sancto ui. Psal.Miserere mei deus.an.Sana domine &c Oratio.Omnipotẽs sempiterne deus,q subuenis in piculis, & in necessitatibꝰ laborãtibus, maiestatẽ tuã supplices exoramus,ut mittere digneris sanctum angelũ tuũ ad famulũ tuũ.N.i augustijs, & necessitatibus suis laborantẽ,qui cõsolationibus suis eum attollat, q. bus,& ꝑsentibus malis omnibus consequatur auxiliũ,& æterna remedia cõprehendat. Per Chrm. Psal.Domine exaudi. 1.ant.Sana domi.&c.Oratio. ¶Deus qui famulo tuo.Ezechiæ ter quinos annos ad uitã donasti,ita & hunc famulũ tuũ a lecto ægritudinis tua potẽtia erigas ad salutẽ.Per Christum Alia Deus,qui hũano generi salutis remedia, & uitę æterne munera ꝓtulisti ꝓserua huic famulo tuo tuarũ dona uirtutũ,& cõcede,ut misericordiã tuã nõ solũ in corpore,sed & in aĩa sentiat. Per Chri- Psal.Deprofundis.ant.Sana domine &c. Oratio. ¶Deus qui facturæ tuæ pio semper dominaris affectu inclina aurẽ tuã supplicarionibus nostris, & famulũ tuũ diuersa imbecillitate corporis laborãtem placatus respice,& uisita,atq; defende in salutari tuo,& ei cœlestis grãe ꝑsta medicinã.Per Christũ dñm.Psal.domine exaudi ij.ant. Sana dñe &c. Oratio. ¶Virtutum cœlestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem lãguorẽ, & infirmitatẽ ꝑcepti tui potestate depellis, adesto propitius famulo tuo,ut fugatis infirmitatibꝰ, & uiribus reuocatis, per nomẽ sanctum tuũ instauratam protinꝰ sanitatem percipiat. Per Chri. ¶Sequitur Letania.

KYrie eleyson . Christe eleyſ.Christe audi nos Saluator mũdi,miserere famulo tuo. Sancta Maria,Ora ꝓ famulo tuo.Sancta dei genitrix , ora pro famulo tuo,Sancta uirgo uirginum,ora, Sancte Michael.ora ꝓ eo.Sancte Gabriel, ora. Omnes sancti angeli,& archãgeli,orate ꝓ eo.Sãcte Iohannes Baptista,ora.Oēs sancti patriarchæ, & ꝓphetę orate ꝓ eo.Sancte Petre,ora.Sancte Paule, ora Sãcte Andrea,ora.Sãcte Iohãnes, ora. Oēs sctī Apostoli,& Euangelistæ,orate pro eo.Sãcte Stephane, Sãcte Laurẽti,ora pro eo.Sancte Vincenti,ora.Sancte Georgi,ora,Sancte Ignati,ora, Oēs sancti mar

tyres, orate. Sancte Gregori, ora, Sancte Martine, ora, Sancte Nicolae ora, Sancte Hieronyme ora. Omnes sancti confessores orate. Sancte Maria Magdalena ora, Sancta Catherina, ora, Sancte Agnes, ora. Sancta Barbara, ora. Sancte Vrsula cū sodalib' tuis, orate. Oēs sanctę virgines uiduæ, & continentes orate. Oēs sancti orate. Propitius esto, parce ei dñe. Propitius esto, Libera eū dñe, Ab oī malo Libera eum do. Ab insidijs diaboli, lib. Ab hoste malo, lib. Ab ira tua, libera eum, Ab omni lāguoris morte, lib. Ab ira tua, libera eum, Ab omni lāguoris morbo, lib. Ab hoste malo, lib. Ab ira tua, libera eum, Ab omni lāguoris mortalitate, lib. Ab ira tua, libera eum, Ab omni lāguoris pestilentia, libera eū dñe, A periculo mortis, libera A subitanea, & improuisa morte, libera eum domine, A mora perpetua, li. pœnis inferni, libera. Ab omni immunditia mentis, & corporis, libe. Per incarnationē, & natiuitatē tuā, li, eum. Per passionē, & crucē tuā, libera eum domine. Per resurrectionē, & ascensionē tuā, libera eū. per aduentū spiritus sācti paracleti, libera eū in hora mortis, succurre ei dñe. In die iudicij, libe. Pctōres, Te rogamus audi nos. Vt pacem isto infirmo dones, Te ro. Vt sanitatem animæ, & corporis ei dones Te. Vt cōpunctionem cordis ei dones. Te ro. Vt fontem lachrymarū ei dones. Te ro. Vt fidem, spem, charitatemq; perfectam ei dones, Te ro. Vt omnes principes tenebrarum ab eo repellere digneris, Te ro. Vt præsentiam, & solaciū sanctorū angelorū ei adesse iubeas, Te ro. Vt ad gaudia æterna eum perducere digneris, Te ro. Vt nos exaudire digneris, Te ro. audi nos. Fili dei, Te ro. Agne dei, qui tollis peccata mundi. Libera eū dñe. Agne Dei, qui tollis peccata mūdi. parce ei domine. Agne dei, qui tollis peccata mundi. Succurre ei domine. Christe audi nos: Kyrie eleyson. Christe eleysō; Kyrie eleyson: pater noster. Et ne. Saluū fac seruū tuum domine: Deus meus sperantem in te. Dominus conseruet eum, & uiuificet eum. Et beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animā inimicorum eius. dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: Vniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius dominus custodiat te ab omni malo. Custodiat animam tuam dñs: Angelis suis deus mandauit de te; Vt custodiant te in omnibus uiis tuis: perfice gressus eius in semitis tuis: Vt non moueantur uestigia eius: Mitte ei domine auxiliū de sancto: Et de Sion tuere eum: Nihil proficiat inimicus in eo: Et filius iniquitatis non apponat nocere ei: Esto illi dñe turris fortitudinis: A facie inimici Conuerte eū deus salutaris noster: & auerte iram tuam ab eo: Cōuertere domine usquequo; Et deprecabilis esto super seruū tuum. Domine auerte faciem tuam a peccatis eius: Et omnes iniquitates eius dele. Cor mundū crea in eo deus: Et spiritum rectum innoua in uisceribus eius. Adiuua eum deus salutaris noster: Et propter gloriam nominis tui domine libera eū, & propitius esto, peccatis eius propter nomen tuum. Exurge domine adiuua eum, & libera eum propter nomen tuum, domine exaudi orationem et clamor. Oremus. Collecta.

Omnipotens, et misericors deus, quæsumus clementiam tuam immensam, ut ad introitū humilitatis nostræ in tuo nomine hunc famulum tuum: N. in hoc habitaculo iacentem, salutifere uisitare dignetis, sicut uisitasti domine Tobiam, & Sacam, & socrum Petri, puerumq; Centurionis, ita ut, & iste pristina sanitate aīę, & corporis recepta gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionem. Qui uiuis, & reguas deus. Alia.

Parce domine parce famulo tuo, quē redemisti Christe sanguine tuo, ne in ęternum irascaris ei. Qui cum patre, & spiritu. ¶Post hoc sacerdos ostēdat infirmo sanctæ crucis effigiem cum bonis, ac salubribus admonitionibus in uulgari, quales sunt interrogationes Anselmi, q̄ cōtinētur his uersibus.

Ecclesiæ credit, & cunctis, quæ tenet ipsa.
Gaudet quod moritur signatus nomine Christi.
Offendi tq̄; Deum peccatis, & dolet inde,
Viuere proponit, quantum poterit sine culpa.
Credit saluari, non per se, sed cruce Christi.

¶Tunc lauet pollicem presbyter, & circūuoluat lino proximos digitos, & pollice intingat sacrum oleum, & priūs petat ab infirmo, utrum plus ei occurrat ad confitendum. Quo facto instruat eum quare singula membra inungantur. Et sequentem orationem adiungat ad omnes iniunctiones.

SIt tibi hæc unctio olei sanctificati ad purificationem mentis, & corporis, & ad omnium absolutionem culparū, ac ad munimen, & defensionē contra iacula immundorum spirituū, custodiatq̄s Iesus Chs̄, & perducat te in uitam æternam Amē.

¶Ad oculos. Pax tecū. Et cū spū tuo. Vngo oculos tuos oleo sanctificato in nomine patris, & filij, & spūs sancti, ut quicquid illicito uisu deliquisti huius olei unctione expietur: Per Chr̄um dñm nostrū Amē. Sit tibi. ¶Ad aures. Pax tecū. Vngo has aures sacrati olei liquore, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, ut quicquid peccati delectatione nociui auditus admissum est, medicina spirituali euacuetur. Per Christum, Oratio. Sit tibi. ¶Ad nares. Pax tecum. Et cum. Vngo has nares oleo sacri liquaminis, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, ut quicquid noxio contractum est odoratu uel superfluo, ista emundet medicatio. Per Christum do. Oratio. Sit tibi.

¶Ad labia. Pax tecum. Et cum spiritu. Vngo labia ista consecrati olei medicamento in noīe patris, & filij, & spiritus sancti, ut quicquid ociosa uel ēt criminosa peccauerunt locutione, diuina clemētia miserante, hac unctione expietur. Per Chr̄m dominum. Orō. Sit tibi. ¶Ad pectus, Pax tecum. Et cū spiri. Vngo pectus tuum hoc oleo. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, ut hac unctione spirituali roboratus. per uirtutem Christi cunctis aduersantibus, resistere ualeas. Per Chr̄m dominum nostrom. Orō. Sit tibi. ¶Manus sacerdotis nō unganē intra, sed extra. Laici uerò, & aliorum intra. ¶Ad manus. Pax tecum. Et cum spiritu tuo. Vngo has manus oleo sanctificato, in noīe patris, & filij, & spiritus sancti, ut q̄quid illicito uel noxio opere peregerunt, per hanc unctionem sacri liquaminis euacuetur. Per Christum do. Orō. Sit tibi. ¶Ad pedes. Pax tecum. Vngo hos pedes oleo benedicto, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, ut q̄cq̄ superfluo uel nociuo incessu commiserunt, sanctorū tuorū intercessionibus misericorditer hæc abluat unctio. Per Chr̄m. Orō. Sit tibi hæc vn. ut supra.

¶Orō. Inuoxi te in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. oleo sancto, ut in uirtute spūssancti. tribuat tibi hæc unctio sanitatē aīę, & corporis, & remissionē oīum peccatorū, & uitā æternā Am. ¶Itē Indulgentiā, & remissionē omnium peccatorū, tribuat tibi oīpotens, & misericors Deus. ¶Peracta unctione, lauabit manus cū sale, & aqua, & cōburet linū. ¶Orō. Adesto quęsumus domine humilitatis nostræ obsequiis, eisq̄; benignus cooperator assiste, ut qui ad executionem mandatorum tuorum huic ęgro manus imponentes olei sacri unctionē exhibemus, huiusmodi seruitute nostræ te interesse sentiamus, quatenus spiritus sancti gratia nostræ

stræ actionis officium comitante, ab hoc famulo tuo. N. omnis languor, & debilitas abscedat, totius q; uigoris, & sospitatis plenitudo succedat, relicto que imbecillitatis grabato, ad te supernum medicum uultum, & mentem erigat, & pro sospitatis restitutione laudes nomine tuo cōpetēter in æternum persoluat. Per Christum dominum nostrum.

Alia. Libera domine sancte pater omnipotens sempiterne Deus, a peccatis omnibus, & infirmitatibus hunc famulum tuum supplicantem, ut in tua sancta conuersatione uiuens, nullus per tuam gratiam afficiatur periculis. Per Christum dominum.

Benedictiones.

Dominus noster Iesus Christus apud te sit, ut te defendat, intra te sit, ut te conseruet, post te sit, ut te iustificet, super te sit ut te benedicat. Qui cū patre. Alia.

Benedicat te Deus pater, sanet te Deus filius, illuminet te spiritus sanctus, corpus tuum custodiat, animam tuam conseruet, & quando de hoc corpore euacuauerit, ad supernam uitam perducere dignetur, Per Christum dominum nostrum.

Alia.

Benedicat te Deus pater, adiuuet te Christus filius Dei, corpus tuum in sancto suo seruitio custodire faciat, & conseruari, mentem tuam illuminet & sensum tuum custodiat ab omni malo, te liberet dextera sua, te defendat, & qui sanctos suos semper adiuuat, ipse te adiuuare, & confortare dignetur. Per Christum. Alia.

¶Benedicat te Deus pater, qui in principio cūcta creauit. Benedicat te Dei filius, qui de supernis sedibus pro nobis saluator apparuit. Benedicat te spiritus sanctus, qui in similitudine columbæ in flumine Iordanis super Christū regeuit, ipse te in trinitate, & unitate sanctificet, quem omnes gentes uenturum iudicem expectant. Qui uiuit, & regnat.

Alia.

Benedicat te Deus pater, custodiat te Iesus Christus illuminet te spiritus sanctus omnibus diebus uitæ tuæ. Amen. Confirmet te uirtus Christus, indulgeat tibi dominus uniuersa delicta tua. Amen. Beata, & gloriosæ, semperq; uirginis Mariæ Dei genetricis, omniumq; simul sāctorum gloriosa intercessio te protegat, & ad uitam perducat æternam. Amen. Alia.

Deus qui beatum Petrum apostolum misisti ad Tabiam famulam tuam, ut eius precibus resuscitatur ad uitam, exaudi nos quæsumus omnipotens deus, ut famulum tuum, quem in tuo nomine uisitat nostra fragilitas, exorata medicinę tuæ medela eripiat ab hac tristitia. Per Chr̄m. Alia benedictio.

Benedicat te dominus, & custodiat te, illuminet dominus Iesus faciem suā super te, & misereatur tui conuertat vultum suum ad te, & det tibi pacē omnibus diebus uitæ tuæ. Amen Alia

Benedicere digneris domine, & sanctificare istū famulū. N. cęlesti benedictione. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Cui est honor, & potestas in secula seculorum. Amen. Alia.

Sanet te deus pater omnipotens, qui te creauit in carne, sanet te Dei filius, qui pro te passus est in cruce sanet de deus spūs sanctus, qui super te effusus est in baptismo, sanet, & indiuidua trinitas cū omni sanctitate, sanent te angeli, & archangeli, patriarchæ, & prophetæ, & oēs sancti apostoli, martyres, confessores, uirgines atq; omnes sancti, & ab omni malo, atque dolere te eripiat Iesus Christus dominus noster. Qui cum, Alia.

Penedictio dei patris cū angelis suis sit super te Benedictio Chr̄i cū apostolis suis, sit super te, benedictio spūs sancti cū septē donis sit super te Benedictio ecclesiæ catholicæ cū uniuersis filijs suis sit super te. Fiāt merita, & orationes omnium sanctorū tecum diebus, ac noctibus, in uerbo in facto, in cogitatione, & in toto corpore, cōmendo te sub potestate sanctæ trinitatis, id est, patris, & filij, & spiritussancti Amen. Benedictio domini sit sup te Beneximus tibi in nomine domini, qui in trinitate perfecta uiuat, & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶Ordo uisitādi multum infirmū, qui etiam tempore pestilentiæ obseruari potest.

¶Pax huic domui. Et omnibus habitantibus in ea. Antiphona. Benedic domine domum istam, & oēs habitantes in ea, quia tu domine dixisti. Pax huic domui, benedic domine timentes te pusillos, cum maioribus, benedicti uos a domino, qui fecit cœlum, & terrā: Collecta. Exaudi nos dñe sancte pater omnipotēs æternę deus, & mittere digneris sanctū angelum tuū de cœlis, qui custodiat. foueat, protegat, uisitet, ac defendat omnes habitantes in hac domo Per Christum dominum nostrum. ¶Hic aspergatur infirmus. Asperges me domine hysopo, mundabor, lauabis, & super niuē de albabor. Versus Miserere mei deus secundum magnam miseri cordiam tuam Ver. Et secundum multitudinē miserationem tuarum dele iniquitatem meā. Gloria patri. Collecta.

Domine deus, qui per apostolum tuum locutus es, infirmatur aliquis in uobis inducat prebyteros ecclesiæ, ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis, sit dimittentur ei. cunctos quæsumus redemptor noster gratia spiritussancti languores istius infirmi cura, & omnia sana uulnera, eiusq; peccata dimitte, atq; dolos cunctos cordis, & corporis ab eo expelle, plenamq; ei interiūs, exteriūsq; sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiæ restituatus, & sanatus, ad pristina pietatis, tua reparetur officia. Per Chr̄istū dominū. Amen. Alia.

Sana domine infirmum istum cuius ossa turbata sunt, & cuius anima turbata est ualde, sed tu domine conuertere, & sana eum, & animā eius.

Alia Oremus dominū nostrū Iesum Chr̄istū, & omni intenta supplicatione rogemus, ut hūc famulū suū. N. per angelū suū uisitare. letificare, & confortare dignetur. Alia. Parce dñe parce famulo tuo ne in ęternum irascaris ei, quem redemisti Christe sanguine tuo. Qui uiuis, & regnas Deus p omnia secula seculorū. Amē. Tūc lauet pollicē, & circumuoluat, lino proximos digitos, & cū pollice intingat sacrū oleū, & p modū crucis singula membra liniat, & lino abstergat dicens. Per istā unctionē, & per suā pissimam misericordiā indulgeat tibi dominus quicquid peccasti, per uisum. per auditū, p gustū, per odoratum, per tactum Amē. In nomine patris, & filij, & spūssancti sit tibi hæc unctio olei sanctificati ad purificationē mētis, & corporis, & ad omniū absolutionē culparū, ac ad munimē, & defensionē ꝑ iacula immundorū spirituum, custodiatq; te Iesus Christus, & pducat te ad uitā æternam Amē. Dominus Iesus Christus aput te sit, ut te defendat, intra te sit, ut te cōseruet, sup te fit ut te benedicat. Qui cum patre &cæ. Deinde legatur euangeliū ut supra. ¶In unctiōe infirmi ista prescripta tēpore necessitatis sufficiunt scīm doctores.

De hoc sacramento tractatum est supra per unicam distinctionem uidelicet. 23.

ORdo sextum ecclesiæ sacramentum, est signaculum quoddam ipsius, & sanctificatio, seu consecratio cum signo sensibili uisibili, quo homo masculus ad aliorum sacramentorum dispensationem, hominum gubernationem, & publicorum actuum exercitationem per superiorem potestatem ordinatur. Materia huius sacramenti, nō residet sicut in alijs sacramentis in materia, quæ adiungitur, sed apud ministrum, spiritualem suam potestatem traducit, & confert ordinando. Minister, nemo inferior episcopo, præterquam in minoribus ordinibus, qui quandoque ab habentibus auctoritatē a dño papa conferunt. Forma, est expressio usus ordinis, per actum, qui imperatur, & traductio potestatis dum dicitur: Accipe, uel age hoc, uel illud.

Modus benedicendi, & dispensandi hoc sacramentum.

ORdines minores, & non sacri sunt quatuor, uidelicet hostiarius, lectorarius, exorcistat⁹, & accolitatus. Et notandum est, quòd oēs ordines dari debēt, & distribui coram altari. Itē ordinādi debēt priùs peccata sua confiteri, q̄ ordinem recipiāt, In collatiōe aūt cuiuslibet ordinis, pōtifex ordinādis in eius p̄sentia constitutis, debet pp̄ simplices p̄dicere, quem ordinem recepturi sunt. Itē debet palam interdicere, ne quisquam in susceptione illius ordinis se furtiue ingerere p̄sumat, p̄ ut iā dicetur. Itē dato quolibet ordine, debet ordinatos monere, & instituere, qualiter debeant uiuere, & Deo in suscepto ordine ministrare, & ea, quæ ad ipsū officiū noscuntur pertinere. Itē oēs ordinādi debent se deuotè cū tonsura, & habitu conueniēti debitis, cū candelis accensis, & cū præparamentis ordinis, quē susceperunt congruentibus corā ordinatore præsentare. ¶ Ordinati non debēt statim recedere, sed expectent benedictionem episcopalem solemnē, q̄ cōmunis est pro oībus ordinatis, & finē Missæ. Itē in ordinatione tam primæ tonsuræ, quā cuiuslibet ordinis debet ordinans dicere orationes, & præfatiōes iunctis manibus ante pectus. ¶ Illud quoq; notandum est, quod si ordinationes fiant in sabbato, quo canterur. Sitientes quia unica tantum dicitur lectio, tonsuræ debent immediatè fieri post Introitū, & omnes minores ordines post Kyrieeleison succes siuè dari: Subdiaconi fiunt immediatè post Collectam. Diaconi post Epistolā. Et presbyteri post Euangelium. Alijs autem temporibus, q̄n fiūt ordinationes generales, clerici fiūt siue primæ tōsuræ post Kyrieeleison, uel in sabbato post Pentecostē, post Gloria in excelsis Deo, Et in terra pax hominibus, &c. anteq̄ prima collecta dicat. Cæteri et ordines debēt distribui (put sequit) seriati. Et uocētur oēs tōsurādi, & ordinādi nominatim, & singillatim, quibus ante altare corā pōtifice genua flectentibus, ille ad eos uersus, interdicit sub anathematis pœna, ne quis se ad recipiendū primā tonsuram, aut alium ordinem ingerat, q̄ nō fuerit examinatus, & approbat⁹, dicēs ut sequit.

¶ Auctoritate domini nostri Iesu Christi, & ecclesiæ, oībus uobis sub pœna excōicationis firmiter præcipimus, & mandamus, ut nulli serui domi norū, nisi manumissi sint, nulli clerici alteri⁹ diocæsis absq; licētia, seu literis dimissorialib⁹ sui Episcopi, nulli excommunicati, nulli illegitimè nati, nisi fuerit cū ei⁹ sufficiēter dispēsatū, nulli furtiuè, aut in mēbris suis enormiter uitiati, nisi ex certa sciētia examinatorū, p̄bati sint, & admissi, nulli ordines minores cū aliquo ordine sacro, aut ēt sacrū cū sacro simul recipiēdo. Nulli ætatē sufficiētē non habētes, nulli p̄ saltū. Et nulli, q̄ p̄phanauerint p̄ manda Apostolica, nisi cū eis sufficienter fuerit dispēsatū, aut quibus aliud canonicū obstat impedimētū, hic exp̄ssum, uel nō expressū, p̄sumāt accedere, nec ad hos sacros ordines accedāt. Si secus attētatū fuerit à quoquā, decernimus irritū, & inane, & pœnā supra dictā excōmunicatiōis se nouerit incurrisse.

¶ Deinde flexis genibus dicit Archidiaconus, uel Capellanus.

¶ Postulat hæc sancta mater ecclesia Reuerende pater hos uiros ordinibus aptos consecrari sibi à uestra paternitate. Cui respondet Episcopus.

¶ Vide, ut natura, scientia & moribus tales per te introducantur, imo per nos tales in domo dñi ordinetur personæ, per quos diabolus procul pellātur, & clerus domino Deo nostro multiplicetur.

¶ Respondet Archidiaconus, uel Capellanus.

¶ Quātū ad humanū spectat examē natura, sciētia & moribus digni habent̄, & probi coopatores effici in his Deo uolēte possunt. Respōdeat Episcop⁹.

¶ Auxiliāte dño Deo, & saluatore nostro Iesu Christo eligimus istos fratres consecrandos. Post hæc prostrato Episcopo, & ordinādis cātēt Letania. Et postq̄ dictum fuerit, ut obsequium seruitutis &c. Episcop⁹ surgēs, & stās uersus ordinādos baculū i sinistra manu tenēs dicat. Vt hos electos benedicere digneris, Te rogamus audi. Vt hos electos benedicere, & sanctificare digneris. Te rogam⁹ audi nos. Vt hos electos benedicere, & sanctificare, p̄secrare digneris. Te rogam⁹ audi nos. Et sic ter facto signo crucis sup eos recūbit. eps̄ clero p̄sequēte letaniā.

Ordinatio clericorum per primam tonsuram.

SI prima tonsura fuerit danda, def̄ post Kyrieeleyson siue post Gloria in excelsis Deo. Sed q̄rat primò, an sint confirmati, quòd si nō, cōfirmetur. Confirmatione autem facta dicat episcopus: Adiutorium nostrū in nomine domini. Qui fecit cœlū, & terrā. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nūc, & usq; in seculum. Oremus. Dilectissimi fratres dominū nostrū Iesum Christū p̄ his famulis suis, qui ad deponendas comas capitū suorū p̄ eius amore festināt, ut donet eis spiritū sanctū, qui habitū religionis in eis perpetuū p̄seruet, & à mūdi impedimento, uel seculari desiderio corda eorū defendat, vt sicut immutant̄ uultib⁹, ita man⁹ dextera eius uirtutis eis tribuat incrementa, & ab oī cæcitate spirituali, uel humana oculos eorum aperiat, & ēternæ gloriæ lumē eis p̄cedat. Qui uiuit, & regnat cū Deo patre in unitate eiusdē spiritussancti Deus &c. Deinde tōdeant̄, & dicat̄ Añ. Tu es dñe, q̄ restitues hæreditatē meā mihi. Psal. Conserua me dñe. dicitur usq; ad uersum. Dominus pars, & cæt. Et tūc quilibet tōdendus Dicat uersum: Dominus pars hereditatis meæ. Tu es &c. Gloria patri. Tu es dñe, qui. Oībus tonsis dicat episcopus. Oremus. ¶ Præsta quæsumus oēs Deus, ut hi famuli tui, quorum hodie comas capitum suorum pro diuino amore deposuimus, in tua dilectiōe p̄petua maneāt & eos sine macula gr̄a tua in sempiternū custodiat. Per Chr̄m dñm nostrū Amē. Deinde dicat̄ anti. Hi accipiāt benedictionē à domino, & misericordiā a Deo salutari suo: quia hæc est generatio querentium dominū. Psalm. Domini est terra, & plenitudo eius

eius, orbis terrarum, & uniuersi, qui habitant in eo usque ad finem, & repetatur antiphona. Hi accipiant benedictionem à domino. Deinde dicat Episcopus Oremus Flectam⁹ genua. Leuate. Collecta.

¶ Adesto domine supplicationibus nostris, & hos famulos tuos benedicere dignare, quibus in tuo nomine sancto habitum sanctæ religionis imponimus, ut te largiente, deuoti in ecclesia tua persistere, & uitam percipere mereantur æternā. Per Christum dominum nostrum Amen. Tunc induat eos superpellicijs dicens.

¶ Induat te dominus nouum hominem, qui secundum Deum cratus est in iustitia, & sanctitate ueritatis. Amen. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, propiciare peccatis nostris, & ab omni seruitute secularis habitus hos famulos tuos emūda, ut dum ignominiam secularis habitus deponūt tua semper in æuum gratia perfruantur, & sicut similitudinem tuæ coronæ eos gestare facimus in capitibus, sic tua virtute hæreditatem conseq̄ mereantur æternam in cordibus. Per Christum dñm nostrum. Amen. Deinde tradit eis antiphonarium ad tangendum, dicens. Videte vt, quod ore cantatis corde credatis. Et quod corde creditis, operibus comprobetis. Quo facto aspergat eos aqua benedicta, & det eis benedictionem dicens. Benedicat vos dominus, & custodiat, ostendat dominus faciem suam uobis, & misereatur vestri, conuertat dominus vultum suum ad vos, & det uobis pacē Inuocabo nomē domini Dei super uos, ut ille uos benedicat Amen. Et sequitur Benedictio Dei patris, & cætera. Et informet eos ut deinceps portāt coronam in capitibus suis, & quod omni die sub pœna peccati mortalis legant illum deuotum spalmum. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et quod sub eadem pœna recipiat unusquisque formatum suum de tonsura iam recepta.

Instructio Episcopi.

SCire debetis omnes vos clerici ordinati nunc p istam primā tonsuram, vos factos de sorte Dei, à communi laicorum hominum consortio segregatos, & inter ministros Dei singulari modo applicatos, & propterea omnibus clericorum præuilegiis gaudere uos posse, similiter, & feuda ecclesiæ recipere. Pro istis itaq; gratiis, & priuilegijs debet quilibet vestrum quotidie legere sub pœna peccati mortalis Psalmum Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et quod sub pœna recipiat unusquisque formatum suum de tonsura iam recepta.

Instructio Episcopi.

SCire debetis omnes vos clerici ordinati nunc p istam primā tonsuram, vos factos de sorte Dei, à communi laicorum hominum consortio segregatos, & inter ministros Dei singulari modo applicatos, & propterea omnibus clericorum præuilegiis gaudere uos posse, similiter, & feuda ecclesiæ recipere. Pro istis itaq; gratiis, & priuilegijs debet quilibet vestrum quotidie legere sub pœna peccati mortalis Psalmum Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Quem ēt Psal. quilibet legere pro ordinario suo tenetur bis intra quindenam pro sanitate, & prosperitate ipsius. Hæc exponuntur in idiomate patrię propter iuuenes non intelligentes.

Ordinatio ostiariorum.

Ordinandi ostiari interrogandi sunt primò. Si omnes primam tonsuram habeant.

Admonitio Episcopi.

¶ Susceperuri filij charissimi officium ostiariorum, videte, quæ in domo Dei agere debeatis. Ostiariū oportet percutere cymbalum, aperire ecclesiam, & sacrarium. & aperire librum ei, qui prædicat, q̄ in uobis dominus perficiat per suam misericordiā Amē. Tūc tradat eis claues ecclesiæ, & nolā dicēs. Accipite hos claues, & sic agite quasi Deo reddituri rationem pro his rebus, quæ in ecclesijs vobis commissis recluduntur. Deinde dicat. Oratio Oremus. Deum patrem omnipotentē fratres charissimi suppliciter deprecemur, ut hos famulos suos benedicere dignetur, quos in officium ostiariorum eligere dignatus est; ut sit eis fidelissima cura in domo Dei diebus, & noctibus ad distinctionem certarum horarum, ad inuocandum nomen domini nostri Iesu Christi, adiuuante eodem domino nostro Iesu Christo. Qui cum patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum Amen. Oremus. Flectamus genua, Leuate. Domine sancte pater omnipotens æterne deus benedicere dignare hos famulos tuos in officium ostiariorum, ut inter ianitores ecclesiæ tuæ tuo pareant obsequio, & inter electos tuos partem mereantur habere mercedis. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate eiusdem spiritus sancti Deus Per omnia secula seculorum. Amen. Deinde alloquit ordinandos ad officium lectorum dicens. Elegerunt vos fratres nostri, ut fitis lectores in domo Dei nostri, & ideo agnoscite officium vestrum, ut impleatis illud. Potens est enim Deus augere uobis gratiam perfectionis æternæ. Lectorem oportet legere ei, qui prædicat, & lectiōes veteris testamenti pronunciare, benedicere panem, & omnes fructus nouos, quæ in uobis Deus per suam gratiam impleat ad salutem Amen. Deinde tradat eis lectionarium dicens.

¶ Accipite, & estote uerbi dei relatores habituri si fideliter, & utiliter impleueritis officium vestrum, partem cum his, qui verbum Dei bene ministrauerunt ab initio. Deinde dicat Oremus. Oro.

¶ Dilectissimi deum patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad ordinem lectorū dignatur assumere, benedictionem suam clementer infundat, quatenus distincte legant, quæ in ecclesia Dei legenda sunt, & eadē operibus impleāt. Per dominum nostrum Iesum Christum filiū suū, qui cum eo uiuit in secula seculorum Amen. Oremus, Flectamus genua. Leuate.

¶ Domine sancte pater omnipotēs æternæ deus, benedicere dignare hos famulos tuos in officio lectorum, ut assiduitate lectionum instructi sint, atq; ordinati, & agenda dicant, & dicta opere cōpleant, ut in utroq; sanctæ ecclesię filijs exemplo sanctitatis suæ conulant. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit, & in unitate eiusdem spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum Amen.

Ordinatio exorcistarum. Admonitio Episcopi.

ORdinandi fratres mei dilectissimi in officiū exorcistarum, debetis noscere, quid susciptis. Exorcistam oportet exorcismos memoriter retinere, manusq; super energumenos, & cathecumenos in exorcizando imponere, dæmones abijcere, & aquam in ministerio effundere, quæ uobis dominus per spiritum sanctum concedat exequi ad salutem. Amen. Tunc tradat eis librum exorcismi ad tangendum dicens.

¶ Accipite, & commendate memoriæ, & habitote potestatem imponēdi manus super energumenos siue baptizatos siue cathecumenos. Oratio.

¶ Deum patrem omnipotentem fratres charissimi suppliciter deprecemur, ut hos famulos suos, bñdicere dignetur in officium exorcistarū, ut sint spirituales imperatores ad obijciēdos dęmões de corporibus obsessis cū omni nequitia eorum multiformi Per unigenitū filium suum dominū nostrū Iesum Christum, qui cum eodem uiuit, & regnat Deus, Per omnia secula seculorum. Oremus. Flectamus genua Leuate.

Domine sancte pater omnipotens eterne Deus benedicere dignare hos famulos tuos in officio exorcistarum, ut per impositionem manuum suarum,& oris officium, potestatem,& imperium habeant spirituum immundorum nequitiam per uerbum filij tui domini nostri Iesu Christi, coercendi, atq; probabiles sint medici ecclesiæ tuę, gratia curationum,virtuteq; cœlesti confirmati. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum,qui tecum uiuit, & regnat in unitate eiusdē spiritussancti Deus, Per omnia secula seculorum, Amen.

Ordinatio Acolythorum. Admonitio Episcopi.

SVscepturi fratres charissimi accolithorū officium,pensate,quid suscipitis. Acolitum oportet ceroferarium ferre,luminaria accendere, uinū & aquā ad eucharistiam ministrare,quæ vobis dominus dignè exequi concedat per suam misericordiam Amen. Deinde tradat eis ceroferarium cum cereo extincto, ad tangendum ambabus manibus dicens.

Accipite ceroferarium cū cereo, & sciatis uos ad accedenda luminaria ecclesiæ mancipari in nomine domini Amen. Postea tradat eis vrceolū vacuum ad tangendum dicens.

Accipite vrceolum ad suggerendum vinum, & aquam in eucharistiam sanguinis Christi, in nomine domini. Amen Oremus.

Deum patrem omnipotentē fratres charissimi suppliciter deprecemur, ut hos famulos suos benedicere dignetur in ordinem acolythorum, quatenus lumen uisibile manibus præferentes, lumen quoque spirituale moribus præbeant, adiuuante domino nostro Iesu Christo,qui cum eo, & spiritu sancto uiuit,& regnat Deus per omnia secula seculorum. Amē.Oremus.Flectamus genua Leuate.

Domine sancte pater omnipotens æterne Deus qui per Iesum Christū filium tuū dominū nostrū, & apostolos eius, lumē claritatis in tuæ hūc mūdū misisti,quiq; ut mortis nostræ antiquum ab oleres chyrographum glorioso illum crucis uexillo affigi,ac sanguinem,& aquam ex latere illius pro salute generis humani affluere voluisti, benedicere dignare hos famulos tuos in officium acolytorū, vt ad accedendum lumen ecclesiæ tuæ, & ad suggerendum uinum, & aquam ad conficiendum sanguinem Christi filij tui in offerēda eucharistia sanctis altaribus tuis fideliter subministrent. Accende domine mentes eorum, & corda ad amorem gratiæ tuæ, ut illuminati vultu splendoris tui fideliter tibi in ecclesia tua sancta deseruiant. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum,qui tecum uiuit, & regnat in unitate eiusdē spiritussancti Deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus.

Domine sancte pater omnipotēs, æterne,qui ad Moysen,& Aaron loquutus es, vt accenderentur lucernæ in tabernaculo testimonij, benedicere,& sanctificare dignare hos famulos tuos, vt sint acolyti in ecclesia tua. Per Christum dominum nostrū Amen. Oremus.

Omnipotēs sempiterne Deus,fons lucis,& origo bonitatis,qui per Iesum Chtistum filium tuum lumen uerum mūdum illuminasti, eiusq; passiōis mysterio redemisti, benedicere dignare hos famulos tuos, quos in officiū acolytorū consecramus, poscentes clementiam tuam,ut eorum mentes lumine scientiæ tuæ illustres, & pietatis tuæ rore irriges, ut ita perceptum ministerium auxiliante te peragant, quod ad æternam remunerationem peruenire mereantur. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in vnitate eiusdem spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Tūc informet eos ut bene,& honeste viuant dicens.

Legitur enim primi Paralipomenon decimo quinto capit, Quod Dauit ministeria domus dei amplians,ianitores instituit, & cantores. Et Salomon exorcistas inuenit,Hæc omnia ecclesia in nouo testamento imitata est. Habet enim ianitores quos ostiarios appellamus, quorum est officium ecclesiam Dei apperire fidelibus, & claudere infidelibus. Hoc intelligitur mysticè uidelicet, quòd corda uestra,quæ secundum Apostolum,templum sunt spiritussancti, claudatis diabolo,& per uirtuosam uitam aperiatis deo. Item secundo facti estis lectores,ut uideliçet publicè, & in alto loco lectiones legere positis in ecclesia dei, tam ueteris,q̄ noui testamenti. Et tunc primò officium uestrum impleueritis,dum illa, quæ legitis operibus comprobetis. Item tertio,facti estis exorcistæ, & secundum Isidorum, exorcista adiurans siue increpator vocatur. Hinc officinm vestrum est, quod per verba oris vestri,& manuum vestrarum impositionē malignum spiritum à corporibus obsessis eijcere poteritis, quia estis spirituales imperatores diaboli. Sed malignum spiritum à corporibus obsessis minime eijcere poteritis, nisi primò à uobis ipsum diabolum id est peccata mortalia eijceritis. Item quartò facti estis acolyti. Acolyti grecè ceroferarij siue accensores luminum nuncupantur. Tunc em rectè luminaria ecclesiæ accenditis,dum per bona opera vestra aliis lucis exempla demonstratis. Etiā acolyti debent uinum, & aquam ministrare ad eucharistiam. Quod tunc rectè fit dum per castam vitam vestram vos ipsos Deo hostiam offeratis. Quibus gratiis attentis, & pensatis in recompensam Deo obligati estis singulis diebus dicere septem psalmos pœnitentiales cum letania sub pœna peccati mortalis. Et cum hoc quiuis vestrū intra hinc & proximum quindenam flexis genibus septem psalmos cum letaniis pro bono, & fœlici statu reuerendissimi patris,& domini. D. nostri gratiosi archiepiscopi inclitæ ecclesiæ Colonien sis, & sub pœna excommunicationis nullus recedat ante finem missæ,& nisi habeat formatum suum secum super ordinibus nunc susceptis.

Ordinatio subdiaconorum.

EPiscopus ordinaturus Subdiaconos sic proclamet: Si quis habet aliquid ꝓ hos uiros, aut pp Deum dimittat,aut cum fiducia exeat,& dicat. Veruntamen memor sit conditionis suæ. Et tunc alloquitur eos dicens. Adepturi fratres charissimi officium subdiaconatus, sedulò attendite quale ministerium vobis traditur. Subdiaconum oportet aquam ad ministerium altaris præparare, pathenā, & calicem ad altare deferre,& diacono ministrare pallas altaris,& corporales abluere, vbi corporales pallæ lotæ fuerint, nullum aliud linteamen debet lauari, ipsa lotionis aqua in baptisterium debet effundi. Et ideo si usq; nūc fuistis tardi ad ecclesiā, ammodo debetis esse assidui, si usq; nunc somnolenti,ammō uigilantes, si usq; nūc ebriosi ammō sobrii, si vsq; nūc impuri,ammō casti. Si usq; nūc aliquo vitio polluti,ammō mūdi esse debetis. Iō uos admoneo, vt tales vos exhibeatis, quatenꝰ Deo placere possitis. Deinde tradat duobꝰ, uel tribꝰ calicē vacuum cum patena ad tangendum ambabus manibus dicens.

¶Accipite potestatem præparandi, & offerendi calicem cum oblata uino, & aqua ad conficiendū in eo pro salute uiuorum,& mortuorum,corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi. Qui uiuit, & regnat cum Deo patre in unitate spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum Amen.

¶Interim cātetur antiphona. Calicem salutaris accipiam,& nomen domini inuocabo,cum isto psalmo. Credidi pp, quod locutus sum. Et post quemlibet uersum repetat antiphona. Post hoc illis genua flectentibus,Episcopus stans cum baculo dicat in modum Capituli.

¶Deum,ac dominum nostrum fratres charissimi suppliciter deprecemur, ut super seruos suos, quos ad subdiaconatus officium uocare dignatus est, infundat benedictionem suam, & gratiam,ut in conspectu eius fideliter seruientes,prædestinata sanctis præmia consequantur, adiuuante domino nostro Iesu Christo, qui cum eo, & spiritu sancto uiuit,& regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶Tunc conuersus ad altare dicat. Oremus. Diaconus. Flectamus genua. Leuate. Et mox conuersus ad ordinandos illis genua flectētibus, dicat in modum Capituli.

¶Domine sancte pater omnipotēs æterne Deus benedicere dignare hos famulos tuos,quos ad subdiaconatus officium eligere dignatus es,ut eos in sacrario tuo sancto,strenuos,solicitosque cœlestis militiæ instituas excubitores, sanctisque altaribus tuis fideliter subministrent, & requiescat super eos spiritus sapientiæ,& intellectus, spiritus consilij,& fortitudinis,spiritus scientię,& pietatis,& reples eos,spū timoris tui, & eos in ministerio tuo diuino confirmes, ut obedientes facto,atq; dicto parentes,tuam gratiam consequantur. Per dominum nostrū Iesum Christū filium tuum,qui tecum uiuit,& regnat Deus per omnia secula seculorum.

¶Deinde ponat in sinistro brachio cuiuslibet manipulum dicens.

¶Accipite manipulum,per quē designatur fructus bonorum operum. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti Amen. Medio tempore cantetur Responsorium. Te sanctum dominum. Deinde legat in modum capituli super ordinandos.

¶Inuestione horum manipulorum subnixè te domine deprecamur, ut hi famuli tui operentur in tēporali conuersatione, quatenus exemplo priorū patrum in futuro mereantur perenniter gaudere. Per Christum dominum nostrum Amen.

¶Post hæc imponet tunicellā cuilibet, & retrahet prēterquam ultimo, cui induat toraliter dicens.

¶Induat te dominus uestimento salutis, & tunica iustitiæ. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti Amen. Et interim cantetur Responsorium. Iustum deduxit dominus. Deinde tradat duobus, uel tribus simul librum epistolarum dicens.

¶Accipite librum epistolarum, & habere potestatem legendi eas in ecclesia sancta Dei. In nomine patris,& filij,& spiritus sancti Amen.

His itaq; peractis,reponat Episcopus se super sedem suam, & informet ordinatos dicens.

VOs inquam electi,qui sacrum ordinem subdiaconatus suscepistis, scire debetis, quod secundum iura,ordines sacri non dātur nisi in certis temporibus in iure expressis, & ante collationem sacrorum ordinum ecclesia præmittit certas lectiones ueteris testamenti, & etiam noui. Insignum huius,quod ad hoc ordines nemo debet ꝓmoueri nisi peritus in ueteri,& nouo testamentis, quia sacro isto ordine suscepto, obligatur unusquisque ad septem horas canonicas singulis diebus legendas, quæ sumptæ sunt ex utroque testamento. Et attento, q̄ subdiaconi obligantur adhoras Canonicas,nemo ad hunc ordinem promoueri debet,nisi ut prouisus de competēti uitæ, ut nō habeat necessariò acquirere uictum, & amictum aliunde,puta per mercantiam,& alia negotia secularia, quia iuxta Apostolum:Nemo militans Deo, immiscet se secularibꝰ negotijs, ut eo liberꝰ Deo, uacare ualeat, quia per istum ordinem estis penitus a mundo abscisi,& caueant super omnia,ne qs conficto, uel falso titulo præsumat accedere. Et qlibet uestrū saluis horis canonicis infra hinc,& ꝓximam quindenam dicere debet tres primos nocturnos Psalterij pro bono, & felici statu reuerendissimi patris,ac domini D. nostri gratiosi archiepiscopi inclitæ ecclesię Colonien sis, & sub pœna excommunicationis,nullus recedat ante finē missæ,& nisi habeat formatum suum secum super ordinibus nunc susceptis.

¶Post hæc surgat episcopus, & cōuertens se ad populum,baculum in manu tenens dicat. Pax uobis Respondente clero. Et cum spiritu tuo. Et conuersus ad altare legat collectam diei concludēdo cum collecta. Exaudi q̄sumus domine preces supplicum,& deuoto tibi pectore famulantes perpetua defensione custodi,ut nullus persecutionibus impediti, liberam seruitutem tuis semper exhibeamus officijs. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum &c. qui tecum uiuit, & regnat Deus,Per omnia secula seculorum. Amen.

Deinde unus ordinatorum legat epistolam qua lecta cantetur Graduale, uel id, quod cantandum est.

Ordinatio diaconorum.

Finita epistola, ac graduali clametur: Accedant ordinandi ad subdiaconatum. Deinde archidiaconus, uel capellanus alloquitur episcopum dicens.

POstulat sancta mater ecclesia reuerende pater,ut hos præsentes subdiaconos ad onus diaconi ordinetis. Et quærat episcopus. Scis illos dignos esse. Respondet: Quantum humana fragilitas nosse finit,& scio,& testificor ipsos dignos ad onꝰ huius officij. Et mox subiungit Episcopus: Auxiliante domino Deo,& saluatore nostro Iesu Christo, eligimus hos præsentes subdiaconos ad ordinem diaconatus. Si quis autem habeat aliquid cōtra illos pro Deo cum fiducia exeat,& dicat. Verū tamen memor conditionis suæ. Post hæc alloquitur ordinandos dicens. Promouendi dilectissimi ad Leuiticum ordinem, cogitate magnopere ad quantum gradum ecclesiæ ascenditis. Diaconum em oportet ministrare sacerdoti ad altare,baptizare,& prædicare uerbū Dei,quæ uobis dominus cōcedat per suam gratiam ad salutem. Deinde stās,& baculū in manu tenēs dicat: Cōmunem uotū cōmunis oratio prosequatur, ut in totius ecclesię pace,qui in diaconatus ministerium præparantur Leuiticæ benedictionis ordine clarescant, & spūa-

li conuersatione præfulgentes, gratia sanctificationis eluceant. Præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

¶Deinde eis genua flectentibus stans uersus ad eos dicat legendo hanc præfactionem. Oremus.

¶Dilectissimi Deum patrem omnipotentem, ut supra hos famulos suos quos ad sacrum ordinem diaconatus assumere dignatus est benedictionis suæ gratiam clementer infundat. eisque consecrationis indultæ propitius dona cõcedat, & pces nostras cleméter exaudiat, ut quæ nostro gerẽda sunt ministerio, suo benignus prosequatur auxilio, & quos sacris exequendis ministerijs pro nostra intelligentia credimus offerendos, sua benedictione sanctificet, & confirmet ut prædestinata sanctis præmia consequãtur. Per unigenitum filium suum dominum nostrum Iesum Christum, qui cum ipso patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat Deus. Et mox episcopus surgentibus ipsis subiungat præfationẽ sequentem iunctis manibus ante pectus dicẽs. Per omnia secula seculorum. Amẽ. Dominus uobiscũ. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino Deo nostro. Dignum, & iustum est. Vere dignum, & iustum est, æquum, & salutare. Nos tibi semper, & ubiq; gratias agere dñe sancte pater omnipotens æterne Deus. Honorum dator ordinumq; distributor, atque officiorũ dispositor, qui in te manens innouans omnia, & cuncta disponis, qui per uerbi uirtutẽ sapiẽtiamque tuam Iesum Christum filium tuum dominum nostrum, sempiterna prouidentia singula p̃paras, & singulis quibusq; tẽporibus aptanda dispensas. Cuius corpus ecclesiam uidelicet tuam cęlestium gratiarum uarietate distinctam, suorumq; connexam distinctione membrorum legem mirabilem totius compaginis unitam in augmentum tẽpli tui crescere dilatatriq; largitis sacri numeris seruitutem trinis gradibus ministrorum nomini tuo militare constituens, electis ab initio. Leui filiis: qui in mysticis operationibus domus tuæ fidelibus excubijs permanentes, hæreditatem benedictionis æternæ sorte perpetua possiderent. Super his quoq; famulos tuos quæsumus domino placatus intende, quos sacris tuis altaribus seruituros in officium diaconij suppliciter dedicamus. Et nos quidem tanquam homines diuini sensus, & summæ rationis ignari horum uitam quantum possumus æstimamus. Te autem domine ea, quæ nobis sunt ignota non transeunt, te occulta non fallunt. Tu cognitores secretorum, tu seruatores cordiũ, tu horum uitam cœlesti poteris examinare inditio, quo semper prẽuales, & admissa purgare, & ea quæ agenda sunt cõcedere. Deinde cantet chorus uersus de All. Paracletus. Et solus episcopus manũ imponat super caput cuiuslibet dicens: Accipite spiritum sanctum ad robur, & ad resistendum diabolo, & tentationibus eius. Quo facto dicat episcopus in pristino tono. Emitte in eos quæsumus domine spiritum sanctum, quo in opus ministerij tui fideliter exequendi septiformis gratiæ tuæ munere roborentur, & abũdet in eis totius formæ uirtutis, auctorita modestia, pudor constans, innocentiæ puritas, & spiritalis obseruantiæ disciplina. In moribus eorum præcepta tua fulgeant, ut suæ castitatis exemplo imitationem sanctam plebis acquirant, & bonum conscientiæ testimonium præferẽtes in Christo firmi, & stabiles perseuerent, dignisque successibus de inferiori gradu per gratiam tuam potiora capere mereantur.

¶Et submissa uoce prosequatur.

¶Per eundem dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate, eiusdẽ spiritus sancti. Deinde chorus cantet Offertorium. Elegerunt apostoli Stephanum. Vel responsorium. Stolã iucunditatis. Et Episcopus sedendo, uel circumeundo imponat cuilibet super sinistrũ brachium stolam dicens. In nomine patris, & filij & spiritus sancti, accipite stolam iucunditatis, quã immaculatam perferas ante tribunal Christi, & agnosce officium tuum atque impleas illud, potẽs est enim Deus augere tibi gratiam. Amen.

¶Tunc chorus cãtet Responsorium. Leuita Laurentius. Et Episcopus aptatam dalmatiã imponat cuilibet, & retrahat, sed ultimo induat totaliter, dicens.

¶Induat te dominus uestimento salutis, & circundet te semper indumento lætitiæ. In nomine domini Amen. ¶Postea dicat Collectam sequentẽ.

¶Domine sancte spei, fidei, gratiæ, & perfectuũ munerator, qui in cœlestibus, & terrenis angelorũ ministerijs ubiq; dispositis p̃ omnia elementa uoluntatis tuæ diffundis effectum, hos quoque famulos tuos spiritali dignate illustrare aspectu, ut tuis obsequijs expediti, sanctis altaribus tuis ministraturi, puri accrescant, & indulgentia tua puriores eorum gradu, quos Apostoli tui in septenario numero (beato Stephano duce, ac præuio) spiritu sancto authore elegerunt, digni existant, & uirtutibus uniuersis quibus tibi seruire oportet instructi, dono spiritus sancti polleant. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate eiusdem spiritu sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶Postea tradat duobus simul, uel tribus per ordinem librum. Euangeliorũ tangendum ambas manibus dicens.

¶Accipite potestatem legẽdi euangelium in ecclesia Dei, tam pro uiuis, quam pro mortuis. In nomine domini Amen.

¶Et interim cantetur antiphona. Euntes in mundum uniuersum. Quo facto Episcopus uersus ad altare, dicat. Oremus. Et dicamus. Flectamus genua. Leuate. Et conuersus ad ordinandos, illis genua flectentibus, dicat.

¶Exaudi domine preces nostras, & super hos famulos tuos spiritum tuæ benedictionis emitte, ut cœlesti munere ditati, & tuæ maiestatis gratiã possint acquirere, & bene uiuendi alijs exemplũ præbere. Per Christum dominum nostrum Amen.

¶Deinde sedendo informet eos, ut honeste, & sancte uiuant, dicens.

¶ Informatio.

LEgitur, quod in ueteri testamento ex duodecim tribubus una, scilicet leui, electa est ut tabernacula Dei, eiusq; sacrificiis ritu perpetuo deseruiret, quorum hodie clarissimi filij, & nomen, & officium tenetis, quia ad ministerium tabernaculi testimonij, id est, ecclesiæ Dei electi estis in laitico officio, quæ semper in procinctu posita incessabili pugna contra inimicos dimicat. Vnde & Apostolus. Nõ est inquit nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinẽ, sed aduersus principes, & ptates, aduersus mundi rectores tenebrarũ harũ, cõtra spiritualia nequitiæ tela in cœlestibus, q̃ ecclesiã Dei ueluti tenebraculũ portare, & munire debetis ornato sancto, p̃dicatu diuino, exẽplo pfecto. Leui, id est, diaconi dicũtur assumpti, uel ministri Dei. Et uos filii, qui ab hæreditate paterna nomẽ accepistis, esto te assumpti à carnalibus desideriis, a terrenis concupiscentiis, quæ secundum beatum Petrum militant aduersus animã. Estote inquam, nitidi, mundi, puri, casti, sicut decet ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ Dei, ut digni addamini, & muniamini ecclesiæ gradus, ut hæreditas, & tribus amabilis domini esse mereamini. Et qui comministri, & cooperatores estis corporis, & sanguinis domini, estote ab omni illecebra carnis alieni, sicut ait scriptura: Mundamini qui fertis uasa domini, cogitate B. Stephanũ merito præcipuæ castitatis ab Apostolis ad istud officium electũ. Curate ut cuius euangelium ore annunciatis, uiuis operibus exponatis, ut de uobis dicatur: Bonorati pedes euangelizantium pacem, euãgelizantium bona, habete pedes uestros calceatos sanctorum exemplis, in præparatione euangelii pacis, quod uobis dominus concedat per gratiam suam Amen.

¶Vos inquam obligati estis ad septem horas canonicas, & dicetis infra hinc, & proximos quatuor decim dies tres sequentes nocturnos, uidelicet incipiendo à quinta feria. Saluum me fac Deus, usq; ad dixit dominus domino meo, pro gratiosissimo domino Colonienſi. Et quod non recedant ante finem missæ, & quod secum recipiant formata super ordine iam recepto. Deinde legatur Euangelium ab uno nouiter ordinato.

¶Ordinatio presbyterorum.

¶Finitio Euangelio Archidiaconus clamat alta uoce dicens.

¶Accedãt qui ordinandi sunt ad ordinẽ presbyterii. ¶Et mox sigillatim, & nominatim eos uocat. Tunc illi more diaconorũ parati amictu alba stola & manipulo, tenentes planetas super brachia complicatas, & candelas accensas in manibus bini, & bini coram ordinatore accedant, & coram eo, se in modum choreæ disponunt. Omnibus ergo hoc ordine dispositis. Archidiaconus, dicit alta uoce in tono lectionis.

¶Postulat sancta mater ecclesia. Reuerende pater ut hos p̃sentes diaconos ad onus presbyterii ordinetis. Et quærat Episcopus,

¶Sis illos dignos esse? Respondet. ¶Quantum humana fragilitas nosse finit, & scio, & testificor ipsos dignos esse ad onus huius officii. Et mox subiũgit Episcopus,

¶Auxiliante domino Deo, & saluatore nostro Iesu Christo, eligimus hos præsentes diaconos ad ordinem p̃sbyterij. Si autem habeat aliquid contra illos, pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat, Veruntamen memor sit conditionis suæ.

Tunc dicat Episcopus sedendo,

¶Consecrandi fratres charissimi in presbiteratus officium, illud digne suscipere, atque laudabiliter exequi studeatis. Sacerdotem etenim oportet offerre, benedicere, præesse, p̃dicare, & baptizare. Cum magno quippe timore ad tantum gradum ascendendum est, atque prouidendum ut cœlesti sapientia probi mores, & diuturna iustitiæ obseruatio ad id electos commendet. Vnde dominus præcipiẽs Moysi ut septuaginta uiros de uniuerso cœtu in auditorium suum eligeret, quibus spiritus sancti dona diuideret, suggessit, quos tu nosti qđ senes populi sint. Vos si quidem in septuaginta uiris, & sensibus signati estis, si per spiritum septiformem decalogum legis custodientes, & probi, & maturi in scientia, similiter, & opere estis. Sub eadem quoque ministerio, & eadem figura in nouo testamento, dominus, septuaginta duos elegit, atque binos ante se in prędicatione misit, ut docerẽt uerbo simul, & facto ministros ecclesiæ suæ, fide, & opere debere esse perfectos, seu geminæ dilectionis, Dei uidelicet, & proximi uirtute fundatos. Tales itaque esse studeatis, ut in adiutorium Moysi, & duodecim Apostolorum, episcoporum uidelicet catholicorum, qui per Moysen, & apostolos figurantur, digne per gratiam Dei eligi ualeatis. Hinc certẽ mira uarietate ecclesia sancta circundatur, ornatur, & regitur cum alij in ea pontifices; alii iunioris ordinis sacerdotes, diaconi, & diuersorum ordinum uiri consecrantur, & ex multis, & alternæ dignitatis membris, unum corpus Christi efficitur.

¶Itaq; dilectissimi quod ad nostrum adiutoriũ fratrum nostrorum arbitrium consecrandos elegit, seruate in moribus uestris castæ, ac sanctæ uitę integritatem. Agnoscite quid agitis, imitamini quod tractatis, quatenus dominicæ passionis mysterium celebrantes, mortificare membra uestra à uitiis, & cõcupiscentijs omnibus procuretis. Sit doctrina uestra spiritualis medicina populo Dei. Sit odor uitæ uestræ ad delectamentum ecclesiæ Christi, ut prædicatione, atque exemplo ædificetis domũ familiæ Dei, quatenus nec uos de uestra proiectione, nec uos de tanti officii susceptione damnari ad Domino, sed remunerari potius mereamini. Quod ipse uobis concedat per gratiã suã Amen.

¶Tunc duo presbyteri induti casulis binos, & binos, ante sedem pontificis ducant & eis genua flectentibus, quærat episcopus. Sunt digni? Respondeant presbyteri digni sunt. Iterũ eps. Sunt iusti? Rñdeant presbyteri: Iusti sunt. Episcopus. Dignos, & iustos faciat illos Deus in suo semper seruitio manere. Respondeatur, Amen.

¶Iterum interrogat episcopus ordinandos. Vultis presbyterii gradum in nomine domini accipere? Respondeat unusquisque pro se. Volo Episcopus. Vultis in eodem gradu quantum prævaletis, & intelligitis secundum Canonum, sanciones iugiter manere? Respondeãt, Volo. Iterum episcopus. Vultis episcopo uestro ad cuius parrochiam ordinandi estis obedientes & consentientes esse, secundum iustitiam in ministerium uestrum? Respõdeat unusquisque ordinandorum ponendo primos duos digitos utriusque manus super librum pontificalem, dicent: Volo, & hoc Deo, & sanctis eius ita in præsenti promitto prout scio, & adimplere ualeo. Sic me Deus adiuuet, & omnes sancti eius &c.

¶ Tunc subiungit episcopus dicens: Voluntatẽ uestram bonam, & rectam, Deus ad perfectionem sibi placitam perducere dignetur. Amen.

¶Tunc episcopus flexis genibus mitra depositа incipiat. Veni sancte spiritus &c. Et prosequente choro, ipse statim surgens resumpta mitra, manus cum astantibus sacerdotibus super capita singulorum ponat. ipsis genua flectentibus, dicens cuilibet. Accipe spiritum sanctum per impositionem manuum nostrarum, quorum remiseritis peccata remittũtur eis, & quorum retinueritis peccata, retenta erunt. Et interim cantetur Antiphona. Accipite spiritum sanctum. Post hæc episcopus stans cum baculo, manum dexteram suspensam tenens dicat hanc orationem.

Ore-

¶Oremus dilectissimi Deum patrem omnipotẽ tem,ut super hos famulos suos,quos ad presbiterii munus legit, cœlestia dona multiplicet. ut qđ eius dignatione suscipiunt, ipsius consequãtur auxilio.Per dominum uostrum Iesum Christum.

¶Tunc conuersus ad altare dicat. Oremus Diaconus.Flectamus genua.Leuate. Et mox uersus ad ordinandos genua flectentes dicat.

¶Exaudi nos quæsumus domine Deus noster, & super hos famulos tuos benedictionem sancti spiritus, & gratiæ sacerdotalis infunde uirtutem, ut quos tuę pietatis aspectibus offerrimus consecrandos,perpetua tui muneris largitate prosequari.Per dominum nost.& cætera, in unitate eiusdẽ spiritus sancti.¶Deinde ipsis insurgẽtibus. Episcopus iunctis manibus ante pectus dicat uoce mediocri hanc præfationem.

¶Per omnia sæcula sæculorum.Amen.Dominus uobiscum.Et cum spiritu tuo.Sursum corda Habemus ad dominum.Gratias agamus domino Deo nostro.Dignum & iustum est.

¶Verè dignum,& iustum est,æquum, & salutare. Nos tibi semper,& ubique gratias agere,domine sancte pater omnipotens æterne Deus,honorum dator,& distributor omnium dignitatum, p quem proficiunt uniuersa,per quẽ cuncta firmantur amplificatis semp in melius naturæ rationabilis incrementis per ordinem congrua ratione dispositis. unde,& sacerdotales gradus, atque officia Leuitarum sacramentis mysticis instituta creuerunt,ut cũ pontifices summos regendis pluribus præfecisses ad eorum societatis, & operis adiumẽtum sequentis ordinis uiros, & secundę dignitatis eligeres. Sic,& in hæremo per septuaginta uirorũ prudentium mentes Moysi: spiritum propagasti, quibus ille adiutoribus usus in populo,innumerabiles multitudines facile gubernauit.Sic,& in Eleazarum & Ithamarum filios Aaron paternæ pleni tudinis abundãtiam transfudisti,ut ad hostias salutares, & frequentioris officij sacramenta ministerium sufficeret sacerdotum. Hac prouidentia domine Apostolis filij tui doctores fidei comites adidisti,quibus illi orbem totum fœcundis prædicationibus impleuerunt.¶ Quapropter infirmitati quoque nostræ domine quæsumus hæc adiumenta largire, qui quanto fragiliores sumus,tanto his pluribus indigemus.

¶Da igitur quæsumus omnipotens pater in hos famulos tuos præsbyterij dignitatem innoua in uisceribus eorum spiritum sanctitatis, ut acceptum à te decus secundi meriti munus obtineant, censuramque morum exemplo suæ cõuersationis insinuent. Sint prouidi cooperatores ordinis nostri,ut luceat in eis totius forma iustitiæ,ut bonam rationẽ dispensationis sibi creditę redditurí æternæ beatitudinis præmia consequantur.

¶Quod sequitur legatur plane sine nota Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum,qui tecum uiuit & regnat in unitate eiusdem spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

¶Postea cantetur Responsorium, Tollite iugum. Et Episcopus reflectens oratorium cuilibet dicens:

¶Accipe iugum domini. Iugum enim eius suaue est,& onus eius leue in nomine domini Amen. Deinde imponat casulam cuilibet antependentem sed retro plicatam manentem dicens.

¶Accipe uestem sacerdotalem,per quam charitas intelligitur. Potens est enim dominus augere tibi charitatem, & opus perfectum Respondeatur Deo gratias Et cantetur medio tempore Responsorium Sint lumbi uestri præcincti.

¶Deinde Episcopus reuersus ad altare conuersus ad eos, ipsis genua flectentibus dicat orationẽ hanc:

¶Deus sanctificationum omnium auctor, cuius uera consecratio, plenaque benedictio est, tu domine super hos famulos tuos, quos presbiterij honore dedicamus munus tuæ benedictionis infunde, ut grauitate actuum, & censurę uiuendi præbeant,se esse seniores. His institutis disciplinis, quas Tito,& Timotheo Paulus exposuit,ut in lege tua die, ac nocte, omnique tempore meditantes, quod legerint credant, quod crediderint doceant, quod docuerint imitentur, Iustitiam, constantiam, misericordiam, fortitudinem, cæterasque uirtutes in se ostendant, exemplo præbeant, ammonitione confirment,ac purum,atque immaculatum ministerij sui domum custodiant: & per obsequium plebis tuæ panem,& uinum in corpus & sanguinem filij tui immaculati benedictione transforment,& inmobili charitate in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, in die iusti,& æterni iudicii Dei,conscientia puta, fide uera spiritu sancto pleni persoluant. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuũ,qui tecum uiuit, & regnat in unitate eiusdem spiritus sancti Deus,&c.

¶Deinde Episcopus deposita mitra, flexis genibus ante altare incipiat alta uoce:Veni sancte spiritus, reple tuorum corda &c.

¶Quo dicto Episcopus resumpta mitra lauet manus suas Et accepto oleo cathecuminorum, ungat manus cuiuslibet,incipiens à pollice dextro ad indicem finistrum. Et postea à pollice finistro ad indicem dextrum,dicens:

¶Cõsecrare & sanctificare dignare domine manus istas per istam unctionem,& nostram benedictionem,& quæcunque consecrauerint consecrentur, & quæcunque benedixerint benedicantur, & sanctificentur, in nomine domini nostri Iesu Christi.Et ordinandus respondeat. Amen. Interim cantetur.Infunde unctionem Cum sequentia,Sancti spiritus,Et ad quemlibet uersum repetatur Infunde & cętera.

¶Quo facto Episcopus lauet manus suas, & accipiens calicem cum uino,& aqua, & patenam desuper cum oblata,choro cantante Responsorium.Verè fœlicem præsulem,tradat eum cuilibet inter in dicem, & medium ad tangendum pedem calicis, & oram patenę dicens:

¶Accipe potestatem offerendi Deo sacrificium, missamque celebrandi tam pro uiuis,quàm pro defunctis,in nomine patris,& filii, & spiritus. sancti. Respondetur.Amen.

¶Deinde Episcopus accepto baculo dicat hanc orationem.

¶Deus,cui omnis potestas, & dignitas famulatur,da his famulis tuis prosperum officij, sui ac dignitatis effectum,ut in confessione sacri corporis, & preciosi sanguinis dilecti filii tui, te super omnia diligant,& in omnibus timeant,tibique iugiter placere contendant.Per Christum dominum nostrum. ¶Tunc Episcopus circuens dicat ad singulos:Pax tecum.Et det eis osculum, & recommẽdet se singulorum orationibus dicens. Recommẽdo me orationibus tuis. Quo facto, detur benedictio sacerdotalis ¶Benedictio Dei patris omnipotentis

tentis,& filii,& spiritus sancti, descẽdat super uos, ut sitis benedicti in ordine sacerdotali, & offeratis placabiles hostias pro peccatis, atque offensionibus populi,omnipotenti Deo,cui est honor,& gloria in secula seculorum.Respondetur. Amen. post modum ponat se Episcopus ad sedem suam reuertendo,se ad ordinatos exhortando eos,ut confiderent qualem ordinem susceperint, dicens ad eos. ¶O uos sacerdotes,attendite uerbũ domini, 2.Regum 2.cap.scriptum Suscitabo mihi sacerdotem, qui iuxta cor meum,& animam meam faciet.Quæ uerba de sancto sacerdote, & propheta Samuele dominus loquutus est.Simili modo ad hoc sacerdotes a Deo ex sua infinita bonitate electi sunt, ut iuxta cor suum,& uoluntatem eis semper uiuant. Vnde Bernard.¶O uos sacerdotes,considerate inenarrabilem ordinis sacerdotalis excellentem dignitatem,quòd vos Deus non solum præ cæteris hominibus,uerum etiam præ cunctis creaturis honorauit,quas ad laudem,& gloriam nominis sui creauit inquiens:Ego elegi uos de mundo ut eatis, & fructus uester maneat.Ego elegi uos, scilicet ad ordinem sacerdotalem,ut in eo eatis,prędicando,docendo,& fideliter operando,ut fructus uester maneat,æternaliter regnando.Charissimi,grandis est dignitas ordinis sacerdotalis, sed grandissimam ruinam malorum sacerdotum attẽdite, si Deo peccando non obedieritis. Quod in dignitate grandi estis, apostolorum princeps est auctor, inquiens: Vos estis genus electum,regale sacerdotium,gens sancta, populus acquisitionis. Sacerdotes uocati sunt domini,&Dei nostri ministri,cęli ianitores,& animarum pastores,quibus claues regni cœlorum traditi sunt, quibus oues familiæ Dei commissæ sunt.Hæc diximus,ut cognoscatis grandem uestrã dignitatem ordinis,quem hodie recepistis,sed reuera ruina malorum sacerdotum est tam grandis tamque terribilis,ut ineffabilis sit difficile quoque cogitatu.Sunt enim mali sacerdotes genus reprobum,diabolicum sacerdotium,gens iniqua,populus perditionis.Tot mortibus digni sunt, secundũ Gregorium,quot exempla perditionis ad subditos transmittunt.Cum causæ ruinæ populi sint sacerdotes mali,redditurí sunt rationem nedum de suis delictis,sed omnium quorum abutuntur donis.Ideo dicit Bernardus:Miror cuius ordinis sint sacerdotes. In apparatu uestium habent se ut milites, in aggregatione bonorum temporalium ut laici, in receptione spiritualium ut clerici.Non militant ut milites,non laborant ut laici,non euangelizant ut clerici,ergo nullius ordinis sunt. Ibunt ergo ubi nullus est ordo,sed ubi perpetuus horror inhabitat. A quo nos omnes custodiat Iesus Christus dominus noster.Qui uiuit,& regnat cum Deo patre.&c.

¶Post hæc cuilibet ordinatorum solent iniungi tres missæ speciales,Prima de spiritu sancto,pro salute Reuerendissimi domini metropolitani uel episcopi,in cuius ecclesia ordinatio fit, ut operante spiritus sancti gratia,semper in beneplacito Dei omnipotentis debitum officii exequatur. Secunda de beatissima uirgine Maria, ut ipsa pro suo ordinatore. apud misericordiam filii sui pia interuentrix existat.Tertia (scilicet Requiem æternam) erit pro omnibus parentibus amicis, & recommendatis ipsius metropolitani,uel episcopi ac suffraganii & ordinatoris, omnibusque fidelibus defunctis. ¶Denique solent iniungi statim post primitais A trigintæ missę continue legendæ ad placitum prout occurrunt,non ob aliud ut puto,nisi, & nouelli sacerdotes,q̃ diu instructorem ad manum habitum usumque celebrandi acquirant. Insuper solet rogare ordinator omnes ordinatos, ut quàm primum intellexerint eum uiam uniuersæ ingressum, quilibet unam missam legat pro salute animæ ipsius.

¶Quo dicto denuntiat Episcopus populo indulgentias solitas.Postea profert sententiam excommunicationis in hunc modum.

¶Nos N.Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Reuerendissimi in Christo patris, & domini. D.N.Archiepiscopi.N.per ciuitatem, & diœcesim. N.in pontificalibus uicarius generalis auctoritate apostolorum Petri,& Pauli, ac ecclesiæ nobis in hac parte commissæ, excommicamus in his scriptis uniuersos,& singulos clericis per nos ordinatis iniurias,violentias,seu impedimenta alia in corporibus,rebus seu redditibus eorum siue iuris ordine debito irrogantes.In nomine patris & filii, & spiritussancti Amen.

His peractis dicatur Dominus uobiscum. Vel Credo,si debeat dici.Deinde dicatur offertorium diei,& parentur hostiæ secundum numerum ordinatorum. Et facta oblatione procedatur in missa more solito. Et concludatur secreta hic posita cũ secreta diei.

¶Secreta.

¶Tuis q̃sumus domine operare mysteris, ut hęc tibi munera dignis mentibus offeramus.Per dominum. Vsque quo peruentum fuerit.Et pax domini Vbi diaconus se conuertens ad populum dicat Humilitate uos ad benedictionem.Respondetur.Deo gratias.

¶Tunc episcopus resumpta mitra,& baculo cõuertentes se ad ordinatos,ipsis genua flectentibus det eis benedictionem,dicens.

¶Omnipotens Deus,sua uos clementia benedicat, & sensum in uobis sapientiæ salutaris infundat.Amen.Catholicæ fidei uos documẽtis enutriat in sanctis operibus perseuerabiles reddat Amen. Gressus uestras ab errore conuertat.& uiam pacis uobis, & charitatis offendat.Amen. Quod ipse præstare dignetur.cuius regnum,& imperium sine fine permanet in secula sæculorum Amen. Benedictio Dei patris omnipotentis, & filii,& spiritus sancti descendat super uos, & maneat semper Amen.

Deinde a motis mitra, & bacula dicat. Et pax eius sit semper uobiscum.Postquam autem Episcopus communicauerit, mox sacerdotes ordinati communicent de manu eius, & communicandi præmittunt confessionem generalem. Et dum cõmunicat eos cantor incipit Respon. Iam. non dicam uos seruos,sed amicos & cetera.Et dum communicat singulos sacerdotes ordinatos, dicet cuilibet corpus domini nostri Iesu Christi custodiate,& perducat in uitam æternam.Amen.Quo facto procedatur in missa usque dum peruentum fuerit ad complendam,ubi descendens Episco.deponat cuilibet sacerdoti nouiter ordinato casulam retro,dicens: Stola innocentiæ induat te dominus Ita tamen,quòd manus ordinatorum semper innctæ remaneant.Et mox iterum unusquisque ad Episcopum sigillatim accedit,ponens manus suas iunctas inter manus. Episcopi dicentis.

Promittis Episcopo tuo ad cuius parrochiam ordinatus es,reuerentiam, & obedientiam. Et ille respondet Promitto. Pontifex tenens sic manus illius

lius inter suas, osculetur mox unumquemque dicens: Pax domini sit semper tecum. Et ille respondet. Amen.

¶His expletis, & omnibus ad ordinem suum reuersis dicit ad eos. Admonitio.

¶Et quia res, quam tractaturi estis, periculosa est fratres charissimi, moneo uos ut diligenter, & honestè totius missæ ordinem, & hostiæ consecrationem, & fractionem, atq; communionem ab aliis iam benedictis sacerdotibus discatis, priusquã ad celebrandum missam accedatis.

¶Quo facto redeat ad altare, & conuerteus' se ad populum baculum in manu tenens, dicat: Dominus uobiscum. Clerus. Et cum spiritu tuo. Episcopus legat complendam diei concludendo cum complenda quæ sequitur.

Complenda.

¶Quos tui domine reficis sacramentis, continuis attolle benignus, auxiliis, ut tuæ redemptionis affectum, & misteriis capiamus, & moribus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Et finiatur missa more solito, qua finita præcedat episcopus precedentibus eum ministris suis, sequentibus eum presbyteris ordinatis bini, & bini, usque ad uestibulum pro ablutione manuum. Et interim cantetur. Resp. Item in orbem uniuersum, & prædicate dicentes.

¶De hoc sacramento tractatum est supra, per duas distinctiones, uidelicet, 14.25.

MAtrimonium septimum ecclesiæ sacramẽtum, omnium sacramentorum primum, & ante peccatum inter masculum & fœminam a Deo institutum, diuina benedictione sanctificatum, ad fœcundatum, est coniunctio legitima uiti, & mulieris, indiuiduam uitæ consuetudinem retinens. Vel, est duarum idonearum personarum legitimus de coniunctione cõsensus. Vel est sancta, & sanctificata, ac perfecta societas, siue perfectæ, ac sanctæ socieratis uinculum maris, & fœminæ. Vel est unius ad unam plenum ius coniugalis usus uterque alter in corpus suum dantis Vel, est coniunctiò animorum, & coniugium relatio. Decet aut esse legitimum, & ratum, inter fideles, & legitimas personas cum legitima solennitate, & recta intentione p̃ctum, in facie ecclesiæ debito tpe solennizatum. Postea biduo vel triduo castitas custodiatur, ut orationi vacetur, & interim discat quisque coniugum vas suum, id est, comparis sui corpus possidere in sanctificatione, & honore, & non in passione desiderii. Honor enim, & reuerentia, quemadmodum omnibus ecclesiæ sacramẽtis debetur matrimonio. Et ideo ut actibus eius præsto sit diuina gratia, & uirtutis auxilia, & absq; peccato fiant, nihil intendi debet, nisi ples ad Dei cultum educanda, aut conseruatio generis, siue iustitia reddendi debitum, vel custodiendi se uel cõiugem a contaminatione fornicationis, alijsque p hibitis contaminationibus carnis. Qui autem contrahendo non ista, sed matrimonio contraria intenderet, uidelicet, diuitias ex auaritia, superbiam, puchritudinem amorem explendæ libidinis ac uoluptatis, aut principaliter ipsam libidinem, mortaliter peccaret. Cum dicat Augustinus: Adulter est, qui in propria uxore transitoriam quærit uoluptatem, scilicet solam. Nã si ita quærat, ut alios fines licitos non excludat, solum uenialiter peccat. Refrenanda est itaq;, & uehementer restringenda bestia illa uidelicet libidinosa uoluptas, quæ maiorẽ partem generis humani ab initio usque in finem deuorare, & absorbere nõ cessat. Quare videmus multos prostituere omni uitio, & desiderio carnis, & abire post flagitia, & passiones ignominiæ, & abuti, & contemnere proprias coniuges, factos quasi equus, & multus, quibus non est intellectus. Vt autem honestum sit connubium, & benedicti à Deo mereatur, Dei honor ex prole, iustitia, & charitas in coniuge in omni coniunctione cogitetur, cum erubescẽtia quadã turpitudinis, & humiliatione cordis, quod ex peccaco factum sit, quod iam absque peccato sanctus ille matrimonialis actus uix unquam fieri possit, quo etiam iam multi ex so la libidine in iniuriam Dei & sacramenti tam enormiter abutuntur. Denique retractent sæpe inter se, aut quisque ipsorum per se, matrimonium esse signũ sacrum matrimonij, & connexionis spiritualis Christi, & ecclesiæ, Dei, & animæ cuiusque fidelis. Vt quemadmodum uir coniunctione, & amplexu carnali de uxore quærit generare filios per trãsfusionem seminis in ipsam uxorem (sicut agricolam in agrum semen spargens) quæ aliàs nunquã erat conceptura: sic anima Dei sponsa, ex charitatiuo eius amplexu generare debet bonorũ operũ sobolem, & prolem diuini honoris cupidinem, qđ nisi fœcundata gratia nunquam posset. Et sicut iure matrimonij uxor subiecta debet esse regimini viri: ita anima subiecta debet esse Deo, legibus eius & iussis in nullo operibus cõtradicendo. Insuper quemadmodum quilibet coniugum comparẽ pulchrũ optat, per omnia placentem, sic spe animam suam decore uirtutum speciosam, & per oĩa Deo placentem exhibere studeat. Item sicut castitatem corporis in inuicem zelant, & omnes reliquas uirtutes, multo amplius sciant Deũ zelare omnes uirtutes in anima sponsa sua. Amplius sicut uxorem decet habere curam domus vt munda sit, custodiãque. & educationem filiorum, sic, & Deus aĩam cuiusq; vult curã, & solicitudinem gerere domus cõscientiæ suæ, ut munda sit ab omni inquinamento carnis, & spiritus, & ut nutriat, & educat pinguedine deuotionis & lachrymarum assuefactione filios bonorum operum. Et hoc pacto voluptatem potest habere spiritualem concubitus, licet carnalis sit: & onera matrimonij, quæ multa, & grauia sunt leuiùs ferre. Et reuera matrimonium multa, & grauia onera habet annexa. Quale onus seruitus reddendi debitum coniugale. & erubescẽtia illius: quanta ęrumnositas prægnantiũ? quantus dolor partus? quantus labor, solicitudo, & miseria nutriẽtiũ? quãtũ onus uiris prouidere prægnantibus enixis, & nutrientibus custodire, regere, & nutrire vxores liberos, & familiã? Sed arcta est uia, quæ ducit ad uitã æternã, & per multas tribulationes peruenitur ad illã, ét ex omni statu ecclesiæ. ¶Causæ matrimoniũ ipsum honestantes, & actũ eius a peccato excusantes, sunt fides, sacramentum, proles, uitatio fornicationis &c. Materia eius sunt actus exteriores maris, & fœminæ, disponẽtiũ, se ad mutuum consensum: aut verbũ primò prolatum ab altero de consensu. Forma sacramenti. sunt uerba exprimentia consensum in mutuam, & perpetuã indissolubilem societatem maris, & fœminæ, ius perpetuum alteri alter in se dantis. uel verbũ scdo prolatum ab altero coniugum, vt cum ad uerbũ illius, qui primò dicit accipio te in uxorem, accedit uerbum alterius dicentis: Et ego accipio te in uirũ vel econuerso, fit sacramentũ. Nec dicẽdũ est, q̃ cõiunctio, uel benedictio sacerdotis sit forma huius sacramenti, quæ solum est quid sacramentale, nõ quid pertinens ad sacramentum. Minister tamen est sacerdos, sine quo in facie ecclesiæ sacramentum ipsum solennizari non debet, quia propter periculosa spiritualia, & carnal ia adiuuandi sunt, & muniendi nubentes oratione, & benedictione sacerdotali, quæ est oratio totius ecclesiæ nunq̃ fructu carens: Quoniam itaq; absq; oratione, benedictione, & diuini nominis inuocatione non sunt solennizanda matrimonia, sequitur modus.

¶Benedictio annuli.

MAnda Deus uirtuti tuæ, confirma hoc Deus quod operatus eis in nobis. A tẽplo tuo in Hierusalem, tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis, congregatio thaurorum in uaccis populorum, ut excludant eos, qui probati sunt argento. Gloria patri. Oratio.

¶Benedic domine annulum hunc, quem nos in tuo nomine benedicimus, ut qui eum portauerit in tua pace consistat, & in tua uoluntate permaneat, ac in amore tuo uiuat crescat, & multiplicetur, in longitudinem dierum. Per Christum dominum nostrum.

Alia.

¶Creator, & conseruator humani generis, dator gratię spiritualis largitor salutis æternæ, tu domine mitte spiritum sanctum tuum paracletum super hunc annulum, ut armatus uirtute cœlestis benedictionis illi proficiat ad æternam salutem. Per Christum.

¶Post benedictionem annuli sacerdos quærat de nominibus Sponsi, & Sponsæ, & sub illis nominibus quærat an uelint copulari legitimo matrimonio, quibus respondentibus quod sic, recipiat sacerdos annulum benedictum, & det uiro ad manus, dicendo quod imponat muleri ad digitum annularem dextræ manus. Quo facto sacerdos iungat manus dextras amborum dicendo idiomatæ patriæ. Ea coniunctione, qua Deus Adam, & Euã coniunxit, insimulque commendauit, Ego uos cõiungo, insimulq; commendo. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti Amen. Deinde dicat sacerdos Dominus uobiscum. Et cum.

Oremus.

¶Deus Abraham, &c. ut statim infra. Item si nuptiæ non sunt primæ ex parte uiri, sed mulier uirgo est, benedicuntur nuptiæ per omnia cum orationibus ut supra. In omnibus alijs nuptiis qualescunque etiam sint hoc ipsum non fit. Sed tantum simpliciter fiunt benedictiones ad annulum, & ad sponsum, & sponsam. Et Euangelium. In principio erat, uerbum, legatur cum sua conclusione.

¶Benedictio super sponsum, & sponsam, Psalmus.

BEati omnes qui timent dominum: quia ambulant in uiis eius. Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es, & bene tibi erit. Vxor tua sicut uitis abundans, in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur hõ, qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex Sion, & videas bona Hierusalem omnibus diebus uitæ tuæ. Et uideas filios filiorum tuorum, pacem super Israel. Gloria patri, & filio: Sicut erat in principio. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera. uer. saluũ fac seruum, & ancillam tuam domine. Deus meus sperantes in te. ver. Domine exaudi orationem meam. Et clamor. Oremus.

¶Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob sit semper uobiscum, ipseq; uos coniungat, & impleat benedictionem suam in uobis, Per Christum. Alia.

¶Respice domine de cœlo sancto tuo super hanc coniunctionem, ut sicut misisti sanctum angelum tuum Raphaelẽ Tobiæ, & Sarę filię Rachuelis, ita digeneris domine mittere benedictionẽ tuã super istos adolescentes, ut in tua uoluntate permaneant, & in tua securitate consistant, & in amore tuo uiuant, & senescant & multiplicentur in lõgitudine dierum. Per Christum.

Alia oratio. ¶Benedic domine adolescentulos istos, & semina semen uitæ æternę in mentibus eorum. ut quicquid pro utilitate didicerint hoc semper perficere, & adimplere mereantur: per Iesum Christum recuperatorem omnium, filium tuum unigenitum. Qui tecum uiuit, & regnat in unitate spiritus sancti Deus. Per.

¶Item alia oratio.

¶Benedicat, & custodiat uos Deus pater, ostendatq; faciem suam in uobis, & misereatur uestri, conuertat uultum suum ad uos, & det uobis pacẽ, impleatque Christus omni benedictione spirituali corde, & corpora uestra in remissionem omniũ peccatorum, ut habeatis uitam æternam, & uiuatis in secula seculorum. Amen.

Oratio.

¶Respice domine super hos fideles tuos, ut in tuo nomine benedictionem cœlestem accipiant, & filios filiorum suorum usq; in tertiã, uel in quartam progeniem uideant, & in tua semper fidelitate perseuerent, ac in futuro cœlestia regna percipiant. Per Christum dominum nostrum Amen.

Oratio.

¶Da quæsumus domine benedictionẽ tuã super hunc famulum tuum, & famulam tuam propitius ut tibi subditi fiãt, atq; iugiter deseruiant. Per Christum dominum. Oratio.

¶Omnipotens sempiterne Deus, qui primos parentes nostros Adã, & Euã sua uirtute copulauit, eosq; sua benedictione sanctificauit, & sancta in societate coniugauit, ipse corda, & corpora uestra sanctificet, & benedicat, atq; in societate, & amore uerè dilectionis coniungat, Per dominum. ¶Benedicti sitis à domino, qui creauit mundum ex nihilo Qui in trinitate perfecta uiuit, & regnat Deus. Per omnia secula seculorum Amen. Euangelium.

In principio erat uerbum, &c. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc, & usq; in seculũ. Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit cęlũ & terram. Benedicat uos diuina maiestas pater, & filius, & spiritus sanctus Amen.

¶De hoc sacramento coniugij tractatũ est supra per septẽdecim distinctiones, uidelicet. 26.27.28. 29.30.31.32.33.34.35.36.37.38.39 40.41.42.

¶Denique aduertendum: quoniam pontificalia, & libri, ex quibus ordines conferuntur, ac sacramenta ecclesię dispẽsantur aut bene dicuntur, per omnes particulares ecclesię, non concordant ad inuicem, nullus ecclesiæ antiquum in usu pontificale, aut liber sacramentalis damnandus est, aut temere mutandus, utpotè ex causa legitima à superiore admissus, aut ex longo usu approbatus.

Distin-

De resurrectionis, & Iudicij conditione. Distinctio. XLIII.

De resurrectione secundum id qđ est. Aug. in enchiridi. Isa 26. 1. Thess. 4

POSTREMO de conditione resurrectionis, & modo resurgentium, nec non, & de iudicij, & misericordiæ qualitate breuiter differendum est. Omnibus quæstionibus, quæ de hac remoueri solent, satisfacere non ualeo: resurrecturam tamen carnem omnium quicunque nati sunt, atque nascentur, & mortui sunt, & morientur nullatenus ambigere debet Christianus. Ait enim Esaias: Resurgent mortui, & resurgent, qui erant in sepulchris. Et Apostolus: Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut, & cęteri, qui spem non habent, scilicet resurrectionis. * Si enim credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita, & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cū eo. Hoc uobis dicimus in uerbo domini, quia nos, qui uiuimus, qui residui sumus in aduētu domini, non prœuenimus eos, qui dormierunt: Quoniam ipse dominus in iussu, & in uoce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo: & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera: & sic semper cum domino erimus. His uerbis, & ueritas resurrectionis, & causa atque ordo resurgentium præclarissime insinuatur.

* clausulā hanc plerique libri nō habēt.

De uoce tubæ.

¶ Causa enim resurrectionis mortuorum erit uox tubæ, quæ in aduentu iudicis ab omnibus audietur, & cuius uirtute excitabuntur mortui, & de monumentis resurgent. Vnde propheta: Dabit uoci suæ uocem uirtutis, id est, effectum resuscitandi mortuos. Et Iohannes Euangelista ait: Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Si uerò quæritur, cuius, uel qualis erit uox illa. Apost. dicit, ꝙ erit archangeli, i. ipsius Christi, qui est princeps archangelorum: uel uox erit unius uel plurium angelorum. Eademq; dicitur tuba, quia erit manifesta, & nouissima, qua post eam non erit alia. Hæc tuba (ut ait Augustinus) est clamor, de quo dicitur in euangelio: Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tubæ nomine aliquod euidens, & præclarum signum intelligitur. Quod uox archangeli, & tuba Dei ab Apostolo dicitur, in euangelio uox filij Dei, & clamor appellatur, quod signum mortui audient, & resurgent.

Psal 64. Ioan. 5. 1. Thess. 4.

Iohan. 5.

De media nocte.

Media autem nocte dicitur uenturus, ut ait Augustinus non pro hora temporis, sed quia tunc ueniet cum non speratur. Media ergo nocte, scilicet, cum ualde obscurum erit, id est, occultū, ueniet. Dies. n. domini sicut fur in nocte, ita ueniet. Potest tamen non incongruè intelligi mediæ noctis tempore uenturus, quia ut ait Cassiodorus: Hoc tempore primogenita Aegypti percussa sunt, quando etiam sponsus uenturus est. Pluribus etiam locis contestantur auctores, ꝙ aduentus Christi dies dicitur domini, non pro qualitate temporis, sed rerum: quia tunc cogitationes, & concilia singulorum patebūt. Vnde in Daniele: Vetustus dierum sedit, & libri aperti sunt coram eo. Libri sunt cōsciē tiæ singulorum: quæ tunc aperientur alijs, & tunc implebitur. Nihil occultum, quod nō reueletur. Adueniente autem summo iudice, non solum aeris tenebræ illuminabuntur sed abscondita cordium manifestabuntur. Virtute ergo diuina fiet, ut cuique opera sua bona, uel mala cuncta in memoriam reuocentur: & mentis intuitu mira celeritate cernantur: ut accuset uel excuset hominem conscientia, eaq; teste damnetur uel saluetur.

Mat 25. 1 Thess. 5. Daniē 7. Matth. 10. 2. Cor. 4.

De memoria electorum ſi tunc præcedentia mala teneat.

Hic quęritur utrum electis tunc adsit memoria prȩcedentium malorum sicut bonorum. Quædam auctoritates uidentur bonos tradere non habituros tunc memoriam p̄cedentium malorum id est, peccatorū uel tormentorum. Ait enim Isaias: Ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis in æternum. Item: Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & abscon ditæ ab oculis uestris. Quæ de futuro exponens Hieronymus ait: Obliuioni tradent prio rà mala, quia forsitan in futuro pristinę conuersationis memoria oīno delebitur succe dentibus bonis æternis, ne sit pars malorum, prioris angustię memorari. Sed hæc, & his similia possunt accipi sic, ut non excludant memoriam præcedentium malorum, sed ex ea molestiam, & lesionem amoueant. Non enim eorum memoria sanctos contrista bit, uel eorū beatitudinē obfuscabit, sed gratiores Deo reddet. Vñ sup Psalmū lxxxvij. ait Gregorius. Quomodo inæternum misericordias domini canit, q miserię non meminit. Quomodo aūt plena beatitudo, si memoria reatus mentem tangit? Sed sępe lęti tristium meminimus, & sani dolorum meminimus sine dolore, & inde amplius lęti, & grati

Isa. 56. Ibidem. Hieron.

grati sumus. Ex his apparet, ꝙ si priorum malorum memoriam sancti habebunt in futuro, non eis tamen erit ad pœnam uel glorię derogationem, sed ad gratiarum actionē.

Si uerò quęritur, utrum peccata, quæ fecerunt electi, prodeant in notitiam omnium, sicut mala damnandorum omnibus erunt nota, non legi hoc expressum in scriptura. Vnde non irrationabiliter putari potest peccata hic per pœnitentiam tecta, & deleta, illic etiam tegi aliis: alia uerò cunctis propalari.

Magister hic non tenetur.

De his, qui uiui reperirentur.

Quæri solet, utrum illi, quos uiuos inueniet Christus, nunquā omnino morituri sint: an ipso temporis puncto, quo rapientur obuiam Christo, ad immortalitatem mira celeritate sint transituri. Non enim dicendum est fieri nō posse, ut per aera in sublime portentur in illo spacio, & moriantur, & reuiuiscant. Ad hunc autem sensum, quo æstimamus illos in paruo spacio, & passuros mortem accepturos immortalitatem, Apostolus nos urgere uidetur, ubi dicit: Omnes in Christo uiuificabimur. Et alibi: Quod seminas, non uiuificatur, nisi priùs moriatur. Cur autem nobis incredibile uideatur, illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter & incorruptibiliter, reuiuiscere, cum credamus in ictu oculi futurā resurrectionem, & in membra sine fine uictura, tanta uelocitate rediturum antiquissimorum cadauerum puluerem? Sed uellem de his potius audire doctores. Si ergo sanctos qui reperientur Christo ueniente uiuentes, eiq; obuiam rapientur, crediderimus in eodē raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros: nullas in uerbis Apostoli patiemur angustias, generaliter accipientes illud, quod dictum est: Omnes qui dem resurgemus, scilicet tam boni, quàm mali: sed non omnes immutabimur, scilicet in solemnitatem resurrectionis. De hoc etiam Ambrosius ait: In ipso raptu eorum, qui uiui reperientur, mors erit, & resurrectio: ubi anima quasi soporem egressa de corpore, eidem in momento reddatur. Econtra uerò scribens ad Marcellam Hieronymus, testari uidetur, dicens quosdam in fine seculi adueniente Christo non esse morituros, sed uiuos repertos in immortalitatem repente mutandos. Horum autem quid uerius sit, non est humani iudicij diffinire.

1. Cor. 15.

Quomodo intelligitur Christus iudex uiuorum, & mortuorum.

Hic autem adiiciendum est dupliciter intelligi, quod dicitur Christus iudicaturus uiuos, & mortuos. Aut enim uiui accipiuntur, qui in aduentu eius uiui reperientur, licet in raptu moriantur: & mortui, qui ante discesserant, uel uiui, & mortui qui accipiuntur iusti, & iniusti.

Hugo li. 1 de sacrāmēto parte 17. cap.

Quomodo omnes incorrupti resurgent.

Cumq; ex prædictis sanè credi ualeat omnes resurrecturos, credendum est etiam quòd omnes resurgent incorrupti, non utiq; impassibiles: quia reprobi mortem patientur æternam, sed sine diminutione membrorum omnia humani corporis habituri mē bra, nec tamen gloria ac * specie impassibilitatis induentur.

* spe

¶ Vcusq; ab exordio huius quarti libri tractauit Magister de ecclesiasticis sacris, q̄bus hoīes purgant, ac sanctificant in uita p̄senti. In sequētib⁹ aūt octo distinctionibus determinat de p̄tinētibus ad finē huius mūdi inferioris, de ultima oium hoium resurrectione de metuendissimo Dei iudicio generali, de retributione extrema, & uarijs rebus ad ista spectātibus. Primò itaq; de ipsa resurrectione omnipotēte Dei uirtute futura, ac fiēda, determinat: hoc ē, de uoce tubæ, ꝙ sc̄m unā expositionē, imperiū, seu potestas altissimi designatur: & cur, ac qualiter resurrectio ipsa fertur media nocte complenda. Deinde circa hæc mouet qōnes p̄utiles, an scilicet electi in resurrectione, ac postea habebūt p̄teritorū malorū memoriā, & arguit ꝙ parte utraq; ac soluit. Sc̄dò scrutatur, an, & qñ sint morituri hi quos Chr̄s ad iudiciū ueniēs reperiet uiuos, iuxta illud Apostoli: Deinde nos, q̄ uiuimus, q̄ residui sum⁹. Exponit quoq; quo sensu Chr̄s uocet̄ iudex uoū, ac mortuorū, & quomodo mortui resurrecturi sint in corrupti.

Obiectio. Auguſt. Porphyr. Plato.

1. Thess. 4. Mar. 17. 1. Cor. 10.

QVAESTIO I.

Hic quæritur, *Vtrum in fine seculi fiet omnium resurrectio mortuorum omnipotēte Dei uirtute.*

est

est in scripto secundi: imo cum aīa sit naturaliter
corporis forma naturalem habet aptitudinem, &
inclinationem ad ipsius informationem, quemad-
modum pars ad suum totum, nec potest huiusmo
di inclinatio esse frustra, nec optato effectu perpe-
Eccl. 1. tue frustrari, qđ, & Salomō in ecclesiaste insinuas-
se uidetur: Nihil, inquiens, nouum sub sole, nec po
test aliquis dicere: Ecce hoc recens est. Iam enim
Ezech. 16. præcessit in seculis, quæ ante nos fuerunt, quod, &
Ezechiel tetigisse uī dicendo. Sodoma rediet ad
antiquitatem suam, id est, ad statum, quem in anti-
quis, & in lapsis diebus habuerat, Præterea secun-
2. Mach. 2. do libro Machabeorum habetur de fideli, & stre-
nuissimo Dei pugile Iuda: Nisi eos, qui ceciderant,
resurrecturos speraret, superfluum uideretur, & va
num orare pro mortuis: Sed hæc argumentatio ap
Meriti vel demeriti rō vnde. paret inualida. Anima namq; est principalior pars
hoīs cuius instrūm est corpus, & tota ꝑmerendi
de merendiq; rō est ab anima, à rōne, à libera uo-
luntate, nec anima separata manet irremunerata,
quousque corpori denuo coniungatur, imo nunc
interim orat ecclesia pro fidelium animabus, ut à
suppliciis eruantur, nec dubium quin principale
Iob 14. agens ualeat præmiari instrumento relicto. Deni-
Philoso. que sanctus Iob ait: Homo cum dormierit, non re-
Henricus. surget, donec atteratur cœlum, non euigilabit. Et
Gregor. constat, quod incorruptibile cœlum nunquam sit
Matt. 19. atterendum, cum non sit peregrinarum impressio
num susceptiuum secundū philosphū, qui, & pro-
testatur, supra orbē lunæ non posse accidere malū.

¶ Circa hæc scribit Henricus septimo quodlibe
to: Resurrectio carnis non est nisi quædam natiui
tas eius, ꝙ occidi priùs, & cecidit, dicēte Grego.
Moralium 4. Si resurrectio carnis non esset quasi
natiuitas quædam, de ea ueritas non dixisset: In re-
generatione cum sederit filius hominis, & cætera
& hoc: quoniā prima, & secunda natiuitas ex præ-
existente materia fit. propter quod minus mirabi-
lis est resurrectio, quàm creatio, dicente eodē sex-
to libro: Omnibus sine dubio cōstat, quod plus sit
creare, quod non erat. quā reparare qđ erat. Attñ
resurrectio ista de numero miraculorū est Dei, q̄
(scđm eūdē semꝑ sunt consideranda per studiū, &
nunq̄ discutienda per intellectū. Frequēter etem
sensus humanus dū quarundā rerum rōnes quærit
nec inuenit, in maioris dubitationis, se uoraginē
mergit. Vnde fit ut quadā cadauera mortuorum in
puluerem redacta considerent, dumque resurre-
ctionis uim ex ratione colligere nequeunt, hæc ꝑ
resurrectionē ad statū pristinum redire desperent.
Verum de hac re non debet homo ambigere, q̄uis
eā per rōnem non possit concipere, Et istud super
Iob, super Iezechielē: atq; in homiliis super euan-
gelia multipliciter ꝓbat beatus Gregorius per scri-
pturas, & rationes, uel potius per similitudines re-
rum, quæ in creaturis contingunt. Deniq; etsi istud
rōne non cōprehendatur, tñ ut uacillantium fidē
ꝑ uiribus sustentemus, istud utrumq; probare ten
temus. Nec in hoc dubitatio ulla est ex parte Dei
cuius uirtute est faciēda, sʒ tñ ex parte rei. Deo qp
pè possibile est facere qcq̄d in rebus est possibile
fieri. Porro ex parte rei q̄tum ad aīam intellectiuā,
q̄ immortalis est, & permanet separata, retinens in
se esse, quod priùs corpori cōmunicauit, & rursus.
quantum in se est, nata est cōmunicare, nō est in ista
magna dificultas, quin de facili intelligatur quomō
possibilis sit resurrectio. Ex hoc nāq;, qđ cecidit, re
surgere dī: qm̄ idē esse, ꝙ priùs habuit, ei restituitur
quare cū hoc ipsum eē totū in aīa maneat, q̄ uide-
re pōt quomō eadē aīa suo corpori possit restitui
nō est difficile ei uidere, quomō idē numero possit
corpus recuperare, nō solū, ꝙ consistit in rei essen
tia, sed etiam, quod consistit in existentia, qđ ani-
ma in se perseueranter, inamissibiliterq; conser-
uat, de cuius esse cōseruatione in anima loquitur
sanctus Gregorius sub nomine uitæ: quæ ultra es-
se non dicit nisi determinatum modū essendi, ex-
pones quomodo dominus reddidit sancto Iob in
filiis, & filiabus duplicia, cum tamen non nisi tres
filias, septemq; filios restituerit ei, & iam ante toti-
dem filios, ac filias præcisæ habuerit. Addidit, inq̄t,
omnia dominus sancto Iob duplicia, quia amissos
filios, ac filias ei in occulta animarū uita seruauit,
totidemq; adiecit. Hinc tota difficultas de resurre Iob 4. Difficultas credendi vnde.
ctione, restat ex parte corporis resoluti in pulueri-
tatem materiæ, sed nec in hoc est magna difficul-
tas apud eos, qui in nuda materia hominis non po
nunt formam substantialem præter animam intel-
lectiuam, cum anima maneat eadem numero, quæ
priùs. Similiter materia, atq; ex parte Dei est perfe
cta omni potentia coniungendi semel separatam
animam eidem materiæ, quæ anima secum addu-
cit omnes easdem dispositio materiales. & cor
porales, quæ priùs fuerunt corruptæ: quæ & si nō
essent eædem numero, cum tamen sint accidenta-
les, esset; nihilominus uera resurrectio, eadem sub
stantia existente. Nam idem numero manens, mu-
tatur in accidentalibus secundum uaria tempora.
Porro magna difficultas, seu dubitationis occasio
restat ponentibus in homine plures formas substā
tiales, uidelicet formam de potentia materiæ edu
ctam præter animam ratiōalem. Istis etenim restat
ostendere, qualiter forma corrupta possit eadē nu
mero reparari: quod tamen ex parte Dei constat,
non impossibile esse. imo nec ex parte materię in
cuius potentiam resoluta est huiusmodi forma, &
de qua rursus potest educi, quantum ex parte po-
tentialitatis materiæ. Nam, & eadem materia, quæ
aliquando fuit sub singulari alicuius hominis for-
ma, postea habet esse sub forma bruti, sicut super
Iezechielem scribit Gregorius carnem hominis
lupus comedit, lupum leo uorauit, leo moriens in
puluerem redijt, quomodo caro hominis a lupi, &
leōis carne diuidit, quibus qd aliud respōdere de
bemus, nisi ut priùs cogitēt qualiter, ipsemet in mū
dū uenerūt, & tūc inuenient qualiter resurgent, ꝙ
intelligo, aspiciendo ad diuersas potētias materiæ
ex quibus formæ deducuntur, & in quas resoluū-
tur, & rursus possunt educi. Vnde subiungit: Quid
mirum. si possit omnipotēs in illa mortuorū resur
rectione carnē hominis a carne bestiarum secerne
re, ut unus idemq; puluis, & non resurgat inquātū
puluis lupi, aut leonis, & resurgat inquātū pulu is ē
hoīs: Restat ergo hic difficultas ex parte: trāsmuta
tionis, qua de potētia materiæ forma rursus ē edu
cēda, quæ transmutatio non pōt numero eadem es
se cum illa. qua forma illa corrupta fuit priùs edu
cta: quia non potest in eodem tempore esse, ꝙ flu-
xit, nec redit, iuxta quod probat Philosophus ean-
dē sanitatem numero reparari non posse, nisi eadē
numero transmutatio repetatur, qua trāsmutatiōe
fuit sanitas illa producta, quā transmutationē im-
possibile est eandē numero repeti, sicut & imposśi
bile est tēpus præteritum repeti idem in numero.
Quibus respōdeo, quod agēti naturali istud sit im
possibile, qm̄ agit trasmutatione, & actione differē
ti a sua substāntia, non autē est impossibile super
naturali agēti, qđ operatur in instāti, & cuius actio
est

est sua essentia, & sua uoluntas æternaliter fixa, quie
ta, independens, & sine motu producēs, & creās.
Hęc Henricus. Et hæc clariùs sunt ante ostensa, tam
super ₰m de creatione, & modo agendi primi agen
tis, q̄ super hunc quartum circa modum transsub-
stantiationis, & conuersionis panis, & uini in cor-
pus, & sanguinem Christi. Veruntamen hęc vltima
difficultas de recuperatione eiusdem formæ substā
tialis irrationalis in resurgentibus, non habet hic lo
cū ₰m veritatem, sed secundū erroneas opiniones
ponentiū plures formas substātiales ī hoīe: de quibꝰ
opinionibus etiam dictum est super secundum, & su
per hunc quartum tractatu de sacramento altaris.

Gulielm. Parrh. ¶ De his scribit Gulielmus, libro de vniuerso, par
te secunda: Consequens est inuestigare de uniuer-
so, an habeat renouationem, & vtrum vnam, vel plu
res. Itaque antiquorum astronomorum, & poetarū
quorundam fuit opinio, quòd anno quem vocant
vertentem, fiat renouatio vniuersi, eruntque omnia
sicut fuerunt in creationis exordio, & curent om-
nia secula in hoc secundo anno, quemadmodum
cucurrerunt in magno primo anno, & erunt ijdem
Plato, & Aristotiles cum suis discipulis, &c. & ea-
dem agent, & patientur, quæ egerunt, & passi sunt
in seculo anteriori, atque in omni parte mundi ijdē
erunt, quæ præcesserunt, qui annus (secundum eos)
continet triginta sex milia annorum; quia secundū
probationes Ptholomęi, vnaquæq; stellarum fixa-
rum mouetur singulis cētum annis vno gradu, qua
re cum circulus cœli non contineat nisi trecentos
sexaginta gradus, vnaquęq; stellarum fixarum com
plebit reuolutionem suam totam, id est, descriptio
nem totius circuli cœli in tot cētenarijs annorum,
quot gradus continet circulus cœli, hoc est, in tre-
centis sexaginta centenarijs annorum, quæ sunt tri-
ginta sex millia annorum. Porrò de septem planetis
sentiunt idem, quia eodem numero annorum ad
statum suum primitiuum absque vlla diuersitate
reuertentur. prædictum igitur spatium tot anno-
rum, est annus reuolutionis totius cœli, ac reuer-
sionis ad omnium motuum suorum principium.
Motus autem naturæ, id est, generationis, & corru-
ptionis, quę continetur intra circulum lunę, pro-
pter quod sublunaris uocatur, cum secundum opi
nionem illorum sequatur mundum superiorem in
motibus, ac permutationibus sui, reuertetur secun-
dum se totum, & secundum omnia sua, ad statum
suum primitiuum. Et quoniam quidam de hac opi
nione, posuerunt mundum esse æternum, alij crea-
tum ex tempore: coacti sunt primi fateri infinitas
tales reuolutiones, & renouationes esse iam factas,
& infinitas futuras. Secundi verò dixerunt finitas
præcessisse, & infinitas futuras esse. Nonnulli demū
sunt opinati, magnum illum annum continere qua-
draginta millia annorum, & hoc forsan propter di
uersitatem reuersionis septem planetarum. Cum
ergo mundus superlunaris causaliter habeat su-
per mundum hunc sublunarem, visum est illis, quòd
inceptio rerum generabilium, & corruptibilium
sit ex inceptione motus cœlestis, & progressus ex
progressu, ergo, & reuersio ex reuersione, & itera-
tio ex iteratione. Sed error iste etiam ab Aristotile
Philoso. in diuersis locis est satis reprobatus, nec rationi est
consonum, quòd ijdem effectus reuertantur in nu-
mero, & naturali causalitate, ac ordine, nisi per mo
tus, ac transmutationes numero easdem, qui sic re-
dire non valent, nisi & eadem numero tempore re-
peteretur, quod constat de entibus naturæ succes-
siuè dici non posse. Nec rationabile est, istam inquie
tudinē iugiter perdurare, nec vnquam ad statum
quietum pertingere. Hinc rationabilior est fidei
Christianæ assertio, quòd animæ rationales immor-
tales consistunt, nec corporibus reuniuntur, vt in
hanc vitam instabilem reuoluantur: imò secun-
dum merita sua recipiunt corpora glorificanda,
aut in miserias demergenda. Nempè cum glorifi-
candæ sint animæ, necesse est, & corpora earundem
ipsis reuniri, & conglorificari, qnia nec aliter ani-
mæ possent plenariè glorificari, imò essent quasi
damnificatæ, ac mutilatæ, quantum ad uires suas,
quarum operationes exercentur per corpora. De-
nique vires sensitiuæ, & appetitiuæ inferiores, &
corpus, ac membra, suo modo contra vitia pugna-
uerunt, atque in actibus bonis subseruierunt, & co-
operata sunt animabus, ergo cum eis numerabun-
tur, imò sermo iste, quo vires inferiores, aut supe-
riores mereri dicuntur, est tropicus, quia cum age-
re, & pati, mereri, ac demereri, sint ꝓpriè supposito
rū, ipse totus hō meref, aut demeref, Idcirco suscitā
dus, & resurrecturus, & ₰m corpus, ac aīam remu
nerabif. Etenim cum aīa sit pars hominis, si solæ aīę
glorificabuntur, non corpora. non toti, sed medij
homines beatitudinem consequentur. At verò in-
sipientibus non solum admirationi, sed incredibile
quoque videtur, quòd de puluere seu cinere in quę
humana corpora fuerunt resoluta, reformentur
in resurrectione vniuersali, Verum insania ista ac- Rom. 9.
cidit eis ex ignorantia, qua ignorant omnipoten-
tiam creatoris, & mirabilia, ac omnem admiratio-
nem excedentia opera eius, videlicet, quòd cœlos
& vniuersa in eis contenta creauit, nec super om-
nipotentem eius imperiositatem, qua vocat ea, quæ
non sunt tanquam sint & obediunt ei quasi sint quā Iohan. 9
tomagis mortua corpora obediūnt ei quasi uiuen-
tia? Hinc sicut vocante eo ad esse, necesse est ea ve-
nire ad illud: sic eo iubente, vt resurgant, necesse ha
bent resergere, sicut prædixit: veniet hora, in qua
omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem
eius. Sed mirabile est de talium hominum ad-
miratione, imò inconsideratione, & excæca-
tione, qui aridissima ligna, & salices quotidie vi-
dent reuiuiscere, refrondescere, reflorere, refructi-
ficare, & tamen de seipsis hoc nolunt sperare. cum
constat creatori tanto maiorem curam esse de re-
formatione, ac renouatione hominum mortuo-
rum, quàm arefactarum herbarum, & arborum,
quanto natura humana est illis nobilior, & quanto
ad maiorem gloriam, ac honorem est super dignis-
simo creatori reformatio, ac renouatio rationa-
lium creaturarum, q̄ vegetalium rerum. Ampliùs,
cum videtur tam multorum generum animalia de
puluere, & ex putredine incessabiliter generari, non
vtique nisi principaliter, atq; formaliter diuina uir-
tute, qua stoliditate, duritia, & infidelitate desperāt
futurā mortuorū corporum humanorum resusci-
tationem ex ipsius pulueribus, in quos resoluūtur,
præsertim cum tam parua videatur vtilitas genera-
tionis animalium talium ad gloriam conditoris, cō
paratione resuscitationis, & glorificationis homi-
num ad laudem, & gloriam creatoris. Prȩterea cum
videant virtute naturæ ex vili, obscuroq; cinere ge-
nerari mundissimum, ac splendissimum vitrum, co
ruscantissimas quoque, ac vernantissimas gemas,
cur desperant ex cineribus corporū humanorum
posse ipsa corpora reparari, præsertim cum hoc re-
quirat bonitas, & munificētia, iustitia, & gloria Dei,
merita etiam mortuorum, labores item operatio
nes, & aflictiones corporum defunctorum, quos

in omnipotentis obsequio habuerunt, & propter iustitias, ac uirtutes eorum. Hæc Gulielmus libro prætacto, in diuersis hinc inde capitulis, in quibus de his diffusè pertractat.

Thomas. ¶Insup Thomas: ſm diuersas, inquit, positiones de vltimo hoïs fine, diuersificatæ sunt sententiæ ponentium siue negantium resurrectionem futuram. Vltimus quippè finis hoïs (quem omnes hoïes naturaliter desiderant) est beatitudo, quam aliqui posuerunt hoï esse possibilẽ in hac vita: vnde, nec aliã vitam posuerunt post præsentem. Sed hanc opinionem satis excludit fortunæ veritas, corporisq; humani infirmitas, & inperfecto scientiæ, ac virtutum in vita hac, & instabilitas, ac erumnositas status præsentis, quibus omnibus impeditur fælicitatis perfectio. Hinc alij posuerunt vitam aliam post præsentem, in qua dixerunt hoïem viuere solũ in anima, atque in ea impleri naturale desiderium de beatitudine obtinenda, & corporis resumptionem potius impedire, quàm cõferre ad beatitudinem illam, ideo corporum resurrectionem negabant. Huius præterea opinionis apud diuersos diuersa erant fundamenta erronea. Nam quidã hæretici dixerunt corporalia à diabolo esse creata, aut formata, nec aĩam à Deo lucis creatã esse perfectam, nisi sit separata à corpore. Hinc omnes huius hæresis sectæ, resurrectionem corporum negant. Alii asseruerunt totam hominis naturam consistere animam, & eam corpori vniri, vt motorem, non ut formam substantialem, sicq; sola anima beatificata non frustra retur naturale hominis desiderium ad salutem, & ita nõ oporteret ponere resurrectionem. Sed huius opinionis fundamentum destruit Philosophus secundo de anima, probans animam esse corporis formam. Cum itaque homo non possit esse beatus in hac vita, necesse est ponere resurrectionem, quæ erit in fine mundi, quando, & cœlum atteretur, non quantũ ad suam substantiam, sed quantum ad suę causalitatis influentiam, seu quantum ad suæ causalitatis influentiam, seu quantum ad suæ virtutis effectum: qm̃ vltra non influet ad generationem, & corruptionẽ. Nec verum est, ꝙ perfectissimus aĩæ status sit, sine corpore esse, sed glorificari in se, & in corpore.

¶Erit etiã resurrectio illa generaliter omniũ hominũ: qm̃ ea, quorũ rõ sumit ex natura speciei, oꝑ3 similiter inueniri in oĩbus, q̃ eiusdem sunt speciei. Cumque resurrectio conueniat homini ad hoc, ꝙ anima perfectè beatificari non potest sine corpore, nec habere esse perfectum in separatione ab illo, cũ sit naturaliter pars ipsius, patet. Quod aũt ait Psalmista, (Psalm. 2) Ideo non resurgent impij in iudicio, intelligitur de spirituali resurrectione, qua homo resurgit resurgit à ruina peccati per iudicium discutionis conscientiæ suæ: Nec obstat illud Danielis, (Dan. 12. Aug.) Multi de his, qui dormiunt in puluere, euigilabunt, quia vt Augustinus exponit, intelligitur sic, multi, id est omnes, qui multi erunt, & talis modus loquendi frequens est in scripturis. Potest quoque partitio intelligi, quantum ad pueros in originali defunctos, qui non dicuntur propriè euigilaturi, quia nec sensum pœnæ, nec gloriæ habituri sunt.

¶Porrò dum quæritur, an resurrectio erit naturalis. dicendum, quòd motus seu actio habet se ad naturam tripliciter Nam aliquis motus seu actio est, cuius natura non est principium, nec terminus, qui motus quandoque est à principio supernaturali, vt glorificatio corporis: interdum verò à quocunque principio, alio, vt motus lapidis sursum. Est etiam aliquis motus, cuius principium, & terminus est natura, vt motus lapidis deorsum, & est aliquis motus, cuius terminus est natura, sed non principium, imò interdum aliquid super naturam, vt illuminatio cæci. Visus enim est naturalis, sed causa eius est supernaturalis, quandoque autem aliquid aliud, vt in acceleratione florum, aut fructum per artificiũ facta. Quòd autem principium sit natura, & non terminus, esse non potest: quia principia naturalia sunt ad determinatos effectus limitata, vltra quos se extendere nequeunt. Operatio verò, vel motus primo mõ se habens ad naturam, nullo mõ põt dici naturalis: sed est, aut miraculosa, si est à principio supernaturali, vel uiolẽta, si est à quocũq; alio principio. Operatio demum seu motus secundo mõ se habensad naturam, est simpliciter naturalis, quę aũt tertio modo se habet ad naturam, non potest dici simpliciter naturalis, sed secundum quid, inquantum uidelicet producit ad id, quod secundum naturam est: sed dr̃, uel miraculosa, uel artificialis, uel uiolenta. Naturale quippè propriè appellatur, quòd secundum naturam consistit, & illud secundum naturam est, quod habet naturam, & quæ consequuntur andem ut 2. Physicorum. Ideo motus non potest dici naturalis, nisi eius principium sit natura. Resurrectionis verò principium natura esse non ualet, quamuis ad uitam naturæ resurrectio terminetur. Natura namque est principium motus eius in quo est, uel actuum, ut in motu grauiũ, & leuiũ, & in naturalibus alterationibus animalium, ut in generatione simplicium corporum. Passiuum quoque principium generationis naturalis, est passiua potentia naturalis, quæ semper habet aliquam actiuam potentiam sibi correspondentem in natura, ut 9. Metaphysicæ dicitur, nec differt quantum ad hoc, an correspondeat passiuo à principio actiuum principium in natura respectu ultimæ perfectionis, utpotè formæ, aut respectu dispositionis, quæ necessitas est ad formam ultimam, ut in generatione hominis secundum fidei positionem, uel etiam de omnibus alijs, secundum opinionem Platonis, ac Auicennæ. Nullum autem actiuum Principium resurrectionis est in natura, nec respectu coniunctionis animæ ad corpus, neque respectu dispositionis, quæ est necessitas ad talem coniunctionem: quoniam dispositio talis non potest à natura induci, nisi modo determinato per uiam generationis ex semine. Nam etsi ponatur esse aliqua potentia passiua ex parte materiæ seu inclinatio, quæcumque ad animæ coniunctionem: non tamen sufficit ad rationem motus naturalis. Ideo resurrectio loquendo simpliciter est miraculosa, non naturalis nisi secundum quid. Hinc ex naturalibus nequeunt demonstratiuæ rationes adduci ad resurrectionis probationem. sed solum persuasiuæ: quoniam naturalia quandam imperfectam similitudinẽ supernaturaliũ ꝯtinẽt, non perfectam, nec euidentem, sicut unio animæ, & corporis repræsentat unionem mentis cum Deo per gloriam fruitionis. (Obiectio.) Si uerò obijciatur, quia secundum Apostolum ad Romanos: (Rom. 8.) resurrectio, & glorificatio est, ad quam creaturæ expectatio tendit, ergo est quid naturale: dicendum, quòd operatio totà naturæ est sub operatione diuina, quemadmodum operatio artis inferioris sub operatione artis superioris. Vnde sicut omnis operatio artis inferioris expectat aliquem finem, ad quem non pertingit nisi operatione superioris artis formam inducentis, aut artificiato facto utentis: ita ad ultimum finem, ad quem expectatio tota naturæ tendit, perueniri non potest

est opatione naturę, sed oĩpotẽtiæ Dei. Hæc Tho.

¶Qui consequenter inquirit de cã resurrectionis. Et constat, ꝙ causa effectiua, prima, ac principalis, sit Deus. Verum insuper sciscitatur, an Christi resurrectio cã sit nostræ resurrectionis. ad quod supertium est responsum. Deinde, an vox tubæ, & angeli cooperabuntur ad eã. Ad quæ respondet. Causam effectui oportet aliquo mõ nõ ꝯiungi: qm̃ mouens, & motũ, faciens, & factũ, sunt simul 7. Physi. (Matt. 8. Marc. 1. Luc. 8.) Porrò Christus resurgens est causa vniuoca nostrę resurrectionis. Hinc oportet, quòd in resurrectionẽ corporũ generali, Christus aliquo signo corporali operet̃, ꝙ signũ ſm quosdam erit ad literam, vox Christi resurrectionẽ imperantis: sicut imperauit mari, & vẽto, & mox facta fuit ingens tranquilitas. Alij dicũt, quòd hoc signũ non erit nisi repræsentatio Christi in mundo hoc, prout Matthęus testat̃. (Mat. 24. Gregorius 1. Thess. 4) Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet in occidente, ita erit aduentus filij hoïs. Et innituntur auctoritati Gregorij, perhibentis: Nil aliud est tubã sonare, q̃ mundo suũ iudicẽ repræsentare. Sicq; apparitio (Num. 10) filij Dei, vox eius vocatur: qm̃ ei apparenti obediet tota natura ad humanorũ corporũ reparationẽ Vñ in iussu venturus describitur, eiusque apparitio inquantum vim sortitur imperij, vel ipsius vocat̃, q̃ ẽt vox interdũ dr̃ clamor tãquã pconis ad iudiciũ ciuitatis, & rursus qñq; sonus tubæ nũcupat̃, vel pp euidentiã suã, aut pp conuenientiã ad vsum tubæ, qua in ueteri testamẽto congregabant̃ Iudæi ad cõsilium cõmouebant̃ ad prælium, & cõuocabant̃ ad festũ. (Sap. 5) Sic etenim resurgentes congregabantur ad consiliũ, iudiciũ, & ad prælium, quo orbis terrarũ purgabit ꝯ insensatos, atq; ad festum iucunditatis æternæ, Quod si quæratur, vnde erit voci illi efficacia dicendum, quòd sicut formę sacramentorum habent vim sanctificandi, non ex hoc, quòd audiũtur, sed ex hoc, quòd proferuntur, ita vox illa, quæcunque sit. efficaciam habebit instrumentalem ad suscitandum, non ex hoc, quòd sentietur, sed ex eo, ꝙ proferet̃, sicut, & vox nostra ex aeris impulsione suscitat dormiẽtẽ, soluendo organũ audiẽdi.

August. ¶Præterea secundum Augustinum 3. de trinitate, sicut corpora inferiora, & grossiora per subtiliora, & superiora ordinatè reguntur, ita omnia corporalia gubernantur à Deo per spiritum vitæ rationalem. Vnde in omnibus, quæ in corporalibus fiunt, vtitur Deus ministerio angelorum. In resurrectione demum aliquid erit, ad transmutationem corporum pertinens, puta collectio cinerum, & eorum præparatio ad corporis reparationem humani, & quantum ad hoc, vtetur Deus in resurrectione ministerio angelorum. Sed sicut anima à Deo immediatè creata est, ita à Deo immediatè suo corpori re unietur absque cooperatione angelica. Similiter gloriam corporis Deus immediatè efficiet, sicut, & animam immediatè glorificat.

¶Insuper resurrectionem hanc generalem decet fieri in fine seculi. Materia namque corporum inferiorum subiacet immutationi, ac motui corporum, superiorum cœlestium ideo esset contra ordinem rerum diuinitus institutum, si corpora inferiora ad statum incorruptionis perducerentur, manente superiorum corporum motu. Cumq; resurrectio sit futura ad vitam immortalem, atq; incorruptibiliem statum, differtur vsq; in diem iudicij, finemq; mundi, in quo motus cœli cessabit Vñ quidam Philosophi, qui posuerunt motum cœli nunq̃ cessare, posuerunt reditum animarum ad mortalia corpora: siue ponerent, reditum animæ ad idem corpus in fine magni anni, vt Empedocles: siue ad aliud sicut Pythagoras, dicens quamlibet animam ingredi quodlibet corpus, vt dicitur primo de Anima.

¶Porrò, quòd aliquibus sanctis piè creditur ꝯdonatum, quòd eorũ resurrectio est iam facta, vt virgini gloriosæ, & Iohanni Euangelistæ, ex priuilegio gratiæ speciali peractum est. Similiter respondẽdũ, si arguat̃ de his, qui simul cũ Christo resurrexerunt, de quibus in sermone de assumptione vr̃ dubitare. (Matt. 27. Hierony.) Hieronymus, vtrum cõpleto testimonio resurectionis Christi rursus obierint, an magis in ipsis completa sit resurrectio, ita quòd simul cum Christo ascenderũt ĩ cœlos, ĩ aĩa, & corpore glorificati, ꝙ ueri testes veræ resurrectiõis Chr̃i extiterint. Vñ alibi fatet̃ Hieronymus, quòd eorum resurrectio accelerata (Obiectio) est non pp ipsos, sed propter resurrectionem Christi testificandã, ad fundandũ fidem noui testamenti, quod testimonium potius decuit fieri per sanctos veteris testamenti, q̃ per eos, qui fundato iam nouo testamento decesserunt. Verum ꝯ prædicta objicit̃, quod in Apocalypsi habetur: (Apoca. 20.) Hæc est resurrectio prima, & regnauerunt cum Christo mille annis, & postea legitur ibi de resurrectione finali, ergo non omnes resurgent simul in fine mundi. Dicẽdum, qđ sicut Augusti. recitat 22. de Ciuitate Dei occasione (August.) verborum illorum quidam hæretici dixerunt primam resurrectionem esse futuram mortuorum sanctorum, vt regent cum Christo in terra mille annis. Vnde, & Millenarij sunt vocati. Sed & Augustinus exponit, verba illa exponenda sunt de spiritali resurrectione, qua homines per gratiam a morte animæ surgunt, Secunda verò erit resurrectio corporum, & in prima resurrectione regnant sancti per gratiam cum Christo in ecclesia militante mille annis, per quos totum tempus vitæ penitentis mysticè designatur.

¶Ampliùs, tempus illud resurrectionis, atque iudicij est occultum. Nam vt in libro 83. quæstionum asserit Augustinus, quasi vltima ætas humani generis est tempus ab aduentu saluatoris vsque ad seculi finem, quod tempus quibus generationibus computetur, & decurrat, incertum est quemadmodum etiam vltima ætas vnius hominis quandoque diutiùs durat, quàm omnes præcedentes eius ætates. Ratio huius est: quoniam determinatus numerus futuri temporis sciri non potest, nisi per reuelationem, vel per naturalem rationem. Tempus autem, quod erit vsque ad futuram resurrectionem, sciri nequit per rationem naturalem: quoniam, simul erit resurrectio, & finis motus cœli. Ex motu verò accipitur numerus rerum, quæ determitato tempore per naturalem rationem præuidentur futuræ. (Incertitudinis extremi iudicii ratio. Acto. 1 Dante 7) sed ex motu cœli non potest cognosci finis, quia cum sit circularis, ex hoc ipso habet, quod secundum naturam suam perpetuè possit durare, nec per reuelationem Deus illud manifestat, quatenus homines semper soliciti sint, & parati Christo occurere. Hinc apostolis sciscitantibus dixit: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, &c. per quæ verba secundum August. Christus repressit omnium digitos calculantium de fine mundi. Quod enim noluit indicare Apostolis, nec alijs reuelabit Vnde omnes, qui prædictum tempus numerare voluerunt, hactenus falsiloqui sunt inuenti. Denique per numerum dierum seu annorum, qui in Apocalypsi, & Daniele exprimuntur, intelligitur tempus indeterminatum, seu totum spacium durationis vitę præsentis seu militantis ecclesię, sicut sepissime in scripturis per numerum determinatum indeterminatus

natus numerus desſignatur. Quidam tñ ex his, quæ in veteri testō, seu Israelitico populo contigerunt, voluerunt prænunciare de numero, & duratione persequutionũ ecclesiæ, fineq; mundi, & defecerũt: quamuis enim status noui testamenti sit præfiguratus per statum veteris testamenti, non tñ oportet, vt singula correspondeant singulis, præsertim cũ in Christo oẽs figuræ veteris testamenti sint impletæ. Augusti. Hinc Augustinus 18. de Ciuitate, respondet quibusdam volentibus accipere numerum persequutionũ ecclesiæ iuxta numerum plagarum Aegypti, dicẽs: Ego per res illas gestas in Aegypto, persequutiones ecclesiæ propheticè præfiguratas non arbitror, quãuis ab eis, qui hoc putant, exquisite, & ingeniosè illa singula his singulis comparata videantur, non ꝓphetico spiritu, sed coniectura mentis humanę q̃ aliquando fallitur. Et similiter esse videtur, de dictis abbatis Iohachim, qui ex talibus ɔiecturis de futuris aliqua vera ꝓdixit, & in aliquib⁹ fuit decept⁹.

¶Præterea si quæratur, an resurrectio fiet in instanti Quæstio. dicendum, quòd in resurrectione aliquid fiet ministerio angelorum, & aliquid virtute diuina immediatè. Et quod angelorum ministerio fiet, non accidet in instanti, si instans dicat indiuisibile temporis: erit tñ in instanti, si instans sumatur pro imperceptibili tempore. Quòd autem fiet immediatè virtute diuina, complebitur subitò seu in termino temporis, quo operatio complebitur angelorum: quoniam uirtus superior inferiorem ad perfectionem adducit. Oĩpotentia quoq; Dei, cũ sit penitus infinita, cõpetit agere in instanti. quẽadmodũ etiã formę verborum sacrales hñt effectum in vltimo probationis instanti, ita vox tubæ, cuius virtute resurrectio fiet. ¶ Iterum quæritur, an resurrectio erit Quæstio. Matt. 18. Iohan. 29. media nocte. Respondendum, quòd determinata hora noctis qua resurrectio erit, non põt pro certo sciri. Attñ satis probabiliter à quibusdã putatur, quòd erit quasi in crepusculo, sole existente in oriente, & luna in occidente, quia in tali dispositione sol, & luna creduntur creata, quatenus eorum circulatio compleatur penitus per reditum ad idem punctum. Nam & de Christo dicitur, qđ tali hora surrexit. Denique dum resurrectio erit, nõ erit tempus, sed terminus temporis: qm̃ in eodem instante, quo cessabit motus cœli, erit resurrectio mortuorum. Attñ erit situs siderũ secundum dispositionem, qua se habent nunc in aliqua hora determinata, & scđm hoc dr̃ resurrectio futura tali, aut tali hora. ¶ Adhuc circa hæc, quæritur, an mors Quæstio. erit terminus à quo resurrectionis in oĩbus: hoc est an omines ante resurrectionem morientur. Dicendum, quòd circa hoc diuersimode sancti loquuntur, vt habetur in litera. securior tñ, cõiorq; opinio est, quòd omnes, qui tunc viuent, morientur, & à morte resurgent. Primò, quia hoc magis concordat diuinæ iustitiæ, quæ humanam naturam pro primi parentis peccato damnauit, ita vt omnes, qui per actum naturæ ab ea originem ducerent, infectionem originalis peccati contraherent, & per consequens, debitores existerent mortis. Secundò, quia hoc magis concordat scripturæ, quę omniũ futuram resurrectionem denunciat. Resurrectio autem propriè non est nisi eius, quòd cecidit, ac dissolutum est, vt asserit Damascenus. Tertiò, quia hoc magis concordat ordini naturæ, in quo, & inuenimus ea, quæ sunt corrupta, & vitiata, in suam nouitatem non reduci nisi mediante corruptione: sicut acetum non fit vinum, nisi aceto corrupto, ac transeunte in vitis humorem. Cumque natura humana in defectum necessitatis moriendi deuenerit, non erit ei reditus ad immortalitatem nisi per mortem. Conuenit quoq; hoc ordini naturæ ob aliã rationẽ. Nempè, vt 8. Phisicorum, motus cœli est quasi vita quædam, omnibus natura existentibus, quemadmodum motus cordis est vita totius corporis. Hinc sicut cessante cordis motu, membra cętera mortificant: ita cessante motu cœli, non põt aliquid viuũ manere ea vita, q̃ ex influẽtia illius motus cõseruabatur. Talis aũt est pñs hæc vita. Vñ oportet, ꝙ ex hac vita discedãt, q̃ post motũ cœli quiescentis victuri sunt. Porrò, ꝙ Christus dr̃ iudex viuorũ, & mortuorum, non est referendũ Act. 10. ad iudicij tẽpus, nec ad totũ tps ꝑteritum: qm̃ oẽs iudicãdi aliquo tpe fuerunt viui, & aliquo tpe mortui, sed ad illud tps determinatum, qđ immediatè ꝓcedet iudicium, qñ vcȝ signa iudicij incipient apparere. ¶Ex his patet rñsio ad quęstionem, qua quæritur, vtrum resurrectio erit à cineribus. Dicẽdum est enim, quòd sit, nisi aliquibus specialis gratiæ priuilegio condonetur contrarium, quemadmodum de resurrectionis acceleratione iã dictum est. Scriptura autem sicut resurrectionem prænuntiat, & corporum reformationem, ad Philip. Hinc sicut oportet omnes mori, ad hoc, quòd verè resurgãt, ita oportet omnium corpora dissolui in cineres ad hoc, ꝙ reformentur; quemadmodum etiã mors inflicta est homini ad pœnam diuina institia, ita, & corporis resolutio, vñde in Geñ. Gen. 3. Puluis es & in puluerem reuerteris. Exigit quoq; ordo naturæ, vt nõ solum aĩæ, ac corporis dissoluatur coniunctio, sed etiam elementorum commixtio; sicut acetum non potest in vini qualitatem reduci, nisi prius facta resolutione in naturam præcedentem. Ipsa elementorum commixtio ex motu cœli causatur, & conseruatur, quo cessante. omnia mixta in elementa pura mox resoluentur hic omnes reliquiæ remanentes, humano corpore resolutio. Primò, quia cõmunis mos fuit antiquiorum corpora mortuorum combuere, & cineres conseruare. Vnde inoleuit modus loquendi, vt ea, quæ in corpus humanũ resoluuntur, cineres appellentur. Secundò propter cãm resolutionis, quæ est incendium fomitis, quo corpus humanũ radicitus est infectũ iõ ad huius infectionis purgationem, oportet vsq; ad cõponentia corpus humanũ resolui. Quod si quæratur, qúo corpora tunc viua poterunt tã repente in cineres redigi: rñdendum, quòd ignis cõflagrationis, qui faciem mundi purgabit, vehemẽtia sui caloris, hoc celerrimè aget, sicut, & alia mixta in præiacentem resoluet materiã. ¶ Postremò quærit, an pulueres Quæstio illi, ex q̃bus corpora reparabunt humana, habebũt naturalę inclinationẽ ad animas, q̃bus iungentur. Dicendum, ꝙ circa hoc est triplex opinio. Vna, ꝙ corpus humanum nunq̃ resoluitur vsque ad elemẽta, sicq; in cineribus permanet sꝑ vis aliqua addita elementis, quę cã est naturalis inclinationis ad eandẽ animã, quæ opinio ɔ̃tiatur auctoritati Augustini Aug. dicentis in Enchiridio: Corpus humanum in quamcumque aliorum corporum substantiam, siue in ipsa elementa vertatur, in quorumcunq; hominũ, vel animalium cibos cedat, carnemq; uertat, illi animæ cedet in tpis puncto, quæ illud habuit priùs, & animauit vt fieret hõ, & cresceret. Et ẽt ꝯ sensum, & ratione; qm̃ omnia ex cõtrarijs composita. possibile est resolui in ea, ex quibus exponuntur. Hinc alij dicunt, quòd partes elementorum in quas humanum resoluitur corpus, retinent plus de luce, ex hoc, quòd fuerunt animabus hũanis coniunctæ, atq; ex hoc inclinationẽ quãdã habent ad aĩam, quòd friuolũ est: quoniã partes elementorum sunt unius naturæ, & æqualiter habent participationem lucis, & obscuritatis. Idcirco dicendũ, quòd in cineribus illis nulla est inclinatio naturalis ad resurrectionem, sed solũ ex ordine diuinæ prouidentiæ, q̃ statuit illos cineres priori aĩæ reuniri, ꝑꝑ quod illæ partes elementorũ iterato illis iungent, non aliæ. Quod aũt in Iob dr̃ de iniquo, Ossa eius implebuntur uitijs adolescentiæ eius, & simul cum eo in puluere dormient, non est intelligendũ, quod uitia actu maneant in pulueribus mortuorum, sed ẽm ordinem diuinæ iustitiæ, quo pulueres illi sunt deputati ad corporis resurrectionẽ, qđ ꝑ peccatis cruciabitur in æternũ. Hæc Tho. in Scri.

Quæstio. ¶Concordat Petrus in oĩbus. Et qm̃ cõpendiosè declarat qualiter resurrectio Christi erit cã nostræ resurrectionis, responsionem eius inducam: Quemadmodum, inquit, Adam est principium mortis, sic Christus uitæ. Adã verò est causa mortis tã spiritualis, q̃ corporalis, Christus aũt est cã viuificationis ab utraq;. Ipsæ nãq; est mediator Dei, & hoĩm, in redeundo, ac reducendo ad Deũ, sicut Adã in exeũdo. Hinc Christo mediante, descendũt à Deo in homines oẽs gratiarum effectus ad reditum pertinentes. Ideo sicut est uniuersalis cã resurrectionis aĩarum, ita & corporũ Est quoq; cã resurrectionis dupliciter, ẽm duplicem naturam existentem in ipso: quia inquantum Deus, est cã prima, & quasi equiuoca, sicut sol plantæ: inquantum hõ, est causa proxima, & quasi uniuoca, sicut planta prior plantæ ex se ortæ. Porrò inquãtũ Deus est cã dupliciter. Est nãq; cã principalis, & causa exemplaris oĩm rerum. Similiter inquantum hõ, est causa dupliciter. Est enim resurrectionis causa efficiens instrumentalis per imperium uoluntatis, & est cã exẽplaris in eodẽ gñe causæ ꝑ suæ resurrectionis proprietate. Hæc Petr⁹.

¶Qui rursus interrogat, utrum idem numero hõ resurgat. Rñdet, idẽ, & diuersum sunt primæ differẽtiæ entis in actu. Hinc ex eisdem, quibus res habet esse actu, habet esse idem, aut diuersum. Homo autẽ habet esse ex anima, & corpore counitis. Vnde ex eisdem numero corpore, & aĩa habet idem numero esse. Oportet autem fateri, eundem numero esse hominem, qui meretur, ac pręmiatur. Cumque anima immortalis existat, & incorruptibilis sit ipsa prima materia corporis, constat eundem numero hominẽ resuscitari. Attamen de forma hominis substantiali diuersa est opinio, cum aliqui dicunt non esse in eo formam sobstantialem pręter animam rationalem. Alij, quòd post separationem animæ à corpore maneat in carne forma mixtionis, qua caro verè est caro, quamuis non caro hominis nisi ęquiuocè, quæ forma per putrefactionem resoluitur in rationem seminalem, de qua postmodum diuina uirtute eadem numero forma reparatur, quæ cum sit incompleta respectu ultimæ formæ, videlicet animæ, ideo adueniens anima non est accidentalis, sed substantialis forma, ponens esse in esse quidditatiuo specifico, & completo. Obiectio. Si autem obijcias: qm̃ omnis forma resultans ex coniunctione aliquorum, iteratur iteratione coniunctionis: talis autem forma consistit humanitas, quia ex corporis, & animæ resultat coniunctione, ergo iterata illorum coniunctione, iteratur, & ipsa: Dicendum, ꝙ hoc uerificatur de forma, quæ ex coniunctione ipsa causatur. Humanitas autem ex ipsa coniunctione causari nõ dicitur, cum secundum quosdam est idem, ꝙ anima: nominaturque, inquantum est forma partis, & humanitas, ẽm quod est forma totius, Verũ ẽm Auicenam, humanitas non est purè, & propriè forma, sed hoĩes tota essentia, continens in se aĩam simul, & corpus: dr̃ tamen forma, quia per modum formæ in abstracto significat. Hęc Petrus.

Richard. ¶Pręterea circa hæc addit Richar. Perfectio uniuersi exigit substantiam esse triformem, seu triplicẽ, scȝ purè corporalẽ, purè spũalẽ, & ex vtraq; cõpositã iõ nisi resurgeret genus humanũ, esset uniuersum sua ꝑfectione priuatũ, cum ꝓbatum sit sup ẽm corpora cœlestia aĩata non esse. Aĩæ quoq; unient eisdẽ numero corporibus, quibus ante fuerunt cõiunctæ: qm̃ aĩmæ separatę naturaliter, ac determinate inclinant ad corpora, quæ aĩauerunt. q̃uis nãq; à principio creationis aĩa, quæ est huius corporis, forma, potuisset esse forma alterius corporis, tñ ex sua vnione ad corpus hoc, amicitiã, inclinationẽ, & habitudinẽ ad ipsum ɔ̃hit naturalẽ: quẽadmodum si indifferens esset uiro accipere alterã duarum puellarũ oĩno similiũ, tñ postquã vnã duxisset, magis inclinaret ad priorẽ. Vñ & sexto naturaliũ asserit Auicẽna: In substãtia aię, q̃ incipit esse cũ aliquo corpore, ĩ est ex primis principijs affectio naturalis inclinationis ad occupandum se circa illud, & ad illum regendum, & ad prouidendum adhærẽdumque ei, & sic illi sit propria. Rectitudo quoq; diuinæ requirit iustitiæ, ut qui participes sunt in merito, atq; demerito, participes sunt in pœna, & præmio. Certũ est aũt unãquãq; aĩam cũ proprio suo corpore magis cõicare in bonis, & malis, ergo renumerabitur cum eodẽ. Insuꝑ aĩas paruulorũ in solo originali defunctorũ decet suis reuniri corporibus, ut in eisdẽ pęnã dãni sustineant, ex quibus infectionẽ contraxerunt. Insuper quidã dixerunt, ꝙ cum oĩa naturalia per influentiam cœlestium corporum disponãtur, qñ oẽs partes cœli redibunt ad primum suæ creationis locum, oĩa generabilia, & corruptibilia eadẽ numero vertentur, non simul, sed successiuè eo ordine, quo priùs fuerunt, & hoc per naturã vniuersalẽ, quę secundum Auicennam 6. Metaph. est uirtus infusa in cœlorũ substantias, vniuersitatẽ generationũ gubernãs. Porrò octaua sphæra ab occidente in orientẽ mouetur proprio motu in cẽtum annis per vnũ gradũ. Gradus autẽ sunt trecenti sexaginta, q̃a XII. sunt signa, in quorum quodlibet sunt gradus triginta. Centies verò trecenti sexaginta, constituunt triginta sex millia, sed sicut præhabitum est, opinio ista hæretica est, & rectè philosophię contraria. Quæstio.

¶Præterea de hoc an corpore sufficienter disposito ad aĩæ reunitionẽ, possit se anima naturali uirtute vnire, Testis. sunt duæ opiniones, quarum vna tenet, ꝙ imò, alia, quòd non, & potest vtraque probabiliter sustineri. Hæc verò tria, quæ ait Apo. In iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei, sic distinguntur, quoniam primò Christus in suo descensu iubebit pulueres, seu quascunque corporum partes recolligi per ministerium angelicum, quod notatur, cum dicitur: descende in iussu. Secundò præcipiet ex illis pulueribus recollectis corpora reformari, animasque reformatis uniri, quę duo fient virtute diuina, quod pręceptum notatur, cum dicitur, Et in tuba Dei. Tertiò archangeli, qui fuerunt custodes prouinciarum in prouincijs, quas custodierunt, valenter clamabunt sono sensibili dearticulato, vt vniuersi coram iudice corporaliter compareant, diffinitiuam, & irreuocabilem sententiam audituri, quę vox notatur cum dicitur, Et in uoce archangeli. ¶ Amplius, naturalis inclinatio materiæ ad formã, non est nisi naturalis aptitudo recipiendi formam.

GRANADA

Non enim potest ibi poni aptitudo naturalis, quæ ultra hoc sit animalis, nec ita naturalis, sicut in grauibus ad descensum. Hæc quoque aptitudo materię ad formam est duplex, puta remota, sic in pulueribus corporum humanorum, imò & aliorum generabilium est naturalis aptitudo ad susceptionẽ animæ rationalis, quia ad eam est materia liquo modo disponibilis, & propinqua, & ita non est in illis puluerib⁹ naturalis aptitudo seu inclinatio ad animam, cum non habeat ad eam aliquam inchoationem, nec dispositionem naturalem determinatam, sed potius indeterminatam, & uagam.

Quæstio. ¶Quæritur etiam, in quo loco resurgent. Et respondetur, quod in locis, in quibus tempore resurrectionis erit pars principalior corporis, & si in pluribus locis fuerint partes æquæ principales, ut medietas cordis seu capitis in uno loco, & medietas alia in alio, resurgent ubi placuerit Deo. Item si inquiratur, an omnes mortui simul resurgent. Dicẽdum, quod imò, aut modico, breuissimoque momento unus ante alium. Nam aliqui opinantur, ꝙ electi ante reprobos, & electi mortui ante ignem conflagrationis, ante eos, qui ipso igne morientur, protinusque resurgent. Aliqui uerò putant oppositomodo de electis. Hæc Richardus, de quibus infra pleniùs differetur.

Bonauent. ¶Concordat in præhabitis Bonauentura, secundum quem resurrectio erit omnium simul propter sex rationes, Prima est seueritas diuinę iustitiæ, quæ infligit pœnam incinerationis corporum usque secundum filij Dei aduentum, sicut inflixit pœnam carentiæ usque aduentum ipsius primum Secunda est meritum fidei, quæ multum meretur. credendo nos simul, resuscitandos, qui videmus, bestijs similes in moriendo. Tertia est unitas mystici corporis, propter quam decet nos simul glorificari. Et quia non simul felicitamur quantum ad animã, congruum est, vt saltem secundum corpus simul glorificemur. Quarta est subsidium nostræ infirmitatis, quia dum sancti suorum corporum glorificationem adipisci nequeunt sine nobis, vehementius nostram glorificationem desiderãt, dicente Apostolo ad Hebræos: Deo aliquid melius prouidente pro nobis, non sine nobis consummarentur. Quinta est, diuinæ iustitiæ manifestatio. Cum enim oĩbus debeat esse manifestũ, q̃ iustè Deus saluet iustos, & impios damnet, decreuit hoc in fine coram oĩbus exhibere, ac adimplere. Sexta est consummatio gloriæ. Nam cum angeli sancti sint adhuc quodammodo uiatores, quantum ad administrationis officiũ, & quo ad profectum in gaudio accidentali secundum multitudinem gaudiorum non debuit perfectio gloriæ consummari, nisi simul in fine in oĩm generali beatifica consummatione.

Hebr. 11 ¶Circa id verò, an resurrectio erit miraculosa, uel naturalis, dicendũ, quod in resurrectione sunt tria. Primum est reformatio corporis ex ipsis pulueribus, quod erit supernaturam. Secundum erit reunio animæ cum corpore suscitato, atque dispositio, & hoc erit secũdum naturam. Tertium erit animæ, & corporis colligatio, deinceps perpetua, quod etiam erit supernaturale, videlicet, quòd ex corruptibili, & mortali immortale efficitur. Cumque primum, & ultimum horum trium sit supernaturam, nec ad secundum natura sufficiat, resurrectio non est dicenda naturalis, sed miraculosa seu supernaturam. Hæc Bonauentura.

Albertus. ¶Porrò dicta Alberti in dictis Thomæ sententia liter continentur. Et addit Albertus, quod tamẽ partim præhabitũ est: Quẽadmodũ Christus moriens cã est nostræ reconciliationis, & resurgens causa est nostræ iustificationis, atq; ad infernũ descendens nostræ ereptionis: sic quoq; sua resurrectione, nostræ resurrectionis futuræ est causa. Deniq; in his parum, aut nihil rõ ualet humana, iõ sanctis inspiratiné à Deo habentibus est prorsus consentiendũ, qui cum dicant, quòd Christi resurrectio sit cã effectiua, & sacramentalis nostræ resurrectionis, idcirco, & ego hoc dico, nihil de verbis eorũ mutando. Vñ dicendũ, quòd triplex nostræ resurrectionis est cã prima, efficiens, principalis, æquiuoca, sc3 Deus trinitatis. Causa. nãq; æquiuoca nuncupatur, qñ cã, & effectus non sunt unius speciei, seu rõnis, sicut sol generat hoiem. Cã uniuoca noiatur, quæ producit simile sibi in specie, ut leo leonẽ. ficq; Chrs, ut resurgens, cã nostræ resurrectionis censet, cã inquã efficiẽs ſm habitũ. Cã aũt uniuoca scđm actũ seu actua lis erit Chrs in iudicio deferens, ac prẽsentans passionis suæ insignia, ad cuius pñtationẽ nostra resurrectio mox sequetur. Vox demũ tubę seu archangeli, erit secundum Magistrũ, uox angeli alicuius, aut plurium angelorum. i. unius, & plurium. Vnius, utpotè, qui est præpositus ecclesiæ, & multorum angelorum obsequentium ei, circa singulorum rationes & exequutiones diuersas.

¶At verò finis mundi præsciri non põt ex motu cœli p propriã mathematicorũ scientiã. Sed finis alicuius regni, & ciuitatis, ac habitabilis terræ nostræ benè scitur ex ꝓpria scia mathematicorũ, non aũt totius terrę, ꝙ dũ una quarta pars habitabilis, mõ efficit inhabitabilis pp breuitatẽ diametrorum planetarũ, & pcipuè solis, tunc eo ipso longior longitudo alterius partis eatundẽ diametrorũ erit in altera parte quartæ, & illa efficitur habitabilis, trãseunte habitatore, & habitabilitate ab una quarta in alterã, nihilq; ampliùs accipi põt à propria mathematicorum peritia, ut sciunt omnes, qui de hac arte aliquid nouerunt perfectè, vt scribũt auctores Ptolomæus in Arabia, & Albumazar in libro de cõiunctionibus maioribus, Rabbi, Abraã quoq; libro de coniunctionibus Saturni, & Iouis, & Messalach libro de coniunctionibus planetarũ, qđ & Aristoteles innuit in fine primi libri de causis ꝓprietatũ elementorũ, & planetarũ. Porrò de magno anno diuersa tradiderũt diuersi philosopi, ſm uariã anni huius acceptionẽ. Dr nãq; magnus annus planetarũ, ꝙ duplex est, sc3 quantũ ad unius planetę significatũ, qđ instillat fectæ, & alij sunt anni maximi Saturni, & aliorũ planetarũ, & ſm hoc dicunt anni medij, ſm quos durat significatũ planetæ in ciuitate, aut uilla, & minimi, ſm quos durat significatũ in nato, & alij siderij anni honorũ eius. Q̃que etiam dr magnus, quoad restitutionem planetarum ad loca, atque origines suas, vt quilibet à sua progrediatur origine, sicut à principio sui progrediebatur. Interdum magnus annus vocatur secundum reditum totius sphæræ stellatæ. In omnibus verò his annis non accipitur status motus, nec reuolutio ultima, post quam non sit alia. ideo finis mundi nunquam à Philosophis determinatur, sed bene finis huius sectæ vel habitabilis.

¶Deniq; sanctis facta est reuelatio de signis antecedentibus iudiciũ, sed (ut puto) determinatum tempus nunquam reuelatum est alicui in toto, ita, ut sciret quantum ab hodie, aut alio determinato die sit usque diem iudicij. Daniel autem videtur determinare tempus, quod erit inter mortẽ Antichristi, & diem iudicij, sed quod erit usque Antechristi apparitionem, non dixit. imò oẽs, qui se de hoc intromiserunt, fatui sunt inuenti. Et si obijciatur, ꝙ Plato in Timeo loquutus est de diluuio ignis, & iuxta dicta sanctorum, hoc diluuio facies mundi inferioris peribit: dicendũ, quòd philosophi considerãt casus diluuiorum ſm eleuationes, & depressiones planetarũ in signis calidis, & frigidis, & secundũ dominia calidorũ, & frigidorum, non aũt de conflagratione uniuersali ignis, ut tradit fides, scripserunt

Gregorius tñ de magno anno, quo oĩa (ut dixerunt) in primũ chaos reuertentur, ac denuo educentur. Tẽpus aũt congruentius finali iudicio. videtur nox media, ex congruentia iudicandorum, qui hic merentur, ut incerti de hora, sint semper soliciti. Præcedet etiam iudicium illud citatio, quæ ultima erit per Henoch, & Elyam, & quo ad hoc, ibi seruabitur ordo iuris. Hæc Albertus. Scripta verò Antisiodorensis de his, in præinductis contenta sunt.

Scotus. ¶Ampliùs Scotus: Duo, inquit, videnda sunt hic. Primum de potestate, id est, an resurrectio possit esse. Secundum de facto, id est, utrum realiter erit. De primo sic dr: Si in hoĩe aĩa sensitiua esset diuisa ab alijs aĩabus, optimè concluderetur quòd in resurrectione non erit eadem anima sensitiua, & per consequens, nec idem animal: si autem ponatur, ꝙ eadem anima secundum substantiam sit in homine rationalis, & sensitiua, nullas in hoc angustias patietur: quoniam aliorum animaliũ forma seu anima non est per se subsistens, ut post corruptionẽm compositi maneat sicut anima rationalis, quæ esse, quod sibi in corpore, acquiritur, post separationem a corpore retinet, & in participationem illius esse corpus per resurrectionem reducitur, ita quod non sit aliud esse corporis, & aliud animæ in homine, propter quod nulla interruptio facta est in esse hominis substantiali per mortem, ideo possibile est hominem redire eundem numero per resurrectionem, non sic in alijs corruptis. Hæc Scotus.

Dion. Cart. cõtra Scotum. ¶Quo circa sciendum, quod recitat hic positionem Henrici in huius distinctionis principio positam, & consequenter arguit contra eam, probans, quod quamuis anima rationalis omnino destruere tur, seu etiam annihilaretur, nihilominus posset omnipotens eandem numero reparare, eundemque numero hominem resuscitare. Sed aduertẽdum, quod disputatio ista videtur inutilis, cum non sit contra mentem doctoris solemnis, imò nec contra verba eius integrè, fideliterque resumpta, quamuis possit aliqualiter æstimari esse contra uerba tanti doctoris truncate relata, captioseque repetita. Non enim doctor ille affirmat, imò, nec opinatur, quod omni potens non posset animam, aliamve substantiam

Siluester papa. Germanꝰ epiſcopus. (quamuis destructam, & annihilatam) eandem numero reparare, imò formaliter hoc concedit, & frequenter id factum est in euangelica lege ad confirmationem fidei christianæ: quoniam sanctus Siluester suscitauit tantum defunctum, & uir admirabilis, ac diuinus Germanꝰ episcopus, suscitauit à morte suum asinum mortuum, uitulum quoque suæ familiæ coctum, & comestum ab ea. Et quamuis Henricus dicat in hoc animam rationalem ab anima brutali differre, quod ipsa est post mortẽ subsistẽs, & esse actuale, quod corpori communicauit, in se retinens. Ex hoc tamen non infert, quod ideo anima brutalis per omnipotentiam Dei non valet reparari, ac suscitari: sed quod ex parte rei maior sit difficultas seu ductio apud infideles, seu minus fideles de resurrectione irrationalium, quàm rationalium creaturarum. Deinde Henricus intendit concludere, quòd naturali agenti impossibile sit mortuum suscitare naturali potestate, potissimè ex parte transmutationis seu motus, sine quo non operatur agens naturale: qm̃ motus seu transmutatio pręterita, quæ desijt esse, non potest numero eadem repeti, sicut, nec tempus, cum sint de genere numero successiuorũ, quorũ reiterationis in identitate naturali impossibilitas non ex parte infinitæ oĩpotentiæ Dei est, sed ex rerum incapacitate seu contradictionis implicatione, & breuiter in huius decisione quę siti, nihil vr Henricus asserere, nisi, quod doctrinæ communi concordet, nisi, quod hic sicut, & alibi dicit in hoĩe præter animam rationalem esse formam aliam substantialem corporeitatis. Et si hoc irrationabile est quantomagis, quod Scotus ponit in homine ultra hoc etiam alias formas substantiales? vt recitatum, & reprobatum est supra, tractatu de sacramento altaris. Scotus:

¶Iusuper Scotus hic arguit. In homine est aliqua entitas positiua, quæ neque est pars materialis, nec pars formalis, quia aliquid est ibi causatum à causis intrinsecis, sed nec causa materialis, nec causa formalis à causis intrinsecis est causata, nec ambo simul, ergo est aliqua alia entitas, à causis diuisim acceptis, & illa destruitur, alioquin homo non esset verè mortuus, & tamen illa reparabitur entitas eadem numero. Aliàs non esset idem numero homo. Circa hæc uerba q̃ro, q̃ sit ista entitas alia, quia aut de prædicamento substantiæ, aut de aliquo genere accidẽtis. Si primum, aut est materia, aut forma substantialis, aut forma totius, quæ uocat humanitas, quæ est, aut ipsa anima rationalis secundum rem, quamuis secundum aliam rationem, vel animam materiamque includit, & est realiter idem cum anima rationali, & carne simul acceptis, Si autẽ est de genere accidentis, non de necessitate exigitur ad materialem, & substantialem hominis resurgentis seu resuscitati identitatem. Denique verbum æternum assumsit humanitatem: non tamen aliquid de genere substantiæ existẽs, nisi animam rationalem, & carnem. Super tertium ét (si bene recorder) contra huiusmodi entitatem satis est disputatum, & multa hic scribit Scotus, quæ etiam à Bonauentura hic reprobantur, sed & alia multa scribit in hac quæstione ad reprobandum dicta Henrici, quæ non sunt contra uerum intellectum ipsius, idcirco pertranseo. Quæstio.

¶Insuper Scotus sciscitatur, utrum possit esse notum per naturalem rationem, resurrectionem hominum generalem esse futuram. Et circa hæc scribit: Si accipi potest ratio sufficiens ad probationem resurrectionis, oportet hanc accipi à forma specifica hominis, uel ab operatione conueniente homini secundum formam illam, primo modo procedendo, ex tribus propositionibus concluditur propositum, & si illæ essent naturali ratione patentes, haberemus propositum. Prima est, anima intellectiua est forma hominis specifica. Secunda, anima intellectiua est incorruptibilis, ex quibus sequitur, quod specifica hominis forma sit incorruptibilis. Tertia est, forma hominis specifica non manebit perpetuo extra suum totum, ergo aliquando rebibit ergo homo resurget, quia secundum Damascenum libro quarto, resurrectio est eius, quod dissolutum est, secunda surrectio. Prima harum propositionum nota est rationi, & puri Philosophi confessi sunt, & super secundum probata est. Nam & philosophi communiter dicunt rationale esse differentiam hominis, intelligentes per

rationale animam intellectiuam esse essentialem hominis partem, nec (breuiter) inuenitur aliquis philosophus notabilis, qui hoc neget, licet ille maledict⁹ Auerois in sua fictione tertio de aïa, quæ tñ fictio nec sibi, nec alijs intelligibilis est, ponat intellectiuã esse quandam substantiam separatam, hoïbus cõiungibilem mediantibus phantasmatibus, quàm coniũctionem, nec ipse, nec aliquis eum sequens potuit explicare, nec posset saluare hoïem formaliter intelligere: imò ſm ipsum hõ non esset formaliter nisi quoddam animal irrationale, quamuis excellentiùs alijs irrationabilibus. Ad secundę propositionis probationem non inuenitur faciliter rõ ex operatione hois. Nam forma innotescit ex operatione, sicut materia ex transmutatione. Ex operatione aũt intelligendi arguitur sic: Intelligere est propria operatio hoïs, ergo egreditur à propia eius forma, & ita anima intellectiua est forma hoïs propria. Tertia propositio declaratur, Pars extra suum totum est imperfecta, sed aïam rationalem manere perpetuo imperfectam, inconueniens est: præsertim cum nullũ uiolentum sit perpetuum. Separatio aũt animæ à corpore, est quasi quid uiolentum, cum sit contra naturalem animę inclinationem. De ista materia Scotus scribit prolixè, ponẽdo diuersas auctoritates philosophi, ex quibus vr̃ sensisse animas esse immortales. Ad quas respondet, quemadmodum, & Henricus in Quotlibetis, & in Summa, quod Aristoteles sem per nutauit, & dubitauit in ista materia, sicut, & de mundi æternitate, & prouidentia Dei, & finali retributione iustitię, & ſm diuersa principia, quæ habebat, nunc loquebatur fauorabilius pro una parte, nunc pro alia. Ex quibus Scotus concludit, quòd resurrectio generalis (quam ponimus) nõ possit naturali rõne probari. Mihi uerò vr̃, quòd duæ illæ propositiones possunt demonstratiuè probari, & super ſm ostensæ sunt sed tertia habet instantiam, quamuis animæ sit naturale primò coniungi corpori, tñ dum esse semel separata à corpore, & scientias, ac uirtutes adepta, conuenientius ei esset perpetuè esse separatam, quàm corpori corruptibili ærumnoso rursus coniungi. nihilominus salubrius ei esset reuniri corpori glorificando, secundum quod fides ponit catholica.

Auerrois philoso.

Dubia Aristotelica

Dionysi⁹ Carthusi.

¶ Contra positionem demum Philosophorum, dicentium oïa in hoc mundo post magnum annum renouari, arguit Augustinus, quia opinio illa tollit ueram fęlicitatem. Nam anima separata beata, aut putaret se nunquam ad huius vitę miserias reuoluẽdam, ac ruituram, aut sciret hoc. Si primũ, esset falsa opinione beata: si secundum, meritò formidaret, ac tristaretur, quæ ratio efficatior est ad reprobandum insanias, quæ Erigeni imputantur, ut supra secundum expositum est.

¶ Insuper ad hoc, utrum resurrectio sit naturalis. respondet: Naturale multipliciter sumitur, & secundum hoc diuersis opponitur. Nam uno mõ opponitur supernaturali: alio mõ, artificiali seu uoluntario. Tertio, uiolento. Resurrectio ergo erit naturalis, prout naturale opponitur uiolento, non prout opponitur supernaturali. Ampliùs ad id, utrum resurrectio erit in instanti, respõdet, quòd collectio cinerum erit in tempore; introductio uerò formæ corporis, id est, formæ substantialis corporeitatis in corpus ex pulueribus formandum, erit in instanti, & immediatè à Deo. In qua responsione præsuppo nit in quodlibet resuscitando ad minus futuras duas formas substantiales, videlicet formam corporeitatis, & animam rationalem, contra, quod proba

Quæstio. Naturale tripliciter sumitur.

Quæstio.

tum est super secundum, non esse nisi unam formã substantialem in uno composito, quod & Philosophus, & Commentator in multis sentiunt locis postremò asserit Augustinũ sentire in expositione uerborum Apostoli, deinde nos, qui uiuimus, &c. quod primo resurgent, qui ante secundum illum Christi aduentum defuncti fuerunt, & protinus post hoc, qui tunc uiui inuenientur. De loco aũt resurrectionis dicit posse putari, quòd in diuersis locis resurgent, uel quòd per angelos sanctos pulueres deferentur ad aliquem locum communem, in quo simul resuscitabuntur. De hora autem dicit esse incertum an in hora, qua Christus surrexit, vel qua fuit iudicatus, aut in qua tradidit spiritum. Nam quod dicitur Christus uenturus in nocte, potest exponi de incertitudine temporis sui aduentus,

Augustí. 2. Thess. 2

QVAESTIO II.

QVæritur modo *Vtrum in hora iudicii vnusquisque cognoscet distincto oïa sua peccata, & etiam aliorum vniuersorum tam electorum, quàm reproborũ.* Matæ.

¶ Videtur, quòd non, quia secundum Philosophum, contingit plura simul scire, id est, habitualem cognitionem habere, vnum uerò intelligere. Vnde communiter fertur, quòd impossibile sit plura simul actualiter intelligere. quomodo ergo posset quis tam suiipsius, quàm innumerabilium millium hominum, tam innumerabilissima peccata, tam subito, ac distinctè cognoscere? Videtur quoque hoc confusiuum esse sanctis, quàm pluribus, quòd singula eorũ peccata per pœnitentiam deleta, uniuersis, singulisque paterent. sed & peccata per pœnitentiam sublata, sic sunt, ac si nunquam fuissent. Insuper, nihil cognoscitur nisi per similitudinem aliquã, & peccata, quæ sunt uelut priuationes, noscuntur per habitus oppositos, nec tot, atque tantorum habituum similitudines possunt simul actuare intellectum, præsertim cum dictum sit super secundum ex auctoritate Algazelis, quòd sicut corpus nequit simul diuersis formari figuris, ita nec intellectus pluribus intelligibilibus speciebus.

Algaz.

¶ In oppositum est, quod finale illud iudicium, fiet, quatenus uniuersi, & singuli sciant iustissimum esse Dei iudicium, quòd agnoscere non ualebunt, nisi sua, ac aliorum peccata noscant distinctè. Dicitur quoque in litera de libris conscientiarum, & quòd in illis legentur, gesta cunctorum, quod non uidetur possibile, cum gesta illa iam diu defierint, nec in aliquo repræsententur. Nec bene sonare uidetur, quod reprobi, & iniqui tantam desuper illuminationem habebunt, ut cordium intueantur secreta in alijs.

Albertus Roma.

¶ Circa hæc scribit Albertus: quemadmodum ait Glossa in epistolam ad Romanos, notæ quędam pręteritorum malorũ in conscientijs remanent, & has notulas puto esse reatus, per quos unicuique sua re præsentantur peccata. Vnde Richardus de sancto Victore in libro de iudicio loquitur. Quid sunt corda iudicandorum, nisi quædam (ut sic loquar) actiones scripturæ? Et quid iudicantium corda in omnẽ diuinitus ueritatem edocta, nisi quædam quasi Canonum decreta? Ex hac ergo gemina scriptura omnis trahitur sententia, vnde quilibet indicandorum absoluitur, uel ligatur, ex quibus accipitur, quod tam iudicandorum, quàm iudicantium conscientiæ libri dicantur, sed iudicandorum conscientiæ ponunt causas iudicandi: iudicantium verò conscientia exhibet canones, sententiæ in talibus causis ferendis. Deniq; omnia peccata per pœnitentiã non deleta, ibi patebunt. Quæ enim deleta sunt non

sunt

sunt peccata. ideo ibi ad scientiam, & iudicio nõ reuocantur. Omnia ẽt mala propria, & aliena ibi manifestabuntur. Etenim super illud ad Corint. Quoadusq; veniat dominus &c. dicit Glossa. Tunc oïa aperta erunt oïbus, vt possint de oïbus, iudicare Et si quæratur, quid cruciatus oriatur ex his electis & quid pœnæ iniquis: dicendũ, quòd est pœna damni. & pœnæ sensus, Pœna damni maxima est priuatio boni increati, & creati propter deformitatem peccati. Pœna sensus est duplex puta interior remorsus conscientię, & pœna exterior, scilicet incendium ignis cum alijs afflictiuis. Et inter illas credo exteriorem ignem esse magis vehementer: quia remorsus interior, aut est de damnatione, aut de hoc, quòd peccãdo se subdit corporeo afflictiuo. Hæc Albert.

1. Cor. 5.

Quæstio. Pœna duplex.

Quæstio

¶ Qui etiam scisciatur, vtrum possibile sit oïa peccata simul in momento accusari. Respondet. Ad hoc mihi videtur dicendum quod accusatio erit duplex. Vna de peccatis ad memoriam redeuntibus alia in specie, & numero. Prima in iudicio sufficit condemnationem, secunda deseruit vermi conscientiæ. Prima quoque erit momentanea, alia successiua. Et istud dico, quia nequaquam credo, qđ contingant plura simul intelligi, aut considerari in actu. Alij tamen dicunt contrarium, & quod accusatio erit in specie, & numero vitiorum. Hæc Albertus.

Accusatio in iudicio de præcis duplex.

Thomas. Rom. 2.

¶ De his Thomas plenius, planiùsq; cõscribens. Teste, inquit Apostolo ad Rom. In die, quo dominus iudicabit, vnicuique cõscientia sua testimonium reddet, & cogitationes errant accusantes, & desecndentes. Et quia oportet, quòd testis, & accusator, & defensor in quodlibet iudicio habeant notitiam horum, quæ in iudicio versantur, in illo autem communi iudicio omnia hominum opera in iudicium venient, oportet quòd omnium operum suorũ vnusquisque notitiam habeat. Vnde tunc conscientiæ singulorum erunt veluti quidam libri continentes gestas, ex quibus procedet iudicium, de quibus in Apocalypsi legitur. Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, q̃ est liber vitæ, ~~& iudicati sunt~~ mortui ex his quę scripta erant in libris, vbi per libros sic apertos intelliguntur secundum August. sancti noui, ac veteris testamenti, in quibus Deus monstrauit quæ præcepta donauit. Per liberum verò vitæ intelliguntur conscientiæ singulorum, quæ dicuntur singulariter vnus liber: quoniam vna diuina fient virtute, vt cunctis propria facta ad memoriam reuocẽtur. Et hęc vis inquantũ reducet homini ad memoriam sua facta, liber vocatur. Vel per primos libros designantur conscientiæ, per secundum sententia iudicis descripta in prouidentia eius. Quãuis autem multa merita, atq; demerita à memoria excidãt, oïa tamen aliquo modo manent in suo effectu. Merita namq; non mortificata, manẽt, ac relucẽt in præmio. mortificata verò permanent in reatu ingratitudinis quæ augetur ex hoc, quòd homo post gratiæ susceptionem peccauit. Demerita quoque per pœnitentiã non deleta in reatu pœnæ eis debitæ manent, & quæ per pœnitentiam sunt deleta, manent in pœnitentiæ memoria. Ad hoc tamen principaliter operabitur vis diuina secundum Augustinum. Veruntamen notitia, seu memoria peccatorũ nõ erit beatis causa doloris, sed potius materia incunditatis, & gratiarum actionis de omni misericordia eis exhibita, quemadmodum angeli gaudent de diuina iustitia, qua relinquũtur eis commissi, ita quòd pereant, ac pereunt.

Apoca. 20.

Augustin.

Augustin.

¶ Pręterea si quæratur, an quilibet possit legere in cõscientia alterius omnia, quæ sunt scripta in ea. Dicendum, quòd in extremo iudicio oportet diuinã. iustitiã omnibus apparere, quæ iam latet in multis. Sententia verò iudicis damnans, aut saluans, nõ erit iusta nisi ſm merita, ac demerita proferatur, ideo sicut oportet, quòd iudex, & assessor merita noscãt causarũ, ad hoc, quòd iudicium proferant iustum, ita ad hoc vt sententia appareat, ac innotescat alijs esse iusta, oportet, quòd causas sententiæ sciant, hoc est merita electorũ, & demerita reproborum. Hinc sicut vnuicuique clara erit sua premiatio, seu sua dãnatio, & cur taliter præmietur, ita & cæteris oïbus innotescit. Et hæc est probabilior, communiorque opinio, quamuis Magister aliter sentiat, dicẽs quòd peccata per pœnitentiam deleta, alijs in iudicio nõ patebunt, ex quo sequeretur, quòd nec pœnitentia pro illis peccatis facta, cunctis constaret, per quòd multum gloriæ electorum, & laudi diuinæ detrahetur. Hæc autẽ merita, seu demerita omnibus ostẽdẽtur in suis effectibus, vel in seipsis virtute diuina vt dictum est. Nec illa publicatio vitiorũ erit sanctis ad ignominiã, sed magis ad gratiam, propter subsequutam pœnitentiam, & misericordiam Dei eis exhibitam, sicut, & nunc nõ est Paulo apostolo, & Mariæ Magdalenæ ad inhonorationem, quòd eorum peccata in ecclesia agnoscuntur, & recitantur.

Thomas Magistrũ.

¶ Quærit quoq; an vniuersi in iudicio videbunt omnia ista intuitu vno, & instanti, vel diuiso intuitu, & successiuo. Dicendum, qđ de hoc est duplex opinio. Vna, quòd sic, qđ de beatis facilè credi potest, cũ omnia videãt in vno hoc est, in increato speculo, ac lumine Dei: reprobis verò est hoc magis difficile, pp quod alij dicunt, quòd mali videbunt omnia pcta sua in genere, & hoc eis ad damnationem sufficit. Sed hoc non videtur consonum August. 9. de Ciuitate Dei dicenti, quòd omnia mentis intuitu enumerabuntur, quod fine particulari, ac distincta cognitione fieri nequit. Hinc media via elegi põt, dicendo, quòd singula considerabuntur, nõ tñ in instanti, sed breuissimo tempore, diuina virtute ad hoc adiuuante, & hoc est, quòd Augustinus dicit ibidem, quòd mira celeritate enumerabuntur, nec hoc impossibile reputetur, cum in tẽpore quãtumlibet breui sint potentialiter infinita instantia. Ex quibus patet solutio ad obiecta. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Consonat Petrus in iudicio, inquiens, apparebit omnibus perfectissimæ præsens iustitia, ac pteri ta misericordia Dei circa ipsos, & euidẽtissime appareat eis pśens Dei circa ipsos iustitia, manifestabuntur eis prędentia eorum merita, atq; demerita. Rursus, vt appareat eis præterita Dei circa ipsos misericordia, innotescent eis merita eorum præterita, quamuis fuerit annullata. Hæc Petrus. Scripta quoque Richardi continenter in prędinductis, & concordat eisdem.

Petrus.

¶ Porrò Bonauentura hic multa interrogat de libro vitæ, quid sit, Cur filio approprietur, de quibus pertranseo: quoniam supra primum sunt expedita. Et addit respondendo ad istud, utrum omnia videãtur simul ab omnibus. Omnes repente vel simul omnia peccata videbunt, & magis credẽdũ, quòd simul. Ad quod intelligendum, sciendum est, quod multa videre multa, tripliciter põt contingere. Primò rõne eius, in quo videntur, quia vc3 aliquis videt multa in vno, & ita in speculo æterno multa simul videnf. Secundò ratione sublimationis intellectus, quia efficitur deiformis per gloriam, & ita

beati

beati vidēt simul plura sicut,& Deus quāuis nō oī-modo ita. Tertiò ratione diuinæ virtutis hoc facientis:quæ tamen per hoc non facit intellectum glorio sum,nec ostēdit ei exemplar æternum,sed eleuat intellectum, vt possit aliquam super se,siue ad gloriam,vel ad pœnam. Hæc Richardus.

De ætate, & statura resurgentium.

SOlent autem nonnulli percontari,& querere,an in eadem ętate,& statura corporis omnis resurrecturi sint. Quidam putauerūt omnes resurrecturos secūdum mensuram ætatis,& staturę Christi. Ideo quod apostolus ait. Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ętatis plenitudinis Chri. Sed in his verbis non resurgentibus assignatur statura,sed ætas. Omnes enim in eadem ætate resurgent,in qua Christus mortuus est,& resurrexit,cuiuscunq; ætatis mortui fuerint. Virum autem posuit non vt distingueret sexum, sed vt significaret perfectionem virium, quam tunc habebunt: sed non omnes eandem staturā corporis obtinebunt. Vnde Augustinus, Non ait in mensuram corporis vel staturæ sed ætatis:quia non vnusquisque suā recipiet mensuram corporis.quam vel habuit in iuuētute,ēt si senex obijcit,vel fuerat habiturus si ante est defunct⁹. Aetas verò illa erit ad quam peruenit Christus,scilicet iuuenilis,vt circa triginta annos. Triginta enim duorum annorum,& triū mensium erat ætas Christi,in qua mortuus est,& resurrexit. Nō est autem fas dicere,quòd in resurrectione accedat corporimagnitudo,quā nec habuit hic, nec habiturū erat diu viuendo,nec maiora corpora redigenda sunt ad modū dominici corporis. Periret enim multum de illis corporibus, cum nec periturus sit capillus,vt ait dominus. Capillus de capite vestro non peribit.

Flaym in epistolas ad Eph. 4. Aug in li deci. Dei, li 22.c.14.

Quòd resurget quicquid fuit de substantia,& natura corporis,& in eadem parte corporis.

Luce 22. Matt. 10. Au i enc. ad Lau. 28.

Non enim perit Deo terrena materies,de qua mortalium creatur, caro:sed in quem libet,puluerē cinerēve soluatur:in quoslibet habitus auraſque diffugiat,& in quamcunque aliorum corporum substantiam,vel in ipsa elementa vertatur, in quoruncunque etiam animalium vel hominum cibum,carnemq; muteturilli animæ in pūcto temporis redit,quę illam carnem primitus,vt homo fieret,crescęret,viueret,animauit. Ipsa ergo terrena materies,quæ discedente anima fit cadauer,non ita resurrectione reparabitur,ut ea,quę dilabuntur,& in alias,atq; alias rerum species vertuntur,quamuis ad corpus redeant vnde dilapsa sunt, eadem quoque corporis partes, vbi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillus redit quæ tam crebra tonsura detraxit,si vnguibus,quos toties depressit exectio,immoderata,& inducens cogitantibus resurrectionem carnis,& ideo non credentibus occurrit ifirmitas.

Ibidē ubi supr.c 89.

alias* infomitas. Aug ibid. Hugu li 2 de sacramētis par 16.17.c.19.

Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli igne liquescęret, vel contereretur in pluerem, vel confunderetur in massam:& eam vellet artifex rursum ex illius materia,& quātitate reparare,nihil interesset ad eius integritatem,q̄ particula,materię cui,membro statuę redderetur,dum tamen totum ex quo constituta fuerat, restituta resumeret. Ita Deus mirabiliter,atq; ineffabiliter artifex de toto,quo caro nostra extiterat,eū mirabili celeritate restituet,nec aliquid attinebit ad eius reintegrationem,vtrū capilli ad capillos redeant,& vngues ad vngues:an quicquid eorū perierat mutet in carnē,& in partes alias corporis reuocetrucurāte artificis prouidentia, ne quid indecens, fiat. Indecorum quippè aliquid ibi non erit,sed quicquid futurum est, hoc decebit, quia nec futurua est,si non decebit.

Quòd sancti sine omni deformitate resurgent.

Aug.ibid. ca.9.

Hoc autem in corporibus sanctorum intelligendum est,de quibus consequenter adiūgit: Resurgēt ergo sanctorum corpora sine vllo vitio,sine vlla deformitate,sicut corruptione,onere,difficultate:in quibus tanta facilitas,quanta felicitas erit:propter,quod & spiritualia dicta sunt,cum procul dubio corpora sint futura,non spiritus. Ex his appareret,quod una erit ętas omnium resurgentium,scilicet iuuenilis:statura verò diuersa,scilicet,quamquisque habuerat in iuuenili ætate, uel erat habiturus si ante est defunctus Nec de substantia,de qua hominis caro creatur,aliquid peribit:sed omnium particularum ante dispersarum collectione reintegrabitur naturalis substantia corporis. Sanctorum quoque corpora sine omni vitio fulgida sicut sol resurgent, præcisis cunctis deformitatibus,quas hic habuerunt.

Si malitunc habeant,quas hic habuerunt deformitates.

De reprobis aūt quęri solet an cū deformitatib⁹ hic habitis resurgēt. Hoc Aug.nō asserit,sed dubiū reliquit,ita inquiens. Quicunq; ab illa perditionis massa,q̄ p Adā facta est non

non liberātur per Christū resurgent quidem ut ipsi unusquiq; cū sum carne,sed ut cum diabolo eiusq; angelis puniantur. Vtrū vero ipsi cū uitiis,& deformitatibus suorū corporū resurgāt,quæcunq; in eis gestarunt,inquerendo laborare,qd opus est. Non.n. fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo,quorū certa,& semptiterna dānatio. Ecce nō diffinit an tūc habeāt deformitates,quas hic habuerūt reproborū corpa.

Quòd non consumuntur corpora,quæ tunc ardebunt.

Si vero quæritur de corporibus malorum qūo in igne ardeant,& non consumantur, Augu. varijs exemplis astruit: & sempiternis ignibus ea ardere, & non consumi illa cōbustione:sicut animus,cuius p̄sentia corpus viuit,& dolorē pati pōt, mori aūt nō pōt. Hoc.n.erit tunc in corporibus damnatorū, quod nunc esse scimus in animis* omniū.

Si dæmones corporali igne ardeant.

Solet ēt quęri an dæmones corporali igne ardeant. Ad quod Aug.rñdens ait. Cur nō dicamus quamuis miris, veris tñ modis ēt spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi,si spiritus hominum ēt ipsi incorporei,& nunc potuerunt includi corporalibus membris,& tunc potuerunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari. Gehenna illa,quæ stagnum ignis,& sulphuris dicta est,corporeus ignis erit:& cruciabit dānatorum corpora hominum,vel dæmonum, sed solida hominum aerea dęmonum. Vnus enim utriusq; ignis erit,ut veritas ait. De quo igne si quæritur qualis, uel vbi sit. Aug.sic respondet. Ignis æternus cuiusmodi sit, & in qua mūdi vel rerum parte futurus sit,hominum scire arbitror neminem,nisi forte,cui spiritus diuinus ostēdit.

Si animæ sine corporibus sentiunt ignem corporalem.

Cū aūt constet, aīas igne materiali in corporibus cruciandas,quæri solet,an interim ante resurrectionē corporū aīæ defunctorū reproborum materiali igne crementur. De hoc Iulianus. Toletane eccl'ę epūs Gregorij dicta secut⁹,ita scripsit viuētis hoīs incorporeus spūs tenet in corpore,cur nō post mortē ēt corporeo igne teneat. Teneri aūt p ignē spiritū dicim⁹,ut in tormēto ignis sit uidēdo,atq; sentiēdo. Qđ aūt nō solū videndo,sed ēt experiendo aīa ignis tormētorū patiat,ex euangelio colligit,vbi veritatis uoce dives mortuus dr in inferno sepultus,cuius aīa qđ in igne teneatur,insinuat,cū Abraā de p̄catur dicēs. Mitte lazarū ut intingat extremū digiti sui in aquā, vt refrigeret linguā meā qa crucior in hac flamma. Dū ergo p̄tōrem dānatū in ignibus veritas ꝓhibet,qs sapiēs reproborū aīas teneri,ignibus ſleget,p̄cipuè cū humanā aīam corpis similitudinem habere doceat Au. ita inquiens. Profiteri aīam habere posse similitudinē corpis, & corporaliū oīno mēbrorū q̄s renuit pōt negare aīam esse, q̄ ī somnis vider, vel ambulare se,vl sedere,vel huc,atq; illuc gressu vel ēt volatu ferri. hoc sine q̄dā similitudine corpis nō fit. Proinde si hāc similitudinē ēt apud inferos gerit,nō corporalē,sed corpori similē ita ēt in locis vr esse corporalibus,sed corporaliū similibus,siue in requie,siue in doloribus. In Cassiani etiā uoluminibus legitur,qđnō sint otiosæ,neq; nihil nō sentiant, cū diues in inferno se flāma cruciari clamet. Vñ ꝓbatur, aīas defunctorum non solum suis sensibus non priuari,sed nec istis affectibus. s. spe,tristitia,gaudio,ac metu carere:ex his quæ sibi in illo generali examine reseruantur,eas quiddam iam incipere prægustare.

De abortiuis fœtibus, & monstris.

Illud etiam inuestigari oportet,si abortiui fœtus,& monstra resurgent,& qualia. De quo Aug.ait:Occurrit de abortiuis fœtibus qō,q̄ iā nati sunt in uteris matrum,sed non ita air,vt iam possint renasci. Si.n.resurrecturos eos dixerimus,de his q̄ iā formati sunt, tolerari potest utcunq; qđ dr. Informes uerò quis non procliuis perire arbitretur, sicut semina,q̄ concepta non fuerunt. Scrupulosi quidem inter doctores quæri ac disputare potest,qñ incipit homo in utero uiuere, an sit quædam uita occulta,q̄ nondum motibus uiuentis appareat. Negari.n.uixisse puerperia, quæ ideo membratim execantur, ut ejciantur ex uteris prægnantium,ne matres etiam si mortua ibi relinquantur, occidāt impudenti anima ur. Ex quo autem incipit homo uiuere, ex illo utiq; iam mori pōt mortuus,uero ubicunque illi potuit mors euenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat,reperire nequeo. Neq;.n.mōstra,q̄ nascuntur,& viuunt,quātumlibet citò moriantur,aut resurrectum negabuntur,aut ita resurrectura credenda sunt sed potius correcta eorum,emenda taq;. Absit enim ut illum bimēbrem,quem nuper natum inorientē fratres fidelissimi,qui eum viderunt,retulerunt, & sanctus Hieronymus scriptum reliquit: vt unum hominem duplicem,ac non potius duos,quod futurum erat, si gemini nascerentur resurrecturos æstimemus. Ita & cętera, quę nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figuram in resurrectionem reuocabuntur.

Præinducta

ERæinducta distinctione tractauit Magister de ipsa resurrectione,& ꝓcernentibus eã, puta de loco,& tpe ipsius. Hic tractat de ipsis resurrecturis, & proprietatibus eorundem. Primò in qua ętate,ac statura resurgent,& vtrum quilibet pars puluerum redibit ad pristinum locum,seu membrũ. Consequenter ostendit, quòd electorum corpora omnia carebunt deformitate, & quid de hoc sentiendum sit circa iniquos discutit quoq; deinceps qualiter corpora damnatorũ poterũt sine oĩ ꝓsumptione sine fine ardere. Quocirca scrutat, quòd difficiliùs est intelligere,qualiter spũales,& corporales substantiæ vtpotè dæmones,& aĩę rõnales,queant corporeo igne affligi. Vltimò loquitur de monstrosis effectibus. s. abortiuis &c. quali in corpore surgent, Circa hæc Tho. & alij quidam quærunt,an eadem numero corpora surgent, & itẽ eidem numero homines,ad quæ iam in præcedenti distinctione responsum est.

QVAESTIO I.

NVnc ergo quærẽdũ. *Vtrũ quicquid fuit in corpore resurget in eo,& in mẽbris eisdem.* ¶ Vt ꝓ sic,loquendo dẽ partibus substantialibus,quod de aĩa certum est:de partibus verò materialibus idem apparet,cum nõ appareat rõ cur potius resurgeret in eo id,qđ ĩ eo in vna fuit ętate,q̃ quod in alia. Amplius,sicut caro cooperatur, condelectaturq; animæ,& ei subseruit in bonis,& malis,sic iustum est vt simul cum anima remuneretur, ac particeps fiat tormentorum,gaudiorumve eius:ergo omnes partes materialcs,quæ ita participauerunt cum anima in bonis,aut malis,simul cum ea resurgerent etiam in membris eidem,præsertim in illis,in quibus delectationes carnales plus sentiuntur. Nec videtur idẽ numero corpus,idemq; homo indiuidualis nisi resurgat in eo quicquid eĩs substantiam à principio natiuitatis vsq; ad mortem pertinuit,præsertim cũ capilli,& vngues sint reparandi in eo.

Antisiod. In oppositum est, quia secundum hoc homo resurgeret in quantitate prorsus enormi.

¶ Circa hæc omnia mouet Antisiod. hãc qõnem quid sit veritas humanę naturæ,quæ resurgere perhibetur,& quæ sola,ac tota resurget De hoc,inquit est duplex opinio. Nã aliqui dicunt,ꝓ id, quod ab Adã decisum est,sit veritas naturæ humanæ, eo ꝓ dñs dicat. Omne,quod in os,intrat,in ventrem tradit,& in secessum emittitur Cui opinioni obijcitur dum pater per decisionẽ generat filium,id quod de cisum est erat de veritate naturę humanæ patris ergo nõ manet in eo tota veritas suæ humanitatis. Deniq; si nihil de nutrimento trãsit in veritatẽ naturæ humanę. nulla est scientia medicorum,qui dicunt ꝓrium. Rũdemus quòd non solum illud, quod ab Adam decisum est,sit de veritate naturæ humanæ: Et quod ait saluator. Omne quod intrat, &c. exponiẽ sic. aliquid de oĩbus illis,nec dixit totũ, sed oẽ. Notãdũ,qđ quantũ ad corpus,aliquid dr̃ esse de veritate naturæ humanæ quatuor modis. Primò,quãtũ ad esse,vt caput,& alia principalia membra, sine qbus hõ esse non valet. Scđo, quantũ ad bonũ integrũ esse,ut uisus,auditus,manus, & pedes. Tertio, quantũ ad perfectionem, vt nutrimentum, sine quo nequit puer ptingere ad robur, & debitã quãtitatẽ ac usum,seu operationẽ viriũ suarum. Et de veritate naturæ ex nutrimẽti conuersione ꝓuenientis est de cisio seminis, quod resurget in filio, non in patre.

Mari. 15.

Aliquid esse de veritate naturæ humanæ dr̃ quatuor modis

Resurrectio puerorum.

¶ Quartò,quantum ad decentiã,vt capilli,& vngues. Itaq; qcquid est de veritate naturæ humanæ primo mo,& secundò,ac quarto,resurget,non aũt quod tertio modo,quia non totũ,quod ex nutrimẽto in carnẽ, & membra conuersum est. sed tantum quantũ ad congruã quãtitatem exigitur. Ait nãq; Apostolus. Omnes resurgemus in mẽsuram ætatis plenitudinis Christi. Vñ qui moritur puer, resurget in tanta quantitate,quantũ habuisset,si ad Christi ꝓ venisset ætatẽ. Vnde Aug. libro de ciuitate Dei habeat omnipotentia creatoris, vnde suppleat in his vbi minus fuit,& habet quid detrahat vbi plus fuit: Hinc sicut Deus multiplicauit quinq; panes sine additione extrinseca sic sine alia adiectione multiplicauit materiã corporis eius,q̃ obijt puer. similiter detrahet,ꝓ ampliùs fuit. Nã aliquis ꝓfluę sumit de nutrimentis,& multa fiũt in eo de veritate naturæ hũanæ tertio mõ,q̃ nõ fierẽt si moderatè reficeret,& illa detrahet Deus. Gñaliter qppè verũ est,qđ asserit Aug. quòd Deus detrahet vitiũ,id est, superfluitatẽ, & ꝓseruabit naturã. Sed his obijci põt,ponq đ qs nascaĩ simus,& crescat ad virilẽ ætatẽ, & maneat simus,ergo resurget simus, cũ nihil ei de veritate naturæ addat. Ad hoc Aug. rñdet,qđ sicut dũ statua fundit iterato,id qđ priùs fuit de pede,fit de manu,& cẽrio: sic dũ hõ resurgit, qđ priùs fuit de vno mẽbro, postea fit de alio. Sed ꝓ hoc rursus obijcitur,quia ꝑm hoc non esset idẽ numero nasus & ita de alijs mẽbris argui põt,cũq; totũ sit idẽ,qđ ſ iæ partes,non resurgereret idẽ numero corpus. Dicendum qđ de statua,& partim est simile,& partim dissimile. Nã simile est in hoc, quod sicut in statua quod priùs fuit de pede. postea fit de naso,vel cẽrio ita in corpore resugente. Dissimile aũt in hoc qđ nõ est eadẽ statua,q̃ prius,sed corpus numero idem resurget. In hoc rursus dissimile est,qñ non est de intẽtione fundentis statuam,vt quod priùs fuit in pede, postea fit de naso,imo est a casu,sed de intentione Dei temperantis est,ꝓ id,quod priùs fuit de pede postea fit de naso,iõ dicimus,quod simpliciter idẽ, fit nasus,quamuis non sit materialiter idẽ. nec sequitur,nõ est materialiter idẽ,ergo non est idem: quia non ꝑm materiam,sed ꝑm formam identitatis sumitur. Porrò ex totali puluere restauratur totale corpus idem numero, quantũ ad materiã, & formam atq; essentiam, sed non est verum,quòd ex puluere partis valeat restaurari eadem pars quantum ad materiam,& formam,ac condecentiam,nisi miraculose. Hinc parti indecenti ex defectu fiet additio, vel multiplicabitur in se ut in corporibus paruulorum Hæc Antisiodorensis in Summa libro. 2 quæ ex sequentibus magis patebunt.

2.Cor.15.

Iohan 6.

Obiectio

¶ Itaq; Thomas rñdendo ad istud. Vtrum oporteat pulueres humani corporis ꝓ resurrectionẽ redire ad easdẽ partes,q̃ in eos sunt dissolutæ: In hac, ait, qõne differt considerare quid sine identitatis ꝓiudicio fieri possit,& quid fiet,vt congruentia obseruetur. Quantum ad primũ,sciendũ,quòd diuersę partes in homine sumuntur dupliciter. Primo mõ diuersæ partes carnis,seu diuersæ partes ossis,sicut sunt diuersę partes totius homogenij. Scđò diuersæ partes partiũ diuersorũ totius hęterogenij, sicut os,& carnes. Si ergo dicaẽ pars materiæ redire ad aliã partem speciei eiusdẽ,hoc nõ faciet varietatẽ in partium situ,qui partium situs variatus non variat speciẽ in totis homogeneis,sicq; si materia unius partis redeat ad aliã partẽ,nullum fit ꝓiudicium identitati totius. Sic quoq; est in exemplo, quod in litera ponit de statua: qm̃ statua non redit eadem numero ꝑm formam,sed secundum materiam secũdum quam est substantia quædam,& etiam homogenia,quamuis non secundum formam artificialẽ.

Si

Si autem dicatur, quòd materia vnius redit ad aliã partẽ alterius ſpeciei,sic necessariò variatur nõ solũ partiũ situs,sed & identitas earũdẽ: ita ꝛ̃ si tota materia,aut aliq̃d,qđ erat de ueritate naturæ humanæ in vno in aliã transfertur,nõ aũt fit aliq̃d,qđ erat in vna ſupeſſuum,transferatur,in aliã. Ablata uerò parti identitate,auferẽ identitas totius loquendo de partibus eſſetialibus, non partibus accidentalibus, vt

Augustin. sunt capilli, & vngues, de quibus August. vr̃. Loquendo demũ ſcđm congruentiam probabiliùs apparet,quòd etiam situs partium idem seruabitur in resurrectione: præsertim quantum ad partes essentiales,atque organis,quamuis forsan non quantum ad partes accidentales.

Quæstio, Philoso. ¶ Quæritur quoq; , an oĩa corporis membra resurgent , & vtrum capilli,& vngues,itẽq; humores Et rñdendum a primũ horum trium,quod(vt dr̃. 2. de anima)anima se habet ad corpus non solũ in habitudine formæ,& finis,sed etiã efficientis. Est nãq; comparatio aĩæ ad corpus,sicut artis ad artificiatũ 13. de animalibus,quicquid aũt explicitè in artificiato ostenditur,hoc totũ implicitè , ac originaliter in arte continetur,sic & quicquid in partibus corporis apparet totũ implicitè,& quodammodo originaliter cotinetur in anima. Hinc sicut opus artis perfectum non esset, si quid eorum quæ ars continet,artificiato deesset;ita nec homo esset perfectus niſi totum,quod in anima implicitè continetur, foris in corpore explicetur,nec aliter corpus correſponderet propotionaliter animæ, id circo oportet

Obiectio, corpus in omnibus membris perfectum resurgere , Et ſi obijciatur,quòd aliquorum membrorum vius ſeu operatio tunc non erit;dicendum,quòd membra in cõparatione ad corpus dupliciter cõſideran tur. Primò ꝓ habitudinem materię ad formã. Scđò, in habitudine inſtrumẽti ad agentem, & ſm primã habitudinẽ. finis membri,nõ est operatio, ſed potius perfectio ſpeciei:& ita poſt reſurrectionem quę dam membra manebũt, quamuis non ſecundo,pro ut finis membri eſt vſus,ſeu operatio, & tñ ét tunc manebunt membra ad oſtendendam uirtutem agẽtis,vt us potentiarum animæ demonſtretur in eis. Inteſtina vero tunc remanebunt,nec vacua erunt, ſed nobilibus humiditatibus plena. Membra etiam alicui amputata antequam pœnitentiã agerẽt,tunc reſurgent:qm̃ ipſe homo propr ẽ promeretur,& agit,non pars,ſeu membrum ipſius.

Humiditas in homine triplex. ¶ Ad ſecundũ dicendum,ꝓ quicquid pertinet ad veritatem naturæ in reſurgente,hoc totum in eo reſurget. Hinc illa corporis humiditatis reſurget in hoie,q̃ ad eis integritatẽ pertinuit. Eſt aũt ĩ hoie triplex humiditas. Vna in recedendo à perfectione huius indiuidui,aut qm̃ eſt in via corruptionis, & à natnra abijcitur,ſicut vrina , ſudor , ſanies &c. vel qa à nã ordinatur ad conſeruationẽ ſpeciei in indiuiduo alio,ſiue per actum generatiuę, vt ſemen: ſiue per actum nutritiuę, vt lac:& nulla talium humiditatũ,reſurget,qa non eſt de perfectione indiuidui reſurgentis. Secunda humiditas eſt, q̃ nõ ꝓuenit ad perfectionẽ vltimã,q̃ natura in indiuiduo operatur ſed eſt à natura ordinata ad illã , & iſta eſt duplex. Vna,quæ habet formã ordinatã,ſm quam inter partes corporis continetur,vt ſanguis , & alii tres humores,quos ordinat natura ad membra,quæ generantur ex eis,ſi tñ habent aliquas formas determinatas,quemadmodum aliæ corporis partes , ideo inter eos reſurgent. Quædã verò humiditas eſt in via traſeundi deforma,ad formã,vt de forma humoris ad formã mẽbri,& illa non reſurgent:quia poſt reſurrectionẽ ſingulæ corporis partes in ſuis formis ſtabilientur. Hæc quoque humiditas in duplici ſtatu accipi põt. Primò, ut eſt in principio tranſmutationis,ſicq; res illa quæ eſt in foraminibus paruarum uenarum,humiditas dr̃. Secundò, ut eſt in tranſmutationis progreſſu, & incipit dealbari, & ita uocaẽ cambium,& in neutro ſtatu reſurget. Tertia humiditas eſt, quæ ad ultimã ꝓuenit perfectionẽ à natura intenta in corpore indiuidui,& eſt dealbata,ac mẽbris incorporata,uocaturq; gultẽ, quæ cũ ſit de mẽbrorum ſubſtantia,cum ipſis reſurget,& in ipſis.

¶ Ad tertium reſpondendum, quòd anima ſe habet ad corpus animatum, ſicut ars ad artificatum, & ad eius partes, ſicut ars ad ſua inſtrumenta. Vnde & corpus animatum, nuncupatur organicum. Ars autem utitur inſtrumentis quibuſdam ad operis intenti exequutionem. Et hęc ſunt de prima artis intẽtione: utitur quoque alijs inſtrumentis ad principalium inſtrumentorum conſeruationem,& hæc ſunt de intentione artis ſecunda,ſicut ars militatis utitur non gladio tantũ,ſed, & uagina pro gladij conſeruatione,ita in partibus corporis animati aliqua ordinantur ad operationes animæ exequendas ſicut cor,hepar,pes,manus;quædam uerò ad conſeruationem huiuſmodi partium. Vnde ſicut folia ad cooperiendum ſunt fructiuũ,ita capilli , & ungues in homine ad cuſtodiam partium aliarum; & ita ſunt de ſecunda hominis perfectione non prima. Cumq; reſurrecturus ſit homo in omni ſua perfectione ungues,& capilli reſurgent in ipſo. Si autem quæratur

Quæstio. Capilli & vngues quare nõ ſentiũt. a qua forma talia informentur in homine, an ſcilicet ab anima rationali;dicẽdum,quòd capilli,& ungues in homine nutriuntur , & augentur , iõ perficiuntur,& informãtur ab anima rationali,cũ in homine non ſit niſi una forma ſubſtantialis,a qua informantur,ſecundum quod forma illa eſt uegetatiua,ſicut & oſſa,idcirco non ſentiunt.

Quæstio. ¶ Inſuper quæritur,an totum,quòd fuit in corpore de ueritate humanæ naturæ,reſurget in eo. Videtur,quòd non,quia ſi quis humanis carnibus ueſceretur, oporteret carnes illas in carnem ſuam conuerſas in diuerſis reſurgere. Conformiter argui poteſt de coſta Adę , de qua formatum eſt corpus Euæ.

Gene 2. Thomas. Ad iſtud Thomas reſpondet, recitando tres opiniones de ueritate carnis humanæ, quarum prima eſt,quòd nihil de cibo,& potu in illã cõuertitur ſed tota fuit in primo parente. Sed;quoniam iſtæ opiniones ſup ſecundũ diligenter,ac diffuſè ſunt introductæ,& ex planetæ,de ipſis hoc loco pertranſeo,& ſecundum has opiniones diuerſimodè ad quæſtionẽ hanc reſpondetur. & ſecundum primam opinionẽ facilè diceretur,quòd carnes quæcunque comeſtæ, non ſunt de ueritate humanæ naturæ in comedente,iõ nõ reſurgent in ipſo. iuxta alias uerò opiniones unumquodq; reſurget in illo, in quo magis acceſſit ad perfectam participationem ueritatis ſpeciei:& ſi æqualiter in utroq; acceſſit,reſurgit in illo, in quo primò fuit,quia in illo habuit primò ordinẽ ad reſurrectionẽ ex cõſtuctione ad animã rõnalẽ illius. Hic ſi ĩ carnibus comeſtis fuit ſuperfluitas aliqua, non pertinens ad ueritatẽ humanæ naturæ in illo primò,reſurgere poterit in ſecundo,aliàs quod pertinebat ad reſurrectionẽ in primo,reſurget in eo,& non in ſecundo;ſed in ſecundo accipietur loco eius aliquid ex eo,qđ ex alijs cibis in carnem ſecũdi conuerſum eſt,uel ſi non nunquã paſtus eſt alio cibo,q̃ carnibus humanis , diuina virtus aliunde ſupplereꝛ quantũ ægerat ad quãtitatis perfectionẽ, ſicut ſupplerur

pletur in paruulis mortuis. Costa demum, de qua facta est. Eua, fuit in Adam non de de veritate naturæ indiuidui, sed speciei, ideo nō resurget in eo, sed in fœmina.

Quæstio.

¶ Præterea si quæratur, vtrum quicquid materialiter fuit in membris hominis, totum i eo resurget. Et respondendum, quòd res naturaliter in homine non habet ordinem ad resurrectionem, nisi secundum quod pertinet ad veritatem naturæ humanæ, quia secundum hoc ordinem habet ad animam rationalem. Totum verò, quod materialiter est in homine, pertinet ad veritatem humanæ naturæ, quantum ad id, quod habet de specie, sed non totum considerata materiæ totalitate: quoniā tota materia, quæ fuit in homine à principio suæ vitæ vsque ad finem, excederet debitam speciei quantitatem, vt dicit opinio tertia, quæ probabilior mihi videtur. Hinc totum, quod est in homine, resurget, considerata totalitate speciei, quæ attenditur secundum quantitatem, figuram, situm & ordinem partium, non autem resurget, totum considerata totalitate materiæ. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Præterea in Summa contra gentiles libro quarto multa scribit de his, quæ super secundum sunt inducta. Ibi enim ponit infidelium obiecta contra fidē resurrectionis, quæ tamen nunc in diuersis particulis ex dictis doctorum tactæ sunt, & solutæ idcirco non immoror.

¶ Concordat Petrus in omnibus his. Et insuper quærit, vtrum deformimitates tollentur à corporibus electorum, & etiam repropoborum. Respondet In corporibus quadruplex existit deformitas. Prima ex qualitate, vt simitas. Secūda ex superflua quātitate, sicut gibbositas. Tertia ex diminutione substantiæ, vt mutilatio. Quarta ex situ, & ordine partium, quemadmodum transpositio mēbrorum. Omnes istæ deformitates ad vitium spectant naturæ, nō ad naturam, ideo vniuersæ à corporibus electorum tollentur: quia secundum Augustinum, in ipsis natura saluabitur, vitia auferentur. Cicatrices autē in martyribusn on resurgent, quamuis in Christo sint reseruatæ ex specialibus causis: vel si resurgent, hoc erit sanctis illis ad gloriam, ac decorem, & ad virtutis ostensionem. Amplius, quædam sunt deformitates ex diminutione, & illę secundum omnes tollentur; quoniam mortui resurgent incorrupti, id est integri in membris. Quædam verò contingunt ex alijs causis, quarum quædam nunc tactæ sunt. & istæ deformitates manebunt in reprobis, vt aliqui dicunt, ex rigore diuinæ iustitiæ: secundum alios auferent propter perfectionem, & veritatem naturæ ostendendam in illis, quod probabilius videtur. Hęc Petrus.

Bonauen. Richard. Auicenna Humor & humiditas differunt.

¶ Bonauentura, & Richardus concordant, & addunt. Secundum Auicennam, & physicos, humor & humiditas differunt, quoniam humor dicitur vt est in venis, humiditas vt est extra venas. & ad membra deriuatur. Quatuor autem humores sunt, sanguis, cholera, phlegma, malancholia. Humiditas verò complexionalis absque dubio resurget. Sed de humoribus quid dicemus, cū sint currentes, nec de substantia membri, nec de complexione radicali? Dicendum, quòd indubitanter resurgent, cum & vinum in officio missæ in Christi sanguinem conuertatur, & sicut surrexit in Christo, sic resurget in mēbris electis. Hoc quoque testatur Ambrosius in sermone de martyribus. & Augustinus ad Orosium: Credimus hominem non tm̄ cum carne, & ossibus sed etiam cum sauguine, & omnibus, quæ ad naturā eius pertinent, resurrecturum. Resurget quippè in corpore, non tantum quod est de eius necessitate, sed etiam quod est de eius integritate, condecentia & pulchritudine. Cumque capilli, & ungues sint de corporis condecentia, & ornatu, propter quod caluitium imperfectio est naturæ, idcirco resurgent, similiter intestina quæ (secundum Britonem) dicuntur quasi intus stantia. Vnde 22. de ciuitate Dei asserit Aug. Quod si inspexerimus interiorem harmoniam, quæ est in uisceribus, & intestinis, miro modo nos delectaret, omnique formæ foris oculis apparenti præferretur.

Ambros. August.

Obiectio.

¶ Si demum inquiras de carne, quæ in duobus est successiue, in quo resurget. Dicendum, quòd caro potest in duobus esse dupliciter. Primò ita ut sit in uno tanquam in principio, & in alio sicut in indiuiduo, & suo toto: & talis caro resurget in secundo, quia non fuit in primo nisi ut ordinata ad secundum, & sic costa fuit in Adam ordinata ad fœminæ formationem, & semen in patre ad propagationem filij: purissimus quoq; sanguinis in gloriosissima uirgine, ex quo concepta fuit caro Christi. Si uerò caro sit absolutè in utroque sicut in indiuiduo, hoc potest tripliciter accipi. Primò, quod sit in utroque secundum speciem. Secundò, quòd sit in eis secundum materiam. Tertiò, quòd sit in uno secundum speciem, & in alio secundum materiam. De primo modo est controuersia. Nam aliqui dicūt quòd caro unius secundum speciem, potest fieri caro alterius secundum speciem, ut si homo de illa nutriatur, ac generet: & hoc dicunt, quia omnino est transmutabilis caro una sicut, & alia, quod experimentaliter patet, quam dicunt resurrecturam in illo, in quo maiorē, & essentialiorem ordinationem sortita est, & Deus supplet alteri illud, ut si de modica parte corporis unius, quantum ad carnem secundum speciem generatus sit alius, resurget in alio, & Deus supplebit in primo, quod amissum est, sicut in Adam repleuit carnem pro costa. Alia opinio est, quòd de carne secundum speciē alius homo nec generari potest neque nutriri, sed solum de carne, secundum materiam: quoniam transmutatio nō est nisi ex ente in potentia, & quoniam caro secundū speciem transmutari nequit in carnē secundum speciem, sed hæc opinio fundamentum non habet, cū & lupus nutriat carnibus lupi, & alia quædam animalia carnibos propriæ speciei. Caro etiam secundum speciem potest fieri non caro, & sic in potentia esset. Prima item opinio repugnare uidetur identitati corporis resurgentis. Si enim de una parte carnis meæ secundum speciē fieri potest caro alterius secundum speciē, pari ratione de alia, & ita de qualibet, sicq; anima totam suam amitteret carnem, nec uerum esset qđ ait Iob: In carne mea uidebo Deum saluatorem meum. Hinc sanius dici potest, quòd sicut resurrectio erit per diuinam uirtutem, sic ordinatio carnis ad suam carnem ordinatè erit secundū Dei decretum: quod cum sit inuiolabile facit, quòd caro unius secundum speciem fieri nequeat caro alterius secundum speciem. Hinc in utroque secundū speciem, esse nō ualet: quia de necessitate in utroq; resurgeret: Si autem in uno sit secundum speciem & in alio secundū materiam, resurget in eo, in quo secundū speciem fuit: quia ad illum essentialiorem ordinem habet, siue sit primus, siue secundus. Idcirco si quis nutritur de carnibus alterius secundum speciem, talis caro redit ad primum: & si quis generetur de carnibus secūdū materiā, qa de his, q̄ sunt

Iob. 19.

secundum

secundum materiā, generari non potest, dico, quòd caro stat in secundo, & deus recompensat primo, quoniam essentialiorem habet ordinem ad animam in secundo.

August.

¶ Insuper Aug. in Enchiridio, quærit vtrum deformitates manebunt in corporibus dānatorū, nec soluit. Et vr̄ dicendum, quòd manebūt, quia ad hoc resurgunt ut comdemnetur, peioris fiant conditionis. Idcirco non dabitur eis pulchritudo, quam nō habuerunt, nec auferetur eis deformitas. Hæc Bonauentura.

Albertus.

¶ Præterea circa præhabita scribit Albertus: Ridiculū est dicere, nihil decibo conuerti in corpus humanum. & talia dicta quorūdam theologorum, derisibilem faciunt theologiam apud peritos. Sciendū verò quòd duplex est humidum, videlicet radicale & nutrimentale. Ra icale vocatur, quod est in substantia seminis, quod virtute formatiua formatur in organa. Virtus quoque formatiua est in semine ab anima patris causatum habens calorem pro instrumento cum triplici calido, scilicet animæ, cœli & ignis. Et à calido ignis est dissoluens, & distendēs sed a calido cæli in speciem mouens, speciemque inducens. à calido autem animæ mouet ad vitam, & animam. Similiter est ibi frigidum in triplici virtute Frigidū namq; elementi est coagulans, & frigidum cœli terminans ad speciē, atque inquantum est animæ instrumentum, continet complexionatum uiuificabile. Conformiter est de humido, & sicco. Humidum autem nutrimentale superfluum est in generante, & radicale, seu semniale in generato iō substantiale est in genito, & generanti accidentale Porrò capilli generantur de fumo nutrimenti sicco, qui exiccatur quando per poros pertingit ad aerem. Vngues verò de sicco terrestri per calorem cordis ad superficiem pulso. Idcirco (vt Augustinus fatetur) non sunt de veritate naturæ secundum se, sed inquantum conferunt ad decorem, sicque resurgent. Hæc Albertus.

Vñ gñant capill; & vnues.

QVAESTIO II.

PRęterea quæritur, *An omnes resurgent in æqualitate, pari statura, eodem sexu, & ad exercendum opera generitiua, ac nutretiuæ potentiæ.* ¶ In hac quæstione tacta sunt quatuor primum est, an omnes resurgent in ætate ęquali videtur, quòd non. Nam ordo in omni pluralitate pulcherrime ornat, ergo in tāta resurgentium multitudine maximè perornaret, quòd esset in eis ętatem diuersitas. Rursus, si resurgent in ætate æquali conuenientissimum videretur, quòd in ætate senili, non iuuenili: quoniam ætas senilis venerabilior est, iuxta illud libri Sapientiæ: Senectus venerabilis est. Vnde, & Moyses loquitur: Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Item Iohannes in Apocalypsi. Vidisse se testatur in cœlo viginti quatuor seniores. Conformiter potest argui de statura. Nam, & in processionibus ornat, quod quidam sunt paruuli, aliqui mediocres, alij eminentes in statura. Similiter cum sexus uirilis sit dignior, apparet quod in illo sexu omnes resurgent, vel magis in nullo, cum sexus ordinetur ad prolificationem. Amplius cum delectationes gustus, & tactus sint valde intensę, videtur, quòd in totius habitaculo uoluptatis non deerunt.

¶ Circa hæc occurrunt quasi infinita scribęnda, præsertim de hoc an resurrectio erit ad exercendū opera vitæ animalis, & possit alicui apparere, quod imo, non enim negatur quin electi post resurrectionē vtentur sensu visus, sensu quoque auditus, in quibus, & vehementer delectabuntur, & vt infra tangetur, probabile est, quòd erunt, & suauissimi odoris, sicut, & corpora reproborum fętidissima erunt; sicq; in odorem erit sanctis electio ingens. Rursus erunt temporatissime hormonię complexiunisq; optimæ & ita ad tangendum dulcissima.

¶ Hinc sicut damnati in vniuersis, & singulis sensibus suis interioribus, & exterioribus inæstimabiliter affligentur, sic sancti in glorificatorum corporum suorum, sensibus cunctis (vt apparet) indicibiliter deliciabuntur, potissimè cum eorum iucundatio nequaquam sit minus copiosa futura, quàm impiorum afflictio. Hinc multi dixerunt, quòd post resurrectionem futuram erit vsus venereorum, refectio corporalium alimentorum, in quem errorem rudem, ac vilē prolasi sunt Sarraceni, ac Tartari, imo & Iudæi, quàm plures, qui etiam error incepit tempore Apostolorum, & quidam hæretici Millenarij, imaginantes, quod post resurrectionem sancti per mille annos carnalibus voluptatibus abundabunt. Et ut super Ieremiam scribit sanctus Hienymus, etiam quidam ecclesiastici viri consenserunt in hoc, Papias quoque Hieropolitanus antistes, vt super angelicam Hierarchiam narrat Albertus. Postmodum verò sancta mater ecclesia istud totaliter reprobauit, & doctores scholastici contra insaniam illam copiosè, subtiliterq; scripserunt.

¶ Itaque Gulielmus Parrhisiensis in libro de fide, & legibus. & in libro de vniuerso, disputans contra Sarracenos, super his fideliter loquitur. Voluptatis, inquiens, venereæ propter seipsas nequaquam sunt appetendę: imo quantum in ipsis est, magis impediunt, & obfuscant plenam mentis creatæ conuersionem in cretore, & spiritalem dilectionem. Sunt etiam ligamenta, & retinacula rationis brutilitatis, & quantum ad viliorem, inferioremque hominis partem, competunt ei, ac per eas bestijs conformamur. Non ergo ad veram, & perfectam, ad spiritalem, ac Dei formem, ad angelicam, & cœliformem beatitudinē pertinent, quæ post resurrectionem vltimam dabitur sanctis.

¶ Insuper corporalium ciborum, ac potuū oblectamenta, nec per se, nec propter se sunt appetenda sicut, nec corporalis comestio, atque potatio, quæ non sunt nisi quædā medicinæ, ac remedia contra famem, & sitim, ac instaurationes quotidianæ deperditionis, ac ruinæ ex consumptione cibi, & potus. propter quod contra quotidianam indigentiā ordinantur. Sua quoque satiatione gignunt fastidium, nec diu, nec multum possunt oblectare sumentem, in quo nulla est fames, nullaque sitis, imo quo spiritalis delectatio frequentiùs, intensiùs percipitur, ac sentitur, eo plus cotemnuntur, quod vis heroicis, & internis in hac vita tanto experientaliùs, ac certiùs constat, quanto ampliùs heroici seu diuini, spiritales, & perfecti consistunt, Istam disputationem Gulielmus prolixè prosequitur. Vrrum sensum eorum, quę scribit. sanctus Thomas compendiosè perstringit, cuius scripta paulo post tangam.

¶ Porrò de primis punctis huius quæsiti Bonauentura in quæstionibus circa literā breuiter ait. Aetas resurgentium dupliciter accipi potest. Primò per comparationē ad principiū durationis. & ita nunc computatur. Secundò penes dispositionem, & valetudinem

tudinem corporis,& ita accipitur ætas iuuenilis:sic quoq; dicuntur homines resurrecturi in iuuenili ætate,Oēs namq; tales,ac tanti resurgent in corpore,quales,& quanti fuerunt,aut fuissent, si tam diu vixissent in ætate iuuenilli.& sic ætas nō noīat durationem,sed corporis dispositionē,sicut si Deus crearet nunc hoīem in eo statu, ac habitu , quem habet vir in tricesimo anno diceretur homo huiusmodi in virili,ac iuuenili creatus ætate .

Aug.li.22 de ciuitate Dei ca.17. & 18. 1.Cor.15.

¶Insuper de sexu loquit̃ Aug. 22.de Ciuitate Dei Quidam dixerunt quòd sexus fœmineus non resurget,cū dicat Apostolus: Donec occuramus omnes in virum perfectum,in mensuram ętatis plenitudinis Christi.sed sicut Aug.exponit ibidem:vir perfectus,intelligitur caput nostrum,videlicet Christus: & mysticum corpus eius puta ecclesia,quæ constat ex oībus membris eius.quæ suo tempore complebūtur.Vel si hoc ad resurrectionis formam(in qua erit vna)est referendum,quid impediret nominato viro intelligi etiam fœminam?vt virum pro homine positū acciperemus,vt ibi:Beatus vir , qui timet dominum,vbi dicitur vir non à sexu, sed virtute non corporis,sed mentis.Non ergo Apostolus per verba illa negat resurectionem mulierum,imo manifesta ratio docet, quòd quia à principio à Deo institutus est creatus sexus vterq; , vterq; ad perfectionem pertinet speciei,ideo vterq; resurget,non ad generationem,sed ad naturæ perfectionē,& decorem:quia nūc oībus illis dedecus, & in honestas penitus auferentur,& qđ nunc excitat ad libidinē, tunc excitabit ad laudem.Et si obijciatur, quòd sexus fœmineus,seu mulier importat imperfectionē quæ tunc tolletur,& quod iuxta Philosophum fœmina dicitur mas occasionatus:dicēdum,quòd mulier dicit imperfectionem quantum ad statum præsentem,in quo est sexus præstantioris,sicut & vir imperfectus est comparatione angeli. Quod autē mulier vocatur mas occasionatus,intelligendum est p respectum ad naturam particularem. quæ intendit effectum producere perfectiorem , quo potest non respectu naturæ vniuersalis,quæ intendit conseruationem speciei ad quam necessarius est, & intentus sexus vterq;.Sed adhuc obijci potest,de nanis,& de carentibus membro aliquo à natiuitate, qui in hac vita, nec habuerunt,nec habituri fuerunt quantitatem idoneam,ac debitam huiusmodi membrum.Dicendum quòd statim ex quo generatum est corpus humanum.statutū est ei quantum debeat esse mole, qm̄ causa qnantitatis causaliter est in eo:ideo natus tātus fiet mole quantum se virtus augmenratiua extendit nisi aliunde impediatur·Et iuxta hoc intelligendum est,quòd quantitas molis in quibusdam deficiet, in alijs superabundabit, & in nonnullis erit sufficiens,tunc demum virtus actiua fertur sufficere,quando potest corpus ad quantitatem naturæ conuenientē perducere.Natura quippe determinatos terminos habet tam in paruitate,quàm in magnitudine,inter quas Christi statura medium tenet & quo minus ab illa receditur, eo congruentior est statura,& in his quorum statura ab illa deficit versus minus , addetur : in excrescentibus minuetur, seu detrahetur,nec oportebit hoc fieri per extraneæ materiæ adiectionem,sed de eo, quo ibi erit in corpore,extrahet Deus,& educet quod deerit, prout creditur factum in quinque panum multiplicatione, nihilominus poterit esse,quod aliunde qđ addat , sicut in panum illorum mnltiplicatione forsitan factum est , sed primum probabilius esse videtur , quaquam vtrumque miraculum sit . Ex

Psalm.111. — Obiectio. Ph.lib.1 — Obiectio. — Natura terminos. facs hab3.

his patet quid de nanis , & mutilatis , atque gigantibus sit dicendum.Verbū verò aug.intelligendū est quantū ad cursum cōem,ac naturalem. Hæc Bona.

Matth. 14. Luce 8. Iohan.6. Thomas., Naturæ humanæ defectus duplex.

¶ Atuerò Tho.Homo,inquit,resurget absq; omni defectu humanæ naturæ. Nā sicut Deus humanā naturam sine defectu instituit,sic sine defectu hanc reparabit . Deficit autem humana natura dupliciter.Primò quoniam nondum vltimam suā perfectionem est consequuta.Secundò,quia ab perfectione vltima iam recessit . Et primo modo deficit in pueris,secundo modo in senibus . ideo in vtrisque reducetur humana natura per resurrectionē ad statum vltimę perfectionis,qui est in iuuenili ætate,ad quam terminat̄ motus augmenti , & à quo motus incipit detrimenti.Quod antem senectuti reuerentia quædam debetur,non est ex corporis conditione:qđ tunc id defectu consistit,sed propter sapientiam animæ quæ tunc creditur inesse ex temporis diuturnitate . Hinc in electis manebit senectutis reuerentia non defectus:quoniam in sapientia abundabunt .

Senectuti quare debetur reuerentia.

¶ Denique in resurrectione reparabitur natura humana,non quantum ad idem in speciem,sed etiā quantū ad idem in numero.Idcirco in resurrectione non solum est attendēdum qđ naturæ competat speciei sed etiam indiuidui . Natura autem speciei habet aliquam quantitatem,quam nec excedit, & à qua non deficit sine errore,quæ tamen quantitas habet aliquos latitudinis gradus,nec est accipienda secundum vnam determinatā mensuram . Quodlibet verò indiuiduū hoīs assequitur infra terminos illius latiudinis gradum aliquem quantitatis,quæ naturæ indiuidui cōpetit, ad quam in termino augmenti perducitur. si in opere naturæ non fuit aliquis error , per quem sit aliquid additum , aut subtractum quantitati prædictę, cuius mensura acipitur secundum proportionem caloris extenden ris,& humidi extēsibilis,quod nō est eiusdē virtutis in omnibus.idcirco non omnes resurgent in eadē quantitate,sed unusquisque in ea quantitate resurget, in qua fuisset in termino sui augmenti. si natura non errasset nec defecisset.Quod autem superest aut deficit in homine,resecabit , vel supplebit diuina potentia.

¶Porrò dum quæritur,an omnes resurgent in sexu virili . Dicendum . quod sicut considerata natura indiuidui debetur diuersa quantitas diuersis hominibus.ita quoque natura indiuidui considerata, debetur diuersis personis sexus diuersus , quæ ēt diuersitas competit speciei perfectioni,cuius diuersi gradus implentur per sexus , seu etiam quantitatis diuersitatem : ideo sicut homines resurgent in diuersis staturis , ita & in diuersis sexibus, nec tamen ex mutua sexum inspectione vlla inordinatio orietur,quia nulla libido sequetur . Ad vltimum in quæstione hac tactum , respondendum, quòd resurrectio non erit necessaria homini propter primā ipsius perfectionem, quæ consistit in integritate spectantium ad naturam, quia adhoc potest homo pertingere in statu vitæ præsentis pernaturaliū actionem causarum : sed neces sitas resurrectionis est ad vltimam quandam perfectionem, quæ cōsistit in peruentione ad vltimum finem. Ideo operationes, quæ ordinantur ad primam hominis perfectionem causandam , vel conseruandam,non erunt in resurrectione:& tales sunt actiones vitę animalis, in hominibus,actionesque mutuæ in elementis , & motus cœlestes . Ideo omnia hæc in resurrectione cessabunt .

Quæstio

Cumq; comedere,bibere,dormire,generare, concubere,ad animalē pertineant uitam , cum ad primā perfectionem naturæ ordinata,ideo post resurrectionē nō erunt, imo nec conueniunt homini in quantum est hō, ut ēt Philosophus dicit, propter, qđ in ipsis nō consistit humani corporis beatitudo sed corpus humanū beatificabitur ex redundātia beatitudinis partis intellectiuæ, aqua homo est homo in ipsum , inquantum erit omnino subditū rationi.Delectationes quoq; carnales ad fęlicitatem perfectā non requiruntur,cum non sint propter se appetendæ, imo (secundum Philosophū 7. ac 10. Ethicorum)sunt medicinales: quoniā homlni adhibentur ad remouendū fastidiū, Sunt etiam ægritudinales, s̄m quod homo eis immoderatè afficit̄ & adhęret, ac si essent ueræ delectationes , quēadmodū habens gustū infectū,delectatur in nociuis, in quibus nō delectatur,qui habet sanum palatum atq;)ut etiā ait Philosophus) qui delectationibus illis inhærent,non habent sanum affectum Solę etenim delectationes spirituales(secundū ipsum)sunt simpliciter delectationes,& propter se expetendæ Vnde ipsæ solæ ad beatitudinem requiruntur,Hęc Thomas in Scripto.

Delectatiōes quæ na.verę ac appetēdæ.

¶At uero in Summa contra gentiles libro 4 diffusiùs super his scribit:Remota,inquiens,corruptibili uita,necesse est remoueri ea , quæ corruptibili uitæ deseruiunt,ut sunt corporales refectiones, & carnales cōmixtiones · quia per alimenta instaurat̄ deperditum, & ad congruam pertingitur quantitatem.Cū ergo resurrectio sit ad uitam immortalē non erit in ea corporalis refectio . Generatio uero est ad speciei conseruationem,quę tunc indiuiduis immortalibus conseruabitur . Insuper corporalia ad spiritualia referri oportet,ideo inordinatū esset ac uitiosum,comestiones,potationes,concubitus, earumq; delectationes propter se ipsas appetere, & non ordinari in aliquē finē spiritualem, neq; ad prolē ad Dei honorē, procreandā neq; ad corporis sustentationē,ut efficaciùs posit spiritu in Dei obsequio subseruire.Sed obiici potest, ꝙ primi parentes etiam si non peccassent, nihilominus cibo, potu,& commixtione carnali usi fuissent,& posteri eorundem.Dicendū, quòd ipsi adhuc fuerāt uiatores,nec confirmati in bono , & sicut potuerunt peccare,ita & mori. Fuitq; eis iniunctum per generationem multiplicari: Hinc refici indigebant,nec positi erant in paradiso ad manendum ibi perpetue,nec ut sine fine uenereis uterentur,sed inde ad paradisum transferrentur cœlestē. Idcirco nequaquam est simile.Ex quibus patet,quàm uilis,rudis, & falsa sit lex Mahumeti,& Iudæorum modernorum perfidia,præsertim cū fęlicitas in nobilissimarum uirium actionibus, & eminentissimarum uirtutū actibus sit consistens, nō in exercitiis istis brutalibus,quæ etiam nullatenus essent merces condigna sanctarum spiritualium actionum theologicarum uirtutū.Ideo illa figmenta incredulorum non nisi a carnalibus hominibus credi possunt, & appeti. Quæ uero in scripturis de futura beatitudine p modum corporaliū epularū dicuntur , certum est spiritualiter esse interpretāda, quēadmodū hubertim in scripturis spiritualia per corporalia designātur.De his multa scribit Thomas ibidem,

Obiectio. — Gene. 2.

QVAESTIO III.

MOdo quæritur, *An sunt quatuor tantum dotes corporum electorum, & specialiter an impassibilitas sit dos corporis*, Videtur,quòd nō sint tm̄ quatuor talium corporū dotes . Nā delectatio redundans in partem sensitiuā ex fęlicitate animæ,uidetur potissimè dos censenda , sicut fruitio ipsa in anima Rursus,Anselmus tangit septem corporum dotes,dicendo,quòd in eis erunt pulchritudo, uelocitas,fortitudo libertas,sanitas , diuturnitas , & uoluptas,Iterum anima sancta multipliciùs,ac uehementiùs decorabitur,quàm corpus ipsius, ergo erunt plures dotes in anima,q̃ in corpore. ¶ Circa hæc scribit Antisiodorensis in Summa sua,libro.4. Dotes corporis sunt quatuor puta impassibilitas, claritas,subtilitas , & agilitas, quæ notantur in lib. Sapien.quo habetur : Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ discurrent.In eo,quod dicitur fulgebunt, insinuatur splendor,seu claritas. Vñ & Christus in euangelio contestatur.Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.Sol uero fulgebit tunc septēpliciter,ut loquitur Isaias, remunerabirur quippe pro suo obsequio.Per hoc autem, quod dicitur,iusti,notatur impassibilitas , quia ut in libro Sapientiæ asseritur,iustitia perpetua est, & immortalis,& per eam Deo præcipue conformamur . Nomine quoq; scintillæ, notatur subtilitas;atq; in uerbo discurent,significatur agilitas, quæ tanta erit in corporibus glorificatis , ut quasi in momento moueri possint ab oriente in occidentem , & ab Aquilone in meridiem,& econtra, Leuitas em̄ proprietas q̄dam est tm̄ mouendi sursum,agilitas aūt siue mouendi sursum siue deorsum . His dotibus nihil pōt in corporibus melius inueniri.¶Sed quæritur , an corpus glorificatū ualeat penetrare p dotem subtilitatis aliud corpus nō glorificatū,& esse in eodē loco cum illo . Dicendum, ꝙ corpus glorificatum tantæ est dignitatis, & subtilitatis , ac nobilitatis, quod penetrare pōt alia corpora , non penetrari. Ignominia namq; esset ei posse penetrari.Vñ Aug. in libro contra epistolā fundamēti: Cum dico natura corruptibilis , duo dico . Per hoc,quòd dico curruptibilis,nihil dico:per hoc, quòd dico corpꝰ aliquid dico.Corruptibile aūt ī qualibet sua parte habet aliquid mixtum de nihilo , ꝑpter qđ dr̄ ubiq; porosum,non ꝙ ī oī eius parte sit prorsus siue diuisio actualiter,sed ubiq; in ipso est porus.i. aperibilitas,seu diuisibilitas . Corpus aūt glorificatū nō est porosum.iō nō ē diuisibile,seu aperibile,& hoc est gratia,uolūtateq; Dei. Deniq; corpus glorificatū replet locū corporis glorificati,ita ꝙ nō recipit secū aliud corpus glorificatū , sed non replet locū corporis nō glorificati , imo recipit secū corpꝰ nō glorificatū.In patria quoq; bene poterit esse, ꝙ Petrus aliqñ uelit esse prope Paulum, aliqñ iuxta aliū & sic ibi poterit esse motus.Laudabunt etiā Deum non solū mentaliter,sed item uocaliter , & sic poterit ibi usus subtilitatis, & agilitatis cōsistere. Sed qm̄ nō est nobis certū, utrū motus localis in patria erit,dicimus ꝙ siue sic,siue nō, subtilitas, & agilitas ibi erunt , qm̄ in seipsis delectabiles sunt.Nā & multæ uirtutes erūt ī patria sine usibus seu actibus quos hic habēt ut tēperātia,& patiētia , de qua fertur:Patientia pauperum non peribit in finem .

Sapien. 3. Matt. 13. Isai. 30. — Augu. — Psalm 9.

Quæritur ēt , an dos impassibilitatis erit in paruulis.Apparet,quòd sic, qm̄ nō habebūt nisi pœnā damni,quæ spiritualis est,& ita nō poterūt in corpore pati,sed cōtra impasbilitas (ut est dos)aut est sola priuatio passibilitatis in corpore , aut aliqua potentia qua poterimus uiolentiæ omni resistere. Si sola priuatio,ergo diabolus eā habebit, quia nō pōt pati in corpore:imo si passibilitas est talis potentia resistendi uidetur duritia esse dos talis.

Respondemus, quòd impassibilitas est potentia, qua electi omni uiolentiæ resistere quibunt, & habet duplicem priuationem, scilicet patiētiæ, & potentiæ patiendi, seu moriendi. Et Adam ante peccatum habuit potentiam illam solum cum una priuatione, uidelicet moriendi, & hoc sub conditione, Paruuli quoq; sine baptismo decedentes non habebunt istam impossibilitatem. Nec sequitur, non poterunt pati, ergo impassibiles erunt. Quod em̄ non poterunt, non erit ex potentia corporum, sed ex iustitia Dei, quæ non permittit quenquam puniri pœna corporali sensibili, nisi peccatum fecerit actuale. Hæc Antisiodorensis in Summa.

¶ At uero Thomas, Ex hoc, ait, homo est beatitudinis particeps, quod ad Dei imaginē factus, quę imago primò, ac principaliter in mente consistit, & per deriuationem quandam in corpore secundū quod ipsum corpus oportet animæ esse ꝓportionatum. Hinc & beatitudo in mente principaliter sita per redundantiā existit in corpore, ut beatitudo hominis secūdum corpus uocetur, quòd imperium animæ perfectè exequitur. Hinc sicut dispositiones, quæ sunt, in anima beata ad perfectam operationem, qua Deo coniungitur, dicuntur animæ dotes, ita dispositiones, quæ sunt in corpore, glorioso, ex quibus corpus efficitur perfectè subiectum, dicuntur corporis dotes. Nā & pfectio corporis glorioſi aliquo modo iuuat ad hoc, quod anima liberiùs, perfectiusq; Deo inhæreat, inquantū nullo corporis impedimento retrahitur, atq; inquantū anima habet perfectiùs esse corpori tali cōiuncta, quàm separata. Vnde & eius operatio perfectior redditur. Ex quibus patet responsio ad id, utrū ponendæ sunt corporis dotes.

¶ Porro dū quæritur, an dotes illæ sint quatuor, Respondeo dum, quod anima est corporis forma, ac motor. Cumq; dotes corporis ordinentur ad hoc, quod animæ corpus perfectè subdatur, utpote tam ut formæ, quam ut motori (a forma quippe in materia tria causantur, uidelicet esse substantiale, uires, & formæ secundariæ seu accidentales amborum, conseruatio q; membrorum) itaq; corpus glorioſum inquantum perfectè subditur animæ quantum ad esse substantiale, ornatur dote subtilitatis. Nempe ex hoc corpus glorioſum subtile uocatur, quòd perfectè ab anima informatur. Inquā tū autē subditur animæ tanquam formæ secundū formas accidentales, quæ ab anima sunt in corpore, habet dotem claritatis: & inquantum corpus glorioſum perfectè ab anima conseruatur, dotem sortitur impassibilitatis, & prout perfectè subijcit animæ, ut motori, dote agilitatis pficitur. Porrò q dā has quatuor dotes quatuor cardinalibus adaptant uirtutibus, eo quòd cardinaliū uirtutū materia sunt corporalia bona, ut scilicet prudentiæ correspondeant claritas propter cognitionē iustitiæ quę perpetua est, & immortalis impassibilitas: fortitudini agilitas, ex qua contingit, ut nil corpori, queat resistere. Vnde agilitas notatur ab Apostolo cum ait: Surget in uirtute. Temperantiæ autē, quæ corp⁹ attenuat, subtilitas. Sic q; quatuor dotes corporis rorrespondet quatuor uirtutibus cardinalibus, sicut tres dotes animæ tribus uirtutibus theologicis. Et ad has quatuor dotes reducuntur septē illa, quæ ponit Anselmus. Pulchritudo enim continetur sub claritate. Velocitas, libertas, & fortitudo, sub agilitate, sanitas, & diuturnitas sub impassibilitate. Voluptas autem reduci potest ad subtilitatem, quia ex hoc, quòd corpus est perfectè informatum ab anima, est ad delectationem dispositū.

¶ Porrò agilitas non solum spectat ad motū, sed etiam ad sensum, & ad omnes alias animæ operationes, ut corpus glorioſum dicatur agile ex hoc, quòd est perfectè habilitatū ad omnes operationes, quæ exercentur per corpus. Si uerò quæratur, cur claritas potius dos uocatur, quàm alia sensibilis qualitas Respondetur, quòd secundū Philosophū 2. de generatione, qualitates uisibiles sunt alijs qualitatibus sensibilibus nobiliores in hoc, quod corpora inferiora cum corporibus cœlestibus in uisibilitate communicant, nō in aliis sensibilibus qualitatibus. Vnde lux, seu claritas, quę est qualitas ꝓpria cœlestium corporum, aptior est ad designandum intelligibilem qualitatem Hinc quoq; peruietas ad claritatem est pertinens.

QVAESTIO IIII.

COnsequēter quæritur de dotibus istis in speciali. Primò, *Vtrum impassibilitas sit dos corporis glorioſi aequaliter conueniēs omnibus corporibus glorioſis. & an omnes sensus sint in actu illis.*

¶ In hac quæstione tria tanguntur. Ad primum dicendum, quòd passio dupliciter sumitur. Primò communiter pro omni receptione, siue sit perfectiua, ut intelligere, & sentire, seu corruptiua, & sic corpora glorioſa non dicuntur impassibilia. Secūdo, accipitur propriè, quam libro secūdo diffiniēs Damascenus: Passio, inquit, est motus præternaturam, ſicq; immoderatus motus cordis appellatur passio eius. Moderatus uerò dicitur operatio eius quoniam omne, qđ patitur, ad agentis terminos trahitur, & sic propriè sumpta passione, corporea glorioſa, impassibilia erunt. Huius autem impassibilitatis ratio à diuersis diuersimode assignat. Nā quidā eam attribuunt conditioni elementorū, quę aliter se habebunt in corpore tunc, quàm nunc, dicentes, quod elementa manebunt in illis ſm substātiam, non ſm qualitates actiuas, & passiuas, cōtra quod est, quod qualitates illæ sunt de perfectione elementorum: Rursus qualitates illæ sunt propria accidentia elementorū, causata ex materia, & forma, ideo nō uidentur separabilia ab eisdem, & manente causa manebit effectus. Hinc alij dicunt, qđ manebunt, sed actiones proprias non habebunt diuina uirtute id faciente, quod etiam non apparet, quia ad mixtionē requiritur actiuarū, passiuarūq; qualitatum cūiunctio, & iuxta prædominiū unius, uel alterius mixta efficiuntur diuersæ complexionis, quod oportet ponere in corpore resurgentis: quoniam carnem, & ossa habebunt, quibus nō cōuenit complexio eadem. Præterea secundum hoc impassibilitas dos non esset, quia non poneret aliquam dispositionē in substantia impassibili, sed solum prohibitionē corruptionis ab exteriori, puta diuinā uirtute, ideo alij dicunt, quòd in glorioſis corporibus erit aliquid de natura quintæ essentiæ, quam dicunt uenire in compositionem humani corporis ad conciliandum elementa in harmoniā quandam, per quam possint esse apta materia animæ rationalis. Attamen in statu præsenti patit corpus humanū instar aliorum mixtorum ꝓpter dominium naturę elementaris in eo. In resurrectiōe uerò dominabitur natura corporis quinti. propterea corpus humanum tunc impassibile erit. Sed nec hoc stare potest: quoniam corpus quintum, uidelicet cœlum, non uenit naturaliter in compositionem corporis humani. Impossibile quoq; est, ꝙ aliqua uirtus naturalis, qualis est uirtus cœlestis corpo-

corporis, transferat corpus humanum ad proprietatem gloriæ, qualis est impassibilitas corporis glorioſi, cū immutationē corporis humani asscribat Apost. Christi uirtuti dicendo. Qualis cęlestis, tales & cœlestes. Itēq;, Reformabit corpus humilitatis, nostræ &c. nec ita potest natura cœlestis dominari in corpore humano, quin natura elementaris remaneat, cui ex essentialibus suis principijs passibilitas inest. Hinc dicendū, quòd omnis passio fit victoriam agentis superpatiens, alias non retraheret eum ad terminos suos. Impossibile autē est ꝙ aliquid dominetur super patiens, nisi inquantum uigoratur dominum propriæ formæ super materiā patientis, loquendo de passione, quæ est cōtra naturam, de qua nunc loquitur. Non enim potest materiam subijci uni contrariorū fine hoc, quòd tollatur dominium alterius super ipsum, uel saltē diminuatur. Corpus autem humanū, & quicquid in eo existit, est perfectè subiectū animæ rationali, sicut & ipsa perfectè erit subiecta Deo. ideo in corpore glorioso non poterit esse mutatio aliqua contra dispositionem illā, qua perficitur ab anima, & ita corpora illa erunt impassibilia. Si autē obijciatur, quòd mortale est differentia hominis, ita qđ diffinitio hominis est animal rationabile mortale, ergo non potest esse immortalis. Dicendum, quòd mortale ponitur in diffinitione hominis à Philosophis, qui non crediderunt hominem totum aliquā do posse esse immortalem, quia non uiderunt homines nisi secundum mortalitatis statum. Vel pōt dici, quòd secundum Philosophū, quoniā differentiæ essentiales sunt nobis incognitæ, ideo aliquando utimur differentiis accidentalibus ad significā dum essentiales differentias, quæ sunt accidentaliū causæ. Hinc mortale nō ponitur in diffinitione hominis, quasi ipsa mortalitas ad essentiam pertineat hominis, sed quoniam id, quod nūc est causa mortalitatis, uidelicet compositio ex contrariis, & de essentia hominis: sed tāc nō erit causa eius, propter uictoriam animæ super corpus, unde & potentia patiendi erit tunc quasi ligata, non libera. Denicq; qualitates elementares instrumenta sunt animæ unde habetur 2. de Anima, quòd calor ignis in corpore animalis regulatur in actu nutriendi secūdum uirtutem animæ: Dum uero agens principale est perfectū, nec est defectus in instrumento, nulla actio procedit ab instrumento, nisi secundū dispositionem principalis agentis. Hinc in sanctorū corporibus nulla actio, aut passio, poterit prouenire a qualitatibus elementaribus contraria dispositioni animæ intendenti suum corpus conseruare. Præterea secundum Augustinum in epistola ad Consentium, potest uirtus diuina ab ista corporum uisibili atq; tractabili natura quasdam qualitates auferre manentibus alijs. Ideo sicut ab igne fornacis Caldæorū abstulit uirtutem comburendi, quantū ad corpora puerorum, non quantum ad ligna: ita ab humoribus corporum glorioſorū aufert passibilitatē, & dimittit naturam. Postremò, cicatrices uulnerum non fuerunt in Christo, nec in martyribus, prout includūt defectum, sed inquantum sunt signa constantissimæ uirtutis, qua pro Deo, & fide sunt passi, quatenus ex hoc eis, ac aliis gaudiū crescat. Vnde 22. de Ciuitate Dei capita 20. loquitur. Augustinus, Nescio, quomodo sic afficimur amore martyrum beatorum, ut uelimus in regno in eorū corporibus uidere uulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerūt, & fortassis uidebimus Nō em̄ deformitas, sed dignitas est in eis: qa nō cor poris, sed uirtutis pulchritudo in illis fulgebunt.

¶ Ad secundum, quo quæritur, utrum impassibilitas æqualiter erit in omnibus illis: Dicendum, ꝙ impassibilitas consideratur primò secundum se ſicq; quoniam solam negationem, uel priuationē importat, non suscipit magis, & minus, sed æqualis erit in omnibus glorificatis. Secundo penes suam causam, & hc maior erit in uno, quàm in alio. Causa uero ipsius erit dominium animæ super corpus quod dominium causabitur ex hoc, quod immobiliter Deo fruetur. Hinc quo quis perfuetur Deo perfectiº, eo eminētior erit impassibilitas eius.

Ad tertium demū, quo quæritur, an omnes sensus erunt in actu in beatis. Dicendū primò ad istud utrū impassibilitas excludit sensum in actu a beatis, quod omnes ponunt aliquē esse sensum actualem in corporibus beatorūaliàs corporalis uirtus ipsorum post resurrectionē assimilaretur somno potius, quā uigiliæ, quod illorū perfectioni nō cōuenit, quia in somno corpus sensituum non est in ultimo actu uitæ, propter quod somnus uocatur dimidiū uitæ. 1. Ethi. Verūm de mō sentiendi illorum, diuersa diuersi senserunt. Quidam, quòd quoniam corpora glorioſa erunt impassibilia, erunt, & in susceptiua peregrinæ impręsitionis, etiā plus quam cœlestia corpora, nec uidebunt intus suscipiendo, sed extra mittendo, quod esse non poterit quia in resurrectione natura hominis manebit eadem in ipso, & in omnibus partibus eius. Natura autem hominis est sentire intus suscipiendo. Hinc alij dicunt, quod sensus in actu fiet non per receptionē ab obiectis, sed per effluxum a superioribus uiribus. Sed iste modus non faceret uerè sentire: quoniam omnis potentia passiua secundū suæ speciei rationem determinatur ad aliquod speciale actiuum. Cumq; propositum actiuum in sensu exteriori sit res extra animam existens, & non intentio eius existens in imaginatione, aut ratione, idcirco si organū sentiendi non moueatur a rebus ad extra, sed ex imaginatione, aut aliis superioribus uiribus, non erit uere sentire: Non enim dicimus, quod phrenetici, & alii mēte capiti, in quibus propter uictoriam imaginatiuæ uirtutis fit talis speciērum defluxus ad organa sentiendi, veraciter sentiant. Hinc dicendum cum alijs, quòd sensatio corporum glorioſorum erit per susceptionē a rebus exterioribus. Sed sciendum, quòd organa immutantur a rebus dupliciter. Primò immutatione naturali, quando uidelicet organum disponitur eadem qualitate naturali, qua obiectum, ut dum manus fit calida ex attactu rei calidæ. Secundò immutatione spirituali, dū recipitur qualtas sensibilis in organo secundum esse spirituale, hoc est: intentio, seu species qualitatis ipsa quemadmodum pupilla recipit albedinis speciem, non tamen efficitur alba. Itaq; prima receptio non causat sensum per se loquendo, quoniā sensus est receptiuus specierum in materia præter materiam 2. de Anima. Hæc quoq; receptio immutat recipientis naturam quia sic recipitur qualitas secundum esse materiale. Hinc ista receptio non erit in corporibus glorioſis, sed secunda, quę per se facit sensum in actu nec recipientis naturam immutat. Erunt etiam ibi nouæ receptiones in organis, & ex cōsequenti noua iudicia sensus communis, non tamen de hoc noua iudicia intellectus. Sed præhabitis obiici potest Nam uehemens occupatio circa actum, & obiectum unius potētiæ remittit aliarum uiriū actiones. Animæ autem beatorū, quātū ad uires suas superio-

1. Cor. 15. Phil. 3.

Obiectio.

Philos.

Dam. 2.

August.

periores,uehemẽtisſime ſunt intẽtæ circa increatũ obiectum,ergo ſenſibilia non aduertent, nec ſentient,Reſpondendũ,quòd quando unum duorum eſt ratio alterius, occupatio animæ circa unũ nõ impedit,nec remittit occupationẽ eius circa aliud ſicut dũ medicus uidet urinam, non minus poteſt attendere regulas artis de coloribus, ſed magis,& quoniam Deus apprehendetur a ſanctis, ut ratio omnium,quæ ab eis agentur, & cognoſcentur, ió occupatio beatificæ contemplationis non minuet neq; impediet actiones in ſenſibus.Vel dicendum, quod ideo una potentia impeditur in actu ſuo ab alia uehementer occupata, quoniam una potentia per ſe non ſufficit ad operationem diuerſam, niſi ei ſubueniatur per id,quod erat influendum alijs potentijs,aut membris à principio uitæ.Cumq; in ſanctis omnes potentiæ perfectiſſimæ erunt, ideo ex intenta actione,ſeu occupatione unius,alia nequa quam impeditur.

¶Nunc ad tertium reſpondendũ, de quo ſunt duæ opiniones.Vna, quod quamuis uniuerſi ſenſus exteriores erunt in beatis, tamen ſolũ duo ſenſus erunt in actu,uidelicet uiſus,& tactus,nec hoc erit ex defectu ſenſuum,ſed medij, & obiecti: nec tamen erunt fruſtra: quoniam erunt ad naturę integritatem,atq; ad commendandũ ſapientiã creatoris.Sed iſtud nõ uidetur: quoniã quod eſt mediũ ſentiendi in alijs,ſicut aer,qui eſt medio in uidẽdo, eſt etiam medium in audiendo,ac odorando, ut patet 2. de anima.Guſtus quoq; habet mediũ cõiunctũ, ſicut, & tactus,cum guſtus ſit quidã tactus, ut in eodẽ dicitur libro.Odor etiã erit ibi,ſicut cantat eccleſia, quod odoris ſuauiſſimi corpora erunt ſanctorum. Odor autem obiectum eſt odoratus. Laus itẽ uocalis erit in patria.Vnde ſuper illud Pſalmi. Exultationes Dei in gutture eorum,loquitur Auguſtinus Corda,& linguæ non deſinent Deum laudare.Idẽ habetur in Gloſſa ſuper illud Oſeæ: In cantico, & cymbalis.Idcirco dicẽdũ ſm alios, quod etiã odoratus,& auditus erunt ibi in actu, Guſtus uero nõ erit ita in actu,qđ immutetur ab aliquo cibo, aut ſumpto niſi forte dicaſ, qđ erit ibi guſtus in actu per immutationẽ linguæ ab aliqua hũiditate adiũcta.Veruntñ tactus a qualitatibus tangibilibus nõ immutabitur,niſi ſpirituali immutatione, ſicut in corpore.Adæ fuit ante pctũ, q̃ corpus, nec ignis urere,nec gladius ſcindere potuiſſet.Si autem obijciatur, quòd odoratio non ſit ſine fumali euaporatione,quæ non eſt ſine corruptione: dicendum, quod aliqui poſuerunt odorem nõ eſſe niſi euaporationem fumalẽ,quod ſtare non ualet,cum uultus odorem percipiant ex remotiſsimis locis, ad q̃ fumalis euaporatio nequit pertingere,qnamuis totum reſolueretur in uaporem, & præſertim cũ ſenſibilia ad quãlibet partem immutẽt. Nam & odor interdũ immutat medium ſimul, & organũ ſentiẽdi ſpirituali immutatione, ſine omni euaporatiõe ad organũ pertingente. Quod autẽ aliqua euaporatio ibi eſt,inde eſt, quod odor in corporalibus ẽ aliqua humiditate aſperſus Vnde oportet aliquam fieri reſolutionẽ ad hoc, quod percipiatur.In corporibus uero glorioſis odor erit in ſua ultima perfectione,iõ immutabit ſpũali immutatione.Odoratus,quoq; in beatis, quoniã nulla humiditate impedietur,ſicut in nobis nunc accidit, ſentiet nõ ſolũ excellentias odorũ, imo etiã minimas differentias eorundem.Inſuper ſicut iam tactũ eſt,in patria erit laus uocalis, quamuis aliqui aliter dicant, & ſola ſpirituali immutatione organum immutabit auditus, etſi & hoc pp perfectionẽ delectationẽq; ſenſus. Verũ his obijci poteſt, qm̃ uiſio fit ſecundum quod in pupilla recipitur ſpecies rei uiſæ,ſed hoc eſſe non poterit in beatis: quia quod actu eſt lucidũ,non eſt ſpeciei uiſibilis receptiuum, ꝓpter quod ſpeculum directè ſub ſolis radio poſitum,nõ repreſentat ſpeciem oppoſiti corporis. Cum ergo pupilla in beatis erit toraliter luce perfuſa, non uidebit recipere ſpeciem corporis colorati.Dicendũ quòd augmentatio luminis non impedit ſpiritualẽ receptionem ſpeciei coloris, dũmodo maneat in natura diaphani. Nã quanto plus aer illuminetur, tanto aptiùs medium eſt ad uidendum, niſi defectus ſit ex uiſus debilitate:Quod autem in ſpeculo directè oppoſito non apparet ſimilitudo rei oppoſitæ,eſt ex reuerberationis defectu,ad quã requiritur quid obſcurum, propter quod in ſpeculo plumbũ adiungitur uitro, quam obſcuritatem radius ſolis repellit.Claritas demũ corporis glorioſi,nõ aufert diaphaneitatem a pupilla,quia gloria nõ tollit naturam. Vnde magnitudo claritatis in pupilla, plus ꝓferet ad uiſus acumen, quàm ad eius defectum. Hæc Thomas in Scripto. Richard.

Concordãt Petrus,& Richardus per omnia. Aſſerit quoq; Richardus,quòd quiliber ſenſus exterior erit in aliquo actu,atq; quod guſtꝰ erit ibi apprehenſiuus ſaporum perimutationẽ animalẽ, ex ui beatitudinis animæ, ut aliqui opinantur, uel ut alij ſcribunt, ex quadam humiditate exiſtẽte in lingua beatorum habente ſoporem illi perfectioni conuenientem, quæ indefinenter in lingua ſeruabitur.Et ut mihi uidetur,humiditas illa fiet in lingua per creationem,uel in lingua cauſabitur ex ui beatitudinis animæ.Erit item in patria ſonus, & laus uocalis, & immutabit auditum ſine materiali immutatione facta in ipſo auditu,ac medio,& generabitur in medio abſque materiali paſſibilitate, & hoc,uel in aere, uel in loco formationis ipſius uocis reſeruato,qui ibi incorruptibiliter permanebit vel dici poteſt, quòd partes cœli empyrei diuidi poterunt,& recludi,& ſecundum partes ſuas moueri motu tremoris neceſſariò ad uocis formationem,& inſpirationem, ac reſpirationem. Nempe cum hic motus ſit uitalis, dicunt aliqui quod erit in beatis ita, qđ ſic ſe habebit corpus illud ad corpora glorificata, ſicut hic aer ad corpora corruptibilia, & quod cœlum aqueũ ita ſe habebit ad eos, ſicut terra ad nos in hac uita, ſic quod habebunt pedes ſuos ſuper conuexum cœli illius, quamuis quandocunque placuerit eis, poterunt ſe inde leuare ſine difficultate, & tenere in alto, & tamen cœlum illud incorruptibilis eſt naturæ.Quẽadmodũ enim in cœlo ſtellato ſunt firmitas, atq; ſoliditas,ita ut partes eius ab inuicem diuidi nequeant uirtute creata,quæ tamẽ cauſatæ nõ ſunt per qualitates primas contrarias: ſic qualitas,qua cœlum empyreum eſt penetrabile, ac modo præfato paſſibile,non eſt de illarum numero qualitatum, nec cauſata ex illis.Quod autem paſſibilitas illa incorruptioni cœli illius non repugnet,uidetur poſſe ꝓbari auctoritate.Augu.2.ſuper Gene.proteſtantis: Cœlo non moto,ſi ſola ſidera uerterẽtur, fieri potuiſſe omnia, quæ in ipſis ſiderũ queſtionibus animaduerſa exiſtunt, ac deprehẽſa. In quibus uerbis ſentire uidetur, ſtellam poſſe incedere de una parte cœli ad aliam, quod ſine diuiſione partium cœli, & reunione earum naturaliter fieri nõ ualeret, & tamen cęlũ illud incorruptibile eſt. Hoc tamen

Pſal.149. Auguſt. Oſeæ.13.

Obiectio.

Odor qũo in corporibus glorioſis.

tamen de cœlo ſtellato non approbo. Hæc Richa.

¶Quo circa ſciendum, quòd beatus Auguſti.in his,quæ philoſophiam cõcernunt. Platonẽ ꝑcipue eſt ſequutus.Plato autẽ dixit cœlũ ſtare,non circũferri,ſed ſtellas moueri p illud. Vñ in primo ait Timæi:Per cœli orbẽ ſidera meãt, & ducunt choreã: quã poſitionem Ptolomæus quoq; ſequutus eſt,q (ut in ꝓlogo ſuper Geneſim fatetur Hieronymus) in Platonis dogma cadere videbatur. Et quamuis Richardus iſtud non approbet in hoc loco de poſſibilitate inceſſionis ſtellarum per partes cœli, nihilominus in Scripto ſuper ſm ſequitur eos,qui dicunt planetas per ſuos orbes moueri,quod ſine ordium illorum diuiſione fieri non poſſe tenetur.

Plato. Ptoleme. Hierony.

Albertus. 1.Cor.15.

Præterea circa prædicta ſcribit Albertus:Vnũquodq; corporũ in reſurrectione recipiet quantitatem in longo,lato & ſpiſſo,in menſura ætatis plenitudinis Chriſti,ſi natura non defeciſſet per infirmitatem,aut mortem,aut nutrimenti ſubtractionẽ nec erraſſet per alimentorum ſuperfluitatẽ,alium ve errorem. De dote demum impaſſibilitatis dicẽdũ,q̃ cũ impaſſibilitas ſit præmiũ quoddã, nõ erit æqualiter,neq; æqualis in omnibus, ſicut nec aliæ dotes.Et quoniã præmia non ſunt æqualia. Et quãuis dicat priuationẽ,tñ fundatur ſuper habitum ſcientẽ illã impaſſibilitatẽ, q̃uis etiam non plura bona priuet in vno,q̃ alio,attñ in uno priuat habitũ ſeu qualitatẽ fortiorem,quàm in alio. Omnis quoq; paſſibilitas eſt ex materia,& impaſſibilitas eſt ex forma ideo habitus exaltantes formam ſuper materiam ad tollendum priuationes,& diſpoſitiones contrarias formæ,impaſſibiliiatem perficiunt. Hi verò habitus exaltantes nequeunt eſſe niſi gratia, & gloria,quæ continent,& ligant agentia, ac patientia,ut nunquam agant ad diſcraſiam complexionis,aut ad diuiſionẽ partium compoſitionis,q̃ qualiter fieri poſſit,ſic poteſt intelligi.Nã vt Ariſtoteles innuit,& Cõmentator exponit,elementa ſaluantur in mixto,quantũ ad ſuas formas ſubſtantiales.Proprietates uero elementares,utpote qualitates primæ actiuæ,& paſſiuæ,non ſunt in mixto ſm proprium modum,ſeu actum. Vnumquodq; enim contrariorum alteratum eſt ab altero ſecundum actum mixti.Continẽs vero, ſeu ligans actum mixti,eſt omne illud,quod impedit intentionẽ,ſeu prẽualentiam unius ſuper aliud in actu mixti,& miſcibilium vnione, vt ſunt medicinalia conſeruantia ſanitatem, & loco medicinalium imaginemur poni in corpore habitus quoſdam faciens alium, & alium ſtatũ,non diuerſam naturã, & ſtatus,in quo ſic prævalet actus mixti,quod omnino dominatur potentijs miſcibiliũ, ſic quod nunquã intendi valeat,aut remitti,nec à cauſa interiori, nec exteriori,eſt ſtatus mixti inalterabilis, ac impaſſibilis. Et hæc eſt impaſſibilitas corporis glorioſi. Hæc Albe.

Philoſophus.

Ligans actũ mixti quod ſit

Bonauen. quæſtio.

¶Prẽterea Bonauentura circa hæc ſciſcitatur, utrum beatitudo, ſeu gloria corporis in dotibus iſtis conſiſtens ſit originaliter a felicitate, & gloria animæ. Reſpondet de dotibus corporis in quibus glorificatio eius cõſiſtit,cõtingit loqui dupliciter. Primò,quantũ ad earũ diſpoſitionẽ.Secundò,quo ad earum conſumationẽ. Primo modo ſunt diſpoſitiones,ſeu abſolutæ corporis qualitates, ei in ſua glorificatione donandæ.Sed ſecundo modo acceptæ,ſunt a beatitudine animę,ſeu ab anima glorioſa,ſicut enim nunc influit anima corpori,& ex influentia illa corpus coloratiùs,viuaciùs,durabiliùs q; efficitur, ſic anima glorioſa influens in corpus reſuſcitatum,omnes has dotes,ad quas corpus habuit diſpoſitionẽ,per meritũ perficit, & ꝓſummat. Inſuper ſufficientia quatuor dotium. quadrupliciter aſſignantur,& duo modi expreſſi ſunt. Tertius tamen ſumitur penes cauſam formalem.Nam vt aliqui dicunt, cum in corpore noſtro cum natura elementari ſit natura cœleſtis concilians,atq; natura elementaris conciliata, mõ dominatur in corpore natura elementaris,poſt reſurrectionẽ uero natura cœleſtis,quę eſt natura lucis,quæ erit ſicut cauſa formalis,& cõpletiua corporis glorificati.Cũq; lux habeat quatuor iſtas proprietates, quæ ſunt claritas,ſubtilitas,agilitas,impaſſibilitas, conueniẽter hę quatuor lucis proprietates ponuntur corporũ dotes.Quartò accipitur ſecundũ cauſam materialem. Corpus etenim noſtrũ eſt ex quatuor elementis compoſitum, quæ quadruplicem habẽt defectũ,qúia ab aqua eſt paſſibilitas, à terra obſcuritas.Nã, ſicut humidũ aqueũ corpus corrũpit ſic terra(quæ eſt opaca)obſcuritatẽ inducit. Ab igne verò animalitas:quoniam ignis ſuo calore conſumit cõtinuè,propter quod indiget cõtinua alimonia.Ab aere autem habet corpus infirmitatem, eo q̃ aer facillimè immutetur, & impellentibus cedit Itaq; contra hæc quatuor mala indiget corpus his quatuor dotibus,hæc mala tollentibus, utpote impaſſibilitate contra corruptionẽ, claritate ꝓ obſcuritatem,ſpiritualitate,ſeu ſubtilitate ꝓ infirmitatẽ, virtute ſeu agilitate ꝓ animalitatẽ. Hæc demũ ſufficiẽtia eſt,alijs aptior, quia ꝑcipuè cõcordat auctoritati Apoſtoli aſſerẽtis ad Corinthios. Seminatur in corruptione,ſurget in incorruptione. (Ecce impaſſibilitas) ſeminatur ĩ ignobilitate,ſurget in gloria,(ecce claritas)ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute(ecce penetrabilitas(ſeminatur animale ſurget ſpirituale,(ecce agilitas). Deniq; dotes iſtæ recipiunt magis, & minus. Quædam namq; recipiunt magis,& minus per admixtionẽ contrarij,ut quando utrunq; contrarium eſt aliquid poſitiuũ, ſicut albũ,& nigrũ. Quædã uero per aſceſſum ad cõplementum, vt ea,quorum oppoſita ſunt priuatiua,ut bonum,& malum,lux & tenebræ,ſicq, dotes recipiunt magis, & minus.

Lucis proprietates quatuor.

1.Cor.15.

Si autem quæratur,an omnes ſenſus erunt ibi in actu,Dicendum,quòd poſſe ſentire eſt ex coniunctione potentiæ ſenſitiuæ cum organo proprio bene diſpoſito.Sentire uero eſt ex coniunctione potentiæ,cum obiecto. Quoniam ergo in patria erũt potẽtiæ cõiunctæ organis optimè diſpoſitis, erunt ibi omnes potentię ſentiendi.Sed quia obiecta omniũ nõ erunt in gloria,ſed quorundã, ideo quidã ſenſus erunt in actu ſuo,& quidã non.Obiecta q̃pe quorũdã ſenſuum ſunt proprietates abſolutæ, quæ recipiũtur in corpore glorificato, ut color in viſu,leuitãs in tactu.Cũq; corpus glorioſum reſurrecturum ſit cum humiditate,& leuitate, erunt ibi obiecta,& actus uiſus,& tactus. Obiecta autẽ aliorum ſenſuum non ſunt proprietates corporis glorificati,nec proprietates abſolutæ, ſed emanatiões à corporibus, vt odor,& ſonus. ideo horum triũ ſenſuum actus in patria non conſiſtẽt. De ſono tamen ambigitur, an laus uocalis in patria erit, quã ibi ponere.nec uidetur neceſſarium, nec apertè falſum.idcirco de hoc opinari eſt licitum.Hæc Bona. In quibus vltimum iſtud non reputatur idoneè dictũ,imo poſitio ex Thoma,ac alijs recitata,verior, cõmunior,rationabiliorq; cenſetur. Nãin reprobis erit ſenſibilis,& nimis acerbus dolor in quolibet ſenſu exteriori.Et conſtat, quòd ſenſus omnes exteriores copioſius,& glorioſius actuabuntur,&

Quæſtio.

Dion. car. in Bonau.

Quæstio. glorificabũtur in electis,quã affligent in reprobis.

¶Porr ò dum quęritur, an erũt impassibilia.Respondẽdũ, quòd secundum quosdã natura cęlestis dominatur in gloriosis corporibus,quæ omnino ꝓciliat elementa, & elementaré naturã quasi absorbet.Sed istud est dubium,quo mõ natura cœlestis sit in compositiõe corporis nostri, quod non uidetur cõponi nisi ex quatuor elemẽtis.Idcirco dicendum,quod elemẽta manent in corpore glorificato secundũ substantiã,& qualitatis, & operationes. Veruntamen attendendum,quòd operatio est quadruplex.Prima est ad constitutionẽ, & hæc est operatio mixtionis: Secunda est ad conseruationẽ & hæc est ministerialis delatio caloris vitalis per corpus, & hæ duæ manebunt in patria. Tertia est pugnæ ordinãs ad dissolutionẽ. Quarta exterioris impressionis, qua operatio vnius elementi super aliud intenditur,ac roboratur. Vnde & oritur inter ea pugna, & hæ duæ non manebunt triplici ratione.Prima est temperata mixtio confringens cõtrarietatẽ.Secunda est elementariũ appetitus, qui etatio. Tertiò est animæ prædominantis, ac influẽtis conseruatio. Ratione primi non impugnat, ratione secundi impugnare non possunt,ratione tertii necessariò conquiescunt.

Quæstio. ¶Postremò,si quæras, an corpus gloriosum sit impassibile passione ab extrinseco veniente, vt ab igne,seu cultello:Dicendum, quòd corpus gloriosum est impassibile ab extrinseco omni genere passionis corrumpentis,quæ duplex est,una ꝓ influentiam, sicut ignis cõburit corpus.alia per violentiã, sicut cultello caro diuiditur.Prima horum non est in corpore glorioso,quoniã talis influentia,aut est secundum ordinem iustitiæ,& hæc est in damnatis secundum diuinæ iustitiæ ordinem.Alia est secundum ordinem naturæ,& ista est solum,quando patiens est talis naturæ, quòd materia sua appetit esse sub alio actu.Priuatio namq: est principium patiẽdi.In corporibus autem glorificatis terminati iam sunt huiusmodi appetitus. ideo si corpus gloriosum poneretur in igne infernali,nõ læderetur.Alia demum est actio per violentiam, & de hac aliqui dicunt,quòd corpus glorioſum non patitur,quia non est qui inferat,& si quis vellet inferre, corpus gloriosum posset subito declinare. Sed iuxta hoc corpus Adæ ante lapsum habuisset dotem impassibilitas:Ponatur enim per impossibile, quòd cultellus applicetur huiusmodi ventri,aut uẽter resisteret, an nõ. Si nõ,ergo vẽter lædetur,ac patietur, aut nõ Si resistit, quæro qua virtute:Et dicũt aliqui, quòd habet naturam quintæ essentiæ, quæ non est diuisibilis, neq; secabilis.Vnde si quis iuxta solẽ existeret impingeretq; cultellum,non pertransiret, neq; resisteret per naturam duri, ac mollis, sed quia caret mollitie,& duritia, & passibilitate. Sed cum hoc intelligere sit prorsus difficile, hinc dicendum, ꝙ corpus gloriosum pati nequit ex violentia,aut duritia corporis obuiantis; quoniam omne corpus est peruium ei,& illud pertransit, ut infra dicetur, Vnde si quis haberet cristalinum cultellũ, per eius ictum non expelleret radium, imo radius penetraret,nec pateretur ab illo , sic in proposito intelligẽdum est corpus glorioſum penetrare cultellum absque læsione.Hæc Bonauentura.

¶At uero Thomas de Argẽtina:Causam,inquit, passibilitatis corporum gloriosorum qdã assignãt cessationẽ motus cœli,quia motus cœlestis,est primus omnium mutationum,ac motuum, & primo motu cessante,necesse est alios omne, cessare. Sed contra istos est articulus Parrhisiensis, qui dicit quod stante cœlo, & igne approximato stuppæ,dicere quod ignis non comburat stuppam,error est. Hæc Argentinensis.

¶Amplius Scotus:Homo,ait, non potest esse beatus sine immortali uita.Totus autẽ homo erit beatus:qm̃ totus meruit.Rursus,homo habebit perfectionem suæ naturæ conuenientem,& talis est immortalitas: quoniam animæ immortali non repugnat perpetuè perficere perfectibile suum. Hinc sicut ex animę immortalitate probatur resurrectio corporis,ita & immortalitas hominis, & per consequens corporis, & ita in homine potentia susciendi immortalitatem.Omni autẽ passiuæ correspondet actiua potentia extrinseca, vel intrinseca, & posset forsan poni potentia intrinseca, ponendo qualitates esse redactas ad tantam æqualitatẽ, vt una non posset esse principium agendi in aliam attamen istud non esset sufficiens causa ad saluandum impassibilitatem respectu agentis extrinseci. Denique anima constituta est media inter Deum, & corporalem naturam.ergo dum ipsa fuerit superiori suo,videlicet Deo perfectè obediens, ac plenè subiecta,erit eius inferiùs, utpote corpus ei omnino subiectum,inseparabiliterq; cõiunctum. Sed cõtra hoc obiici potest, quòd anima in suo corpore qualitates contrarias exigit,& præsupponit, nõ ergo ei repugnant.Ideo dico,quòd causa impassibilitatis corporis glorioſi,est voluntas diuina,non coagẽs causæ secundæ corruptiuæ. & per hoc est corpus incorruptibile nõ potẽtia remota sed propinqua,non a causa intrinseca,sed extrinseca, impediente: cuius exẽplum est de igne in camino,nõ agente,ad consumptionẽ corporum triũ puerorũ Verum ꝙ hoc arguitur, qa sic dos nõ esset aliquid intrinsecum,& inhærẽs corpori. Dicẽdum,ꝙ corpus beati habet ius qdã ad tale in Dei custodiã, ac præseruationem ab omni corruptione.Nec cessatio motus cœlestis est causa incorruptibilitatis illius. Nam quãuis motus cœli habet aliquam primitatẽ ad alios motus, videlicet vniformitatis, & velocitatis,non tamen causalitatis,nisi inquantum adduxit generans agẽdo ad præsentiam, & approximationẽ,quod est esse causam per accidens.Rursus,si instetur,quia(secundum Gregorium) necessariò corruptibile est, quod palpatur: Dico quòd auctoritas illa necessaria non videtur. Quare em̃ non posset palpari digito ibi existẽte,intelligendo palpationẽ ita,quòd corpus cœleſte,sensibiliter resisteret tactui,quamuis non afficiendo per aliquã qualitatẽ,utpotè nec,ut durum, nec vt molle,nec ut calidum,neq: ut frigidum.Quod autẽ palpatur secundum aliquam qualitatem sensibilem immutãdo,bene est corruptibile.Hec Scotus,qui etiam cõcedit,quòd visus,& auditus(qui sunt sensus magis spirituales)erunt in actu,præsertim si erit ibi sonus De sensibus vero ad nutritionẽ pertinentibus,non sic apparet,sed in his dicta ex sancto Thoma,multo his rationabiliora,& solidiora videntur.

¶Insup Henricus nono interrogat quodlibeto, vtrũ dos impassibilitatis sit aliqua dispositio positiua corporis glorioſi.Respõdet: In corporibus sanctorũ erũt pfectæ opatiões oium viriũ intellectiuarũ,& sensitiuarum.Volẽt em̃,& sciẽt, videbunt & audiẽt,& uniuersaliter sẽtiẽt qcunq; sunt eis,& beatitudinum eorum pueniẽtia,tã ex parte virium interiorum,ꝙ exteriorum.Hinc oportet in illis dotẽ ponere impassibilitatis: quod requirit natura animæ humanę,quoniã esse in corpore ei est naturale si

Obiectio.

Dan.3.

le,sicut naturale est graui esse in centro. Vnde esse extra corpus, est contra suam naturam,sicut ꝙ naturam est grauis, esse sursum. Hinc & ꝙ naturã animæ est aliquid esse in corpore suo,per quod necessariò habet aliquando esse extra corpus,& hoc est mortalitas,seu corruptiua passibilitas corporis.Iõ anima nõ habet naturalẽ suã perfectionẽ,ac liberã nisi impassibile corpus recipiat: ꝙ cũ naturaliter fieri nequeat,oportet hoc fieri per aliquid supernaturale,puta per dotem impassibilitas. De qua q̃stio est an sit,& quomodo habet esse, & quid agat in corpore.Quo circa sciendum, quòd immortalitas,seu impassibilitas triplex est. Vna, quæ fuit in statu innocentiæ, qua hõ potuit non mori per diuturnam præseruationem a morte,& corruptione ex esu ligni uitæ,quousq; aperetur ad secundam immortalitatem,quæ erit corporum glorioſorum post resurrectionẽ.Secunda immortalitas erit corporũ glorioſorũ, qua hõ nõ poterit mori ab aliq̃ causa intrinseca,vel extrinseca agẽte.Tertia est immortalitas, qua quis nullo modo põt mori, qualis est immortalitas eius, qui formaliter necesse est esse,& est suum esse , qualis est immortalitas Dei solius:Nunc ergo quærimus causam impassibilitatis secundo modo acceptæ,nec dicere possumus, qđ sola Dei voluntas sit causa ipsius, iuxta quẽ modũ Plato differuit in Timæo,voluntatem Dei esse causã immortalitatis,& idissolubilitatis,Deorũ, i hoc ipso sentiens multo melius Aristotile. Nã Dei uoluntas est solũ cã extrinseca impassibilitatis, quæ dos uocatur,quam oportet esse aliquid positiuum in corpore tali , nec hoc põt esse aliqua uirtus elementaris,neq; cęlestis,sicut probatũ est:sed oportet hoc esse aliquid supernaturale. Et sunt,q dicunt ꝙ dispositio illa non sit aliud, q̃ gloria animæ,per q̃ corpus suũ erit plenè subiectũ. Hoc tñ nõ uidet sufficere: quoniã quantumcunq; corpus subiectũ sit animæ, si in corpore nihil receptum sit , per qđ ex se sit impassibile,pos sitq; pati. Ideo dico,quòd radix passibilitatis est priuatio formæ existens in materia.Ex unione,uerò animæ glorioſæ cum corpore suo ab omni fomite mundo ex redundantia glorioſæ animæ in corpus,infunditur corpori dispositio,auferens dispositionem defectuũ,quæ erat priuatio,quẽadmodũ aduenięte alia qualibet forma,tollitur priuatio,quæ fuit carẽtia formæ illius: sicq; sublata dispositione illa defectiua, dispositio ista illi contraria per se ponit impassibilitatem, inimica eius morte destructa , & ita mortale hoc induit immortalitatem, & corruptibile incorruptionem.Hæc Henricus.

¶At uerò Gulielmus libro de uniuerso: Quoniã, inquit,quædam animæ humanæ glorificandæ sunt reddẽda sunt illis corpora nõ solũ immortalia.sed etiam impassibilia,& nutrimẽto nõ indigẽtia. Erũt ẽt illis aliæ mirabiles, & supernaturales dispositiones,propter quas ipsa meritò glorificata uocabũtur.Si enim passibilia essent,læsionibus eorũ essent aliæ dolori abnoxiæ,& ita nõ essent verè felices. Veruntñ nõ hoc intendimus dicere, quòd per gloriã illã futurã omnino destruat defectibilitas naturalis in animabus,aut corporibus illis: sed quod prohibetur ab actu suo prohibitione impassibilitatis perpetuæ.Cuius exemplum est in vase solidissimo impenetrabiliter recluso,in quo aqua ineluſa a sua effluxione totaliter prohibetur nihilominus suam fluxibilitatem nequaquã amittit. Clariùs autẽ exemplum est in crystallo,in qua aqua a suo fluxu indelebiliter impeditur,quamuis in sua natura perse ueret fluxibilis.Hęc Gulielmus,qui super his scribit prolixè,& de modo operationis sensuum exteriorum in beatis , an scilicet tam perfectè videant, & audiant a remoto,vt a propinquo, & utrũ ab obiectis immutentur. Et dicit hoc per omnipotẽtis moderantiam fieri posse , ut distantia obiecti non impediat perfectam sensationẽ ipsius.Et rursus,quòd sicut vires superiores sunt in ultimitate suæ actualitatis respectu omnium intelligibilium, præsertim post diem iudicij, & velut speculum in effectu intelligibilium oĩm:ita & dici potest,ipsos sensus tũc futuros in vltimitate suæ perfectionis,& actualitatis,per hoc,quòd erunt tanquam speculum in effectu,seu actu sensibilium vniuersorum,unusquisq; videlicet sensus respectu sui obiecti, ita quòd ultra non indigebunt ab obiectis immutari.Nam & hoc ad perfectionem sensuum pro statu illo amplius pertinet,atq; ad simultatem gaudij, quod ex apprehensione obiectorum suorum habebunt.

QVAESTIO V.

AMplius quæritur, *An corpori glorioso ex sua subtilitate conueniat naturaliter, aut saltẽ supernaturaliter esse simul in eodem loco cum alio corpore glorificato,& nõ glorificato, an ettam tale corpus commensuretur loco.sitque palpabile*. In hac quæstione multa tanguntur, & includuntur. Et primò in ea supponitur,quòd subtilitas sit dos,atq; proprietas corporis glorioſi, contra quod arguitur.Nam corpora glorificata habebunt carnem,& ossa,sicut & Christus post resurrectionem suã loquutus est: Videte,& palpate,quoniam spiritus carnem , & ossa non habet,sicut me uidetis habere.Et ita sunt grossa,ac solida , non subtilia,& aliorum penetratiua. Rursus,elementa subtiliora habent de materia minus,quàm alia,ut patet de elementis ignis elementaris,& aeris,sed carnes,& ossa sunt valde materialia.Iterum proprietas,donum & decor gratuitorũ excedunt proprietatem,& ornatum naturalium,sicut & claritas corporis glorificati claritatem solis,quæ maxima est, in natura , creditur excessura: ergo subtilitas corporum glorioſorum maior erit subtilitate cuiuscũq; corporis naturalis; sicq; subtiliora essent vento,& aere , quod Gregorius reppbat,& sancti concorditer negant.

¶Ad hoc Thomas respondet. Nomẽ subtilitatis à potestate penetrandi acceptũ est. Vñ secũdo de generatione asseritur.Subtile est,quod repletiuum est partibus,& partium partibus.Porro,quod corpus ut penetratiuũ ex duobus contingit.Primò ex paruitate quantitatis,præsertim secũdũ profunditatem & latitudinẽ, non secundũ lõgitudinẽ: qm̃ penetratio fit in profundum ꝓp quod longitudo penetrationi non obstat.Secundo ex pauciate materiæ,ideo rara vocamus subtilia.Cũq; in corporibus raris forma prædominetur materiæ, ideo nomen subtilitatis magis translatum est ad corpora illa, quæ optimè substant formę, & perficiũtur ab ea perfectissimo mõ: sicq; dicimus subtilitatem naturæ in corporibus esse cœlestibus.Et quoniam in corporea carent quantitate, atq; materia nomen subtilitatis etiam ad ea trãsfetur , non solum ratione substantiæ suæ,sed & virtutis.Sicut enim subtile dicit penetratiuũ,quia pertingit vsq; intima rei ita,& itellectus vocat subtilis,ꝙ ptingit ad cognoscendum intimas rerum naturas,proprietates ,& vires.Et iuxta hoc diuersi diuersimode attribuerũt subtilitatẽ corporibꝰ gloriosis.Nępe(ut recitat Augusti.)quidã hæretici attribuerunt eis subtilitatem prout ip irituales substantiæ subtiles vocantur, di-

centes, quod in ſpiritū conuertuntur, quod falſum eſt: quoniam corpus in ſpiritum conuerti non valet, quia non communicant in materia, nec poſt reſurrectionem vere homines eſſent, cum caro ſit
Auguſti. de hominis ratione. Hinc alii dixerunt hæretici, ꝙ corpora erunt ſubtilia per rare factionem, ita qđ vento, & aeri erũt ſimillima. Sed hoc decimo quarto. Moralium reprobat Gregorius, quoniã corpus
Gregori. Luce. 24. Ioh. 20. Chriſti in ſubtilitate potiſſimum, carnem & oſſa ſe habere mõſtrauit. Et ſanctus Iob ait: In carne mea videbo Deum ſaluatorẽ meũ. Caro autem, & oſſa talem raritatem non admittunt. Idcirco dicẽdum, quòd dicuntur ſubtilia propter completiſſimam corporis perfectionem. Sed hanc perfectionẽ diuerſi uariis modis eis attribuunt. Quidam ratione quintę eſſentiæ, quod improbatũ eſt ſupra. alii ratione dominii animæ beatę ſuper, propriũ corpus, propter, quod etiam corpus illud uocatur ſpirituale id eſt omnino ſubiectũ ſpiritui. Prima quippe ſubiectio, qua corpus ſubiicitur animæ, eſt ad particip andum eſſe ſpecificum, & prout ſubiicitur animę ad alia opera eius, ſecundum quod anima eſt motor, ideo prima ratio ſpiritualitatis in corpore, eſt ex ſubtilitate, deinde ex agilitate, ac aliis proprietatibus corporis glorioſi. Hinc per ſpiritualitatem. Apoſtolus ſubtilitatem deſignat. Ex quibus patent obiecta.

Quæſtio. Ad id uero, quod q̃ritur, an corpus glorioſum per ſuam ſubtilitatem poſſit eſſe in eodẽ loco cũ alio corpore non glorioſo. Et dicẽdum, quòd hoc dici non ualet, niſi per ſubtilitatem auferatur ab eo id, quo nunc prohibetur ſimul eſſe cũ alio corpore in loco eodem, & (ut aliqui dicũt) prohibetur ab hoc ratione corpulẽtiæ ſuæ in hac vita, per quam corpulentiam replet locum, quę per dotem ſubtilitatis aufertur ab eo, quod ſtare non ualet. Primò, quoniã corpulẽtia (quam ſubtilitas aufert) pertinet ad defectum, cum ſit inordinatio quędam materiæ non perfecte ſubſtantiæ ſuæ formæ, Totũ enim, quod ad integritatem corporis pertinet, in corpore reſurget, tam ex parte formæ, quã ex parte materiæ, quia quòd corpus repletiuum eſt loci habet per id, quod eſt de integritate naturæ eius, non ex defectu naturæ. Cum enim plenum vacuo opponatur, id ſolum non replet locum, quo poſito in loco, locus nihilominus remanet vacuus. Vacuum namq; quarto Phyſicorum diffinitur, quod eſt locus non repletus ſenſibili corpore. Corpus vero ſenſibile dicitur ex materia, & forma, & naturalibus accidentibus, quæ omnia ad integritatem pertinent naturę. Conſtat autem, quod corpus glorioſum erit ſenſibile ſecundm tactum, ideo non obſtãte dote ſubtilitatis, replebit locũ imo inſania uĩ dicere, quòd locus, in quo eſſet corpus glorificatum, conſiſteret vacuus. Secundò, quoniam impedire coexiſtentiam corporum in eodem loco, eſt in plus, quàm locum replere. Si enim ponamus dimenſiones ſeparatas ſine materia, illę dimenſiones non replent locum. Vnde quidam ponẽtes vacuũ dixerunt uacuum eſſe locũ, in quo ſunt huiuſmodi dimenſiones ſine ſenſibili corpore, & tamẽ iſtæ dimenſiones nequeunt ſimul eſſe cum aliquo corpore in loco eodem, ut quarto Phyſicorum, & tertio Metaphyſicæ dicitur, ubi Philoſophus habet pro inconuenienti, quod corpus mathematicũ, ꝙ nõ aliud eſt, quàm dimenſiones ſeparatæ, ſi ſimul cũ ſenſibili corpore naturali. Hinc dato, ꝙ ſubtilitas corporis glorioſi auferret ab eo hoc ꝙ eſt locũ replere, nõ tamen ſequeretur, quod ob hoc poſſit ſimul eſſe cum alio corpore in eodem loco, quia remoto eo, quod in minus eſt non remouetur id, quod in plus eſt, ideo dicendum, quòd id, quod nunc impedit noſtrum corpus ſimul eſſe in eodẽ loco cum alio corpore. nullo modo poteſt remoueri ab eo ꝙ dotẽ ſubtilitatis. Nil enim poteſt prohibere corpus, ne ſimul ſit ſituatũ cũ alio corpore in loco eodẽ, niſi hoc, quod in eo requirit ſitũ diuerſum. Nihil enim eſt impeditũ identitatis, niſi quod cauſa eſt diuerſitatis, quam diſtinctionẽ nõ requirit aliqua corporis qualitas, quoniã corpori non debetur aliquis ſitus ratiõe qualitatis. Hinc remoto a corpore ſenſibili eſſe calidum, aut frigidũ, graue aut leue, nihilominus manet in eo neceſſitas prædictæ diſtinctionis. Materia quoq; nõ põt inducere neceſſitatem prędictæ diſtinctionis, quia materiæ non aduenit ſitus, niſi mediante, quantitate dimenſiua, ſed nec forma ſitum habet, niſi mediante quantitate ſitũ habente. Reſtat ergo, quòd neceſſitas diſtinctionis duorum corporum in ſitu cauſatur a natura quantitatis dimenſiuæ, cui per ſe conuenit ſitus. Nam cadit in eius diffinitione, quæ dr, quantitas dimenſiua eſt quantitas habens ſitũ. Cũq; materię cõpetat ſitus, inquantũ ſubſtat dimenſioni impoſſibile eſt duas eſſe materias, niſi ſit diſtinctio ſitus. Et quia diſtinctio materiæ eſt principium diſtinctionis individuorũ. Boetius in libro de Trinitate fatetur: duobus corporibus unũ nullatenus poſſumus, vt hanc ſaltem accidentium uarietatem diſtinctio individuorũ requirat. Porro dos ſubtilitatis à corpore glorioſo dimẽſionẽ nõ aufert, idcirco non aufert ei neceſſitatem prædictam diſtinctionis ſitu ab alio corpore: ſicq; corpus glorioſum ex dote ſubtilitatis non habebit, ꝙ ſimul eſſe poſſit in loco eodem cum alio corpore, ſed virtute diuina hoc fiet miraculosè, ſicut ad umbram corporis beatiſſimi Petri ſanabantur infirmi. Hinc corpus Chriſti non virtute ſubtilitatis, ſed diuinę poteſtatis exiuit de vtero virginis, introiuitq; domũ ianuis clauſis. Similiter corpora glorioſa penetrabũt orbes celeſtes, facto extremo iudicio, ad cęlũ empyreũ aſcendẽdo. Hinc patet reſpõſio ad q̃ſtionẽ, qua quæritur, utrũ virtute diuina duo corpora poſſunt eſſe ſimul in loco eodẽ. Nępe (ut patuit) pp hoc neceſſe eſt duo corpora in locis eſſe diſtinctis, quia diuerſitas materiæ diſtinctionẽ requirit in ſitu. Vnde uidemus, quòd dum duo corpora ueniũt in unũ, diſtruitur vtriuſq; eſſe diſtinctũ, & acquirũt vnũ eſſe, ut patet in mixtionibus. Nõ igit põt eſſe, quòd duo corpora remaneant duo, & tñ ſint ſimul, niſi utriq; conſeruetur eſſe ſuũ diſtinctũ quo, & iã ante fuit indiuiſum a ſe, & diuiſum ab alijs, ꝙ eſſe depẽdet ab eſſentialib⁹ principijs rei, ſicut a proxima cauſa, atq; a Deo ſicut à cauſa prima, quẽadmodũ dictũ eſt ſupra, ꝙ eſſe accidentis depẽdet a ſubiecto ſicut a cã ꝓxima, & a Deo tanq̃ a prima cauſa. Cũq; prima cauſa ualeat rẽ cõſeruare in eſſe ſiue ſecundis, ac proximis cauſis, ut probat ex prima propoſitiõe libri de Cauſis, hinc uirtute diuina, & ea dũtaxat, fieri põt, vt accidẽs ſit ſine ſubiecto. vt in ſacro altaris ſimiliter, ꝙ corpori remaneat eſſe diſtinctũ ab alio corpore q̃uis eius mã nõ ſit ſitũ diſtincta ab alteri⁹ corporis materia. ſicq; miraculosè agit, ꝙ duo corpora ſimul ſint in odẽ loco. Et quãuis contra hoc fiãt multæ obiectiones, q̃ prima facie fortes videntur: tamen aut falſum ſupponũt, aut ex principiis naturalibus, pducunt, quæ omnipotentiæ Dei limites nõ præfigunt, nec ex hac fidei aſſertione ſequit cõtradictiõis implicatio

Actorũ. 5. Ioh. 20. Quæſtio.

plicatio aliqua, vt etiam patet ex dictis iam ſupra tractatu de Euchariſtiæ ſacramento, ubi de his introducta ſunt aliqua.

Quęſtio. ¶ Inſuper ſi quæratur, an corpus glorioſum ualeat eſſe in loco eodem cum alio corpore glorioſo dicendũ, quòd eiſdem rationibus quibus probatũ eſt, corpus glorioſum ſimul non poſſe eſſe cum corpore non glorioſo, uirtute ſuæ ſubtilitatis, probatur, quòd nec cum alio corpore glorioſo eſſe quæat in loco eodem ſua ſubtilitate, ſed ſola Dei uirtute utrumque fieri poteſt, qua, & corpus non glorioſum ſimul in eodem loco eſſe poteſt cum corpore non glorioſo. Veruntamen non eſt conueniens, corpus glorioſum ſimul eſſe in loco eodem cum corpore glorioſo: tum, quia in eis ſeruabitur debitus ordo, qui diſtinctionem requirit: tum quoniã corpus unum glorioſum non ſic alter ſe opponet. Hinc nunquam ſic ſimul erunt duo corpora glorioſa. Et ſi obiiciatur, ꝙ corpora cœleſtia glorificabuntur, ita quòd multo clariora erunt, quàm ſunt vt infra dicetur, & tamen ſimul cum eis erunt, eaq; penetrabunt corpora beatorum: dicendum, quòd
Obiectio. corpora cœleſtia non erunt uniuocè, & perfectè glorioſa ſicut corpora beatorum, ſed aliquid partici pabunt glorificationis per luminis incrementum ſicut patebit, non tamen dotes habebunt corporum beatorum.

Quæſtio. ¶ Quęritur, quoque, an per dotẽ ſubtilitatis amoueatur à corpore glorioſo neceſſitas exiſtendi in loco ſibi æquali. Et reſpondendum, quòd corpus non comparatur ad locum, niſi mediantibus dimẽſionibus propriis, ſecundum quas circumſcribitur corpus locatum ex corporis contactu locãtis. Vnde, quòd corpus ſit in loco minori, quàm eſt quantitas ſua, non poteſt eſſe niſi per hoc, quòd quantitas corporis efficitur aliquo modo minor ſeipſa, quod non poteſt intelligi niſi duobus modis. Primo, ex uariatione quantitatis circa eandem materiam, ut ſcilicet materia, quæ primò ſubeſt quantitati, magnæ, poſtea ſubſit prauæ. Et hoc aliqui poſuerunt in corporibus glorioſis, dicentes qđ quantitas eorum ſubeſt eis ad nutum, quod ſtare non poteſt, quoniam nullus motus exiſtens ſecundum aliquid intrinſecum rei, poteſt eſſe ſine paſſione abijciente à ſubſtãtia, propterea in corporibus incorruptibilibus, puta cœleſtibus, non eſt niſi motus localis. Hinc talis mutatio circa materiam, repugnare impoſſibilitati, & incorruptibilitati corporis glorioſi. Item ſequeretur, quòd corpus glorioſum interdum rarius, aliquando ſpiſſius eſſet: quia cum nil diuidi poſſit ab eo de materia ſua, quandoque eadem materia eſſet ſub dimenſionibus magnis, quandoque ſub paruis. Secundo intelligi poteſt, quod quantitas corporis glorioſi efficiatur minor ſeipſa per ſitus variationem, ita qđ partes corporis glorioſi ſubintrent ſeinuicem, ſicque redeat ad quãtitatem quantũcũq; paruam. Et hoc aliqui poſuerũt, dicentes quòd corpus glorioſum ratione ſuæ ſubtilitatis poſſit ſimul eſſe cum corpore non glorioſo in loco eodẽ. Conſimiliter poſſit una pars eius eſſe intra aliam, in tantum quòd totum corpus glorioſum intrare poterit per minimũ porum, & ita dicunt, quòd exiuit de vtero virginis, & intrauit ianuis clanſis: quod eſſe non põt, tum quia (ut dictum eſt) corpori glorioſo hoc nõ conuenit per dotẽ agilitatis, pſertim non conuenit ei ſimul eſſe cũ corpore glorioſo. Talis quoq; ſub
Lucæ 2. Lucæ. 24. intratio partium in ſeipſas, repugnat rectæ diſpoſitioni corporis humani, quæ requirit ſitũ determinatum, atq; diſtantiam partium, propterea nec per miraculum hoc vnquam fiet, idcirco dicẽdũ, quòd corpus glorioſum ſemper erit in loco ſibi æquali. Et ſi obiiciatur de corpore Chriſti ſub modica forma hoſtiæ in altari, dicendum, quòd corpus Chriſti non eſt ibi localiter, ſicut prah abitum eſt. Obiectio.

¶ Atuerò ad hoc, vtrum corpora beatorum erũt palpabilia: reſpondendum, quòd omne corpus palſibile eſt tangibile, non econtra. Omne enim corpus habens qualitates, qbus immutari põt ſenſus tactus, ut ignis, & aer, ſunt corpora tangibilia palpabile uerò ſuper addit, quòd reſiſtat tangenti. iõ aer non exiſtit palpabilis. Hinc corpus fertur palpabile ex duobus, puta ex qualitatibus palpabilibus, & quia reſiſtit tangenti ne pertranſeatur. Cumq; qualitates ſenſibiles ſint calidum, & frigidũ, & cõ ſimiles, quæ nõ inueniuntur niſi in corporibus grauibus, & leuibus, quæ habent contrarietatem, unde, & corruptibilia ſunt: hinc corpora cœleſtia ex ſua natura incorruptibilia ſunt, ſenſibilia uiſu, non tangibilia, vnde nec palpabilia. Et hoc eſt, quod in Homilia dicit Gregorius. Corrumpi neceſſe eſt oẽ quod palpatur. Corpus autem glorioſum habet ex ſua natura qualitates, quæ natæ ſunt immutare tactum: Attamen cũ corpus illud ſpiritui ſit oĩno ſubiectum, in ſua poteſtate eſt per eas tactum immutare, ſimiliter ſecundum naturam competit ſibi reſiſtere omni alteri corpori trãſeunti, ita ut neque at ſimul eſſe cum ipſo in eodem loco niſi miraculosè, quod, & ad nutum eius poteſt contingere, & ſic non reſiſtit alteri corpori. Itaque ex ſua natura palpabili eſt, & ſupernaturaliter cõperit ei ut dum uult, palpetur, & quando non uult non palpetur à corpore nõ glorioſo. Hinc ait Gregorius, quòd dominus palpandam carnem ſuam præbuit, quã clauſis ianuis introduxit, ut ipſo facto oſtenderet, quòd corpus ſuum poſt reſurrectionem eiuſdem fuit naturæ, & alterius gloriæ. Deniq; qualitates tangibiles in corporibus glorioſis, non erunt redactæ ad medium rei ſecundũ æquidiſtantiam ab extremis acceptum, ſed ad medium proportionis ſecundũ quod optimè competit complexioni humanæ in ſingulis partibus. Vnde & tactus illorum corporũ delectabiliſſimus eſt, quia potẽtia ſemp delectatur in proportionato, & conuenienti obiecto, & triſtatur in excesſiuo. Hæc Thomas in Scripto. In quibus ſatis comprehenſa videntur ea, quę in Summa ꝙ gẽtiles, libro quarto de hac ſcribit materia. In quibus ſunt aliqua, quæ non multum uidentur concludere ut de ſubintratione partiũ corporis glorioſi in inuicem, quod nunquam fieri perhibet: cum tamen in ſacro totus Chriſtus, & tota ſacratiſſima caro ipſius ſit in tota hoſtia, & in qualibet eius parte: ergo & quolibet pars corporis eius eſt in quolibet hoſtiæ parte, ac per conſequens pars quælibet in qualibet parte, loquendo de partibus ſecundum ſpeciem. vt ante oſtenſum eſt. Quæſtio. Corpus quid nam tangibile, Aut paſſibile Dio. Car.

¶ Petrus quoq; in prehabitis aliter ſentiens: Aliqui, inquit, dicunt, quòd corpus glorioſum uirtute ſuæ ſubtilitatis non poteſt ſimul eſſe cum alio corpore non glorioſo in eodẽ loco, quoniam corpore diſtinguuntur per diuerſas materias, diuerſæ quoq; materiæ per ſitus diuerſos. Sed Damaſcenus diſtinguens operationes dominici corporis libro tertio ingreſſum ianuis clauſis, attribuit virtuti glorificationis. Hinc alii dicunt cõmunius, quod corpus glorioſum poteſt ſine miraculo nouo ſimul eſſe cum corpore non glorioſo, virtute ſuæ glorioſæ ſubtilitatis, ſicq; corpora glorioſa penetrabunt

cor-

corpora alia,non diuidēdo,ſed ſubintrando, ſicut ſpiritꝰ ſua ſubtilitate penetrat corpus. Subtilitas autem corporum glorioſorum erit ſpirituales ad modum ſpirituum: quoniam corpora erunt ſpiritualia non per rareſactionem.Ipſa verò groſsities impedit duo corpora eſſe ſimul in loco uno, quia vnum alteri reſiſtit, quæ groſsities per donum ſubtilitatis tolleretur:Vnde corpus glorioſum nō glorioſo nō poteſt reſiſtere, ſicut nec corpus ſpiritui. Non enim impedimentum illud prouenire videtur ex parte materiæ, cum materia, per ſe non occupet locū:nec ratione formæ ſubſtātialis,quæ ſimplex eſt,& locū nec occupat: nec ex parte quantitatis cum duorum corporum,ſe ſe contingentium ſuperficies ſimul ſint:ſed magis ex parte cuiuſdam groſsitiei,ſeu materialis impuritatis, quæ auferē ꝑ dotē ſubtilitatis,quā auffertur per dotem ſubtilitatis.Amplius,duplex eſt terminus,vnus intrinſecus, alter extrinſecus: Ad eundē terminum intrinſecū impoſsibile eſt duo corpora terminari.ſed ad eundem extrinſecum poſsibile eſt.Nam impoſsibile eſt duo corpora habere eandem ſuperficiem, ſcilicet poſſunt locum habere eundem.

¶Si autem quæratur, utrum corpus glorioſum ualeat eſſe ſimul cum alio corpore glorioſo:dicēdū,ꝙ q̄uis corpus poſsit penetrari à ſpiritu,nō tñ ſpiritus à ſpiritu Omne autem corpus glorificatū, habet eandem ſpecie ſubtilitatem ſpiritualē.Hinc q̄uis corpus non glorioſum poſsit à glorioſo corpore penetrari,unum tñ glorioſum neq̄t penetrari ab alio glorioſo.idcirco nec ſimul eſſe valent.Et ſi obiiciatur: qm̄ corpus glorioſum eſt magis ſubtile quā nō glorioſum,ergo minus reſiſtit, quemadmodum aer minus reſiſtit,quàm aqua,& terra.Dicēdū ꝙ æquocè ſumitur ſubtilitas.Quædā nāq; eſt ſubtilitas per raritatē partium materiæ, & hæc minimè reſiſtit: quædā ꝑ quandam immaterialitatem uel immaterialitatis ſimilem proprietatem, & hęc maximè reſiſtit. Hæc Petrus.

¶Præterea Richardus hic ſciſcitatur, utrum corpora beatorum erunt ſubtiliora elementis, videlicet igne,& aere.Reſpondet,Subtile dr̄ a uirtute penetrādi. Res aūt penetratiua ē ex triplici cā.Primò ꝑꝑ quantitatis paruitatē,pręſertim ſcd̄m latū,& ꝓfundū,iō acus penetratiua eſt,q̄uis longa.Scd̄ò ꝓpter raritatē,ſeu materiæ paucitatē,ut aer. Tertiò, propter actiuæ uirtutis magnitudinē, ut uinū, ꝑꝑ qđ aqua modico uina ꝑmixta, magis refrigerat, q̄a plꝰ penetrat. ſcd̄m primos duos modos corpora beatorum non erunt ſubtiliora igne,& aere,q̄a in debita quantitate reſurgent,& cum tota materia ad eorum ſubſiſtentiam neceſſaria, ſed tertiò mō. Etenim ex uirtute beatitudinis animæ erit in glorioſis corporibus tanta magnitudo uirtutis actiuæ,ꝙ ꝑ eā multo efficatiùs poterunt penetrare q̄ ignis,& aer,aut dimēſiones,ēt ſi eſſent ſeparatæ. Vñ Anſelmus libro de ſimilitudinibus,ꝓteſtatē de unoquoque beato,ꝙ erit tā fortis, ꝙ & terram poſsit mouere.Iō dicit Greg,cōtra Euticū Conſtātinopolitanū epiſcopum, ꝙ erūt ſubtilia corpora beatorum per effectum ſpiritalis potentiæ, palpabilia verò ꝑ veritatē naturæ Hæc Richardus, q̄ ēt circa q̄nē de penetratione,& coexiſtētia corporū beatorū,recitat opiniones,q̄ ex Tho.ſunt recitatæ: & magis conſentit poſitioni ſancti doctoris,ꝙ ſcʒ penetrabunt corpora non glorioſa,& ſimul cum ipſis poterunt eſſe in loco eodem, nō ex dote ſubtilitatis,ſed ſupernaturali Dei uirtute,qua ad hoc indeſinenter ipſis aſsiſtet ex æterno decreto. Narrat demum erroneam opinionem dicentium, quòd nec per omnipotentiam Dei fieri poſſet,quòd duo corpora ſint pariter in loco eodem: qm̄ implicat: & quòd corpora illa ſubintrāt in ſe,& ſub maiori, ac minori ſunt quātitate,iuxta eſt nutū,& imperiū aīæ, atq; quod corpus Chr̄i ita exiuit de uirginis utero,quod totū iā reprobatū eſt.Cui poſitioni Albertus conſentiens:Corpora, ait beatorū vocanē ſubtilia:qm̄ fomes,groſsities, & aliæ ignobiles ꝓprietates erūt eis ablatę,nihilominꝰ locū replebūt.

¶Præterea Bonauēt.ēt refert hic aliorū opiniones non ueras,& exprimit ſuā, dicendo: Corpus glorioſum pōt eē in eodēloco cū corpore nō glorioſo ꝑ penetrationē, ſubintrando illud ꝑ totum, nō ꝑ poros.Qđ em̄ duo corpora naturalia neq̄unt eſſe ſimul in eodēloco nō eſt ex hoc qđ ſunt duo, imò añ ſunt duo,q̄ ſint ī loco uno aut duobus: q̄a ꝑ proprias formas ſunt duo. Nā duo puncta, duęque lineæ,& duæ ſuperficies ſimul ſunt in contactu phyſico.Contigua em̄ ſunt quorū vltima, ſeu termini ſimul ſunt,& ſimul ſunt,q̄cūq; in eodē ſolo primo ſunt,ꝙ ergo nō ſunt ſimul,ꝑꝑ eorū corpulētiā, & qm̄ unū nō eſt alteri peruiū,ſi ergo unū habeat corporeitatē ſubtilē,ac penetratiuā uirtutē reſpectu alterius,poterunt eſſe ſimul.Cūq;in dote penetrabilitatis detur corpori ſubtilitas, & uirtus actiua ad penetrandū,corpꝰ non glorificatum, iō penetrat illo nō cedente.Corpora autē mathematica iō plura ſunt: qm̄ diſtāt ab inuicem. Vnde impoſsibile eſt duo corpora mathematica, uel duas lineas eſſe ſimul,uel ēt mathematicum cū naturali,vt uult Philoſophus.Hæc Bonauentura.

¶Pręterea Scotus circa hæc ſpecialia aliqua ſcribit,in primis narrās, ac reprobās quaſdā opiniones iā recitatas,ac improbatas.Deinde refert, ac improbat,poſitionē,q̄ beatus Thomas aſſequitur: Alia inquiēs, opinio eſt, ꝙ nullū corpus ſimul pōt eſſe cū alio corpore niſi per miraculū, ita, ꝙ unū ſolūmō corpꝰ ſit in loco ſitualiter,& aliud nō ſicut corpus Chr̄i eſt in altari non mō q̄titatiuo, ſʒ per miraculū: ſic unū corpus in loco ſit mō naturali, & q̄titatiuo,aliud uero mō ſupernaturali, & non q̄titatiuo, ſʒ hoc nihil eſt. Nam q̄uis Deus poſsit hoc facere,tñ ſecundū ponentes dotes corporis glorioſi,utrunque corpus erit ſimul localiter, ac ſitualiter.Hæc Scotus. ¶Quo circa aduertēdū, ꝙ Scotus iſte ineptè hæc recitat,imò,& cōtra intentionē doctoris ſancti.Nō em̄ ſanctus ille dicit quæ iſte refert,ſed reſpondendū ad q̄ſtionē hāc,utrum ex ſubtilitate ſub remoueaē à corpore glorioſo,neceſsitas exiſtēdi in loco æquali, primò ſic arguit ad partem affirmatiuā:Corpora glorioſa erūt cōformia corpori Chr̄i nō artaē ad locū æqualem, imò continerē ſub paruis dimenſionibus hoſtiæ.Poſtea quæſtionem determinat,ſicut iā patuit:atq; ad iſtud rñdet obiectū,Corpus Chr̄i in ſacro altaris nō eſt localiter, q̄d ait ad defendendū rñſionē qua dixit,ꝙ corpus glorioſum ſemper erit ī loco æquali. Vñ clariſsime conſtat,quod intentio Thomæ nō ſit,aſſerere,ꝙ dū duo corpora ſimul ſunt in eodē loco miraculoſe,unum eorum ſit ibi modo naturali,& quantitatiuo.& aliud mō ſuper naturali, non quantitatiuo imò dicit utrumq; ibi conſiſtere in loco ſibi æquali,quod eſt per commenſurationem,& quantitatiuæ eſſe ibidē.Inſuper ſcribit Scotus, Dico hic primò,quòd poſsibile eſt duo corpora eſſe ſimul.Secūdo dico,qđ hoc erit per dotē ſubtilitatis. Tertiò dicā,an ſubtilitas erit aliqua qualitas poſitiua.De primo dico,quòd ad impoſsibile ſimpliciter

nulla

nulla eſt actiua potentia,ergo ad poſsibile ſimpliciter eſt actiua potentia aliqua, ſed poſsibile eſt,qđ aliqua corpora ſint ſimul: quoniam non eſt repugnantia formalis inter quantitatē, & quantitatē, inter ſitum,& ſitū.Nā hoc vbi huius corporis, & illud ubi alterius corporis, non repugnant inter ſe,nec ſubiectis,nec ſubiecta inter,ſe,ſi ergo eſſent aliqua repugnātia in locali duorū corporū ſimuleitate,hoc eēt:qm̄ illa ubi dicūt diuerſos reſpectus ad eūdē terminū,& nō ꝑ reſpectus īter ſe ꝯrios.De ſcd̄o dico,qđ per dotē ſubtilitatis erit iſtud poſsibile.Dos em̄ non eſt niſi ꝑfectio debita,ſeu debitus ordo huic corpori,inquātū aīatū eſt,& perfectibile hac aīa, ergo hoc eſt uerè dos ſubtilitatis data corpori glorioſo,ut pro libito uoluntatis ſuæ ſit poſsibilis ad exiſtendū cū alio corpore.De tertio dico,& certū habeo, ꝙ in corpore eſt dos impaſsibilitatis, ita ut nullū agens extrinſecū agere poſsit in corpus tale actiōe cōtraria.Dos uerò ſubtilitatis non eſt niſi debitus ordo ad exiſtēdum ſimul cū alio corpore,q̄ eſt ordo extrinſecus nō intrinſecus formaliter.Porro poſitio Tho. ſup 4. & ī uno de quolibet,eſt,ꝙ diſtinctio cōpoſitorū pōt ſaluari abſq; ſitus diſtinctione:ꝙ,& ſola diuina fieri pōt uirtute,qm̄ eſſe diſtinctū cōpoſiti nō ſolū depēdet a cā ſecūda,ſed principaliùs a prima cā. Vñ ſine diſtinctione eſſentiali principiorum pōt Deus cāre, & conſeruare cōpoſitum. Et ponunt exemplum in ſacro altaris. Nā accidentia dependet à ſubiecto ſicut a cā ſecūda,atq; a Deo ſicut a prima cāæ,iō uirtute primæ cāæ poſſunt a ſubiecto ſeparari, & habere eſſe diſtinctū ſine ſubiecto ſic in ꝓpoſito duo corpora poſſunt eſſe eſſentialiter inter ſe diſtincta, & quantitatiuè abſq; diſtinctione loci & ſitus. Cōtra iſtud obiicit: qm̄ Deus non pōt rē ꝯſeruare ſine cauſis intrinſecis,nec ſine eſſentia libꝰ ſuis principiis,q̄ tñ ſunt cāæ ſcd̄ę.Hęc Scotus.

¶In q̄bus multa uidenē inidoneè dicta,ut quòd dos ſubtilitatis non ſit,niſi relatio, & ordo extrinſecus,cū iuxta ꝑinductā ꝑcipuorū doctorū doctrinā ſit qualitas,abſoluta, & decor ſupernaturalis poſitiuaq; qualitas aptificans & diſponens corpus ad obtemperandum,& ſubſeruiēdum in omnibus ꝓmptiſsime animæ glorioſę,nec aliquis doctor authenticus, & antiquus ur̄ oppoſitū huius ſenſiſſe. Præterea nec uerba ſancti Thomæ cohgruēter vr̄, inducere,& referre. Nunquā em̄ hoc ſenſit Thomas, quod aliq̄d poſsit eſſe abſq; his, quę ſunt de ſua eſſentiali,& propria rōne,ſeu de eius eſſentia, ut quod aliq̄d poſsit eē hō ſine aīa rōnali,imo frequenter fatetur hoc implicare, ſed hoc intendit aſſerere, quod dependet ab eſſentialibus principijs tanquā realis effectus eſſentialiter differens ab eiſdem,poſsit conſeruari à Deo immediatè,& hoc ſecundum intellectum quo cōiter dr̄,quod ea q̄ realiter differunt, Deus pōt ſeparatim, ſeu unum ſine alio conſeruare. Nihilominus S.Tho.circa hæc, ſicut,& circa alia,ſcribit nōnullarum contraria probabiliter poſſunt teneri,ſed in hoc nō decet quempiam conſiſtere captioſum,aut uerba ſolidorū doctorum truncare, & impertinenter cōmemorare, præſertim cū hoc uideaē uanitatis,leuitatiſq; eſſe.

¶Adhuc demum de his ſcribit Gulielmus libro de uniuerſo:Corporibus glorificatis cedunt abſq; difficultate,ac reſiſtentia,q̄cūq; corpora alia,alioq̄n corpora glorioſa paſsibilia eſſent ab illis: qm̄ omne corpus reſiſtens alteri,neceſſariò agit in illum,retardans,aut impediens motū illius:& ſi fuerit alterum altero ſubtilioris ſubſtantiæ, intrabit alterum in alterū faciens in eo ſectionē, ſeu diuiſionem:q̄ ſi corporibus beatorum poſſet ineſſe, ipſi beati eſſent mortales amplius, om̄e impedimētum,& retardatio uoluntarij motus,omniſq; difficultas,miſeria eſt.Nihil autē miſeriæ habitura eſt illa fęlicitas.Motus ergo uoluntarius in beatis hominibus,nec reſiſtentiā nec retardationē, nec difficultatē habebit. Per q̄cūq; ergo corpora tranſitus eis erit liberrimus,& immunis ꝑ q̄cunq; inquam corpora nō glorificata.Hinc corpora glorioſa poterūt ſimul eſſe ī locis eiſdē cum corporibus aliis. Alioquin corpora glorificata eijcerēt illa de locis ſuis,& hoc per uiolētiā quandā: & ita retardareē motus ipſorum,& difficultatē īcurreret.Hinc corpora illa ſpiritualia appellanē: qm̄ ſicut ſpūs ītrat corpus ſuum,& illud informat,uiuificat, implet ſine ipſius læſione, ſic corpora glorificata ſubintrabunt corpora non glorificata ſine ipſorum læſione,& ſectione,qđ multi crediderunt de ferro ignito,& carbone ardente, itēq; de pane ꝓrius madefacto in uino.De his doctor iſte ſcribit diffusè, de quibus pertranſeo:qm̄ ſententialiter ſunt prahabita,& q̄dā infra addenē. Veruntū in oībus his magis conſentio Thomæ in hoc,quod ex dote ſubtilitatis non conueniet glorioſis corporibus alia penetrare,ac ſimul cū illis eiſdē ꝯſiſtere locis,ſed diuino miraculoſo ſpāli, & ſupnāli uirtute diuina.

QVAESTIO VI.

REſtat de dote agilitatis inquirere, *Vtrum glorificati in corpore & anima per agilitatem ſuā in inſtanti mouebuntur, & exequentur per corpus qđ uoluerit anima præceperitque uoluntas, an potius ſine fine quieſcent ſicut cœleſtia corpora.* ¶ Vr̄ quòd non mouebunē in inſtāti, q̄a de rōne motus ſicut, & temporis,eſt ſucceſsio,& ſi in inſtanti mouerentur,ſequerentur abſurda, quæ infert Phūs contra opinionem dicentium aliquid poſſe in inſtanti moueri.Præterea ſecundum Philoſophum, motus eſt actus imperfecti, & tendit ad aliq̄d obtinendum, & ita eſt indigentia ſignum. Corpora autē beatorum erunt in ſummo perfecta, & actuata, non igiē mouebuntur.In oppoſitū ſunt auctoritates ſcripturæ præallegatę.¶ Circa hæc loquitur Tho.Corpus glorioſum erit oīno ſubiectum aīæ glorificatæ,nō ſolum ut in nullo reſiſtat aīæ uoluntati, quia hoc fuit ēt in corpore Adæ ante peccatum:ſed ēt ut in ea ſit aliqua perfectio effluens ab aīa in ipſum,per q̄ habile redditur ad huiuſcemodi perfectionem quę agilitas appellatur.Aīa uero coniungitur corpori non ſolum ut forma,ſed item ut motor.Hinc oportet corpus utroq; mō eſſe in ſummè ſubditum aīæ. Vnde ſicut per dotē ſubtilitatis oīno ſubijcitur ænimę,ut eſt forma,ita per agilitatem, ut eſt motor obediens promptiſsimè, & efficaciſsimè ipſi animæ in omni motu,& actu exercēdo per ipſum. Idcirco quod in Gloſſa ad Theſſalonicenſes dr̄, quod angelis baiulis deferentur corpora glorificata obuiam Chriſto,non eſt dictum ad deſignandum indigentiam ſed reuerentiā, q̄ ſctī angeli glorioſis exhibebunt corporibus.

¶Deniq; hac agilitate ſancti interdum utentur, imò neceſſe eſt ponere,quod corpora glorioſa aliq̄n mouebuntur,ſicut,& corpus Chr̄i poſt reſurrectionē frequenter eſt motum, & in aſcenſione. Sctī quoq; in ſuis corporibus facto iudicio aſcendent uſq; in cœlum empyreum. Eſt ēt uerisimile,ꝙ in cœlo empyreo aliq̄n mouebuntur pro ſuæ libitu uoluntatis, quatenus dono Dei utentes, & quòd habent in poteſtate actualiter exercētes,ſapientiā,

&

& oīpotentiā Dei in seipsis commendabilē pādāt atq; ut uisus earū reficiatur pulchritudine diuersa rū creaturarū. Sensus nāq; non potest esse nisi præ sentiū, quamuis oculus glorificatus à remotioribus uideat, quàm nō glorificatus, nec per hoc unquam à diuini uultus impedienē intuitu, nec istud est indigentiæ absolutē. Dr esn qs aliquo indigere dupliciter puta simpliciter, & scdm quid. Simpliciter quis indiget eo, sine quo non potest esse, seu cō seruari, uel principalem suam pfectionē habere, & talis indigentia non inest beatis corporibus. Scdm quid uerò dr quis indigere illo, sine quo non pōt ita bn oībus esse, & talem indigentiam esse in glorificatis corporibus, non est alienum, sicut etiam indigent uisum dirigere ad uidēda. Nihil ominus unicuiq; corpori glorioso deputabitur congruus locus iuxta exigentiam suæ dignitatis, ac meriti, & quamuis ad horam inde recedat, nil detrimenti incurrit, nec locus ille ptinet ad pmiū accidentale, scdm qd actualiter continet ipsum, corpus, cū nihil influat corpori tali, imò potius ab ipso sortiat splendorē, sed scdm quod debeē meritis corporis.

¶ Præterea de hoc, an corpora glorificata mouebunt in instanti, est opinio multiplex. Vna, quòd transibunt de loco in locum, non pertranseundo medium, sicut uolūtas transfertur de uno extremo in aliud, non eundo per medium, sicq; corpus non gloriosum instantaneè moueatur, sed hoc esse non ualet: qm corpus glorioſum ad spūalis naturæ nobilitatem non pōt pertingere, uolūtas quo que non transfertur essentialiter de uno in aliud. Hinc alij dicunt, quòd corpus glorioſum ex sua natura habet, inquantū corpus, quòd pertranseat medium; sed ex uirtute glorię suæ habet quandā infinitatem supra naturalem uirtutem, unde possit medium non pertransire, sicque in instanti moueri. Verum nec hoc dici potest: quoniam implicat contradictionem, corpus quodcunque in instanti moueri, quod in scripto super secundum satis ostensum est. Hinc impossibile est, quòd corpus glorioſum perueniat de loco ad locū nisi omnia media pertranseundo, & alij hoc concedūt nihilominus dicunt, quòd mouetur in instāti, sed ex hoc sequitur quod in eodem instanti sit in locis duobus, aut pluribus. Ad quod quidam respondet, quòd quamuis sit idem nunc secundum rem, tamen differt ratione, q non sufficit: qm instans mensurat secundū id, quod est in re, non secundū quod est in consideratione. Hinc alii probabiliùs dicunt, quòd corpus glorioſum mouetur quidē in tempore, sed celerrimè, & quasi imperceptibili atq; ob nimiam illius temporis brevitatem aliqui dicunt, quòd mouetur in instanti. Et Augustinus testatur, quod ubicunq; uoluerit spiritus, mox aderit corpus, imo ordinatissima beatorū uoluntas nunquam aliquid impossibile, indecens, aut in conueniens uolet. Hæc Thomas in scripto, de quibus multa pertranseo, quia habita sunt, Prolixè quoque declarat hic, qualiter uerum sit quod quarto physicorum ita philosophus: quia si fieret motus in uacuo, oportere tali qd moueri in instanti. Addit etiam q corpora glorioſiora, in quibus magis abundat agilitas mouebuntur celeriùs aliis.

¶ Insup Petrus: Nunc, inquit, in corpore humano duplex est motor, uidelicet natura elemēti pdominātis, qmouet ad determinatā differentiā loci, atq; uolūtas aīę, q ad oēm loci differētiā mouet indifferenter & in præsenti natura non est penitus subdita uoluntati. Iō nō mouetur corpus sine fatigatione ad imperiū spūs. In futuro aūt natura erit uoluntati oīno subiecta. iō tunc nō mouebitur corpus nisi ad imperium spiritus. Vñ corpora sunt nunc tarda ex contraria inclinatione naturę ad uoluntatē, tūc uerò erunt agilia ex perfecta subiectione naturæ sub uoluntatis imperio. Hęc Petrus In cæteris sicut Thomas,

¶ Porro Richardus: Beatorū, inqt, corpora erūt agilia, qa ut ait Apostolus. Surget corpus spūale, Tarditas autem spirituali repugnat. Ad agilitatem aūt motus tria concurrunt, quæ sunt fortitudo uirtutis motiuę habilitas mobilis ad motū, & horum duorum perfecta, coniunctio, q requirit inter mobile, & motorē. Primū erit beatis q gloriam aīæ. Secūdū in corpore per dotem agilitatis. Tertiū ex horum in eadē persona coniunctione. Hęc Rich.

¶ Circa hæc scribit Albertus: Dos agilitatis est libera possessio, & habilitas oīum mēbrorū similiū & officialiū ad motuū actū aīę exequēdū. Mouebūtur scti i corporibus glorioſis, qncūq;, & quocūq; & quomōcūq; uoluerint, absq; oīi indigentia. Est etem motus duplex quātū ad finē motionis. Vnus pp indigentiā subleuādā. Alter ad motiuā potētiā demōstrādū sicut cursores currūt frequenter, ut ostēdāt habilitatē, & agilitatē suā ad currēdū absq; indigētia alia. scq; mouebunt scti, ut laudeē Dei sapiētia i tāta agilitate, & uelocitate eis collata. Mouebunt aūt in tēpore imperceptibili. Hæc Albertus.

¶ Vtuerò Bonauentura Motus, asserit, omnis est. pp alicuius rei carētiā. Carentia aūt pōt esse, aut rei quæ inhæret, aut rei quæ assistit. Si rei qę inhæret ut pprietas absoluta, hæc imperfectionē ostendit in mobili, & cōsimiliter motus ad illa. Alia est carentia rei, quæ assistit, & tunc illa aut est nata assistere per naturā, & tūc idiget ea: talisq; motus quāuis sit rei pfectæ, attestat tn alicui imperfectioni, ut cū lapis mouet deorsum. Aut res illa non est nata p naturam assistere magis, q alia, sed p uolūtatē: qm circa rē illā aut locū uult aliqd operari. & talis motus non ponit imperfectionē, sed libertatē: & talis motꝰ pōt esse ī corpore glorioso. Hęc Bonauētura.

¶ Concordat Argentinēsis, q ēt pteſtatur dotes corporū effectiuè eē à Deo, quamuis dicant eē ab anima per modū mæritoriæ causę. sic qppè ait. De dote subtilitatis pro tāto subtilitas ista dr corpori conuenire per aīam: qm quamuis a Deo sit effectiuè, tn uirtus diuina eā nō efficit, nisi concurrēte ipsius aīę placita uoluntate. Ad argumētū quoq; quo arguit, duo corpora nō posse pariter eē in loco eodē: qm pari rōne possent decē, imò innumerabilia corpora esse simul in eodē loco: rndet hoc sequi, nec omnipotentiæ Dei id impossibile esse, qui pōt efficere, quòd dimensiones unius corporis non resistāt dimēsionibus alterius, neq; quātūlibet aliorū.

¶ Præterea Scotus hic loq. Qualis sit dos agilitatis, & qualis qualitas, dr̄q; cōmuniter qd est q̄dā facilitas, qua mouebitur corpus ad locum, seu illud quod facit proportionem motoris ad mobile, auferens grauitatem: quæ nisi auferetur, corpus glorioſum uiolenter quietaret extra centrū. & fatigaret. Sed hoc non credo, quia nō uideo qd maneat corpus hūanum, & nō sit graue. Nō enim erit sicut sol, & luna sine grauitate, quia sic nō eēt hoīs corpus, imò oportet, q terra dominet in eo. Hinc dico, q agilitas nihil aliud est, nisi potētia motiua aīæ, q̄ est ei⁹ p se, & primo, l3 sit alicui⁹ partis corpis, sic p se & nō primò, & ēt alicui⁹ primò perfecti ut totius. Hæc Scot⁹. Qui hāc sūā singularitatē plixè psequit & patet ex introductis ineptitudo ei⁹. Nēpè si corp⁹ resur-

gens erit spirituale grossitia, & corpulentia pōderositatēq; carēs. quo difficile ē videre, qd careat grauitate, & pdominetur in eo aliqua ignis aerisq; proprietas? Nec mirum q Scotus ista in imaginetur q (vt dictū est supra) opinatur corpus hominis non esse mixtum ex quatuor elementis, sed ex terra sola formatum cōcurrentibus aliorum qualitatibus elementorum.

¶ Insuper de agilitate motu, & gestibus corporū beatorū, scribit in libr. de Vniuerso Gulielmus. Vtrū corporibus glorificatis sit futura mobilitas, seu agilitas, quā in eis ponit doctrina Christianorū, facile est determinare ex dictis de subtilitate seu spūalitate ipsorū, p quā sine resistentia, difficultate, & retardatione, liberū transitū per alia corpora obtinebunt quare quēadmodū si motus fieri posset p inane, seu uacuum, sicut Aristoteli visum est esse, sine mora, & tpe, utpote subditus, nullo penitus resistente. Totū namq;, q motus requireret apud mobile esset. Potentia verò, quæ totū habet se, quod actus eius requirit, non debet morā habere in exitu suo ad actum. Vbi uerò resistentia est contra potentiam, mora & retardatio locum habet. Amplius, qm uirtutes gloriæ virtutibus naturæ in comparabiliter, nobiliores ac fortiores consistunt, necesse est ut in operationibus suis operationumq; modis præcellant eisdem super omnem comparationem, atq; mēsuram, quare necesse est, vt motus ad motus se pariformiter habeat. Cumq; nullus motus continuus ad alium continuum sit incomparabilis in velociter. necesse est alterum istorum duorum motuum non esse continuum, quare oportet eum esse in non tempore. Adhuc autem, imperium, & obedientia æqualia erunt in patria, & imperatiuum, & ministratiuum in comparationibus suis quare quam imperatiua erit anima, & quam potens imperare corpori suo in gloriæ statum, tam obiens, & ministratiuū erit corpus ipsius, & tam potens ministrare, & exeq ergo quam magnum, & velocem motum poterit anima imperare, tam magnum, & velocem poterit exequi eius corpus, quare si motum non in tempore (id est instāt aneum) poterit anima imperare, poterit eum exequi corpus. Porrò quantuncunque uelocem motum animæ, imperarent corporibus suis in statu illo, & quantuncunque veloci motu animæ corpora sua mouerent, dum modo motus illi essent in tempore, non essent motus illi motus gloriæ, cū vel æquales, vel saltem comparabiles iueniatur motus naturales, vel ad minus, qui non sunt motus gloriæ, qualis est motus primi mobilis, cuius motus, seu transitus in ictu oculi est plus quam mille millia miliariorum, quod monstratur ex magnitudine cœli illius. Motus namq; ipsius in spacio uiginti quatuor horarum æqualium est iter sexaginta millium fere, annorum, ita vt annus sit trecētorum sexaginta dierum, iter verò diei, miliaria quadraginta. Ita inquā est iuxta probationes, & declarationes cuiusdā in libro suo de profunditatibus cœlorum Redeo nunc ad inuestigandum de motu, an futurus sit in statu illo. Dicam ergo in primis, quia si motus ibi erit, necesse est ibi futurum esse & tempus, quod ibi nō est futurum prōbaui, quo remoto, sequitur remotio omnis motus, & mutationis, sed si motus ibi non erit, videtur, quòd homines glorificati erunt immobiles, quod videtur esse non leuis miseria.

¶ Deniq; sana erunt membra, & incomparabiliter fortiora, q̄ nunc sunt, q⁹ ergo ea prohibebit moueri? Ad hoc rndeo, quòd si dixerit ibi motum non esse non hoc erit ex infirmitate, debilitate corporū, sed ex dispositione status illius, qui æternitati erit simillimus. Vñ non permittet ibi esse prius aut posterius. Et ad hoc pbandum confert perfectio status illius, à quo omnis indigentia removetur. Motus aūt oīs animaliū ex indigentia est. Si autem dicatur, qd qdā sunt motus iucunditatis, sicut nonnullæ deābulationes, venationes, exercitationes, dico q sermo istē est sermo hoīs inercitati in naturalibus, & nō intelligentis seipsum. Indigentia nāq;, & carētia voluptatis, atq; solatij, sunt verè indigentia, & exultationis carentia. Hęc Gulielmus. Qui hanc disputationem prolixè satis, subtiliterq; prosequitur, in q̄bus probare conatur, quòd motus corporum beatorum instantaneus erit, non temporalis. Verum ad motiua eius patet ex præinductis solutio, quia nec corpora quæcunq; susceptiua sunt huiusmodi motus, & de rōne motus corporalis existit successio, nec ordinatissimæ, ac sapientissimæ mentis vnq̄ imperant suis corporibus motus huiusmodi. Quale autem tempus erit in patria post diem iudicij, patuit super secūdum, Deinde in præhabitis verbis persuadere conatur, q sancti in anima, & corpore glorificati, immoti iugiter in suis locis manebunt, sed hoc præinducta opinio alia credibilior, rationabiliorq; videtur, Verum de his infra diffusius ex eodem doctore loqui intendo. Etenim iam inductis subiungit; habet autem quæstionem de choris seu choreis in gesticulationibus, an in statu gloriæ sint futuri &c.

QVAESTIO VII.

ADhuc circa hæc quæritꝰ, *Vtrum corpora electorum erunt clara, ac splendida claritate perceptibili oculis viatorum.* ¶ Vr q non, quia in eis prædominabitur terra, quæ est opaca. Probatur quoque quòd habebunt claritatem sensibilem oculo viatoris. Nā Christus post suam resurrectionem visibiliter apparuit suis discipulis. Et possent hic multa argumēta formari, quorum solutio ex responsione patebit. Specialiter verò restat elucidādum, an corpora glorioſa erunt clara vt vitrum, an vt aurum hoc est an erūt peruia, atq; perspicua, vel solum forinsecus luminosa, visu non penetrabilia.

¶ Ad hęc Thomas respondet. Propter auctoritatem scripturæ oportet fateri lucida fore, cuius lucidatis causam quidam ascribunt quintæ essentiæ, quam dicunt prædominaturam in illis, quod improbatum est sæpe: ideo melius dicitur, quod claritas illa causabitur ex redundantia gloriæ animæ in corpus. Quod enim in alio recipitur, in eo recipitur non secundum modum influentis, sed recipientis: sicq; claritas, quæ est in anima spiritualis, recipitꝰ in corpore, vt corporalis. Hinc secundum quod aīa fuerit claritatis maioris iuxta merita sua, sic erit diuersitas claritatis in sctōrū corporibus, sicut ait Apostolus: Alia claritas solis alia lunæ, & ita in corpore glorioſo relucebit, & agnoscetur claritas animæ sicut in vitro cognoscitur color vini in ipso contēti, vt ait Gregorius super illud Iob. Non adęquabitur ei aurum vel vitrum, ideo corpus glorioſum nō occultabit quod retro ipsum est, sicut nec vitrū. Vn de Gregorius corpora glorioſa comparat auro, ac vitro auro propter claritatem. vitro, qm translucebunt, ac peruia erunt. Nempè quod clarum non sit peruium contingit ex hoc, quod claritas corporis causa ex densitate partium lucidarum. Densitas verò perui etati repugnat sed tunc causabitur claritas ex redundātiam iā. Densitas aūt corporis glorioſi peruietatem ab eo non tollit, sicut nec densitas uitri

tri à uitro.Quidam demum affirmant,ꝙ uitro comparantur non propter hoc, quod peruia erunt, sed ob similitudinem hanc,ꝙ sicut illud,ꝙ in uitro clauditur,foris apparet,sic gloria animæ intus exhuberans,apparebit in corpore,sed primũ est melius, qa ĩ hoc magis saluatur dignitas corporis gloriosi, magisq; consonat dictis Greg. Si præterea inquiratur, an corpora gloriosa erunt colorata:dicendũ, quòd gloria non tollit corporis naturam, sed perficit. Hinc color,qui debetur corpori ex partium suarũ natura,remanebit in eo,& superaddatur ei claritas ex gloria animæ, sicut uidemus corpora colorata ex sua natura splendore solis perfundi,ac resplēdere.Sed circa hæc quæritur,an claritas corporis glorificati erit æqualis in omnibus membris eius:Dicēdum,quòd sicut claritas gloriæ redundat ab anima in corpus secundum corporis modũ, & aliter est in eo,q̄ in anima, ita in q̄libet corporis partem redundabit secundum ipsarum partium modum, & conuenientiam. Ideo inconueniens non est, quòd diuersæ partes diuersimodè habeant claritatem, secũdum quod ex sua natura diuersimodè dispositæ sũt ad eã. Amplius ad id,utrũ claritas corporis gloriosi uideri poterit ab oculo non glorioso, quidam dixerunt, quòd non naturaliter, sed solum miraculose,quod dici non ualet, nisi claritas appelletur: qm̃ lux ex sua natura est uisibilis, & nata est uisum mouere. Visus quoque secundum quod est natus est lucem percipere. Nã lux ita se habet uisum,sicut uerũ ad intellectũ,& bonum ad effectum.Hinc si esset aliquis qui nequaq̄ posset lucē percipere, esset uisus æquiuocè,uel lux illa diceretur æquiuocè lux,qu d in proposito dici non potest: qm̃ sic per hoc,quòd corpora illa dicuntur futura lucida,nihil nobis notificaret,sicut qui dicit canem esse in cœlo,nihil notificat ei, qui non nouit nisi canem, qui animal est. Hinc dicendum,quòd claritas corporis gloriosi ab oculo non glorificato naturaliter potest uideri. Veruntamen claritas gloriæ erit alterius generis,q̄ claritas naturæ quantum ad suam causam, non quantum ad speciē, iõ utraq; proportionata est uisui ex sua natura,q̄uis una sit intensior alia.Sed obijci potest,primò:qm̃ claritas corporis gloriosi erit maior q̄ modo sit claritas solis, & claritas solis erit tũc maior,quàm nunc,& multo maior ea erit claritas corporis gloriosi,propter quod sol,& totus mũdus maiorem accipiet claritatem, sed oculus non gloriosus nequit inspicere solem in tota sua propter excellentiam claritatis suæ,ergo multo minus poterit intueri claritatem corporis gloriosi. Secundo,uisibile oppositum uisui, necesse est uideri,nisi sit læsio aut defectus in oculo. Sed discipuli Christum post resurrectionem uidētes, claritatem sui corporis nõ uiderunt.Et respond ndum ad primum, quòd sicut corpus gloriosum non potest aliquid pati passione naturæ,sed solũ aĩæ passione, ita ex proprietate gloriæ non aget nisi animæ actione. Claritas aũt intēsa non offendit uisum,inq̃tũ agit actione aĩæ, imò sic magis delectat.Offendit autem secundũ quod agit actione naturæ,calefaciendo,ac dissoluendo organum uisus,& disgregando spiritus. Iõ claritas corporis gloriosi quamuis excedat claritatē solis, tñ ex sua natura non lædit uisum,sed demulcet, propter quod claritas iaspidis uocatur in Apoca.Ad secundum,quod claritas corporis gloriosi prouenit, ex merito uoluntatis,iõ uolũtati subdet,vt secundum eius imperiũ uideat,& nõ uideat: sicq; in potestate erit corporis gloriosi,suã claritatē oñdere,& celare Et hęc fuit Pręposítiui opinio:imo,& quęlibet actio corporis in potestate aĩę, nec color corporis talis uisum immutabit alterius, nisi ad uoluntatis iussionem.Hæc Thomas in Scripto.

¶Idem Petrus:Aliquid inquiens, dr̃ clarum dupliciter.Primò:qm̃ peruium sicut uitrum. Secundò, quoniam splendidum sicut stella.Corpora gloriosa erunt clara utroq; mõ, quia secundum Grego.claritate fulgent,& puritate translucent.Duo sunt enim quæ nunc in corpore causant obscuritatē.Vnum est materiæ impuritas,quæ corpulentia nũcupatur,dicente Grego. Vniuscuiusq; mentē ab alterius oculi corpulentia non abscondet.Aliud est luminis paucitas,quia non est in corpore humano nisi igneus splēdor,per commixtionem terreni elementi cõfractus, & degenerans in colorem.Tũc uero tollet̃ dēsitas illa ĩpura,& supaddet̃ incõparabilis claritas,Hæc Pe.

¶Circa hæc scribit Richa.Dicunt aliqui qđ qualitas corporis gloriosi causabitur à claritate beatitudinis animæ per eius multiplicationem,cuius claritatis similitudo recepta in corpore fiet corporalis: qa ꝙ in aliquo recipitur, scđm modũ recipientis in ipso suscipitur.quibus obijcitur,ꝙ anima claritatē illã non potest creare, quod tñ ex illa opinione consequitur,quia de sua spiritali claritate nõ põt eã producere quasi de materia.Rursus sicut spiritus fieri nequit corpus,sic nec spiritualis similitudo fieri põt forma corporalis:nec econtra, q̄uis de potentia formæ corporalis educi possit similitudo spiritualis.Hinc dicendũ vr̃,quòd claritas ista educitur de potentia corporis virtute beatitudinis aĩæ. Hæc Richa. de quo,& supra in Scripto secundi,aut primi narratũ est,quēadmodum ausus non fuerit dicere,quòd sol,seu ignis aut flamma candelę realiter à se effundat,ac producat lumen,splendorē, seu calorem in medio,ne cõpelletur fateri,quòd crearet huiusmodi formas in aere,sed quod educat eas de potentia materiæ ipsius medii,quod improbatũ est supra. Istud uerò potest faciliùs improbari, quia etsi in potentia materiæ contineret̃ forma luminis naturalis, atq; caloris, non tñ huius tam supernaturalis claritatis, ac luminis. Et quàmuis Thomas Albertus, Petrus, & alii quidam uidentur sentire, quòd claritas ista sit ab aĩæ claritate, non tñ expresè dicũt,quod ipsa aut cęterę corporis dotes sint effectiuæ à beatitudine,& gloriã aĩæ.Vñ ad saluandũ uerba eorum,sufficit dicere,quòd sint ab aĩa,sicut a cã meritoria,atq; à Deo effectiuè per creationē, quod etiam Richard. hic tangit. Hinc claritas illa animæ, & claritas corporis gloriosi, non sunt idem in numero, nec specie eiusdem, loquendo de specie specialissima.Præterea ait Richardus.Quãuis concedamus, qđ in corpore Chr̃i maior sit lux intensiuè q̄ in sole,ita qđ fortiùs atq; intensiùs luceat,quàm sol luceret,si esset æqualis quantitatis:aliqui tñ hoc nolunt de aliorũ corporũ gloriosorum concedere claritate,dicentes,quòd in uerbis illi,fulgebunt iusti sicut sol,&c.Ly sicut,notat quandam similitudinē nõ ęqualitatem, ita quòd lux aliorum glorificatorũ erit immitatio quædam claritatis solaris. Verũ cũ sol,& omnia corporalia etiam cœlestia sint propter electos,probabilius vr̃,quòd lux solis sit mutatio lucis, seu claritatis,quæ erit in beatis corporibus, & ita quòd quodlibet corpus gloriosum fortiùs,intēsiusq; lucebit,quàm sol, si esset quantitatis æqualis. Vtrum uerò claritas corporis gloriosi sit naturaliter uisibilis ab oculo non glorificato,sunt duę opiniones.Vna ex Thoma iam recitata.

¶Sed contra illam obiicitur: qm̃ 22. de Ciuitate Dei asserit Augustinus,qđ claritas in corpore Chr̃i

dum

dum resurrexit,ab oculis discipulorũ potius abscõdita fuisse,quàm defuisse credenda est. Non em̃ eã ferret humanus,& infirmus aspectus, qñ ille à suis ita deberet attendi, ut posset agnosci. In his uerbis Augustinus videtur expresè uelle,ꝙ si Christus corporis sui claritatē non abscondisset discipulis, eam non potuissent intueri, nec Chr̃m cognoscere imò si potuissent eam ferre,videtur,ꝙ eis eam ostēdisset, sicut ostendit eis suam agilitatem in ascensione, & subtilitatē in ingressione ianuis clausis.Claritas autem,quam eis ostendit in transfiguratione, fuit multum minor, & longe inferior ista:nec fuit dos, sed aliqualis similitudo ipsius. Iterum non uidetur esse ex natura lucis corporalis excellentis,intense posse agere in uisum mortalem actione animali sine naturali.Hinc mihi uidetur dicendum, quòd lux corporis gloriosi in sua uirtute,ac plenitudine uideri nequeat sine miraculo ab oculo non glorificato, nec oculus talis recipere posset radios illius absq; sui obtusione,sed sicut uidere possumus lucē solis in suo fonte, mediante aliqua nube: sic glorificatus posset suam lucem oculo uiatoris aliquo modo contemperare,& proportionabilem exhibere. Hæc Richardus.Verũ prior positio subtilior,ueriorq; uidetur,si ritè perspiciatur. Scripta quoque Alberti dictis ex Thoma concordant,addit: Lumen illud corporea forma est,à qua corpora gloriosa erunt luminosa, & causabitur à merito uoluntatis.

Albertus, Quæstio,

¶Quærit demum quanta erit luminositas ista, Respondet.In ueritate tenetur communiter, ꝙ sol redibit ad lucē primorum septem dierum qñ plus luxit ante hominum transgressionē, q̄ postea,& propter mundi innouationem septempliciter adhuc exceder, & luna stabit iugiter plena. tuncq; homo impedimentum peccati non habens, adhuc septempliciter ad solem excedit in lumine.Quid tñ de hoc uerum sit,puto neminem certitudinaliter scire, nisi cui fuerit desuper condonatum.Hæc Albertus.

Argenti. Mtt.13.

¶Consonat Argent.Corpora,dicens, electorum post resurrectionē erunt maximæ claritatis, & lucidissimæ refulgentiæ: qm̃ inter corporalia nihil naturaliter lucidius sole: Corpora autem electorum fulgebunt ut sol,circa quod loquitur quædam Glossa:Iusti fulgebunt non solum sicut sol nunc fulget sed sicut tunc fulgebit,quando iuxta Isaiæ oraculũ
Isai.30. Erit, lux solis septempliciter. i. septies maior,quàm
Exo.34. nunc est.Nam, & Moysi facies ex consortio angeli sancti in Dei persona apparentis, tam uehementer resplenduit,ꝙ filii Israel non uolebant in eam intēdere,q̄to magis glorificati in patria,ex familiarissima conuersatione,& beatissima Dei fruitione ineffabiliter clariùs resplendebunt in corpore.Nec claritas illa est penitus inuisibilis oculo exteriori non glorificato: qm̃ qcquid comprehendit sub per se obiecto alicuius potentiæ, in illud aliquo modo põt illa potentia,sed omne lumen corporale comprehenditur sub p se obiecto uisiuæ potentiæ nondum glorificatæ.Nam,& dãnati in die iudicij uidebũt clarita
Augu.sup. tē glorificati corpis Chr̃i ut innuit Aug. Veruntñ cõtra fundamētũ positionis huius, quo dictũ, est aĩam glorificatã ita habere corpus suũ sibi subiectum, ut ad ipsius aĩæ imperiũ corpꝰ lumine suo uisum immutet,& non immutet quorumlibet aliorum est qdã doctor, vz Scotus, dicens, ꝙ nulla qualitas actiua quæ præcisè est corpis subest impio aĩæ.Ideo quicũq; beatus oculo glorificato, seu nõ glorificato approximatus necessariò q̄tũ est ex pte ipsius imutat oculũ ipm̃,sed illud nõ vr̃ uerũ.Nõ em̃ ꝙ vr̃ aĩa beata minoris eē potētiæ respectu corpis pprii, q̄ angelus respectu corpis alieni.Sed angelus tã bonus,q̄ malus facere potest, ꝙ aliquod corpus præsens existēs oculis hominum in distantia debita medio sufficienter illuminato, scđm nullã suã qualitatē moueat oculos illos,qđ in Genesi patet de angelis bonis, qui omnes contra se congregatos percusserunt cæcitate,ita quòd ostiũ domus Lot videre nequibant.Hoc etiam ope dęmonum aliqui fecisse leguntur:ergo potissimè anima beata taliter habet suum corpus in potestate.Hæc Argentinen.Qui ēt cõtestatur,ꝙ corpora beatorum erunt per transparentiam clara istar crystalli purissimi,& intus lumine plena.

Bonauen.

¶Præterea bonauentura:Vniuersos,ait, oportet concedere,quòd corpora beatorum erunt luminosa.sed aliqui dicunt, quòd simul erunt luminosa,ac peruia, secundum aliam, & aliam rõnem: peruia propter subtilitatē: luminosa, ratione claritatis, & superadiũcti fulgoris. Sed ista positio nõ est conueniens,quia si peruia essent uisum non terminarent, nec haberent distinctionem in partibus,sicq; oculi non possent discerni à naso,sed nec luminis magnitudo,ac copia patitur ea transparētia esse,ut patet in sole,atq; candela,in quibus est aggregatio luminis.Alij opinantur, qđ erunt simul luminosa, & colorata:colorata,per naturam quatuor elementorum,& cõmixtionem elementarium qualitatum,ex quibus constat corpus humanum: luminosa uerò, rõne superadditi luminis.hoc est inconueniens, ut dicunt,vt patet in noctiluca,quæ est corpus coloratum ut in die patet,& lucens in nocte,& hęc positio est conuentior. Homines em̃ cognoscētur in patria & habebunt distinctas humanes effigies, aspectus quoque glorificatorum oculorum pertinget usque ad superficies aliorum corporũ gloriosorum splendentium,quemadmodum ensis per multam tersionem non amittit colorem,sed eius colori additur splendor.Itaq; corpora gloriosa non erunt peruia, nec harmonia delectabit uisionē exteriorem, sed interiorem.Hæc Bo.¶Cuius pace,& reuerentia,saluis dicēdũ sicut ex prǣallegatis doctoribus est ostēsum, quòd corpora beatorũ uerissimè peruia erunt, multo plus, quã q̄cunq; subtilissima,ac purissima,aqua aut quodcunque mundissimum,ac splendidissimũ uitrũ,crystallus, aut gēma.Nihilominus solida erũt & exterioribus oculis uisibilissima,nec distinctionē perdent membrorum:imò uenustissimè erunt figũrata,& sua incorruptibiliter retinebunt lineamenta nec aliquis præallegatorum doctorum, dicentium quòd peruia erunt,intendit quicquam his contrarium dicere.Et mirũ,quòd uenerabilis, & deuotus doctor ille in hac re taliter scripserit Nonne uitrũ, cristallus, & aliquæ gemmę sunt peruia? nihilominus solida,suarum figurarum tenatia,atq; distinctè uisibilia sunt.Insuper istud est tã euidenter de mēte sanctorum patrum,ac præcipuorum doctorũ ecclesię,Gregorij,& Augustini, quòd nemo uerba eorũ diligenter inspiciens,ualeat inde ambigere.Nam,& 18.Moralium,ultra uerba prætacta apertissimè pro-
Augusti. testatur Gregorius:Ibi,uidelicet in superna patria, patebit animis, patebit corporalibus oculis ipsa ēt corporis harmonia,Itemq; omnes sancti in superna ciuitate tanta claritate fulgent, tanta perspicuitate
Gregori. translucēt.Deniq; Augustinus 22. de Ciuitate Dei: Oĩa,inquit,mēbra,& uiscera incorruptibilis corporis proficient laudibus Dei.Oēs quippè harmoniæ corporalis numeri non latebunt intrinsecus,& extrinsecus hoc est,intus,& extra conspicientur. Hoc idem scribit in quodam tractatu uir desuper mirificè illustratus Ioanes Ruysbro.

Atue-

¶At uerò Scotus scribit hic:Non uideo,inquiens, quomõ corpus humanum glorificatũ sit superspicuum,sed erit porosum,ita quòd per poros erit visibile oculis,quia per poros illos poterit multiplicari species usq; ad oculum beati.Videtur autem in qõne hac fluctuare,dicendo quòd forte non erunt luminosa, & quòd non patebit harmonia ipsius nisi mentalibus oculis,quod est directè contra beatum Gregorium.Tangit & alium modum dicendi, & ẽt opinionem iam ex Argentinensi narratam,& reprobatam.Itemq; lux,& color non stant simul, cum tamen color sine lucis perfusionem non queat uideri.

Gregorius

¶Postremò de his tractat in libro de uniuerso Gulielmus. inquirendo scolasticè,an corpora beatorum erunt luminosa, accolorata, arguendo pro parte utraq;,nil autem speciale determinando, nisi quod sentire,uidetur quod lux & color,prout sunt in corporibus gloriosis,& in rebus non glorificatis, dicantur æquiuocè, atq; à nullo in hac uita possint uideri, de quibus sanctus Thomas uetiùs scripsisse uidetur, sicut iam patuit.

Parrhisiẽ.

¶Porrò in alio capitulo ait Gulielmus de pulchritudine,& fulgore hominũ glorificatorũ, quod vltra existimationem nostram augenda sit ex interna felicitate, & gloria animarum eorum.Constat ex hoc, quod apparet in hominibus ĩ hac uita in vultu eorum ex modico gaudio animarum, Vides namq; quod oculi inde splendescunt,totaq; facies gratiosiore colore per funditur,dilatatur quoque, & quasi nouo decore,ac pulchritudine uenustatur. Cũq; proportionales sint causæ suis effectibus, sequitur quòd iuxta immensitatem fœlicitatis, & gaudij regni cœlestis,perficientur,ac refulgebunt uenustas, decor in faciebus eorum.

Henricus quæstio.

¶Henricus demũ.15.quodlibeto interrogat,utrũ anima gloriosa resumpto corpore posit aliquid uidere sine sensu intermedio.Respondet,quòd nõ, loquendo de uisione sensitiua.quæ fit immutationem à sensibili sub ratione sensibili. Loquendo autẽ de uisione extensè accepta prout etiam intelligere est quoddam uidere, sic respondẽdum est affirmatiue. Si aũt quęratur an anima separata sine sensu corporeo posit sentire sensatione dolorosa:respondet qđ imò, quamuis non eodem modo, quo in corpore. Et de hoc erit quæstio sequens.

Quæstio.

DE DAMNATIS.

QVAESTIO VIII.

DEinde ergo quærendum, utrum corpora damnatorum erũt deformata,& ab igne infernali sine corruptione,& morte perpetuè affligẽda,an etiam animæ ante corporũ resumptionem posint ab igne, & frigore cruciari.In hac quæstione multa tanguntur.Primũ est, an cum deformitatibus suis resurgent. Videtur qđ imò;quoniam sicut electis augebitur omne bonum omnis perfectio,omnis fęlicitas,& ornatus,sic in reprobis augebuntur mala his bonis contraria,oĩs uidelicet deformitas, fœditas, turpitudo,calamitas.

1.Cori.15

¶In oppositũ est illud Apostoli:Mortui resurgent incorrupti.Glossa,mortui,id est,iniqui,vel generaliter mortui oẽs incorrupti resurgent. i. absq; ulla diminutione mẽbrorum. Deinde arguitur,ꝙ non posint ab igne infernali calidissimo perpetuè sine corruptione,& morte torqueri, qm̃ nullum uiolentum perpetuum,oĩs quoq; passio afflictiua,abijcit ab eo ꝙ est secundum naturam,& quo existit intensior,eo quibus corrũpit.ignis ẽt est maximè consumptiuus,

Philoso.

Nec vř qđ simplex, & immaterialis seu in corporeus spũs (ut est anima) posit ab igne corporeo,aut aliis corporalibus rebus affligi,cum ab illis nequeat impressionem recipere,nec calefieri,aut frigifieri,sicut nec dealbari.

Parrhisiẽ.

¶Circa hęc scribit Gulielmus Parrisieñ libro de Vniuerso. Quemadmodum in malis hominibus præcesserunt duo genera demeritorum, uidelicet corporalium,ac spũalium.sic requirit iustitia Dei,ut eis reddantur duo genera tormentorum,utpote spirituales, corporalesq; pęnæ,quatenus effectus eorrespondeant suis causis,& retributiones meritis. nec hoc fieri potest,nisi corpora animabus reuniantur. Occurrit ergo circa hoc difficilis qõ, qualiter in illis corporibus æternaliter puniẽdis simul inesse queant immortalitas,ac passibilitas.Ad quod dico,quia iam alibi declaraui esse quandam speciẽ ignis, qui nec dissoluit nec lædit: torquet tamen intolerabiliter animam in corpore existentem.Sed quæri potest,utrum corpora damnatorum ex propria dispositione,incorruptibilitatemq́, habeant,an ex protectione diuinæ iustitiæ,sicut fuit in corporibus primorum parentum ante transgressionem Iam ante multipliciter patuit, multos fideles, ac iustos diuina uirtute reseruatos illæsos in medio ignium, & flammarũ. nec difficiliùs est omnipotenti, conseruare corpora reproborum in incendijs infernorum.Nec obstat, quòd ignis infernalis incomparabiliter æstuantior est & fortior ad agendum, ac puniendum ignibus seculi huius, quia nec hoc difficultatem parit infinitæ potentiæ creatoris. Denique animal nomine salamandra: & quarundam plumę auium in igne fortissimo apud nos seruantur illæsæ, imo (ut fertur) purgantur, ac meliorantur in eo: quanto magis potestati creatoris perfacile est hoc illis conferre corporibus.i.non corrumpi, nec consumi in eo? Hæc Gulielmus. Qui in eodem uolumine alio scribit capitulo:inter diuersa ignium genera,est quidam ignis,qui aquam comburit. qui dr̃ ignis grecus,cuius nouem sunt species,ut docet Aristoteles in tractatu speciali,quem de igne illo, & speciebus ipsius,ac de compositionibus eius cõposuit Est etiam ignis quidam,qui oleo extinguitur,& frigida aqua accenditur.qui ignis calcis uocaẽ. Est itẽ ignis,seu lampas, qui nec uento, nec pluuia potest extingui qualis fuit in ueneris templo. nec dubium quin in lampade illa ardebat,atque lucebat albestus lapis, qui semel accensus,nunquam extinguitur uẽto,aut imbribus,& est liuidi,ferrugineiq; coloris.Insuper ignis est qui uulgo nominatur aqua ardens, cuius confectio notissima est.& nihil consumit nisi seipsum.Est enim liquor ex quatuor aut quinq; rebus confectus.quo cum asperguntur,aut liniuntur capilli alicuius, non est alia lucerna necessaria ad mensam,qua sedet Capilli namq́; ipsius ardere uidẽtur,& instar faculæ illuminant, & tamen ipsi capilli manet illæsi,Ex his tam diuersis ignibus credibile tibi fieri potest, quòd ignis infernalis affligit, non tñ corrumpit nec deficit in seipso.Præterea: qm̃ plurimi sciscitantur ac admirantur,qualiter ignẽ corporeo torqueri possunt, & affligi ualent incorporari animæ:dico ad hoc,quod homines tales agnoscere nequeunt ea,quæ iugiter uident,& sentiunt.Non ne quotidie cernũt animas suas, ac alienas à corporeis rebus delectari, ac molestari? Quis enim non uidet qualiter corporalia delectabilia desiderijs suis animas inflamãt irretiunt, & captiuantur? imò inquietant,ac cruciant,ita ut aliqui p̄ desiderio, & amore langueant,ac moriantur? Sic & tristabilia quædã eas con-

Quæstio

Quæstio.

contristant,dilaniãt,& quasi absorbere cernunẽ, in tm̃,ꝙ talia ẽt in superiorẽ aiæ partẽ redũdant,ac imprimũt.Non ergo mireñ, ꝙ ignis aliquis corporalis aĩas posit torquere,tam exutas corporalibus,q̃ eis vnitas,cum tanta mirabilia igniũ audiant,& plura,atq; maiora forsitan apud scriptores rerũ mirabiliũ mundi,ac historiographos legere posht. Deniq; si ignis,q in rubo apparuit Moysi materiam, q̃ operuit non cõbussit, aut forsitan nouus ignis ab oĩpotẽte creatus est tunc,q hoc naturaliter potuit, quomodo non magis verisimile,atq; credibile est, quòd pp exercendã tantã Dei iustitiam, talis ignis creaturis sit,qui torquere valeat aĩas impiorum, & vindicare in eis iniurias altissimo irrogatas. Amplius,si pluuius ignis,& sulphuris creata fuit a iustissimo creatore pp vindicandam Dei pariter, & naturæ iniuriã,contumeliamq́; in Sodomitas.quãto magis ad vlciscendas uniuersas supergloriosissimi Dei offensas,credendũ est esse creatũ specialissimũ ignẽ,q in spiritus viciosos agere,& imprimere queat,& vniuersa scelera vlciscatur, qa nec Sodomitarum facinora quantũlibet multa,& magna cõparari queunt vniuersis sceleribus, & peccatis eorũ,qui in extremo iudicio in infernũ sunt detrudendi.Insuper si ventri struthonijs hanc Deus oĩpotẽs contulit actiuitẽ,vehementiáq; caloris,vt durũ, ac frigidissimũ ferrum consumat,& coquat in nutrimentũ corporis sui,quid mirũ si igni purgatorij,& inferni impressit virtutẽ aĩas sic torquẽdi? Et si cõ̃trario virtutẽ præstitit vẽtri struthionis eiusdẽ ut a ferro ignito,& igne tanto intra se cõsistẽte nihil vstionis,aut læsionibus alterius patiaẽ,quanto plùs existit probabile,quod Deus spiritus illos,qui creaturis vilissimis potius adhæserunt,ac seruierunt plùs, quàm superdignissimo creatori, subdat vilibus creaturis in infernalibus, purgatorijsque supplicijs. Nec incredibile, quòd corpora impiorum à tantis incendijs non comburantur, cum & pelles,& plumę salamandræ,quãuis videanẽ ab igne accensę,nihil tñ combustionis patiuntur,sed lucẽt. Hæc Gulielmus,qui de his alia multa effatur, quæ infra forsan tãgeẽ. De his demũ dictũ est partim distinctione,in qua de pœnis purgatorij est tractatũ.

Exod.3

Gen.9.

¶Insuper Thomas de his loquens diffusè,primò respondet ad istud,vtrum corpora dãnatorum cũ deformitatibus suis resurgent.In corpore humano deformitas põt esse dupliciter.Primò ex defectu alicuius mẽbri,sicut in mutilatis, & talis deformitas, ac defectus in nullo resurgentium erit, quia (vt dictum est supra) corpora resurgẽt in omnibus integra.Secũdò,ex indebita partium dispositione,&c. De his Thomas scribit prolixè, sed quia in tractatu isto de resurrectione præhabitum est, dimitto.

Thomas. Quæstio.

Deformitas dupliciter fit.

¶Deinde respondens ad id,vtrum corpora damnatorum erunt corruptibilia: Quoniam inquit, in motu oportet esse aliquod principiũ motus.Dupliciter remoueẽ motus.seu mutatio a mobili. Primò qa deest principiũ motus. Secũdò,quia principium hoc impeditur a productione sui effectus seu motus.Cumq́; corruptio sit quędam mutatio, dupliciter potest aliquid ex sua natura corruptibile fieri incorruptibile.Primò,quia principium mouens ad corruptionem,ab eo omnino aufertur sicq́; corpora reproborum incorruptibilia erunt:qm̃ motus cęli(qui est principium mouens,& alterãs) tunc cessabit, pp quod nulla tunc qualitas erit sufficiẽs trãsmutare à sua naturali qualitate.Secundò mõ corpus Adæ fuit incorruptibile,quia per gratiam innocentiæ reprimebãtur in eo qualitates contrariæ a mutua impugnatione,Hæc Thomas.

Quæstio.

¶Cuius responsioni(vt tactũ est ante) repugnat articulus Parrhisiensis, quo dr̃. Dicere,quòd motu cœli cessante ignis non incenderet stuppam sibi applicatam,error est.Verum ad hoc poterit responderi,quòd articuli illi fuerunt diu post felicem trãsitum sancti doctoris cõpositi sub domino Stephano Parrhisiensi. episcopo,vt patet ex dictis in scripto super secundum,ex Henrico,& Richardo.Nihilominus contra responsionem illam adhuc argui põt,quia cessante motu cœli adhuc erit motus localis tã in corporibus electorum,quàm reproborum,sicut,& ipse sanctus Thomas de corporibus gloriosis supra testatus est.Si autem obijciatur, ꝙ mors est maxima pœna,ergo non deerit condemnatis:Dicendum,quòd quamuis mors in se sit pœna grauissima:tamen inquantum est terminus miseriarum,atq; pęnarum, est calamitatum remedium. Porrò principalis causa, quòd corpora reproborum non consumuntur, est diuina iustitia, cui etiam seruit naturalis disponsitio corporis patentiùs,& ex parte agentium. Cum enim recipere sit quodam pati secũdum duplicem receptionem, duplex est passio.Vna secundum receptionem rei naturalem realem,prout ignis in cõbustibili,& hęc vocatur passio naturæ.Alia s̃m receptionẽ rei spiritualem, sicut recipitur color in oculo secundum esse intentionale, & ista vocatur passio animæ. Quia ergo post resurrectionẽ motu cæli cessante, nõ poterit corpus à sua naturali qualitate mutari, nullum corpus pati poterit passione naturali. Vnde quantum adhunc modum passionis corpora impassibilia erunt, sicut, & incorruptibilia. Verum motu cœli cessante, adhuc manebit passio, quæ est per modum animæ,quia,& aer a sole illuminabitur, differẽtiasq; colorũ ad visum differet,& hoc modo corpora damnatorum passibilia erunt, & quia in tali passione sensus perficitur, ideo in corporibus damnatorum sensus pœnæ erit sine mutatione naturalis dispositionis.Hinc,quod ait philosophus,ꝙ,omnis passio magis facta abijcit a substantia,intelligitur de passione,qua patiens trãsmutatur a naturali dispositione Et si obiiciatur, quòd agens assimulat sibi passum,ergo suam similitudinẽ seu verum calorẽ imprimit illis corporibus. Dicendum,quòd imprimit eam illis spiritualiter, sicut albedo imprimit visui similitudinem suam s̃m esse intentionale. Quod verò de salamandra obiicitur soluiẽ,qa,vt ait philosophus lib.de proprietatibus rerum.nullum aĩal in igne diu viuere põt. Galenus quoq; in libro de simplici medicina testatur, quòd nullũ corpus est,quòd tandẽ ab igne non consumatur,quãuis quædam corpora ad horã in igne sine lęsione permaneant,vt patet de ebeno. Hinc,nec salamandra posset in igne sine lęsione finaliter perseuerare,nec ex his sequitur,quòd corpora dãnatorũ ab igne nõ affliguntur,quia sensibile non solum natum est delectare siue affligere sensum, agendo in ipsum actione naturæ,sed etiam agendo in ipsum actione spirituali, quia dum sensibile est in debita proportione ad sentientem,delectat.Econtrario autem quando se habet in super abundantia, aut defectu, affligit.Hinc,& colores medii,vocesque consonantes sunt delectabiles, inconsonantes verò offendunt auditum:Hęc Thomas.

Dio.Car.

Obiectio.

Passio duplex.

Philoso. Obiectio.

Philoso. Galenus.

Dio.Car.

¶De cuius verbis quid sentiam,inferiùs dicã,cum aliorũ expressero mentem. Attñ Thomas in hac ipsa asserit quæstione.Si autẽ mors dicatur pœnalis propter corporalem quẽ sentiunt morientes,dolorem,

rem,non est dubium,quòd multo maioré doloré su stinebũt dãnati continue,pp qđ in morte perpetua esse dicunt iuxta illud ĩ psalmo: Mors depascet eos.

QVAESTIO I.

PRæterea quæritur, *an ignis inferni sit corporalis,& eiusdẽ speciei cum igne seculi huius,atque sub terra cõsistens*. ¶In hac etiam quæstione tria tanguntur. Primum est,an ignis infernalis sit corporalis, seu materialis. Et apparet,quòd nõ. Primo:qm̃ Damascenus 3.libro testatur. In fine tradet diabolus, & dæmones eius,ac hõ impius, videlicet Antichristus,ac impij peccatores,in ignem æternũ, nõ materialẽ,qualis est apud nos,sed qualem nouit Deus. Augustinus,quoq; 12.sup Genesim ad alterã:Spiritualẽ,inquit,arbitor locum, ad quem aĩa defert ad mortem non corporalem,ergo,& ignis ille est spiritualis. Ex quibus probatur,quòd nõ sit eiusdem speciei cum igne apud nos materiali.

¶Ad hæc tria respõdet Thomas per ordinem. De igne,inquiens,inferni multiplex fuit opinio. Nam quidam Philosophi(vt Auicenna) resurrectionem non credentes,solam aĩam post mortem dixerunt puniri. Et:qm̃ inconueniens reputabant incorporeã animam à corporeo igni puniri,dixerunt ignem, quo impij cruciabuntur non esse corporeũ. Et quicquid in scripturis de tormentis animarum per corporalia continetur,dixerunt methaphoricè intelligẽdũ, quemadmodum etiã beatitudo, & gloria animarũ sanctorum per corporalia designatur: Et sicut dixerunt iustarum aĩarum fęlicitatem consistere in consequutione sui vltimi finis,sic infęlicium animarum miseriam esse tristitiam,quam habebunt de hoc, ꝙ separabuntur à fine, cuius naturale desiderium hahabent. Sed quia in pœna damnatorum non solum erit pœna corre spondens auersioni a Deo, sed etiã pœna damni,correspondens conuersioni ad commutabile bonum,non sufficit ponere prætactam spiritualem punitionem duntaxat,pp quod etiam Auicenna modum alium superaddit,dicendo,quòd aĩæ vitiosæ post mortem non per corpora,sed per corporum similitudines affligentur,sicut in somno apparet hoĩ,quòd per corporalia diuersimode affligatur,quem punitionis modum vr̃, & Augustinus ponere 12.super Gene. ad literam vt manifestè patet ibidem. Sed hoc inconuenienter dictum vr̃. Imaginatio quippè est potentia organica, ideo locum non habet in aĩa separata,nec visiones imaginariæ fieri queũt in ea,sicut in anima somniatis. Hinc Auicenna vt inconueniens istud euaderet, dixit, quòd animę separatæ vtantur quasi pro organo aliqua cœlestis corporis parte,cui humanum corpus oportet esse conforme ad hoc, quòd perficiatur ab anima rationali,quæ est similis corporis cœlestis motoribus, sequens quodammodo in hoc opinionem antiquorum Philosophorum, dicendum animas redire ad compares stellas, sed hoc omnino absurdũ est secundum doctrinam Philosophi:qm̃ aĩa vtitur determinato organo corporali,sicut ars determinatis instrumentis. Quicquid autem dicatur de igne animas separatas torquente,de igne tñ quo corpora reproborum cruciabuntur,fateri oportet,ꝙ ignis ille corporeus sit: qm̃ corpori adaptari non valet nisi pœna corporea. Vnde Gregorium quarto Moralium ex hoc probat ignem inferni esse corporeũ: quoniam impij cum suis corporibus detrudentur in ipsum. Idem apertè fatetur Augustinus, vt in litera dicitur. Vnde rursus quarto Dialogorum protestatur Gregorius:Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo. Damascenus quoque non simpliciter negat ignem illum esse materialem, sed non sic esse materialem,vt terrenus ignis est apud nos: qm̃ aliter agit,& proprietatibus differt. Augustinus verò in loco prææallegato loquitur opinatiuè, & inquisitiuè magis,q̃ determinatiuè. Denique,quoniam ignis infernalis agit vt instrumentum diuinæ iustitiæ, iõ plùs affligit vnum,quàm alium secundum diuersitatem,& exigentiam determinatorum eorum, sicque actio eius in affligendo damnatos,est secũdum modificationem iustitię Dei.

¶Insuper ignis eo, quòd sit maximè actiuitatis, alia corpora pro materia habet, iõ inuenitur tã in sua,q̃ in aliena materia, & in quacumque materia sit,semper est idem specie,quantum ad naturã ignis pertinet,sed potest esse diuersitas in specie quantũ ad materias,in quibus est,propter quod flamma, & carbo differunt specie. similiter lignum igneum, & ferrum ignitium,simili modo ignis inferni, quantũ ad id quod habet de natura ignis, eiusdem est speciei cum igne,qui apud nos est, sed an ignis ille sit in propria existens materia, vel in aliena, id latet nos,& secundum hoc potest materialiter considératus differre specificè ab igne isto,a quo tamen secundum quasdam differt proprietates,vt quod succensione non indiget,nec lignis nutritur,neque fomentis. Si autem quæratur an luceat,respondendũ, quòd lucere non conuenit igni secundum quemlibet modum existendi,imò in propria materia existens non lucet,nec in propria sphæra ẽm Philosophũ. Similiter,nec in quadam aliena materia,vt dũ est in materia apata terrestri,vt in sulfure,& qñ est in aliquo grosso fumo cuius claritas obscuratur,cõformiter potest esse de igne inferni.

¶Ampliùs,sicut in litera continetur, August. ait: In qua parte mundi infernus sit,neminem arbitror scire,nisi cui Deus reuelarit. Gregorius quoque de hoc interrogatus,respondit se de hoc non audere aliquid diffinire. Nam aliqui putauerunt eum esse in aliqua parte terræ aliqui uerò sub terra, & hoc probabilius reputat,cũ in Apocalypsi dicat. Nemo poterat ĩ cęlo, neq; in terra,nec subtus terram aperire librum,intelligendo per existentes in cœlo,beatos:per existentes in terra, homines: per existentes sub terra,existentes in inferno. Augusti. quoque ad hoc uidetur tangere duas rationes 12.super Gene, una est:qm̃ carnalia,& terrena magis, quàm Deum dilexerunt. Secunda,quia quod grauitas est in corporalibus,hoc tristitia in spiritibus:& quod est leuitas in leuibus,hoc lętitia in spiritibus ipsis. Vñ sicut conueniens locus beatorum est cęlum empyreum, ita infernus miserorum, Et sicut grauiora sunt inferiùs,leuiora uerò superiùs, sic miseri, & damnati sub terra sunt in infirmo,atq; tristissimo loco, beati uerò,& sancti,loco iucundissimo,& supremo. Deniq; quidam philosophi senserunt infernum esse sub orbe terrestri,attamen super speciem terræ ex parte nobis opposita,quod etiam uidetur sensisse Isidorus,dicens,quòd sol,& luna stabunt in loco seu ordine,quo creati sunt,nec impij in tormentis fruantur luce earum,quæ ratio nulla esset, si infernus sub terra ponatur. Pythagoras uerò dixit locum pœnarum esse in sphæra ignis, quam in medio totius orbis esse asseruit,ut dicitur.2 Cœli,& Mundi. His aũt,quæ in scripturis dicuntur, plus conuenit, quòd sub terra esse dicatur. Ignis quoq; erit ubi uehemẽtis simæ caliditatis; quoniam calor eius erit undiq; congregatus,nec est inconueniens dicere,ꝙ in tra uiscera terrę tanta cocauitas diuina refertur uirtute, ꝙ oĩm reproborum possit recipere corpora

Quæstio.

QVAESTIO X.

REstat inquirere, *an aĩa separata possit corporali igni puniri*. ¶Ad ꝙ pleniùs intelligendũ opз scire,an vires sensitiuæ, & actus earum maneant in aĩa separata. Ad quod dicendũ,ꝙ circa hoc est multiplex opinio. Nã quidã putantes potentias aĩę esse in aĩa,sicut color est in subiecto,dixerunt,ꝙ aĩa recẽdens à corpore,oẽs potentias suas secũ trahit, alioquin ẽm naturales suas ꝑprietates eẽt mutata. Sed istud non potestate,cum vires sensitiuæ,& earũ actiones sint totius coniuncti,& aĩæ, corporiq; cões. Hinc quidã distinguunt de potentijs aĩæ sensitiuæ,dicentes, qđ q̃dã sunt actus seu ꝑfectiones organorũ, effluxę ab aĩa in organa ipsa,& hæ tũ corpore corrũpunt. Alias vocant originales harũ,quę sunt in aĩa,qa ꝑ eas aĩa corpus sensificat ad videndũ,& audiendũ,& has dicunt manere in aĩa separata. Sed nec hoc vr̃: qm̃ aĩa ꝑ suã essentiã non mediantibus alijs viribus,est origo viriũ ꝑfatarũ, sicut ex hoc,ꝙ ꝑ essentiã suã informa:materiã,est origo ꝑprietatũ,qua naturaliter cõpositũ ꝯsequunt,& si aĩa ꝑ potẽtias intermedias esset origo potẽtiarũ organicarũ,pari rõne,& illarũ esset origo ꝑ alias, sicq; iret in infinitũ. Hinc ẽm alios potentiæ sensitiuæ non manẽt in aĩa,nisi ẽm quid,vtpotè,vt in radice, sicut principiata manent in suis principijs,qa in aĩa separata manet efficacia,atq; fœcũditas affluẽdi ite rũ eas,si corpori vniat,nec efficacia ista ẽ aliqd sup additum essentię,& ista positio verior esse videtur.

¶Deniq; quidã dicunt duplices esse actus potẽtiarũ sensitiuarũ,vcз exteriores,q non manẽt,& interiores intrinsecos,quos aĩa per seipsam exercet, quos dicunt manere. Hæc positio vr̃ descẽdere à positione Platonis,q dixit aĩam corpori vniri tanquã substãtiã ꝑfectã in nullo à corpore dependentẽ,sicut motor ꝯiungit mobili. ¶Vñ,& eas dixit trãscorporari. Et quia ẽm ipsum nil mouet nisi notũ, nec itur in infinitũ,dixit,ꝙ primũ mouens mouet seipsum,& qđ aĩa mouet seipsam, & sic esset duplex aĩæ motus,vnus,quo a seipsa mouet,alius,quo corpus mouet ab ea,sicq; aĩa haberet actũ,quo primò videret in se ẽm quod mouet & secundò in organo corporali,quo mouet corpus. Hanc aũt positionẽ reprobat Philosophus primo de aĩa, probans, quòd aĩa non mouet seipsam,& quod nullo modo mouet ẽm istas operationes quæ sunt videres,&c. sed ꝙ istæ sunt operationes, totius cõiuncti. Iccirco dicendũ, ꝙ non manẽt in aĩa separata, nisi forsan sicut in radice remota. Sed his obijci põt, qa in libro de spiritu,& aĩa loquit. August. Aĩa recedens à corpore,ex his,scilicet imaginatione cõcupiscibilitate,afficitur ad delectationẽ seu dolorem. Itẽ 12. super Genesim:Corpus,inquit,non sentit, sed aĩa per corpus, imò aĩa aliqua sentit non solum per corpus,sed etiam sine corpore puta timorem. Rursus ait ibidem:Non video cur habeat anima similitudinetudinem corporis sui,dum iacente corpore sine sensu, non tamen penitus mortuo, videt talia, qualia multi ex illa subductione viuis redditi,narrauerunt,& non habeat,qñ completa iã morte de corpore exiuit, Ampliùs in concupiscibili,& irascibili sunt gandium,& tristitia,amor,& odiũ,timor, & spes,quæ oĩa manent in aĩa separata,ergo,& vires illę cum actibus suis. Et respondendum.ꝙ Augustinus(vt dr̃)illum librum non fecit,sed quidã Monachus Cistertiensis ex dictis Augustini, addens q̃dã ex suo. Augustinus quoq; in libro prææallegato quasi per totum loquitur inquirendo,non determinando,si tñ dicta illa debeant saluari, dici põt,quod aĩa separata ex imaginatione,& alijs sensitiuis potentijs afficit, non quod affectio illa tunc sit actus virium sensitiuarũ,sed quia ex his,quæ aĩa per sensitiuas vires cõmisi in corpore, ẽt in futuro efficit, siue in bonum, siue in malũ,sic, quod sensitiuæ potentiæ non dicantur tunc affectiones illas elicere, sed in corpore elicuisse merita affectionũ hmõi, sic ẽt aĩa dr̃ sentire per corpus:qm̃ toti cõpositio ipsa est radicalis rõ sentiendi. Verũ est ẽt,quod Augustinus ibi,ac alibi sæpe loquitur,iuxta doctrinam, & modum loquendi Platonicorum,quo ita senserunt Nec tñ est simile de anima somniantis,& aĩa separata:qm̃ aĩa somniatis adhuc realiter ẽ in corpore,& vtitur organo imaginatiuè. Insuper gaudium,tristitia, spes, timor, & odium,sumuntur interdum, vt sunt passiones,& affectiones partis sensitiuæ,& ita non manent in anima separata:qñque verò pro virtutibus seu actibus partis intellectiuæ, & sic manẽt in ea,pręsertim in voluntate.

¶Nunc inquirendum,an aĩa separata possit pati ab igne corporeo. Et respondendum,ꝙ imò, cum dominus dicat ignem illum esse pręparatum diabolo,& angelis eius,qui incorporei sunt,sicut & anima. Sed qualiter hoc fieri possit, à diuersis diuersimode assignantur. Nam aliquid dicunt, quòd hoc ipsum est animam pati ab igne,quod ipsum ignem videre. Vnde quarto Dialogorum ait Gregorius: Ignem eo ipso patitur,anima, quæ videt. Sed hoc non vr̃:qm̃ visum quodlibet ex hoc,quòd vr̃, perfectio est videntis,iccirco non põt cedere in pœnam ipsius,sed in quantum punitionum,vel contristens per accidens, inquantum appræhenditur vt nociuum. Alii ergo dixerunt,ꝙ quamuis ignis corporeus animam non possit exurere, tamen anima appræhendit eum vt sibi nociuum,atq; ex tali apṗhensione afficitur timore,& dolore, sicque impletur in eis,quod fertur in psal. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Vnde Gregorius quarto Dialogorum: Quia cremari se *conspicit anima, crematur*: Sed nec hoc videtur sufficere, quia secundum hoc afflictio animæ ab igne non esset secundum veritatem,sed secundum apparentiam. Quamuis etenim possit esse vera passio tristitiæ, vel doloris ex falsa imaginatione,vt dicit 12. super Genesi. August. tamen dici non potest,quòd secundum illam passionem patiatur quis a re, sed à similitudine rei Rursus iste modus patiendi magis recedit à reali passione, q̃ qui est per imaginariam visionem, cum ille dicatur esse per veras rerum imagines,quas anima defer secum,iste vero per falsas conceptiones quas anima sibi fingit. Nec probabile,quòd dæmones, & animę subtilitate pollentes,putarent ignem illum sibi esse nociuum, si ab ipso nullatenus grauarentur. Hinc alii dicunt animam realiter pati ab igne corporeo,cum quarto Dialogorum dicat Gregorius. Colligere possumus ex euangelicis dictis,ꝙ aĩa non solum vidẽdo, sed etiam experiendo incendium patiatur. Quod sic fieri dicunt,quia ignis considerari põt vt res talis,naturaleq; agens,& item,vt instrumentum diuinę iustitiæ. Et primo mõ non habet vt agat in aiam, sed modo secundo Hoc namq; requirit ordo diuinæ iustitiæ,vt anima,quæ peccando se subdidit corporalibus rebus,subiiciatur eius in pœnis. Instrumentum autem non solum agit in virtute propriæ naturę,sed etiam in virtute principalis agentis, sicque ignis,vt instrumentum diuinę iustitiæ vlciscentis,agere põt in spiritũ,vt etiam dictum est de sacramentis qualiter agant in animam. Verum, nec istud

vr̃ sufficere:qm̃ oẽ instr̃ale agens in id circa, ꝙ instrumentaliter ꝑatur, habet,& propriã actionem sibi cõnaturalẽ,sicut aqua lauando corpus sanctificat aĩam,& serra secando lignũ perducit ad formã domus,sic ergo oportet igni aliquã cõpetere actionẽ in animã.ipsi igni cõnaturalẽ,ad hoc,ꝙ sit instrumẽtũ diuinæ iustitię uindicantis peccata.Iccirco dicendũ,ꝙ corpus ĩ spiritũ naturaliter agere nequit, nec ei aliquo mõ obesse,aut ipsum grauare,nisi ẜm ꝙ corpori aliquo mõ unit̃,ẜm quod corpus corruptibile aggrauat animã. Spiritus aũt hoĩs unit̃ corpori dupliciter.

Sapien. 5. Spũs hominis vnit̃ corpori dupliciter.

Primo vt forma,nec ita vnit̃ igni.Secũdò sicut mouẽs mobili,seu locatũ loco,ꝓut spũs creatus est in loco diffinitiuè.Quãuis aũt res corporeas ex sua natura habeat, ꝙ ĩcorporeũ spiritũ loco diffiniat,non tñ habet ex sua natura, ꝙ spiritũ illũ loco diffinitũ detineat,ita illi loco sic alligẽt,ꝙ ad alia diuertere nequeat, cũ spiritus nõ sit ita in loco subdat̃,sed hoc superaddit̃ igni infernali, inquãtũ est instrumentũ diuinæ iustitiæ.

Gregorius Lucæ.16

Et istud tãgit Gregorius quarto Dialogorũ.Vbi exponẽs qũo aĩa experiendo supplicia patiatur,affirmat:Dũ veritas

Augustin.

diuitẽ peccatorẽ in inferno dãnatũ perhibet quis nõ sapiẽs,aĩas reproborũ tenere ignibus neget?Et ẽt hoc Iulianus dixit, vt, Magister in textu allegat. Si viuentis hoĩs incorporeus spiritus in corpore detinet̃,cur non ẽt põt mortẽ igne corporeo teneat̃?Augustinus quoq; 12.de Ciuitate Dei fatet̃, ꝙ sicut aĩa in hoĩs cõdõne corpori iũgit̃,vt det ei vitã,q̃uis corp⁹ sit materiale,& aĩa spiritualis, atq; ex illa cõiunctione aĩa vehemẽtẽ cõcepit amorẽ ad corpus,sic alligat̃ igni, vt ab illo accipiẽs pœnã,& ex illa coniunctione cõcipit horrorẽ. Oportet ergo oẽs p̃fatos modos in vnũ colligere,vt videat̃ ꝑfectè,qũo aĩa patiat̃ ab igne.Itaq; ignis ex sua natura h3,ꝙ spiritus incorporeus ei possit vniri, sicut locatũ loco:sed inquãtũ est instr̃m diuinæ iustitiæ, h3 vt ipsum detineat allegatũ, & in hoc ignis ille est verè nociuus spiritus ignẽ vt sibi noxũ videns, ab ipso torquet̃, & sic agit in spiritus non per modũ influẽtis,sed detinentis,& est inter ea quidã spiritualis contractus.

Damnati quãdo vel qũo sunt vel sunt extra infernum.

Deniq; dãnati nunq̃ sunt extra infernum,nisi ex dispensatione diuina ad instructionẽ,vel exercitiũ electorum,& vbicunq; fuerint extra infernum,tñ vident ignẽ illum eis p̃paratum in pęnã,& cũ ista visio sit immediatè affligẽs, vbicũq; sunt,ab ĩferni igne affligunt̃,sicut captiui extra carcerẽ existentes,a carcere quodãmõ affligunt̃. qñ se vident carcere damnatos.Hinc sicut gloria electorum in nullo minuitur,nec quantũ ad præmium essentiale,nec quãtũ ad p̃mium accidentale,si aliqñ extra cœlũ empyreũ sint,ita dãnatorũ pœna in nullo minuit̃ dũ aliqñ extra infernũ sunt, ꝑꝑ ꝙ Glossa suꝑ epistolã Iacobi:Diabolus ubicũq; sit, siue sub aere,siue sub terra,secũ fert suarũ tormenta flammarũ. Hæc Thomas in Scripto.In quibus continentur,& consonant,quæ de his scribit in Summa contra gentiles libro quarto. His per oĩa consonant. Scripta Petri,& includuntur in eis,& addit.Dicunt aliqui,ꝙ in inferno erit etiam materialis corruptio non tñ simpliciter substantialis,sed ẜm quid,seu accidentalis per transmutationem a frigore in calorem,

Petrus.

& econtrario,non tñ erit via ad corruptionẽ substantialem sicut modo,quia erit secundum ordinem iustitiæ,quæ requirit perpetuam subsistentiã patientis.Alij dicunt, quòd erit ibi tantum corruptio, & passio immaterialis, quòd videtur verius, &c.vt supra in Thoma.

Richard.

¶Præterea de his duabus opinionibus bene scribit Richardus,declarando vtrãq;:Dicunt,inquiẽs, q̃dã, quòd corpora dãnatorũ ab igne infernali nõ calefient,& tñ eo cruciabunt̃.Passiuũ em̃ dupliciter recipit formã agentis,vc3 materialiter, & immaterialiter,seu intentionaliter,&c. vt supra.Et q̃uis ille ignis non sit calefacturus corpora dãnatorũ,vt dicit vna opinio,affligẽtur tñ valde ab eo.Nã sicut proportionata receptio obiecti proportionati sensui sensum delectat, sic improportionata ꝯtristat. Ignis aũt infernalis est obiectum excellens suꝑ tactum corporum dãnatorũ,receptio quoq; similitudinis suæ in tactus,est improportionabiliter vincẽs tactũ:iõ in corporibus eorum erit vehemẽtissimus dolor in tactu, sentiẽdo hoc mõ excessiuũ calorẽ. Sed ꝯ hoc arguũt alij ꝑ hoc,qđ dr̃ i libro Iob:Ad calorẽ nimium transibunt ab aquis niuium.

Iob.2.

Iterum iuxta illã positionẽ pœna ignis priùs,& principaliùs respiceret aĩam,q̃ corpus.Isidorus aũt primo libro de Summo bono,afflictionẽ ignis principaliùs attribuit corpori,& pœnã vermis mẽti,q̃libet tñ pœnarum in totum redundabit cõpositum.Ampliùs,ẜm Damascenum,impossibile est substãtiã esse expertẽ naturali,& propria ꝑatione,ergo post cessationẽ motus cœlestis,adhuc ignis habebit naturalẽ ꝑationẽ,nisi eã virtus diuina,vel indispositio recipiẽtis impediat.

Iohan.Damascenus

Corpora aũt impiorum cum sint mixta,atq; cõposita,erunt illius excessiui caloris susceptiua,ergo,& calefient,ac immoderatissimo calore inæstimabiliter torquebunt̃,sicut auditus vehemẽtissimo,& improportionatissimo sibi sono materialiter lædit̃,& non solũ spiritualiter sicut auditus affligit̃ dissonãtia vocum.Sed tunc quæstio oritur, vtrum corpora dãnatorũ per illum ignẽ consument̃.Et rñdendum,ꝙ non,cuius rõnẽ q̃dã assignant, quia non recipient formam,seu calorem ignis illius,nisi ĩtẽtionaliter seu immaterialiter,aĩaliq; passione non naturali:sed ista rñsio,ac rõ falso, aut improbabili innitit̃ fundamẽto,sicut ꝓbatũ est. Deniq; quãuis vera esset rõ illa,non tñ sufficeret ad ostendẽdum corpora illa ab illo igne non cõburi, q̃a ẜm Philosophum 2.de Aĩa excellentiæ sensibiliũ corrumpunt sensus.Cũq; ignis ille vehementissimi sit caloris,statim corrumperet sensum tactus,& viã extingueret.Hinc mihi vr̃ dicendũ,ꝙ rõ inconsumptibilitatis corporum illorũ ab igne, partim est ex dispositione materiæ,cui ĩcorporatus est ignis ille, partim ex dispositione corporum illorum,q̃ in resurrectione accipient,principaliter aũt eos ordine diuinæ iustitiæ.Aliqua em̃ forma ꝑꝑ dispositionẽ extraneæ materiæ cui incorporat̃,in sua actione diuersificat̃,sicut videmus ignẽ fulguris in diuersis materijs valde difformiter,ac mirabiliter operari. Nã interdum aliqua calefacit,& non cõburit:qñq; facit vtrumq;,aliqñ non lædit materiã mollẽ, & resoluit duram, ita & lumem solis in diuersis valde diuersimode agit:sic dico possibile esse vt propter

Augustin.

dispositionẽ materiæ,& aliquã cœlestẽ influentiã sibi incorporatã,ignis infernalis habeat actionẽ calefaciendi, & affligendi,& non consumendi.Insuper idẽ põt contingere ex parte dispositionis,q̃ corpora humana in resurrectione forsan accipient,quod in libro de Ciuitate Dei Augustins nititur declarare,narrans qualiter animalia quædã manẽt in igne illæsa,& in bulliẽtibus calidissimis aquis aliqui vermes permanent viui.sic potest corporalibus reproborum aliquam imprimere qualitatem, qualem,& naturalib⁹ multis,vt ab igne cõsumi nõ queãt,neq; extingui,sed sine fine affligi.Hoc ipsum(vt tactũ ẽ) req̃rit ordo diuinæ iustitiæ,vt nũq̃ illa corpora moriantur,

riant̃,nec calor nãlis ꝯsumet ĩ eis humidiũ radicale.

Quæstio.

¶Insuꝑ si q̃rat̃,qualiter aĩæ separatæ,& incorporeæ dæmones valeãt corporeo igne affligi,dicẽdũ, quòd q̃dã dixerũt spũs separatos vitiosos nõ puniri,nisi ꝑ priuationẽ boni desiderati,ex qua priuatione tanq̃ malo p̃sente vehemẽs tristitia generat̃ ĩ eis. Vñ Algazel 5.phisicorũ testat̃ Aĩa,q̃ in carne carnaliũ fuit voluptatũ amatrix,ex ꝯsuetudine dispositionẽ h3 vehemẽtẽ,& fortiter sibi impressam, inclinãtẽ ad illas postea verò ꝑ mortẽ instr̃o rei desideratę amisso,remanet desideriũ eius,& amor,& hic est ineffabilis cruciatus.

Algazel. Philoso.

Hæc Richardus. Qui ẽt de his recitat varias opiniones,ac improbat,sicut & Thomas,& sequit̃ positionẽ ipsius Thomæ, ꝙ sc3 ignis infernalis affligit spũs malos ꝑ hoc,ꝙ ei sunt alligati mõ p̃fato, & facit eos ita intentos suæ cõsiderationi,ꝙ ab aliorũ cõsideratione,q̃ naturaliter ꝯsiderare possunt,impediunt̃:& horũ vtrũq; ꝯuenit igni illi inquantũ agit vt instrumentũ diuinæ iustitiæ.

Quæstio. Sap.5

¶Ampliùs,q̃rit Richardus,utrũ dãnati cruciabũtur ꝑpetuo a tribus alijs elemẽtis.vc3 terra,aqua,& aere.Rñdet,ꝙ imò,quẽadmodũ scriptũ est, Pugnabit ꝓ illo orbis terrarũ ꝯ insensatos.Et in Psal.Ignis, sulfur,& spiritus ꝓcellarũ pars calicis eorũ,ubi per sulfur ĩtelligit̃ fœtida terra,atq; ꝑ spiritũ ꝓcellarũ intelligit̃ aer procellosus,q̃ dr̃ spiritus tẽpestatis.Et

Psal.10.

denuo scriptũ est:Candescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter.Cũq; in libro Sapientiæ scriptũ sit:Per quæ quis peccat,ꝑ hæc, & punit̃. Iõ sicut iniqui per quatuor elementa peccauerũt,

Sapien.5 Sapien.11

inquantũ peccauerũt ꝑ corpora sua ex elementis cõposita,& ipsis elemẽtis abusi sunt,sic per oĩa quatuor elementa ineffabiliter affligentur, nec solum hęc,sed ut aliq̃ protestant̃, ẽt cęlestiũ corporeũ influẽtia torquebunt̃.Iustũ est eñi,vt q̃a creatori omniũ ingrati,ac rebelles fuerunt,ab oĩbus crucient̃,

Sap. 5.

iuxta illud libri.Sapientiæ:Armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ.Veruntñ:qm̃ ignis,& aqua ex sua natura magis sunt afflictiua,q̃ terra,& aer, iõ de eis magis fit mẽtio, imò cũ ignis magis sit actiuus, & afflictiuus quã aqua,iccirco sub noĩe ignis dñs cõpræhendit omnẽ pœnã,q̃ a rebus corporeis patiẽtur,

Matt.25.

cũ apud Matthæũ ait:Ite maledicti, &c. sed cũ detẽti in purgatorio puniant̃, vt purgent̃, & ignis naturã h3 purgatiuã, dicũt aliq̃ quod in purgatorio existentes,nullo elemento nisi igne puniantur.

Quæstio.

¶Præterea q̃rit̃,an sit ab oĩbus elementis affligãtur.Ad hoc q̃dã rñdẽt,ꝙ imò:qm̃ sicut formæ elementorũ immaterialiter recep[illegible] in spirituali substãtia,nõ sunt ꝯ̃riæ,ita nec actiones earũ. Similiter dicũt in sensu.Simul q̃ppè in visu est similitudo albedinis,atq; nigredinis,& actiones ipsarũ,& ita dicũt esse in tactu. Verũ hoc nõ cõplacet alijs. Nã q̃uis similitudines cõtrariorũ non sint in intellectu cõtrarie, tñ nõ ita ꝑfectè mouet̃ intellectus a pluribus sicut ab vna tm̃.Similitudines quoq; ꝯ̃riorũ in eadẽ parte pupillæ receptæ,sese in actione sua impediunt, vt p3 dum ꝑ vitrum rubeum cõspicit̃ album. Tunc em̃ vr̃ aliq̃d quasi ex vtroq; cõfusum,& iuxta hunc modum transient ab aquis niuium ad calorẽ

Iob.24.

nimium,sustinẽdo talia alternatim:tñ sine reductione ad medium,q̃a diuina virtute in instanti vna pœna cessaret,& alia simul cõpleta inesse, vel simul inerunt in diuersis eiusdẽ corporis partibus, & organis.De elemẽtis verò in inferno,dicẽdũ,ꝙ erunt ibi ĩ quadã ꝯfusione,nec tñ vnũ remittet alterius veritatẽ, & actionẽ: qm̃ agunt vt instrumenta diuinæ iustitiæ in reprobos,non in sei psa. Hæc Richardus.

¶Qui ẽt ad q̃stionẽ de loco inferni rñdet, sicut, & Petrus;Infernus inquiens,est sub terra,q̃a 19. de

Quæstio.

Ciuitate Dei asserit August.Ordo est parium disparium q; rerum sua cuiq; loca tribuẽs dispositio. Cũ

Aug.1.

que Deus nihil inordinatũ relinquat,ipse vnicuiq; cõgruẽtẽ tribuit locum.Loca autẽ nõ sunt cõueniẽtia rebus,nisi cõgruãt earũ põderibus. Põdus verò cõparat̃ amori,& sicut corpus fert̃ põdere,sic aĩus amore.Hinc sicut De⁹ tribuit corꝑibus locum ẜm exigẽtiã suorum naturaliũ põderum,sic intellectualib⁹,& rõnalib⁹ creaturis ẜm merita suorũ amorũ. Iõ sicut electi & sctĩ sũt ĩ cęlo empyreo, sic reꝓbi sũt ĩ infimo,& vilissimo loco:hoc est ĩ medio terræ, q̃a carnalia,& terrena potius,q̃ diuina, & cęlestia dixerunt.Vñ suꝑ illud Ionæ,ꝓiecisti me in ꝓfundũ in corde maris,ꝓhibet glossa:Quẽadmodum cor ẽ in medio aĩalis,ita infernus ĩ medio terrę.Et si obiiciat̃,ꝙ in cẽtro terræ viget nobilior influẽtia cœli, ergo nõ decet ibi iniquos locari.Iterum,cum tãtus

Ionæ, 2

sit numerus reproborum, qũo poterunt oĩa corpora sub terra ĩcludi?

Obiectio.

Et rñdẽdum ad primũ,ꝙ simpliciter loquẽdo,nobilior influẽtia cœli est in circũferẽtia terræ & suꝑ terram magis,quàm in centro, & sub terra ꝑ cõparationẽ ad hoĩm habitationem, attamen secundum quid,scilicet quo ad generationem metallorum quorundam,nobilior influentia cœli sub terra consistit.Hæc Richardus.

Bonauẽt. Aug. Gregori⁹.

¶Cõcordat his Bonauẽtura,dicendo:Quãuis temerariũ videat̃ determinare vbi sit infernus, & an ignis inferni sit corporalis,& verus,q̃a p̃cipuus doctor ecclesiæ libro de Ciuitate Dei, hoc relinquit sub dubio: tñ qm̃ sanctus Gregorius summus pastor ecclesiæ,cui Gregorio spiritus diuinus multa reuelauit, postea ista determinauit, & ex scripturis ꝓbauit,debemus ꝓ certo tenere,ꝙ infernus sub terra sit,& ignis eius corpore⁹.An verò sit eiusdẽ speciei cũ igne elementari, & cum igne, q̃ apud nos est,nõ ꝯstat,ꝓ certo.Probabiliter verò teneri

Quæstiones.

põt,ꝙ sit speciei eiusdẽ,nisi fortiora cõtra hoc inducant̃ argumẽta,q̃ hucusq; sunt ĩducta.Insuꝑ ait Bonauẽtura:Si q̃rat̃ de corporibus dãnatorum an affligant̃,simpliciter est ꝯcedẽdum:si q̃rit̃ an ꝯsument̃ simpliciter est negãdũ.Si quærat̃ an corrumpent̃ hoc ẽ distinguẽdũ. Corrumpunt̃ em̃ ẜm q̃d

Aug.

quãtum ad esse accidẽtale, s. quo ad bonã dispositionẽ:nõ autẽ simpliciter,quãtum ad esse substãtiale.Nã ignis ille vrit,& nõ consumit: qm̃ pabulum nõ requirit,cuius exẽplum ponit Augustinus de mõtibus Siciliæ,quos ab antiquissimis diebus ignis vssit,& nusquã consumpsit. In legẽda ẽt sancti Nicolai narrat̃,& in partibus Orientis quidam ignis inuenitur,qui oppositam sibi manum uehementer affligit,& nihil de ea consumit.

Quæstio.

¶Qualiter autẽ ignis sit afflicti⁹ spirituũ,attẽdẽdũ.Itaq; ad hoc,ꝙ generet̃ dolor in aĩa ab aliquo duo concurrunt ex parte aĩæ patientis,puta ꝑceptio ex parte cognitionis,& detestatio ex parte affectionis.Similiter duo requirunt̃ ex parte agentis:Vnum est,ꝙ immutet aĩę p̃ceptionẽ,seu cognitionẽ,aliud ꝙ uiolenter,& inseparabiliter adhæreat contra repugnãtiã uoluntatis.Ex his quatuor duo sunt secundum ordinem naturæ, & alia duo secundum ordinem diuinæ iustitiæ. Quod enim ignis immutet cognitionẽ aĩę,& aĩa percipiat calorẽ actionẽq; ignis,est naturali pòtentia utriusq;. Nempè dum ignis agit in cõpositum ex aĩa, & corpore,duplex ibi est passio:Vna naturalis,q̃ est calefactio corporis.Alia aĩalis,q̃ est immutatio sensus.Prima passio est uera,an naturalis: qm̃ est ab igne ut agente naturæ. Secunda passio est ab aĩa

seipsam mouēte, & ab igne occasione pbēte, ut Musices loqtur August. Queadmodū ergo aīa separata a corpore corpus pōt pati ab igne passione naturali, vtpotè calefieri, & cōburi p naturalē potētiā vtriusq; sic spiritus ēt separatus pōt pati passione animali, atq; ab igne psenti immutari naturali potētia ignis, & aīæ. Itaq; duo sunt ibi p ordinē naturæ, & duo p ordinē diuinę iustitiæ. Quòd em̄ ignis aīæ indissolubiliter alligetur, & anima in eo tāquā in carcere recludatur, diuinæ est iustitiæ. Quòd aūt aīa refugiat ignis calorem, qui ei per naturā nocere nō pōt, trepidetq; timore, vbi non est timor, hoc diuinæ iustitię est, q̄ facit trepidare peccatores, immittēdo timorē, & errorem eius rei, qua s̄m naturā superiores sunt aīæ. Hęc Bonauentura, ꝯ quæ Thomas, Richardus, & Alij arguunt, sicut iam patuit.

Psal. 142

Albertus.

¶Præterea Scripta Alberti consonant dictis ex Thoma, præsertim qualiter corpora damnatorum patiant̄ ab igne inferni, tñ de hoc loquit̄ satis modeste sint reprehensibili assertione, dicendo: Quæ hic dicunt̄ de pœna dānatorū, credenda sunt potius, q̄ discutiēda. Et rursus. Neminē puto scire veritatē quæstionis istius, videlicet qualiter corpora illa, & animæ patiantur ab illo igne, nisi cui Deus reuelauit. Deniq; respondendo an ignis corporeus agat in spiritum, & vtrum dæmones corporeo ardeant igne. Absque vlla, inquit, dubitatione corporeus ignis cruciat dæmones, quod fide teneo, quamuis intelligibile non sit plenè. Ignis quoque inferni calidissimus est fortissima caliditate, cui caliditati nihil est comparabile. Naturali enim & maximo circūponit̄ frigore, & est in materia solida, & sp intra se colligit̄, & habet caliditatem calcatam, & ꝯgregatiorē, q̄ ille, qui est in materia rara, quē ignē Deus conseruat, prout Isaias, testat̄: flatus dñi sicut flatus sulfur succendēs eā. Infernus ēt intra suas cōcauitates capax est oīm corporū dānatorum. quēadmodum scriptum est, Dilatauit infernus aīam suā absq; vllo termino. Attñ bene credo, ꝙ constricta, compressa, & quasi commassata iacebunt corpora damnatorum in ipso.

Quæstio.

Esai. 5.

Esai. 30

¶Insuper Scotus scribit hic multa. Primò qualiter aīæ separatæ iniquæ, ac dæmones pati, & affligi queant ab igne: Dolor, inquiens est passio ꝯsequēs apphensionē sensitiuā, & in appetitu sensitiuo consistit. Tristitia aūt propriè est in volūtate, cōsequēs apphēsionē intellectus alicuius voliti oppositi seu ꝯrij voluntati. Vñ patet, quòd talis dolor nō est in substātia spirituali separata sicut, nec appetitus sensitiuus, nec sensitiua cognitio. Circa ꝙ dolor ēt frequenter, ac cōiter ponit̄ in parte intellectiua, & voluntate, vt cū contritionem dicimus essentialiter verè, ac propriè esse dolorē de peccatis, vt patuit supra tractatu de pœnitentia. Veruntñ de vsu terminorū non est superfluè cōtendendū. Deinde Scotus positionē suā prosequitur, & concordat dictis ex Thoma. Opinionē quoq; ex Bonauentura inductā redarguit, quātū ad hoc, ꝙ pfert, ꝙ timent ubi non est timor, & quòd Deus est cā illius erroris, ac falsæ apprehēsionis in illis spiritibus. Itaque Scotus ait, ꝙ aīæ separatæ, ac dæmōes allegant̄, ac detinent̄ igne inferni dupliciter. Prīò, ꝙ nequeūt ad alia libere se mouere. Secundò, quia in assidua ꝯsideratione ignis illius ita fungunt̄, quòd alia libere intueri, ac considerare non valent. Et hæc duo sunt eorum libertati, naturaliq; dignitati, ac agilitati contraria, ac eos contristant potissimè inquantum à Deo eis infliguntur vindicante eorū peccata, & eos sic reprimente, ac sibi subijciente, quia cū odiant Deū, molestissimū eis est ab ipso sic coartari. Consequenter rñdendo an hoīes damnati post iudicium cruciabuntur igne infernali, ponit distinctionem præhabitam duplicis actionis, ac passionis, videlicet naturalis, & animalis seu intentionalis, & dicit, ꝙ ignis inferni vtrāq; actionē pōt habere in dānatos corpore suscitatos, quod probat sicut iam ante ex Richardo probatū est, atq; motiua alterius opinionis introducta ex Thoma, soluit idoneè. in quibus consentio ei vt infra pleniùs dicam.

Quæstio.

Henricus.

¶Denique his concordat Henricus 12. Quodlibet. vbi determinat, substantiam incorporalem separatam non pati ab igne per realem calefactionē per modum nobis cognitum, quo sc3 in hac vita corporalia patiunt̄, alterantur, & affliguntur ab igne, sed miro, & ineffabili mō nobis incomprehensibili in hac vita, patiuntur. & affliguntur ab igne mediante calore. Firmiter, inquit, credimus, quòd ab illo igne materiali patiatus spiritus, mediante calore, quo illam passionem producit, quamuis modum agendi, & virtutē illius ignis, ac qualitatē caloris ignoremus. Ampliùs q̄rit, an corpus dānati, in inferno possit esse simul summè calidum, ac summè frigidū. Respondet, quòd non, quia contraria quātū ad esse intensum præsertim quantū ad summū suum gradum simul inesse nō valent quoad eandē patrem subiecti Et de hac quæstione se expedit, nō prosequens euidenter an corpus tale realiter alteretur, ac calefiat ab igne, sed cum fateatur animam adhuc separatam verè ab igne, ac eius calore affligi, quāto magis intēdit hoc de corpore tali asserere.

Quæstio.

Quæstio.

¶At verò 8. Quodlibet. interrogat, an locus inferni sit centrū terræ. Ad quod rñdet, consonanter iuxta phabita pbabiliter dici posse, ꝙ sit in cētro, vel ppe, quāuis de hoc nō sit aliquid incautè asserēdū.

Augustin.

¶Verūtñ in hoc Quodlibet. 8. pleniùs Scribit Hēricus, qūo ignis corporalis verā valeat passionem imprimere in spiritum. Vna, inquit. opinio dicit, ꝙ anima separata quamuis non sit corpus, gerit tamē similitudinem corporis in se, in quo verè possit pati, dicente. Augustino. 2. de immortalitate animæ. Neque hoc me differere putes, videlicet, quòd aīa non sit corpus, tāquam negē fieri posse vt aīa mortui sicut, & dormientis, in similitudine corporis sui sentiat siue bona, siue mala. Quòd si tale quid apud inferos geritur, & in eos se non corporibus, sed corporum similitudinibus recognoscunt: Deum enim tristitia patitur, quāuis somnis, quāuis illa sit similitudo corporeorū mēbrorū, non membra corporea, non est tñ penæ similitudo sed pena. Sed hoc stare nō pōt: qm̄ similitudines corporum non sunt nisi in parte sensitiua imaginaria, s̄m quas aīa patitur decepta in somno, æstimando similitudines corporum corpora esse, Antima aūt separata vim imaginatiuā non habet. Talisq; passio ex deceptione procedit. Nunc verò quærimus realem, veramq́ue passionem. Hinc alij dicunt, quod in anima est vis, qua pati potest ab igne corporeo, & hoc naturaliter inquantum coniuncta est corpori, supernaturaliter verò, quando est separata, ita quod eadem patitur post separationē, quę ante in corpore. Quod etiam stare non potest, quia in corpore pati non potest, nisi secundum vim sensitiuam actu extensam per corporeum organum. Hinc alij dicunt, quod patitur per vim sensitiuam, inquantū radicaliter, ac vitualiter manet in anima separata, nec mirum, si per diuinam patitur separata, quod naturaliter pati potest coniuncta. Sed hoc de angelo dici non potest. Ob hoc alij dicunt, quod spiritus igni includitur

Anima separata vi imaginatiua caret.

ditur seu aligatur, sicut iam dictum est. Verum iuxta hoc non pateretur ab igne passionem inferente nisi occasionaliter, imò ipse spiritus in se excitaret afflictionem occasione inclusionis, quemadmodum, qui ad aliorum præsentiam turbaretur. Idcirco alij dicunt, quòd patitur ab igne non vt est res naturaliter afflictiua, sed ut est instrumentum diuinæ iustitiæ, sed sic non potius pateretur ab igne inquantum est calidus, quàm ab aere: imò posset aer in hoc esse instrumentum iustitię Dei, sicut & ignis, nec ignis diceretur affligere in eo, quòd calidus est, quod ab auctoritate sanctorum discordat, Ideo oportet dicere, & fateri, quòd ignis affligit spiritum, inquantum calidus, imò eodem genere afflictionis, quo affligeret corporis sensum, sed cum non sit actiuum sine passiuo sibi correspondente, non potest ignis sua naturali actione agere in spiritum affligendo, nisi spiritus possit pati ab illo veram passionem, qualem reciperet sensus ab igne, vtpotè actus, quo cum careant dæmones, ac animæ separatæ restat difficultas quomodo sic possint pati ab igne, cum actus actiuorum non sint nisi in patiente disposito. Ad quod videtur dicendum, quòd Deus supernaturaliter imprimit uim quandam naturæ dæmonis, & animæ, vel utrique id naturaliter in est, quamuis nos lateat, & vim illam sic temperat, vt per eam sustineat pœnām suis culpam correspondentem. Hæc Henricus.

Spiritus ab igne affligitur.

¶Cuius hoc vltimum dictum videtur obscurum, quia non exprimit, quæ aut qualis sit vis illa supernaturalis, an scilicet sit materialis, & qualiter faciat immaterialem substantiam corporalis alterationis, calefactionis, & caloris capacem. Vnde, & Scotus his obijcit, quòd dæmon seu anima non magis est capax talium alterationum, aut qualitatum, quam dealbationis siue albedinis, aut lapis sapientiæ.

Scotus.

¶Postremo dictis Henrici cōcordat Argen. quantum ad punitionem hominum iniquorum post resurrectionem, qua in anima, & corpore punientur, quantum verò ad punitionem animarum separatarum, ac dæmonum, consonat dictis Thomæ, & addit. Coniunctio seu allegatio ad ignem inferni, aliter se habet ad animas, & dæmones, qui nunc sunt in inferno, aliterque ad dęmones, qui in isto sunt aere pro exercitio nostro. Existens etem̄ inferno coniuncti sunt infernalibus flammis localiter, atque mentaliter. Qui verò in aere sunt, aut nobiscum, coniunguntur flammis illis mentaliter, & non loco. Hæc Argentinensis. De hac item materia dictum est super secundum.

Dio. Car.

¶Postremo inter opiniones præhabitas potissimè displicet illa, quę dicit corpora damnatorum non affligi igne infernali afflictione naturæ, seu naturali corporali, seu alteratione, & calefactione reali, sed solum animalis, prout animale dicitur ab anima, seu intentionalis, & hoc propter multas rationes, & auctoritates contra eam inductas, & quia apertissimè est contra articulum Parrhisijs condemnatum, sicut probatum est qui tamen diu post Thomam est editus. Vnde Henricus (qui condemnationi articuli illius interfuit) directè tenet contrarium illius erroris. Et si sanctus Thomas tunc dixisset in corpore, aut postea non contradixisset illi articulo. Similiter, nec Albertus. Veruntamen Scotus contradicit, & dicit, quòd excommunicatio se non extendit extra diœcesim. Insuper positio illa non consonat diuinis scripturis, in quibus clarè docetur, quòd reprobi potissimè post diem iudicii, igne gehenne torquentur, ardent, accenduntur, æstuant, calefiunt, & inestabiliter affliguntur, vt dum defertur in Psalm: Pones eos in clibanum ignis in tempore uultus tui. Et rursus: Cadent super eos carbones, & in ignem deiicies eos. De quibus sacratissimus Iohannes Baptista testatus est, Paleas conburet igne inextinguibili, & Esaias. Ignis eorum non extinguetur, atque Apostolus: Terribilis est expectatio quædam iudicii, & ignis ęmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Iudith. quoque ait: Dominus omnipotens dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt utantur, ꝙ sentiant vsque in sempiternum. Et Ecclesiastico legitur. Vindicta carnis impii, ignis, & vermis. Consimilia verba scripturæ, quàm plurima possent induci. Insuper contra opinionem illam ineptam sunt plurimæ visiones, & apparitiones fide dignæ in quibus spiritus defunctorum apparuerunt, atque viuentibus retulerunt se esse in maximis pœnis, & materialis ignis ardore affligi, imò inflammationes, calores, incendia ignium mundanorum quasi nullius esse comparationis respectu incendiorum, ardorum, & inflammationum, quibus incredibiliter torquerentur, imò, quod maius, certiusq́ue consistit, etiam multa morte resuscitati, hoc ipsum sunt protestati, vt patet in legenda sancti Iohannis Apostoli, & de tribus mortuis quos legitur resuscitase beatus Hieronymus, ex quibus ostenditur, quòd non solum corpora impiorum post finale iudicium taliter cruciabuntur, sed item, quòd animę interim sic affliguntur tam in inferno, quàm in purgatorio. Et nisi sic esset, pœna dæmonom præsertim post iudicium, esset multo minor, quàm pœna hominum reproborum, cum multo acerbiùs, atque pœnaliùs sit igne puniri non spiritualiter seu intentionaliter tantum, sed spiritualiter simul, ac corporaliter, & non tantum per allegationem, sed etiam per vehementissimam calefactionem. Quis non incomparabiliter mallet detineri in carcere, q̄ iacere & ardere in fornace ardenti, ac calidissimo in medio carceris situato? Deniq; pœna inferni est maxima pœna, quæ esse potest, aut est in rerum natura, quòd uerum non esset, nisi damnati realiter, & corporaliter afficeretur ardoribus, frigoribus, consimilibusq; inferni suppliciis. Postremò fundamentum opinionis illis infirmum, & friuolum comprobat̄, uidelicet, quòd quia primum mobile est primum mouens, & alterans, & causa omnis motus, alterationis in aliis, ideo ipso cessante, cessabit in aliis omnis motus, & alteratio. Nam simili argumentatione concluderetur, ꝙ nec in gloriosis corporidus futurus esset motus localis, nec dos agilitalis posset in eis in actū talem procedere, & quòd ignis hoc posset stuppam sibi applicatam incendere, ꝙ articulus prætactus condemnat. Dato ergo, ꝙ naturaliter loquendo, cessaret tunc alteratio, tñ p omnipotentiam Dei supernaturaliter aliter fieri potest, & fiet: Imò cū totus ille status futuri seculi tam in electis, quàm reprobis, atq; in omnibus creaturis tunc mansuris, erit supernaturalis, & alterius modi ac ordinis, quàm sit status rerum naturalis mō consistens, quid est hoc, ex cessatione motus cœlestis arguere, probare, concludere, ꝙ reprobi in inferno non alterabuntur ab igne? Certe, & si hoc vno respectu videatur naturaliter sic esse debere, nihilominus alio respectu esset in naturale, & ualde mirabile, uidelicet, ꝙ ignis tam calefactiuus, & estuās non calefaceret corpora grossa, & mixta, in medio eius iacentia, ex propria natura calefactibilia.

Psalm 20.
Psalm 139.
Matth. 3
Isaiæ 66
Heur 10.
Iudith. 16.
Eccl. 7.

Pœnam inferni maximā esse omnium pœnarum.

¶Sequens distinctio determinat de his, quæ pertinet ad resurgentinm remunerationem,& punitionem. Et circa hoc tria facit Magister Primò enim ostendit quomodo animæ quàm cito a corporibus separantur habitaculis iuxta sua merita, uel demerita reddantur. Secundò quomodo defunctis exæquiæ uiuorum pro eis factæ suffragantur. Tertiò inquirit utrum beati patria pro nobis deprecentur. Primum facit vsque ibi. De suffragijs defunctorum. Secundum vsq; ibi. Sed forte quæris. Tertiuum vsq; ad finẽ distinctionis. In speciali sententiã magistri stat in tribus ꝓpositionibus; quarũ prima est hæc. Quã cito aĩæ in morte suis à corporib⁹ separant̃, mox ꝓ mõ suorũ meritorũ diuersis habitaculis reddent̃. Hãc magister ponẽs dicit, ꝙ aĩæ defunctorũ ẜm sua merita diuersis habitaculis reddent̃ vsq; ad diẽ iudicij. Post iudiciũ verò earũ pœna, vel gloria augebit̃, ꝙ auctoritate beati Aug ꝓbat. Vñ infero, ꝙ sicut facta resurrectione pęna malorũ auget̃, ita gloria seu beatorũ gaudiũ plus ꝑficiet̃. ¶Secunda propositio est hæc. Illi de orõnibus,& eleemosynis ecclesiæ illic hũc ꝑfectũ recipiũt, q hic talia, vt eis ꝑficerent meruerũt. Hãc magi isinuãs dicit mortuos viuorũ suffragijs iuuari: si tñ hoc meruerũt dũ viuerẽt. Postea subdit, ꝙ ista, q̃ hic ꝓ defunctis frequentat ecclesia, medio criter malis suffragant̃ ad pœnæ mitigationẽ,& mediocriter bonis ad pœne solutionẽ. Et facta ꝓ valde bonis, qui suffragiis nõ indigẽt sunt gratiarũ actiones,& facta ꝓ summè malis, q iuuari non possunt, q̃uis non sunt eius adiumenta: sunt tñ ad viuẽtiũ ꝯsolationẽ, qđ auctoritate beati Aug. ꝯfirmat. Postea dicit, ꝙ põpæ fiunt, q̃ in obsequiis sunt ad viuorũ de diuite,& paupere, quorũ vterq; cũ sit mediocriter bonus, suffragiis indiget,& ambo pariter post mortẽ meruerũt iuuari,& ꝓ diuite fiũt multa suffragia gñalia,& specialia: ꝓ paupe vero tm̃ gñalia: vtrũ iuuet̃ paup pauciorib⁹ suffragijs q̃tũ diues amplioribus. Et vr̃, ꝙ sic, qa vterq; meruit iuuari,& equaliter boni fuerũt. Cõtrariũ aũt vr̃, qa aliàs nihil cõferrent specialia suffragia diuiti ꝓ eo facta, Et rñdet magister, ꝙ tm̃ ualẽt paupi sola gñalia suffragia q̃tũ diuiti gñalia,& specialia suffragia,& tñ ꝓfuerũt specialia suffragia diuiti nõ ad aliud, uel mai⁹ aliqd, sed ad idem ad qđ gñalia, ut ex plurib⁹ causis unũ ꝑciperet̃ emolumẽtũ. Vel põt dici illa plura suffragia diuiti ꝯtulisse celeriorẽ absolutionẽ,& nõ pleniorẽ. Postea q̃rit de illo, qui suffragijs ĩdiget,& morit̃ in ipsa cõsummatione seculi, qñ ulterius suffragia impẽdi non poterũt, utrũ talis saluabit̃. Et rñdet, ꝙ talis ꝑ ignem tunc futurũ,& per orationes cælestis ecclesiæ saluabitur. Tertia propositio est hęc. Angeli orationes nostras Deo offerũt,& ea, q̃ hic apud nos agunt̃ recognoscunt. Hanc magister insinuans q̃rit: utrũ sancti p̃ces nostras, & uota sibi porrecta audiãt,& sciant. Et rñdet, ꝙ angeli & sc̃ti diuinã faciem uidentes, ea quæ apud nos gerũt̃ cognoscunt, q̃tũ ad eorũ gradiũ pertinet,& nostrũ auxiliũ: uñ,& angeli dicunt̃ orationes nr̃as semꝑ offerre Deo, nõ tanq̃ Deũ instruẽtes, sed quid circa nos agẽdũ sit ad eius ueritatẽ ducentes, unde præces nostras dicuntur exaudire, quando cœlesti curiæ earum exauditio innoscit, seu earum euentus futurus manifestatur.

De diuersis animarum receptaculis post mortem. Distin. XLV.

De statu & cõditione bonorum aĩarũ p̃st mortem.

PReterea sciendũ est, ꝙ oẽs aĩæ, vt ait Aug. cũ de hoc seculo exierint, diuersas habẽt receptiones: bonę habent gaudiũ, malæ verè tormenta. Sed cũ facta fuerit resurrectio, & bonorũ gaudiũ amplius erit, & malorũ tormenta grauiora, qñ cũ corpore torquebunt̃. Ex his ostendit̃, ꝙ maius erit gaudiũ sanctorũ in resurrectione,& post, q̃ fuerit ante, & ꝙ diuersa receptacula habunt aĩæ sanctorũ. De quibus idem Augu. ait: Tempus, quod inter hoĩs mortem, & ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaqueque digna est, vel requie, vel ærumna, per eo, quod sortita est in carne dum uiueret. (August.)

De suffragijs defunctorum.

(August.) Neq; negandũ est, vt ait Augustiuus, defunctorũ animas pietate suorũ uiuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatori offert̃, vel eleemosynæ fiunt in ecclesia. Sed hec eis tm̃ prosunt, q cum uiuerent, hæc sibi ut postea possent prodesse, meruerunt. Est em̃ qdã uiuendi modus, nec tã bonus, ut non requirat ista post mortem, nec tã malus, ut ei nõ prosint ista quicq̃. Est verò talis in bono, ut ista non requirat,& est rursus talis in malo, ut nec his valeat, cum hæc uita transfierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc uitã quispiã grauari, vel reuelari: nemo aũt speret, ꝙ hic neglexit, cum obierit, apud Deũ promereri. Non ergo ista, quæ pro defunctis commẽdandis frequentat ecclesia, illi apostolicæ sunt aduersa sententiæ, qua dictũ est: Oẽs stabimus ante tribunal Chr̃i, vt referat vnusqsq; ẜm ea, quæ ꝑ pro corpus gessit scilicet bona, vel mala: quia etiam hoc meritum sibi quisq; cum in corpore uiueret comparauit, ut possint ei ista prodesse. (Roma. 24.) Non enim omnibus prosunt,& quare non nisi propter differentiam vitæ, quam qsq; gessit in corpore. Cum ergo sacrificia siue alteris, siue quarũcunq; aliarum eleemosynarum pro baptizatis omnibus offeruntur; (Augustin.) valde bonis gratiarum actiones sunt: ꝓ non valde malis sunt ꝓpiciationes. sed ꝓ ualde malis etsi nulla sunt adiumenta mortuorũ, tñ qualescunq; uiuorũ ꝯsolationis sunt Quibus verò ꝓsunt vel ad hoc ꝓsunt, ut sit plena remissio, uel certe, ut tolerabilior sit ipsa dãnatio. Orõnib⁹ ergo sanctæ ecclesiæ,& sacrificio salutari,& eleemosynis, q̃ pro eorũ spiritibus offerunt̃, non est dubiũ mortuos adiuuari, vt cũ eis misericordiùs agatur a dño, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum tota obseruat ecclesia, ut pro eis, qui in communione corporis,& sanguinis domini defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorentur, oretur, ac pro illis quoq; id offerri commemoretur. Non est ergo ambigendum, ista prodesse defunctis: sed talibus, qui ita uixerunt ante mortem

ut

vt possint eis hæc utilia eẽ post mortẽ. Nã q sine fide operãte ꝑ dilectionẽ, eiusq; sacr̃is de corpore exierunt, frustra illis a sui hmõi pietatis officia impẽdiuntur: cuius dũ hic essent pignore caruerunt, nõ misericordiam sibi thesaurizantes, sed irã. Non ergo mortuis noua merita cõparant̃, cũ pro eis aliqd boni operant̃ sui, sed eorũ meritis p̃cedentibus cõsequeẽtia ista redunt̃. Nẽ istã qsque finiens vitã, nisi qđ in ea meruerit, nõ poterit habere post eã. Ecce qbus,& qualiter prosunt, illa, q̃ pro defunctis frequentat eccl̃a. Mediocriter malis suffragant̃ ad pęnæ mitigationem, mediocriter bonis ad plenã absolutionem q non habet tãtæ ꝑfectionis merita, vt nõ indigeant iuuari pauperes, quorũ est regnũ cęlorũ, quos sibi fecerũt amicos de mammona iniquitatis. (Matt 5. Luc. 16.) Quorũ tanta est p̃fectio, ut his adiutoriis nõ ĩdigeat, quales sũnt Apost.& martyres. Vt.n. ait Aug. Iniuria est ꝓ martyre orare in eccl̃ia, cuius nos debemus orationibus cõmendari, pro aliis aũt defunctis orat̃.

De officijs sepulturæ.

De põpis verò exequiarũ idẽ Aug. ita dicit: Põpa funeris, agmina exequiarũ, sumptuosa, diligentia sepulturę uiuorũ sunt qualiacũq; solatia, nõ adiutorium mortuorũ. (Augu. li. 1 de ciuitate Dei. ca. 12. Et in li. de cura p mortuis gerenda. c. 2.) Quia si aliqd prodest impio, sepultura p̃ciosa, oberit, pio vilis vel nulla. Preclaras exequias in cõspectu hominum purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorum, sed multo clariores in conspectu dñi ulceroso illi pauperi ministerium exhibuit angelũ: quia eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in Abraæ gremium. (Lucę 16.) Sit tamen cura mortuos sepeliendi,& sepulchra construendi: quia hæc in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt: nec solum in corporibus patriarcharum aliorumq; sanctorũ, sed etiã in ipsius dñi corpore q ista fecerunt, laudati sunt. (Gene 13. Lucœ. 13.) Impleant ergo homines erga suos officia postremi muneris,& sui humani lenimenta męroris. Verum illa, quæ adiuuant spiritus defunctorum, scilicet oblationes, orationes, multo obseruanatius procurent.

De duobus æque bonis, quorum alter plura post mortem habet auxilia.

Solet moueri q̃stio de duobus, vno diuite, altero paupere pariter, sed mediocriter bonis, q prædictis suffragiis indigent,& meruerunt pariter post mortem iuuari; pro altero verò, id est, pro diuite, speciale,& communes fiunt orationes, multęq; eleemosynarum largitiones; pro paupere verò non fiunt nisi communes largitiones, & orationes. Quæritur ergo, an tm̃ iuuetur pauper paucioribus subsidijs, quantum diues amplioribus. Si non pariter iuuatur: non ei reditur ẜm merita. Meruit. n. pariter iuuari, qa pariter boni extiterunt; Si verò tm̃ suffragij consequitũr pauper quantum diues, quid contulerunt diuiti illa specialiter pro ea facta? Sane dici potest, non ei magis voluisse generalia, & specialia, q̃ pauperi sola generalia suffragia: & tamen profuerunt diuiti specialia, non qdẽ ad aliud, vel maius aliqd, sed ad idem, ad quod generalia, Vt ex pluribus & diuersis causis unum perciperetur emolumentũ, Potest tamen dici aliter, illa plura subsidia contulisse diuiti celeriorem absolutionem, non pleniorem.

Quibus suffragijs iuuabuntur mediocriter boni, qui in fine inueniẽtur.

Sed iterum quæritur de aliquo mediocriter bono, q talibus indigens suffragiis, in ipso consumationis seculi articulo cum reliqs migrabit, si saluus fuerit cũ ꝓ eo non offertur vlterius sacrificium, vel or̃o, vel eleemosyna, nec habebat tantæ perfectionis merita q̃ his suffragis non egerent. (Respõsio 1. Cor. 3.) Nunquid ergo saluabitur. Estimo eum quasi per ignem transeuntem saluari meritis,& intercessionibus cœlestis ecclesiæ, quæ pro fidelibus semper intercedit voto,& merito donec impleatur Christus.

Quomodo sancti glorificati audiunt preces suplicantium, quomodo intercedunt pro nobis ad dominum.

Sed forte quæris nunquid preces supplicantium sancti audiunt,& uota postulantium in eorum notitiam perueniunt? Nõ est incredilę, animas sanctorum, q̃ in abscondito faciei Dei veri luminis illustratione lætantur, in ipsius contemplatione ea, q̃ foris aguntur intelligere, quantũ, uel illis ad gaudiũ, vel nobis ad auxilium pertinet. Sicut enim angelis, ita & sanctis, q Deo assistunt, petitiones nr̃ę innotescunt in verbo dei, quod ꝯtemplãtur: Vnde,& dicuntur angeli,& orationes,& uota nostra offerre Deo, non quia eum doceant, sed quia eis uoluntatẽ super eis consulunt. Vnde Aug. Angelis, qui sunt apud deũ innotescunt petitiones nostræ: vt quodammodo eas offerat deo,& de his consulant, & quod deo iubente implendum esse cognouerint, hoc nobis euidenter, vel latenter reportent. Vnde,& angelus hominibus ait. Cũ oraretis, orationẽ vestram obtuli deo. Ad omnia quidem scienda sufficit Deo sua perfectio. habet tamen nuncios. i. Angelos, non qui ei, quę nescit annuncient (non enim sunt ulla, quę nesciãt) sed bonum eorum est, de operibus suis eius consulere veritatem, & hoc est quòd dicuntur nonnulla nunciare

non

non ut ipse ab eis discat, sed, vt ab eo ipsi discant per verbū eius sine corporali sono. Nū ciant etiā, quod voluerit, ab eo missi ad quos uoluerit, totum ab illo per illud verbum eius audientes, i. in eius veritate inuenientes, quid sibi faciendum, quid quibus, & quādo nunciandum sit. Nam, & nos orantes eum nō eum docemus: quia nouit. vt ait verbum eius pater vī, quid vobis necessarium sit priusquam petatis ab eo. Nec ista ex parte cognouit, sed futura omnia temporalia, atq; in eis etiam quid, & quando ab illo petituri fueramus: & quos & de quibus rebus, vel exauditurus, vel non exauditurus esset, sine intuitio ante præsciuit. Non ergo dī angelus orationes nostras offerre Deo, quasi Deus tunc nouerit quid velimus, & quo indigeamus: quo omnia antequam fiant, sicut, & postquā facta sunt nouit: sed quia necesse habet rationalis creatura temporales capsas ad ęternā veritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue cōsulendo quid faciat.

Quòd dictum est de angelis, atribuit sanctis animabus.

Si autem angeli. à Deo p verbum eius discunt petitiones nostras, & quid de his implē dum fit, & quid non, cur non credamus, & animas sanctorum Dei faciem contemplantium, in eius veritate intelligere præces hominum, & quæ implendæ sint, vel non? Inde est, q̄ Deus dicitur exaudire præces quorundam, non solum qñ effectui mancipat, sed ēt quando innotescit curiæ angelorum, & sanctarum animarum, quid inde futurum sit vel non, & quod cognoscunt in Dei voluntate esse uolunt, & ipsi. Adeo enim supernæ voluntati addicti sunt, vt nihil præter ius uoluntatem queunt uelle. Intercedunt ergo ad Deum pro nobis sancti, & meritò, dum illorum merita suffragantur nobis, & affectū uota nostra cupiunt impleri: qd̄ tamen non faciunt, nisi in uoluntate Dei implenda didicerint. Oramus ergo vt intercedant pronobis. i. ut merita eorum nobis suffragentur, & vt ipsi velint bonum nostrum: quia eis volentibus Deus uult, & ita fiet. Ex præmissis constat, quòd cum quibusdam misericordiùs agit Deus, quàm eorum peccata meruerint scilicet cum mediocriter malis, qui suffragiis ecclesiæ iuuantur.

Summa distinctionis. XLV.

POstquam præcedēti distinctione tractauit Magister de generali resurrectione & resurgētiū retributione, hic tractat de eorū dē receptaculis variis, ac distinctis, & qualiter quibusdā valeat subueniri, & quibus, & quibus non. Quo circa aliqua interponit de officiis sepulturæ, mouetque quæstionem, quam etiam soluit, de duobus mediocriter bonis, & iterum quærit de quocunque mediocriter bono in fine seculi morituro post cuius obitum non fient suffragia qualiter illi subuenitur. Vltimo pandit quæ, & quot sint ista suffragia in communi.

QVAESTIO I.

HIc quæritur: *quæ & quod sint receptacula animarum post hanc vitam, & de distinctione eorum*

¶ Videtur, quòd non conuenit eis habere receptacula post hanc vitam. Primò, quia vuicuiq; competit recipi, ac locari in loco suæ naturæ proportionato, ac suæ congruo dignitati. Sed animæ cum sint spirituales essentiæ digniores sunt oī corporea re omnique loco corporali, ergo non conuenit eis recipi, ac manere nisi extra mundum sensibilem. Vī quoque, quòd non statim recipiantur. Nā sicut peccauerunt, ita sunt remunerandæ. Non autem peccauerunt nisi in corpore, ergo non sunt præmiandæ nisi in corpore. Queritur quoque, an aī diē iudicii egredi queant habitacula sua. Videtur q̄ non: qm̄ Deus vult vt in fide viuamus, atq; in spe ambulem⁹ Si autem apparent nobis defuncti, haberemus scientialem certitudinem de futuris, sicque merito fidei priuaremur: quoniam fides habet meritum, cui humana ratio non præbet experimentum, ſm Gregorium, qui iterum protestatur. Quod videri potest, melius dicitur sciri, quàm credi.

¶ In oppositum sunt Quę habentur in litera. Circa hæc scribit Thomas: quāuis spirituales substantię secundum esse suum non dependent a corporalia tamen per spiritualia desuper gubernantur, ideo inter ea conuentia, & congruentia quædam est, ita quòd dignioribus, & spiritualibus præstantiora loca deputantur. Sicq; ue animabus post hanc vitam certa loca aptantur, iuxta exigentiam meritorū aut de meritorum suorum, & prout magis accedunt per vitæ syncerita tem ad summū increatumque spiritum, cui pro habitaculo cœlum empyreum appropriatur, quamuis ipse nullo loco claudatur. Itaque inter incorporalia, & corporalia, est conuenientia, similitudo, & proportio aliqua in, irationis, & aptationis. Vnde, & Deus sol iustitiæ appellatur. Denique sicut in corporibus est leuitas qua sursum mouentur, grauitas, qua feruntur deorsum tanquam ad naturalia loca, ita in animabus sunt merita, & demerita, quæ ad gaudia, aut tormenta tanquam ad actuum suorum fines, ac præmia perducuntur. Hinc animæ mox vt corporibus exuuntur, congruam retributionem adipiscantur tamen finalem beatitudinem interdum non protinus consequuntur propter reatum præcedentium delictorum, à quibus dum fuerint expurgatæ, ad habitaculum pertingunt cœleste. Quæ autem in mortali peccato decedunt, protinus in infernum merguntur. Quæ verò perfectè, & sanctè uixerint euolant, & in cœlo recipiuntur empyreo. Hæc est fides catholica, & ecclesiæ sanctæ doctrina, & attestantur auctoritates scripturę canonicæ, ac patrum, sanctorum. ideo contrarium dicere est hæreticum.

¶ Præterea aliquem exire de inferno, aut paradiso intelligi potest dupliciter. Primo sic quòd de cætero illuc non redeant, & sic nullus per finalem sententiam paradiso, aut inferno adiudicatus, unqnam inde egreditur. Secundo, de egressione ad tempus. Et sic distinguendum est, quid illis conueniat secundum legem naturæ, & quid secundum ordinem diuinę prouidentiæ, quia vt Augustinus, detestatur libro de cura agenda pro mortuis, Alii sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutū, Alia sunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter, fiunt. Itaq; secundum naturalem cursum animæ separatæ, ac congruis, seu debitis receptaculis deputatæ, à conuersatione viuentium in seculo isto penitus segregant. Non enim secūdum cursum naturæ homines in carne mortales viuentes substantiis separatis immediate iunguntur, cum omnis eorum cognitio oriatur à sensu, nec propter aliunde suis receptaculis eis egredi conueniret, nisi ut rebus & actibus hic conuersantium interessent. Secundum dispositionem uerò prouidentiæ Dei interdum à suis receptaculis exeunte hominibus præsentantur, vt Augustinus in libro profert prætacto de Felice martyre, qui ciuib⁹ Nolanis visibiliter apparuit cū à Barbaris obsideretur, quod & de damnatis etiam credi potest, quod ad eruditionem hominum ac terrorē finuntur interdum exire & apparere: Et in purgatorio positi, ad patenda suffragia aliquando sic apparēt, vt in libris Dialogorū per multa exempla probat Gregorius. Verum hoc interest iter sanctos & damnatos, quod sancti ad libitum suum hoc facere possunt, non autē damnati. Quēadmodū aūt sancti in carne viuentes per q̄dā dona gratiæ gratis datæ prodigia, atq; miracula operantur, q̄ alii nequeunt; ita conueniens est ut uirtute gloriæ detur eis potestas, qua ualeāt uiuentibus mirabiliter apparere, loqui, & aliquā insinuare, quod nequeunt alij nisi permissi. Augustinus tamen libro præallegato effatur. Si rebus uiuētium vterentur animę mortuorum vt de aliis taceā meipsum pia mater nulla nocte defereret, quæ me terra mariq; sequuta est. Sed ut ibi ex sequētibus patet, hoc Augustinus secundum communem loquutus est cursum, nec sequit̄, si mortui possunt dū nolunt viuentibus apparere, quod passim hoc faciāt: qm̄ separati a carne, aut omnino conformantur uoluntati diuinæ, ita ut nec uelint, nec ualeant nisi qd̄ illi conuenire intuentur: aut ita sunt pœnis oppressi, ut magis doleant de suis miserijs, quàm cupiant apperere hominibus. Nec putandum quod aīæ sanctorum, & damnatorum semper personaliter assint vbi apparent. Aliquando enim huiusmodi apparitiones fiunt in somno aut vigilia, operatione bonorum, seu malorum spiritum, ad instructionem seu deceptionem uiuentium sicut, & viui homines quādoq; apparent, & manifestantur aliis tempore somni, & non constat, quod realiter ibi non sint. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Insuper de multiplici limbo loquens: Animæ, in quit hominum post mortem ad requiem pertingere nequeunt, nisi fidei merito cuius primum ex ēplū in Abraam hominibus est mōstratum, qui se primò a cętu infidelium segregauit, ac speciale fidei signū videlicet circūcisionem accepit: Hinc requies, q̄ hominibus post mortem confertur, sinus Abrahæ appellat. Animæ autem sanctorum post mortem non omni tempore eandem requiem, quia post Christi passionem sortiri sunt plenam beatificæ fruitionis quietem. Ante verò habeant quietem p immunitatē a pœna, non adeptionē ultimi finis. Hinc status sanctorum ante aduentū Christi potest considerari quātum ad id, quod habebat de requie, sicq; sinus Abrahæ nuncupatur: & quantum ad id, quod deerat eis de requie, & sic dicitur limbus inferni. Limbus ergo inferni, & sinus Abrahæ, antè Christi aduentū fuerunt unum per accidens. Vñ post Christi aduentum diuersi sunt, quæ enim per accidens unū sunt, possunt ab inuicem separari. Constat quoq; ex his quod beatitudo sanctorum in patria, nunc aliter dī sinus Abrahæ, q̄ olim quies sanctorum in loco illo inferni, quoniam sinus iste plenam requiem habet, ille verò carentiam beatæ visionis habuit sibi annexam,

¶ Præterea si quæratur an limbus inferni sit idē quod infernus dominatorum. Dicendum, quòd receptacula animarum post mortem dupliciter distinguuntur. Primò scd̄m situm locorum. Secundò, penes qualitatem eorum, prout animæ in aliquibus locis recipiunt pœnas, aut pręmia. Si ergo considerentur limbus patrū, & infernus secundum hanc locorum qualitatem, distinguuntur; tum: qm̄ in inferno est pœna sensibilis, quæ non fuit in limbo: tū, q̄ pœna inferni æterna est, patres verò in limbo temporaliter tenebantur. Si verò considerentur penes situm loci probabile est, qd̄ idem locus, aut quasi continuus sit limbus, & infernus, ita tamen, q̄ quidā superior pars inferni, limbus patrum dicatur. Existētes etenim in inferno, secundū diuersitatem culparum diuersitatem recipiunt tormentorum. idcirco grauioribus irretiti excessibus in obscuriora, & profundiora loca truduntur, ideo patres sancti in quibus minimum fuit de culpa, & pro solo reatu originalis peccati detinebantur ibidem, altiorem locum habebant. Quod verò Iob, dixit, In profundissimū inferni descendent omnia mea, exponitur non de loco damnatorum, sed de limbo patrum, qui profundissimus dicitur non respectu locorum pœnaliū sed comparatione locorum, qui includuntur in ipso uel eo sunt superiores.

¶ Porrò dum quęritur, an limbus patrum, & limbus puerorum sint idem. Dicendum, q̄ non, sed differunt, secundū qualitatē pœnæ, ac p̄mii. In patribus namq; fuit spes certa salutis, lumen fidei, & gratię fulgor, quorum nullum ineſt pueris illis in limbo: Sed quo ad situm, fuit limbus patrum altior limbo paruulorum. Et si obiiciatur, q̄ utrique pro solo originali detinebantur ibidem dicendū, q̄ hoc diuersimode fuit, quia *in patribus originalis culpa* fuit expiata, *secundum, dicendum*, quòd fuit infectiua personæ; remanebat tamen impedimentum gloriæ ex parte naturæ, pro quæ nondum fuit plena riæ satisfactum. In pueris autem impedimentū ex parte personę, & naturæ. ideo patribus, & pueris diuersa receptacula assignantur.

¶ Amplius, ad qōne distinctione receptaculorum dicendū, q̄ receptacula animarū distinguntur secūdū diuersos status earum. Aīa qppè corpori iuncta statū habet merendi. Exuta verò, statū hēt recipiēdi quod meruit, ergo post mortē est uel *in statu* recipiendi finale p̄miū, vel in statu, quo impedit ab illo. Si primum, hoc est dupliciter: vel quātū ad bonū, & sic est paradisus cœlestis: vel quantum ad malum, & sic ratione actualis peccati est infernus. ratione autem originalis peccati est limbus puerorū. Si demū est in statu, quo impeditur a receptione salutis, uel propter defectum personę, & sic est purgatorium in quo animæ detinentur, ne statim beatitudinē cōsequantur: uel propter defectum naturę, & ita est limbus patrum, in quo sancti detinebantur propter reatum naturę, quem ex originali peccato incurrit, à quo non poterat expiari nisi per Christum.

¶ Aer verò caliginosus non cōputatur inter receptacula ista, quia non deputatur dæmonibus nisi rōne officij eorum circa nos, non p̄ retributione meritorum, imò sic ignis inferni deputatus est eis primò Nec obstat prædictis, quòd animæ quædam in spāli bus locis extra præfata receptacula puniunt̄. Nō enim

enim est,hoc quod loca illa sint propria loca pœnarum, sed hoc fit ad nostrã instructionem, vt pœnas earum cernendo compungamur,atq; à vitijs retrahamur,& oremus pro ipsis.Hæc idem ibidem.

Petrus. ¶ Concordat Petrus in oĩbus: Incorporales,dicens,substantiæ,quãuis locis non circunscribãtur, locis tñ diffiniũtur. Hinc attribuitur eis locus, seu receptaculũ,nõ circũscriptiuus,sed diffinitiuus,& distinctiuus.Est quippè in eis duo reperire,puta substãtiã,& statũ,qui determinatur p operationem.Et quamuis secundum earum substantiam omnis locus sit eis indifferens,statui tũ, & operationi earum magis conuenit locus vnus q̃ alius. Ideo secundũ diuersos suos status diuersa eis receptacula assignantur.Hæc Petrus.

Richard. ¶ Idẽ Richardus,qui dicit receptacula esse quatuor,quorum infimum est infernus damnatorũ,deinde Limbus puerorũ,tertio purgatorium, quarto Limbus sanctorũ patrũ,in quo nullus est,mõ. Dicit quoq; animam recedentem à corpore,cum solo veniali descendere in infernum damnatorũ,æternali terq; puniri pœna damni,& pœna sensus:quia quod veniali pctõ infligitur pœna temporalis, est per accidens ,inquantũ coniunctũ est charitati. Thomas verò dicit impossibile esse aliquẽ decedere de hac vita cũ originali,& solo veniali. Fateẽ tñ, siquis ita decederet, quod æternaliter puniretur. De hoc dictũ est plenius supra de purgatorio in hoc quarto, & sup ẽm vbi ẽ hoc diuersæ opiniões sunt recitatæ. Hæc receptacula deputata sunt animabus de lege cõi.Receptacula verò deputata aliquibus aĩabus ex lege spãli,indeterminata sunt quo ad nos,nã aliquæ

Gregorius. puniuntur,& purgantur in locis in quibus peccauerunt,alię alibi,vt in libro Dialogorum narratur. Et quamuis, quidam dixerunt nullas animas per naturam posse de receptaculis suis exire, qa moueri

Et phanus eps Parrhisiensis. localiter est corporalium rerũ, tñ qm̃ iste articulus à dño Stephano Parrhisien.episcopo,& vniuersitate Parrhisien.dãnatus est vtpotè aiam humanã per naturam non posse moueri de loco ad locum , nec se posse mouere de vbi ad ubi idcirco dicendũ,quod de locis suis possent exire naturali virtute, nisi diuinitus seu superiori virtute prohiberentur, sed de lege cõi prohibentur tã existentes in purgatorio ante completam purgationem. quam existentes in inferno ante generale iudicium. Quod verò aliquando exeunt, & apparent est ex speciali permissione & cã.Quę aũt in cœlo sunt,exire nonuolũt ante corporũ resumptionẽ,nisi videãt Deo hoc cõplacere speciali ex ratione , secundum , quod aliqui dicunt , quod in assumptione beatissimæ virginis omnes in eius occursum propter ipsius reuerentiã

Assumptio Mariæ occursu sanctorũ honorata. descenderunt,& simul cum ea ascenderunt.

¶ Porrò si quæras , an receptacula aliquo modo augeant gaudia animarum sanctorum.Dicendum qđ quamuis locus ẽm se non imprimat nec influat animæ,tñ auget accidentale gaudium animæ bonæ primò inquantum,anima apprehendit illum locum sibi præparatum, ac deputatum à Deo.Secundò, in quantum in loco illo eminentiùs bonitas,ac maiestas Dei resplendent.Tertiò,inquantum locus ille ratione suæ nobilitatis magis proportionatus est atq; conueniens animæ.Econtrario receptacula animarum damnatarum earum augent miseriam mœrorem quoniam odiunt locum illum ex triplici causa.Prima est,quoniam sciunt locum illum ipsis deputatum à iustitia Dei ,quam odiunt . Secunda: qm̃ illius vilitas loci est rememorativa,ac præsentiua perpetuæ obligationis earum ad pœnas. Tertia,qa est contentiuus ignis quo affliguntur. Receptaculũ ẽ animarum quæ purgantur, aliquo mõ augetafflictionem ipsarũ, non qa odiant locum illum voluntate deliberativa,cum in charitate consistant & sciãt locũ illum eis deputatum ad tps a iustitia diuina,quam diligunt:sed qm̃ naturali voluntatis motu resurgiunt ipsum, sub ratione qua repræsentat obligationẽ earum ad pœnam temporalem , & qm̃ continet ignem quo affliguntur.Hæc Richardus.

Quæstio. Bonauen. ¶ Amplius Bonauen.circa prehabita. Triplex, ait fuit status.Primus iustæ retributionis,secundus,qetæ expectationis, tertius purgationis salubris. Aĩa nãq; exuta a corpore, dupliciter potuit impedire a retributione beata.Primò qm̃ ianua regni nondum fuit aperta.Secundò : qm̃ ipsa nõdum fuit plenè purgata.Statui igitur retributionis correspondet,locus proprius,& receptaculũ determinatũ in se,& q̃tum ad nos,vtpotè cęlũ empyreũ quo ad electos,& infernus,quãtũ ad reprobos.Statui verò qetæ expectationis,corrñdet locus determinatus in se sed non quã tũ ad nos, quia non scimus pro certo ex scripturis vbi sit Limbus patrum . Statui demum purgationis correspondet locus indeterminatus in se,& quo ad nos,qa non oẽs loco purgãtur eodẽ.Vel sic, & melius. Aĩæ habent receptacula vel ẽm merita bona,& ita ẽ Paradisus cœlestis aut ẽm pctã,& ita triplex distinguitur locus ẽm triplex genus peccati,ita ꝙ veniali deputatur purgatorium,mortali infernus,originali Limbus,qui tñ duplex fuerat scilicet patrum & paruulorũ secundũ,quod ꝙ originali diuersi diuersimodè impediebant a gloria,sicut ꝓhabitũ est.

Receptacula exuta rũ animarum

Denique receptacula aliquib⁹ dantur ẽm Dei cõsilium,& causas superiores,aliquibus ẽm Dei sententiam,& causas inferiores, & isti secundi mutatiõe diuinæ sentẽtiæ ad preces sanctorũ,possunt de suis receptatulis reuocari etiam finaliter. ita ꝙ mutant locum,& statum quẽadmodũ in mortali pctõ defuncti,nonnulli sunt ad vitam hãc reuocati,contritionem , & salutem fortiti.Primi autem nunquã exhibunt finaliter,hoc estnon redituri , sed ad tempus, sicut in die iudicij plenam mercedem sumpturi,vel interim permissione diuina ad infinuandum vel agendum circa nos aliquid.Hęc Bonau.

A Ibertus. ¶ De his Albertus:Receptacula, afferit animarũ, aut sunt terminus,aut via.Si terminus,sic sunt duo, puta ĩfernus quãtũ ad demerita,& regnũ cęlorũ q̃tum ad merita.Terminus verò ẽm demeritũ seu infernus.est duplex,vnus ẽm demeritum proprium, q̃ est infernus inferior damnatorum. Alter ẽm demeritum alienum contractum pariter cum natura,qui est Limbus puerorum. Si autem receptaculum sit via,aut hoc est ex defectu proprii meriti, aut ex defectu solutionis precii,quia hæc duo ad satisfactionẽ requiruntur pfectã. Si primò modo, sic est purgatoriũ.si secundò modo,ita est Limbus patrum sanctorũ ante Christi aduentum Hæc Albertus .

QVAESTIO II.

1 Cor.3. 12.Cor.4. Io.24. PRæterea quærendum, *An suffragijs viuentium ualeant adiuuari defuncti,& quæ & quot sint genera suffragiorum hmõi. An etiam prosint omnibus mortuis , seu quibus & quibus non atque a quibus, ac qualibus exhiberi,ac fieri possint, & debeant.*

¶ Videtur quod suffragia non possint defunctis, quia,(vt ait Apostolus vnusquisque recipiet secundum suum laborem. Et rursus. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi vt recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit. Deus quoque nullum malum deserie impunitum,& psalmista testatur:

Psalm.19 Apoc 22. testatur: Quia tu reddes vnicuique secundum opera sua,quod,& in apocalypsi dominus loquitur.Ecce inquiens,venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua.Iterũ post hanc vita non est locus nec tempus merendi, aut demerendi.

2 Mac 12. ¶ In contrariũ est auctoritas , & obseruantia sanctæ ecclesiæ,& ꝙ 2.libro Machabęorum hr̃.Sancti, & salubris cogitatio,ꝓ defunctis exorare &c.Ad ꝙ etiam adducuntur auctoritates in litera, & cõsonat ratio,quia in purgatorio positi, sunt viatoribus per charitatem vniti, pertinentq; ad mysticum corpus Christi,& nondum peruenerunt ad gloriam, ergo dicere possunt.Particeps ego sum omnium timentium te .

Psalm.118: Albertus. ¶ Circa hęc scribit Albertus:Asq; omnium ambiguitate credendum est,& tenendum, quòd meritũ vnius valet,& prosit alteri:quia ad hoc spectat ille articulus fidei, sanctorum cõmunionem. Christus quoq; pro oĩbus satisfecit , & in humano iudicio vnus satisfacit,orat & exauditur ꝓ alio,& tanta est vis charitatis, tanta fidelium per charitatem connexio,vt opera , & merita nostra dicantur nõ solũ, q̃ ipsimet facimus,sed etiã quæ alij, qui per charitatẽ

Quæstio. vnum nobiscum sunt,pro nobis efficiunt.

¶ Verum ex his sequi vr̃, quod suffragia non ꝓsint decedentibus in pctõ mortali . Quæritur ergo an prosint ẽt illis.Dicendum quia(vt mihi , videtur cum inferno duplex sit pœna , videlicet sensus , & vermis conscientiæ quantũ ad pœnã sensus nihil omnino suffragia prosunt damnatis. Vermis autem conscientię remordet de tribus, videlicet de omissis bonis,& commissis malis,& quia nec dignus habitus est ipse damnatus,ut saltem ab alio aliquid boni fiat pro ipso.Quantum ad duo, prima non mitigatur vermis:sed potest quantum ad tertium, mitigari.Dum enim fit bonum pro eo dicere nequit, quod dignus habitus non sit, vt pro eo quis faciat quippiam boni.Quãuis ergo in inferno non sit misericordia liberans:est tamen misericordia aliquo modo relaxans, qua & citra codignum puniuntur sed de his infra magis dicetur.Actuero patribus sanctis in limbo non profuerunt quia iam erant ab omni propria,actualiq; culpa plenè purgati:& satisfecerunt in omnibus,quæ ab homine fieri poterant tenebanturq; ibi,qm̃ nondum fuit solutum præciũ pro originali,quod solus Christus soluere poterant

Peccatum non dimittitur sine gratię infusione. Conformiter paruulis in orignali defunctis non ꝓfuerunt,nec prosunt:qm̃ nõ sunt gratiæ susceptiui, nec in via,& statu merendi . Pctm̃ autẽ sine gratiæ infusione non dimittitur.Similiter non prosunt beatis,quia non indigent, suntque cõsimati in gratia, nec crescere possunt im ꝑmio substantiali,neq; prio merito.Inter suffragia quoq; potissimè suffragatur defunctis oblatio sacrificij salutaris , deinde orationes,& eleemosinæ.ieiuna,pegrinationes,&c. Magister enim non ponit omnia , sed principalia

Suffragia quibus iuuantur defuncti fideles. suffragiorum genera.

Quæstio. ¶ Præterea si quæraẽ,an suffragia facta ꝓ malos, succurrant,& ualeant.Dicedũ,ꝙ quãuis suffragium executiue sit viui.i.à viuente exhibitũ, est tñ opus

Iohan. 9. Gregor. mortui tanq̃ causæ inductiuæ , ideo puto , ꝙ scđm charitatẽ mortui informatur , ac valet. Vnde & si fiat ab eo,qui non est in charitate.& gr̃a, attamẽ prodest,sed melius esset, ac magis prodesset , si fieret ab existente in charitate.Et quamuis Deus non audiat peccatores pro seipsis, audit tñ pro alijs,à q̃ bus inducuntur ad orandum pro illis , quãtum ad istũ effectũ,quo pœna aliquo mõ minuit.Nec obstat quod ait Gregorius.Qm̃ is qui dispilcet, mittitur, ad orandum,animus iudicis ad deteriora pronuncatur.Loquit.n.Grego. in casu, quo qs ex confidentia ꝓprij meriti orat ꝓ alijs,& non quasi iustũ, ac motum ab illis.Quæritur item,q̃ suffragia plus valeant ꝓpria.i.spãlia,vel generalia.Respondendum,quòd cum suffragia fiant per modũ sacrificationis ꝓ peccato,& peccata sint propria ei,qui peccat,magis(vt mihi apparet) valẽt sacrificia propria , & specialia. Hinc Magister ait in litera , quòd citius liberatur,ꝓ quo multa specialia fiunt. Hæc Albertus .

Quæstio. Thomas. ¶ De his Thomas diffusius loquens:Actus, inqt, noster põt ad duo valere.Primò ad statum aliquem acquirendum, sicut per opus meritorium hõ acquirit beatitudinis statum.Secundò ad aliquid consequens statũ ipsum . sicut homo per actum bonum meretur præmiũ accidentale,dimissionẽve pœnæ, & ad vtrũq; põt actus nostet valere dupliciter.Primò per viã meriti, secundò per viã orationis: q̃ differunt,qm̃ meritum innititur iustitię : oratio verò liberalitati,pietatiq; dantis.Dicendum ergo,qđ opus vnius alteri nullo modo põt valere per modum meriti ad statum consequendum, vt scilicet ex his,quæ ego facio,alius mereatur vitam ętternam, quia fors gloriæ redditur ẽm mẽsuram recipientis. Vnusquisque autẽ ex actu suo,non ex alieno disponitur,& loquor de dispositione dignitatis,ad præmium . Per viã verò orationis etiam quantum ad statũ consequendum , opus vnius alteri adhuc viatori valere põt,sicut quod vnus homo impetrat alteri gratiam primã.Nępè cũ impetratio gratiæ sit ẽm liberalitatem Dei,qui oratur:ideo ad omnia illa se põt impetratio orationis extẽdere,quę diuinæ potestati subsunt ordinatè:sed quantum ad aliquid,quod est consequens, vel accessorium ad statum, opus vnius põt valere alteri non solum per viam orationis , sed ẽt meriti: & hoc dupliciter. Primò per concomitantiã in radice operis, q̃ est charitas in operibus meritorijs,& eodem modo omnes, qui sibi inuicem charitate nectuntur,aliquod emolumentum ex mutuis operibus consequuntur:attamen secundum mensuram status vniuscuiusq;,quia in patria vnusquisque de bonis gaudebit alterius . Idcirco articulus fidei est sanctorum communio.Secũdò ex intentione faciẽtis,qui aliqua opera ad hoc facit,vt aliis prosint, sicq; opera illa aliquo modo fiũt eorũ,ꝓ quibus fiũt quasi eis à faciente collata.sic possunt eis valere ad satisfactionis cõplementũ,vel ad aliquid tale, quod statum nõ importat. Veruntñ laus non datur, nec

Philosoph. exhibetur alicui, nisi ẽm ordinem eius actum,propter quod laus est ad aliquid , vt primò dicitur , Ethicorũ. Cumq; ex actu alterius nullus ostendaẽ aut efficiatur bene,vel male dispositus ad aliquid , hinc nullus laudatur ex operibus alterius nisi ꝓ accidens,inquantum ipse est aliquo mõ cã eorum,impensando consilium,vel auxilium &c.Opus autem est meritorũ alicui non solum considerarata.eius dispositione,sed etiam quantum ad aliquid eonsequens dispositionem,vel statum,vt dictum est .

Quæstio. ¶ Insuper ad quæstionem hanc,vtrũ mortui possint iuuari operibus suffragijs viuorum: dicendum ꝙ charitas,quæ est uinculum vniens membra ecclesiæ,ad viuos,ac mortuos in charitate defunctos,extendit se ideo oratio viuentium pro ipsis dirigi potest.Nam & suffragia viuorum mortuis possunt ꝓdesse dupliciter, vtpotè per charitatis vnuionem & per intentionem, sed nequeunt ipsis valere ita,vt

Suffragia viuorũ defunctis ꝓ sunt bifariam. status ipsorũ mutet de ꝑdẽnatione,seu absoluta miseria ad felicitatẽ.seu ad charitates, & gratiæ impetra-

tionem

tionem,sed diminutionem pœnæ accelerationemque gloriæ. Istud quoq; aliquo mõ ꝓcedit ex his,q̃ hõ gessit in corpore,q̃a dũ uixit ĩcarne,meruit ut sibi post mortem ita valerent, quãuis ẽt aĩæ sint in termino ꝯstitutæ,ꝑ mortẽ,quantũ adhoc qđ transmutari nõ possunt,quo ad statũ,nec in charitate,& grã crescere,aut sibi ipsis mereri.Sunt tñ aliquo mõ in via,quia nondũ ad patriam sunt perductæ,& retardantur à gloria,& quo ad hoc,possunt iuuari.

Quæstio.

¶ Ad qõnem quoq;,qua quæritur, vtrũ suffragia ꝑ iniquos facta mortuis ꝓsint. Dicendũ,qđ in suffragiis, q̃ ꝑ iniquos ꝓ mortuis fiunt, duo pensant. Primũ est opus operatũ,vt sacrificiũ altaris.Cumq; sacra ecclesiæ contineant grãm, atq; ex se efficaciã habeant absq; opere operantis,q̃ efficatiam æqualiter explent ꝑ quoscunq; fiãt iõ q̃tũ ad hoc, suffragia ꝑ iniquos facta,ꝓsunt defunctis. Secundum est opus operans,& ita est distinguendũ, qm̃ operatio peccatoris suffragia facientis,considerari põt dupliciter.Primò inquantũ est eius,& sic nequaq̃ põt meritoria esse nec sibi,nec alteri.Secundò, vt est alterius.Et hoc rursus dupliciter. Primò, inquantum pctõr talis gerit,& repsentat ꝑsonã ecclesiæ. Nã ille dr̃ facere,cuius vice,seu noĩe, fit vt sanctus Diony. 12 Cœlestis hierarchiæ capitulo protestatur. Et sic rursus suffragia sacerdotis(qñãuis iniusti) prosint his pro quibus fiunt.Scđo,qñ agit ut instrumẽtum alterius.Opus enim instrumenti potius attribuitur principali,q̃ instrumentari agenti.Hinc q̃uis ille, q agit vt instrm̃,non sit in statu merendi,seu charitate,attamen actio eius põt meritoria esse rõne principalis agentis,sicut dum seruus impius ex mandato boni dñi sui eleemosynam tribuit.Vñ quis in charitate decedens præcipiat,pro se suffragia fieri, vel alius præcipiat in charitate existens, suffragia illa q̃uis per impium facta valent defuncti nihilominus magis valerent, si per bonum hominem efficerentur,quia sic ex vtraq; parte meritoria essent.

D.Diony.

Quæstio.

¶ Atuerò si quærat,an opera suffragiorũ,quæ qs pro alijs agit,prosint,ac meritoria sibi sint. Rñdendũ,ꝙ opera illa ꝯsiderari possunt dupliciter. Primò inquãtũ expiatiua sunt pœna,seu satisfaciora ꝑ modũ cuiusdã recompensationis,q̃ in satisfactione attenditur,sicq; opera illa,quæ computantur quasi illius pro,quo fiunt,ita absoluut illum à debitã pœna quod ipsum facientem à pœna debita non absoluunt propriè quia in tali recompensatione pensatur æqualitas iustitiæ,hoc aũt satisfactoriũ opus ita põt ad æquari uni reatui,ꝙ alteri non æquetur.Reatus qppè duorum excessuum,satisfactione requirit maiorẽ,quam reatus vnius cæteris paribus. Secundò,inquantũ sunt meritoria vitæ æternæ,quod conuenit operi tali inquãtũ procedit ex charitate,sicq; non solũ ꝓdest ei ꝓ quo fit,sed, & potius facienti, qui inquãtũ operatur ex charitate,meret̃ grãe incremẽtũ in p̃senti,atq; augmentum gloriæ in futuro.

Quæstio.

¶ Ad quæstionem demũ,qua quæritur,an suffragia prosint damnatis:dicendum ꝙ circa damnatos in inferno fuit duplex opinio.Vna dicentium,ꝙ circa eos sit dupliciter distinguẽdũ.Primò,quãtum ad tps,dicente, quod post diẽ iudicij nullus in inferno existens aliquo suffragio iuuabitur,& quod ante diẽ iudicii aliqui suffragis ecclesiæ adiuuantur.Secundò distinguebant de personis in inferno detentis, quãtum quasdam dixerunt esse ualde malas, quæ scilicet sine fide,& sacris ecclesiæ decesserunt, quibus dixerũt suffragia ecclesiæ nõ ꝓdesse, q̃a nec fit nee opere de ecclesia fuerũt alij sunt nõ valde mali,vt fideles q̃ opa degñe bonorũ egerunt, & tñ in mortali decesserunt peccato,q̃bus dixerunt suffragia subuenire. Sed circa hoc oriebatur fautoribus huius opinionis dubitatio quædã,q̃a cum pœnæ inferni sint intensiuè finitæ, sequi videtur, ꝙ per suffragia possint omnino auferri. Ad quod diuersimodè responderut. Prępositiuus etenim dixit, quod intãtũ possint multiplicari suffragia ꝓ defunctis, quod à tota pœna redderentur immunes,non simpliciter sed vsq; ad diem iudicij, quia tunc resumptis corporibus in infernum sine spe veniæ retruderentur. Verũ ista opinio videtur diuinæ prouidentiæ repugnare,quæ in rebus nihil ordinatum relinquit.Cũ culpa aũt ordinari non potest nisi per pœnam,ideo pęna non potest auferri,nisi culpa priùs expietur.Cũque culpa continue maneat in dãnatis eorum pęna nequaq̃ interrumpetur.Ideo Porretani inuenerunt alium modũ, dicentes qđ in diminutione pœnarũ inferni per suffragia ecclesiæ proceditur sicut in diuisione continui,quod quãuis finitũ sit, tñ in semꝑ diuisibilia diuiditur, qñ diuisio fit non per partes eiusdẽ quantitatis, sed eiusdem proportionis Verũ ista solutio multipliciter deficit.Primò: qm̃ infinita diuisio continui non videtur ad quantitatem spiritualẽ posse transferi.Secundò:qm̃ nulla est rõ, cur ẽm suffragium minus minuat de pœna, q̃ primum, si sit æqualis valoris.Tertiò, quia pœna non potest diminui,nisi minuatur,& culpa.Hinc Antisiod. dixit,qđ suffragia prosunt dãnatis nõ ꝑ diminutionẽ interruptionéve pœnæ,sed ꝑ confortationẽ patiẽtis, velut si hominis graue pondus portantis facies aqua perfundatur. sic namq; confortaretur ad meliùs baiulandum, quamuis onus in nullo minueret̃ Sed contra hoc est,quod damnatus magis, aut minus grauatur igne iuxta demeritum suæ culpæ,idcirco cum culpa maneat immutata, non potest leuiùs ferre pęnã.Prædicta quoque opinio sanctorum dictis est contraria,nulla auctoritate suffulta, & irrationabilis, quia damnati expertes sunt charitatis per quam suffragia viatorum continuantur, & cõmunicantur, defunctis:Et rursus, quia damnati ad viæ terminum peruenerunt, vltimatamq; remunerationem sortiti sunt.Veruntamen modus, quo aliqui dicunt suffragia posse damnatis prodesse, in quantũ per ea subtrahitur dãnatis doloris cuiusdã materia,quo dolerent se ita abiectos,obliuionique traditos,ꝙ nemo de eis haberet curã, nisi ꝓ eis suffragia fierent,illa rationabilior posset videri:tñ nec istud põt esse ẽm legem cõem,quia(vt Aug.in lib. de cura pro mortuis fatetur,qđ de damnatis p̃cipuè verum est)ibi sunt spiritus defunctorum,vbi non vidẽt quæcunq; fiunt in vita ista: idcirco ignorant,qñ & quæ suffragia fiant pro ipsis, nisi supra communem legem istud remedium aliquibus dãnatorum detur & reueletur, quod est verbum oĩno incertũ.Hinc tutius est,simpliciter dicere,qđ suffragia non prosunt dãnatis,nec ecclesia pro eis orare intendit, vt patet ex introductis. Vñ 6.hiera.capit,ecclesi.diuinus Dionysius loquitur,Summus sacerdos pro immundis non orat,quia in hoc ab ordine auerteretur diuino Verũ his obiici põt.qđ B.Grego.legitur Traiani animã de inferno suis p̃cibus liberasse. Vñ & Damasce. in q̃dã refert sermõe. Greg.Rom̃ vrbis eps, ꝓ Traiano orõnẽ fundens. audiuit vocẽ diuinitus sibi dicẽtẽ,Vocẽ tuã audiui,& Traiano do ueniã,cuius rei testis est Oriens,& occidens. In eodem quoq; sermone cõmemorat,quòd in Vitasparum habetur,quẽadmodũ abbas Macarius inuenta caluaria in eremo, interrogauit,cuius caput fuisset.Respondet, sacerdotis gentilis damnati.Et addit,se alioq; damnato

iuuari

Præpositiuus.

Pœnã nõ auferri sine indulgentia culpæ.

In Porretanos.

Antisiod.

Augustin.

S.Diony. Obiectio. Gregorius Iohan. Damascenus.

Macarius abbas.

Martinus episcopus.

iuuari oratione Macarij.Item S.Martinus & alij quidam sancti præcipui, quosdam in idololatria mortuos,& propria manu suspensos, aut interemptos, ab inferis eduxisse leguntur.Et respondendũ, quod de Traiano probabiliter credi potest, quòd pręcibus S.Gregorij ad vitã hãc fuerit reuocatus,& gratiã consequutus. Similiter miraculosè suscitari quorum multos constat fuisse idololatras, ac dãnatos, de quibus dici oportet, ꝙ nõ fuerũt per diffinitiuã sententiam inferno finaliter deputati, sed secundũ præsentia eorũ demerita pœnis addicti: secundum causas vero superiores,quibus præuidebantur reuocandi ad uitam,fuit de eis aliter disponendũ,uel dicendũ scđm quosdã, qudò anima Traiani non fuit simpliciter ab inferni supplicijs liberata, sed pœna eius usq; ad diẽ iudicij fuit suspensa:nec tamẽ oportet,quòd tale,quid cõiter per suffragia fiat: quoniã alia sunt,quæ cõmuni lege contingunt,alia quæ speciali priuilegio conceduntur. Deniq; adiutoriũ, ꝙ sanctissimus abbas Macharius damnatis impendit, non fuit diminutio pœnæ eorum, sed concedebat̃ eis,quod seinuicem in flammis ad horam uiderunt, & hoc aliquantulum gaudium nõ uerum, sed phantasticum habebant,dum implebatur,quod cupiebãt sicut,& dæmones gaudere dicuntur,dum homines pertrahunt ab peccandum, quamuis per hoc eorũ pœna non minuatur, sicut nec gaudium angelorũ minuitur per hoc,quòd nostris malis compati afferuntur.Hæc Thomas,

Dio.Car. Augu.sup. Psalm.76, Brandan.

¶ Quibus obijci potest,quòd in reuelationibus.S. Brigidæ recitatur,nullum in inferno consistere, cuius pœna meritis,& præcibus dulcissimæ, atq; piissimæ uirginis non minor cõsistat Et denuo,quòd beatus Augustinus tractans illud in psalmo: Nunquid in æternum proijcet Deus,aut non apponet,ut complacior sit adhuc relinquit sub dubio, an damnati in pœnis aliquando habeant aliquã interpolationẽ quietem, seu repausationem ad aliquantulum tempus. In itinerario quoq; Sancti Brandini narratur, qualiter infœlicissimus ille mercator, ac traditor Iudas,certis anni temporibus, ac diebus habeat releuamen, attamen libellus ille reputatur apochryphus.Nihilominus in multis apparitionibus inuenitur,quòd quidam damnati retuleuerũt se præcibus gloriosissimæ uirginis consequutos extra infernum manere, & per mundum uagari usq; ad diem iudicij.Similiter in legenda gloriosissimi Bartholomæi apostoli scriptum est, quemadmodum angelus sanctus dixit dęmoni,quem monstrauit astantibus: q̃a complesti præceptum apostoli, conceditur tibi in solitudine esse usq; iudicij diem.

Quæstio.

¶ Consequenter Thomas respõdens ad hæc, utrũ suffragia prosint existentibus in purgatorio, pueris que in limbo,& beatis in cœlo:Pœna, inquit purgatorii est supplementum debitæ satisfactionis,ideo indigent adiuuari ibidẽ contẽti, & qui auxilii sunt capaces, & de hoc dictum est pleniùs supra, distinctione 20. ubi de purgatorio agit̃.Sed aduertẽdũ,ꝙ suffragia ex duobus ualẽt,puta ex opere operãte,& de opere opato.Et dicò opus operatũ nõ solũ ecclesiæ sacramẽtũ,sed & effectũ ꝯsequentẽ ex operatione,quẽadmodum ex eleemosynarum largitione sequitur pauperũ releuamen,& eorum oratio pro defuncto Similiter opus operans accipi põt, uel ex parte principalis, vel ex parte exequentis. Idcirco q̃ citò moriens disponit pro se suffragia fieri premium suffragiorum plenè consequitur, etiã anteq̃ fiant quantũ ad efficaciã suffragiorũ,quã habent ex opere operãte principalis agentis. Quantum uerò ad efficaciã suffragiorum, q̃ habent ex opere operante exequẽtis, non consequitur fructũ antequam fient suffragia.Et si contingat ipsum a pena erui antequã fiant, quantũ ad hoc, fraudabit̃ fructu suffragiorũ,qđ redundabit in eos,quorũ negligentia id contingit.

Suffragiorum duo adiumenta

¶ Atuerò paruuli in limbo tenent̃, q̃a nõ sunt in grã.Cũq; opera viuorũ mutari non queant statum mortuorũ,p̃sertim quantũ ad meritũ pręmii essentialis aut pœnæ ei contrarię.suffragia viuorũ pueris in limbo ꝓdesse non valent.Rursus, suffragium de sui rõne importat quãdã auxiliationẽ,qua beati nõ indigent.Idcirco dũ dr̃ in collectis, sicut sacramẽta sanctis tuis prosunt ad gloriã,ita nobis proficiãt ad medelã,non est sic intelligendũ,quòd sancti in gloria ꝓficiãt quantũ ad se,ex hoc eorum festa recolimus,sed qm̃ proficit nobis,q eorũ gloriã solenniter celebramus:quẽadmodũ ex hoc,qđ Deũ cognoscimus,& laudamus,nil Deo,sed nobis gloria crescit, & accrescit:Et si obijciatur,quòd gaudiũ est angelis Dei sup vno peccatore pęnitẽtiã agẽte,& ipsi angeli gloriosi nostro congratulantur ꝓfectui, sicq; augemus,& multiplicamus gaudia ciuiũ supernorũ.Dicendo qđ quãuis beati de nostris gaudeant bonis,non tñ sequit̃,quòd multiplicatis nostris operibus bonis,multiplicẽtur gaudia illorũ formaliter sed materialiter tm̃; qm̃ omnis passio augetur ẽm rõnẽ sui obiecti.Rõ aũt gaudendi in sanctis de quibuscunque gaudent,est Deus, de quo non possunt magis,& minus gaudere, quia sic essentiale eorum præmiũ variaretur,quod consistit in hoc,quòd gaudent de Deo. Vnde ex hoc,quòd bona multiplicantur,de quibus gaudendi ratio eis est Deus, non sequit̃ quod intensiùs,sed quod de pluribus gaudeãt. Hæc Thomas,

¶ In quibus hoc ultimũ verbũ vr̃ obscurũ. nam quãuis beatorũ essentiale p̃mium consistat in contemplatione increati obiecti,ac gaudii principalis, atq; inuariabilis,contemplationi illi annexi,respectu cuius obiecti non sunt beatis cogitationes volubiles,vt infra hr̃:attñ accidentale præmiũ eorundem ꝯsistit in q̃busdã bonis creatis ad Deũ relatis sicq; ẽt bõa creata ad Deũ relata sũt beatis rõ gloriãdi,& tale gaudiũ suscipit incremẽtũ,sicut de hoc ĩfra dicet̃.

¶ In pręinductis ex Thoma continent̃ scripta Petri,Richardi,& Argentinen.de his.Asseritq; Richa. Traianum reuocatũ ad vitã hanc,& pœnituisse.Qđ si ita est,mirum,quòd Traianus resuscitatus non indicauit viuentibus quæ sibi acciderant, nec S. Gregorio gratias egit. Et si dicatur,quòd ista fecit, vnde probabitur hoc?

¶ Porrò Bonauen.In omni,ait,opere dei est misericordia,& veritas. Hinc duo sunt,q̃ faciunt suffragia valere defunctis.videlicet dignitas,& necessitas Iustitia respicit dignitatem, & qui in charitate decesserunt,digni sunt ab aliis adiuuare ecclesiæ mẽbris,maximè si ipsi alios adiuuerunt. Misericordia verò cõsiderat necessitatem,quæ magna est his,qui in purgatorio sunt,qm̃ grauiter puniuntur,nec valent iuuare seipsas.Quidam demum generaliter dicunt,quòd suffragia ecclesiæ prosunt, siue à bonis siue à malis fiant:quia tam boni,quàm mali faciunt ẽm doctrinam ecclesiæ, faciuntq; pro eo,qui est in charitate:& vbi charitas facientis deest,supplet charitas ecclesiæ dictantis.ac mortui suscipientis. Sed breuiter, non credo, qđ oratio peccatoris mereat̃ aliquid apud Deũ,nisi solũ dispositiuè, quia disponit ad meritum.Opus verò recipit formam à proximo agente,quẽadmodũ aqua à vase cõtinente,nõ à fonte.n.Sicut corona valorẽ,& pulchritudinem h3

ab

tionem, sed diminutionem pœnæ accelerationemque gloriæ. Istud quoq; aliquo mõ ꝓcedit ex his, q̃ hõ gessit in corpore, q̃a dũ uixit ĩcarne, meruit ut sibi post mortem ita valerent, quãuis ẽt aĩæ sint in termino ꝯstitutæ, ꝑ mortẽ, quantũ adhoc qđ transmutari nõ possunt, quo ad statũ, nec in charitate, & grã crescere, aut sibi ipsis mereri. Sunt tñ aliquo mõ in via, quia nondũ ad patriam sunt perductæ, & retardantur à gloria, & quo ad hoc, possunt iuuari.

Quæstio. ¶ Ad q̃onem quoq;, qua quæritur, vtrũ suffragia ꝑ iniquos facta mortuis ꝓsint. Dicendũ, qđ in suffragiis, q̃ ꝑ iniquos ꝑ mortuis fiunt, duo pensant. Primũ est opus operatũ, vt sacrificiũ altaris. Cumq; sacra ecclesiæ contineant grãm, atq; ex se efficaciã habeant absq; opere operantis, q̃ efficatiam æqualiter explent ꝑ quoscunq; fiãt iõ q̃tũ ad hoc, suffragia ꝑ inquos facta, ꝓsunt defunctis. Secundum est opus operans, & ita est distinguendũ, q̃m operatio peccatoris suffragia facientis, considerari põt dupliciter. Primò inquantũ est eius, & sic nequaq̃ põt meritoria esse nec sibi, nec alteri. Secundò, vt est alterius. Et hoc rursus dupliciter. Primò; inquantum pctõr talis gerit, & repsentat ꝑsonã ecclesiæ. Nã ille dr̃ facere, cuius vice, seu noĩe, fit vt sanctus Diony. *D.Diony.* 12 Cœlestis hierarchiæ capitulo protestatur. Et sic rursus suffragia sacerdotis (qñãuis iniusti) prosint his pro quibus fiunt. Scđo, qñ agit ut instrumẽtum alterius. Opus enim instrumenti potius attribuitur principali, q̃ instrumentari agenti. Hinc q̃uis ille, q agit vt instrm̃, non sit in statu merendi, seu charitate, attamen actio eius põt meritoria esse rõne principalis agentis, sicut dum seruus impius ex mandato boni dñi sui eleemosynam tribuit. Vñ quis in charitate decedens præcipiat, pro se suffragia fieri, vel alius præcipiat in charitate existens, suffragia illa q̃uis per impium facta valent defuncti nihilominus magis valerent, si per bonum hominem efficerentur, quia sic ex vtraq; parte meritoria essent.

Quæstio. ¶ Atuerò si quærat, an opera suffragiorũ, quæ qs pro alijs agit, prosint, ac meritoria sibi sint. Rñdendũ, ꝙ opera illa ꝯsiderari possunt dupliciter. Primò inquãtũ expiatiua sũnt pœna, seu satisfaciora ꝑ modũ cuiusdã recompensationis, q̃ in satisfactione attenditur, sicq; opera illa, quæ computantur quasi illius pro, quo fiunt, ita absoluut illum à debitã pœna quod ipsum facientem à pœna debita non absoluunt propriè quia in tali recompensatione pensatur æqualitas iustitiæ, hoc aũ: satisfactoriũ opus ita põt ad æquari uni reatui, ꝙ alteri non æquetur. Reatus q̃ppè duorum excessuum, satisfactione requirit maiorẽ, quam reatus vnius cæteris paribus. Secundò, inquantũ sunt meritoria vitæ æternæ, quod conuenit operi tali inquãtũ procedit ex charitate, sicq; non solũ ꝓdest ei ꝑ quo fit, sed, & potius facienti, qui inquãtũ operatur ex charitate, mereẽ grãæ incremẽtũ in p̃senti, atq; augmentum gloriæ in futuro.

Quæstio. ¶ Ad quæstionem demũ, qua quæritur, an suffragia prosint damnatis: dicendum ꝙ circa damnatos in inferno fuit duplex opinio. Vna dicentium, ꝙ circa eos sit dupliciter distinguẽdũ. Primò, quãtum ad tp̃s, dicente, quod post diẽ iudicij nullus in inferno existens aliquo suffragio iuuabitur, & quod ante diẽ iudicii aliqui suffragis ecclesiæ adiuuantur. Secundò distinguebant de personis in inferno detentis, quãtum quasdam dixerunt esse ualde malas, quæ scilicet sine fide, & sacris ecclesiæ decesserunt, quibus dixerũt suffragia ecclesiæ nõ ꝓdesse, q̃a nec fit nec opere de ecclesia fuerũt alij sunt nõ valde mali, vt fideles q̃ oꝑa degñe bonorũ egerunt, & tñ in mortali decesserunt peccato, q̃bus dixerunt suffragia sub uenire. *Præpositiuus.* Sed circa hoc oriebatur fautoribus huius opinionis dubitatio quædã, q̃a cum pœnæ inferni sint intensiuè finitæ, sequi videtur, ꝙ per suffragia possint omnino auferri. Ad quod diuersimodè responderut. Pręposítiuus etenim dixit, quod intãtũ possint multiplicari suffragia ꝑ defunctis, quod à tota pœna redderentur immunes, non simpliciter sed vsq; ad diem iudicij, quia tunc resumptis corporibus in infernum sine spe veniæ retruderentur. *Pœnã nõ auferri sine indulgentia culpæ.* Verũ ista opinio videtur diuinæ prouidentiæ repugnare, quæ in rebus nihil ordinatum relinquit. Cũ culpa aũt ordinari non potest nisi per pœnam, ideo pęna non potest auferri, nisi culpa priùs expietur. *In Porretanos.* Cũque culpa continue maneat in dãnatis eorum pęna nequaq̃ interrumpetur. Ideo Porretani inuenerunt alium modũ, dicentes qđ in diminutione pœnarũ inferni per suffragia ecclesiæ proceditur sicut in diuisione continui, quod quãuis finitũ fit, tñ in semp diuisibilia diuiditur, qñ diuisio fit non per partes eiusdẽ quantitatis, sed eiusdem proportionis Verũ ista solutio multipliciter deficit. Primò: q̃m infinita diuisio continui non videtur ad quantitatem spiritualẽ posse transferi. Secundò: q̃m nulla est rõ, cur ẽm suffragium minus minuat de pœna, q̃ primum, si sit æqualis valoris. *Antisiod.* Tertiò, quia pœna non potest diminui, nisi minuatur, & culpa. Hinc Antisiod. dixit, qđ suffragia prosunt dãnatis nõ ꝑ diminutionẽ interruptionẽve pœnæ, sed ꝑ confortationẽ patiẽtis, velut si hominis graue pondus portantis facies aqua perfundatur. sic namq; confortaretur ad meliùs baiulandum, quamuis onus in nullo minuereẽ Sed contra hoc est, quod damnatus magis, aut minus grauatur igne iuxta demeritum suæ culpæ, idcirco cum culpa maneat immutata, non potest leuiùs ferre pęnã. Prædicta quoque opinio sanctorum dictis est contraria, nulla auctoritate suffulta, & irrationabilis, quia damnati expertes sunt charitatis per quam suffragia viatorum continuantur, & cõmunicantur, defunctis: Et rursus, quia damnati ad viæ terminum peruenerunt, vltimatamq; remunerationem sortiti sunt. Veruntamen modus, quo aliqui dicunt suffragia posse damnatis prodesse, in quantũ per ea subtrahitur dãnatis doloris cuiusdã materia, quo dolerent se ita abiectos, obliuionique traditos, ꝙ nemo de eis haberet curã, nisi ꝑ eis suffragia fierent, illa rationabilior posset videri: tñ nec istud põt esse ẽm legem cõem, quia (vt Aug. in lib. de *Augustin.* cura pro mortuis fatetur, qđ de damnatis p̃cipuè verum est) ibi sunt spiritus defunctorum, vbi non vidẽt quæcunq; fiunt in vita ista: idcirco ignorant, qñ & quæ suffragia fiant pro ipsis, nisi supra communem legem istud remedium aliquibus dãnatorum detur & reueletur, quod est verbum oĩno incertũ. Hinc tutius est, simpliciter dicere, qđ suffragia non prosunt dãnatis, nec ecclesia pro eis orare intendit, vt patet ex introductis. Vñ 6. hiera. capit, ecclesi. diuinus Dionysius loquitur, Summus sacerdos pro immundis non orat, quia in hoc ab ordine auerteretur diuino Verũ his obiici põt. qđ B. Grego. legitur Traiani animã de inferno suis p̃cibus liberasse. Vñ & Damasce. *S. Dionys Obiectio. Gregorius Iohan. Damascenus.* in q̃dã refert sermõe. Greg. Rom̃ vrbis eps, ꝑ Traiano orõnẽ fundens. audiuit vocẽ diuinitus sibi dicẽtẽ, Vocẽ tuã audiui, & Traiano do ueniã, cuius rei testis est Oriens, & occidens. In eodem quoq; sermone cõmemorat, quòd in Vitasparum habetur, quẽad *Macarius abbas.* modũ abbas Macarius inuenta caluarta in eremo, interrogauit, cuius caput fuisset. Respondet, sacerdotis gentilis damnati. Et addit, se alioq; damnato iuuari

Martinus episcopus. iuuari oratione Macarij. Item S. Martinus & alij quidam sancti præcipui, quosdam in idololatria mortuos, & propria manu suspensos, aut interemptos, ab inferis eduxisse leguntur. Et respondendũ, quod de Traiano probabiliter credi potest, quòd pręcibus S. Gregorij ad vitã hãc fuerit reuocatus, & graciã consequutus. Similiter miraculosè suscitari quorum multos constat fuisse idololatras, ac dãnatos, de quibus dici oportet, ꝙ nõ fuerũt per diffinitiuã sententiam inferno finaliter deputati, sed secundũ præsentia eorũ demerita pœnis addicti; secundum causas vero superiores, quibus præuidebantur reuocandi ad uitam, fuit de eis aliter disponendũ, uel dicendũ scđm quosdã, quòd anima Traiani non fuit simpliciter ab inferni supplicijs liberata, sed pœna eius usq; ad diẽ iudicij fuit suspensa: nec tamẽ oportet, quòd tale, quid cõiter per suffragia fiat: quoniã alia sunt, quæ cõmuni lege contingunt, alia quæ speciali priuilegio conceduntur. Deniq; adiutoriũ, ꝙ sanctissimus abbas Macharius damnatis impendit, non fuit diminutio pœnæ eorum, sed concedebaẽ eis, quod seinuicem in flammis ad horam uiderunt, & hoc aliquantulum gaudium nõ uerum, sed phantasticum habebant, dum implebatur, quod cupiebãt sicut, & dæmones gaudere dicuntur, dum homines pertrahunt ab peccandum, quamuis per hoc eorũ pœna non minuatur, sicut nec gaudium angelorũ minuitur per hoc, quòd nostris malis compati asseruntur. Hæc Thomas,

Dio.Car. Augu. sup. Psalm. 76. Brandan. ¶ Quibus obijci potest, quòd in reuelationibus. S. Brigidæ recitatur, nullum in inferno consistere, cuius pœna meritis, & præcibus dulcissimæ, atq; piissimæ uirginis non minor cõsistat Et denuo, quòd beatus Augustinus tractans illud in psalmo: Nunquid in æternum proijcet Deus, aut non apponet, ut complacior sit adhuc relinquit sub dubio, an damnati in pœnis aliquando habeant aliquã interpolationẽ quietem, seu repausationem ad aliquantulum tempus. In itinerario quoq; Sancti Brandini narratur, qualiter infœlicissimus ille mercator, ac traditor Iudas, certis anni tempor bus, ac diebus habeat releuamen, attamen libellus ille reputatur apochryphus. Nihilominus in multis apparitionibus inuenitur, quòd quidam damnati retuleuerũt se præcibus gloriosissimæ uirginis consequutos extra infernum manere, & per mundum uagari usq; ad diem iudicij. Similiter in legenda gloriosissimi Bartholomæi apostoli scriptum est, quemadmodum angelus sanctus dixit dęmoni, quem monstrauit astantibus: q̃a complesti præceptum apostoli, conceditur tibi in solitudine esse usq; iudicij diem.

Quæstio. ¶ Consequenter Thomas respõdens ad hæc, utrũ suffragia prosint existentibus in purgatorio, puerisque in limbo, & beatis in cœlo: Pœna, inquit purgatorii est supplementum debitæ satisfactionis, ideo indigent adiuuari ibidẽ contẽti, & qui auxilii sunt capaces, & de hoc dictum est pleniùs supra, distinctione 20. ubi de purgatorio agiẽ. *Suffragiorum duo adiumenta* Sed aduertẽdũ, ꝙ suffragia ex duob⁹ ualẽt, puta ex opere operãte, & de opere opato. Et dicò opˢ operatũ nõ solũ ecclesiæ sacramẽtũ, sed & effectũ ꝯsequentẽ ex operatione, quẽ admodum ex eleemosynarum largitione sequitur pauperũ releuamen, & eorum oratio pro defuncto Similiter opus operans accipi põt, uel ex parte principalis, vel ex parte exequentis. Idcirco q̃ citò moriens disponit pro se suffragia fieri premium suffragiorum plenè consequitur, etiã anteq̃ fiant quantũ ad efficaciã suffragiorũ, quã habent ex opere operãte principalis agentis. Quantum uerò ad efficaciã suffragiorum, q̃ habent ex opere operante exequẽtis, non consequitur fructũ antequam fient suffragia. Et si contingat ipsum a pena erui antequã fiant, quantũ ad hoc, fraudabiẽ fructu suffragiorũ, qđ redundabit in eos, quorũ negligentia id contingit.

¶ Atuerò paruuli in limbo tenenẽ, q̃a nõ sunt in grã. Cũq; opera viuorũ mutari non queant statum mortuorũ, ꝓsertim quantũ ad meritũ pręmii essentialis aut pœnæ ei contrarię. suffragia viuorũ pueris in limbo ꝓdesse non valent. Rursus, suffragium de sui rõne importat quãdã auxiliationẽ, qua beati nõ indigent. Idcirco dũ dr̃ in collectis, sicut sacramẽta sanctis tuis prosunt ad gloriã, ita nobis proficiãt ad medelã, non est sic intelligendũ, quòd sancti in gloria ꝓficiãt quantũ ad se, ex hoc eorum festa recolimus, sed q̃m proficit nobis, q̃ eorũ gloriã solenniter celebramus: quẽadmodũ ex hoc, qđ Deũ cognoscimus, & laudamus, nil Deo, sed nobis gloria crescit, & accrescit: Et si obijciatur, quòd gaudiũ est angelis Dei sup vno peccatore pęnitẽtiã agẽte, & ipsi angeli gloriosi nostro congratulantur ꝓfectui, sicq; augemus, & multiplicamus gaudia ciuiũ supernorũ. Dicendo qđ quãuis beati de nostris gaudeant bonis, non tñ sequiẽ, quòd multiplicatis nostris operibus bonis, multiplicẽtur gaudia illorũ formaliter sed materialiter tm̃; q̃m omnis passio augetur ẽm rõnẽ sui obiecti. Rõ aũt gaudendi in sanctis de quibuscunque gaudent, est Deus, de quo non possunt magis, & minus gaudere, quia sic essentiale eorum præmiũ variaretur, quod consistit in hoc, quòd gaudent de Deo. Vnde ex hoc, quòd bona multiplicantur, de quibus gaudendi ratio eis est Deus, non sequiẽ quod intensiùs, sed quod de pluribus gaudeãt. Hæc Thomas,

¶ In quibus hoc ultimũ verbũ vr̃ obscurũ. nam quãuis beatorũ essentiale p̃mium consistat in contemplatione increati obiecti, ac gaudii principalis, atq; inuariabilis, contemplationi illi annexi, respectu cuius obiecti non sunt beatis cogitationes volubiles, vt infra hr̃: attñ accidentale præmiũ eorundem ꝯsistit in q̃busdã bonis creatis ad Deũ relatis sicq; ẽt bõa creata ad Deũ relata sũt beatis rõ gloriãdi, & tale gaudiũ suscipit incremẽtũ, sicut de hoc ĩfra diceẽ.

¶ In pręindnctis ex Thoma continenẽ scripta Petri, Richardi, & Argentinen. de his. Asseritq; Richa. Traianum reuocatũ ad vitã hanc, & pœnituisse. Qđ si ita est, mirum, quòd Traianus resuscitatus non indicauit viuentibus quæ sibi acciderant, nec S. Gregorio gratias egit. Et si dicatur, quòd ista fecit, vnde probabitur hoc?

¶ Porrò Bonauen. In omni, ait, opere dei est misericordia, & veritas. Hinc duo sunt, q̃ faciunt suffragia valere defunctis. videlicet dignitas, & necessitas Iustitia respicit dignitatem, & qui in charitate decesserunt, digni sunt ab aliis adiuuare ecclesiæ mẽbris, maximè si ipsi alios adiuuerunt. Misericordia verò cõsiderat necessitatem, quæ magna est his, qui in purgatorio sunt, q̃m grauiter puniuntur, nec valent iuuare seipsas. Quidam demum generaliter dicunt, quòd suffragia ecclesiæ prosunt, siue à bonis siue à malis fiant; quia tam boni, quàm mali faciunt ẽm doctrinam ecclesiæ, faciuntq; pro eo, qui est in charitate: & vbi charitas facientis deest, supplet charitas ecclesiæ dictantis, ac mortui suscipientis. Sed breuiter, non credo, qđ oratio peccatoris mereaẽ aliquid apud Deũ, nisi solũ dispositiuè, quia disponit ad meritum. Opus verò recipit formam à proximo agente, quẽadmodũ aqua à vase cõtinente, nõ à fonte. n. Sicut corona valorẽ, & pulchritudinem h3

ab auro,& gẽmis,nõ ab elementis, in ꝓposito.Ideo distinguendum,q̃a ſuffragia aut ſunt opera ſacr̃alia vt celebratio miſſæ.& tunc cũ ſint opera Dei,ratione contenti,ſeu operis operati proſunt, ſiue a bonis fiant,ſiue a malis.Aut ſunt alia opera,& hoc dupliciter Aut.n.fiunt purè a malis,ſicut aliquis malus orat,vel ſe affligit ꝓ aliquo,& ſic non credo qđ proſint defuncto.Aut fiunt a malis ad imperiũ alicuius boni de rebus illius,ſicut eſt eleemoſina: vel ad alterius ꝓſortiũ,& duo legũt pſalteriũ, vnus exiſtens in charitate,alius nõ,atq; in alijs operibus,vt dũ daſ eleemoſina iuſto,vt orat ꝓ mortuo, & tunc valẽt rõne charitatis boni hoĩs aſſociati.Hæc Bona. quæ cum dictis ex Tho.videntur concordabilia.

QVAESTIO III.

Gregori. Iohan. Damaſcenus.

MOdo quærendũ de numero ſuffragiorum ecclęſiæ,an ſolũ ſint tria in genere. ¶ Vr̃ quòd non quia beatus Gregorius annumerat eis quartũ puta ieiuniũ, in Moralibus loquens:Quatuor modis aĩæ defunctorũ ſoluuntur. Aut oblationibus ſacerdotũ,aut eleemoſynis amicorũ,aut orationibus aut cognatorum ieiueniis. Damaſcenus quoque in ſermone quodam de dormientibus, docet pro defunctis ceras,oleumq́ue offerri, & cõſimilia q̃dam.

Bonauen.

¶Circa hæc ſcribit Bona. Valent in ſubſidiũ defunctorũ ſacra oblatio,& cætera nunc expreſſa.Veruntñ aliter ꝓdeſt ſacr̃m altaris viuentibus,& aliter mortuis.Viuis etenim ꝓdeſt ſub rõne ſacr̃i, & cibi, mortuis ſub rõne ſacrificij.Nempè inquantũ ſacr̃m reficit,gr̃amq́; largitur,& perfectionem tribuit mãducanti,inquantũ verò ſacrificiũ,placat Deũ. Hoſtiæ.n.placãt.Cũq; Deus iratus ſit nõ affectione,ſed pœnæ inflictione, iõ hoſtia ſalutaris Deũ placãdo nõ ſedat eius affectionẽ,ſed remitti facit pœnæ acerbitatẽ.Et ſi quæraſ, cur alia ſacr̃a ita non proſunt poſt mortẽ dicendũ,qđ aliorũ, ſacramentorũ diſpẽſatio reſpicit actũ in perſona, & circa perſonam,vt patet in baptiſmo, propter quod baptizari nõ põt nec ungi,niſi q̃ præſens eſt.Sacrificiũ verò eſt actus & oblatio pro perſona Et qm̃ actus in pęſona requirit perſonam actu exiſtentem,non autem actus profona:cũ & Chriſtus ſeipſum obtulerit,non ſolum pro tunc exiſtentibus,imo & pro præteritis, ac futuris,hinc ſacr̃m iſtud ſecundum quod ſacrificium prodeſt his, qui vitam hanc finierunt.

Quæſtio.

Obiectio.

Bonauen. Auguſtin.

Heb. 5. Quæſtio:

¶ Sed quæritur,vtrũ ſuffragia oĩbus æqualiter ꝓ ſint,an potius,& amplius ei ꝓ quo fiunt. Dicendũ quòd aliquorum opinio fuit,vt Præpoſitiui,q̃ ſuffragia eccleſiæ ſiue generaliter ſiue ſpecialiter facta magis proſunt ei,q̃ magis hoc meruit.Et ponit exẽplum de candela, quæ ſi coram diuitę accendatur non ſolum lucent ei ſed etiam alijs,& potiſſimè, q̃ acutiùs videt.Eſt item exemplũ de lectione,quæ tm̃ valet ſi legatur oĩbus in cõi,quãtũ ſi cuilibet in ſpeciali,magis q́ue valet aſſiſtenti melius intelligenti, quamuis legatur pro alio.Et ſi ita eſt in lumine creato,magis in ſacramentis,& ſi ſic eſt in electione,magis in oratione.Et ſi obiicitur conſuetudo eccleſiæ reſpondet;quòd hoc,quod eccleſia ſpecialiter facit pro uno,& ſpecialiùs pro uno,quàm pro alio,non eſt propter hoc quod magis illi prodeſt ſed,quia libentiùs facit homo pro eo,quem ſpecialiùs diligit, & magis animatur ad faciendum pro eo. Nam ſi iſtud conſtaret ſimplicibus, non ita libenter facerent ipſa ſurffagia Sad iſtud non credo verum. q̃a (vt aſſerit Auguſtins in libro de cura agenda pro mortuis)Oratio valet in loco ſancto propter orationes ſanctorum, qui orant pro eo, ad cuius tumulum memorantur.i.ipſi ſancti inuocãtur.Deniq; ſuffragia ſunt ad ſoluendum; reatũ ſeu pœnam eius pro quo fiunt.Plus autẽ eſt ſatisfacere pro debito multorum,quàm vnius,atq; faciliùs ſatisfit pro debito vnius:ideo duo pluribus ſuffragiis indigent, q̃ vnus ſolus. Idcirco ſi diuiduntur inter eos,vterque minus habet.nec eſt ſimile de lumine,quia illnmination totam ſpeciem rei viſæ refert ad oculum.Similiter lectio totam ſimitudinem vocis defrert ad aures,ſed ita nõ eſt in ſolutione.Quãuis enim duo creditores poſſint ſimul,& æqualiter unum aurum videre,non tamen poteſt æqualiter ſoluere duobus, ita eſt in propoſito:Hinc de ſuffragiis eſt diſtinguẽdum,quia aut fiũt in communi,aut in ſpeciali.Si in cõi,magis proſunt ei, qui meruit vt ſibi prodeſſent, cæteris paribus. quia non tantum dignitas , ſed neceſsitas quoque conſideratur. Si autem in ſpeciali , magis proſunt ei, pro duo ſpecialiter fiunt . Deus namque acceptat opus ſecundum intentionem agentis . Aliàs etiam non deberet hõ ſpecialiter exorare pro parentibus , & ꝓ quibus ad hoc magis tenetur.Item ſi in vita hac aliquis pro ſe eleemoſinam dare,magis ſibi prodeſſet,quàm aliis ergo ſi ex eius iuſsione,aut ordinatione detur poſt mortem ipſius,magis proderit ei,quàm alteri:cum Deus ſic habeat opus tale, ac ſi ipſemet mortuus faceret illud . Iterum, dum Deus exaudit nos,quodammodo conformat ſe noſtræ voluntati.Idcirco dũ quis habens charitatem , orat pro aliquo in ſpeciali , Deus ſpecialiter exaudit pro illo . Hæc Bonauentora.

Thomas.

¶ Quibus Thomas concordans.Suffragia,inquit viuorum proſunt defunctis ſecundum quod charitate iunguntur , & ipſi defuncti viuentibus vniuntur per charitatem , & ſecundum quod intentio viuentium refertur ad mortuos : ideo opera illa præcipuè nata ſunt mortuis ſuffragari , quæ maximè ad coniunctionem pertinent charitatis , vel ad directionem intentionis in alterum , Sacramentum autem euchariſtiæ ad charitatem præcipuè pertinet , cum ſit ſacramentum eccleſiaſticæ unionis continens illum,quo tota eccleſia cunitur,& conſolidatur. Inter charitatis autem effectus, præcipuum eſt elemoſynarum largitio. Ideo duo iſta ex parte charitatis mortuis præcipuè ſuffragantur, ſacrificium altaris , & eleemoſyna , ſed ex parte intentionis directè in mortuos præcipuè valet oratio quia oratio ex propria ratione non ſolum dicit reſpectũ ad orantem, quemadmodum cætera opera ſed directiùs ad illum pro quo oratur. ideo tria iſta ponũtur quaſi præcipua mortuorum ſubſidia: tamen quæcunq; alia bona ex charitate exhibita ꝓ defunctis eis ꝓdeſſe credẽda ſũt. Hinc & ieiunium pro defunctis factũ,põt eis prodeſſe.Similiter diſci plina ratione charitatis , & intentionis directè in illos, & vt ſunt pœnæ pro culpis , quæ tamen ſua rõne non continent aliquid, quod ad charitatẽ aut directionẽ intentionis in proximũ ſpectet, imo hęc ſunt eis quaſi extrinſeca Ideo Auguſt. non poſſunt ieiunium inter ſuffragia,ſed Gregorius.Verum ꝙ hæc obiici poteſt,qm̃ iã diuerſis misſis eſt vnum & idem altaris ſacrificium.Si ergo ſacrificium computatur inter ſuffragia,& non miſſa, videtur,quòd mortuis tantundem valeat,quæcunque miſſa , ſiue ſit pro defunctis,ſiue de ſpiritu ſancto,ſiue de dominica,ſeu de feſto occurrente : quod videtur ꝙ conſuetudinem,& ordinationem eccleſiæ,q̃ ſpeciale of ficiũ miſſæ ꝓ defunctis inſtituit,& obſeruat Dicẽdũ ꝙ in officio miſſæ non ſolũ eſt ſacrificiũ, ſed etiam

Auguſtin. Gregorius Obiectio.

orationes

orationes,ſicq; officium miſſæ continet duo eorũ q̃ Auguſtinus hic ponit, uidelicet ſacrificium, & orationem.Itaq: ex parte oblati ſacrificij miſſa æqualiter ualet defuncto de quocunq; dicatur, & hoc eſt pręcipuum,quod fit in miſſa. Ex parte autẽ orationum,magis prodeſt miſſa,in qua ſunt orationes ad hoc determinatæ. Attamen iſte defectus recõpenſari põt per maiorẽ deuotionem celebrantis,uel eius,qui facit miſſam celebrari,atq; per intercesſionẽ ſancti, cuius ſuffragium imploratur in miſſa. Oblatio quoq; candelarum, & olei poſſunt prodeſſe defuncto,inquantum ſunt eleemoſynæ q̃dã.Dantur enim ad cultum eccleſiæ, & ad uſum fidelium,& ad diuinæ reuerẽtiam maieſtatis ponuntur:Quæritur etiam,an indulgentiæ poſſint defunctis ꝓdeſſe. Ad ꝙ ſupra reſpõſum ẽ diſtinctiõe 20.

Quæſtio.

Quæſtio.

¶Inſuper quæritur, an cultus exequiarum ꝓfit defuncto.Et reſpondendum, quòd ſepultura inuẽta eſt propter uiuos,ac mortuos.Propter uiuos,ne eorum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur,& ne corporum fœtoribus inficiantur,& hoc quantum ad corpus. Specialiter autem prodeſt ẽt uiuis,quia per hoc fides reſurrectionis aſtruiẽ. Sed & mortuis proſunt . quia uiuentes ſepulcra inſpicientes,& memoriam retinẽt mortuorum, & orãt pro ipſis, ac admonentur aduertere ſe eſſe mortales,citoq; morituros,ac tali in domo claudendos. Hinc monumentum a memoria nomẽ accepit.Dicitur namq; monumẽtum: quoniam admonet mẽtem,ut dicit Auguſtinus primo de Ciuitate Dei, & libro de cura agenda pro mortuis. Paganorum tamen fuit error , quòd ad hoc ſepultura mortuo proſit, quatenus anima eius quietẽ accipiat. Non enim credebant animam poſſe quietem accipere, niſi corpus eius priùs ſepulturæ traderetur, ꝙ ridiculoſum eſt credere.Vlteriùs quoque ſepultura in loco ſacro mortuis prodeſt , non ſolum ex opere operato , ſed magis ex opere operante, dum uel defunctus , uel alius corpus illius in loco ſacrato ſepeliri diſponẽs, patrocinio alicuius ſancti ipſum committit , cuius precibus per hoc credendus eſt adiuuari,& ẽt patrocinio eorũ, q̃ loco ſancto deſeruiunt , qui pro ſepultis apud ſe frequentiùs , ac ſpecialiùs orant.Illa uero,quæ ad ornatum ſepulturæ adhibentur,ut luminaria , panni & huiuſmodi,proſunt uiuis , inquantum ſunt eorum ſolatia. Poſſunt item defunctis prodeſſe nõ per ſe,ſed per accidens,inquantum ex talium inſpectione homines excitãtur ad compatiendum , & ad orãdum ꝓ ipſis,uel inquantum ex ſumptibus ſepulturæ pauperes accipiunt fructum,uel eccleſia decoraſ. Deniq; antiqui ſancti patres de ſuis tumulandis corporibus curauerunt , ut oſtenderẽt corpora mortuorum ad Dei prouidẽtiã pertingere, & ꝓꝓ reſurrectionis fidẽ aſtruendam.Vñ i terra ꝓmiſſionis ſepiliri uolebant,ubi Chriſtum naſciturum,& reſurrecturum credebãt cuiꝰ reſurrectio nr̃ę reſurrectionis ẽ cã.Hinc in quodã ſermone de dormientibus. Damaſ.iducit ſcti Athanaſij uerba uicẽtis: Quãuis in aera ipſe, q̃ in pietate cõſummatus ẽ depoſitus fuerit,ne renuas oleum.& ceras Deum inuocãs,in ſepulchro eius accẽdere.accepta namq; ſunt Deo iſta, & multam ab eo remunerationẽ accipientia:

Io.Dam. Athanaſi. epiſcopus

Quæſtio.

¶Inſup dũ q̃rit, utrũ ſuffragia,q̃ fiũt ꝓ uno đfuncto,plus, ꝓſint ei,q̃ alijs. Vr̃ ꝙ nõ:qm̃ bona ſpũalia quo pluribus cõicanẽ, eo ſunt efficaciora.Rurſus, quo charitas ad plures diffundiſ,& copioſiꝰ ſe cõicat,eo fortior ẽ ad agẽdũ,ad ꝓmerendum, & impetrandum.Dicẽdũ ꝙ opinio Præpoſitiui fuit &c. Sicut iã patuit.Alij ẽrio dixerũt : ꝙ ſuffragia magis ualẽt ei,pro quo ſpãliter fiũt.Vtraq; aũt opinio ẽm aliq̃d vera eſt.Valor nãq; ſuffragiorum ex duobus pẽſanẽ. Primò ex uirtute charitatis,q̃ facit oĩa bona eſſe cõia.Et ẽm hoc uerũ ẽ,ꝙ plus valẽt ei,q̃ charitate magis repletus eſt, q̃uis ſpãliter pro ipſo nõ fiãt, ſicq: ualor ſuffragiorum magis attenditur ẽm quandã cõgratulationẽ, & interiorẽ cõſolationẽ,ẽm qđ unus in charitate exiſtens,de bonis alterius delectatur poſt mortem, quãtum ad pœnæ diminutionẽ. Poſt mortẽ quippe nõ eſt locus acquirendi,augmentandiq: gratiã, ad ꝙ valent nobis in uita hac opera aliorum ex charitatis uirtute. Secũdo ualor ſuffragiorum penſatur ex hoc, quod per intentionẽ unius alteri applicantur,ſicque certum eſt,quòd magis ualent ei, pro quo fiunt,imo ei ſoli ſic ualent,Satisfactio enim propriè ad dimiſsionẽ pœnę ordinaſ. Hinc quãtũ ad pœnę dimiſsionẽ præcipue valet ſuffragiũ ei,pro quo fit.Vnde ſecunda opinio habet plus de ueritate. Hæc Thomas.

¶Quo circa uidetur,quòd ſecunda poſitio ſimpliciter uera ſit, quia nec ipſa intentio impẽdẽtis ſuffragiũ Deo,accepta eſt, & efficax ſubuenire niſi inquãtũ ex charitate procedit, ac informatur:Et q̃uis charitas habitualis ad oẽs indifferenter ſe habere dicatur:attamẽ actus eius in operibus impetratis ab ea,ad certã perſonam interdum dirigitur & tunc opus illud etiã ex parte charitatis actualis plus prodeſt illi,pro quo fit, & cuius ſalus ſpecialiter deſideraſ, quàm alteri,& tãto plus ſubuenit ei, quãto releuamẽ ipſius feruẽtiori dilectiõe optaſ.

Dio.Cart.

Amplius quęrĩ, utrum ſuffragia facta pro multis tantumdẽ ualeãt ſingulis, ac ſi pro unoquoque ſingulariter fierent.Dicẽdum,quòd ſi ualor ſuffragiorum conſideretur ſecundum quod ualent ex uirtute charitatis membra eccleſiæ unientis, ſuffragia pro multis facta,tantum ſingulis proſunt, ac ſi pro uno ſolummodo fierent:qm̃ charitas non minuitur ex hoc, ꝙ affectus eius diſtribuiẽ in multos, imo magis augetur,ſimiliter gaudiũ, qm̃ pluribus eſt cõe,ſit maius,ut ait Auguſtinus 8.Confeſsionũ, ſicq; de uno facto bono non minus lætantur multi in purgatorio,quàm unus . Si autẽ conſideretur ualor ſuffragiorum , inquãtũ ſunt q̃dã ſatisfactiões per intentionem facientis tranſlatæ in mortuos, applicatæq;,magis ualent ſuffragium alicui,ꝙ pro eo ſingulariter ſit,quàm qđ cõiter fit pro eo, ac ꝓ alijs. Sic enim effectus ſuffragij diuiditur æquitate diuina inter eos, pro quibus ſuffragia exhibentur.

Quæſtio. Thomas.

Auguſt.

Præterea quęri põt, an ſuffragia cõmunia tantũ ualent illis,quibus ſpecialia nõ fiunt , quantũ illis pro quibus fiunt cõmunia, & ſpecialia ſimul. Ad quod dicendum,qđ nõ, & hoc patet ex reſponſione ad penultimã quæſtionẽ:qm̃ ſuffragia,quæ ſpecialiter fiũt ꝓ aliquo, magis proſunt ei quàm alijs Sed ꝙ hoc argui põt,qa ĩ litera dr̃, Ex hoc ſuffragia mortuis proſunt,quia dum hic uixerunt,illud meruerunt,ut ipſis prodeſſent.Sed q̃dã pro quibus nõ fiunt,magis meruerunt,ut ipſis prodeſſent,q̃ illi ꝓ quibus fiunt.Et rñdẽdum, ꝙ meritũ iſtud eſt ꝓditionale:Hoc eteñ mõ promeruerunt,vt ſibi prodeſſent,ſi pro eis fierẽt:qđ nil aliud eſt,q̃ ſe habiles facere ad recipiẽdum ſuffragia,Vñ pater,qđ nõ directè meruerunt illud iuuamen ſuffragiorũ, ſed ꝓ pcidẽtia merita ſe habilitauerunt, vt fructũ ſuffragiorũ ſuſciperent. Hinc eorũ meritũ nõ fruſtrareſ, q̃uis ſuffragia eis nõ impẽderenẽ.Hæc Tho.in Scri. In q̃bus plenè ꝓtinentiq̃ Alb.ſcribit de his. Similes ſcripta Petri.Et concordat Richardus,qui inſuper

Quæſtio.

q̄rit.Vtrū ſuffragia determinata facta pro uno,pro ſint omnibus exiſtentibus in purgatorio. Reſpondet ad cauſandū pęnā in aliquo duo cōcurrūt.Primū eſt uirtus,ſeu poteſtas agētis. Scd̄m, diſpoſitio patientis. Actus enim actiuorum ſunt in patiente diſpoſito.Poteſt ergo pęna diminui per diminutionē utriuſq; illorū,ſicut per augmētū cuiuſlibet horū pōt augeri, Hinc inæqualiter diſpoſiti ad patiēdū ab æquali uirtute inæqualiter patiunť,ꝑꝑ qđ (ſecundum Auicēnā 6.Naturalium) multum diſpoſiti ad triſtitiā, ex modica cauſa uehementer triſtanť. Itaq; quo ad diminutionē pœnæ primo mō ſuffragia determinatè facta pro uno, aliis non proſunt, quia ſic uirtus eorum alios nō attingit. Scđo autē mō proſunt,& aliis,qm̄ miſericordia Dei ſic prouidente ſuffragia facta pro quocūq; exiſtēte in purgatorio, cęteris omnibus innoteſcunt, idcirco ex mutua charitatis affectione cōgaudent ei,pro quo facta ſunt, atq; ex illa congratulatione diſponunť ad minus contriſtādū de propria pœna. Quia(ut dicitur 7. Ethicorum) cuicunq; triſtitiæ repugnat ex genere quæcunq; delectatio,ideo,mitigat eam. Hæc Richardus.

Auicēna. Philoſo. Richard⁹. in Propoſitiuum.

¶ Qui etiam ꝯ opinionem Prępoſitiui prænarratam ſic arguit:Si ita eſſet,ut ait illa opinio,tunc ille,qui pro uno defuncto teneť dicere miſſam unā, ſimiliter unam pro alio dicendo unā pro illis duobus,cuilibet ſolueret,quod ei tenetur. Itē bonum finitum, quod ſufficeret ad plenariam liberationē unius aīæ de purgatorio, ſufficeret ad liberationē omnium animarū aliarū ad ęqualē pœnam obligatorū,Præterea ꝯſuetudo eccleſiæ eſſet inutilis, quæ interdum ſuffragia facit pro ſpecialibus perſonis, quæ omnia falſa ſunt.Hęc idem.

¶Præterea Antiſio.diligēter, & prolixè hic recitat duas p̄habitas opiniōes, de diminutiōe pęnarū inferni ꝑ ſuffragia eccleſiæ, nec uideť mihi ad aliq̄ earū multū ſe inclinare, q̄uis iā dictū ſit,ꝙ ꝯſentiat opinioni,quæ ait,quòd pœnæ illæ diminuuntur.

Argenti.

¶Quærit aūt quātū proſint ſuffragia exiſtētibus in purgatorio.Et reſpōdet, Suffragia eccleſiæ ſunt meritoria cauſa purgationis eorū,qui in purgatorio ſunt. Deus vero eſt efficiens cauſa purgationis ipſorū immediata: purgat namq; immediatè ad eccleſiæ merita.Quadruplex namq; eſt purgatio. Prima eſt à macula peccati,ſeu à ſimilitudine diaboli quā purgationē facit Deus mediāte, vcʒ mediāte fide,iuxta illud in Actibus:fide purificās corda eorū.Scđa purgatio ē ī pn̄i ꝑ ſatisfactionē. Remanēs nāq; pctī ueſtigia poſt emūdationē à macula,& ab illis veſtigijs oportet animā purgari,q̄ purgationē facit Deus mediāte pęnitētia.Oportet em̄,ꝙ hō puniat ſe,vel ꝙ De⁹ puniat eū.Tertia purgatio, ē ī purgatorio,q̄ eficit De⁹ mediāte purgatorij igne.Quarta purgatio ē ꝑ ſuffragia eccleſię,& hāc agit De⁹ immediatè,nec ī hoc derogať iuſtitiæ.Satisfactū ē em̄ pro illo,pro quo ſatisfecit eccleſia. Hæc Antiſiod.

Quęſtio. Actorū.15

QVAESTIO. IIII.

POſtremò hic q̄riť, an ſctī orōnes nr̄as cognoſcant,& an ſemper exaudiantur pro nobis. Videť,qđ nō,qa cū ſint in charitate feruentiſſimi,atque in Deo ꝑpotentes,& maximè opulēti,ſi indigētias,orōnes,& periclitatiōes nr̄as cognoſcerēt. Vr̄ ꝙ indilatè ſuccurrerēt nobis. In Iſaiæ quoq; diciť deo:Pater noſter es,& Abraā neſciuit nos,& Iſrael ignorauit nos.Vbi gloſſa teſtať,ꝙ mortui ēt ſctī,ne ſciūt q̄d agāt uiui ēt eorum ficij, & ſumiť ab Aug. in lib.de cura agēda pro mortuis.Vbi hæc verba inducit,& ait:Si anti patriarchę ignorauerunt,ꝙ circa populum ꝓcreatum agereť quomodo mortui rebus,& actibus uiuorum cognoſcēdis, ac adiuuādis miſcentur?Ad idē allegari pōt ꝙ 4. Regùm dn̄s dixit Ioſiæ:Iam te colligam ad patres tuos, ut non uideant oculi tui mala,q̄ inducturus ſum ſuper populum iſtum. Sed per hoc non fuiſſet. Ioſiæ prouiſum,ſi poſt uitam hanc cognouiſſet,quòd ſuo populo eueniret.

Iſa. Auguſtin. 4.Reg.23.

¶In oppoſitum eſt,ꝙ ſuper illud Iob. Siue nobiles fuerint filij eius, ſiue ignobiles, non intelliget ſcribit Gregorius.Hoc de animabus ſanctis ſciēdū nō eſt,qa q intus claritatē Dei uident, nihil eſt foris,qđ ignorēt.Hoc quoq; fuit error Vigilātij, qđ ſctī defect⁹ nr̄os neſciēt, ut ꝯ eum ſcribit Hierony.

Gregor. Iob 14.

¶Ad hoc Henricus in quodlibetis reſpondet,ꝙ ſancti in patria in increato Dei lumine oīa intuenť quæ ſcire deſiderāt, & quorū cognitio eos concernit &c.,put ī Scri.ſuꝑ 2.ex ipſo,& aliis ē ītroductū

Hierony. Henricus. Thomas.

Hinc etiā Tho.hic ſcribit:Diuina eſſentia eſt ſufficiens medium cognoſcendi omnia: qm̄ Deus ſuā uidendo eſſentiā omnia intuetur, nō tn̄ ſequiť,qđ q̄cunq; diuinam videt eſſentiā, omnia noſcat,ſed qui eam plenariè cōpræhēdit,qđ ſoli cōpetit Deo: Vn̄ de quibuſdā Dei effectibus angeli inferiores à ſuperioribus inſtruuntur,ut S.Dionyſius loquitur. Verum unuſquiſq; beatorum tot,& tanta cognoſcit in diuina eſſentia,quantum beatitudinis ſuæ requirit perfectio,ad quā exigitur, ut hō habeat q̄cquid velit,nec inordinatè aliquid uelit.Hoc autem recta uoluntate vult unuſquiſq;, vt ea,q̄ ad ipſum pertinent, noſcat. Hinc beati oīa illa cognoſcunt in verbo.Hoc etiam ad eorum pertinet gloriā, ut indigentibus ſubueniant ad ſalutē, & in hoc Dei cooperatores exiſtant, eos quoq; cognoſcant, & uota,ac preces eorum,a quibus inuocanť, amātur atq; coluntur.De hac autē ſupernaturali cognitione ſanctorum non loquitur. Auguſt.ſed de naturali.Et ſupernālem illā cognitionem in verbo non habuit Abraam ante ſaluatoris paſſionem,nec beatificam illam cognitionem habentes, afficiuntur aliquo compaſſionis dolore ex cognitione aduerſitatum uiatorū quos diligunt. Nec aliter cupiunt inuocātibus ſe ſubuenire,quàm ab eo diſpoſitum, eiq; placitum eſſe cognoſcunt,cum eius uoluntati ac æquitati ſint plenariè confirmati. Veruntamen ſancti in limbo poterant aliqua doloris affectione moueri ex cognitione malorum,quæ nouerāt charis ſuis accidere,quorum actus, & geſta ex reuelatione poterant ſcire:De naturali autem,& multiplici cognitione animarum a corpore ſeparatarum, tractatum eſt ſuper ſecundum diffusè.

Deniq; expediēs nobis eſt,& ſalubre,ſanctos altiſſimi iugiter inuocare:qa(ut diuinus Dio.ꝓteſtatur.Iſte eſt ordo diuinitus inſtitutus ī rebus, vt infima ꝑ media reducanť in primū. & ſummū bonū, Idcirco nos exules, & infirmos peregrinos oportet ad cęleſte regnū perduci,atq; chariſmata gratiarū participare per auxilia beatorum, q Deo ꝓpinqui ſunt,& ei immediatè coniuncti, tanquam amici,& adoptiui filij, quorum ſctæ affectiones,ac puræ orōnes creatori ſunt gratæ.Et q̄uis ſctī maiores ſunt Deo magis accepti, ac ſimiliores, tn̄ expedit qn̄q; inferiores ſanctos exorare quintuplici rōne Primò,ꝑꝑ maiorē deuotionē, q̄ qs habet ad ſctōs minores.Scđo,ad tollēdum faſtidiū, qđ poſſet hō īcurrere eoſdē ſctōs iugiter īuocādo. Idcirco dū nūc iſtū,nūc illū ꝑdicamur,deuotiōis affectio ꝑ ſingulos renouať& iſlāmať. Tertio qa q̄buſdā ſctis ex ſpecialib⁹ meritis eorūdē datū ē ī ſpālib⁹ cauſis pa

trociua

trocinari. Quartò ut oēs honorentur inuocentur Quintò:quoniam multiplicatis interceſſoribus, facilius,ac copioſiùs pręſtatur.

Quæſtio.

¶Pręterea ſi quęratur,an beati,& ſancti ſemper exaudiantur à Deo pro nobis, aut etiam pro ſeipſis.Videtur,quòd non:quoniam ſic omnes, certiſſimè ſaluaremur,cū orent pro omnibus nobis. In Apoca. namq; ſanctis legitur martyribus ultionē iuſtā petentibus diuinitùs eſſe reſponſum, ut expectarent tempus adhuc modicū.Apud Ieremiā quoq; dn̄s ait:Si ſteterint Moyſes, & Samuel corā me, nō eſt anima mea ad populum iſtū. ¶ In oppoſitū eſt,quòd uoluntas beatorū in omnibus adimpletur,& increatæ uoluntati omnino eſt conformata nil uolunt, nil rogant, quod uoluntati Dei non cōſonet. Dicendū,quòd ſancti dupliciter dicuntur orare pro nobis.Primò,oratione expreſſa,dum uocibus ſuis aures pietatis diuinæ pro nobis pulſant. Secundò,oratione interpretatiua per merita ſua,q̄ coram Deo præſentia, non ſolum cedunt ipſis ad gloriam,ſed etiam nobis ſunt ſuffragia, ac quædā orationes:quēadmodū ſanguis Chriſti pro nobis effuſus,dicitur nobis ueniā poſtulare, atq; utroq; modo ſanctorum orationes, quantum in ipſis eſt, ſunt efficaces, ac dignæ ad impetrandum, ſed ex parte noſtri poteſt eſſe defectus, ita ꝙ non conſequimur fructum orationum ipſorum, ſ̄m ꝙ orant pro nobis ſcđo modo, utpote interpretatiuè: ſed ſecundum quod orant pro nobis, uotis ſuis aliq̄d nobis poſtulando,ſemper exaudiuntur:qa nō uolunt niſi quòd Deus uult,nec petūt niſi,qđ fieri cupiunt.Quod aūt Deus vult ſimpliciter, utpote voluntate conſequēti,ſemper impletur. Sed ſicut nō ſemper impletur,quòd Deus vult uoluntate antecedente, prout ſuper primū expoſitum eſt, ita nec ſemper impletur,quod ſancti ſic volunt,per quod patet ad obiecta ſolutio.Nempe quod dominus dixit de Moyſe, & Samuele, intelligitur de eiſdē ut nondū beatis,& ſecundum ſtatum,quo aliqui fuerunt in uita pn̄ti.Oratio quoq; illa in Apoc.nō fuit negata,ſed dilata.Nec aliud fuit niſi deſideriū ſtolæ ſecundæ.Hæc Thomas in Scripto.

Apoc.6 Iere.15 Iere.15 Apoc.6

¶Quibus Petrus concordans.Duplex eſt, ait, cognitio animarum ſanctarum, ſicut & angelorum. Vna ueſpertina ſeu naturalis, quæ eſt notoria rerū in proprio genere, hac nō uident ea quæ circa nos & a nobis agūtur.Alia matutina, quæ eſt rerum in verbo.Hac vident quædā eorum,quæ fiunt in mūdo,uidelicet ea,quæ aliquo modo ad eorum laudem,aut gloriā pertinent.Alia nō uidēt,quæ eis impertinentia ſunt niſi inquantum eis reuelentur a verbo æterno.Cumq; ad eorum laudē, & gloriam ſpectet a uiatoribus laudari,ac inuocari, & inuocantibus ſubuenire, omnia talia norunt in uerbo.

Petrus. Quæſtio.

¶Porro dum petitur, an ſancti ſemper exaudiātur;Dicendū,ꝙ obtinere aliquis aliquid poteſt dupliciter.Primò,per viā iuſtitiæ,& meriti. Secundò, per uiam ſupplicationis,ac gratiæ, quēadmodum in curia ſummi pontificis dantur aliquæ literæ de ſimplici iuſtitia,quædam de gratia. Vtroq; modo ſancti obtinent pro nobis orantes. Vt enim in litera tangitur,iuuant nos merito,quod meruerunt in carne,& iuuant nos uoto, quod fundunt Deo pro nobis.Et ex his duobus interceſſio eorum ſemper eſt efficax. Verum interceſſio eorum per modum meriti,eſt oratio interpretatiua:& ſemper exauditur,quantum eſt de ſe. Interdum tn̄ non exauditur propter demerita noſtra. Interceſſio demum per modum voti,eſt oratio vera, & ſemper exauditur quia nō optant niſi, quod ſciunt Deum uelle, uel ſimpliciter, vel ipſis orantibus.Hæc Petrus.

Richard.

¶Richardus quoq; hic ait, quòd animæ in purgatorio exiſtentes orant pro nobis, cum ſint cōfirmatę in charitate.Similiter animæ beatorū,ſed animæ beatorum orando pro nobis, nullā ex hoc cōſequuntur utilitatē, niſi in hoc,quod in augmentatione ciuiū ſupernorū creſcit aliquale gaudiū accidentale ſingulorū.Orationes verò,quas exiſtentes in purgatorio faciunt pro nobis, interdū redūdāt in alleuiationē pœnæ ipſorū:nō qđ in hoc mereantur,cū ſint extra ſtatum merendi ſibijpſis,loquendo de merito propriè dicto:ſed inquantum nos ꝑ orationes earum meliores effecti, efficatiora facimus ſuffragia in releuamen pœnæ ipſarum.¶Denique ſi quæratur,an animæ beatæ orent pro animabus in purgatorio detentis:dicendum, qđ ſicut in corpore naturali membra fortiora indigentibus, & infirmis ſubueniūt,ita in corpore myſtico Chriſti,atq; eccleſiæ,non ſolū debēt ſibi inuicē ſubuenire membra,inter quæ eſt indigentia mutua, ſed ēt illa,quæ non indigent adiuuari, conueniens eſt indigentibus ſubuenire.Beatę aūt animæ ſunt membra eccleſiæ non indigentia adiuuari ideo conuenit ut exorent pro exiſtentibus in purgatorio, quę ſunt mēbra eccleſiæ adhuc indigētia ope. Hæc Ri.

Quæſtio. Bonauē. Obiectio. Io.Dam.

¶Concordat Bona.dicendo:Sancti orant ꝓ nobis,qm̄ uidēt indigentiā noſtrā,& noſtram optant ſalutē,ſuęq; ciuitatis inſtaurationē,& qm̄ Deus ita inſtituit,ut ad eandē beatitudinē pertinentes, inuicē ſibi cooperentur. Sed objici pōt, quia(ſecundū Damaſ.oratio eſt aſcenſus mētis in Deū, Beati aūt non aſcenduut mēte ad Deū,imo immobiliter ſtāt ei intenti.Et rn̄dendū,quod mēs noſtra dr̄ in Deū aſcendere tribus modis.Primò, per nouū aſpectū in Deū,ſicut dū hō reuocat cogitationē ſuā ab alijs,& conuertit ſe in Deum, ſicq; conuenit uiatoribus tantum, Secundo per aſpectum alterius rei inferioris, ut dum quis cogitat humanam miſeriā, & implorat miſericordiā, ut releuet miſeriā ipſam ibi aſpectus in Deum dirigitur,non qa de nouo aſpiciat ipſum, ſed qa ab inferiori ad ipſum reſpiciat, & ita eſt in beatis dum orant pro nobis, quia tunc indigentiam noſtram cōſiderant.Tertio, per cōtinuationē intuitus primi, ut dum q̄s cōſiderat Deum,q eſt ſuꝑ ſe,& ſi cōtinuè cōſiderat, cōtinuè aſcēdit,nō qa ad aliud,& aliud ſcādit,ſed qa indeſinenter ſuꝑ ſe fertur,& ita inceſſanter eſt in beatis. Itaq; ſi primo mō dicať orō aſcēſus mētis in Deum eſt tm̄ uiæ.Scđo mō eſt uiæ,ac patriæ.Tertio,patrię tm̄.Cumq; arguiť,ꝙ beatus habet quicq̄d vult. Dicēdum ꝙ beatus vult aliquid ſibi, & aliquid alijs. Et ad ſubſtantiam beatitudinis ſuæ pertinet, vt habeat quicquid vult ſibi.Verum vt habeat quicquid vult alijs,nō eſt de ſubſtantia beatitudinis, ſed de cōſummatiōe,& bene eſſe ipſius, qđ non erit, niſi dum uniuerſi electi fuerint ſimul glorificati,quo facto,ſctī nec pro ſe,neq; ꝓ alijs intercedēt.Hæc Bo.

Obiectio. Dio.Cart. in Scotū.

Poſtremò Scotus primò hic ſciſcitatur,utrū anima ſeparata intelligere poſſit quidditates ſibi ante ſeparationem habitualiter notas. Secundò,utrum anima ſeparata poſſit acquirere cognitionē alicuius priùs ignoti.Tertiò an anima ſeparata valeat recordari præteritorum,quæ cognouit cōiuncta.Verū ad hæc rn̄ſum eſt partim ſuper primū, plenius vero ſuper ſecundum.Quartò quærit,utrum beati cognoſcunt orōnes,quas eis offerimus, q̄ quæſtio habet hic locum,ſed reſpondēdo ad eā, vr̄ tot inuolutiones inducere,tot ſingularitates inſerere,ꝙ talia recitare uidetur ueritates nunc elucidatas potius obſcurare q̄ pleni⁹ explanare idcirco dimitto.

Si valde malis detur mitigatio pœnæ. Dist. XLVI.

Hostatus & cõditione malorum post mortem

Iohan. 3

Psal 14

Psal 76

Roma. 9.

Matt. 25

Iacob. 5

Luc. 5. Rom. 8. Apoc. 22.

alias dispositiões. Rom. 11. Psal. 35. Matt. 3.

Sed quæritur hic de valde malis, vtrum & ipsi in aliqua pœnarum mitigatione Dei misericordiam sentiant, vt minus, quàm meruerint puniantur. Quidam autumant eos nullam releuationem pœnæ habituros, quod cõfirmãt Iacobi auctoritate, dicentis: Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Augustinus etiam ait Misericordia hic, iudicium in futur. Idem distinguens quomodo omnes viæ domini sint misericordia, & veritas, ait; Erga sanctos, omnes viæ Dei, misericordia, erga iniquos, omnes veritas, quia & iudicãdo subuenit, & ita non deest misericordia; & in miserando id exhibet, quod promisit, ne de sit veritas. Ergo omnes autem, quos liberat, & condemnat, omnes viæ sunt misericordia & ueritas. quia vbi non miseretur, vindictæ veritas datur. Dicens, vbi nõ miseretur: dat intelligi aliquid a Deo fieri, vbi ipse nõ misereꝛ. Sed his occurrit, q̃ ait Cassio, sup Psa. qn quagesimũ loquens de misericordia, & pietate Dei: Hę duæ, iniqui, res iudicio Dei semper adiunctæ sunt: ergo & in punitione malorũ non est iustitia sine misericordia. Idem de iudicio, & misericordia ait: Hęc duo mutua societate sibi iunguntur. In his breuiter omnia opera Dei includit. Augustinus quoq; respõdens illis, qui reproborum supplicia finem habitura contendunt, ita illorum repellit opinionem asserens reprobos p petuò puniendos, vt eorum supplicia mitigari aliquatenus non neget. Frustra, inquit, nonnulli æternam damnandorum pœnã, & cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu: at q; ita futurum esse non credunt, non quidem scripturis aduersando diuinis, sed pro suo motu dura quęq; molliendo, & in leniorẽ flectendo sententiam: quæ putant in eis terribiliùs esse dicta, q̃ veriùs. Non enim (inquiunt) obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas. Hoc quidẽ in Psalmo legitur, sed de his intelligitur, qui sunt uasa misericordię: quia & ipsi nõ pro meritis suis, sed Deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad oẽs æstimant pertinere, non ideo necesse est, ut damnationem opiẽntur ũniri posse eorũ, de quibus dictum est: Ibunt hi in suppliciũ æternum. Ne hoc mõ putetur habitura finem felicitas eorum, de quibus econtrario dictum est: Iusti autem in vitã æternã. Sed pœnas damnatorum certis temporib⁹ æstiment (si hoc his placet) aliquatenus mitigari. Et sic quippe ĩtelligi potest manere ira Dei in illis. i. ipsa damnatio. Hæc enim vocatur ira Dei, non diuini animi perturbatio: vt in ira sua, id est, manẽte ira, sua nõ contineat miserationes suas, nõ æterno supplicio finem dando, sed leuamen adhibendo vel interponendo cruciatibus: & q̃a nec psal. ait, ad finiendã irã suam? sed in ira sua. Quæ si sola esset, alienari a regno dei, & carere magna multitudine dulcedinis Dei, tam grandis tamen est pœna, ut ei possint nulla tormenta, quæ nouimus, comparari: si illa sit æterna: ista autem sit quamlibet multis seculis longa Manebit ergo sine fine mors perpetua damnatorum, & ipsa omnibus erit communis, sicut manebit cõiter omniũ uita æterna sanctorum. Ecce ita asserit hic pœnas reproborũ non esse finiendas. quod nõ improbat si dicatur eorum supplicio aliquid leuamen adhiberi. Vñ nõ incongruè dici põt, Deum etsi iuste id possit, non omnino tantũ punire malos in futuro quãtum meruerũt: sed eis aliquid, quãtũcunq; mali sint, de pęna relaxare.

Determinat præmissas auctoritates.

Quod ergo dictum est, iudicium sine misericordia fieri illi, qui non fecit misericordiã ita intelligi potest, quod iudicium damnationis fiet illi, qui non fecit misericordiã, pro eo, q̃d fuit sine misericordia. Vel fiet iudiciũ ei sine misericordia liberante, & saluãte, qui tamen in aliqua pœnæ alleuatione misericordiã Dei sentiet. Ita cum dr̃, Misericordiã hic, iudicium in futuro: nõ negatur quin in futuro sit misericordiæ effectus, & electus, qui per misericordiam ab omni miseria liberabuntur, & in reprobis, q̃ minus quã meruerint cruciabuntur: sed hic non sine causa dr̃ fieri Dei misericordia, & iudiciũ in futuro, q̃a & hic multis modis miseretur Deus, quibus non miserebitur tunc. Vocat eñ Deus nunc peccatores, & iustificat, quod tunc non faciet: & tunc reddens singulis secundum merita sua, manifestè iudicabit q̃ nũc occultè iudicat. Cuius occultũ iudicium (vt ait Augustinus) intelligitur pœna, qua quisq; vel exercetur ad purgationem, vel mouetur ad conuersionẽ uel si contemnit, excæcatur ad damnationem. Occultum ergo iudicium Dei, pœna dr̃: qua iudicat purgando, conuertendo vel excæcando. Iudicia quoque Dei interdum appellantur * dispensationes eius de omnibus rebus. Vnde, Quam incõprehẽsibilia sunt iudicia eius &. Iudicia eius abyssus multa. Iudiciũ aũt quo in futuro iudicabit, intelligit̃ sñia iudicis, qua vẽtilabit̃ area. i. diuidenẽ localiter boni a malis ministerio angelorũ: & isti in vitã ducenẽ, illi in supplicĩ mittenẽ, q̃ nũc simul mixti sunt.

De iustitia, & misericordia Dei.

Sed quõ iustitiã dei, & pietatẽ. i. mĩam supra Cassiodor⁹ duas esse res dixit, q̃ sẽper adiũctæ

ctę sũt iudicio Dei. Iustitia eñ Dei, & misericordia nõ duæ res sunt, sed vna res, i. una diuina essentia est, sicut supra pluribus auctoritatibus ostẽsum est. Quia nõ est Deo aliud esse misericordem, quàm misericordiã, nec iustũ, quàm iustitiam, sed idẽ prorsus. Nec aliud est esse misericordem, quàm iustũ, vel misericordiam, quàm iustitiã, sed omnino idẽ: quia non denominatiuè, sed essentialiter hæc de Deo dicuntur. Cur ergo dicit scriptura de operibus Dei, quædã esse misericordiæ, quædã iustitię; Si enim iustitia Dei misericordia est, quæcunq; sunt opera misericordiæ, esse videtur iustitiæ, & econuerso. His responderi põt sic: illis locutionibus, quibus hmõi operũ fiunt distinctiones, ut alia misericordiæ, alia iustitię, alia bonitati attribuantur, nõ diuersitas subiacentis. i. rei his vocabulis significatæ exprimitur, sed uarietas sensuũ, & effectuũ in creaturis monstratur. Cũ enim dicitur Deus iustus, vel iustitia, essentia diuina prædicatur, & ẽt, q̃ ipse sit distributor, & iudex meritorũ, intelligi datur. Ita & cũ dr̃ misericors, essentia diuina prædicat̃, & insuper q̃ ipse sit miserorũ liberator, intelligi datur. Similiter cũ dicitur bonꝰ essentia diuina prędicatur. Et cũ dr̃ Deus, & insuper autor oĩm bonorũ ostenditur: Ita & cũ dr̃ Deus, essentia diuina prędicatur, & ipse timẽdus ostẽdit̃. Inde ergo quædã opa misericordiæ, quædã iustitiæ dicuntur: nõ quin diuina essentia hæc, & illa operetur, & quin hæc, & illa sint opa diuinę essentiæ, q̃ dr̃ misericordia, & iustitia: sed q̃a q̃dã sunt, q̃ bus ostendit̃ iudex, & æquus distributor, q̃d q̃bus ostendit̃ miserator misericors enim dicit in natura, miserator in exhibitione: & in quibusdã operibꝰ dr̃ effectus esse misericordiæ, in quibusdã effectus iustitiæ: nõ q̃ aliud efficiat iustitia, aliud mĩa Dei si ad essentiã referas, sed q̃a ex q̃busdã effectibus intelligitur iudex, ex quibusdã miserator, vel vt qui busdã placet, iustus & misericors. Sed ſcđm hoc occurrit q̃stio, qũo ex alijs misericors, cũ sit idẽ ei esse iustum, & esse misericordẽ. Si eñ secundũ eandẽ rõnẽ dr̃ iustus, & misericors, ex eo opere, quo intelligit̃ iustus, intelligit̃ misericors, & econuerso. Sed dixi supra, quia cũ dr̃ Deus iustus, & misericors, ita eadem diuina essentia significat̃, & secundum eã idem p̃dicat̃, vt etiam quędam diuersa intelligant̃. Intelligimus eñ p hoc eũ esse miseratorem, & iustum iudicem. Quod euidenẽ Origenes oñdit, dicens. Omnia q̃ Dei sunt, Chr̃s est: ipse sapientia eius, ipse fortitudo, iustitia, sanctitas, ipse prudentia, ipse veritas. Sed cũ unũ sit in subiacenti, pro varietate sensuũ diuersis nũcupat̃ uocabulis Aliud eñ significat sapĩa, aliud iustitia. Q̃ eñ sapĩa dr̃, disciplinis te diuinarũ hũanarũq; rerũ instruere intelligit̃. Q̃ iustitia, distributor, vel iudex meritorũ insinuat̃. Ita & prudẽtia cũ dr̃, doctor & demõstrator bonarũ, vel malarũ rerũ, vel neutrarũ intelligit̃.

Auctoritatibus probat, quædã iustitiæ, alia mĩæ, alia bonitati attribui.

Qđ aũt q̃dã opera mĩę, q̃dã iustiæ, q̃dã bonitati attribuant̃. in scripturis facilè est reperire. Et đ mĩa q̃dẽ, & iustitia manifestũ est: đ bonitate verò, & mĩa ampliùs latet. Sed Aug. docet illa opa ꝑpriè ad mĩam ꝑtinere, q̃bus aliqua miseria liberant̃: ad bonitatẽ verò nõ solũ illa, sed facturã, & gubernationẽ nãliũ, ita dicens. Ad mĩam ꝑtinet, q̃ à peccatis mũdat, & de miseria liberat. Ad bonitatẽ verò, q̃ cœlũ, & terrã, & oĩa valde bona creauit, vt essent. Idẽ: Cęli nõ ĩdigẽt mĩa, vbi nulla ẽ miseria: in terra hominis abũdat miseria, & supabũdat Dei misericordia. Miseria ergo hominis & misericordia Dei plena est terra, non cœli; q̃ non indigent mĩa, indigent tñ regente dño. Oĩa enim indigẽt dño, & misera, & felicia: q̃a sine illo miser nõ subleuat̃, felix nõ regit̃. Itẽ alibi Mĩa est erga miseros, bonitas erga quoslibet. Interdũ tamen mĩa largè accipit̃, vt bonitas.

Aug. sup. Psalm. 135

Gene. 2

Quomodo vniuersæ viæ domini dicantur misericordia, & veritas.

Post hæc ꝑsiderari oportet ex quo sensu vniuersæ vię dñi dicant̃ mĩa, & veritas. Hoc multiplicẽ recipit expositionẽ: Vniuersæ. n. vię dñi, in q̃b⁹ ad nos venit, vt ait Aug. sup Psal. intelligit̃ duo. Primus in quo manifestã, & multiplicẽ mĩam exhibuit nobis: & secundus, in quo requirenda merita iustitiã exhibebit. Vniuersę ẽt viæ dñi. i. q̃bus ad dominũ ascendimus sunt iustitia, qua à malo declinamus: & mĩa, qua bonũ facim⁹. In his. n. duob⁹ oẽ bonũ meritũ includit̃. Sed cũ sup⁹ Cassidorus dixerit in his duobus omnia opa Dei includi, merito q̃ri põt, an in oĩ opere dñi hæc duo mutuò sibi iungant̃. Quibusdã placuit nõ in oĩ opere dñi hæc duo ꝑ currere, ſm effectũ dico, nã ſcđm essentiam ñ diuidit̃ mĩa à iustitia, sed unũ est. Verũ ſm effectũ nõ in oĩ ope dñi dicũt esse mĩam, & iustitiã, sed in q̃busdã fatenẽ tm̃ mĩam, In alijs iustitiam, atq; in alijs mĩam, & iustitiam Fatenẽ tñ dñm oĩa, quæ fecit, misericorditer agere, & iustè, referentes rõnẽ dicti ad Dei voluntatem, q̃ iustitia est, & mĩa, & iustitię, q̃ sunt in rebus. Alijs autem vr̃, quòd sicut dr̃ Deus omnia opera sua iustè facere, & misericorditer, ita concedendum sit in oĩ ope Dei iustitiam esse & mĩam. i. clemẽtia ſcđm effectũ vel signũ, q̃a nullum opus Dei est, in quo nõ sit effectus vel signum ęq tatis, & clementiæ, siue occultè, siue aptè. Aliq̃n. manifesta est clementia, siue benignitas, & occulta æquitas, aliquando econuerso.

Pſal. 118. Pſam. 24.

Caſſiodo. ſup. Pſal. 100.

Origenes ſup. Hier. c 10. ſup illud qui fecit terra.

Summa distinctionis XLVI.

POstquam tractauit Magister de receptaculis, & tot mentis, gaudijsque nonnullis impiorum, ac electorum, nunc tractat de iustitia, & misericordia creatoris, ex quibus diuersitas illa retributionum procedit. Et quia in præhabita distinctione tetigit opiniones quorundam opinantiũ pœnas inferni per suffragia ecclesiæ aliquantulum mitigari: idcirco primò hic inuestigat, an in prauissimis quoq; hominibus habeat locũ Dei misericordia in inferno. Quo circa inquirit, qũo in omni opere, atq; iudicio Dei simul inueniantur, cómisceanť & cõpérent misericordia, & iustitia omnipotẽtis, etiã in dãnatis, & de hoc ad utrãq; arguit partem, varias auctoritates tangendo, quæ sibijnuicẽ contrariari uidentur, quarũ cócordantiã introducit. Deinde subiungit breuissimè de quodã occulto Dei iudicio, qđ in psenti uita exercet dispensatione secreta, qua reprobis frequenter largitur prospera, & iucunda, ex quibus ad grauiora ruunt facinora, excæcantur, & inpurantur: electis uero concedit aduersa, dura, ac tristitia, per quę illi purgantur, ac redeunt ad cor, pœnitent, & sanantur. Consequẽter loquitur de attributis istis, hoc est, de iustitia, & misericordia cõditoris, & qualiter inter se distinguantur, ac uarijs

Psalm 24 modis accipiantur, atq; quo sensu dixit Psalmista, Vniuersæ viæ domini misericordia, & ueritas.

QVAESTIO. I.

Exod 33 Iustitia quid. HIc quærit, *An Deo cõueniat iustitia in se ipso & in operibus suis: & utrum in omnibus agat iuste.* Videtur, quòd non, quia Deo proprium est in omnibus liberrimè operari, & quicquid uoluerit facere, nulla lege artari, sicut & ipse in Exod. per Moysen dixit. Miserebor, cui uoluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit. Hæc aũt non iustitiæ sed tyrannidi magis conuenire uidentur. Rursus,

Philosoi iustitia, uirtus est, qua unicuiq; qđ suũ est redditur & respicit debitũ. Deus uero nulli est debitor, imo ex mera liberalitate, & bonitate sua dat omnia, Amplius, iustitia est uirtus moralis uirtutes aũt morales Deo, & separatis substantijs non conueniunt

Parrhisiẽ Vnde 10. Ethi. testatur Philosophus, ridiculũ esse Deos per uirtutes morales laudare, & eas illis ascribere.

¶ In oppositum est scripturæ auctoritas, & qđ ét iuxta Philosophũ, iustitia est præclarissima uirtus, ergo Deo (qui solus est absolutè, ac infinitè pfectus) non deest, potissimè cum ipse sit omnium summus iudex. Ad iudicem autẽ potissime spectat iustitia, imo ſm Philosophum, ad iudicẽ tanquam ad animatam iustitiam confugiunt homines.

¶ Ad hæc Gulielmus in diuersis respõdet tractatibus, hoc est in libro de fide, & legibus in uoluminе de Vniuerso, in codice de Vitijs, & uirtutibus: Quemadmodũ quidam hęretici iustitiam Dei multipliciter impugnauerunt, saltem eo modo, quo fides catholica Deo attribuit, imo usum est multis illorum, Deum non habere prouidẽtiam actuũ humanorum, aut iustum non esse cum tot, ac tantæ inordinationes contingãt in gñe humano, quas Deus, uel ignorare, uel nimis dissimulare uidetur sicut & impij prosperantur, iustosq; opprimũt. Vñ

Ieremiæ. 12. & sancti prophetæ super hoc ingenti admiratione suspensi, uarijs modis sunt loquuti. Dixit quippe Ieremias propheta: Iustus quidem tu es domine, si disputem tecum. Veruntũ iusta loquar ad te. Quare uia impiorũ prosperatur, & bene est omnibus, qui prœuaricantur, & inique agunt? Habacuh

Abac. 1 quoq; Mundi sunt oculi tui, & respicere ad iniquitatem non potes, quare non respicis super inique agentes, & taces deuorante impio iustiorẽ se? Verũ ad ista, & consimilia responsum est copiosè in tractatu de fato, & prouidentia. Imo Deus gloriosus, atq; omnipotẽs, iustitiã suã in regimine uniuersi, in remuneratione actuũ humanorũ, in diuersis impietatũ ultionibus apertissimè, frequentissimè, acterribiliter demonstrauit, uidelicet in generali diluuio, in plagatiõibus Aegyptiorũ, in uarijs uisitationibus Hebræorum in solitudine, in extirpatione Cananæorũ, alijsq; diuersis iustitiæ suæ effectibus, ut in diuinis recitatur copiosè scripturis, q̃ omnia quasi præambula quædã fuerunt, & figuræ, ac signa ultionũ, retributionũ iudiciorũ, ac operũ, quę in fine seculi efficiet, ac mõstrabit, prout in pal legatis liberis præfatus doctor sapienter, & clarè prosequitur, de quibus hoc loco sufficiat ista in generali breuiter tetigisse, præsertim cũ in scriptis super primum, & secundum pleniùs sint inducta.

Gene. 7 Exod. 7 Iosue. 13 Thomas. Philoso.

¶ Insuper de his sanctus Thomas loco hoc cõpẽdiosè disseruit: Iustitia, inquiẽs, ppriè dicta, ęqualitatẽ cõstituit in acceptionibus, & dationibus, ut 5. Eth. ait Philosophus, quod ptingit dupliciter. Primò inter dantem, & accipientẽ, quatenus accipiẽs tantum à dante accipiat, quantũ accipere debet, & in hoc consistit iustitia cõmutatiua, quæ medium ponit, ac seruat in emptionibus, & uenditionibus, & omnibus retributionibus. Scđo prout constituitur æqualitas inter duos recipientes, utroq; æqualiter recipiẽte pro meritis, & in hoc consistit iustitia distributiua. In cõmutatiua ergo iustitia requiritur æqualitas quantitatis, ut scilicet tm unusquisq; accipiat, quantum dedit ſm ualorem, ideo inter illos, inter quos non põt esse quantitatis æqualitas, non potest propriè esse cõmutatiua iustitia, utpote quorũ unus non põt alteri recõpensare æquiualens in beneficijs acceptis ab alio. Attñ aliquis modus ut iustitiæ potest esse inter personas huiusmodi, vt dũ filius pro posse suo gratus est, & benefacit parentibus, ita quòd quãuis non sit sibi æqualitas quantitatis, est tñ ibi æqualitas proportionis. Iustitia autẽ distributiua non requirit æqualitatẽ quantitatis, sed proportionis. Nõ enim oportet ut distribuens distribuat cunctis ęqualiter, sed unicuique prout promeruit. Hæc ergo iustitia cõuenit Deo. Iustitia uerò cõmutatiua nõ est propriè inter Deũ & creaturã, sed per quãdã assimulationẽ, dũ sicut Deus confert creaturæ ſm liberalitatẽ, & opulẽtiã suã, sic creatura ei rependit vicẽ iuxta suę paruitatis possibilitatem, sicq; assignantur duo modi diuinæ iustitiæ. Vnus inquãtũ reddit iuxta merita recipientium, quod ad distributiuã spectat iustitiam

Iustitię diuinæ modi duo. Alius, secundum, quòd facit, quod decet excellentiã, bonitatẽ, atq; iustitiam suam: sicq; dicitur etiã iustus in hoc quod parcit, indulget, & bene facit ĩdignis: qa tam infinitè bonus, pius & liberalis consistit, ut hoc ipsum deceat eum, quod pertinet ad modum quendã cõmutatiuæ iustitiæ. Porrò Philosophus excludit a Deo uirtutes morales, prout uersantur circa ciuiles materias, & animæ passiones.

Philoso.

Quæstio.

¶ Præterea si quæratur, utrũ opus Dei dicatur iustũ ex hoc solo, qđ ei sic placet. Et respondendũ, qp iustitia, & uoluntas in Deo sunt idẽ secundum rẽ, secundum rationẽ uero iustitia uoluntati aliqd superaddit, uidelicet ordinẽ diuinis effectibus cõuenientẽ, secundũ quẽ unum alteri proportionabiliter adæquatur. Est enim in rebus creatis duplex ordo. Vnus, quo creatura ordinatur ad Deũ. Alius, secundum quod una creatura dependet ab alia.

Nomine

Nomine igitur uoluntatis non exprimitur nisi ordo creaturæ ad Deũ. Iustitia uero includit simul cũ hoc ordinem creaturę ad creaturã. Quẽadmodum eñ igni in tali natura constituto debetur esse sursum ordine rerũ cõsiderato adinuicem, sic cuipę debetur puniri secundum ordinem eundem. Vñ patet, quòd nõ ex hoc tm aliquid dr esse iustũ qm placet Deo, sed quia est debitũ rei creatæ, secũ dũ ordinem creatoris ad creaturam. Nihil autem potest alicui rei debitum esse, nisi ratione suæ naturæ uel conditionis. Causa uerò naturæ, & proprietatũ eius est diuina uoluntas, ideo totus ordo iustitiæ originaliter ad diuinã uolũtatem reducit. Nihilominus quicquid uult Deus, iustum est, nec propriè eius uoluntas restringitur ipsa iustitia. Qđ eñ in uoluntate includitur, non eam restringit. Ex hoc ipso añr, quo Deus uult naturam aliquam facere, uult ei cõferre conuenientia illi naturæ. ideo uoluntas Dei non restringitur eius iustitia, nec iustitia uoluntati eius potest resistere.

Questio. ¶ Quæritur quoq;, an Deus possit præmittere aliqd horũ, q̃ concurrunt ad iustitiam operis sui. Dicendũ qđ opus iustitiæ potest dupliciter præter mitti. Primò, ut fiat contra iustitiam. Secundò, ut fiat præter iustitiam. Cum enim iustitia dicatur per comparationem ad alterum tunc contra ordinẽ eius fit, qñ ei subtrahitur qđ ei debetur, aut quod requirit eius conditio. Si uerò aliquid plus ei impẽ datur, non est contra iustitiã, sed præter eã, ut si qs alicui liberaliter bona sua cõmunicet. Hinc sicut sine prejudicio iustitiæ potest unus alteri plus dare quàm debet, sic potest ét ei minus infligere de malo pro peccato, quod in se commisit. Sed sicut nõ potest sine iniuria plus de bonis alterius conferre alicui, quã ei debetur, ita non potest minus irrogare de pœna pro peccato cõmisso in alterũ. Hinc iudex nõ põt sine præiudicio iustitiæ dimittere pœnas debitas peccatis cõmissis in Deũ. uel in rẽ publicam, nisi forsan in quantũ hoc uiderit rei publicæ expedire. Cumq; Deus sit bonorum omniũ dominator, ac dator, & in ipsum peccet omnis q̃ peccat, ipse potest plus conferre de bonis, quàm sit alicui debitũ, & minus inferre de malis, seu pœnis, seu ét totã relaxare: nec in hoc contra, sed præter iustitiã faceret. Si aũt alicui minus conferret quam ei debetur, aut plus puniret, q̃ peccauit, hoc esset contra iustitiæ ordinem, nec Deus hoc posset, loquendo de potentia ordinata, sicut non posset facere, qn opus eius, qđ eẽ participiat, eum imitaret Ex hoc ipso eñ, qp aliqd alicui rei est debitũ scđm exigentiã suæ cõditionis, habet qđ sine illo exemplar diuinæ mentis scđm propriã suã rõnẽ imitari nõ põt. Ex his patet, qđ dãnare Petrũ, cui ex dono gratiæ meritis uirtutũ, salus debet, esset contrariũ iustitiæ. sed Iudã saluare nõ eét p iustitiã, sed pter eã eét, tñ cõtrariũ prescientiæ, ac dispositioni æternæ, quia æternã ei pœnã parauit. Hinc ordo iustitiæ nõ impedit, qn possit saluare Iudã, sed impedit hoc ordo prescientię, ac dispositionis æternæ.

Quæstio. ¶ Præterea queri potest, utrum Deus neminem puniat nisi pro culpa. Dicendũ, quòd pœna ex propria ratione semper importat aliquod nocumentum, ex hoc quoq; est aliquid nociuũ, qa p ipsum subtrahitur aliquod bonum. Inter bona uerò hominis quædã sunt ei per se bona, sicut quæ ei conueniũt inquantũ est hõ. Quædã verò secundũ ordinẽ ad illa principalia bona, ut temporalia, quæ in tantũ sunt homini bona, inquantũ ad spũalia ei proficiunt. Ió 7. Et hic dicit Philosophus, quod bona fortunæ sunt iudicanda, scđm cõparationẽ ad uirtutẽ. Hinc pati detrimentũ in spũalibus bonis gratiæ, ac uirtutũ, semper est malũ. Pati autem detrimentũ in temporalibus quandoq; est malũ, ut dũ impedit ab operatione uirtutũ. Interdũ uerò est bonũ, quando expedit ad spirituale profectũ. Cumq; pœna dicatur: qñ nocet: ió detrimentũ in spiritualibus est semp pœna. Detrimentum uerò in temporibus tunc solũ est pœna, quando à spiritualibus impedit. Veruntamen quia natura nostra ita infecta est, & culpis subiecta, ut sine tẽporalibus detrimentis, corporalibusq; incommodis, & aduersis, ad spiritualem perfectionẽ nequeat peruenire: idcirco dicẽdũ, quòd pœna propriè loquẽdo, nõ infligitur nisi pro culpa, nõ tñ semper propria culpa patientis præcedente in sua persona, quamuis non sine culpa præcedente in natura.

¶ Porrò post uitam hanc, cessante spirituali profectu, nemo huiusmodi malũ sine culpa propria patietur. In spũalibus autem bonis nemo directè sustinet detrimentum, nec in uita hac, neq; in futura, sine propria culpa.

Quæstio. ¶ Amplius potest quis scisciari, utrum Deus iustiùs agat cum uno, quàm cum alio. Respondendũ actio cũ sit media inter agentẽ, & effectũ, põt ex utraq; parte modificari. Hinc dum quęrit, an Deus iustiùs agat cum uno, quàm cum alio, si hoc referatur ad actionẽ, prout egreditur ab agẽte Deus nõ agit iustiùs cum uno, quàm cum alio, quia iustitia Dei una, inuariabilisq; cõsistit. Si autem referatur ad actionem prout terminatur ad effectũ, sic quoque dici non potest, quòd cũ uno iustiùs agat, q̃ cum alio, eo quò d opus aliquo dr ex hoc iustum quod est proportionabili adęquatũ. Aequalitas uerò siue quantitatis, siue proportionis, eiusdẽ est rationis in minimis, & in magnis, sicut eadẽ ꝓportio est inter duo, & unũ, & inter uiginti, & decem. Eadẽ quoq; æqualitas, quæ est inter unũ, & unũ, est inter centũ, & centũ, idcirco non potest unũ opus esse iustius altero dũmõ utrumq; sit iustũ. Eadem namq; seruatur iustitia, dum mala redduntur pro malis, & bona pro bonis, siue sint magna, siue parua. Veruntamẽ quia in nobis nõ requiritur ad uirtutem, semper attingere mediũ, sed sufficit quãdo que iuxta medium esse propter difficultatem inuẽtionis medij hinc apud nos unus dr alio iustiꝰ agere, scđm quod magis uel minus accedit ad mediũ Deus autem (cui semper sunt notæ omnium rerũ mensuræ) in sua operatione ad medium indiuisibile semper pertingit. Ideo nullo mõ iustius cum uno, quàm cum alio agit. Sed cõtra hoc obiici potest, quia misericordiùs agit cũ uno, q̃ cum alio.

Obiectio. Item puniri peccata est actus iustitiæ, sed magis punit unum, quàm alium, & magis relinquit unum, q̃ alium. Et respondendum ad primũ, qđ misericordia respicit absolutè diuinũ effectum, nõ cõcernẽdo aliquã proportionẽ, uel æqualitatẽ in ipso. Vñ secundũ maiorẽ uel minorẽ misericordiæ effectũ dicitur misericordiùs cũ uno, q̃ cum alio agere. si hoc referatur ad actionẽ scđm quod terminat ad effectum: non autem, si referatur ad eam secundum qđ ab agẽte egreditur: qm ipse una, & inuariabili misericordia cũ oibus misericorditer agit. Ad scđm, qp punitio non est effectus iustitiæ scđm qđ huiusmodi, sed inquantũ proportionata est culpę.

QVAESTIO. II.

NVnc spãliter ingrẽdũ, *An pro tpali culpa infligat iustitia Dei eterna supplicia.* ¶ Videt, qp nõ; qm pœna debet culpæ esse proportionata iuxta

illud Deuteronomij: Secundum mensuram delicti erit plagarum modus, nec unum debet improportionabiliter excedere aliud. Aeternum autem est infinitū: temporale, finitum, ergo pœna æterna nequaquā proportionata est, nec debetur temporali peccato. Dicendum, quòd pœna duplicem habet quantitatem. Vnam penes intensionem acerbitatis aliam secundum durationem temporis. Quantitas pœnæ correspondet quantitati culpæ ſm intēsionem acerbitatis, ut secundum quod grauiùs peccauit, secundū hoc ei pœna grauior infligatur, iuxta illud Apoca. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantū date ei tormentum, & luctum. Sed duratio pœnæ non correspondet durationi culpæ ut paret de homicidio, & eius punitione, sed duratio pœnæ respicit dispositionem agentis. Vñ inter dum pro dissentione excitata in ciuitate celeriter aliquis perpetuo damnatur exilio. Interdum uerò non meretur totaliter a societate cōmunitatis excludi. Hinc ut fiat conueniens membrum ciuitatis, pœna ei prolongatur, aut breuiatur, ꝓut expedit eius correctiōi. Cōformiter in omni peccato mortali, quod charitati, aut iustitiæ contrariatur, meretur homo a ciuitate Dei in æternum excludi, cuius ciuitatis ciues charitatis uinculo uniuntur, ac inde excluſus, perpetuo tradi exilio, ac tormento.

Deut 25. Apoc.18.

Nam sicut in libro de Ciuitate Dei asserit Augu. quod est de ciuitate ista mortali hominem morte prima, seu temporali auferri, hoc est hominem de ciuitate illa superna supplicio mortis secundæ tolli. Quod autem pœna, quam ciuitas mundana infligit, non est perpetua, contingit per accidens, uel qm̄ hō non manet perpetuo in hac uita, aut ipsa ciuitas deficit. Nā si hō perpetuè uiueret, pœna exilii seruitutis, multilationis, quæ per legem inferuntur humanam, in eo perpetuè permaneret. Sunt & aliæ rationes a sanctis asſignatę, cur temporale, & breue peccatum iustè à Deo æternaliter punitur. Vna est, quoniam peccauerunt contra bonum æternū, contemnendo uitam æternam. Vñ asserit Aug. Factus est homo dignus malo æterno, quia hic peremit bonum, quod potuit esse æternum. Alia est, qa hō peccauit in suo æterno, & uellet sine fine peccare, si posset in uita hac sine fine manere. Tertia, quoniā sicut Deus est dignitatis, & sanctitatis penitus infinitæ, sic peccatum est enormitatis suo modo immensæ. Quo etenim maior, & dignior est is in quē peccatur, eo grauius est peccatum. Et si quęratur, ad quid utilis erit æterna illa miserorū punitio, Dicendum, quod ad multa, Primò, quia in ea relucebit diuina iustitia. Secūdò, quia electi ex eius inspectatione ampliores gratias agent altissimo, cuius pietate, & gratia euaserunt tot mala. Hæc Thomas in Scripto.

Augustin.

Quæstio.

¶ Consonat Petrus, dēpto eo, quod Thomas ait, Deū nullo mō iustiùs agere cū uno, q̄ cū alio, quo circa Petrus affirmat, Dum q̄ritur an Deus iustius agat cū uno, quā alio, potest comparatio dupliciter fieri. Primò effectus ad effectum, & sic iustiùs facit cum uno, q̄ alio. i. maiorem effectum i stitiæ. Secundo, modi ad modum, & sic non, quiauin omnibus perfectè tenet medium, Hæc Petrus.

Petrus. Quæstio.

Richardus Apoc.22.

Richardus uero in isto sequitur Thomæ responsionē, & insuper scribit: In Deo est iustitia, q̄ uocatur rectitudo uoluntatis, qua uult unicuiq; dare, ꝙ promereē, seu quod suam cōdecet bonitatem, pietatem, seu maiestatē. Deniq; opera iustitię, ſm qđ iustitia respicit exigentiam demeritorum absolutè Deus prætermittere potest, & prætermittit, quotidie etiam in punitiōe perpetua damnatorum, qm̄ punit eos citra condignū, non quantum ad pœnæ durationē. sed quantū ad intensiōem, seu acerbitatem. Opera uero iustitiæ secundum, quod iustitia respicit exigentiam meritorū, uel demeritorū in comparatione ad concedentiā bonitatis suijpsius retribuentis ꝓmittere nequit, sicut nec illud negare, quod suam condecet bonitatem. Hæc Richard.

¶ At verò Bonauentura respondendo ad istud, vtrum Deus agat iustiùs cum uno, quàm cum alio: Iustitia, inquit, in opere, uno mō dicit seueritatem alio mō ordinem. Itaq; ſm primā acceptionē Deī, iustiùs agit cum uno, q̄ alio. Magis enim punit unū q̄ alium, quēadmodum meliùs facit unum, q̄ aliud Iuxta secundā acceptionē, uidelicet prout iustitia dicit ordinem, & respectum prēmij ad meritum. iustissimè retribuit omnibus, Nā sicut ea, quæ producit optimè ordinat, sic in remunerando ordinat optimè atq; æquissime præmia ad merita.

¶ Si uero quęratur, an Deus misericordiùs agat cum uno, q̄ alio. Dicendum, quòd magis misereri, tripliciter potest intelligi. Primò, maiori habitu. Secundò maiori actu. Tertiò, maiori effectu. Primo mō, & secundo, dico quòd non: sed tertio mō, sc3 quantum ad effectum, qui est releuatio à miseria, verum est tam in præsenti, quàm in futuro. Veruntā aliter nunc, & aliter tunc. Nūc enim effectus misericordiæ sunt principales, effectus uerò iustitiæ sunt annexi. Tunc uerò effectus, iustitiæ erunt principales, & effectus iustitiæ erunt annexi: quia tunc reddet Deus unicuiq; secundum opera sua: nunc autē secundum suam benignitatem. Ideo simpliciter magis miseretur in præsenti eius cuiꝰ uult misereri, in futuro autem magis ei, qui magis eget. Vnde magis misero plus condonabit secundū quantitatem absolutam, non secundum quantitatē relatam. Hæc Bonauentura.

Exodi. 9. Roma. 9.

Cuius hoc vltimum uerbum intricatum videt, nisi forsitan referatur ad existentes in purgatorio, qui per suffragia diuersimode adiuuantur, uel ad damnatos quantum ad hoc, quod citra cōdignum torquentur.

QVAESTIO III.

MOdò quærendum. *An in Deo sit misericordia, & de eius effectibus; specialiter uero an in omni opere Dei, misericordia, & ueritas, seu iustitia Dei resplendeāt.* ¶ Videtur, quòd misericordia nō conueniat inuariabili super beatissimo Deo; Misericors enim dicitur quasi miserū cor habens. Miseria autem longissimè est à Deo. Rursus, misereri est condolere, & compati, quod est quædam afflictio.

Quid signi ficat misericors.

¶ In contrarium est scriptura.

¶ Circa hæc scribit Thomas, qui in distinctionibus istis satis multiplicat quęstiones. Vnde multas sub uno comprehendo articulo. Ex hoc, inquit, homo uocatur misericors, quòd alterius miseriam facit suam, & hoc quantum ad duo. Primò, quòd ex miseria aliena afficitur, inquantum compatitur patiēti. Secundò, quòd alterius miseriam reputat quasi suam, & inde mouetur ad repellendum illius miseriam, impendendo beneficium siue auxilium. Quā tum ad primum horum duorum, non conuenit misericordia Deo, in quo nulla potest recens affectio neq; compassio esse: sed quantum ad secundum, conuenit Deo misericordia, quia per pietatē, & gratiam suam subuenit alijs, & eos à suis miserijs releuat. Et sicut homo aliū à suis calamitatibus releuans, non suam, sed illius intendit, ac quærit uti litatem Ita imò & multo plus Deus, qui ex pura ꝓpria bonitate alijs auxiliatur, & parcit. Hinc communiter dicitur, quòd in Deo non est misericordia secundum compassionis affectum, sed secundum pietatis effectum.

Misericordia quō in deo. Quæstio. Bonitatis & mīę dif ferentia.

Philoso.

¶ Circa hoc quæritur, an secundum eandem rationem dicantur in Deo misericordia, & bonitas. Dicendum, ꝙ realiter idem sunt. sed differunt ratione tripliciter, Primò, quoniam misericordia potissimè respicit terminum à quo, bonitas autem terminum ad quem. Is namq; cui Deus beneficia elargitur, fit de deficiente perfectus. Bonitas ergo respicit communicationem perfectionis, qm̄ bonū diffusiuum est sui, misericordia autem remotionem defectus. Secundò, quia misericordia propriè pertinet ad prouidentiā Dei, qua bona sua cōmunicat solum rationalibus creaturis. Cōcernit quippè miseriam, quæ cum sit felicitati contraria, locum nō habet propriè nisi in rationali creatura, quemadmodum nec fęlicitas. Bonitas uerò respicit prouidentiam respectu quarumlibet creaturarum. Tertiò, quòd misericordia designat quandam assimilationem prouidentis ad eum, cui prouidet, inquantum prouidens alterius miseriam reputat quasi suā ideo misericordia esse non ualet nisi in natura intellectuali, quæ habet existimationem alienæ miserię. Bonitas autem ordinem habet ad communicationem simpliciter. Vnde cuilibet creaturæ pfectione cōmunicabilē habenti, pōt bonitas conuenire.

Quæstio.

Porrò si quæras, ad quod attributum diuinæ naturæ opus misericordiæ reducatur. Dicendū, quòd oīe opus Dei procedit à bonitate, sapientia, atq; potētia eius. Nihilominus q̄dā opa appropriantur sapientiæ, quædā potētiæ, & cętera, secundum ꝙ in ipso mirabiliùs, aut euidentiùs refulget aliqd attributorū illorū. Cūq; potentia importet absolutā rōnē principij aliqd producentis, & sapiētiæ sit ordinare, hinc ad sapientiā pertinet modus producendi rem, quo aliquid ordinatè producitur. Bonitas uerò, quæ habet rationem finis, respicit motiuū ad producendum, iō in opere creationis, in quo admirabile redditur hoc prætertim, quod res ex nihilo ineſſe productæ sunt, maximè manifestatur diuina potentia: in opere gubernationis, quo res ordinatè disponuntur, additur ordo rerū admirabilis: Idcir co ascribitur sapientiæ. Opus demū recreationis mirabile redit ex ipso recreationis motiuo, quod mouit Deū ad tm̄ gram circa nos: qa non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed ex sua benignitate saluos nos fecit propter ꝙ præcipuæ attribuitur bonitas. Cumq; ex hoc aliquid dicat misericorditer factum, quod non ex debito, sed ex bonitate largientis cōfertur, ideo opus misericordiæ inquātum huiusmodi bonitati appropriatur.

Fit, 2.

Quæstio.

¶ Prēterea quæriē, an Deus ex misericordia sua semper puniat circa condignum. Et respondendū, ꝙ agens, & patiens semper debent fibi mutuò proportionabiliter correspondere, Ita quòd sicut, se habet agens ad actionem, sic patiens ad passionem In æqualia aūt non habent similem proportionem, nisi ad inæqualia. Nā sicut senarius minor est quaternario, ita ternarius, cuius duplum est senarius, est maior binario, cuius duplum est quaternarius. Hinc quantūcūq; agens excedit passum, oportet quòd actio excedat passionē, ut patet in oīibus agentibus æquiuocis: quoniā patiens non recipit totū actionis effectum. Dās autem se habet per modū agentis: & recipientis, per modū patientis. Ideo qm̄ Deus supexcedit recipiētē, cōueniens est ut datio excedat illā receptionē, quæ est recipiēti proportionata. Cūq; Deus excellentissimus dator propter suæ superabundantiā bonitatis, oportet, quòd datio eius semper excedat receptionem recipienti proportionata. Pro eodē aūt cōputat minus malū, & maius bonū, ut 5. dicitur Ehic Hinc Deus semper ultra condignū donat de bonis, & de malis pœnæ irrogat citra cōdignū. Sed his obijci pōt illud Apoca. Quantum glorificauit se, &c. Et denuo. Duplica te ei duplicia iuxta opa manuum suarum. Et rndēdum, quòd quantum, & tm̄, non importātiæ qualitatem quātitatis, sed proportionis, in auctoritate illa Apocal. Proportio autē pœnæ ad culpā, potest attendi dupliciter. puta in gnali, & speciali. in gnali, ut qui peccauit, puniatur. & qui multum peccauit, multū puniatur. In speciali quoq; dupliciter. Primò, accipiendo proportionem pœnæ ad culpā scm̄ debitū culpæ absolutæ. uel præsuppoſita mitigatione diuinæ misericordię aliqd de pœna remittentis. Itaq; primò, ac tertiò modis, Deus nunq̄ punit citra condignū: qm̄ semper multū punit multū peccantes, nec aliquid de pœna remittit, q̄ post mitigationē diuinæ misericordiæ remanet: Quantū verò ad scm̄ modū, semp punit citra condignū: quia non tm̄ punitur quis, quantum per culpā promeruit. Vel dicēdū, & melius, qđ equalitas illa proportionalitatis est, nō quantitatis. & attēdenda nō scm̄ corporationem pœnæ ad culpam, sed scm̄ proportionem duorum peccantium ad duas pœnas, ut scilicet qui plus peccauit, plus puniatur: & secundū quod exceditur in peccato, excedatur in pœna. Sicq; intelligendæ sunt omnes auctoritates, quæ uidentur insinuare æqualitatem pœnæ, & culpæ. Ad aliam auctoritatem dicendum, quòd duplicitas illa pœnæ non intelligitur secundum excessum pœnæ ad culpā in duplo. sed quod homo in duobus punietur, puta in anima, & corpore Porrò quod dicitur, quod plus exigitur in pœnis, quàm commissum est in culpis, intelligitur quia quantū ad temporis durationem, pro delectatione momentanea infligitur pœna æterna. Deniq; quod Iacobus ait apoſt. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam, intelligitur de misericordia liberante a pœnis totaliter. Præterea quæritur in quo peccato damnati aliquid misericordiæ consequuntur. Dicendum, quòd in peccato originali secundum quod in peccato originali secundum rigorem iustitiæ non solum pro pœna debetur diuinæ uisionis carentia, sed etiam ipsius naturæ annihilatio. Idcirco ī hoc quod pueris illis naturalia conseruantur, citra cōdignum punitur.

Philoso. Apoc.18.

Iacob.2.

¶ Amplius si quæratur, an in omni opere Dei misericordia, & iustitia conjunguntur, & quod horū duorum sit principalius in operibus Dei. Dicendū ad primū, qđ opatio Dei est quasi mediū inter Deū & operantē, & eius effectum. Medium autem aliquo mō participat cū utroq; extremorū. Iō in operatione Dei oportet aliquid inueniri ex parte Dei operātis, & aliquid ex parte effectus. Et ex parte Dei requiritur quod sit super abundantia in collatione bonorum & in diminutione pœnarum, atq; in hoc consistit misericordia Dei. Ex parte uerò effectus requirī receptio, quæ fit secundum proportionē recipientis. Et in hoc rō cōsistit iustitiæ. nec misericordiæ repugnat iustitia: quia misericordia nō est laudabilis, nisi secundum rectam sit rōnē, quę est iustitię regula, aut secundum ordinem sapientiæ in diuinis. Nec misericordia repugnat iustitiæ: qm̄ elargiri

Quæstio. Misericordiaq̄ laudabilis. Quæstio.

giri aliquid citra debitum dē bonis, vel citra debitum de malis, non est contra, sed præter iustitiam.

Misericordia duplex.

¶Quòd si quæraſ, quomō duo hæc ſint in opere creationis, Dicendum, qđ iuſtitia dupliciter ſumiť. Primò, ut conſiſtit in retributione meritorū. Secūdo, ut conſiſtit in condecentia bonitatis, & ita nil preſupponit ex parte recipientis, ſed ſolum ex parte Dei, ficq; in opere creationis eſt iuſtitia. Iuſtum eſt enim, ut unaquæq; res recipiat, & habeat eſſe eo modo, quo in ſapientia Dei præordinatum conſiſtit. Miſericordia quoque dupliciter ſumitur Primò. pro virtute repellente præcedentem miſeriam non ex debito, & ita non eſt in opere creationis, Secundò communiter, pro gratioſitate tollente ſine merito quēcunq; defectū, & ita eſt in creatione per hoc, quòd Deus non eſſe amouet conferendo eſſe. Iuxta hunc modum fuit iuſtitia in conuerſione gentilium: qm̄ decuit immenſitatem pietatis diuinæ ſuccurere illis. Deniq; quomō non ſit contra iuſtitiam, quod interdum unus temporaliter, ac corporaliter punitur pro peccato alterius, alibi dictum eſt. Nā hoc ipſum Deus ordinat taliter patienti in bonum, & aliunde ſibi hoc recompenſat. In ſpiritualibus uerò, & ęternalibus pœnis vnus non affligitur, nec punitur pro peccatis alterius, niſi inquantum participauit in peccatis illius & in hoc pro ſuo punitur peccato.

¶Ad aliud reſpondendum, quòd id, quod formale eſt in unoquoq; excellentius eſt in eo. In qualibet uerò actione id, quod eſt ex parte agentis, eſt quaſi formale. Quod autem eſt ex parte patientis, ac recipientis, eſt quaſi materiale. Cumq; iam dictum ſit, quod in omni opere Dei miſericordia reſultat ex parte Dei agentis, & iuſtitia communiter ſumpta ex parte recipientis: hinc in omni opere Dei ſuper eminet miſericordia iuſtitiæ ſicut forma le materiali, iuxta illud ī pſalmo: Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Vñ, & Iacobus dixit apoſtolus Superexaltat miſericordia iudiciū. Hæc Tho.

Pſal 144. Iob. 2.

Quæſtio. Auguſt. Thomas. Auguſt. Origenis error Apoca. 12.

¶Qui adhuc aliqua circa hæc ſciſcitatur, ad q̄ tamen ex intre ductis patet ſolutio ſaltem in generali. Primò etenim quærit, an per infinitam miſericordiam Dei aliquando terminabitur omnis pœna, tam hominum impiorum, quàm dœmonum. Secūdò, an ſaltem omnium hominum impiorum pœna tandem ſit terminâda. Tertiò, an pœna Chriano rum damnatorum finietur, Quartò, an ſaltem pœna eorum, qui opera miſericordię libenter exercuerunt, & tñ in peccato obierunt mortali. Has quippè qōnes mouet beatus. Auguſtinus libro de Ciuitate Dei, cumq; prehabitum ſit, qđ iuſto Dei iudicio ēt ꝓ quocunq; uno peccato mortali ęternum infligatur ſupplicium, patet, quod nullorum iſtorum finietur damnatio, cum in inferno nulla exiſtat redemptio. Veruntamen reſponſa Thomæ breuiter tangam, qui ad primum horum reſpondens: Quem admodū inq̄t, Auguſtinus 21. de Ciuitate Dei refert, error fuit Origenis, qđ dæmones qñq; per miſericordiam Dei ſint liberandi à pœnis, quod eſt ab eccleſia reprobatum, primò, quoniā apertiſſimè repugnat auctoritati ſcripturæ, q̄ in Apocalypſi proteſtatur: Diabolus miſſus eſt in ſtagnū ignis, & ſulphuris, ubi beſtia, & pſeudopropheta cruciabuntur die, ac nocte in ſecula ſeculorum, per quod in ſcripturis conſueuit æternitas deſignari. Secūdò, qa ex una pte miſericordiā Dei nimis extendit. acq; ex alia parte eam nimis artauit. Ei uſdē etem rōnis vī, ſctōs angelos in beatitudine ſine fine manere demōes ī æternū puniri. Vñ ſicut ponebat demōes, aīasq; prauorū tandem liberādos, à pœnis, ita ponebat angelos ſctōs, ac beatorū à cœleſti beatitudine ad huius uitæ miſerias deuoluēdas, ad ſcđm rñdet: Sicut Auguſti. 21. de Ciuitate Dei enarrat, qdā in hoc ab Origenis receſſerunt errore, quòd conceſſerunt dæmones nū q̄ liberandos, ſed homines uniuerſos, ēt infideles, à ſupplicijs eruendos, quod prorſus irrationabile eſt. Nam ſicut dœmones, ita, & homines condemnati ſunt in malitia obſtinati, & extra uiam, ac ſtatū meredi. Qđ em̄ angelis eſt ruina, hoc hominibus mors, ut aſſerit Damaſcenus. Nec uerbū illud Criſti, Ite maledicti in ignem æternum, ſit cōminatio tm̄, uel ad comminatoriam tm̄ ptineat prophetiā, Prophetia etiam cōminatoria qñq; impletur, imò ſemper impleť ſcđm aliquē ſenſum, tuncq; ſolum mō immutať, dum hominū merita uariantur. Ad tertium reſpondet: Quidam dixerunt omnes illos tandem ſaluandos, qui ſacramenta fidei receperunt, quod conſtat eſſe falſum: qm̄ multi ipſa ſacra receperunt, qui fidē catholicā non habuerunt, ſicut hæretici baptizati. Iō alii addiderunt, omnes tales ſaluādos, qui, & ipſam catholicā fidē ſortiti ſunt, quod reprobatur, cū multi tales a fide corruerunt. Et ſi addatur, dummō perſeuerent in fide, ni hilomin⁹ falſū eſt; qm̄ fides ſine opib⁹ mortua eſt. Imo multi tales infidelibus ſunt peiores, cū dicat ſaluator apud Lucam: Seruus, qui cognoſcit uolūtatem dñi ſui, & non fecit, plagis uapulabit multis Qui aūt nō cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Princeps quoq; apoſtolorū: Meliùs inqt illis erit uiā ueritatis non cognouiſſe &c. Ad quartum rñdet: Quidā dixerunt illos duntaxat fideles eſſe ſaluandos ex inferis, qui opa miſericordiæ libenter exercent. quod ēt falſum eſt, cum multi taliū ſint raptores, iniuſta nō reſtituētes, & ſine charitate nemo pōt ſaluari. Qđ aūt Ambroſi. dicit, nō periturū eū, q̄ miſericordiæ opera facit, q̄uis lubricum carnis patiatur, quantum ad hoc uerificatur, quod talis per opera huiuſmodi quaſi de cōgruo ſe diſponit ad impetrandum gratiam, in prætenta, ne pereat. Hæc Thomas in Scripto.

Iacob. 2.

¶Concordant Petrus, & Richa. Sed & Richar. circa hæc ſciſcitatur, utrum ſecundū rōnem intelligendi, priùs ſit in Deo miſericordia, q̄ iuſtitia. Reſpondet: Quamuis in Deo nihil ſit priùs, nihil poſteriùs duratione, dignitate nec natura, ut patuit ſupra primum tñ ſecundū noſtram rōnē intelligēdi, unum attributū dī altero prius, iquātum unum eſt rō alterius. ut ſimplicitas immutabilitatis. ſicq; iuſtitia uno mō accepta, prior eſt miſericordia.: & alio mō ſumpta, poſterior. Iuſtitia namq; eſt rectitudo uoluntatis, uolentis unicuiq; dare, quod ſibi eſt debitum. Diuinæ uerò voluntati eſt debitum, ut oia fiāt, quæ condecent eā, nihilq; fiat, quod dedeceat eam facere, aut permittere fieri. Hinc ipſa eſt principium omnium uoluntariarum emanationū. Merito quoq; rationalis creaturæ debitū eſt ꝑmium, & de merito eius ſupplicium. Et iuxta hoc meritum duplex, iuſtitia in Deo dupliciter dī, Primò rectitudo diuinæ uoluntatis in uolendo facere oīa, q̄ Deī. cōcedēt bonitatē, atq; in non uolendo facere ea, quæ eam non decent. Secundò, ipſa rectitudo uoluntatis diuinæ, ad reddēdū rōnali creaturæ iuxta merita, aut de merita eius. Et ſicut illud, qđ debeť bonitati diuinæ, eſt rō eius, qđ debeť merito aut demerito rationalis creaturę: ſic iuſtitia primo mō ſumpta. eſt rō iuſtitię ſecundo modo acceptę. Hinc iuſtitia ſecūdo mō ſumpta, nō retribuit creaturæ

Iuſtitia in Deo bifariā dicitur

turæ ſecundum merita, aut de merita niſi in comparatione ad condecentiam bonitatis diuinæ. Ita que iuſtitia ſecundum primam acceptionem prior eſt ſecūdū rōnem, q̄ miſericordia, & miſericordia prior eſt, ꝙ iuſtitia ſecundo modo accepta, & ita intelligendum eſt, quod ait Anſelmus ex iuſtitia Dei naſcitur miſericordia eius. Nam ideo miſeris parcit, quia hoc ſuam condecet bonitatē. Porro quod miſericordia prior ſit iuſtitia ſecundo modo accepta, oſtenditur: quia quod Deus parcit nobis, non prouenit ex merito noſtro, ſed purè ex condecentia ſuæ bonitatis, & noſtris demeritis. Hinc priùs, ac principaliùs ſecundum rationem intelligē di uelle miſereri reſpicit condecentiam bonitatis diuinæ, quàm uelle punire. Miſericordia quoque, & iuſtitia propriè ſumptæ non in ueniuntur in oī opere Dei imò nec in omni opere Dei circa realē creaturā, ſed ſolū in opibus retributiōis. Hæc Ri.

Anſelmus

Bonauē. Quæſtio. 1

¶Circa hæc primò quærit Bonauentura, vtrum in eodem opere Dei ſit miſericordia, & ueritas, Reſpondet, miſericordia Dei tripliciter dī. Primò largiſimè, ipſa affluentia bonitatis diuinæ. Secundo, cōmuniter, benignitatis in ſuperogatione bonorū. Tertio ſtrictè, pietas ī ſubleuatione & ablatione malorū. Nā ſic ꝑcernit miſeriā, Sic, & iuſtitia Dei tripliciter ſumitur. Primò, & cōmuniſſime prout eſt condecentia bonitas diuinæ. Secūdò, & communiter, rectitudo in retributione bonorum. Tertiò, ſtrictè, ſeueritas in punitione malorū. Itaq; iuxta hos tres modos ad inuicē comparatos, miſericordia, & iuſtitia in eodem opere Dei concurrunt, quia ſecundum primum modum ſunt in omni opere Dei vt planum eſt. Conformiter ſecundò modo miſericordia, quæ eſt bonitas inſuperrogatione bonorum, & iuſtitia, quæ eſt rectitudo ſeu liberalitas in retributione præmiorum ſimul currūt: quia dum Deus retribuit bona remunerādo. nō retribuit niſi meréti, & ſupra quam meruit. Similiter tertio mō ſimul currunt, quoniam nunquam tam ſeuerè punit. quin aliquid debitæ pœnę relaxat: nec ſic culpā dimittit, qn aliquo modo hanc punit Sic ergo miſericodia, & iuſtitia communiſſimè ſumptæ ſunt ī eodē opere Dei quod etiam ſunt in omni opere eius: cōmuniter uerò ſumptæ ſunt in opere retributionis bonorū: pro priè uerò, & ſtrictè, ſunt in retributione pœnarum.

Quæſtio 2

¶Secundò interrogat, an miſericordia, & ueritas in aliquo opere Dei ab inuicem ſeparentur, ſecū dū ꝙ proprie capiunť. Rñdet. In opere iuſtificationis eſt miſericordia, & ueritas, non tamen ſecundum idē. Nam impius peccando Deū offendit, & dignus efficiť pœna æterna, & in hoc, quod Deus dimittit ei culpam eſt miſericordia: in hoc autem, quod obligat eum ad pœnam tēporalem, relucet iuſtitia. Tertio quærit. an hæc poſſint ab inuicē ſeparari. Reſpōdet, ꝙ non: qm̄ ſicut in nobis ſunt quædā uirtutes, quarū perfectio in operibus attendiť per acceſſum ad extremum, utpote charitas, quædā per acceſſum ad medium, ut iuſtitia, & miſericordia, ita in Deo. Vnde non dī ſummè iuſtus per ſecuritatis exceſſum nec ſummè miſericors propter omnimodam culpæ remiſſionem, ſed quia, utrūq; facit ſecundum quod decet, & cōuenit. Iuſtitia quippè, & miſericordia ita acceptæ dicuntur potiſſime reſpectu actuū, & meritorum nſorū, Nec pōt potentia ordinata remittere totam pœnā, quia ſecundum Auguſtinum primo cōfeſſionum: impoſſibile eſt dedecus culpæ manere ſine decore iuſtitię.

Quæſtio.

¶Circa hoc quæritur, utrū Deus poſſit peccatori tantā pœnā iuſtigere, quātā culpa eius mortalis mereť. Dico, ꝙ non loquendo de potētia ordinata, quia miſericordia Dei repugnat, q̄ nec pōt relinquere, nec negare nec pctōr capax eſt tātæ pœnę, cum enormitas culpæ ſit etiā intenſiuè quo dā mō infinita. Hæc Bonauentura, quorum aliqua recita tiue magis, quàm aſſertiuè induco. In præhabitis continentur ſcripta. Alberti de his.

Aug. Quæſtio.

Henrici Quæſtio.

¶Præterea circa hæc tāgi poſſunt aliquæ quæſtiones, quas Hēricus mouet in quodlibetis. Prima eſt, an Deus poſſit aliquid facere, quod non decet facere eum, quo circa multa inducit, quæ longum eſt recitare. Itaq; inter cætera ſcribit: Tria ſunt de quibus eſt omnis quō in agibilibus, & factibilibus, quæ ſunt bonum, & honeſtum, ac utile, quę ſunt eadem cum illis, licēs, decens, expediens. Omne quidem licens, ex ſua natura eſt bonum. Cumq; Deus nil agat propter utile cōmodū, imo omnia ſecundum rectam rationem ſint in opere Dei, in illo idem ſunt bonum expediens, & honeſtum, ergo nec facere poteſt aliquid, quod non ſit decens ſeu decorum, aut honeſtū Sed factum aliquod dī honeſtum, ſeu decens ex duplici ordine. Primò ex ordine, quem habet ad facientē. Secundò, ex ordine, quē habet ad aliud factum. Et ſecundum ordinem primum bonus, & ſapiens ſecundum quod talis nunquam facit niſi qđ ſtatum ipſius decet, & honeſtum ſit facere ipſum. Cūq; Deus ſapiens, optimusq; conſiſtat, nec facit, nec aliquid facere poteſt, quod non deceat eum facere. Verunta men aliquid dī decens, & honeſtum, uel indecens, & inhoneſtum dupliciter. Primò, ſecundum ordinem particularem per reſpectum ad cauſam particularē, ſicut indecens eſt hominem eſſe cęcum, aut monſtruoſum. Alio modo, ſecundū ordinem ad cauſam uniuerſalē, & ſic decuit. cęcū illuminatū, eſſe cæcū, quē Chriſ illuminauit, quatenus in eius illuminatione ſupernaturali Deus glorificareť. Id ergo, quod eſt indecēs primo mō Deus facere poteſt, non inquantū eſt indecens, ſed inquatū eſt decēs ſcđo mō. Abſolute aūt loquēdo Deus nullo mō facere pōt, qđ nō ſit decēs aliquo mō. imo qcqd facit, decet eū facere. & qcqd facere pōt, ſi faceret, deceret eū id facere, & nō niſi ſcđm ordinē decentē faceret illud. Idcirco ſi poteſt Petrū dānare, & Iudā ſaluare de potētia abſoluta, hoc nō eſt niſi quia deceret eū hoc facere ſcđm aliquē iuſtitiæ ordinem ſi faceret, nec aliter pōt hoc facere, Propterea nihil pōt Deus facere de potentia abſoluta, qn pōt ēt illud facere de potētia ordinata: tñ ſecundum alium ordinē, quā ſit ordo, ſecundum quē ommittit id facere, ita tñ quòd ſemper, quod melius, & rōnabilius eſt, aſpiciendo ad ordinē uniuerſi. Hæc Henricus, qui conſequenter quærit, utrū uerus dolor ſit ex immutatione per apprehēſionem uel ex aliqua mutatione reali. Et rurſus, utrū formalis rō doloris ſit in apprehēſiua, uel appetitiua. Quo circa inquirit, quomō ignis infernalis agit, & aget in damnatos, Et de his adhuc infra magis dicetur.

Quæſtio.

Ioan 9.

De ſententia iudicij.

De iudicio extremo quātū admodū ſecundum quem dabitur. Matt. 29.

SOlet etiam quæri, qualiter dabitur iudicij ſententia. Sed non eſt perſpicuum id explicare. Non enim ſcriptura apertè diffinit, an uoce illa ꝓferantur: Venite benedicti, & ite maledicti: an uirtute iudicis ita fiet cōſcientijs ſingulorum atteſtātibus

ut

vt modo dicitur futurum, ut iudicis potentiæ effectus, ipsius dictione significetur. Illa etiā Esuriui, & non dedistis mihi manducare: & huiusmodi, magis conscientijs exprimenda
Matt. 25. plurimi putant, quàm uerbis: quia Apostolus in momento, & in ictu oculi mysteriū con
1. Cor. 16. summandum tradit. Sed illud ad resurrectionis statū tantum referunt, non ad iudicium qa iudiciū sententia, & malorū increpationes & bonorū p̄mia verbis exprimēda asserūt,

Quòd iudicabunt sancti, & quomodo.

Sapien. 3. Non autem solus Christus iudicabit, sed, & sancti cum eo iudicabunt nationes. Ipse
Matt. 19 enim Apostolis ait: Sedebitis, & uos super duodecim sedes iudicantes duodecim trib. Israel. Necem putandū quòd duodecim apostolis tātum hoc promiserit Christus. Vbi.n. sedebit Paulus, qui plus omnib. laborauit, si nō ibi sedebunt nisi duodecim. Per duodecī ergo sedes, perfectio tribunalis. i. vniuersitas iudicantium intelligitur, scilicet omnes perfecti, qui relictis omnibus secuti sunt Christum per duodecim tribus, uniuersitas iudicandorum. iudicabunt ergo omnes sancti, non modo cooperatione, sed etiam auctoritate,
1. Cor. 15 & potestate. Vnde, Gladij ancipites in manibus eorum: idem, sententia de nobis, & malis
Matt. 19. Marc 19. in potestate eorum. Si uerò quęritur, quæ erit eorū potestas, uel auctoritas in iudicando
Psal. 149 puto non ante sciri posse, quàm uideatur, nisi diuina reuelatione quis didicerit.

De ordinibus eorum, qui iudicandi erunt.

Erunt aūt quatuor ordines in iudicio. Duæ qppe sunt partes electorū, s. & reproborum,
Greg lib. 26. Mora. ca. 36 ut Greg. in moralibus ait: Sed bini ordines eisdem singulis partibus cōtinētur. Alij em̄ iudicantur, & pereunt, alij nō iudicantur, & pereunt, alij iudicantur, & regnāt, alii non iudicātur, & regnāt. Iudicantur, & pereunt, quibus dn̄ica inclamatione dicitur: Esuriui, & nō dedistis mihi manducare. Non iudicantur & pereunt qbus dominus ait: Qui non credit iam iudicatus est. Eorum enim damnatio tota ecclesiæ nota est & certa & ideo dicuntur tunc non iudicari, quia ad conspectum districti iudicis cum aperta damnatione suæ infi
Matth. 25. Iohan. 3. Iacob. 2. delitatis accedent. Qui uerò professionem fidei sine operibus habent. iudicabuntur ut peribūt, idem, redarguentur & pereant. Qui uerò nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in se fieri non audient: quia infidelitatis suę tenebris præiudicati, eius quē despexerāt inuectione redargui non merentur. Illi saltem uerba iudicis audient, qui eius fidem saltem uerbo tenuerunt. Isti in dānatione sua ęterni iudicis nec uerba percipient, qui eius reuerentiam nec uerbotenus seruare uoluerunt: & ideo illi iudicandi, sed isti non iudicandi dicuntur. Ex electorum uerò parte alii iudicantur, & regnant, scilicet, qui uitæ maculas lacrymis tergunt, & eleemosynarum superinductione opereunt, quibus iudex veniens in dextra consistentibus dicet, esuriui, & dedistis mihi manducare. Alii autem non iudicantur, & regnant, qui etiam pręcepta legis perfectione uirtute transcendunt, quia non hoc solum, quod lex præcipit, implere contenti sunt: sed & quod ad perfe
Matt. 25 Esai 3. ctionem consulitur implere student. De quibus propheta ait, Dominus ad iudicium ue
Prou. 31 niet, & cum senatoribus populi sui. Et Salomon de ecclesię sponso loquens, ait, Nobilis
Iob 36. in portis uir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Et Iob ait, Non saluat impios, & pauperibus iudicium tribuit. Hi ergo rectè sub generali iudicio non tenentur, sed iudices ueniunt; quia, & præcepta generalia uiuendo uicerunt, & oībus relictis Chr̄m secuti sunt. Rectè pauperibus iudicium tribuit: qui quanto huic mundo magna humilitate despecti sunt, tanto tunc maiori culmine potestatis excrescent. De talibus dicitur. Qui vicerit, da
Apocal 3. bo ei sedere mecum in throno meo: sicut, & ego uici, & sedi cum patre meo in throno eius. Vincens dominus cum patre in throno eius sedet, quia post passionis certamen, & resurrectionis palmam, quod patri esset æqualis, omnibus claruit. Nobis verò in throno filij sedere est ex eisdem filii potestate iudicare. Quia em̄ iudicandi principatū ex eius uirtute percipimus, quasi in throno eius residemus. Ex his apparet, quod etiā perfectiores sancti cum Christo iudicabunt potestate: & quare qdam dicunt iudicandi, alii nō iudicandi.

De ordine iudicij, & ministerio angelorum.

Mat. 13. Cum autem in euangelio legat̄, quòd dn̄s mittet angelos suos qui colligent de regno eius omnia scandala, & mittent iniquos in caminū ignis: & item, Exhibunt angeli, & separabūt malos de medio iustorū, & mittent eos in caminū ignis: & item, Mittet angelos
Psal. 46. Psal. 96. Gene. 7. Aug. de ciuitate Dei lib. 20. ca. 8 suos cū tuba, & congregabūt electos a quatuor uentis, & propheta dicit, Congregate illi sanctos eius, ministerio angelorū illa impleri dubitādū non est. Dn̄o em̄ ueniente ad iudiciū, p̄cedet an̄ eū ignis, quo combures facies mūdi hui⁹, & phibit cœlū, & terra, nō f̄m substantiā, sed f̄m speciē, q̄ immutabit, cęlū quidem aereum, non æthereū. Tantum enim
Dan. 3. ascendet ignis in iudicio, quantū ascenderunt aquæ in diluuio. Ille aūt ignis malis, q reprti fuerint uiui, erit cōsumptio, bonis uerò, non, ut enim Augustinus, Hoc erit incendiū mūdi sanctis, quod fuit carnibus tribus pueris. In qbus si aliquid purgandū fuerit p illū ignē purgabitur

purgabitur. Aliis uerò nullam ingeret molestiam. Purgato uero per ignem mundo, & ad iudicium ueniente domino emittetur vox illa magna, qua resurgent omnes mortui & tunc ministerio angelorum venitilabitur area, quia boni congregabuntur ibi de quatuor partibus mundi angelico ministerio: quo, & rapientur obuiam Christo in aera, re
Luc. 3. Mat. 3. 1 Thes. 4. Mat. 23. probis in terra, quam dilexerunt, remanentibus. Et tunc præconia illa bonorū, Esuriui & dedistis mihi manducare, & increpationes illæ malorum. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. proferentur uel sono uocali, uel alio modo. Deniq; proferetur illa sententia super utrosq;. Venite benedicti, &c. & ite maledicti, &c. Et ministerio angelorum uirtute Dei cooperante, mittentur mali in caminum ignis, hoc est, in inferno.

Si post iudicium dæmones præerunt hominibus ad puniendum.

Et solet quæri, utrum inferno malis ad puniendum præsint dæmones post iudiciū, quos
Eccl. 39. 1 Cor. 15 carnifices, tortoresq; animarum scriptura appellat. Apostolus dicit, quod Christus tunc euacuabit omnem principatum & potestatem & uirtutem. Dum enim durat mundus angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus pręsunt. Sed omnibus collectis, iam omnis prælatio cessabit. Hinc quidam putant post iudicium dæmones non habere potestatem cruciandi homines sicut modo: sed vt dæmones uirtute Dei cruciari sine creaturę ministerio asserunt, sic reprobos homines ibi non per operationem dęmonum, sed uirtute diuina tantum æternis subiici cruciatibus. Pręmissa tamen auctoritas non id cogit sentire, quę etsi asserat tunc nec dæmones dæmonibus, nec homines hominibus præesse, non diffinit tamen, an dæmones pręsint hominibus ad torquendum. Vn̄ qbusdam ur̄, eos sic cōstare hoībus tortores in pœna, sicut extiterūt incētores in culpa.

Summa distinctio. XLVII. PRæcedenti distinctione tractatum est de retributionibus præcedentibus, aut inchoatis ante generale iudicium, præsertim de pœnis prauorū, qui interim cruciantur in anima. Nunc determinatur de ipso iudicio generali extremo, & ei annexis, seu cōcernentibus ipsum. Et primò inquirit, an sententia iudicis erit uocalis, uel solum mentalis, hoc est, an Christus oretenus proferet uerba illa: Venite benedicti patris mei, & Ite maledicti in ignem æternum, an solum per aloquutionem interiorem, &
Matt. 25. de hoc ponit duplicem opinionem. Deinde tāgit, quomodo quidam prælecti, & sancti iudicabunt eum Christo tanquam iudicis assessores. Cōsequētur exprimit 4. ordines eorum, qui in iudicio apparebunt id est, 4. genera hominum, qui apparebunt ibidem. Nam aliqui iudicabunt cum Christo, & non iudicabuntur &c. sicut habetur in litera. Deinde subdit de modo, & ordine, quo fiet iudiciū, & de ministeriis angelorum sanctorū in illo. Post hæc scrutatur, utrum dæmones facto iudicio punient in inferno reprobos hoīes, an potius omnes generaliter igne, & cæteris inferni suppliciis affligentur. Deinceps testat̄, quod Christus in assumpta humanitate glorificata in iudicio apparebit, & iudicabit: & declarat quomodo Christus secundū formam assumptam suscitabit corpora mortuorū quæ planè suscitatio, opus erit, & effectus omnipotentiæ Dei. Post hæc exponit qualiter uallis Iosaphat dicatur, & erit locus futuri iudicij. Et subdit qualis erit dispositio luminarium cœli, atq; cœlestium corporum, iudicio cōsummato. Postremò subiungit de diuersitate, ac differentia māsionum in cœlo empyreo, ac inferno.

QVAESTIO I.

CIrca hęc quæritur primò. *An finale ac generale iudicium in fine seculi sit futurum, & an erit per notabilem morā durās, ac per uocalē disceptationem, ac sententia realem prolationem.* ¶ Videtur, qd̄ nō erit generale iudicium, cū unusquisq; mox ut à corpore exierit, iudicetur à Christo: atq; ut ait Nahum propheta, Nō iudicabit dominus bis idipsum ergo sufficit particulare iudiciū. Rursus, iudiciū fit ut iudicatus recipiat, quod meruit. utpotè p mium meriti. qd̄ præmium est beatifica uisio Dei q̄tū ad iustos damnatio infernalis, quantū ad reprobos. Cū ergo retributio hæc quotidiè interim fiat superfluū vr̄ iudiciū scd̄m. Si dixeris, quod fiet pp corporum glorificationem, obijcitur: qm̄ certum est, quòd quorum animæ interim glorificant̄, tūc corpora glorificabuntur, & quòd quorum animæ interim condēnantur. tunc corpora damnabunt̄.

¶ Circa hæc scribit Antisiodorensis in Summa libro quarto. Quemadmodum dies particularis iudicii quod fit ī morte cuiuslibet, indeterinata est, & incerta, & ita dies generalis iudicii, quod erit in resurrectione futura, iuxta illud in Actibus: Nō est uestrum nosse tempora, uel momēta &c. atq; in Euangelio. De die illa nemo scit. Porrò locus iudicij determinatus est in Ioele, quo legitur: Consurgant, & ascendant genere in uallem Iosaphat, quia ibi sedebo ut in iudicem omnes gētes in circuitu. Sed quæritur, quare locus determinatus est, & nō tempus? Arguitur ēt contra hoc, quod in euangelio legitur, qd̄ nec angeli, nec filius hominis sciunt de die illa. Angeli namque habent cognitionē nō solum uespertinam, sed ēt matutinā omnium rerū etiam futurorum in uerbo tanquā in speculo æternitatis clarissimo. Deniq; filius, qui est sapiētia patris, non ignorat quæ pater scit, cum in Euangelio protestetur: Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit. Si dicatur, quòd filius dicitur diem illum nescire, quia non facit nos scire, obiicitur, quia, & pater, & spiritus sanctus sic dicerentur diem illam, nescire, quia non faciunt alios eum scire. Rursus de loco obiicitur: quoniam uallis Iosaphat nequaquam est capax omnium hominum, qui in iudicio comparebunt. Amplius cum resurrectio sit futura in momēto, in ictu oculi, qualiter impii, qui habebunt corpora ponderosa, poterunt à remotissimis locis illuc adduci? Obiicitur item de hoc, quod sancti dicuntur iudicaturi cū Chr̄o, quia nec auctoritatiuè, nec ut dantes cōsiliū nec ut proferentes sententiā iudicabūt. Respondemus, qd̄ dies utriūsq; iudicij nobis incerta est, quatenus iugiter stemus in Dei timore, p timorē declinemus ab omni transgressione. Ignorātia aūt loci non confert ad istam custodiā, ac timorē. Ad aliud di-

Antisiod. — Quæstio. — Obiectio.

dicimus. quòd angeli nihil sciunt de die illa, nisi eius diuinitùs reueletur: quia cognitio ista omnino transcendit naturalem notitiam. Cumq; dies illa non aderit nisi completo numero electorum, & ipsi ignorent quando hoc erit, idcirco, & diem illum ignorant. Filius autem dicitur ignorare eundem secundum naturam assumptam, qa non facit nos scire: qm̃ ipse datus est nobis magister, & legislator inter homines conseruando, atq; de aliis instruendo, & non de isto. Vnde dicitur nescire, qa per modum nescientis se habuit. Taliter autem non conuenit patri, neque spiritui sancto esse magistrum hominum. Atuerò in uallẽ Iosaphat Christus corporaliter non descendet, ut multi puerilit er credunt, ut dicit Hieronymus, sed erit in aere supra uallem. Vñ in actibus: Sic ueniet, quemadmodum uidistit eum euntem in cœlum. Hinc sicut ascendit à monte illo, sic descendet super eundẽ, ita quòd residebit in aere, eruntq; homines nõ solum in terra, sed, & in aere, potissimum boni, dicẽte Apostolo: Simul rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera. Angelorum demum ministerio ducentur celerrimè quemadmodũ angelus portauit prophetam Habacuc in impetu spiritus sancti de Iudæa in Babilonem. Maligni uero spiritus ibi ministerium non habebunt, imò fugere mallent. Viri autem apostolicæ perfectionis iudicabunt p assessoriam dignitatem, & omnes sancti per sententiæ iudicis approbationem. Hæc Antisiodorensis, de quibus in consequentibus plenius est dicendũ.

Hieron. Acto. 1.

1. Thess. 4. Dan. 14.

¶ Itaq; Thomas: Quemadmodum, inquit, creatio pertinet ad rerum principium, quo res producuntur in esse, ita iudicium pertinet ad terminum quo res ad suum finem perducitur. Distinguitur autem duplex operatio Dei. Vna, qua ipsas res primitus in esse produxit. Alia, qua producta gubernat. Sic quoq; est duplex indicium eius, ordine tamen conuerso: Vnum, quod corrñdet operi gubernationis, quę sine iudicio esse nequit, quo unusquisque singulariter pro suis actibus iudicatur non solum quod competit sibi, sed etiam secundum qđ gubernationi competit uniuersi, unde differtur p miatio unius pro aliorum utilitate, ut patet ad Hebræos. Et pœnæ unius cedunt ad utilitatem alterius. Hinc oportet esse iudicium, illud uniuersale, aliud correspondens primæ rerum productioni, ut sicut tunc processerunt immediate à Deo, ita in fine simul detur ultima mundi completio, unoquoq; finaliter accipiente, quod ei debetur secundum seipsum unde in illo iudicio apparebit manifestè diuina iustitia, quantum ad omnia, quæ nunc occultantur, quod scilicet interdum de uno disponitur ad utilitatẽ aliorum, aliter quàm manifestè eius opera uidentur exigere. Etiam nunc erit uniuersalis separatio bonorum a malis, quia de cetero non erit locus, ut boni per malos, aut mali per bonos proficiãt. propter q interim, Deo sic disponente, commixti sunt. Ex his patet ad primũ obiectum solutio. Cum em̃ qlibet homo sit singularis persona, & ét pars totius generis humani, duplex ei debetur iudiciũ. unum particulare in morte, in quo recipit quãtum ad animam, sicut promeruit.

Th. Aqui.

Heb. 11.

Aliud in fine seculi, inquantum est pars generis humani, sicut, & aliquis dr̃ iudicari scđm humanam iustitiã, qñ cõmunitas, cuius ipse est pars iudicat. nec tñ bis iudicat Deus in idipsum. quia non duas pœnas completas pro uno peccato infligit, sed pœna añ iudicium non plenè inflicta, tunc completè inferet, dũ corpus, & aĩa pariter cruciabuntur, in iudicio quoq; finali omnibus omnia patebunt peccata, patebitq; uniuersis, ac singulis, q̃ iustum sit iudicium Dei de omnibus.

Nahum. 1.

¶ Præterea quid respondendum sit de disceptatione, protractione, & prolatione sententiæ in generali iudicio. pro certo diffiniri non ualet. Probabiliùs tñ putatur, quòd totum mentaliter perficietur. Si em̃ uocaliter singulorum peccata recitarent̃, inæstimabilis temporis longitudo ad hoc exigeret quẽadmodum etiam 20. de ciuitate Dei loquitur Aug. Si liber ex cuius scriptura omnes iudicabunt̃. Augustꝰ. Apoc. 20.

Matt. 25.

vt in Apocal. dicitur, materialiter cogitetur, quis eius magnitudinẽ, aut longitudinem ualeat æstimare? aut quãto tempore poterit legi liber, in quo scriptę sunt uitæ vniuersorum? nec minus tempus requiritur ad narrãdũ, quã ad legendum opera, ac uitia singulorum, si materiali in libro essent cõscripta. Idcirco vr̃, quòd illa, quæ apud Matthę. scribũtur tunc proferenda, mentaliter sint perficienda, qđ oĩpotẽte Dei uirtute subito poterit fieri, ficque uerba Christi auditu interiori ab oĩbus audirent̃.

Quæstio.

¶ Insuper dum quæritur, an tempus iudicii sit ignotum: dicẽdum, quòd Deus per scientiam suã est causa rerum. Vtrunq; autem, uidelicet causalitatem, & cognitionem creaturis communicat. Nihilo minus de utroq; aliquid reseruat. Nam aliqua operatur, in quibus nulla creatura est sibi cooperãs, & quædam cognoscit, q̃ nulli reuelat, & hæc potissimè esse debent, & sunt, & quæ soli diuinæ subiacẽt potestati, inter quæ est finis mundi, in quo erit dies iudicij. Hanc rationẽ Christus tetigisse, vr̃ dicendo: Non est uestrum nosce tẽpora, uel momenta q̃ pater posuit in sua potestate, quasi dicat, quæ soli eius potestati sunt reseruata. Verum his obiici potest, quod in euangel. Christus tangit multa signa futuri iudicij, q̃ illud præcedent, ergo ex illis poterit prænosci. Dicendum quod sicut in epistola ad Esitium de fine mundi asserit Augu. Signa illa nõ omnia pertinent ad secundum Chri aduẽtum, sed partim pertinent ad tẽpus destructionis Ierusalẽ factã per Titum, plura uero illorum spectãt ad aduẽtum, quo Christus ecclesiam quotidie spiritaliter uisitat. Reliqua uerò, q̃ ad scđm spectant aduentum, non ualent ad pściendum determinare tps ad uẽtus secundi: qm̃ illa pericula, & aduersa fuerunt à principio ecclesiæ, nunc intensiùs, nuncq; remissiùs, nec scitur quanto magis tunc abundabunt, q̃ ante. Nec obẽst, qđ S. Iohannes apost. ait: Charissimi, nouissima hora est, & beatus apostꝰ. Paulus: Nos sumus in quos fines seculi deuenerunt. Talia quippè sunt dicta non ad insinuandum aliq̃ breuẽ temporis morã, sed nouissimum mundi statũ, q̃ est quasi nouissima seculi ætas, quæ quàm diu durabit ignotum est, sicut nec hominis senectuti præfixus est terminus hoĩ cognitus, imo interdum diutiùs durat, quàm oẽs præcedentes ętates, aut tamdiu.

Actoꝰ. 1. Obiectio. Aug.

1. Ioan. 2. 1. Cor. 10

Quæstio.

¶ Deniq; ad qõnẽ hãc, utrum aliq̃ iudicabunt cũ Chro: Dicẽdũ qđ iudicare multipliciter dr̃. Primò quasi cãliter, ut is iudicare dicat, vñ apparet qs iudicandus. Et sic quidã iudicabũt cõparatiuè, sicut apud Matth. ait saluator. Viri Niniuitæ surgẽt in iudicio generatione ista, & iudicabunt eã, &c. sicq; boni, & mali tũc iudicabunt. Scđo quasi interpretatiuè. Interpretamur. n. aliquẽ facere, q̃ faciẽti cõsentit. Hinc q̃ cõsentiẽs iudici, eius sniam approbãdo, iudicare dicunt̃, sicq; iudicare est oĩm electorũ. Tertiò: qm̃ similitudinẽ habet iudicis ĩ se, inquã tũ sedet in loco eminẽti, ut iudex, & sic assessores iudicis iudicare feruntur. Et ita (ut aliq̃ dicunt) uiri perfecti, quib. iudiciaria potestas p̃mittitur apud Matth. iudicabunt: qm̃ superiores alijs apparebũt, occurrentes obuiã Chro in aera. Sed istud nõ vr̃ sufficere ad promissionẽ Chri complendam. Nã dixit, Sedebitis iudicantes. Vñ vr̃ iudicium cõfessioni superaddere. Idcirco est quartus modus iudicandi, qui conuenit viris perfectis in quantũ in eis continentur decreta diuinæ iustitiæ, ex quibus homines iudicabuntur, ut si liber in quo lex descripta est, iudicare dicatur. Vnde in Apoca. dicitur: Iudiciũ sedit, libri aperti sunt. Sicq; Richard. de S. Victore istam iudicationem exponit, dicendo: Qui diuinę contemplationi assistunt, & in libro Sapientiæ quotidie legunt, uelut uoluminibus scribunt quicquid iam perspicua ueritatis intelligentia compræhendunt. Et rursus: Quid sunt iudicantium corda diuinitus in omnem ueritatem edocta, nisi quædam canonum decreta? Sed: qm̃ iudicare importat actionem in alium transeuntẽ, propriè iudicare dr̃, qui sententiã in alterũ p̃fert loquendo: qđ dupliciter fit, utpotè p̃pria auctoritate, quod solius est Dei. Secũdo sententiã alterius auctoritate p̃latã, in alioꝝ notitiã ducẽdo, qđ est sententiam latã pronunciare. Sicq; iudicabunt uiri perfecti: qm̃ alios ducent in cognitionẽ diuinæ iustitiæ, ut sciant quid ipsis iustè pro ipsorum meritis debeatur, ut ipsa reuelatio iustitiæ, iudiciũ appelleẽt. Vñ Richardus: Iudices corã iudicãdis decretorũ suorũ libros aperire, est ad cordium suorũ inspectionẽ, inferiorũ quorũlibet uisũ admittere, sensumq; suũ ĩ his, q̃ ad iudiciũ p̃tinẽt, reuelare.

Apoc. 20. Richar. Victorin.

Matth 19.

Richard. Victor.

Quæstio.

¶ Quæritur quoq;, an iudiciaria potestas correspondeat voluntariæ paupertati. Dicẽdũ, qđ imò: Et hoc triplici ratione. Primò, rõne congruitatis: qm̃ uoluntaria paupertas est eorũ, qui omnibus, q̃ sunt mundi contemptis, soli Christo inhærent: iõ nõ est quicquam in eis, quod eorum iudiciũ a iustitia deflectat, per quod ad iudicãdum reddunt̃ idonei, tanq̃ iustitiæ veritatẽ præ omnibus diligẽtes. Secũdò, per modum meriti: qm̃ humiliationi exaltatio correspondet pro merito. Paupertas autẽ præcipuè facit hominem in hoc mundo despectum. Tertiò quia paupertas primò incipit hominem ad præfatam illuminationem, sapientiamq; disponere, per quam cum Christo iudicare sancti dicuntur, sicut iam patuit. Itaq; per duodecim sedes sup quas sancti sedebunt ad iudicandum, vniuersitas soliorum eorum, qui taliter iudicabunt, exprimitur. ¶ Atuerò si quæratur, an ét sancti angeli iudicabunt cũ Chro, dicendũ, quòd assessores iudicis debent iudici esse proportionales, seu in natura cõformes. Chrs autem in iudicio omnibus apparebit in natura humana, in qua sibi conueniet iudicare per sententiæ prolationẽ. Hinc angelis, q̃ per humanitatem Christo cõformes non sunt, nõ cõpetit iudicare cũ ipso tãquã assessoribus eius.

Quæstio.

¶ Amplius quæritur, an post diẽ iudicij dæmones exequentur sniam iudicis in damnatis. Dicendũ, q̃ circa hoc tangit in litera a Magistro duplex opinio, & utroq; iustitiæ Dei vr̃ cõpetere. Ex hoc em̃ quòd homo peccat, dæmonijs iustè subiicitur, sed dæmon ei præest iniustè. Opinio ergo, quę ponit dęmones non præesse hoĩbus in tormẽtis post diẽ iudicij, respicit ordinẽ diuinæ iustitiæ ex parte dæmonum punientiũ: Contraria uerò opinio respicit ordinẽ diuinæ iustitiæ, ex parte hominũ punitorũ. Quæ aũt harum opionionum sit uerior, certum nobis esse nõ põt, nisi ex reuelatione. Veriùs tñ puto, qđ sicut seruat̃ ordo in saluatis, qđ q̃dam beatitudo quibusdã illuminabuntur, & perficientur, eo quòd cœlestis Hierarchiæ ordines erunt perpetui, ita seruabitur ordo in pœnis, ita q̃ homines per dæmones punientur, ne ordo diuinus, quo Deus constituit angelos inter naturã diuinã, & q; humanã, totaliter annulletur. Ideo sicut hominibus per angelos bonos illuminationes diuinę deferuntur, ita & dæmones sunt diuinæ iustitiæ exequutiores in malos, nec in hoc aliquid minuet de dęmonum pœna, quia in hoc, quòd alios torquẽt ét ipsi torquebuntur. Ibi enim miserorum societas miseriam non minuet, sed augebit. Veruntamen his objici potest, quia secundum Apost. In futuro euacuabitur oĩs p̃latio. Chrus, inquit, euacuabit oẽm principatum, & potestatẽ, & dñationem. Quò circa loquitur glossa. Nunc angeli præsunt angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus, sed in futuro cessabit omnis prælatio ista. Et respondendum, quòd totum hoc intelligendum est de cessatione p̃lationis secũdum modum quo est nunc. Prælatio enim, qua nunc angeli præsunt angelis, atq; hominibus, homines quoq; hominibus, ordinatur ad perductionem hominum in ultimum finem. Prælatio uerò dęmonum, quantum ad suum usum uel potius abusum, ad abductionẽ hominum ab ultimo fine.

Actoꝰ. 10. Quæst. 32

Quæstio.

¶ Quæritur itẽ, an uniuersi homines in iudicio comparebunt, ét paruuli in solo originali defuncti. Dicẽdum, quòd potestas iudiciaria Christo homini est collata in præmium obedientiæ, & humiliationis, quas in sua exhibuit passione, in qua sanguinem suum fudit, quantum ad sufficientiam, pro uniuersis, & singulis, quamuis in omnibus nõ sit sortita effectum ex defectu eorum. Hinc cõgruũ est, ut uniuersi in iudicio compareant, ad uidendum eius exaltationem in natura humana, in qua tanta pro ipsis fecit, ac pertulit: & in qua constitutus est iudex uiuorũ, ac mortuorũ. Hinc pueri añ usum rõis decedẽtes, ĩ iudicio cõparebũt, nõ ut iudicent̃, sed ut uideãt iudicis gloriã. Hæc Thomas.

¶ Qui ét scisciatur, an aliqui boni in iudicio iudicabuntur. Item an aliqui mali iudicabunt̃ ibidẽ. Itemq;, an angeli. Ad q̃ tria perfacilis existit rñsio.

¶ Nempè ad primum rñdet: Iudicium duo importat, quæ sunt, discussio meritorũ, & retributio præmiorum. Quantum ad secundum, omnes iudicabũtur. Oĩbus em̃ electis illis dicetur. Venite bñdicti patris mei, &c. Et sic ex iudicio Christi dignã pro meritis remunerationem suscipient. Discussio aut meritorũ non fit, nisi vbi est aliqua meritorũ cum malis cõmixtio. Illi itaq;, q̃ super fundamentũ fidei ædificant aurũ, argẽtũ, & lapides præciosos, diuinis seruitijs totaliter insistentes: qm̃ nullã mali admixtionem habent notabilẽ, non hẽt in eis meritorum discussio locum, & quantũ ad hoc, nõ iudicabuntur. Qui aũt super fundamentum fidei ędificant lignum, fœnum stipulam, adhuc amantes terrena, negocijsq; secularibus implicati, sic tamen, quòd Chro nil præferunt, sed studẽt eleemosynis, ac aliis uirtutum operibus expiare peccata habent commixtionem bonorum meritorum cũ malis, ideo discussio meritorum in ipsis locum sortitur, & quantum ad utrumq; iudicabuntur.

Responsio ad 1. Matt. 25.

1. Cor. 3.

¶ Ad secundã rñdet: Iudicium, quod est demeritorum pœnalis retributio, oĩbus malis fiet, & conuenit. Iudicium autẽ, qđ est discussio meritorum, solis fiet fidelibus. Et qa in infidelibus nõ est fidei fundamentum, sine quo nihil est meritorium, non fit de eis discussio, sed in prauis fidelibus in quibus

bus est fidei fundamentum,& aliqs fidei actus laudabilis,quãuis forsan nõ meritorius.Nam quantũ de se est,ordinat̃ ad meritum.Hinc credentes,qui saltem fide,& numero sunt ciues ciuitatis Dei, iudicabuntur discussionis iudicio, quia in ciues sine discussione meritorũ nõ fertur sña mortis in fideles autẽ dãnabuntur vt hostes,qui cõsueuerũt apud homines absq; meritorũ audiẽtia extirpari.

¶Insuper respondens ad tertium:Iudicium,ait discussionis neq; in bonis angelis, neq; in malis habet locũ,cum nec in angelis bonis sit demeritũ neq; in prauis meritum. Sed loquendo de iudicio retributionis est distinguendum. Nam una est retributio correspondens proprijs meritis, & hæc à principio fuit facta utriusq;, dum quidam effecti sunt beati, alii condemnati. Alia est retributio correspondens bonis,aut malis, per angelos aut dæmones procuratis,quæ retributio in futuro fiet iudicio:quia,& boni angeli gaudium maius habebũt de saluatione eorum,quos ad salutaria induxerunt. Mali quoq; amplius torquebuntur multiplicata eorum ruina, qui p eos ad mala sunt incitati. Hinc directè iudicium, nec ex parte iudicantium,nec ex parte iudicandorum erit angelorum
1. Cor 6. sed hominum. Idcirco quod ad Corinthios scribit apostolus Nescitis:quoniam angelos iudicabimus? intelligendũ est de iudicio cõparationis:qm̃ quidã homines quibusdã angelis superiores, ac meliores inuenient̃. Hæc oĩa Thomas in Scripto.

Petræ Quæstio. ¶Preterea Petrus ad istud, an disceptatio illa erit uocalis,patrum aliter respondens:Vna, inqt, opinio est,quod totum illud iudicium erit mentale quia si singuli uocaliter iudicarentur, ualde diu duraret.Alij dicunt,quòd erit,& mentale interiùs,& etiam uocale exteriùs,qm̃ Chr̃s iudicabit nõ tantum ut Deus,sed etiã ut hõ.iõ eius iudiciũ fiet non solum modo diuino, sed ẽt humano,atq; ex hoc maius gaudiũ erit bonorũ,& maior dolor sensibilis reproborũ.iõ sicut corporalis apparitio Chr̃i non erit frustra,ita nec sensibilis illa ꝓlatio.

Quæstio: ¶Si demum quæratur,an disceptatio illa erit solum de operibus misericordiæ: dicendum, dupli ci causa reprobi dãnabuntur.Prima: qm̃ peccauerũt transgrediendo p̃cepta iustitiæ.Scd̃o,qa peccata sua non redimerunt per opera misericordiæ. Sancti autem in primo cum illis cõueniũt:qm̃ oẽs uel ferè omnes peccauerunt.In scd̃ò differunt,qa per opera misericordiæ sua peccata redemerunt. Hinc in iudicio duplex fiet discussio meritorum. Prima mentalis,& hæc omnibus erit cõmunis bonis,& malis de iustitiæ actibus,ut pateat eos peccasse. Secunda erit uocalis de operibus misericordiæ,ut patet non omnes misericordia dignos esse.

¶Deniq; Christus inquantum Deus, iudicabit iurisdictione ordinaria,sicut,& pater, ac spiritus sanctus:sed ut homo,iudicabit iurisdictione delegata Probabiliùs quoq; vr̃,ꝙ post diẽ iudicij cessabit tam officium angelorum sanctorum in procuranda gloria saluatoris,quàm dæmonum in ꝓcurandis suppliciis damnatorum. Hæc Petrus.

Richard. ¶Quibus in omnibus Richardus concordat.Et addit,quòd in iudicio disceptatio mentalis erit de omnibus operibus,non solum in speciali, imo
August. etiam in singulari: quia (secundum Augustinum 20.Ciuitate Dei) uirtute diuina fiet, ut unicuiq; opera sua tam bona, quàm mala in memoriã reuocentur,ac mentis intuitu mira celeritate cernatur,ut accuset aut excuset scientia conscientiam, atq; ita simul omnes, & singuli indicentur. Vtrũ aũt de alijs quã de misericordiæ operibus aliqua disceptatio uocalis sit ibi futura, certum nobis non est. Certum tamen est, quòd disceptatio illa fiet,aut de solis misericordię operibus, aut præcipuè de illis,ut oĩbus appareat manifestè,quod qui peccata sua p misericordiæ opera nõ redemerũt, misericordia sint indigni,illud in Psalm.Dispereat de terra memoria eius,pro eo,quod non est recordatus facere misericordiam.Citatio quoq; ad iudicium erit mentalis,& uocalis, quia mentaliter ad iudicium vocabuntur,& per ministerium angelorum uocaliter,iuxta illud Matthæi:Mittet angelos suos cum tuba &c.Similiter mentalis atque Matt. 24.
uocalis erit reproborum accusatio. Accusabunt enim eos cõscientiæ suæ (ut dr̃ ad Roma.) & eorum iniquitas, quæ erit omnibus manifesta. Rom. 2.
In libro quoq; Sapientiæ. Traducet illos ex aduerso iniquitas ipsorum. Matt 25.
Chr̃s quoq; eos uocaliter accusabit, prout apud Matthæum testatur: Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Nec hoc erit cõtra formam recti iudicii, quod idem erit accusator,& testis:quia ipse procedet ex officio suo.Insuper testificatio erit mentalis,& uocalis:qm̃ quilibet uidebit conscientiam alterius ita,quòd propria conscientia testabitur cuilibet uerum esse illud,de quo conscientia cuiuslibet reprobi accusabit eum.Sed,& angeli qui fuerunt ipsorum cu- Matt. 25.
stodes,specialiter testificabuntur contra eos, qđ & Philosophi quidam senserunt ut patet in libro Apuleij de Deo.Socratis.Homines item electi cõtra eos uocaliter testabuntur Sententia etiam diffinitiua iudicis,non solum mentaliter, sed, & uocaliter,proferet̃,ut sonare vr̃ scriptura apud Matthęum.Et ista positio magis concordare vr̃ cum textu scripturæ.Qđ aũt scriptũ est in libro Sapientię. Dirumpet illos inflatos sine uoce, exponitur de uoce excusationis: quia inexcusabiles erunt, nec,se poterunt excusare,& sic Glossa exponit.

¶Iterũ quærit,vtrũ iudicium illud diu durabit. Quæstio. August.
Dicẽdũ quia ut 22.de Ciuitate Dei loquit̃ Augu. Per qđ dies extendat̃ iudiciũ,est incertũ.Vñ cũ diuini iudicii diẽ ultimũ ꝓnũciamus morę sacrę scripturæ,q̃ diẽ ꝓ tempore ponit,nouissimũ tẽpus significamus.Probabile uerò est,quod non extẽdes per morã multũ prolixã,qđ 20.de Ciuitate Dei vr̃ Aug.sentire,dicẽdo:Iudex cõmuniter ɔsciẽtias reproborũ sine ulla sermonis ꝓlixitate.Hic uocalis disceptatio illa nõ erit cũ quolibet in singulari nominatim,nec de quolibet ope singulari, sed ut p̃dicit saluator in Euãgelio,ita erit,ꝙ sc3 loquet̃ in gñali tã existẽtibus ad dexterã, quã eis,q stabũt ad læuã.Porrò angeli boni ꝓ ministerio qđ nobis nũc exhibẽt, qđdã gaudiũ accidẽtale recipiẽt.Dæmones quoq; ꝓ malis,q̃ nobis ꝓcurãt.recipient graue suppliciũ.Hæc Rich.¶Amplius Bon.Ad hoc, inqt, Bonauen.
ꝙ iudiciũ firmũ sit,duo ɔcurrũt,puta auctoritas,& ptãs, ut sic auctoritas in iniãdo, & ptãs in retribuẽdo,seu exequẽdo.Si alterũ horũ desit,nõ est firmũ iudiciũ,q̃ duo fontaliter, ac principaliter sunt in Deo,q̃ duo Deus trinitas cõmunicauit homini Chr̃o,ꝓꝓ qđ apud Matthæũ ait. Data est mihi oĩs Matt. 18.
ptãs in cœlo,& ĩ terra,de quo & in actib⁹ dr̃:ipse Acto. 10.
ẽ q ɔstitutus est à deo iudex uiuorũ,& mortuorũ. Itaq; duo hæc ɔueniunt Chr̃o scd̃m deitatis naturã. principaliter, & secundum assumptam naturã per commissionẽ.Apparebit demum Chr̃s in forma humana. Nec eius deitatem cognoscent reprobi, nisi euidentia signa manifestimosq; effectus tunc ad oculum appparentes,

Appa-

Apparebit ẽt in humanitate glorificata tam bonis, q̃ reprobis,nec erit differentia ex parte apparentis,sed ex parte recipientium.Etenim boni respiciẽt eã cũ gaudio,& gloria,mali cum confusione,& pœna,nec vultum eius poterunt sustinere prę remorsu ɔscientię,& formidolosa expectatione ferendę sententię ꝯ eos Deniq; horã vniuersalis iudicij quidã dicunt cognitam esse angelis, & animabus bonis Alij dicunt,quòd nõ sed certè quid sit inde tenẽdũ, magis docebit tpe opportuno experientia, quàm mõ scientia.Vtrumq; nãq; possibile est. Nam cum soli Christo hoĩ data sit omniscientia, nõ video cur angeli ignorare non possint. Rursus, cum Deo sint valde familiares,& nihil in huius rei scientia perdere valeant,non est facilè diffinire quare non congruit eis hoc reuelari. Cumq; aliquæ auctoritates sanctorum videantur sonare,ꝙ angeli nesciãt horã iudicii,alię autem,quòd sciant,potest sine præiudicio probabiliter dici, quòd aliquibus angelis sanctis,& animabus beatis datum sit hoc,aliquibus nõ, sicut de præcognitione misterij incarnationis ali-
Albertus. Iudicium triplex. qui dicunt.Hæc Bonauentura.

¶Insuper scripta Alberti in præhabitis continentur pro maxima parte,& addit:Triplex est iudicium scilicet uniforme,multiforme, & omniforme.Iudicium vniforme est modo ecclesiæ militantis, cogitantis de futuro iudicio, cui non innotescit de ipso iudicio,nisi qualitas causæ,ac retributionis, nisi in genere,vtpote, quòd bona bonis, & mala malis reddentur.Multiforme est particulare iudicium in obitu singulorum,quod est sm̃ qualitatem,& quantitatem:qm̃ tantum recipiet quisq; quãtum meruit, & talia qualia meruit ante. Omniformæ iudicium est in fine mundi,quia tunc correspondebunt talia talibus,& tanta tantis,& hoc omnibus in corpore, & in anima.Hæc Albertus.Qui etiam videtur sentire,quòd paruuli in solo originali defuncti, iudicio non comparebunt:dicendo:Quatuor ordines hominum iudicio apparebunt, nec quintam ordinem facere queunt in solo originali decentes : quoniam nulla propria merita habent propter quæ veniant ad tribunal,nec venient ad tribunal nisi habentes propria, vel gaudentes beneficio iudicis de salute,vt pueri post baptismum defuncti. Hæc idem.

¶Præterea etiam Scotus hic scribit.iudicium sumitur generaliter pro quacunque certa notitia.sicque sensus dicitur de suo iudicare obiecto. Secundò iudicium appellatur quæcumque certa appræhensio intelligibilis,& sic cognitio diffinitiua de aliquo potest dici iudicium.Tertiò, & magis propriè dicitur de complexo,quia secundum Augustinum 3.de libro arbitrio,nullus iudicat de regulis ęternis,sed secundum eas de aliis:ergo iudicium est appræhensio certa de aliquo per aliud.Omne autem uerum complexum,appręhenditur esse verum per aliud.Quartò adhuc magis propriè dicitur de vero complexo,quod est conclusio, quia de conclusione indicatur non solum per terminos,sed etiam per principium, & adhuc magis propriè dicitur de conclusione practica, quàm speculatiua, quia iudicium est dictamen intellectus practici,consonum iustitiæ.Iustitia autem non respicit speculatiua,sed operabilia.Adhuc magis propriè nuncupatur iudicium certa determinatio de præmijs, aut tormentis reddendis pro meritis, quia lex non solum determinat agenda, & fugienda, verum etiam pręmia impendenda pro actibus virtuosis, atque supplicia pro peccatis, & sic adhuc propriè iudicium sumitur,prout est actus habentis auctoritatem proferendi iudicialem sententiam,& ita nũc sumitur,& in iudicium particulare,ac generale diuiditur. Iudicium quoque generale demonstrari non potest cum sit minus notum,quàm est resurrectio,ad quam(sicut pręhabitum est) demonstratio nequit adduci.Sed ad istud iudicium comprobandum congruentiæ adducuntur.Prima est:quoniam congruum est separari finaliter omnes bonos ab omnibus malis. Mali namque non communicant cum bonis,nisi, uel ad hoc, ut malus corrigatur, vel vt bonus per eum exerceatur secundum Augustinum super Psalmum. Secunda congruentia est: quoniam in secretis, particularibusque iudiciis, quæ fiunt circa particulares personas, quamuis sit iustitia,non tamen est omnibus manifesta. Rationabile ergo est,vt Deus exerceat vnum generale iudicium,in quo manifestetur sententia, ac iustitia, quàm exercuit in particularibus suis iudiciis. Tertia congruentia est.Nam sicut res fluũt à primo efficiẽte,ita reducunt̃ in ipsũ sicut in finem.sed præter speciales exitus rerum a Deo per operationem, de qua ait saluator,Pater meus usque modo operatur, & ego operor fuit unus exitus uniuersalis a Deo in prima rerum creatione:ergo a simili præter particulares reductiones conuenit esse vnam finalem reductionem omnium electorum in vltimum finem, & per consequens ad hoc vnam finalem sententiam:quoniam mali non reducuntur. Quarta, & maior congruentia est.Nam præter hoc,quòd unusquisque ascribatur regno,aut carceri, tota multitudo præuisa ad regnum debet aliquando determinari ad possidendum illud,totaque reliqua multitudo relinquenda est carceri,vt sic fiat finalis duarum familiarum sequestratio iusta,& plena. De isto finali iudicio dubium primum est, an fiet in tempore, aut in instanti. Et si in tempore, an in breui,vel non breui. Primò autem erit innotescentia meritorum,& demeritorum.Et quoque possibile, quòd merita singulorum singulis innotescant, & hoc per miraculum ex parte ostensionis:tamen sic, quod vnusquisque intellectus intelligeret ea suo mõ intelligendi naturali,ad quod peragendum requiritur tempus maximum, ad intelligendum videlicet illa omnia successiuè. Secundo possibile est, quod vnicuiq; propria merita seu demerita in speciali, merita,verò,& đmerita aliorũ ĩ generali mõstrent̃,& hoc dupliciter.Primò,quòd singulas psonas consideret,tñ hanc,vt iustam,illam,vt iniustam. Secundò non singulas personas considerãdo in spe-
ciali,& merita earum in generali,sed tam psonas,q̃ 1.Thess.4.
merita in generali, vc3 oẽs in terra relictos,considerando eos reprobos esse, ac condemnãdos. Oẽs aũt raptos obuiã Christo in aera, esse delectos,atq; saluandos.Et primũ horum requireret magnã successionem.Tertio mõ possibile esset per Dei potentiã non manifestantem,sed causantem actus cognoscendi intellectiones distinctas oĩnum meritorum oĩum per sonarum simul in quocunq; intellectu, quia quæcunq; non repugnãt formaliter,& possunt successiuè recipi in aliquo, absoluta potẽtia diuina, possunt simul recipi in eodem.Et si vltimum hoc ponatur,tunc illum præambulum non op3 esse nisi in instanti.Sequens uerò sententia si proferat̃ vocaliter,erit in tpe:si tñ materialiter,poterit esse in instãti,non solum quantùm ad Christum proferentem, sed etiam,quo ad illos,pro quibus proferetur,& cõtra quos proferetur, quia Deus posset facere, quod in instanti talem,aut talem sententiam conciperent.

De loco autem iudicij dicunt aliqui, q̃ erit in valle Iosaphat. Verũ Apostolus plane dicit, quòd boni rapientur obuiam Christo in aera. Mali ergo relinquentur in terra, & erunt in valle illa, & in circuitu eius in tanto loco, quantus poterit capere eos. Hæc Scotus.

Guielm. Parrhisiẽs.

¶Deniq; de his scribit Parrhisiensis libro de Vniuerso, & de paruulis in originali defunctis testatur, quòd nunquam habebunt sensibilem pœnam, sicut nec actu aliter peccauerunt, & quòd verè resurgẽt cum alijs, non in illa corporis infirmitate, teneritudine, paruitate, nec in illa animæ imperfectione in qua obierunt, sed sicut de aliis dictum est, in illa corporis dispositione, quàm habuissent in ætate perfecta, si vixissent tamdiu: in perfectione quoq; naturali quantum ad aĩam, vt in naturali scientia prudentia, & virtute.

¶De loco demum iudicii scribit sicut iam dictũ est, & quòd disceptatio, atq; sententiæ prolatio erũt vocales, & quòd resuscitati maximum terræ spaciũ occupabunt. Nihilominus per omnipotentiã Dei iudex ab omnibus quantumcunq; distantibus conspicietur, ac audietur. Hæc Gulielmus, qui non scribit de hoc an paruuli illi in iudicio comparebunt.

Thomas. Aquinas.

¶Postremò in 3. parte, quæstione 53. scribit Tho. cur post particulare iudicium restat iudicium generale: Perfectum, inquiens, iudicium ferri non potest de aliquo ante eius consummationem, quando amplius non est timendum de periculis, quæ ante finẽ vitæ possunt accidere: idcirco statim post mortem fit vniuscuiusque particulare iudicium, Sed quoniã homo manet post mortem secundum aliquid pluribus modis: Primò, prout permanet in memoriis hominum, in quibus cõtra veritatem interdum est bonę, aut praue reputationis, ac famæ. Secundò, in filiis, qui sunt quasi aliquid parentum, & tamen multorum bonorum parentum sunt filii vitiosi, & econtrario. Tertiò, quantum ad studiorũ effectum. Quẽadmodum enim ex deceptione hæresiarcharũ pullulat error vsque finem mundi, ita vsque tunc proficit fides, & crescit ecclesia ex prædicatione, doctrina, & exemplaritate catholicorum. Quartò, quantum ad corpus, quòd quandoque honorificè sepelitur, interdum inhumatum relinquitur. Quintò, quantum ad ea, quæ homo dilexit, videlicet temporalia bona. Omnia autem hęc subduntur prouidentiæ, atq; iudicio Dei. Vnde de omnibus hominibus quantum ad omnia ista, non potest perfectum, ac manifestum exerceri, ac haberi iudicium, quàm diu durat status seculi huius. Hinc oportet in fine seculi esse vnum finale, ac generale iudicium, in quo omnia, quæ qualitercunque ad hominem pertinent, plenissimè iudicentur. non tamen iudicat dominus bis in idipsum, id est, secundum idem, sed bene secundum diuersa. Præterea iudiciaria Christi potestat etiam ad angelos bonos, ac malos se extendit, etiam ex parte naturæ assumptæ, propter vnionem eius cum verbo, propter quam, inquantum homo, summos angelorum illuminat, ut diuinus Dionysius docet. Et item propter meritum humiliationis, passionisq́ue suę, propter quod meruitur in nomine eius omne genu flectatur, cœlestium, terrestriũ, & infernorum. Et rursus: quoniam ipse caput hominum, ad quorum ministeria mittuntur angeli sancti, propter quod de ministerio angelorum habet decernere, & de accidentali præmio, quòd inde cõsequuntur, atque de accidentali pœna, quàm dæmones nos vexando, ac tentando merentur. Hęc in Summa.

Homo manet post mortẽ 5 modis.

Nahũ. 1

Psal. 2.

QVAESTIO II.

Quæstio.

Bonauen.

Modo quærendum, *An regis elementaris purgabitur igne conflagrationis, & quousque ille ignis perueniet.* ¶Videtur, quòd non præcedet aduentum Christi ad iudicandum purgatio aliqua. Deus enim essentialiter sanctus, nullam immunditiam detestatur nisi peccati, quæ immunditia esse non valet nisi sunt igne purganda. Denique aer, & aqua non sunt potius inquinata, quàm ignis, ergo non magis indigent purgatione, quàm ipse ignis. De effectu quoque ignis illius, quærendum est, an consumet omnia mixta, & bruta, ac homines, quos inuenerit viuos, & cuius speciei existat.

¶Circa hæc scribit Bona. primò respondendo ad istud, vtrum virtus illius ignis sit naturalis: Quidam dixerunt, quòd conflagratio ignis fiet naturali virtute, & quòd tali virtute etiam fuit diluuium. Potuerunt enim (vt dicunt) cœlestia corpora habẽtia influentiam, & effectum super humidum, fic in vnum concurrere signum, vt tanta vaporum eleuatio fieret, multiplicatioque humorum, quòd causaret diluuium, Sic dicunt, quòd sidera habentia inflamandi virtutem, & corpora recipientia inflamationem, naturaliter ita concurrere poterunt, quòd tantus aggregabitur, ac generabitur ignis, qui totũ inferiùs consumet, purgabit, subtiliabit, atq; in meliorem dispositionem restituet. Verum positio ista est temeraria, quòd scilicet id, quod sola Dei voluntate determinatum est, & à diuina ptãce causandũ, & qđ numerũ respicit electorũ, ac merita psonarũ, ponere in cursibus siderum, atq; asscribere influentiis eorundem. Hinc secunda est opinio, quòd virtus illius ignis sit omnino supernaturalis, & quòd in eo non sit quærenda ratio naturalis, quemadmodum, nec in aliis Dei miraculis. Sed ista opinio sto lida comprobatur. Cur enim per ignem magis fiet illa purgatio, quàm per aliud corpus, si in igne non sit virtus, quæ operationi congruat illi? Hinc media via est eligenda, dicendo, quòd de ignium cõflagratione possumus loqui quantum ad eius inchoationem, progressum, & consummationem, & quantum ad suam inchoationem, est à virtute supernaturali. Quòd enim omnibus ignibus conflagretur sic vnus ignis, & quod ibi sic agat nouo, & insolito modo, & se taliter multiplicando, non esset, nisi supernaturalis ei assisteret virtus, & quæ sit illa, domus nouit. Quantum verò ad progressum, qui est purgare, vrere, subtiliare, est a naturali virtute: sed quantum ad consummationem, vt scilicet purgata sint incorruptibilia, & qualitates eorum mutatæ, est supra naturam. Quo circa sciendum, quòd subtiliatio fit dupliciter. Primò, per dilationem, & rarefactionem, & corpus ita subtiliatum occupat locum maiorem. Secundò per depurationem, & separationem puri ab impuro. & hanc subtiliationem facit ignis: quando res purgando includitur in vase forti, quemadmodum agunt artifices alchimiæ, qui dicunt, quòd totum corpus potest ibi deputari, ac subtiliari, vt veniat ad naturam corporis quinti. Tuncque fex tendit ad fundum, & supernatat subtile, & sic in proposito erit: quoniam cœlum erit vas contentiuum elementorum. ideo depurabuntur, & fex elementorum transiet in infernum.

Quæstio.

¶Secundò hic quæritur an ignis ille sit elementũ? Rñdet. Quidam dixerunt, quòd ignis ille erit elemẽtum ignis. Nec mirum: qm̃ modicus ignis appositus cõbustibili, augetur in infinitũ se multiplicando. ficq; faceret ignis ille, nisi impedietur, & si vigoretur vis eius, prout in iudicio erit, totum poterit consume-

re,

re, & purgare, nec oportet nouum ignem causari. Sed quia sancti videntur dicere, quòd ignis ille aduenier sicut dominus pluit super Sodomam, imò magis ascendet: ideo alij dicũt, quòd erit alius ignis non creatus, sed virtute cœlestium corporum in inferioribus generatus, sicut ex conflagratione, & multiplicatione, quæ fit ex repercussione ad speculum concauum, gignitur ignis propter subtiliationẽ aeris circunstantis. Similiter ad vrinale aqua plenum. Et quamuis ad hoc, quòd ignis taliter generetur, oportet congregationem fieri radiorum, non tñ oportebit mundum repleri concauis speculis, sed alio modo ad concauas nubes, prout diuina prouidentia disponere nouit, poterit ignis in omnibus istis inferioribus generari. Nec dico hoc non esse possibile. Stultum verò est hic aliquid fingere, imò sanctorum auctoritatibus oportet inniti, qui quamuis nõ apertè determinet quis sit ille ignis: attamen Augustinus doctor excellens ait, quòd fiet mundanorum ignium conflagratione, sicut factum est mũdanorũ aquarum inundatione diluuium. Huic ergo auctoritati innitendo, dico, quòd, sicut in diluuio non sunt nouæ aquæ creatæ, sed eædẽ multiplicatæ operante influxu cœlestium corporũ, per quæ eleuatio facta est humorũ, ita credendũ est, quòd non solũ ignis, qui est in sphæra tua, ibi sit accessurus, sed & oẽs ignes, qui sunt in terra, & qui supra terram, & qui sub terra, concurrent ad illam conflagrationẽ, vt Augustinus velle vr̃. Et concedo, quòd virtus cœlestium corporum ad illius ignis conflagrationem, multiplicationem, & actionem concurret.

Gene. 7.

Quæstio.

Matt. 24.

¶Præterea si quæratur, cur purgatio illa fiet per ignem, dicendum, quòd ratio est ex parte purgationis hominum à peccato, & ex parte purgationis mũdi. Ex parte purgationis hominũ: qm̃ sicut in principio mundi concupiscentiæ ardor regnauit, ita in senectutè eius regnabit auaritiæ frigus. Refrigescet namq; charitas multorũ. Cumq; purgatio per ignẽ fieri debeat, hinc sicut purgatio ardoris concupiscẽtiæ facta est per aquam, sic purgatio frigoris, malitiæ, & auaritiæ fiet per ignem. Alia ratio est ex parte hoĩs purgandi, & eius, ad quod est purgatio. Nã prima illa purgatio fuit ad delendum hoĩem vetustum, & nouos hoĩes procreandos. Hæc autem erit ad totum vniuersum meleorandum. Cumque ignis vrat, atque subtiliet, aqua non ideo in igne erit vltima ista purgatio.

Quæstio.

¶Quæritur quoque, quousque extendet se. Dicendum, quòd ignis ille tantum ascendet, quantum corpora consumptibilia, & passibilia durant, videlicet quantum durat spatiũ continens elementa. sicque plùs ascendet, quàm ascendit aqua diluuij. Et si obiciatur, quod Beda, & etiam Glossa super secundam Thessalo. epistolam affirmant, q̃ tantũ ascendẽt, quãtum aqua diluuij. Respondendum, quòd duplex est purgatio. Vna, à fœditate peccati. Alia a vetustate corruptionis. De prima intelliguntur illæ, & similes auctoritates, quia tam altè ascendit fumus sacrificiorum, ac dæmonum relicta in aere caliginoso. De secunda intelliguntur iam dicta. Vnde sic erit in omnibus elemẽtis, quę ex tunc incorruptibilia erũt, sicque ascendet vltimum sphæræ ignis. Duplex quoque est innouatio. Vna per abiectionem vetustatis, alia per additionem nouitatis, & melioration is. Prima erit in corporibus elementaribus, à quibus auferentur corruptibiles qualitates. Secunda in corporibus cœlestibus, in quibus augebitur claritas. Prima innouatio est per ignem, non secunda. Porrò, quòd princeps ait. Apostolorum, Cœli ardentes

Beda. 2. Thessa.

Ignis conflagrationis quãtũ ascendet.

soluentur, de cœlis aereis igneis exponiť, à quibus, & stellæ casuræ dicuntur, id est, azub similes stellis.

¶Ampliùs quæratur, an ignis ille præcedet iudicium. Respondendum, quòd quidam dixerunt esse iudicium diffinitionis, & illud procedere ignem, ita quòd ante dabitur sententia contra iniquos, quàm ueniet ignis. Aliud dixerunt esse iudicium exequutionis, quòd (ut dicunt) sequetur iguem, quia in illo igne reprobi inuoluentur, & in infernum proijcientur. Verum ista responsio stare non ualet, quia secundum Augustinum, impijs iudicatis, & in ignem æternum proiectis, figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit. Alii dicũt, q̃ duplex erit ignis istius effectus, puta purgare, & innouare. Quantum ad primum effectum, præcedet: quantum ad secundum, sequetur, quòd etiam non videtur posse saluari: quoniam ignis ille purgando innouabit, ita quòd isti effectus erunt coniuncti, & indiuisi. Ideo dici potest, sicut dicit glossa super illud Malachiæ. Purgabit filios Leui. Duos legimus ignes futuros. Vnum, qui purgabit electos, & procedet iudicium. Alterum, qui reprobos cruciabit, & ideo secundum hanc Glossam, siue dicantur duo ignes secundum substantiam, siue duo ratione duorum effectum, futurus est ignis ad electorum purgationem, iuxta illud: Ignis ante ipsum præcedet, qui purgando amicos, inflammaait in circuitu inimicos. Est etiam ignis futurus ad mundi purgationem, ac innouationem, qui (secundum Augustinum (sequetur iudicium, & faciem mundi exuret, purgabit ac deinde reprobos cruciabit. Probabilior item est opinio, quòd post iudicium dæmones non erunt hominum tortores in pœna, imò, & ipsi erunt totaliter absorpti a pœnis. Cumque obiicitur, quòd erunt tortores, dicendum, quòd verum est, quo ad statum ante iudicium. Hæc Bonauentura.

Quæstio.

Psalm. 90. Demones post iudiciũ hoĩes non torquebunt.

¶Concordat idem in Breuiloquio, & addit: Cum nihil intensius, velociùs, horribiliùs in agendo cõmoueat alia elemẽta, q̃ ignis. hinc inde ex omni parte concurrens. idcirco iudicis faciem ignis præcedet, non tantum ex vna, sed ex omni parte mundi, vt sit ibi concursus ignis elementaris, & terrestris, ignis purgatorii, & infernalis, ut per infernalem reprobi adurantur, per purgatorium iusti purgentur, per terrestrrm terræ nascentia, ac irrationalia consumantur, atque per elementarem elementa subtilientur, & ad innouationem disponantur. Hæc ibi.

Thomas.

¶Præterea de his scribẽs Thom. Mundus, inquit. aliquo modo propter hominem factus est, oportet ergo, quòd quando home glorificabitur, etiam alia principalia mundi corpora ad meliorem statum mutentur, vt sit, & conuenientior locus, delectabiliorque aspectus. Ad hoc autem, quòd homo gloriam corporis consequatur, oportet priùs remoueri ea, quæ gloriæ opponuntur, quæ sunt duo, vcz corruptio naturæ, & infectio culpæ. Sic, & elementa à contrariis dispositionibus oportet purgare, antequam in nouitatem gloriæ adducantur Quamuis autem res corporalis non intellectualis, subiectum culpæ propriæ esse nõ possit, tñ ex culpa incongruitas q̃dã in corporalibus rebus relinquitur ad hoc, quòd spiritualibus dedicentur. Vñ videmus, quòd loca, in quibus crimina sunt commissa, non reparantur idonea, vt in ea aliqua spiritualia exerceãtur, nisi purgatione quadã præmissa. Iuxta hæc quãdam inidoneitatem ex peccatis hominum recipit pars mundi inferior, ad gloriæ immissionem, quæ pars mundi cedit in hominum vsum, ideo eget purgatione.

gatione. Consimiliter circa mediũ locorũ ꝓp elemẽ torũ contractum multæ sunt corruptiones, & gene rationes, & alterationes elementorum, quæ eorum derogant puritati. Idcirco ab his op3 eleméta pur gari ad hoc, quòd decenter recipiãt cuiusdã glorię nouitatem. Ampliùs, purgatio illa cõuenientissimè fiet per ignẽ, quia ad hoc fiet purgatio illa, vt à mũ do remoueat infectionẽ ex culpa relictã, atq; com mixtionis impuritatẽ, & erit dispositio ad gloriæ p fectionẽ. ió quantum ad hæc tria, conuenientissimè fiet per ignem. Primò: qm̃ ignis cum sit nobilis simũ elementorũ, habet proprietates proprietatibus glo riæ similiores, vt maximè patet de luce. Secũdò: qm̃ non sic recipit admixtionem extranei, ꝓp actiuita tem suæ virtutis, vt alia elementa. Tertiò: qm̃ sphæra ignis est à nostra habitatione remota, nec ita cõ munis est nobis vsus ignis elementaris, sicut terræ, & aquæ, ac aeris. Idcirco, nec ita inficitur. Hinc ma ximam efficaciam habet ad purgandum, & diuiden dum subtiliando. Deniq; ignis in vsum nostrum nõ venit, prout est in materia aliena, & quo ad hoc, po terit purgatio fieri per ignem in sua puritate existẽ tem. Hoc ẽt aduertendũ, ꝙ prima illa generalis pur gatio per diluuium facta, non fuit nisi ad infectionẽ culpæ tollendã. Futura verò purgatio erit vltra hoc ad auferendũ cõmixtionis impuritatẽ, iõ aptiùs fit per ignem, qui magis est penetratiuus, ac diuisiuus.

Purgatio mundi tripli: rõne conuenienter fiet p ignem.

Gen 7

Quæstio.

¶ Quæritur quoq;, an ignis ille eiusdem sit speciei cum igne elementari. Dicendum, quòd de hoc tres existunt opiniones, &c. sicut supra in Boanuentura. Fiet ergo conflagratione ignium mundanorum, vt 20. de Ciuitate Dei afferit Augustinus, quæ conflagratio non aliud est, quàm congregatio omnium superiorum, & inferiorum causarum, quæ ex sua natura habent vim igniendi, ex quarum concursu generabitur ignis, qui faciem mundi exuret. Quod si istæ opiniones considerentur, inueniuntur diuersificari quantum ad causam generationis ignis illius, non quantum ad speciem eius. Nam ignis generatus à sole, vel calefaciente inferiore, est eiusdem speciei cum igne, qui est in propria sua natura, nisi inquantum admiscetur ei de aliena materia, ꝙ tunc oportebit: quoniam ignis non potest aliquid purgare, nisi secundum hoc, quòd aliquid efficitur eius materia aliquo modo. Ideo simpliciter concedendum, quòd ignis ille erit eiusdem speciei cum isto. Sed obijci potest, quia (secundum Gloſſam) ignis ille absumet ignem apud nos existentem, ergo differt ab eo specificè. imò differt ab igne isto virtute motu, & operatione, ergo, & specie: Et respondendũ, ꝙ ignis ille differt numero ab igne isto, ideo sicut videmus, quòd duorum ignium maior consumit minorem, consumẽdo, ac destruendo materiam eius, sic ignis ille istum consumere poterit. Rursus ignis ille virtute diuina vim purgandi habebit, & ex sua natura non fertur deorsum, sed vt diuinæ potestatis instrumentum, ac sequendo combustibilem materiam, quam incẽdet, quemadmodum videmus hoc modo ignem moueri deordum, atque in gyro.

Augustin. Cõflagratio quid.

Obiectio.

Quæstio.

¶ Insuper quæritur, an ignis ille superiores cœlos purgabit, & vtrum consumet alia elementa. Dicendum ad primum, quòd purgatio illa fiet per ignem ad remouendum à corporibus dispositiones contrarias perfectioni gloriæ, quæ dispositiones aliquibus insunt ex aliquo stabiliter inhærẽte, sicut in corporibus inferioribus, quæ per mutuam mixtionem a propria decidunt puritate. In corporibus verò superioribus, puta cœlestibus, tale nil est nisi motus localis, qui non mutat intrinseca. Idcirco ab illis non oportet remoueri nisi motum huiusmodi, quod fieri potest per hoc solum, quod motores cœlestium corporum desistent à motionibus eorundem. ideo non purgabuntur per ignem.

¶ Ad secundum quòd de hoc sunt diuersæ opiniones. Vna, quòd omnia elementa mutabunt quantum ad materiam, & omnia mutabuntur quantum ad imperfectionis suæ remotionem, atq; quod duo eorum retinebunt proprias formas substantiales terra, & aer. Ignis vero, & aqua mutabuntur ad formam cœli. Sicq; tria elementa, aqua, aer, & ignis, cœlum dicentur, quamuis aer suam retineat formam substantialem. Nam, & modo dicitur cœlum. Vnde in Apocalypsi non fit mentio nisi de cœlo, & terra. Vidi, inquit, cœlum nouum, & terram nouam. Verum ista opinio repugnat philosophiæ, ac theologiæ. Sic enim periret perfectio vniuersi, non remanentibus eius in sua integritate, nec materia elementorum est in potentia ad substantiales formas cœlorum. idcirco in verbis illis per cœlum intelliguntur omnia cœlestia corpora, & per terram omnia corpora inferiora, videlicet quatuor eleméta. Hinc alij dicunt, quòd omnia elementa manebunt quantum ad substantiam. Qualitates verò actiuæ, ac passiuæ remouebuntur ab eis, quemadmodum etiam dicunt, quòd in corpore mixto manent elementa, quãtum ad formas substãtiales, sine hoc, quòd proprias habeant qualitates, cum ad medium sint reductæ, & consonare videtur, quòd 20. de Ciuitate Dei loquitur Augustinus: Illa conflagratione mundana elemẽtorum corruptibilium qualitates, quæ nostris congruebant corporibus, ardendo penitus interibunt, & substantia eas qualitates habebit, quæ immortalibus corporibus mirabili mutatione conuenient. Verum, nec istud videtur probabile, cum qualitates huiusmodi sint naturales effectus, ac sequelæ substãtialium formarum elementorum. ideo sunt de secũdaria perfectione elementorum tanquam propriæ passiones, seu proprietates eorum. Nec apparet probabile, quòd in illa finali consummatione aliquid naturalis perfectionis ab elementis tollatur. Hinc dicendum, quòd quatuor elementa manebunt secundum substantiales formas, & naturales has qualitates, & modo prætacto purgabuntur ab infectione, in puritate, quàm ex mutua actione, & passione contraxerunt, quia cessante motu mobilis primi mutua actio, & passio in elementis esse non potest. Et hoc Augustinus appellat qualitates corruptibilium elementorum, id est, innaturales dispositiones, per quas corruptioni propinquant. Itaque ignis conflagrationis duo elementa absumet, non corrumpendo eorum substantiam, sed dispositionem mutando, atque purgando, & alia duo omnino consumet, non destruendo eorum naturam, & speciem: quoniam magis remouebuntur à pristina dispositione, alteratione, & proprietate, quàm habent nunc, quæ duo elementa sunt ignis, & aqua secundum quosdam, quorum vnum magis excedit in caliditate, aliud in frigiditate, quæ sunt maximè corruptionis principia in corporibus aliis. Alij dicunt, quòd erunt aer, & aqua, in quibus nunc magis abundant variæ motiones, impressiones, fluxus, refluxus, quæ omnia tunc cessabunt. Et iuxta hunc modum exponitur illud Apoca. Mare iam non est. Cumque ignis conflagrationis acturus non sit nisi, vt instrumentum diuinæ prouidentiæ, ac virtutis, non aget in alia elementa ad eorum consumptionem, sed purgationem. Nec oportet id, quod fit materia ignis, omnino corrumpi ac

ac recedere à ꝓpria forma, vt p3 in ferro ignito, ꝙ à loco ignitionis amotũ, redit virtute propriæ speciei ad pristinũ statũ. ficq; erit de elementis purgatis.

¶ Quæritur quoq;, vtrũ per ignem illum omnia elementa purgabuntur, ita quòd pertinget vsq; ad sphæram continentem quatuor elementa. Ad quod aliqui dicunt, ꝙ imò, sed hoc repugnat auctoritati scripturæ, cũ in Canonica sua Petrus testetur, quòd illi cœli repositi sunt igni, qui fuerunt per aquã purgati. Et Augustinus 20. de Ciuitate: Ille, ait, mundus, qui diluuio perijt, igni reseruatur. Aqua autem diluuij non nisi quindecim cubitus altior fuit montibus terræ. Nec vapores, nec fumi pertransire possunt sphęram ignis vsq; summitatem ipsius, sed ignis ille pertinget vsque ad medium interstitium aeris, qa tam alte (vt creditur) aqua ascedit diluuii, vt ex altitudine montium, quos operuit, probabiliter æstimatur, & sicut aquæ diluuii non puenerunt vsque ad paradisum terestrem, ꝛm Bedã, ita, nec ignis conflagrationis paradisum purgabit. Et si obiiciatur, quòd primi parentes peccauerunt in eo, dicendũ, quòd ét in cœlo empyreo dæmones plurimi peccauerũt, sed nec paradisus, nec cœlum illud, sunt locus peccantium, quia qui peccauerunt ibidem, mox inde expulsi sunt, idcirco purgatione non indigent.

¶ Ad quæstionem demum, qua quæritur, an ignis ille præcedet iudicium: dicendum, quòd conflagratio illa quantum ad sui initium, præcessura est iudicium ipsum, cum ꝛm Apostolum ét illi, qui dormierunt, rapientur in nubibus obuiam Christo in aere ad iudicium venienti: simul autem erit resurrectio communis, & corporum sanctorum glorificatio. Sancti namq; resurgentes, corpora gloriosa resument, cum dicat Apostolus. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Simul quoq; corpora sancto rum glorificabuntur, & tota creatura suo mõ renouabuntur, iuxta illud ad Romanos. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum Dei, Cumq; conflagratio illa sit dispositio ad renouationem præfatam, vt patuit, constat, quòd ipsa præcedet iudicium quantum ad actum purgandi, non tamen quantum ad actum inuoluendi reprobos. Si autem obiiciat, quòd Christus ad iudicium veniens, quosdam inueniet viuos, dicente Apostolo: Deinde nos, qui viuimus, &c. dicendum, quòd omnes morientur, ac resurgent. Attamen illi dicuntur viui reperiendi, qui vsque ad tempus sufflagrationis corpore viuent.

¶ Præterea si quæratur, an ignis conflagrationis habebit eosdem effectus in hominibus, & in aliis. Rñdendum, quòd ignis ille quantũ ad hoc, ꝙ præcedet iudicium aget vt instrm̃ diuinæ iustitiæ, & ét ꝓpria, ac naturali aget virtute, inquãtũ ignis. Et quantum ad hoc ꝛm, aget similiter in bonos, & malos, ꝙ viui inuenientur, vtrorumq; corpora in cinerem redigendo; inquantum verò instrm̃ diuinæ iustitiæ, aget diuersimode in diuersos, quantum ad sensum pœnæ: quoniam mali igne ille cruciabuntur, boni verò, in quibus nihil purgandum inuenietur, nullum dolorem ex igne sentient, quẽadmodũ, nec tres pueri in camino, quamuis eorum corpora non feruentur integra, sicut corpora illorum puerorum fuerunt seruata, ficq; diuina virtute sine cruciatu sensibili suorum resolutionem corporum patientur. Boni uerò in quibus aliquid reperietur purgandũ, sentient ignis cruciatum magis, & minus. secundum suorum exigentiam peccatorum. Quantum autem ad actum inuoluendi, facto iudicio, non aget nisi in reprobos. Porrò, qui viui reperientur, subitò poterunt illo igne purgari. Primò: qm̃ pauca in se purganda habebunt, q; ꝓsecutionibus, atq; terroribus ꝓcedentibus erunt purgati. Scdò qm̃ pœnã illã voluntariè sustinebunt: Pœna aũt in hac vita sponte susceptа, ac tolerata, multo plùs purgat, quàm pœna post mortẽ inflicta. Quòd si quid purgandũ in eis inuenitur, falce tollitur passionis, vt asserit Augustinus. Tertiò: quoniam calor ille recuperabit in intensione, quãtum amittet in temporis breuitate.

¶ Postremò quæritur, An ignis conflagrationis in voluet damnatos, descendendo cum ipsis in tartarum. Dicendum, quòd tota purgatio, & innouatio mundi ad purgationem, innouationemq; hominis ordinabitur. Hinc oportet, vt mundi purgatio, ac innouatio correspondeat purgationi, & innouationi generis humani, cuius vna purgatio erit, quòd impii segregabuntur à iustisiuxta illud Lucæ: Cuius vẽ tilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & cõgregabit triticum id est electos in horreum suũ. paleas aũt comburet igne in extinguibili. Conformiter erit de purgatione mundi: quoniam quicquid fuerit turpe, ac fœdum, retrudetur cum reprobis in infernum: quicquid verò fuerit pulchrum, ac nobile, in superioribus reseruabitur ad gloriam electorũ, sic ét erit de igne conflagrationis, vt ait Basilius super illud: Vox domini intercidentis flammam ignis. Nam quantum ad calidum vstiuum, & quantum ad id, quod in igne grossum inuenietur, descendet ad inferos ad inferos ad supplicium damnatorum. Quod autem in eo fuerit subtile, ac lucidum, manebit superius ad gloriam electorum. Denique ignis, qui purgabit electos ante iudicium, erit idem numero cum igne conflagrationis quamuis quidã aliter dicant. Conuenit namq; vt cum hõ sit pars mundi, eodem igne purgetur, quo mundus. Dicuntur tamen duo ignes, quantum ad officium, & aliquo mõ quantum ad substantiam, quia nõ tota substantia ignis purgantis in infernum trudetur. ficque intelligendum est, quod super illud Malachiæ, purgabit filios Leui, asserit glossa: Duos legimus futuros. Vnum, quo Deus purgabit electos, & præcedet iudicium. Alterum, qui reprobos cruciabit. Ex prædictis etiã patet, quòd ignis inferni ab initio præparatus, in fine mundi augebitur, addito sibi igne conflagrationis. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Concordat Petrus in omnibus, & addit: Primus aduentus Antichristi erit in benignitate, & miraculorum operatione, & tunc à Iudeis suscipietur, ad quorum conuersionem veniet Elias, tuncq; Antichristus in persequutionem apertam vertetur, & in ipsos fideles deseruiet, & secundum regulam Ticonii a quibusdam Antichristus suscipietur, alii per Eliam conuertentur. Hæc Petrus.

¶ Consonat his Richardus, paucis exceptis. si qdẽ ait: Dicũt alij; quòd ignis cõflagrationis occidet electos tũc nondũ defunctos, sine vllo eorũ dolore: qm̃ aget in eos, vt instrm̃ diuinæ iustitiæ, non ꝛm ꝓpriam potestatem. Mihi aũt vr̃, ꝙ ignis ille eos non occidet, sed morientur pp cessationem motus cœli. Nempè vt asserit Rabbi Moyses sicut si cor ad momentum à motu suo quiesceret, homo, quasi in ictu oculi moreretur, & destruerentur motus eius atque virtutes: ita si motus cœli per punctum horæ periret, mundus in inferioribus istis deficeret. Aliqui etiam dicunt, quòd modico tempore ante ignem conflagrationis omnes morientur. Item, quòd aliqui dicunt. quòd illud subtile, purum, & splendidum, quod remanebit de igne, manebit superiùs, nõ intelligo, qa sic alia tria elementa remane-

rent minorata, quia de parte materiæ cuiuslibet illo rũ, ignis ille supernaturaliter producetur. Ideo probabilius mihi vr̃, quòd ignis ille cõpleto purgationis officio, & præiacentem materiam resoluetur, & transmutabitur pars in puram terram, pars in puram aquam, pars in aerem purum, fietque supernaturali virtute resolutio ista, Hæc Richardus, qui etiã dicit, quòd in conflagratione ignis infernalis non exibit infernum, & quod in loco iudicij impij punientur igne conflagrationis, & forsitan non igne tartareo. Scripta demum Alberti de his, continentur in dictis ex Tho. & concordant omniõ.

Scotus.

Dio. Car. in Scotum

¶ At verò Scotꝰ: Multis, ĩquit, modis poterit ignis conflagrationis produci, sed ꝓuenientiùs vr̃ dicendum, quod sicut ignis põt extra suam sphæram esse in aliena mã, vt in corpore ignito, sic vapores existẽtes in aere, per iuxta positionem possunt ignirí, & ita ignitio fusscesiua nunc istorum, tunc illorũ uaporum, saltem in toto superposito regioni habitabili hoĩm, põt dici conflagratio illa, & per hoc densat̃ aer: qm̃ corpora illa ignita mox conuertentur in illum uerum, purumq; aerẽ in sua regione. Hæc Sco. Verum modus iste cæteris modis prætactis videtur ineptior. Nec enim ex inflammatione vaporum illorum posset tantæ magnitudinis tamq; intensissimæ actiuitatis ignis produci, qui omnia (sicut præhabitum est) per gyrum undique adimpleret, incenderet, & purgaret celerrime, quasi recipiente.

De forma iudicis. Distinctio. XLVIII.

De forma ꝙ ptãe iudicio.

SOlet etiam quæri, in qua forma Christus iudicabit. In forma vtiq; serui iudicabit, quę omnibus in iudicio apparebit, vt videant mali, in quem pupugerunt: Diuinitatem verò eius mali non videbunt. Vñ Isaias: Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Humanitatem videbunt, vt timeant: diuinitatẽ verò, non negaudeant. Diuinitas enim sine gaudio videri non potest.

Quòd apperebit tunc in forma serui.

Apoc. 1. Esa. 26. secũdũ. 70

Sed cum in forma humana constat eum appariturum, quæritur an in forma illa gloriosa appareat sicut verè est, an in forma qualis in passione extitit. Quidam putãt à malis talem videri qualem crucifixerunt, idest, infirmam, qua dicit scriptura, vt videant in quem pupugerunt. Sed apertè Augustinus dicit formam serui glorificatam, a bonis, & malis tunc videri, sic: Cum in forma serui glorificata iudicantem viderint boni, & mali, tolletur impius, vt non videat charitatem Dei, quæ Deus est, quam soli mundo corde videbunt, quod erit eis vita æterna. Forma ergo humana in Christo glorificata videbitur à Cunctis: vnde, & Christus dicitur iudicaturus, quia filius hominis est. Ita eñ, & legitur in euangelio. Iohannis: Potestatem dedit ei, & iudicium facere, quia filius hominis est. Non quòd ipse ex uirtute hominis sit iudicaturus, vel quòd ipse solus sine patre, & spiritusancto iudicium sit facturus: sed quia ipse solus in forma serui iudicans, à bonis, & à malis videbitur. Cum ergo dicitur pater non iudicat quemquam, omne iudicium dedit filio: non ita est intelligendum, quasi filius solus iudicet, & non pater, sed quia forma filij humana cunctis in iudicio apparebit, non in forma infirma, sed glorioſa. Iudicabit autem ex virtute diuinitatis non sine patre, & spiritu sancto, & apparebit terribilis impijs, Mitis iustis. Erit enim terror malis, & lumen iustis.

Zach. 12. Isa. 26.

Matth. 5. Io. 5. Iohan. 5.

Quare secundum formam serui dicitur Christus suscitaturus corpora.

Et sicut dicitur Christus secundum formam serui iudicaturus propter causam præmissam, ita etiam dicitur suscitaturus corpora mortuorum secundum humanitatem, cum tamen virtute diuinitatis sit suscitaturus, non humanitatis. Sed hac ratione illud dicitur, quia in humanitate suscepit illud quod est causa nostrę rersurrectionis, id est passionem, & resurrectionem. Ideo ei ascribitur secundum hominem suscitatio mortuorum. Vnde Augustinus: Per verbum filium Dei sit animarum resurrectio. Per verbum factum in carne filium hoĩs, sit corporum resurrectio. Item, Iudicat, suscitat corpora, non pater, sed filius secundum dispensationem humanitatis, in qua minor patre est Christus: in eo, quod est filius Dei, est vita, quę viuificat animas: in eo, quod est filius hominis, iudex. Ecce secundum formam humanitatis dicitur suscitaturus corpora, & iudicaturus. Iudicaturus autem, quia illa forma cunctis in iudicio apparebit, & suscitaturus. quia in eadem forma meritum, & cãm resurrectionis nostræ suscepit, Et quia secundum eandem formam uocẽ dabit, qua mortui de monumentis resurgent, & procedent: secundũ quod Deus est, uiui Icat aiasnõ pa

ter

ter tm̃, quia non tm̃ pr̃ vita est, sed & filius cum eo, & spiritussanctus eadẽ vita est, q̃ ptinet ad aĩam, non ad corpus. Corpus eñ non sentit vitã sapĩæ, sed aĩa, quæ illuminatur à lumine æterno, licet ergo Christus porentia diuinitatis viuificet animas, & suscitet corpora, & iudicet: non ociosè tm̃, & præter rationem ei secundum formam Dei tribuit̃ viuificatio animarum, & secundum formam serui, iudicium, & resuscitatio corporum.

De loco iudicij.

Putat quidam dominum descensurum in vallem Iosaphat in iudicio, eo, quòd ipse pẽr Ioelem prophetam sic loquitur: Congregabo omnes gentes, & deducam eos in vallem Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis. In cuius capituli expositione ita repperi: Hoc quidam pueriliter intelligũt, quod in valle Iosaphat, aquæ est in latere montis oliueti, descensurus sit dominus ad iudicium, quod friuolum est, quia non in terra, sed in spatio huius aeris sedebit contra locum montis oliueti ex quo ascendit. Et sicut Iohannes Chrysostomus dicit, Angeli deferent ante eum signum crucis. Vnde in euangelio veritas dicit: Et tunc apparebit signum filij hominis, & cętera. Iosaphat autem interpratur iudicium domini. In vallem ergo Iosaphat, id est, iudicij domini congregabuntur omnes impii, Iusti verò non descendent in vallem iudicii, id est damnationis, sed in nubibus eleuabuntur obuiam Christo.

Actorum.

De qualitate luminarium, & temporis post iudicium.

Veniente autem ad iudicium domino in fortitudine, & potestate magna, sol & luna dicuntur obscurari, non sui luminis priuatione, sed superueniente maioris luminis claritate. Virtutes quoque cœlorum, id est angeli dicuntur moueri, non metu damnationis, vel aliqua perturbatione pauoris, sed quadam admiratione eorum, quæ viderint. Vnde Iob: Columnę cœli pauent aduentum eius. Ante diem verò iudicii sol, & lunã eclypsim patientur, sicut Ioel testatur, dicens: Sol conuertet̃ in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies dñi magnus, & horribilis. Magnus verò dr̃ pp magna, q̃ ibi fient. Cum aũt factum fuerit cœlum nouum, & terra noua, tunc erit lux solis, testante Esaia: Et erit lux solis septempliciter, id est sicut lux septem dierum, quia quantum luxit sol in prima conditione septem dierum ante peccatum primi hominis tm̃ lucebit post iudicium. Minorata enim fuit lux solis, & lunę aliorumq; siderum per peccata primi hominis, sed tunc recipiet sol mercedem sui laboris, quia septempliciter lucebit: & tunc nõ erit vicissitudo diei, & noctis, sed tm̃ dies. Vñ Zacharias: Et erit dies vna, quæ nota est domino, non dies neq; nox, & in tempore vesperi erit lux, quia tunc non erit veritas diei est, noctis, quę mõ est, sed continua dies, & lux. Esaias tamen videtur dicere, quòd tunc non luceat sol, vel luna, loquẽs congregationi sanctorum: Non erit ibi (inquit) ampliùs sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucẽ sempiternam. Sed his verbis non negat solem, & lunam tunc lucere, sed significat his, qui tunc erũt in eterna beatitudine, nullum lucis vsum præstare, quia vt ait Hieronymus super eundem locum, Cœli, terræque solis, atque lunæ nobis cessabit officium, & erit ipse dominus lumen suis in perpetuum. Potest etiam intelligi illud Isaiæ ea ratione dictum, quia sol, & luna tunc non habebunt ortum, & occasum, sicut nunc. Vnde Isidorus illud Isaiæ quasi exponens ait, Post iudicium sal laboris sui merce dem suscipiet. Vnde propheta: Lucebit septempliciter, & non veniet ad occasum, nec luna, sed in ordine, in quo creati sunt, stabunt, ne impij in tormentis sub terra positi fruantur luce eorum. Vnde Habacuc. Sol, & luna steterunt in ordine suo. Ecce apertè dicit solem et lunam tunc lucere, sed stabiliter permanere. Vbi etiã significat infernum esse sub terra. Si verò quæritur, quis sit vsus lucis solis, & tunc Fateor me ignorare, quia in scripturis non memini me legisse.

Luce. 21. Matth. 24.

Iob. 26.

Summa distinctiõis. XLVIII.

SVpra tractauit Magister de modo, ac ordine generalis iudicij, hic inquirit de iudicis forma, & qualitate. Deinde agit de ista distinctione de effectibus iudicis, in quibus suæ maiestatis excellentia ostenditur, & qualiter luminaria cœli tunc obscurabuntur. Tangit quoque de forma in qua iudex videbitur.

QVAESTIO I.

HIc quæritur. *An Christus in iudicio apparebit in forma gloriosa.* ¶ Et quia de isto iam habitum est, quòd in forma humana glorioſa uidebitur, quęri potest, an in eadem dispositione apparebit bonis, ac malis, & an reprobi possent eius deitatem, clarè conspicere, sine amore, & gaudio, de qua nihilominus quæstione dictum est super primum. Sed argui potest, quòd in forma deitatis iudicabit, & apparebit. Iudicare enim est superioris, & auctoritatem habentis, omnia cognocentis, adeoque potentis, vt eius potestati nemo quæat resistere, & certum est, quòd omnia ista conueniunt Christo in comparabiliter eminentiùs ſm

diuinam naturam potius, quam humanã ergo secũ dum diuinam naturam iudicabit, & apparebit.

¶ Circa hæc scribit Albertus: Duo circa iudicem attenditur, quę sunt virtus iudiciariæ potestatis, & forma exterior iudicis, inquantum est iudex propriùs hoĩm iudicandorum, primũ cõpetit Christo ſm deitatem, ſm habet ex humanitate. Decet nãq; iudicem videri à iudicandis. Cum igitur Christus iudicaturus sit hoĩes resuscitatos, ipse in forma, & natura humana visibili apparebit eisdem, atq; vt Magister ait, deitas sine gaudio nequit videri, loquẽdo de visione per speciem gloriæ, ſm quod est beatorũ obiectum. Hanc quippè speciem nulla creatura percipere põt, nisi, quæ glorificatione perfecta est. Sed obijci potest, Ponatur enim, quòd aliquis deitatẽ cõspiciat vt iustam, & iudicantem, ac vindicaturam, constat, quòd contremiscet, præsertim si reprobus sit, quem deitatem ita intuerinon implicat, sicq; deitas videretur sine dilectione, & gaudio, cum formidine, & tremore. Dicendum, quòd talis visio est vmbra, quia in ea intellectus non habet speciem glorificationis, pp quod etiam à beato Dionysio intellectus dæmonum vocatur phantasia proterua: tñ cõcedendum, quod tam boni, quàm mali videbunt formam gloriosam humanitatis Christi. Nam, & corpus gloriosum potestatem habet videri, & non ũideri, Hæc Albertus, qui de his tribus distinctionibus vltimis pauca scribit.

¶ Thomas verò super his pleniùs scribens: Ad iudicandum, inquit, requiritur quoddam dominium. Christus autem est dominus noster, nõ solum ratione naturæ diuinæ, qua creauit nos, sed etiam humanæ, qua redemit nos, propter quod ad Romanos dicitur: In hoc Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum dominetur, & mortuorum. Ad obtinendum enim vitam æternam nequaquam sufficiũt nobis bona creationis, & dona naturæ, sed necessaria etiam sunt charismata gratiæ, & beneficium redemptionis. Cumq; iudicium illud finale ordinetur ad hoc, quòd electi, & iusti admittantur ad regnum fœlicitatis, & impij inde excludantur, conueniens est Christum exercere illud iudicium ſm naturam humanam, in qua, & per quam nos redemit, imò tota creatura melioratur, & aliquid complementum sortitur, secũdum quod ad Colossenses habetur: Pacificans per sanguinem crucis eius, siue, quæ in cœlis, siue, quæ in terris sunt. Hinc non solum super homines, sed & super vniuersam creaturam Christus dominium per suam passionem promeruit, & sicut ex deitate competit ei dominium primum, ac principale, non participatum, ac iure creationis, sic ex natura assumpta competit ei dominium participatum secundarium iure redemptionis. Nec his obstat, quòd frequenter in scripturis iudiciũ istud ascribitur patri æterno, seu verò, sicut, & Daniel ait, Aspiciebã donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Antiquitas autem attribuitur Deo ratione æternitatis, & throni iudiciariam potestatem designant, quia vt tactum est, iudicare cõpetit Christo diuersimode secundum vtramq; naturam. Deniq; in visione Danielis manifestè exprimitur totus ordo iudiciariæ potestatis, quæ sicut in prima origine est in Deo, specialiterque in patre, qui est totius fons deitatis, ideo primò ibi præmittitur, quòd antiquus dierum sedit, & à parte Potestatis illa in filium est traducta, non solum æternaliter secũdum naturam diuinam, sed & temporaliter secundum humanã. Hinc subdit ibi, in nubibus cęli quasi filius hoĩs veniebat, & vsque ad antiquum dierum perue-

Obiectio.

S. Diony.

Aquinas:

Roma. 14

Iudiciũ finale ad quid ordinatur.

Colloſ. 1

Dan. 7.

nit, & dedit ei potestatem, & honorem & regnum

¶ Insuper ad id, quod quæritur, An Christus in iudicio apparebit in forma humana glorificatus. Dicendum, quòd Christus dicitur Dei, & hominũ mediator, inquantum pro hominibus satisfecit, & interpellat patrẽ pro eis, ac ea patris sunt communicat nobis, iuxta illud Iohannis: Claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, & secundum vtrumque conuenit ei, quod cum vtroque communicat extremorum. Inquantum enim cum hoĩbus cõicat, vices hominum gerit apud patrem. inquantum verò cum patre cõicat, dona patris transmittit ad hoĩes. Cũq; in primo aduentu aduenerit ad satisfaciendum patri pro nobis, idcirco apparuit tũc in forma nostrę infirmitatis, puta passibilis, & mortalis, quia verò secundo venturus est, vt exequatur iusticiam patris in hoĩes, ideo tunc in forma humanitatis glorificata apparebit, vt demonstret gloriam, quam habet in cõione cum patre. Nihilominus signum eius in iudicio apparebit, iuxta illud Matthęi. Tunc apparebit signum filij hoĩs, vt ait Chrysostomus: Veniet in iudicio Christus, non solum vulnerum cicatrices, sed ẽt mortẽ exprobratis simam ostendens impijs, & ingratis, improperans eam. Itaq; signũ hoc tunc apparebit non ad iudicium infirmitatis, quæ tunc erit in Christo, sed quæ fuit in ipso, vt eorum damnatio appareat iusta, qui tantã misericordiã ne glexerunt. Corpus demum gloriosum habet in potestate ostendere seculis non gloriosis. Eadẽ quoq; dispositio, & gloria faciei, quæ amico est delectabilis, hostibus est molesta, sicq; Christus in iudicio in una, & eadem vultus dispositione existens, quantũ ad se diuersis diuersimodè apparebit, videlicet electis dulcis, amabilis, gratiosus: reprobis metuendus, seuerus, indignabundus: sicut, & iudex terrenus reo incurit horrorem, innocenti consolationem.

Quæstio. 1. Tim. 2 Iohan. 17

Quæstio

¶ At verò ad id, an deitas sine gaudio queat videri. Dicendum, quòd in quolibet appetibili, & delectabili duo possunt considerare, ipsa scilicet res appetibilis, & delectabilis, & ratio appetendi. Quemadmodum autem (secundum Boethiũ libro de hebdomadibus) id, quod est aliquid, potest habere præter id, quod ipsum est. Ipsum verò esse nil aliud præter id, quod ipsum est, habet admixtũ, ita id, quod est appetibile vel delectabile, potest habere aliud quid admixtum, ratione cuius non sit delectabile, aut appetibile. Id autem, quod rõ appetibilitatis, & delectabilitatis, nil habet, neque habere potest admixtum, propter quod delectabile, aut appetibile non sit. Hinc res, quæ appetibiles delectabilesque consistunt per participationem bonitatis, quę est ratio appetibilitatis, & delectabilitatis: possunt appræhensæ non delectare, nec appeti. Id verò, quod per essentiam suam est bonitas, atque totiùs bonitatis, appetibilitatis, delectabilitatisque ratio, non potest non delectare, & appeti dum eius essentia clarè conspicitur. sicuti est in seipsa pura per speciem. Appręhensus, verò per suos effectus, atque per speculum in ænigmate, inquantum est iustus, & prohibens mala, ac puniens, potest non delectare, nec appeti: imò cum tristitia dicat passionẽ pœnæ, quæ à causa contraria superuenienti auferetur, tristitia damnatorum tolleretur, si per essentiam Deum viderent. Et si obijciatur, quòd damnati, & impii ob suam indispositionem non delectarentur in Deo, sicut, & visui indisposito, ac infirmo non est delectabile lumen videre. Dicendum, quòd per indispositionem organi tollitur naturalis ꝓportio organi ad obiectum delectabile. ideo in eo non delecta-

lectatur. Indispositio autem damnatorum nõ tollit naturalem proportionem eorum ad increatũ obiectũ, cuius imago in ipsis indelebiliter pseuerat. Hæc Thomas in Scripto, ex cuius scriptis alij plura sunt introducta supra primum, vbi hæc quæstio diffusè est pertractata.

Petrus.

¶ Concordat Petrus in oĩbus his, & addit. Deus est vltimus finis intellectus creati, ideo sine delectatione visionem sequente, clarè per speciem nequit videri, præsertim cum sit non solim aperibile, sed & ratio appetendi, quemadmodum lux oculis opposita, seu obiecta, non videri non potest: qm̃ est rõ videndi colores, color autem, q̃ est tm̃ visibile aliquid potest non videri: vt pater in nocte. Rursus, cũ Deus infinitè excedat omne creatum, non est mens creata capax visionis ipsius sine gratia disponente, & sine lumine gloriæ naturam creatam super se eleuante, quæ duo nullam culpam secum compatiuntur: ideo deitas à malis clarè non valet videri. Hæc Petrus. Idem Bonau. & Richardus: qui tamen hanc quæstionem, an deitas sine gaudio possit videri, nõ hic, sed super primum testantur, quod non iuxta sensum præhabitum.

Argentin.

¶ Consonat præinductis Argentinensis, addens quod planum, & certum sit, quod Christus in die iudicij ſm vtruamq; suam naturam clarè videbitur à beatis, quod intelligendũ est de beatis, q̃ ante snĩæ prolationem beati fuerunt per beatificam visionẽ.

Diol Cart. in Scotum

¶ Postremò Scotus his contradicit, positionẽ sancti Thomæ cum suis declarationibus recitans. Verũ ea, quæ obijcit, ac asserit ꝑ scripta sancti doctoris, inania sunt, nec apparentiam fortiunt, si verba beati Thomæ diligenter pensentur, & pro parte non sunt contra mentem ipsius. Ea quoque, quę dicit de hoc, quod possit deitas clarè per speciem cospici sine amore, & gaudio, super primum satis sunt reprobata, & sicut ibidem ostensum est, & partim paulo ante iam patuit ex his, quæ Thomas de his scribit materiis. Concordat scripta Bonauentura, Richardi, & Alexandri.

QVAESTIO II.

Lucæ. 22.

Amplius quæritur, *Vtrum secundum Christi aduentum præcedent aliquæ signa.* ¶ Et de hoc iã dictum est pauloante. Et quoniam inter signa cõnumeratur obscuratio solis, & lunæ, restat elucidandum qualiter obscurabuntur, & vtrum virtutes cœlorum tunc mouebuntur.

Thomas.

¶ Itaq; de primo horũ Thomas testatur. Ad reuerentiã, ac dignitatem iudiciariæ pertinet potestatis habere proportionata iudicia, quę ad subiectionem ac veneration em iudicis incitent alios. Hinc hmõi signa præcedent aduentum Cristi ad iudicandum

Augustin.

Quæ autem sint signa illa, non potest facile sciri, qa vt in epistola ad Esitium loquitur Augustinus, ea quæ in euangelio prædicuntur, non pertinent solũ ad secundum illum aduentum, sed etiam ad tempus destructionis Ierusalem, & ad aduentum quo Christus continuè eccclesiã visitat, & cætera. vt supra dictum est. Porrò signa, quæ Hieronymus scribit, non asserit. sed in annalibus Iudæorum ea se reperisse inuenisse, quæ, & parum verisimilitudinis habent. Verum vt asserit Augustinus in libro ad Esitiũ Circa finem mundi erit vniuersalis persequutio bonorum ab impijs: ideo boni tunc timebunt, & mali male securi eruntiuxta illud Apostoli. Cũ dixerint pax, & securitas, repentinus eis superueniet interitus. Ad bonos verò pertinet illud Lucæ. Arescentibus hominibus præ timore. Impij namque signa imminentis iudicij paruipendent. Potest etiam dici, quòd signi illa præcipua quæ circa iudicium erunt infra tempus iudicij computantur. Porrò signa quæ refert Heronymus, sunt hæc. Primo die maria omnia exaltabuntuntur quindecim cubitis sup montes. Secundo die omnia æquora prosternentur in profundum, ita vt vix possint videri. Tertio redigentur in pristinum statum antiquum. Quarto beluæ omnes, & animalia, quæ mouentur in aquis aggregabuntur, ac super pelagus leuabuntuur, more contentionis inuicem mugientis, Quinto omnia volatilia cœli congregabuatur in cãpis, miserabiliter mutuò flentia, & nihil gustantia, Sexto ignea flumina surgent à solis occasu contra faciem firmamẽti vsq; ad ortum concurentia, Septimo cuncta sidera errantia, etque fixa spargent ex se ingneas comas sicut cometæ. Octauo erit tam magnus terræmotus quod omnia animalia prosternentur. Nono vniuersi lapides magni, & parui diuidenẽ, singuli in quatuor partes, vna quæq; aliã collidente. Decimo oẽs plantæ sanguinẽ fluẽt rorẽ. Vndecimo oẽs mõtes & colles, ac edificia in puluerem redigentur. Duodecimo omnia animalia venient ad campos ex desertis & montibus, nihil gustantia, ac mugientia. Tertiodecimo omnia sepulchra à solis ortu vsq; occasum, aperientur mortuis corporibus ad refugendum. Quartodecimo omnes homines de habitaculis suis recedent: nõ intelligentes, neq; loquentes, sed discurrentes, Quintodecimo omnes morientur, ac resurgent cum mortuis longe ante defunctis.

Augustin. 1. Thes. 5. Lucæ. 21. Hieronys

¶ Præterea de obscuratione luminarium cęli sciẽdum, quòd loquendo de sole, & luna quantum ad momentum aduentus Christi, non est credibile, qd̃ obscurabuntur luminis sui priuatione: quoniam totus mundus innouabitur Christo veniente, ac resurgentibus sanctis, vt dictum est. Si autem loquamur de eis quantum ad tempus propinquum ante aduentum sic esse poterit vt sol, & luna, ac alia cœli luminaria priuatione sui luminis obscurentur, vel simul aut diuersis temporibus oĩpotentia Dei id faciente ad hominum terrorem. Sicque intelligendũ est quod Rabanus ait: nil prohibet intelligere solem & lunam cũ sideribus cæteris tunc lumine suo prieueri, quemadmodum factum constat de sole in dominica passione.

¶ Insuper secundũ diũinum Dionysium, vndecimo capite, de diuinis nominibus, per virtutes vnomõ intelligitur specialis chorus, seu ordo, quem dicit medium esse in hierarchia secunda Secundo, ac cipitur pro vniuersis angelicis spiritibus, & vtroq; modo hic sumitur. In litera enim exponitur verbũ illud virtutes cœlorum mouebuntur, de omnibus angelis, qui tunc mouebuntur motu admirationis propter nouitatem horribilium. Si autem virtutes cęlorum dicantur angeli ordinis specialis, sic illi ꝑ cæteris mouebuntur, quia secundum Gregorium ad ipsos pertinet miracula facere, quæ tunc abundantiùs fient: Vel vt supra secundum expositum est ordinis illius angelos spectat cœlestia corpora mouere, à quo officio tunc non sine admirationis motione cessabunt. Veruntamen hoc inuariabili stabilitati fęlicitatis eorum non derogabit: quoniam admiratio ista refertur ad effectus, de quorum euentu, & noua consideratione tunc præ solito mirabũ tur: quia nec omnia illa tam distincte prægnoscere potuerunt per species concreatas. Nam quantũ ad talia, est vicissitudo cogitationum in beatis, vt infra dicetur. Et quantum ad hoc asserit Augustinus, quod spiritualem creaturam Deus mouet

Matth. 24. S. Diony.

Lucæ. 22.

per

per tempus. Nec ex hoc ascribitur eis ignorantia, quantum ad ea, quæ scire ad eorum pertinet statũ, sed quod omnipotentiã Dei non cõpræhendunt plenariè. Idcirco ex tam inconsuetis mirabilibus eam admirabuntur. Hæc Thomas in Scripto.

Petrus. Aucto. 1. ¶ Consonat Petrus, qui de loco iudicij addit. Oppositorũ motuum, oppositi sunt termini. Motus aũt ascensionis Christi de terra in cœlũ oppositus fuit motui descensionis de cœlo in terrã ad iudicandũ quia ascendit vt sit aduocatus noster in curia cęli, & descendet vt sit iudex. Hinc ad locum vnde ascẽdit descendet ad iudicandũ. Idoneitas quippè loci ad iudicãdũ, ex triplici parte accipitur, vtpotè tã ex parte partiũ quã ex parte negocij, & ex parte iudicãtis personę. Ex parte partium accipitur, pars mundi in qua iudicium erit: qm̃ locus debet esse cõis, & publicus. Hierosolyma verò. & adiacens terra vł esse quasi in medio terræ habitabilis, & locus cõis, ac famosissimus propter humanę redẽptionis mysteria

Psal. 73. ibi peracta, iuxta illud Psalmi: Operatus es salutem in medio terræ. Ex parte quoq; negocij accipitur locus in parte mundi quia in alijs locis tractãdæ sunt causę criminales, ĩ alijs spirituales. Causa verò illius iudicij erit opus misericordiæ, atq; iustitiæ, quoniã ad retribuendum pro meritis secundum misericordiam, & iustitiam veniet iudex. Mõs demum olivęti seu oliuarum, misericordiam designat. Iosaphat autem interpretatur iudicium domini. Et quoniã misericordia superxaltat iudicium, mons olivęti supereminet valli illi. Ex parte quoq; personæ iudicis, accipitur sedes in loco illo: quoniam sedes eminẽtior & gloriosior debet esse, a quo iudex vndiq; conspici queat. Hinc iudex in aere residebit, & in loco gloriosiori, quàm vnquã ĩ terra habuit puta in loco ascẽsionis, in illo ꝑfecto vbi oculi apostolorũ adhuc mortaliũ defecerũt ĩ intuitu gloriæ vt arbitror, ergo circa vallem Iosaphat ad iudicium veniet. Iudicandi autẽ diffundentur vndique circa locum. Hæc Petrus.

Richard. ¶ Eadẽ Richardus, q̃ addit præhabitis. In ipso aduẽtu iudicis, sol, luna, & sydera obscurabuntur, nõ lucis suæ priuatione, sed maioris luminis superueniente claritate, videlicet Christi, Sol quoque, & luna supernaturaliter patient simul ecclypsim, quoniã naturalis ecclypsis solis causatur per interpositionẽ lunę inter solẽ, & nostrum aspectũ. Naturalis vero ecclypsis lunæ per interpositionem terræ diametraliter inter solem, & lunam. Vera ergo & grandis ecclypsis præcedet iudicium. Attamen aliter obscurabitur sol, quàm luna: qm̃ luce remanente in sole, q̃ lux est naturalis qualitas solis, sol nõ irradiabit, & hoc diuina virtute. Quemadmodum in Egypto per retractionem solarium radiorum. Stellæ quoque tunc ca-

Exo. 8. Augustin. suræ dicuntur, tropico modo loquendi ſm Augustũ. & quia sic apparebit præ solito, sed quia quotidie sic apparet in nocte, hinc alij dicũt, quòd ante ignẽ conflagrationis generabitur virtute cęlestium corporum vehemens caliditas, siccitasq; in aere: quæ erunt congrua dispositio ad ignis illius productionem. ita quòd desinent generari arcus in nubibus, q̃ generantur in nubis roratione impressionesq; aliæ, & generabuntur à sub seu exhalationes siccę, ac calidæ, descendentes in tanta multitudine, quod aspicientibus apparebit, quòd sint stellæ de cœlo cadentes. Hæc Richardus.

Bonauẽ. Augustin. Isidorus. ¶ Concordat Bonauent. Reprobi, inquiens in iudicio nec patris nec Christi deitatẽ conspicient clare in seipsa, sed solum per effectus quosdam, & signa Nam, vt dicunt Aug. atq; Isidorus, si haberent oculum aptum ad deitatis intuitum, haberent maximã delectationem. Apparebitque Christus in forma humanitatis glorificata bonis, & impijs, Nec erit differentia ex parte apparentis, sed recipientium. Mali namque non potuerunt sustinere iudicis vultum ex conscientiæ suæ remorsu, & fomidine, sententiæ contra eos ferendæ. Hæc Bonauentura.

QVAESTIO III.

QVæritur quoq;, *An in secundo Christi aduẽtu innouabitur mundus, & an motus cœlestium corporum tunc cessabunt, ipsa quoque corpora superiora, ac etiam elementa abundantiori venustate, ac lumine ornabuntur, & an tunc penitus desinent esse bruta, & plantæ, ac cætera mixta.* ¶ In hac quæstione (vt palã est) multa tanguntur, & arguitur, quia ut multiplici ter probant Philosophi, Ordo rerum est optimum quid in eis. ergo sine fine manebit in ipsis oĩa quoque optime fecit Deus. Et ut asserit Plato in Primo Timæi, incomparabili pulchritudine mundus subsistit. Cœlestia etiã corpora alterabilia non sunt. Cũque ordo, & perfectio vniuersi speciebus suis consistat. videtur omnino imperitum asserere, quod animalia, & plantæ, ac mineralia. & cętera mixta penitus corrumpentur. Marc. 7. Apoca. 21

¶ Circa hæc scribit Gulielmus libro de vniuerso Consequenter prosequar tibi de relinqua parte vniuersi, videlicet inferiori, seu elemẽtari, an & ipsa melioratione, & renouationẽ fit receptura. Scito igitur quia sermones prophetarum hebræorum hoc videntur innuere: prophetiæ verò Christianorum hoc expresse testantur. Vidi ait vnus ex eis, cœlum nouum & terram nouam. Primum enim cælũ, & prima terra abijt. Quod si quis dicat: quia cœlum, & terra incorruptibilia sunt. Respondẽdum est, quia nihil habent hæc omnia, nisi quod acceperunt ex solo beneficio creatoris, nec stant, nec permanẽt nisi eo conseruante, ac retinente, quemadmodum Plato testatur dicens in persona creatoris ad Deos: Natura quidem dissolubiles estis, me autem sic volẽte indissolubiles permanetis. Nulla ergo neeessitate ꝑstrictas nec ꝓhibita est oipotẽtis creatoris volũtas à renouatione, ac melioratione cœlestium corporũ Testati sunt quoq; prohpætæ, qđ terris, atq; fluminibus vegetabilibus, ac animalibus interdum melius fuit, & deterius, propter merita, ac demerita hominum, sicut ad Elię instantiam non fuit ros, nec pluuia annis tribus, & mẽsib⁹ sex. Deniq; sicut dixit Psalmista. Terram fructiferam dedit Deus in salsugi-

2. Re. 17. Iacob. 5. nem a militia inhabitãtũ in ea. Audisti, & famosissimam subuersionem pentapolis, Notæ ẽt tibi sunt plagæ antiquæ Egypti. Si igitur propter paucos electos, & dilectos suos ac breuẽ habitationem eorum super terram, placuit creatoris sic meliorare, ordinareq; terram, & congrua sibi venustate vẽstire propter breue, modicumque seruitium, quanto magis ꝓp incõparabiliter plures electos, & dilectos suos imo, & incomparabiliter meliores, quàm sint viatores, placebit bonitati ipsius decorare cœlos, & lumiaria eius. q̃ ab initio mundi eis tam multipliciter seruierunt? Et si tam multipliciter Deus ornauit elemẽta piscib⁹ & auib⁹, ac alijs variis ornamẽtis, ꝓp tẽporalem, & breuẽ habitationem electorum suorum in terra, quanto prẽclarius decorabitur cœlũ ꝓp perennem habitationem hominum electorum in illo? Insuper cum iuxta ꝓphetas, atq; Apostolos, cœtũ electorum reputet Deus ut sponsam suã, & reges ac principes seculi huius exornent ꝓ solito, ac decorant domos, & thalamos, in quos introducturi sunt sponsas suas, quanto magis creator altissimus sponsam

sam ineffabiliter sibi magis dilectã introductus ĩ palatiũ illud cęleste supernũ inæstimabilis beatitudis thalamum ꝑdecorabit, & pulchrificabit illud mirabiliter ꝓsolito. Deniq; qs regũ in cotonatione vnius filij nõ ornat palatiũ suũ nouo, magnificoq; ornatu quãto magis pater æternus in introductione inumerabiliũ filiorũ adoptionis gratiæ suæ in supremum suum palacium, illud præclarissimè decorabit? imo & alia corpora magna ei contigua, & in eo ꝑtenta sicut & reges, ornãt atria, ac alia tabernacula sua. Hæc Gulielmus, q̃ istã disputationẽ pulchrè, ac prolixè prosequitur, atq; subiũgit. Post hæc prosequar de mundo sublunari, quẽ tunc habiturus sit statum. Et dico quod ex tunc conflictus elementorum inter se desinet. Animalia quoq;, & vegetabilia, ac metalla, q̃bus hoies vtunt in hac vita cũ non sint necessaria nisi propter hoies. ideo ipsis hominibus in perẽnes delicias translatis, cessabunt vtilitates rerũ illarum, nec ipse manebunt. Porrò elẽmenta cũ sint magnę partes mundi istius, q̃ domus est Dei, innouanda, decoratoq; mundo, ẽt ipsa innouabuntur, & ornabuntur. Et de terra quidã ex sapientibus Christianorũ dixerunt, quod graminibus semper virẽtibus & immarcisc̃ilibus floribus, atq; ꝑpetua vernantia

Genesi. 3. & amenitate instar paradisi terrestris sit decorãda nec dubiũ, quin hoc creatori existat possibile. De aliorũ verò elemenrorũ decore nõ est determinatũ perspicuè, imo cum terra deteriorata sit. & maledicta ꝓp primorũ ꝑctã parentum, constat terram ab huiusmodi maledictione liberandam, & in melioratũ transferẽdam, quẽ ab initio habuit, ꝓp cãm ꝓriã fortiorẽ. Si. n. apud cratoris iustitiã ꝑctũ illud hoc potuit, quãto magis gra, virtutes, ac merita sanctorum in fine poterunt huiusmodi innouationem

Roma. 1. ac melioratiõnem acquirere? Hęc Gulielmus.

Insup de his, & primo de mũdi inouatione Thomas scribit: Oĩa cororalia ꝓp hominem facta creduntur, & ei esse subiecta dicuntur, & seruiũt ei dupliciter. Primò & corporalis vitę sustentationem. Secundò, ac scientiæ diuinæ ꝓfectum, inquãtum ꝑ ea q̃ facta sunt, inuisibilia dei cognoscit. Primò aũt ministerio creaturarũ hõ glorificatus nullatenus, indigebit, nec secundo, q̃ tũ, ad intellectuã cognitionẽ qm̃ illa visione sancti Deũ videbunt immediatè, & re ꝑ speciẽ, ad quã visionem oculus carnis pertingere nõ valebit idcirco, vt & ipse congruũ sibi solatiũ sortiat, habebit clarificata obiecta, ĩ q̃bus deitas tanq̃ in suis effectibus resplendebit, videlicet, Chri humanitatẽ, corpora itẽ cœlestia, & elemẽ a. Hinc & corpora ista cęlestia, & elemãtaria maiori tunc decore & claritate venustiore perfundentur, & hoc appellatur innouatio mundi. ficque simul glorificabitur

Quæstio. homo, & innouabitur mundus.

¶ Ad quæstionẽ quoq; de cessationem motuum

Obiectio. cœlestiũ corporum respondeo. De hac qõne est triplex opinio. Vna philosophorũ, quod motus cœli nũquã cessabit, sed hoc fidei obuiat, asserenti, quod certus, ac prefinitus à Deo sit numerus electorũ, quo completo, generatio hominum cessabit, & per consequens inferiorum, quæ ad hominẽ ordinantẽ. Alij dicunt, ꝙ naturaliter motus cœli cessabit, quod ẽt falsum est: qm̃ omne corpus, quòd naturaliter quie scit, naturaliterq; mouetur, habet locum, in quo naturaliter quiescit, & ad quẽ naturaliter mouetur, & à quo nõ recedit nisi per violentiã. Nullus aũt locus põt cœlesti corpori asſignari, quia nõ magis natura lis est accessus solis ad punctum orientis, q̃ recessus ab eo. Vnde motus eius aut non est naturalis totaliter, aut nõ terminatur naturaliter ad quietẽ. Hinc dicendũ, quòd motus cęli cessabit nõ ex eã aliqua naturali, sed voluntate diuina. Nã sicut iã paruit corpora cęlestia ad duo deseruiunt homini. videlicet ad necessariam sustentationẽ, qđ fit per motũ suũ localẽ, quo agit ad hoĩm multiplicationẽ, & ad gña tionẽ eorũ, q̃ hoĩs vsum, & sustentionẽ sunt ordinata, vt sunt plãtæ, aĩalia, & arbusta &c. Hinc homine glorificato, motus cessabunt cœlestes. Verũ his obij ci põt, quòd ꝑ Ieremiã dñs protestatur. Si legẽ cœlo, & terræ nõ posui &c. in q̃bus verbis insinuari vł ꝙ vicis situdo dierũ, ac noctiũ nũquã cessabit. In Genesi quoq;: Cunctis diebus frigus & æstas, nox, & dies nõ requiescent. Dicendum, ꝙ hæc, & consimilia verba scripturæ loquuntur de duratione, vicissitudine, cursu secundum statũ vitæ ꝑsentis, in quo gña tio habet cursum Finis ẽt principalis, ac vltimatus cœlestium corporũ nõ est ꝓtinuatio gñationũ, sed potius deseruire hoĩbus penes ſm ministeriũ iam ꝓtractũ, quo suo aspectu repræsentat excellentiam creatoris, & ad eius laudẽ, honorificentiãq; inducit. & ad perfectionẽ pertinet vniuersi. Nec mot⁹ est de ꝑfectione cœlestiũ corporũ, nisi inquantũ ꝑ eũ ad gñationẽ, & ꝓductionem mixtorum cooperantur. Quæstio.

¶ Porrò dũ quæriẽ, an in corporibus cęlestibus claritas augeaĩ: dicendũ, ꝙ ad hoc ordinatur innouatio mũdi, quatenus in ipso mundo innouato manifestis iudicijs Deus quasi sensibiliter videaẽ, & hõ in hoc delectet. Creatura aũt sua ſpecie, & decore, claritate ducit in Dei congitionẽ, q̃a in his relucet sapientia, & increata pulchritudo, ac supereminentia creatoris, iuxta illud lib. Sapien. A magnitudine speciei creaturæ poterit horũ creator cognoscibiliter videri. Hinc cęlestia corpora in mũdi innouatione ampliori luce, ac claritate decorabunt. Vñ super illud Isaiæ, Erit lux lunæ sicut solis septẽpliciter, ait, Glossa: Oĩa ꝓp hoĩem facta, in eius lapsu sunt peiorata. Sol quoq;, & luna suo sũt lumine minorata, qđ q̃dã intelligũt de reali luminis minoratione, & hoc diuina virtute. Alij probabiliùs hoc exponũt de minoratione luminis nõ in se, sed quantũ ad hominũ vtilitatẽ: qm̃ post ꝑctm̃ non consequitur hõ tm̃ ꝓfectũ, & fructum e lumine luminariũ cœli; sicut consequutus fuisset, si non peccasset. Et quamuis lux illa nõ sit essentialiter minorata, attn̄ realiter est augenda: ĩõ luna sua luce non causaret diem sup terrã, sicot nunc sol, & sicut luna post diẽ iudicij facere poterit. Hinc diẽ iudici nullibi erit nox super terram, sed solum in centro terræ vbi erit infernus. Sol autẽ tunc lucebit septuplum, quàm nunc. Corpora verò beatorum septies erunt sole splendidiora, quamuis hoc non sit aliqua auctoritate, aut rõne probatum. Sed ꝓ ista obijcitur: qm̃ sapiens artifex non facit maxima instrumenta propter modicum artificium, cõstituendum: homo autem est quid minimæ quantitatis, & tanquam punctum respectu cœlorũ, ergo nõ sunt propter hominem facta, nec cum eo clarificanda. Dicendum, quòd ista fuit obiectio Rabbi. Mosi, qui nitebatur probare mundum sensibilẽ nõ esse ꝓter hominem factum. Vnde auctoritates veteris testi, loquentes de mundi innouatione, atque cœlestium corporum clarificatione maiori, dixit metaphoricè esse prolatas, ita vt luminaria cœli dicãtur obtenebrari, dum homo in grandẽ cadit tristitiam, vt vix sciat, q̃d debeat agere: & econtrario asserant homini magis lucere, quando ex tristitia gravi ad magnam exultationem conuertitur. Verum opinio & expositio ista ab auctoritatibus scripturarum, ex positionibusq; sanctorum discordat. Hinc ad instantiam illam dicendum, quòd quamuis homo secun-

Obiectio.

dum

dum corpus suum sit quid minimum, quo ad corpora illa cœlestia: tamen quo ad animam suã rationalem, est maior, & dignior illis.

Quæstio. ¶ Insuper ad qõnem de innouatione, & clarificatione elementorum est rñdendum, q̃ sicut est ordo cœlestium spirituum ad terrenos spiritus seu humanos ita est ordo cœlestium corporum ad terrena. Matt. 19 Philoso. Cumq; corporalis creatura facta sit pp spiritualem, & regatur ab ea oportet similiter disponi corporalia sicut spiritualia. Hinc sicut ī vltima rerum dispositione, ac conseruatione, spiritus humani cõformabuntur angelicis: qm̃ erunt sicut angeli Dei: sic corpora elemẽtaria cœlestibus assimilabunt̃, quibus cõmunicãt in natura lucis atq; perspicui. 2. de Anima. ideo assimilatio illa potissime erit per hoc, quod elementa maiori, quàm ante claritate luminis vestientur: nõ tamen tã copiosè sicut cęlestia, sed iuxta modum eis conuenientem, quia (vt fertur) terra in superficie erit peruia sicut vitrum, aqua sicut crystallus, aer vt cœlum, ignis vt fidera, ac luminaria cœli. Nempè (vt dictũ est) innouatio mundi ordinatur ad hoc, vt homo ẽt sensu incorporalibus quodamodo per manifesta iudicia seu euidentes effectus videat Deũ. Cumq; sensus visus sit inter cæteros spiritualior, ideo quantũ ad qualitates visiuas, quarũ principiũ est lux, oportet corpora inferiora præcipuè meliorari, vt solito pulchriora, ac splendidiora consistant: ideo quo ad qualitates elemẽtares, q̃ spectant ad tactum, vt sunt calor, & frigus, non attendi tur melioratio ista. Veruntamen aer non erit clarus sicut radios fundens, sed sicut diaphanum illuminatum. Terra verò quãuis ex sua natura h3 opacitatẽ propter lucis defectum, attñ virtute diuina vestiet in superficie sua gloria claritatis. In loco etiam inferni non erit terra glorificata per claritatem, sed loco gloriæ huius continebit spiritus dæmonum, & hominum: qui licet ratione culpæ suæ sint infim, tñ specifica eminent dignitate. Deniq; abundantia illa claritatis in corporibus non causabit caliditatẽ, qa inalterabilia erunt, & qm̃ oĩa corpora tunc remanẽtia proportionabiliter clarificabuntur, vnú quodq; vc3 śm dignitatem, & speciem ordinis sui, manebit conuenientia ethatmonia ordinis vniuersi.

Quæstio. ¶ Ad qõnem demum, de remanentia mixtorum post diẽ iudicij, est dicendum, quòd cũ innouatio mundi pp hominem fiat, oportet quod, innouationi hominis conformetur, Homo autem de statu corruptionis ad incorruptionis perpetuæ transfertur quietem. Hinc mũdus sic innouabit̃, q̃ oĩ corruptione, ac trãsmutatione abiecta, in perpetua perseuerabit quiete. Vnde ad illam innouationem nihil ordinabile est, nisi q̃ ordinẽ habet ad incorruptionẽ, vt sunt cœlestia corpora & elementa, ac homines. Elementa enim. q̃uis secundum partes suas, non tamẽ secundum se tota sunt corruptibilia, Hoẽs ẽt quantum ad aĩas suas immortales incorruptibiles q; cõsistunt, quamuis corpus humanum ex natura sua sit corruptibile. Bruta verò, & plantę. mineralia, & cętera mixta secundũ se tota, quo ad corpus: & formã corruptibilia esse noscuntur: ideo non manebunt, nec spectãt ad elementorum ornatum, nisi śm statũ cursñm, & alterationem, & mutuam actionem status præsentis, Cumque obiicitur quòd pertinet ad Obiectiõ. perfectionem, & ordinem vniuersi, quòd in futuro, perficietur non destituetur. Dicendum, quòd sicut perctio hominis multipliciter assignatur, ita & perfectio vniuersi. Est enim perfectio naturæ condi tæ, & perfectio naturæ glorificatæ. Ita perfectio vniuersi est duplex. Vna secundum statum huius mutabilitatis. Alia secundũ statum futuræ innouationis Bruta ergo, & cætera mixta pertinent ad perfectionem vniuersi secundum primũ modum. Etsi Rursus Obiectio. dicatur, quod bruta, & alia mixta seruierunt homini, sicut & elementa: ergo meruerunt cum homine glorificari sicut & illa. Dicendum quòd mereri nõ conuenit irrationabilibus propriè, sed mereri, vel quasi pro merito remunerari dicũtur: quoniam homo hoc meruit vt illa meliùs aliquid sortiãtur, aut innouentur, si tñ capacia sint, & ordinem. Habeãt aũt præfata mixta naturalem appetitum semper manendi, saltem in simili secundum speciem, iuxta primum modum ordinis vniuersi, hoc est quandiu durat status seculi huius, & motus cœli, q̃ est causa eorum vltra quam manere, nec naturaliter cupiunt neque possunt. Hæc Thomas. Richard.

¶ Concordat Petrus in omnibus, & Richa. qui Richardus hic specialia scitatur, an scilicet realiter Quæstio. alia: Iosuæ. 10 Richard. idem sint purgatio, & innouatio mundi. Et videtur ei, quòd non, quia purgatio dicit impuritatis corruptionem, seu ablationem. Innouatio aũt addit sup hoc alicuius nobilitatis receptionem. Sed istud in vsu terminorum vĩ consistere. Etiam quærit, an cœlestia corpora cessabunt moueri in illo situ, in quo fuerunt creata. Respondet, vnus situs non est magis conuenies cœlestibus corporibus, quàm alijs propter se, sed propter diuersos producendos effectus. Et dum primò creatata fuerunt cœlestia corpora, alij requirebantur effectus producendi in inferiori Isidorus. 4. Reg. 20. bus, quàm nũc, & alij nunc, quàm in fine. Itaq; sicut corpora illa creata fuerunt in optimo situ pro effectibus tunc congruentiùs producendis, sic modo in optimo situ sunt ad producendum effectus nunc fiẽdos, ac congruentes, atq; in fine erunt in conueniẽtissimo situ congruenti statu in corruptibilitatis illius, quæ dispositio non fuisset ante conueniens. idcirco in eodem situ cessabunt moueri, in quo producta fuerunt. Asserit quoque, quòd sole, & luna quiescentibus tempore Iosuę, oẽs spheræ cœlestes quiescebant, aliter ordo cœlestium, ad quæ supra respõsum est. Verum cõtra hæc multa obijci possunt. Primò, quod Isidorus ait, & habetur in litera: qm̃ iudicio cõsumato, & motu cœli cęssante, sol & luna stabunt in ordine suo, quo creati sunt, ergo & orbes. Itẽ fi stantibus sole, & luna quieuerũt omnes orbes ergo, & sole sub Hezechia p decem lineas redeũte redierunt, & oẽs spheræ cęlorũ. Talia multa possunt hic tangi. ¶ Atuerò Bonaue. quærit hic Tria. Primũ Bonauen. Quæstio. tres. an corpora cœlestia remunerabuntur. Secundũ, an quietabuntur. Tertium an innouabũtur. Ad primum rñdet. Triplex est remunerabile, primum quod propriè potest mereri, videlicet animar ationalis, seu liberum arbitrium Secundum est id, quod coniunctũ est ei, vtpotè proprium corpus. Tertium est id quod ordinatur ad ipsum. i. ad eius vsum siue obsequum. Itaque sicut homo punitur tripliciter seu in tribus puta in anima, in corpore, atque in rebus sibi vtilib' ita, & præmiatur in eisdem, ideo corpora cęlestia p̃miari, non est aliud, quàm hominem præmiari in illis. Totum etenim mundum amore, ac meritis hominum el ectorum Deus faciet pulchriorem.

¶ Ad secundum respondet: In motu duplex finis consideratur, videlicet finis intra, qui est terminus, seu consumatio rei, & extra, qui est terminus intentionis sicut in motu saxi deorsum, locus terræ est finis extra: quies verò in loco, est finis, seu terminus intentionis. Quidam autem motus habent vtrunque terminum, vt motus recti, quidam habent utrunque per naturam scilicet

licet finem intentionis, in alterum verò habent rationẽ principij mouentis, vt motus circularis rotæ, quæ moueatur ad acuendum cultellum: quod enim rota, quiescat modo, vel postea: non est ei determinatum: quia semper posset moueri, si esset, qui vellet, vel posset semper mouere. Dum verò cultellus acutus effectus est, cessat mouere quia iam finis motus habetur. ita cum motus cœlestium corporum ordinetur ad complendum numerum electorum, ideo illo completo, necesse est motum illum cessare. Nam & generatio irrationalium ordinatur ad generationem hominum, & ge- Generationes quare instituta. neratio hominum ad completionẽ ciuium superorum. Denique quies est nobilior dispositio, quàm motus quis, imo motus ordinatur ad quietem tanquam ad finem, quo adepto, congruit stare motum. Ad tertium respondet sicut prælabitum est.

Philoso. Auicenna ¶ Insuper Scotus, hic multa inducit tangendo motiua philosophi. propter quæ dixit motum cœli ęternum, nec posse desistere. Et qualiter finis intelligentiarum dicatur amouere cœlestia corpora: cum tamen finis earum etiam secundum philosophum, & Auicennam sit contemplatio primæ causæ, quæ est finis earum principalis intrinsecus. Inferiora verò per motus cœlestes producere, regere, mouere, conseruare, est finis earum secundarius, & consequens primum finem: quia ex igneti exhuberantia, & plenitudine bonitatis, & perfectionis ipsarum est, quod naturale, inseparabile, ac delectabile valde est eis bonitates suas alijs communicare, vt sint non solum perfectæ in se, sed & transfundendo eam in alios. Verum de his tractatum est copiosè super secundum, qualiter dixerunt emanationem rerum à primo principio esse quodammodo naturalem emicationem ac necessariam diffusionem: & nihilominus esse intellectualem, sapientialem, & quodammodo similem emanationi artificialium ab artifice, non tamen propriè liberam. Et contra hoc prolixè arguit Gulielmus libro de vniuerso, vt patuit super secundum.

Præterea Henricus quodlibeto quarto interrogat vtrum post resurrectionem erunt aliqua indiui dua composita in hoc mundo. Respondet, Ad hanc quæstionem ex cursu naturalium rerum nil certi possumus respondere. Quemadmodum enim res naturales ex seipsis non habent esse suum, & modum essendi, sed ex mera Dei voluntate: ita defectum sui esse, ac modi essendi non expectant nisi secundum meram dispositionem voluntatis diuinæ. Idcirco philosophi ex his, quæ videbant circa statum, & dispositionem creaturam, ratiocinantes, super futuro consimilia fore, temerariam proferebant sententiam de permanentia rerũ, & durationẽ perpetua ante, & post in statu, quo nũc sunt dicente philosopho libro de plantis: Mũdus nec cessauit, neque cessabit generare animalia, & plantas, ac cætera specie suas, & omnino sol, semper agit, & stellæ, & totum cœlum, & non est timendum, quòd quiescat in aliqua hora. Hæc Henricus. Qui consequenter hanc quæstionem pręclarè prosequitur, sed prolixitatem deuitans verba eius transilio, quia iã ante præhabita sunt: si quidem ait, hanc quæstionẽ ex naturali ratione non posse verè determinari, qa ex sola reuelatione innotuit veritas eius videlicet quòd in die iudicij elementa purgabuntur, & innouationem recipient ita, quòd ignis conflagrationis terram exurens, vniuersa mixta, animalia, plantas, mineralia consumet, destruet, & in materiã primã redacturus est ea. Cætera, quæ hic scribit Hẽrici inducta sunt. Philoso.

¶ Ampliùs quodlibeto 11. scisscitatur Henricus, vtrum cessatio motus cœli post iudicium erit causa incorruptionis corporum damnatorum: Et quamuis de isto tractatum sit supra: hic tamen addẽdum est aliquid. Adam hoc ergo respondens. Aliqui, inquit, dicunt, quòd omnis realis mutatio ad motum cœlestem reducitur tanquam ad motum primum primi motoris, mediante quo virtutem motiuam influit cuilibet mouenti posteriori, sine quo penitus non mouetur, nec ageret actione naturali reali, sed bene actione, seu immutatione intentionali. Sed istud est falsum omnino. Quiescente enim cœlo, si graue esset rursum, nullo impediente motum eius deorsum, impossibile esset illud ibi quiescere quoniam esset quies violenta perpetua, nullo violentiam inferrente. Similiter cœlo stante, animal non impediretur à motu suo progressiuo, cum & Auerois dicat, quod isti motus essent in vacuo, Auerois. Similiter animalia, quæ inuenirentur in hora status cœli, semper & in æternum naturaliter viuerent iuxta opinionem huiusmodi. Cadauera quoque, quæ tunc inuenirentur, nunquam possent dissolui. quamuis ergo motus, qui requirunt principiũ extra, non essent, nec fierent, stante motu cęlitus motus tamẽ, qui habent sufficiens principium intra possent esse, præsertim quando motus causatur non tam à virtute, quàm à defectu, virtutis, cuiusmodi est motus corruptionis, potissimè quando corruptio est sine generatione. Hæc Henricus, qui istam responsionem diffusio prosequitur, quæ obuiat dictis ex Thoma: & tamen ex ea adhuc, sequi videtur, quod stuppa applicata ad ignem, stuppa non incenderetur ab igne, quod est contra articulum Parrhisiensem, vt patuit supra.

De differentia mansionum in cœlo, & in inferno.

Distinctio. XLIJ.

POst resurrectionem verò facto vniuerso impletoq; iudicio, suos fines habebunt ciuitates duæ: vna Christi, altera diaboli: vna bonorum, altera malorum: vtraq; tamen angelorũ, & hominum. Istis voluntas, illis facultas non poterit esse peccandi, vel vlla conditio moriendi. Istis in æterna vita sęliciter viuentibus, illis infęliciter in ęterna morte bene moriendi potestate dantibus: qm̃ vtriq; sine fine. Sed in beatitudine isti, alius alio præstabiliùs: in miseria verò illi alius alio tolerabiliùs pmanebit. Ex his apparet, quòd sicut boni differenter glorificabuntur, alij magis, alij minus: ita & mali differenter in inferno punient. Sicut enim in domo patris, idẽ in regno cęlorum mansiones multæ sunt, ideſt, maiorum differẽtiæ

ita

ita & in gehenna diuersę sunt mansiones, id est, suppliciorum differentiæ: Omnes tamē æternā pęnā patient, sicut oēs electi eundē habebunt denarium, quē paterfamilias dedit omnibus, qui operati sunt in vinea. Nomine denarij aliquid omnibus electis cōe intelligitur. s. uita ęterna, Deus ipse, quo omnes fruentur, sed impariter: Nam sicut erit differēs clarificatio corporum, ita differens gloria erit animarum, Stella enim à Stella, id est, electus ab electo differt in claritate mentis, & corporis. Alij eñ aliis viciniùs, clariùsq; Dei speciem contemplabuntur: & ipsa contemplandi differentia, diuersitas māsionum vocatur. Domus ergo est yna, id est, denarius est vnus: sed diuersitas est ibi mansionū, id est, differentia claritatis: quia vnum est, & summum bonum, beatitudo, & vita omniū, id est, Deus ipse. Hoc bono omnes electi perfruentur, sed alii aliis pleniùs. Perfruentur aūt videndo per speciem, non per speculum in enigmate. Habere ergo vitam, est videre vitam: id est, cognoscere Deum in specie. Vnde veritas ait in euangelio: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, esse vnum, & solū verum Deum: hoc est habere vitam, id est, cognoscere te, non ipsa cognitio, quæ tu es sed per cognitionem habere bonum, quod tu es, id est vita.

1. Cor. 15. — Math. 20.

Si omnes homines volunt esse beati.

1. Cor. 13. Iohan. 17.

Solet etiam quæri debeant itudine, vtrū eam oēs velint, & sciant, quæ sit vera beatitudo. De hoc Aug. in. xiij. lib. de tri disseruit: Mirum est cum capessendæ, retinendæq; beatitudinis voluntas vna sit omnium, vñ tanta existat de ipsa beatitudine rursus diuersitas uoluntatum, non quòd eam aliquis nolit, sed quòd non omnes eam norint. Si enim eam omnes noscerent, non ab aliis putaretur esse in uirtute animi, ab aliis in uoluptate corporis, ab aliis, atq; aliis, alibi, atque alibi. Quomodo ergo omnes amant, quod non omnes sciūt? Quis potest amare, quod nescit, sicut supra disputaui? Cur ergo, beatitudo amatur ab omnibus, nec tamen scitur ab omnibus? An forte sciunt omnes, quę ipsa sit, sed non omnes sciunt ubi sit, & inde contentio est? An forte falsum est, quod pro uero posuimus, beatè uiuere omnes homines uelle? Si enim beatè uiuere est (uerbi gratia) secundum animi uirtutem uiuere quomodo beatè uiuere uult, qui hoc non uult? Nonne uerius diceremus, homo ille non uult beatè uiuere, quia nō uult sm uirtutē uiuere, quod solū est beatè uiuere? Non ergo omnes beatè uiuere uolunt, imo pauci hoc uolunt: si non est beatè uiuere, nisi secundum uirtutem animi uiuere, quod multi nolunt. Ita ne falsum erit. Vnde nec ipse Cicero dubitauit? Ait enim: Beati certe omnes esse uolumus. Absit ut hoc falsum esse dicamus: Quid ergo? An dicendum est etiam si nihil aliud sit beatè uiuere, quàm secundum uirtutem animi uiuere: tamen & qui hoc non uult, beatè uiuere uult? Nimis quidē hoc uī absurdū. Tale. n. est, ac si dicamus: q nō uult beatè uiuere beatè uult uiuere. Istam repugnantiam qs audiat? qs ferat? & tamē ad hanc contrudit necessitas, si & omnes beatè uiuere uelle uerum est: & non omnes uoluut sic uiuere, quomodo solum uiuitur beatè. An illud ab his angustiis poterit nos eruere, si dicamus nihil esse beatè uiuere, nisi uiuere secundum delectationem suā: & ideo falsum non esse, quod nmnes beatè uiuere uelint, quia omnes ita uolunt, ut quemque delectat. Sed id quidem falsum est. Velle enim, quod non deceat, est esse miserrimum. Nec tā miserū est non adipsci, qđ uelitis, q̄ adispisci velle qđ nō oporteat. Quis ita cęcus sit ut dicat aliquem ideo beatū, qa uiuit ut uult, cū profecto, & si miser esset, minus tamen esset, si nihil eorum, quę perperam uoluisset, habere potuisset. Mala enim uoluntate uel sola miser quisquisque efficitur, sed misetior, cum desiderium malę uoluntatis impletur. Qua propter quoniam uerum est, quod omnes homines esse beati uelint, idque ardentissimo amore appetant, & propter hoc cętera quæcunque appetant, nec quisque potest amare quod oīno quid, uel quale sit, nescire nec potest nescire quid sit, q se uelle scit, sequitur ut omnes beatam uitam sciant. Omnes enim beati habent, qđ uolunt quamuis non omnes qui habent, quod uolunt, continuo sint beati. Continuo autem miseri sunt, qui uel non habent, quod uolunt, uel id habent, quod non rectè uolunt. Beatus ergo non est nisi, qui & habet omnia, quę uult, & nihil uult male. Ille quippè beatè uiuit, qui uiuit ut uult, nec male aliquid uult. Cum ergo ex his duobus cōstet beata uita, licet in malis sit aliquis bonus, non tamen nisi finitis omnibus malis est beatus. Cum ergo ex hac uita, qui in his miseriis fidelis, & bonus est, uenerit ad beatam uitam: tunc erit verè, quod nunc nullo modo esse potest, ut sic hō uiuat qūo uult. Non. n. ibi uelit male uiuere, aut uolet aliquid, qđ deerit aut deerit aliquid quod uoluerit, quicquā amabitur aderit, nec desiderabitur, quod non aderit. Et omne, quod ibi erit, bonum erit, & summus Deus summum bonum erit, & quod est oīno beatissimum, ita semper fore certum erit. Beatos autem esse se uelle omnium hominum est beatos se esse velle, omnerī corde suo vident, nec tamen omniū est fides, qua ad beatitudinem peruenitur.

Si

Si quid de Deo cognoscit aliquis, quòd ibi non intelligant omnes.

Solet ēt q̄ri vtrū aliqd de Deo cognoscat aliquis, magis meritus, vt Petrus: qđ non cognoscat aliquis minus meritus, vt Linus. Pluribus vī, quòd oīa de Deo ad beatitudinē spectantia, omnes cōiter electi cognoscāt, sed differenter. Nihil. n. in Deo noscibile maius, digniusq; vī, quàm eum intelligere trinū, & vnum: Hoc autem omnes tunc per speciem cognoscent. Vnde sequitur, vt non sit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beatorum. Omnes ergo cuncta illa videbunt, quorum cognitio seruit beatitudini, sed in modo videndi different. Alius enim alio magis, alio minus fulgebit.

alias* beati — 1. Cor 15.

De paritate gaudij.

Solet ēt q̄ri, an in gaudio dispares sint, sicut in claritate cognitionis differunt. De hoc Aug. ait: Multæ mansiones in una domo erant, s. uariæ præmiorum dignitates: sed ubi Deus erit oīa in oībus, erit etiam in dispari claritate par gaudiū, qđ habebunt singuli, cōmune sit omnibus, qa etiam gloria capitis omnium erit per uinculum charitatis. Ex his datur intelligi, quod par gaudium omnes habebunt, etsi disparem cognitionis claritatem, qa p charitatem, q̄ in singulis erit perfecta, tm quisq; gaudebit de bono alterius, q̄tum gauderet si in seipso haberet. Sed si par erit cunctorum gaudiū vī, qđ par sit oīum certitudo, quod constat oīno non esse. Ad quod dici potest, quòd beatitudo par esset si ita esset par gaudium ut etiam par esset cognitio; sed quia hoc non erit, non faciat paritas gaudii paritatem beatitudinis. Potest etiā sic accipi par gaudium, ut non referatur paritas ad intentionem affectionis gaudentium, sed ad uniuersitatem rerum, de quibus gaudebitur: quia de omni re unde gaudebit unus, gaudebunt omnes.

August. li. de. s. virginit. ca. 26. 1. Cor. 5.

Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium.

Post hoc quæri solet, si beatitudo sanctorum maior sit futura post iudicium, quàm interim. Sine omni scrupulo credendum est, eos habituros maiorem gloriam post iudiciū quàm ante: quia & maius erit gadium eorum, vt supra testatus est Aug. & amplior erit eorum cognitio. Vnde Hieronymus, Peracto iudicio, ampliorem. gloriam suę claritatis Deus demōstrabit electis. Si quem mouet quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere, si eis potest sine corporibus summa beatitudo præberi, difficilis quęstio est, nec potest à nobis perfectè diffiniri. Sed tamen dubium nō est, & raptam à carnis sensibus homiuis mentem & post mortem ipsa carne deposita, non sic videre posse in commutabilem substantiam, id est Deum, sicut sancti angeli uident, siue alia latentiori causa siue ideo, quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, quo retardatur quodammodo, ne nota intentione pergant in illud summum cęlum donec ille appetitus cōquiescat. porrò si tale sit corpus, cuius sit difficilis, & grauis administratio, sicut hæc caro, quę corrumpitur, multo magis auertitur mens ab illa uisione summi cœli. proinde cū hoc corpus iam non animale, sed spirituale receperit æquata angelis habebit perfectum naturę suæ modum obediens, & imperans, uiuifica ta, & uiuificans, tam ineffabili *facilitate ut sit ei glorię, quod fuit sarcinæ.

Hieron. super Olee. cap 6. Aug li 12. sup Gen. ad literam ca. 35. — Sapien 9. 1. Cor. 15. Augu habet* facultate.

Summa distinctionis XLIX.

SVpra tractauit Magister de iudicio generali. & aliqua tetigit de præmijs iudicandorum. hic pleniùs loquitur de mercede, & gloria electorum. Attamen in huius distinctionis exordio. etiam paululum tangit de miserijs reproborum. Itaque primò ostendit, quod sicut in hac vita distabant conuersatione, ac meritis, sic in futuro distabunt retributione, ac præmijs. Et circa hoc scilcitatur, an omnes homines beatitudinem naturaliter appetant, deinde circa beatitudinem electorum aliquas vtiles inserit quęstiones. Prima est, an in beatifica visione sit gradus, ita quòd vnus cognoscit, quod alter nescit. Secunda, an in ipso beatitudinem consequente sit diuersitas magnitudinis spiritualis. Tertia, utrum fęlicitas beatorum maior erit post resurrectionem, quàm ante.

QVÆSTIO I.

HIc quęritur primò, *Quid sit beatitudo, & in quo consistat, hoc est de eius obiecto, atque subiecto. Et primo quæri potest, an sit quid creatum, aut increatum.*

¶ Et videtur, quòd sit quid increatum: quoniam est ultimus finis, & summum bonum intellectualiū creaturarum, quarum solus creator omnipotens, & immensus, est vltimus finis, & summum bonum. Item: quoniam plenè quietat, & contentat mentem creatam, quàm contentare non valet bonum finitum, iuxta illud Augustini: Neque enim sufficit nobis finis, nisi cuius nullus est finis.

¶ In oppositum est, quòd beatitudo est operatio quædam ac formalis perfectio mentis creatæ, imo & optima actio nobilissimæ potentiæ rationalis creatur.

¶ Circa hæc multa conscribit Thomas hoc loco, sicut, & alibi, quæ pro maiori parte communia sunt, atque facilia, propter quod ipsis non arbitror immorandum. Denique de ista materia dictum est copiosè super primum, prima distinctione. Si quidem ibi in dicta de fruitione: hic possent resumi, & applicari, cum ipsa fruitio frequenter vocetur beatitudo. Itaque Thomas beatitudo, inquit, cum sit naturaliter ab omnibus hominibus desiderata, nominat vltimum fidem vitæ humanę. Finis autem cuiuslibet rei vel est propria operatio eius, vel per

operationem

operationem propriam pertingit ad finem. Cumq; propria forma in omni re sit suæ propriæ operationis principium, propria quoque hominis forma inquantum est homo, sit anima rationalis, oportet vt vel in actibus animæ rationalis beatitudo hominis cõsistat, vel in his, ad quę homo per actiones animę rationalis ordinatur, ac cõparatur, & hæc bona aiæ nuncupãtur. Hinc necesse est etiam ſm philosophos in bonis animę beatitudinem hominis collocare. Quod autem aliqui in bonis corporis fęlicitatem animæ constituerunt ratio fuit quia seipsos ignorabant, & intellectum à sensu non distinxerunt.

¶ Præterea quæritur, an beatitudo magis consistat In his, quæ sunt volũtatis, quàm in his, quę sunt intellectus. Et apparet, quòd magis sita sit ī actibus & gaudiis uoluntatis. Fęlicitas namque est optima operatio optimæ virtutes, ac supremæ potentiæ, Optima autem virtus est charitas, quæ directè concernit, ac perficit voluntatem. Voluntas quoque vi deturnobilior intellectu cũ per imperium moueat eum, imò actio intellectus sine affectionibus uolũtatis informis est. Iterum fęlicitas est perfectissima ac ítima vnio mẽtis creatę cũ Deo sed ꝓ actus, & affectus volũtatis, & charitatis ꝓfectissimè ꝓũgimur Deo. Rursus, bonum, & finis coincidunt, beatitudo autem, est vltimus finis, & maximum hominis bonum: ergo respicit voluntatem. In oppositum est quod veritas apud Iohannem testatur. Hæc inquit est vita æterna, vt cognoscãt te solum verum Deũ, atque, vt Augustinus esserit, visio est tota merces. Hinc super illud. Cum tradiderit regnum Deo, & patri, ait glossa, id est, cum produxerit credentes ad contemplationem Dei patris, vbi est omnium finis, ac requies sempiterna, ac gaudium. Sed & philosophus 10. Ethicorum, demonstrat, quòd fęlicitas est optima speculatio summi, & optimi ſpeculabilis. Et respondendum, quòd beatitudinem esse in voluntate, dupliciter potest intelligi. Primò obiectaliter, ita quod sit voluntatis obiectum, & ita in voluntate ponenda est, cum sit præcipuum bonum, quòd cupit volũtas, & vltimus finis, in quẽ maximè fertur. Secundò formaliter, ita qđ sit actio voluntatis, & ita in voluntate esse non valet. Beatitudo namque est vltimis hominis finis. Vltimus autem hominis finis accipi potest dupliciter. Vnus in ipso, & alius extra ipsum. In ipso, sicut operatio rei dicitur finis eius, cum vnumquodque sit propter suam operationẽ. Finis verò extra ipsum est bonũ, ad qđ res per suam operationem pertingit, nec quælibet operatio potest dici finis, sed illa, quæ fini exteriori primò coniungit: & hoc, quando res habet finem extra se. Tunc enim oportet quòd finis interior ad exteriorem ordinetur. Impossibile verò est, actum voluntatis esse finem vltimum alicuius: quia cum voluntatis obiectum sit finis, hoc ipsum, quod est velle, & quælibet alius volũtatis actus non est aliud q̃ ordinare aliquid ad alium finẽ: Ideo præsupponit alium finem. Hic si ipsum velle dicatur esse uolitum oportet præsupponere ante hoc aliquid volitũ esse. Non enim intelligi potest in aliqua potentia reflexio esse super propriũ actum, nisi actu suo, in quẽ fit reflectio priùs terminato, proprium per obiectũ, quod sit aliud ab actu illius potẽtiæ, aliàs oporteret in infinitum procedere. Nempè si intellectus intelligat se intelligere oportet, quòd intelligat se intelligere aliquid. Et si dicat, quòd intelligit se intelligere hoc, qđ est se intelligere, adhuc oportebit aliquid ponere in infinitum: patet ergo, quòd ipsum intelligere non potest esse primũ intellectus obiectum. Eadẽ ratione, & ipsum velle non potest primũ voluntatis obiectum consistere. Cum ergo primũ voluntatis obiectũ, ut vltimus finis, impossibile est, qđ aliquis actus voluntatis sit ipsius vltimus finis, nec dici potest, quòd assequutio finis exterioris sit immediatè per actũ voluntatis. Actus etenim volũtatis intelligitur esse ante assequutionem finis vt motus quidẽ in finẽ: post assequutionem verò, vt quietatio; nec potest esse, quòd voluntas nunc quietetur in fine, ad quem ante tendebat, nisi quia volẽs alio modo se habet ad finem nunc, q̃ ante, vel econtrario. Illud ergo quod facit volentem se hoc modo habere ad finem, vt voluntas quietetur in fine, est vltimus finis interior, qui primò coniungit finis interior, qui primò coniungit fini exteriori, velut si aliquis exterior finis sit pecunia, finis interior erit possesio pecuniæ, per quam homo se habet ad pecuniam, voluntas quietetur in ea. Cum ergo vltimus finis quasi exterior voluntatis humanæ sit Deus, nõ potest esse, quòd aliquis actus volũtatis sit interior finis, imo ille actus erit vltimus finis interior, quo primo hoc modo se habebit homo ad Deum vt voluntas sua quietetur in ipso. Hoc autem est visio Dei secundum intellectum, quia per hanc sit quasi quidã contactus Dei ad intellectum, cum omne cognitum sit in cognoscente, secundum quod cognoscitur. quemadmodum etiam corporalis tactus ad delectabile corporeum inducit quietationem effectus. Hinc vltimus finis hominis est in actu intellectus, & beatitudo, quæ est vltimus interior finis hominis, in intellectu consistit, id tamen quod est ex parte voluntatis videlicet quietatio eius in fine, qđ potest dici delectatio, est quasi formaliter complens beatitudinis rationem, tamquam superueniens visioni, in qua substantia fęlicitatis consistit, vt sic voluntati attribuatur, & prima habitudo ad finem, secundum quod, assequutionem finis appetit: & vltima, secundum quod in fine iam assequuta quietatur. Ad obiecta ergo dicendum, quòd charitas protanto uocatur altior virtus cæteris, quæ sunt in via quoniam ipsa est, quæ sunt ordinata aliàs omnes in Deũ, & ipsa est cuius est vltima quietatio in Deo in patria, hoc tamẽ ei non dat, quòd actus eius sit substantia beatitudinis, sed sit inclinatio quædã in ipsa in statu viæ, vel quietatio in ipsa in statu patriæ Insuper per affectum perfectiùs coniungitur homo Deo, quàm per intellectum, inquantum coniunctio per affectum, superuenit perfectè coniunctioni per intellectum, eandem perficiens, & decorans. nihilominus oportet, quòd prima coniuctio semper sit ꝑ intellectum. Dilectio verò priùs inclinat ad coniunctionem perfectam appetendã, quàm intellectus perfectè coniungatur, quamuis non priùs, quàm intellectus quoquo modo cognoscat: quoniam appetitus nequit esse omnino in cogniti propter qđ asserit Hugo; Scientiæ foris manet, dilectio intrat.

¶ Præterea si quæratur, an beatitudo magis consistat in actu intellectus speculatiui, quàm practici. Dicendum imo, quia vt dictum est, beatitudo hominis in actu ponitur intellectus, inquantum prima coniunctio hominis ad suum vltimum finem exteriorem, est per actum intellectus. Cognitum autem per intellectum practicum, non potest esse vltimus finis exterior: quia cognitio ītellectus practici ordinatur seu comparatur ad cognitum, sicut causa ad effectum. Porrò affectus alicuius non potest esse vltimus eius finis, quia perfectio causæ non dependet à suo effectu, sed ecõtrario. Hinc impossibile est beatitudinẽ esse in actu practici intellectus, sed in actu

intellectus

Intellectꝰ speculatiuus an melior practico. Quæstio.

intellectus speculatiui eam oportet consistere. Nã & ītellectus speculatiuus practico existit pfectior.

¶ Amplius, si quæratur, an beatitudo habeatur, in uia præsenti. Dicendum, ꝙ non nisi imperfectè: qm̃ sicut se habet motus ad terminum, & quietem, & uia ad patriam, mediumq; ad finem, ita se habet beatitudo huius viæ ad verã, & plenã beatitudinẽ patriæ. Hinc volũtas adepto eo, quod cupit, & quærit, delectatur, & quiescit ī illo, & desideriũ eiꝰ, qua si in amorẽ, & delectationem cõuertitur. Cum em̃ beatitudo sit absolutè vltimus finis, & maximũ bonum, ad quod omnia desideria, ac opera referunt, oportet quòd sit tale, ac tantum bonum, quod ipso habito nil vltra restet optandum. Vnusquisq; autẽ naturaliter appetit esse, ac permanere in bono, quod habet. Hinc beatitudo ab omnibus tale quid ponitur, quod immobilitatem, perpetuitatemque habeat, sed de ipsa immobilitate, ac perpetuitate, fœlicitatis, humanæ diuersimodè diuersi senserũt, quibusdã dicentibus, quod de ratiõe beatitudinis hominis non sit ꝑpetuitas absoluta, sed perpetuitas respectu vitæ humanæ, & ꝙ in hac perpetuitate nõ sit cõsideranda immobilitas priuans potentiam ad mutationem, sed ad actum. Et hæc fuit. Rabbi Salomonis opinio, vt primo Ethicorũ habetur. Posuit, namq; illum hominem esse beatum cuius beatitudo, continuatur usq; ad mortẽ, nec hominem posse beatũ uocari, nisi in morte: qm̃ ante mortẽ possunt ei diuersa beatitudini suæ contraria euenire, nec de illorum euentu potest certã notitiam præhabere. Hanc opinionem etiam Philosophus reprobat, quia absurdum est, quod homo dicatur beatus qm̃ iã nõ est, & nõ qm̃ est. Idcirco Philosophus ponit aliam de fœlicitate sententiam, scilicet ꝙ de ratione fœlicitatis pfectæ, ac simpliciter dictæ sit perfruitas, immobilitasq; perfecta, & hęc in vita hac haberi non valet, nisi per quandam participationem dum homo in virtutũ habitibus est firmatus, ita ꝙ facile flecti nõ possit ab actu virtutis, sed nec ista positio videtur sufficere: beatitudo namq; ab omnibus dicitur esse bonũ, & finis, atque perfectio intellectualis, seu rationalis naturæ. Hinc sicut homo est verè rationalis, & intellectualis naturæ, sic capax est veræ, & pfectæ fœlicitatis, aliàs, naturalis appetitus rationalis naturæ esset inanis, & frustra. Cum que in hac vita haberi non valeat talis beatitudo, oportet fateri, ꝙ post hanc viã possit obtineri ab homine, & hoc concesserunt omnes philosophi, q̃ senserunt animam hominis verè esse intellectualis naturæ. Qui uero senserunt eam nõ esse intellectualẽ, nisi per quandam refulgentiam ab intelligentia separata, dixerunt eam esse mortalem, nec homines posse esse, aut fieri beatos, nisi per participationem prætactam, cuius stultæ, ac impiæ opinionis absurditas, clarè, ac plenè ostensa est super secundum, vbi uera intellectualitas, ac immortalitas aiæ euidenter est demonstrata. Aristotiles autem primo Ethicorũ de prætacta fœlicitate præsentis uiæ determinat aliam, quæ post hanc uitam est, non affirmans, nec negans. Hæc Thomas in Scripto. Cuius huic ultimo dicto objici potest, quod platonici cũ principe suo Platone dixerunt animam humanam uerè esse rationalem, atque essentialiter intellectualem, nunquam tamen perpetuè, immobiliterq; beatam, imo iugiter post determinata temporum interualla relabi ad corruptibile corpus, ut patet in Mennone, ac Phædone, Platonis, & tangitur in Timeo, iccirco uerbum hoc Thomę de Peripateticis ueritatem sortitur.

Rabi Salamon.

Philoso.

Philoso.

Philoso.

Obiectio.

Idem.

¶ Insuper circa hæc adhuc alia multa interrogat Thomas, ad quo breuiter poterit responderi. Itaq: primò quęrit, vtrum beatitudo sit quid increatum Secundò an sit actus. Tertiò, an sit idẽ, ꝙ uita æterna. Quartò, an sit idẽ, quod pax. Quintò, an sit idem quod regnũ cœlorum. Ad primum respõdet, quòd beatitudo, quæ est finis noster exterior, in quo nostra interior cõsistit fœlici as, est summũ, & increatum bonum, quod est obiectum, & causa totius nostræ fęlicitatis principalis. Beatitudo vero ĩterior, q̃ est actio, ꝙ q̃ illi obiecto immediatè, principaliter, formaliterq; coniungimur, est bonum creatum. Ex quibus patet ad secũdũ solutio, quia beatitudo ista formalis interior est actus, & sicut iã patuit essentialiter est actio intellectiuæ potentiæ, ac habitꝰ intellectualis, vc3 sapientiæ, quæ est primum, atq; dignissimum donum inter septem dona spiritussancti. Perfectio enim, & meritũ magis consistit in actu, q̃ habitu, vt patuit. Hinc quoq; secundũ Philosoppũ 10 Ethicorum, fęlicitas est optima opatio optimæ potentiæ, ac perfectissimi habitus ſm statũ pfectũ. Ad tertiũ respondendum, quòd beatitudo est vita æterna, loquendo de vita gloriæ, nõ de vita naturæ, aut gr̃æ, ꝓut gr̃a a gloria distinguit̃, utpote prout gratia ẽ formale, & supernaturale principiũ ꝓmerẽdi: vitã quoq; sumẽdo ꝓ vita secũda. i. actione vitali.

Philoso.

Augustin.

¶ Ad quartũ dicẽdum, quod ſm Augu. 19. de Ciuitate Dei, Pax omnium rerum est tranquillitas ordinis, iccirco ex hoc ratio pacis accipitur, ꝙ aliqd ab ordine recto non impeditur. Tranquillitas em̃ perturbationẽ impedimenti excludit. Pax autem percipiẽ respicit ordinem, quo voluntas in aliqd ordinatur. Operationem verò, in qua beatitudo ꝑsistit, oportet esse nõ impeditã. Vñ & delectatio operationem perfectã consequens, causatur ex opatione non impedita, ut dicitur 7. Ethicorum. Ideo ad beatitudinem requiritur pax, non quæ sit essentia beatitudinis, sed sicut eorũ remotio, quæ sunt beatitudinis impeditiua, & quoniã ex hoc ipso, quòd aliquid desideratur, appetitus refugit eius contrarium, ideo sicut omnes beatitudinem naturaliter appetunt, etiam naturaliter refugiunt eius impedimenta, & hoc est eos naturaliter pacẽ appetere, ꝓpter quod loquitur Augustinus, Dicere possumus finem nostrorum bonorum esse pacem.

Philoso.

Augustin.

¶ Ad quintum dicendum, qđ nomẽ regni a regẽdo acceptum est. Regere autem est prouidẽtiæ actiõ ſm hoc aliquis dicit regimẽ habere, quòd alios sub sua prouidẽtia habet, & ſm hoc homines in regno Dei esse dicuntur, quòd eius prouidentiæ perfectè subdunt̃. Prouidẽtiæ verò est ordinare in finẽ Ordinatur quoque in finem tam ea, quæ distãtia fine, quàm ea, quę assequuta sunt finem, secundũ ꝙ in fine conseruatur. Cũque finis sit ꝓuidẽtiæ regula illa perfectè ꝓuidentiæ subsunt, q̃ in ipso fine sunt collocata, in ꝙbus nihil aduersuũ ab recto ordine esse põt. Distantia uero a fine, secundum hoc magis aut minus ꝓuidẽtiæ subsunt, ſm ꝙ magis, aut minꝰ elungantur a fine. Via demũ peruenienti ad beatificum finẽ, est fides per dilectionẽ operãs. Hinc regnum Dei, quasi antonomatice dupliciter dr̃, quãdoque uidelicet cõgregatio eorum, q̃ ambulãt per fidẽ, puta ecclesia militans, quãdoq: eorũ collegiũ qui in fine sunt stabiliti, id est triũphãs ecclesia, & sic esse in regno Dei, idẽ ẽ, ꝙ esse ī beatitudine, nec differt secundũ hoc regnum Dei a beatitudine, nisi sicut bonum cõmune a bono singularis personæ.

Gal. 5.

Quæriť quoque, an homines uniuersi beatitudinẽ naturaliter appetant, & utrũ miseriam naturali-

Quæstio.

ter fugiant. Ad primum dicendum, quòd in ordine mobilium, & mortuorum oportet secũdos motores ordinari in finem primi motoris, per dispositionem eis impressam a primo motore, vt dum anima mouet manum, & manus baculum, & baculus aliquem lædit, sed hoc distat in motibus naturalibus, & violentijs, quòd in motibus violẽtis impressio relicta a primo motore, in secundis motoribus est præter naturam eorum, propter quòd operatio sequens est laboriosa. In motibus vero naturalibus impressio talis est naturalis in secundis motoribus propter quod operatio sequens existit conueniens
Sapien. 8. Vnde in libro Sapientiæ habetur, quòd Deus omnia disponit suauiter: quoniam vnaqueq; res ex natura sibi diuinitus indita, tẽdit ad id, ad quod ex diuina prouidentia ordinatur. Cumq; cuncta procedant a Deo, inquantum est bonus, ideo cũcta creata secundum impressionem a creatore receptam, inclinantur in bonum appetendum secundum modum suum, quatenus sic in rebus inueniatur circulatio quædam, dum egredientia a bono reuertuntur, ac tendunt in bonum. Hæc demum circulatio in quibusdam creaturis perficitur, in alijs remanet imperfecta. In intellectualibus enim ꝑficitur, quæ cognoscendo, ac diligendo conuertuntur in ipsum in alijs non. Nec omnes nouerunt, & appetunt beatitudinem secundum distinctam; & propriam rationem ipsius, sed secundum rationem cõmunẽ, ꝓut apprehendunt eam tanquam potissimum, quoddã bonum siue hoc putant, esse diuitias, siue voluptatẽ aut aliud aliquid.

Quæstio. ¶Ad aliam partem quæstionis, videlicet, an quis miseriam possit appetere respondendum, quòd operatio causæ secũdæ semper fundatur super operationem causæ primæ, & ꝑsupponit eã. Hinc oportet vt omnis operatio animæ procedat ex suppositione eius, quod inditum est animæ ex impressione primi agentis. Nam & intellectus ad nihil intelligẽdum potest procedere, nisi ex cognitione principiorum naturaliter cognitorum. Cumq; ex diuina impressione naturaliter competat animæ appetere bonum, & finem vltimum tanquam bonum perfectum, impossibile est, ut in eius appetitum cedat contrarium malum. Hinc nullus potest miseriã velle, nec malum, nisi per accidens, utpote appræhendendo illud sub ratione alicuius boni.

¶Præterea quæri potest, an quis appetendo beatitudinem, mereatur. Et rursus, vtrum omne, quod quis vult, propter beatitudinem velit. Et respondẽdum ad primum, ꝙ bonũ, ꝙ obiectũ est volũtatis, est in rebus iuxta philosophum 6. Metaph. Iccirco oportet, quòd voluntatis motus terminetur in rẽ extra animam existentem. Et quãuis res, prout est
Philoso. in anima, possit considerari secundum rationẽ cõmunem: attamen res extra animam esse non potest secundum rationem communem, nisi cum additione propriæ rationis. Hinc oportet, quòd quandocũque voluntas fertur in aliquid bonum, quòd ferat in aliquod bonum particulare determinatũ. Similiter quandocunq; fertur in summũ bonũ, ꝙ feratur in summum bonũ huius, aut illius ratiõis quãuis autẽ ex naturali inclinatione volũtas habet, vt in beatitudinem feratur secundũ cõmunem rationem, tñ quòd feratur in beatitudinem talem, vel talem, hoc non est ex sola inclinatione naturæ, sed per discretionem rationis, quę adinuenit in hoc, aut in illo constare summum hominis bonum, ideo quandocunque aliquis beatitudinem actualiter appetit, cõcurrunt ibi appetitus naturalis, & appetitus ratiõalis, atq; ex parte appetitus naturalis semper est ibi rectitudo, sed ex parte appetitus rationalis quando que est ibi rectitudo, quando videlicet appetitur beatitudo vbi verè est. Interdum peruersitas, vt qñ appetitur vbi verè non est sicq; in appetitione beatitudinis potest, quis promoueri adiuncta charitate, & gratia, vel demereri secundum quod ipsa appetitio recta est, aut peruersa.

Philoso. ¶Ad secundum dicendum secundũ Philosophũ 7. Ethicorũ, quod in ordine appetibiliũ, seu agibiliũ ita se habet finis, sicut principiũ in speculabilibus. Cũq; in oĩ genere id, ꝙ é primũ, & maximũ causa sit posteriorũ cognitio principij ĩ speculationibus est causa cognitionis oĩm aliorũ. Similiter appetitio finis, est causa appetẽdi alia cuncta, quę sunt ad finẽ. Hinc cũ beatitudo sit finis vitæ humanæ, quicquid uoluntas appetit facere, ad beatitudinẽ ordinat, ꝙ ẽt experimentaliter patet. Quicunq; enim apperit aliquid, appetit illud inquantum est bonũ æstimatũ. Per hoc verò, ꝙ aliqs habet aliqd, ꝙ æstimat bonũ, reputat se beatitudini propinquiorẽ: quia addito boni super bonũ, facit magis appropinquare bono ꝑfecto, quod est beatitudo. Hinc quælibet appetitio in beatitudinẽ ordinatur, non tñ quælibet recta est: qa ad hoc, qđ volũtas sit recta, duo exigũtur. Vnũ ꝙ sit debitus finis. Aliud, vt id, qđ ad finẽ ordinatur, proportionatũ sit fini, quamuis aũt oĩa desideria ad beatitudinẽ referantur, tñ contingit utroque mõ desideriũ esse peruersum. Primò, si appetatur beatitudo nõ vera. Secundo, si quæratur ꝑ media improportionata. Hæc Thomas in Scripto. Qui de his copiosè, ac rationabiliter scripsit in Sũma contra Gentiles libro 3. vbi multipliciter probat, ꝙ beatitudo nõ põt verè, essentialiterq; cõsistere in actu aliquo voluntatis, prout insta tangetur.

Petrus. ¶At uerò Petr⁹. Duplex est, inquit beatitudo vna increata, quæ beatificat obiectiuè. Alia creata, quæ beatificat formaliter, & est operatio optima &c. Si aũt inuestigetur, an sit actus intellectus, vel potius
Augus. voluntatis. Dicendũ secũdũ Augustinũ, fruiẽ cognitis, in quibus uolũtas ꝑp se delectata quiescit. Cum ergo beatitudo sit in fruitione perfecta intellectus, & in cõpleta cõplacentia uolũtatis cognitio uerò, & affectio, seu cõplacentia habent ordinẽ naturalẽ Cognitio enim est affectionis origo, & affectio
Iohan. 17 est cognitionis perfectio. Hinc beatitudo est in actu intellectus originaliter, & in actu volũtatis cõpletiuè. Vñ qđ ait saluator. Hæc est vita æterna, vt
Augus. cognoscãt te, intelligẽdũ ẽ de cognitiõe exprimẽta li, q̃ amorẽ cõplectiẽ, nõ de simplici notitia. Qđ itẽ
Richard. Quæstio. loquiẽ Aug. Visio est tota merces, intelligiẽ ꝑ causã non per essentiã. Hæc Petrus, ex quibus uidetur sensisse, qđ beatitudo principaliter in actu uoluntatis sit sita, qđ fruitio sit essentia fœlicitatis, non uisio.

¶Præterea Richardus inter cætera scisciẽt, utrũ beatitudo sit actus animæ tantũ, uel totius hominis Respõdet, quod est actus animæ tantum. Nã & manet in anima separata, & inest potentis inorganicis q̃ sunt intellect⁹, atq; volũtas, & sic cõuenit toti homini rõne partis audire, atq; videre, & similes actus organicarũ, & materialiũ potentiarũ conueniunt immediatè toti cõposito. Hæc Richard. Qui etiam quærit, utrũ beatitudo sit actus intellectus, & uolũtatis simul. Respondet, quòd imo, quia essentia beatitudinis vitæ hũanæ ꝓsistit in uniõe ꝑfecta animæ rõnalis cũ Deo, q̃ unio includit actũ utriusq; potẽtiæ huius. Nã sicut Deus sub ratiõe primi, & summi veri obiectũ est intellectus, ita sub rõne summæ bonitatis obiectum est voluntatis. Et quamuis ãia rõnalis

nalis Deo immediatè non frueretur, nisi ipsum immediate videret: tamen immediatum obiectum uoluntatis eius non est visio summi boni, sed ipsummet summum bonũ. Amplius quærit, an beatitudo principaliùs consistat in actu intellectus. Respondet, ꝙ non, sed in actu uoluntatis. Per eandem namq; virtutem, per quam res mouetur ad terminũ, quiescit in termino, ergo sicut per voluntatem principaliùs mouetur ad Deum, hoc est per charitatem, cuius subiectum est voluntas. ita per voluntatem, & charitatem principaliùs quiescit in Deo. Quietatio aũt in Deo est ipsa beatitudo. Rursus, cũ charitas sit (absolutè loquendo) nobilissimus habitus, actus eius est nobilissimus actus. Nobilissimus autẽ est ipsa fęlicitas. Hæc Richardus. Qui etiam scribit, quòd beatitudo principaliùs consistit in actu intellectus practici, q̃ speculatiui: quoniam cognitio ad beatitudinem pertinens, ordinatur ad dilectiõem. De hoc tamẽ fatetur, quòd intellectus propriè dicitur practicus: quoniam ordinatur ad opus, seu operationem transeuntem in exteriorem materiam, & intellectus, qui ordinatur ad dilectionem, non ad exteriorem operationem, nõ dicitur propriè practicus
Quæstio. Bonauen. sed potius affectiuus.

¶Circa hæc quærit Bonauentura, vtrum omnes appetant beatitudinem veram. Respõdet, Duo sunt quæ faciunt appetitum, videlicet conuenientia appetibilis, & indigentia appetentis. Quoniam ergo anima rationalis creata est ad imaginem, & similitudinem Dei, capax est suffiuientis simi boni, & per hoc est ibi conuenientia magna. Ipsa quoq; anima sibi in se, & per se non sufficit, imo sic vana, deficiẽsq; consistit, & ita est ibi indigentia magna, ideo dico, quòd anima veram beatitudinẽ naturaliter appetit. Et si obijciatur, quòd nihil potest appeti nisi cognitum, multi autem beatitudinem veram non nouerunt. Dicẽdum, quòd sicut duplex est instinctus
Obiectio. ad bonum, puta in generali, & speciali, sic duplex est appetitus, & dictamẽ boni in generali, velut ex cognitione naturali, & quantum ad hoc, non est error. Dictamen verò in speciali illius, aut istius, nõ est omnino ab habitu naturali, sed per subsumptionem factam a ratione deliberante, & in hoc potest error contingere. Similiter de appetitu intelligẽdũ Omnes ergo habent appetitum beatitudinis veræ in generali, & habẽt cognitionem in generali: quoniam oẽs tenet, quòd beatitudo sit bonum sufficiẽs sed sufficientiã talem, quidam sibi erroneè constituunt in delicijs, quidam in diuitiis, alij in honoribus. Porrò dum quæritur, an beatitudo sit solum in
Quæstio. anima. Dicendum, quòd imo, loquendo de inexistẽtia per inhærentiam, non autem loquendo de ineDio. Car. xistentia per redundantiam, quia sic est in corpore. Hæc Bonauentura.

¶Aliqui verò dicunt, quòd beatitudo præmij essentialis sit solum in anima. Beatitudo vero præmij accidentalis, & gaudium de bonis creatis, communicatur, & corpori. Nec obstat, quòd contra hoc obiiciunt, quia vt asserit Augu. beatè viuere est bo-
Augus. nis votis, certisq; gaudere. Gaudium autem, & dolor secundum eundem 14. de Trinitate, sunt animę Hoc enim intelligi potest de dolore contritionis, q̃ est in superiori affectiua, & gaudio intellectuali, ꝙ suo modo opponitur, non de dolore, qui est sensitiui passio appetitus, qui etiam passio est animæ originaliter, denique supra iam dictum est, qualiter non solum interiores, sed & exteriores sensus suas habebunt delectationes non mediocriter magnas sic & appetitus sensitiuus concupiscibilis, ac irasci bilis, competentibus sibi voluptatibus replebũtur.

¶Insuper super secundum expositum est quare, & quo modo secundum Bonauenturam, voluntas sit nobilior intellectu, atq; ob id in actu voluntatis beatitudo principaliter sit consistens, & de hoc ẽt dictum est super primum. 1. Distinctione.

Albertus. ¶Albertus quoque hic Scribit: Beatitudo multipliciter dicitur, non vniuocè, neq; æquiuocè, sed secundum priùs, & posteriùs. Dicitur enim secundũ statum perfectionis viæ, & secundum statum perfectionis patrię. Et secundum statum perfectionis vię tripliciter, utpote largè, propriè, & per causam. Pro priè quoque dicitur dupliciter: videlicet secundũ virtutem moralem, & secundum virtutem intellectualẽ. Ideo Aristotiles in Ethicis duos fecit libros de fœlicitate, primũ de fœlicitate morali, secundũ de fœlicitate intellectuali. Fœlicitas autem moralis
Philoso. adhuc dupliciter dicitur, vtpote secundum suum esse, & secundum maximum posse. Secundum suũ esse fœlicitas est actus secundum perfectã animi moralẽ virtutẽ, cuius diffinitionis intellectus secundum Cõmentatorem est iste, Animi virtus non est nisi virtus perficiens animum in agẽdo. Cumq; animus idem sit, quòd mens, prout ibi accipit, erit animi virtus mentis. Et hæc est, quę ponit animum in supremo, & hæc virtus est prudentia in sufficientia tanta, vt & se, & alios sufficiat regere. Probat quoque Philosophus, quòd prudentia nequit perfectè haberi secundum actum perfectum, nisi omnes aliæ morales habeantur virtutes, vt 6. li. Ethicorum. Supponit ergo perfecta prudentiæ practica ꝑ
Philoso. fectionem cæterarum virtutum. Si autem fœlicitas ista sumatur secundum maximum suum posse, tũc erit in maximo hominis bono operatio prudentię non impedita, & hoc bonum est bonum gentis, nõ vnius hominis tantum, aut ciuitatis, & hoc, impedimentis amoris, quæ sunt tria, videlicet impotentia, paupertas, & infortunia periculorum, aut mortis, in se, aut in amicis. Et sic dicit Commentator, ꝙ translatum est de græco, quòd potestas, atq; diuitię & amicorum fortunæ, deseruiunt ad fœlicitatem organicè. Et Alphorabius in Cõmẽtario ait Arabico, quòd impotentia, & paupertas, & infortunia ꝑ nepotum contristant beatitudinem, ficq; impediũt optimum actum beati. Fœlicitas quoque contemplatiua, dupliciter dicitur, puta secundum suũ esse, & secundum suũ maximum posse: & secũdum suũ esse consistit in perfectione actus intelligentiæ speculatiuæ circa delectationes contemplationis, quæ non habent contrarium, ut patet 10. Ethicorũ. Perfectio autem speculatiuæ scientiæ consistit in sim-
Auerrois plicium substantiarum speculatione, præsertim primæ, ac summæ substantiæ, atq; secũdũ suũ maximè posse habet hanc speculationem cũ remotione impedimentorum intus, & extra, sicque virtutes morales conferunt ad beatitudinem contemplatiuam, & abundantia, id est, sufficientia exteriorum rerum, & locus solitariùs, & libri, & hmõi ꝑp ꝙ dicit Auerrois, ꝙ hæc est fœlicitas heremitarũ. Largè vero dr felicitas, qđ ꝓstat ex appetibilibus, quia ni-
Matt. 5. hil põt mouere appetitũ nisi ẽm qđ habet speciẽ verã, aut vmbraticã, i. apparentẽ alicuius eorum, quæ beatificant: verè sicque oẽs appetunt beatitudinem q̃is nõ quærãt eã vbi vere ꝓsistit. Beatitudo demũ ꝑ cãm tripliciter dicit, vtpote cõmuniter, propriè ac proprijssimè. Cõmuniter, sicut timor Dei, ac luctus. Propriè, sicut excellẽtiores actus virtutũ, de q̃ bus dñs apud Matthæũ ait: Beati pauperes spũ &c. Proprijssimè, pseuerãtia in merito bono, & excellẽ

ri secundum actum, sicq; sumitur beatitudo a beato Basilio super principium psalterij, ubi ait: Beatus uir, qui non abijt, non, qui non uadit. Qui enim adhuc in uia hac degit, nunquã beatificari põt pp dubios exitus uitæ, qui omnibus ad impletis, quæ mandata sunt, finem pacificum cũ iustitiæ operibus ad impleuit, hic iã sine discrimine vllo beatificari põt, & egredi. Beatitudo autem secundum statum patriæ est in inhærendo Deo, & in habendo in ipso omnia, quæ appetunt, quã beatitudinẽ diffinit Boethius dicens Beatitudo est status omniũ bonorum aggregatione perfectus. Deniq; beatitudo dupliciter põt considerari, uidelicet in sua essentia, & in ratione beatificatiua eorũ, quæ sunt in ea. Primo modo est duplex, puta creata, & increata. Secũdo mõ quodlibet beatificatiuũ habet imitationẽ aliq̃ beatitudinis increatæ, secundũ quod est exemplũ beatitudinis primæ, ut dicit Anselmus in libro de casu diaboli. Verum multi talia appreciantur tanq̃ uerè beatificatiua, & deuiant. Vnde sup principiũ psalterij fatur Basilius: Imperiti homines dum beatam ignorant naturam, nec diligunt eam, interdũ beata esse existimant, quæ nullius momẽti sunt puta diuitias, & honores, atq; delicias, per quæ plures corrumpuntur, quã uirtuosi efficiantur. Hæc Albe.

¶ Præterea circa hæc Scotus multa conscribit, at que ad istud respondens, an beatitudo per se consistat in actu uoluntatis, aut intellectus. Omnes, inquit, tenentes beatitudinẽ consistere in operatione, id est, actione immanente, tenent, quòd consistit in aliqua operatione partis intellectiuæ, prout cõtra sensitiuã distinguitur partem, quia immaterialis potentia potest per suam operationem attingere perfectum, & summum bonum, in quo solo obiectiuè consistit beatitudo. Diuersitas uerò est in cuius potentiæ talis actu consistat. Nam una tenet opinio, qd principaliter, & essentialiter in actu intellectus, in actu uero uoluntatis tanquam in quadam perfectione extrinseca superueniẽte uisioni. Cõtra istud obijcitur finis extra est simpliciter optimũ, ac sum mè uolendum ergo inter ea, quę sunt ad ipsum, id quod est sibi immediatius, est magis uolendũ, hoc antem est uelle. Item uoluntas potest proprium, actum uelle, quemadmodũ intellectus potest actum proprium intelligere, ergo uult suum uelle propter intelligere, aut econtrario, aut neutrum, propter alium, & loquor de uelle ordinato. Non primũ quia secundum Anselmum libro cur Deus homo, primo capitulo. Ordo peruersus esset, uelle amare ut intelligeret. Nec tertium, qa ĩ rebus ordinatis ad finem eundem, est aliquis ordo inter se tãquam ad finem sub fine, ergo secundum, & hoc uult Anselmus. Amplius, si beatitudo extra sit summè volenda, ergo illud maximè est beatitudo intra, quod inter intrinseca est summè uolendum, & hoc est aliquod velle. Plus namq; appetit uoluntas perfectionẽ sui in ultimo fine, quàm perfectionem intellectus. Hæc Scotus. Qui simpliciter tenet, quòd beatitudo tam viæ, quam patriæ consistat in actu voluntatis, & sit ipsa fruitio, & quod uoluntas sit suprema vis animæ, specialiter quoq; mouet motiua sancti Thomę & soluit vt potest. Præterea fateor, quæstionem hãc esse difficilem, & pro utraq; parte habere rationes apparentiæ magnæ, atq; ut quod uerum est fateor, hoc præsertim me mouet, quòd absolutè loquendo charitas uidetur esse nobilis simus habitus nobilis simos quoq; actus habere in mẽtibus creatis, tã viatorum, quàm comprehensorum. Vnde (ut etiã sanctus Thomas concedit) perfectio realiter consistit in actu charitatis, cui & premium essentiale correspondet, & ille simpliciter melior est, & Deo acceptior, qui est in charitate perfectior. Nihilominus sicut in alijs locis, ita & hic teneo cũ sancto doctore, quòd beatitudo consistit in actu intellectus formaliter, & verè realiter, ad quod alibi multæ auctoritates scripturæ canonicæ, ac sanctorum inductæ sunt, quæ hoc apertissimè protestantur, præsertim, quòd ueritas ipsa testatur. Hęc est uita æterna, vt cognoscant te, & quod pro beatifico præmio omni electo promittit. Manifestabo ei meipsum. Et rursus ad patrem, uolo ut sibi sum ego, & illi sint mecum, ut uideant charitatem meã. Hoc est, quod Apostolus loquitur: Videmus nunc per speculũ in enigmate, tũc autem facie ad faciem. Et Archiapostolus: In quem nunc non uidentes creditis, uidentes autem exultabitis gaudio inenarrabili. Iohannes item Apostolus: Nunc, inquit, filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus quoniã cũ apparuerit, similes ei erimus, quia uidebimus eum sicuti est. Ecce in euidenti, ac faciali deitatis intuitione constituit beatificam assimilationem nostrã cum Deo. Vnde & denuo protestatur. Scimus quoniã filius Dei uenit, & dedit nobis sẽsum, vt cognoscamus verum Deum. In hac superbeatissimæ deitatis clara inspectione, omnes sancti suam posuerunt salutem, ad illam summè, & finaliter aspirauerunt, eam finaliter desiderauerũt, sicut vnus ex eis testatur. Ostende faciem tuam, & salui erimus. Et senior eo, loquens ad dominum. Si, inquit, inueni gratiam coram te, ostende mihi faciem tuam. Vnde, & sanctus Hieronymus beatificè coronatus, Augusti no sancto apparens: Tota, ait, beatitudo nostra est Deum videre, nec est unus nostrum beatior alio, ni si inquantum faciẽ Deitatis clariùs videt. Hoc sancti viri, Augustinus, Bernardus, Hilarius, ac alij plures, concorditer conscripserunt. Deniq; intellectũ esse uoluntate præstantiorem, hoc solo ostenditur quod ab intellectiua perfectione speciẽ homo sortitur, certumq; est, quòd omnis natura in cœlo, & in terra speciem sortiatur a sua perfectione intrinseca, essentiali, eminentiori. Restat ergo soluere argumenta magis, vrgentia, ad quæ dico, quòd non in qualicunq; Dei cognitione cõsistit fœlicitas, sed in eius cognitione formata, saporosa, vnitiua & effectiua, quæ cognitio est elicitus actus doni sapientię salutaris, quæ nunquã est, nec esse potest informis, imo ex se, atq; ex propria ratione, ac specie, & essentiali intrinseca proprietate est formata, vnitiua, & affectiua notitia, flãmigera, & suauis, afficiẽs, dulcificans, & delectãs vim intellectiuam, ita quòd ista non solum conueniunt ei ex charitate adiuncta quãquam ex charitate, & actibus eius, præsertim interioribus, magis ornetur, & perficiatur, quẽ admodum etiam charitas ex refulgentia sapientiæ super eam actuatur, ascendit, perficitur. Nempe sicut connexæ sunt potentiæ istæ ita, & habitus actus que earum. Insuper dico, quòd cognitio ista dilectionem virtualiter includit, & efficaciter suo modo exerit, seu producit, & delectationem inducit. Quamuis ergo loquendo de sapientia ista, & de eius actu, qui est cognitio Dei, secundum, id quod essentialiter sunt, charitas, & eius, affectio seu fruitio prę mineant, nihilominus loquendo de sapientia, & cognitione hac secundum potestatem efficaciam, effluentiam ambitũ, & vigorem earum, præfulgent, & eminent, includunt, & cõtinẽt charitatẽ, ac dilectionẽ, & ipsa amorosa affectio, ac beata fruitio cõcommitanter, & completiuè se habent ad eas. Et

iuxta

Basilius. Psalm. 1.

Quinã beatificari potsit.

Boethius.

Anselmus. Basilius.

Scotica. Quæstio.

Obiectio.

Anselmus

Dio Cart.

Charitas nobilissimi habitꝰ.

Beatitudo in actu intellectus consistit.

Iohan. 17. Iohan. 14

Iohan. 17. 1. Cor. 13. 1. Petri. 1. 1. Iohan. 3.

1. Iohã. 5.

Psalm. 79. Exo. 33.

Hierony. August.

Hilarius. Bernard.

Intellectꝰ voluntate ꝑstantior.

Prouer. 3. Sapien. 7.

Distantia beatitudinis creatę ab increata.

Dio. Car. & Thoma contra positiones scotisticas.

Aquinas.

Beatitudinẽ esse naturaliter in actu voluntatis impossibile.

Desiderij quid.

iuxta hunc modum, nec aliter tam veraciter verificantur, quæ in scripturis de excellentia, & præminentia, ac beatificatione sapientiæ asseruntur, vt cum Salomon ait? Omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari, de qua re in libro. Sapientię multa leguntur. In huius sapientiæ contemplatione tam pura, tam clara tam immediata, tam affectiua, tam fœcundissima, causalissima, ac delectabilissima, viri heroici sancti, perfecti suam beatitudinem statuerunt. Denique sicut beatitudo creata ab increata beatitudine distat, & differt in entitate, & dignitate, ita & in simplicitate: qm̃ increata beatitudo in se verè, ac purè est simplex, nec in ea distinguunt realiter intuitio dilectio fruitio, delectatio, nec vnũ ꝑficitur alio. sed in beatitudine creata sũt ista distincta, atq; ab inuicem mutuò perficiuntur.

¶ Verum quoniam Scotus hic specialiter recitat & impugnat rationes sancti doctoris, primò tangam eadem. Itaq; in Summa contra Gentiles libro 3. Impossibile, ait, est fœlicitatem animę consistere non in cognoscendo, sed in amãdo Deum, aut in actu aliquo voluntatis. Cum enim beatitudo sit proprium bonũ intellectualis naturæ, oportet, ut secũdum id intellectuali naturæ conueniat, quod ei est proprium, vt est intellectualis naturæ. Præterea in omnibus potentijs, quæ mouentur a suis obiectis, obiecta naturaliter sunt priora actibus potentiarum illarum, quemadmodum motor naturaliter prior est, quàm moueri ipsius mobilis. Talis autem potentia est voluntas: Apetibile enim mouet appetitum. Obiectum ergo voluntatis naturaliter priùs est, quàm actus eius. Primum ergo eius obiectum præcedit omnem ipsius actum, ergo actus voluntatis non potest primum volitum esse; hoc autem uidelicet primum volitum, est vltimus finis, qui est beatitudo. Insuper in omnibus potentijs, quæ possunt redire, seu reflecti super proprios actus, priùs oportet, quòd actus illius potentiæ feratur in aliud obiectum, deinde in suum actum. Si enim intellectus intelligit se intelligere, oportet, quòd ante hoc intelligat rem aliquam, & consequẽter intelligat se intelligere. Primum igitur intellectum, id est res, quæ primò intelligitur, non est ipsum intelligere, sed res aliqua intelligibilis, sic quoque oportet, quòd primum volitum nõ sit ipsum velle, sed aliud bonum. Primum autem volitum intellectualis naturæ est beatitudo. Nam propter hanc volumus, quicquid volumus. Impossibile ergo est, fœlicitatem naturaliter in actu voluntatis consistere. Amplius, unumquodq; secundum ea, quæ constituunt substantiam eius, habet suæ naturæ virtutem, & veritatem. Vera autẽ beatitudo non differt a falsa secundum actum voluntatis. Nam eodem modo se habet voluntas in desiderando, vel amando, aut delectando, quicquid sit illud, quod sibi proponitur, ut summum bonũ, siue verè siue falsè. Vtrum autem sit verè summũ bonum, quod tale proponitur, vel falsè, hoc differt ex parte intellectus. Fœlicitas ergo in intellectu essentialiter magis consistit. Adhuc, si actus aliquis voluntatis esset ipsa fœlicitas, hic actus esset desiderare, aut amare, aut delectari, & constat quod non desiderare, cum desiderium sit rei nondũ habitæ: nec amare, quoniam bonum amatur non solum quando habetur, sed etiam quando non habetur. Etenim ex amore causatur, quòd non habitũ desiderio quęritur. Et si amor iã habiti perfectior sit, hoc inde causatur, quòd bonum amatum habetur. Aliud ergo est habere bonum, quod est finis quàm amare, quòd ante habere est imperfectum, post habere perfectum. Similiter, nec delectatio est finis. Nam habere perfectum. Similiter nec delectatio est finis. Nam habere bonum, est causa dilectionis, dum vel bonum nunc habitum sentiemus, vel dum priùs habitum memoramus, aut dum in futuro habendum speramus: Hinc delectatio non est vltimus finis, nullus ergo actus volũtatis est essentialiter beatitudo. Nec delectatio est per se appetẽda, sed inquantum bonam, & appetibilem operationem consequitur. Delectatio quoque non videtur aliud esse, quàm quietatio voluntatis in bono conuenienti, quemadmodum desiderium est inclinatio voluntatis in bonum aliquod consequendũ. Et sicut homo per voluntatem inclinatur in finẽ & quietatur in illo, ita corpora naturalia habent inclinationes naturales in proprios fines, & quietãtur fine adepto. Ridiculum verè est dicere, quòd finis motus grauium non sit esse deorsum, sed quietatio inclinatiõis in illo, cũ inclinatio ad locũ data sit, vt tendat in ipsum, sicq; quietatio illa non est finis, sed consequens finem. Amplius, si alicuius rei res aliqua exterior sit finis, illa eius operatio dicetur etiam vltimus finis, per quam primò rem illam consequitur, sicut possidere pecuniam, est finis his quibus pecunia finis est, non amare, aut concupiscere pecuniã ipsam. Cumque finis vltimus substãtiæ intellectualis sit Deus, illa hominis actio est substantialiter eius beatitudo, per quam primò attingit Deum, & hoc est intelligere. Nam velle nõ possumus, quod nõ intelligimus. Hæc Thomas in Summa illa. Per hæc patet ad obiecta ex Scoto, solutio. Nempe cum arguit finis extra est simpliciter optimum, & summè volendum, ergo inter ea, quæ sunt ad ipsum, id quod est sibi immediatius, est magis volendum sed velle est sibi immediati, quia immediate tẽdit in ipsum tanquam in suum obiectum, hæc ratio multipliciter deficit. Nã simili modo argui posset, quòd in desiderio summi boni consisteret beatitudo, quia & desiderium immediatè tendit in bonum illud. Deniq; actus patriæ in quo beatitudo essentialiter sita est, non propriè tendit in summum bonum, sed potius quiescit in illo iã plene adepto, ac securè, æternaliterq; possesso. Deinde dico, quòd velle non est immediatiùs summo bono, q̃ clarè per speciẽ intueri, ac contẽplari, cũ visio ista sit immediata vnio intellectus creati cũ increata ueritate, quæ realiter est bonitas summa. Rursus intellectus ordine naturæ p priùs ꝓungit̃ fini extra, q̃ uolũtas, cũ obiectũ uoluntatis sit bonũ intellectũ, i. intellectualiter cognitũ. Ad secũdũ dico, qđ uoluntas in hac uita uult suũ meritoriũ uel le propter beatificã uisionẽ obtinendã, tanquam ob finem, ac præmiũ suũ, ad quẽ finem omnes actiones, & affectiones vitæ ꝓsentis sunt finaliter ordinandæ, ut sancti concorditer dicunt. Voluntas aũt in patria uult suũ uelle non tanq̃ meritũ, sed tanquã præmij beatifici cõplementũ, nec ordinat illud ad aliud bonũ creatũ, ipso cõplerius, si ue sublimius, sed per ipsum quiescit in fine ultimo extra ac beatitudine obiectali. Ipsa quoq; beatifica uisio includit hoc uelle, & ipsam fruitionẽ, ut cõplemẽta, imo ista icludũt se inuicẽ, & ipsa beatifica uisio est clara, ac amorosa cognitio, sicut & ipsa fruitio, seu beata uolitio ẽ cõtẽplatiua inhæsio, ac sapiẽtia lis affectio. Porrò Anselmus uult dicere, ꝙ amare huius uitæ nõ ẽ finaliter ordinãdũ ad cognitionẽ iformẽ neq; ad itellectionẽ ĩ hac uita possibilẽ, imo sic cognitio ad dilectionẽ ẽ referẽda, quẽadmodũ apud

Prouer. 3. Sapien. 7.

Distantia beatitudinis creatę ab increata.

Dio. Car. & Thoma contra positiones scotisticas.

Aquinas.

Beatitudinẽ esse naturaliter in actu voluntatis impossibile.

Desiderij quid.

Delectatio & desiderij differunt.

Finis intellectualis substantiæ quis.

Obiectum voluntatis quod.

Anselmus

Iohan. 17. Iohãnẽ ait saluatorẽ ad patrũ. Not feci eis nomẽ tuum, vt dilectio tua in eis sit, Ad tertium, dum assumit, si beatitudo extra est summè volenda, ergo illa est maximè beatitudo intra, seu formalis interior, vtpote beatificus actus, quod inter intrinseca est summe volendum, hoc autem est velle. Ad hoc dico, quòd intrinsecum illud est beatifica visio sumpta secundum existentiam, & efficaciam suam completam, quę & ipsum uelle, atq; fruitionem, & delectationem comprehendit, & includit, & continet, sicut modo expositũ est. Iuxta hũc modum facilè est soluere cætera, quæ huic positioni de beatitudinis essentia, & subiecto obijciuntur. Voluntas demum, quæ de se cęca est, & comparatur tyranno, ac fertur in præceps, nisi eam illustret ac dirigat ratio, inferior cẽsenda est intellectu, seu ratiõe, quæ comparatur regi, & deprecatur ad optima.

Voluntas cõparatur tyranno.

¶ Præterea ad id, utrum beatitudo cõsistit in vnica operatione, aut in pluribus, Respondet Scotus satis concorditer ad prædicta, recitando de hoc aliorum opiniones, Tamen vt constat ex præinductis, tam illi, qui dicunt beatitudinem essentialiter consistere in actu intellectus, quàm illi, qui asserũt eam in actu voluntatis esse ponendam, concordãt in hoc, quòd essentialiter in unica operatione ponenda est, ad quam tamen plures concurrunt, requiruntur, ac pertinẽt. Et sic dixit Philosophus 10. Ethicorum, quòd fęlicitas est optima operatio uirtutis optimæ in uita perfecta. Interdum vero beatitudo accipitur, prout complectitur ea, quæ ad beatitudinem exiguntur, & eam stabiliunt, ornant, formant, circunstant, sicut exercitus regem. Et ita secundum Boethium describitur esse status omniũ bonorum aggregatione perfectus, imo & ita põt vocari operatio vndiquæq;, id est, ex omni parte pfecta, ita quòd omni virtute, omniumque uirtutũ perfectione vallata est, firma, fixa, immobilis.

Philoso.

Boethius.

Scotus. ¶ Præterea quærit Scotus. Vtrum beatitudo cõsistit in actu, qui est fruitio. Ad quod iuxta prætactã suam opinionem respondet, quòd imo, quia (ut patuit) fęlicitatem dicit essentialiter in actu consistere voluntatis; sicq; consequenter opinatur, quòd in actu volendi, seu in ipso velle, quod est amor, seu dilectio amicitiæ, quo dilecto volumus bonũ propter ipsum syncerè non intuitu commodi proprij, sicq; diligimus Deum, & complacentiam habemus in ipso, fauorabileq; affectum, volendo, & fauendo ei omnem, quam habet perfectionem penitus infinitam fęlicitatem, & gloriam cum omni complacentia mentis, & congratulatione ingenti, atq; vt scribit hic quidam, hoc modo non uolumus Deo nisi bonum, quod ut tale habet, & est. Veruntamen ex sancto, & syncero Dei amore procedit, ut non solum complacenti aliter velimus Deo, omnem perfectionem, & gloriam, quam intra se æternaliter, ac inuariabiliter habet, sed etiam omnem venerationem, cultum, subiectionem, dilectionem, fidelitatem, reuerentiam, quæ ei a rationalibus creaturis debentur. Sicque de exhibitione, & persolutione horum, ei facta cordialiter gloriemur, atque de horum contrarijs potissimè contristemur. De hac quæstione pleniùs infra dicetur.

Quæstio. At uero ad hoc. Vtrum omnes homines de necessitate, ac summè velint beatitudinem, & utrum propter beatitudinem appetitur quicquid appetitur. Doctor iste contradicere videtur responsionibus præallegatorum solemniorum doctorum dicentium, quod voluntas necessariò velit beatitudinem in vniuersali, nõ in particulari. Mihi, inquit, videtur repugnantia, dicere, quod in vniuersali necesse sit beatitudinem velle, & non in particulari imo necessariò sequitur, quòd si vult de necessitate beatitudinem in uniuersali, quòd velit illam in particulari, quia non potius est defectus boni in beatitudine considerata in particulari, quàm in beatitudine considerata in uniuersali. Item vniuersale non includit aliquam bonitatem, quæ non includatur in particularibus, imo impossibile est, quòd uniuersale includat aliquam perfectionem, quin includatur in aliquo particulari. Si ergo beatitudo in vniuersali est volita necessariò, ergo & in particulari erit simpliciter necessariò volita. Itẽ necessitas ista appetendi, vel est in actu elicito, vel non, si non, cum non sit nisi inclinatio naturæ, quę non est aliquod velle elicitum, aut actuale, & inclinatio naturæ magis est circa beatitudinem in particulari, quàm in uniuersali, ergo necessitas appetendi beatitudinem in particulari, erit minor quàm in uniuersali. Si autem sit necessitas appetendi beatitudinem actu elicito, hoc erit secundũ actum liberum, sicque necessariò talis necessitas erit in particulari. Hinc dico, quòd uoluntas actu elicito in particulari, & in uniuersali, potest vtrũque non velle, ita quòd nihil vult de necessitate, nec in uniuersali, neq; in particulari, quia necessitas in causa singulari non potest esse a causa inferiori, nec causa inferior necessitat aliquem effectum causæ superioris. Si ergo voluntas necessariò aliquid vult, hoc erit a causa superiori, & non vt est in ratione instrumenti. &c. Dico ergo, quòd qcunque scit beatitudinem suam esse in Deo, illum appetit: quoniam nullus est ita miser, quin plus vellet beatitudinem suam in Deo, quàm in aliquo, quod sit ad Deum. Hæc Scotus.

Dio. Car. In Scoto.

¶ Qui etiam ista, & consimilia quædam scribit super primum, & secundum, quorũ error ibi monstratus est. Imo ad horum reprobationem reor sufficere, quòd tot solemnes doctores dicunt, & probant contrarium. Itaque quod ait, repugnantiam esse, dicere, quòd in uniuersali necesse sit beatitudinem velle, & non in particulari, dico, quòd illud repugnantiam nullam includit, si tamen verba sanè intelligantur. Nonne secundum Philosophum, aliquid primò cognoscitur in vniuersali, deinde in particulari, tertiò in singulari quemadmodum paruuli primò omnes foeminas vocant matres, & aliquam rem a longe aspicientes primò cognoscimus, quòd sit corpus, deinde quòd animal, deinde quòd homo, & tandem quòd Petrus. Sic & aliquid primò appetimus in generali, deinde in particulari, tandem in singulari: ut si auro à longe viso, cupiamus illud sub ratione corporis pulchri, deinceps sub ratione boni, aut preciosi metalli, tertiò sub ratione auri, quarta sub ratione auri purissimi. Conformiter beatitudinem appetere possumus primò in generali tanquam bonum sufficiens, vel tanquam quid optimum nobis, deinde in particulari: vt q in terrenis diuitijs eam constituunt, potissimè appetunt opes, qui in delicijs, voluptates, & illa naturale, ac necessarium est beatitudinem in generali appetere, quia sub ratione boni præcipui, imo & qui violentam sibi inferunt mortem, faciunt hoc vt miserijs, quibus præmuntur finem imponant. Ita iuxta Damascenũ, omnibus naturaliter inserta est cognitio existentiæ Dei, vtiq; in cõi appetitio quoq; boni, præsertim beatitudinis, saltem in generali, id est, sub communi aliqua ratione, quod & Boethius, & Augustinus apertissimè protestantur. Deinde, quod ait, probando intentum, non magis est defectus boni in beatitudine cõsiderata in particulari, quàm in beatitudine considerata in uniuersali, est manifestè erroneum. Cum enim bonum & malum sint in rebus, sicut verum. & falsum in intellectu secundum. Philosophum, quanto res creatæ caducæ particulariùs considerantur, tanto eorum defectus, & mala distinctiùs, ac euidentiùs depræhenduntur, quod & exprimentaliter constat. Denique in beatitudine in generali considerata, uidelicet inquantum est bonum fœlicitas, non occurrit alicuius ratio mali, sicut in beatitudine considerata in particulari, qualis est beatitudo Epicureorum, consimiliumq; errantiũ. In beatitudine autem, quam ponit fides catholica, quamuis ex natura rei nihil adiunctum sit mali, attamen ipsa potest nõ appeti, & sub rõne nõ appetendi appræhẽdi vel quia non creditur esse possibilis, vel qm̃ ad obtinẽdum nimis ardua, atq; difficilis reputatur. Insuper cum assumit vniuersale non includit aliquã bonitatem, quæ non includatur in particularibus &c. Dico quòd vniuersale includit bonitatem, & perfectionem particularium indeterminatè, seu inconcractè: idcirco accipi potest tã abstracte, ut in sua ratione non dicat expresè, neq; contineat euidenter defectum boni, & inappetibilis, ut esse, & uiuere. Deinde dum arguit, necessitas appetendi, aut ẽ in actu elicito, dico quod est tam in actu elicito, id est a uoluntate producto respectu quorundam, uidelicet respectu ultimi finis in generali, imo, & respectu ultimi finis clarè ostẽsi, seu beatificè visi, aut per speciẽ cogniti, quem finẽ sic appręhensum impossibile est non amari, sicut ostensum est, & patebit, quamuis iste imaginetur cõtrarium. Nec est vniuersaliter uerum, quod dicit inclinationem naturalem non esse aliquem actum. Nam & inclinatio parentis ad prolem, & prolis ad parentem, põt esse realis, & actualis affectio, atq; tendentia unius ad alium, nisi in terminis stetur; imo si inclinatio naturæ non posset in actum procedere, actualisq; fieri, esset inanis, ac frustra Consequenter, quòd ait quod necessitas in causa singulari non potest esse a causa inferiori &c. totum hoc debiliter dictum est, cum & in omni indiuiduo speciei humanæ in uita pręsenti, necessitas moriendi sit ex parte materiæ priuationi annexæ, seu carnis. Nec uerum est quòd causa inferior non necessitat effectũ causæ superioris præsertim cum influentia, & efficientia causæ superioris recipiatur in inferiori, secundum naturam, & modum inferioris, ut habetur in libro de Causis. Deinde quod subdit. Nemo tam miser est, quin scit beatitudinem suam esse in Deo, & non potius uelit eam, quàm beatitudinem suam in alio. Dico quòd huius contrarium patet ad oculũ. Innumerabiles quippe sunt credentes, qui quamuis sciant ueram, & summã beatitudinem hominis in Deo, & in eius uisione, seu fruitione consistere nihilominus plus appetunt falsas, & vanas beatitudines in terrenis diuitijs, in temporali prosperitate in delicijs carnis, quàm ueram fęlicitatem in Deo imo illam non appetunt, nec cõsequi satagunt, sed pro falsis beatitudinibus indefessè nituntur. Nonne aliqui talis uoluptuosi aliquando insipiẽtissime & tamen uerissimè dicunt: Ego non vellem, quòd essem in regno cœlorum. Recolo, quòd dum eram adolescens, magister scolarium aliquando dixit, me audiente. Si Deus daret mihi iugiter viuere in hoc mundo, & permitteret me comedere poma, & pira, ego dimitterem ei regnum suum cœleste.

Philoso.

Iohan. Damascenus.

Augustin.

Philoso.

Stultitia euisdem.

QVAESTIO II.

Circa hæc vlteriùs quæritur, *Vtrum beatitudo per prius, ac principalius respiciat essentiam animæ rationalis, quam potẽtiam eius.* ¶ Videtur, quòd non, quia beatitudo est operatio, quæ est actus potentiæ, nec essentia agit nisi per potentiam.

¶ In oppositum est, quòd beatitudo est summa perfectio animæ: ergo directè, & proximè concernit, ac pficit id, quod est summum in anima, & hoc est eius essentia: non potentia.

Henricus. Auicenna.

¶ Ad hæc respondet Henricus. Quemadmodum 6 Metaphysicę loquitur Auicenna: Bonum quod est finis, non est respectu essentiæ agentis, sed est agentis secundum quod est principium motus. Et secundum intentionem Auicennæ, ac Philosophorum, bonum, quòd est beatitudo, ac finis hominis, & angeli nullo modo respicit eorũ essentiam, sed solum potentiam, mediante operatione. Et hoc ipsis dicere congruebat, quia non cognouerunt ueram rationalis creaturæ beatitudinem. Ideo hoc omisso, dico, quòd uera beatitudo angelica, & humana consistit non solum in actu uoluntatis, & intellectus in quibus non est nisi beatitudo creata ratione actuum ipsorum, imo principaliùs consistit in obiecto, quod est increata beatitudo, q̃ est Deus inquantum est bonum uoluntatis creatæ, in qua p actum beatitudinis voluntatis creatæ ipsa anima mediante uoluntate transformatur, ut conuertatur in illud quantum possibile est secundum naturam, & hoc vi amoris, secundum quem elicitur, ut habitu voluntatis uolitio ipsa sit beata. Amor namque secundum diuinum. Dionysium, est virtus trãsformatiua, & conuersia amantis in amatum. Vnde super illud 7. ca. Hierarchiæ cœlestis, calidum, & actum, asserit Hugo. Significat Dionysius per hoc impetum quendam amoris feruentis, ferentis se in amatum, atque intrantis, ac penetrantis, ut ubi est id, quòd amatur ibi cum ipso sit, & in ipso, ut non solum sit ab ipso. Calidũ autem intelligo ex eius spirituali contactu, per quod amplius inardescit, feruentiorique actu uolitionis se amatum mittit, & fit unum cum amato relinquens, exuens, despiciesque seipsum, & transiens in dilectum, quòd fieri nequit, nisi per circumincessionem non animæ illabentis deitati, sed potius econtrario deitatis, illabentis in animam, ut in ea nihil appareat, nisi dispositionis diuinæ, quemadmodum ferrum igni immissum candescit, & quasi ignis efficitur, ardens & lucens igne se profundante in ferrum, & interiora eius penetrante, non econtrario.

Vera beatitudo ubi consistat.

S. Dionys.

¶ Circumincessio autem, seu illapsus talis fit potius in essentiam animæ, & per illam in potentias, sicut gratia, & gloria, quæ est gratia consummata, principaliter est in essentia animæ, & redundat in eius potentias sub ratione habitus, ac uirtutis. Per talem quippe circumincessionem deitatis, primo in substantiam animæ, anima illuminata luce increata, & inflammata charitatis ardore, transformatur, sicque quantum possibile est deiformem similitudinem habet, ut quasi non aliud esse uideatur nisi, q Deus sicut ferrum ignitum non aliud iã apparet, quàm ignis. Voluntas igitur principaliùs perficit essentiã ani-

animæ,quàm potentias eius, quia in illa principaliùs habetur Deus,qui est finis,& beatitudo, quàm in potentijs, quia essentiam animæ quodammodo perficit per suam essentiam. Potentias autem non nisi per illarum operationes terminatas, ad diuinã essentiam sub ratione veri,& boni,quamuis,perceptio huius perfectionis non conueniat animæ nisi per suas potentias,hoc est, per intellectus notitiã, & uoluntatis degustationem.Hæc Henricus.

Scotus. ¶At vero contra istam respondiõem arguit Scotus multum prolixè.Deus,inquiens, non aliter habet se nunc, quàm priùs,nec aliter illabitur angelo, vel animæ nunc, quàm cõsiderãdo præcisè essentiam hinc inde; quia secundum illapsum diuinæ essentiæ in essentiam creaturæ semper est uniformitas manente esse creaturæ, ergo si est aliqua nouitas in anima beata, oportet quòd hoc sit per aliquem effectum creatum a Deo in illa, qui effectus dicitur beatitudo formaliter,nec potest primò inesse essentiæ sed potentiæ, cum beatitudo sit actus. Præterea anima non mutatur de miseria in beatitudinem,nisi nouũ aliquod formaliter insit ei,& hoc non potest esse diuina essentia, cum nullius sit forma inhærens. Iterũ illapsus Dei in essentiã animæ, prior natura est in oĩ operatione,ergo est ante beatitudinem sine ea poterit esse.Verũ ista,&c. scripta Scoti non videntur esse cõtra mentẽ Henrici: quo Dio.Carĩ Scotum. niam respõdendo ad argumentum, quo probatũ est beatitudinem primò,ac principaliter perficere essentiam animæ, dicit hoc argumentum procedere de beatitudine increata. Argumentum verò probans,quòd beatitudo priùs perficiat potẽtiam, ait concludere de beatitudine creata,& ita fit equiuocatio in argumentis:Nec aliud obtinent Scoti obiecta,nisi quòd creata beatitudo,utpote actio illa,p priùs respiciat,perficiatq; potentiam,quòd Henricus non negat:qui nihilo minus protestatur beatitudinem,haud dubium,quin increatam,per priùs, ac principaliùs concernere,ac complere essentiam intellectualis creaturæ: quia per priùs supernaturaliter perficit eam gratam acceptam,conformem sibi,ac Deiformem ipsam efficiens, atq; in supernaturali quodam esse constituens per infusionem gratiæ gratum faciẽtis,seu luminis gloriæ;quæ gratia immediatè perficit,ac concernit essentiam creaturę rationalis prout probabilior tenet positio, sicut patuit super secundum, quæ gratia vna cum supernaturalibus habitibus doni sapientiæ, ac charitatis infusæ,per varios actus,& effectus eorũ mirabiliter,& pręclarè ornat,exaltat,deificat animã, tam quo ad eius essentiam,quàm quo ad vires eius superiores, in quibus superbeatissimæ trinitatis imago resplẽdet, quod etiam fit per circũcinessionem deitatis penetrantis essentialiter huiusmodi creaturam,non solum generali modo, quo omniũ creatæ essentiæ dicitur illabi;sed mõ speciali, quo per supernaturales effectus perhibetur esse,& agere in creatura intellectuali. Talis autem præsentia & efficientia superdignissimi creatoris in creaturis,Aristotelem atq; Philosophos latuit, nec percipitur ab eis,quibus Deus sic adest,& beatitudinem tantam largitur, nisi per operationis intellectus,ac voluntatis,& per hæc euidenter soluuntur omnia Scoti obiecta.Constat namq; ex his,qualiter Deus omnipotens,& æternus in se,& quãtũ ad se,prorsus inuariabilis vniformis aliter, & aliter se habet ad creaturã,quàm prætacto modo fęlicitat:& qualiter diuersimode operatur in ea, & priùs natura in eius essentia, quàm in uiribus,seu potẽtijs eius,

Bonauen. ¶Amplius circa hæc Bonauentura fatetur. Quædam opinio est de gratia,& gloria, quòd sicut differunt gratia,& virtus,ita beatitudo,& dos. Et sicut gratia concernit essentiam animæ propter qđ vna est sicut essentia animæ,sic virtus respiciat potentiam eius.Vnde & virtutes sunt plures sicut potentiæ.Conformiter gloria,quia potentiam animę respicit,una est,quemadmodum illa,& dotes,cum respiciant animæ vires, sunt plures, sicut & vires. Naturale quoque exemplum est in anima rationali corpus uiuificante,quæ inquantum viuificans,respicit complexionem, quæ una est in corpore toto: & inquantum motor, diuersa respicit organa. Veruntamen credo hoc magis esse per appropriatiõem,quàm proprietatem,ac veritatem. Corpus namq; ad uitam nunquam dispositum est, qualem cunq; habeat complexionem, nisi habeat organizatiõem.Similiter credo in gratia, & gloria, quòd anima capax non est gratiæ,aut gloriæ, nisi per mẽtem.vnde existimo tam gratiam, quàm gloriam priùs esse in potentia.Hæc Bonauentura, de cuius positione diffusiùs est tractatum super secundum.

QVAESTIO. III.

MOdo quærendũ, Vtrum beatitudo, & gloria electorum maior erit post diem iudicij,quã sit nũc. ¶Et qualiter beatitudo a diuersis diuersimode participabitur, ac diuersitas mansionum sumatur penes gradus charitatis diuersos. Videtur, qđ non crescit.Anima enim beata corpore separata, videtur conformior Deo,ac angelis,quia materia sunt immunes, ergo & tunc liberior,expeditiorq; consistit ad actus,& effectus intellectiuæ portionis

Thomas. ¶Circa hæc loquitur Thomas. beatitudinem sanctorum post resurrectionem extensiue augeri, est manifestum,quia beatitudo tunc erit nõ solum in anima,sed item in corpore.Animæ quoque beatitudo extensiuè augebitur, quantum anima tunc gaudebit non solum de proprio bono, sed etiam de bono corporis sui.Potest etiam dici,quòd animæ beatitudo intensiuè augebitur.Nã corpus hominis dupliciter potest considerari. Primò secundum quod est ab anima perfectibile.Secũdò prout in eo est aliquid repugnans animæ in operibus eĩ⁹. Quantum ad primum, coniunctio corporis cum anima,addit animæ quandam perfectionem:quoniam pars in suo toto completur, & in se imperfecta consistit;sed quo ad secundum,impedit animę pefectiõem,iuxta quod legitur.Corpus,quod corrumpitur aggrauat animam. Cumque (iuxta prælabita) in resurrectione futura, sint omnia Sapien.6. talia a corpore remouenda, patet quòd anima in corpore glorificato, quod erit perfectè subiectum atq; obediens animæ,ipsa anima expeditor,ac potentior erit ad actus suos,quàm ante. Hinc naturaliter appetit suo corpori reuniri,per quod eius operatio,qua fertur in Deum,est nunc minus intensa.Propter quòd ait Hieronymus,quòd ex appetitu corporis retardatur,ne te tota intẽtione in Deũ feratur.Hinc etiam anima corpori glorioso coniuncta,similior Deo est,quàm separata, sicut,& pfectiùs habet esse,quamuis separata habet aliquem modum essendi Deo,& angelis similiorem.

Quæstio. ¶Præterea dũ quæritur, an beatitudo ab omnibus æqualiter participabitur:respõdendũ,cũ beatitudo in operatiõe ꝑsistat, gradus beatitudinis attẽdendus est secũdũ gradus perfectionum in agẽdo.

¶Gradus quoq; pfectiõis,in qua consistit fęlicitas,ex duobus pensatur,puta ex parte operantis,& ex

Philosꝰ ex parte obiecti. Vnde Philosophus 10. Ethicorũ testatur.Perfectissima operatio est, quæ est altissimæ potentiæ nobilissimo habitu perfectæ,& respectu nobilissimi obiecti. Obiectum uerò operationis,in qua consistit fęlicitas,unum est omnino, ac idem,videlicet diuina essentia.Idcirco ex hac parte non erit beatitudinis gradus,sed ex parte operantium,seu uidentium diuinã essentiam, quorũ quo habitus fuerint perfectiores, utpotè lumen gloriæ,charitas perfectiones,& merita,eo ipsorũ Matt.22. beatificæ uisiones erunt eminentiores. Sicq; apud Matthæum,singuli operarij dicuntur singulos,ac cepisse denarios,quia denarius, id est, præmium essentiali,vnum erit ex parte obiecti. Et sicut ignis est subtilissimum corpus, loquendo in communi nihilominus unus ignis est subtilior alio,ita beatifica uisio est summa, & ultima merces, & tamen in speciali in uno est maior,in alio minor.

Philosꝰ ¶Insuper isti beatitudinis gradus mãsiones uocantur.Motus quippè localis prior est omniũ motuum aliorum,Hinc nomen motus,atq; distantiæ deriuatur à motu locali ad cæteros motus secundum Philosophum.Locus uerò est finis motionis localis,ad quem cum mobile uenerit, quiescit in illo,& conseruatur.Ideo quolibet motu quietationem in fine motus vocamus collocationem, seu mansionem. Cumq; nomen motus deriuetur usque actum appetitus,& uoluntatis ipsa assequutio finis appetitiui motus dicitur mãsio,id est,collocatio fixa in fine:Sicq; diuersæ consequutiones & possessiones ultimi finis appellãtur diuersæ mãsiones,ut sic unitas domus cœlestis correspõdeat unitati beatitudinis ex parte obiecti,atq; pluritas mansionum distinctioni beatitudinis ex parte subiectorum quemadmodum in naturalibus cerni mus,quod idem est locus sursum,ad quem oĩa leuia tendũt, sed unumquodq; pertingit magis,aut minus propinquè,& ita sunt diuersę mansiones leuium sursum.

Quæstio. ¶Postremò dum quęritur,an mansiones istæ in patria distinguuntur penes gradus charitatis diuersos.Dicendum,quòd principium distinctiuum mansionum,seu graduũ beatitudinis, duplex est unum,propinquum, aliudq; remotũ. Propinquũ Principiũ graduum beatitudinis duplex est diuersa dispositio in beatis, ex qua contingit ĩ eis diuersitas perfectionis ĩ actione beatitudinis. Principium verò remotum est meritum,quo talẽ, ac tantam beatitudinem cõsequuntur. Primo mõ distinguuntur mansiones secundum charitatem patriæ,quæ quanto in aliquo erit perfectior,tanto efficiet eum capaciorem diuinæ claritatis,& secũdum eius augmentum augebitur perfectio diuinę Actus noster quando meritorius. uisionis.Secundo autem modo distinguuntur secundum charitatem viæ.Actus enim noster nisi ex charitate est meritorius: qm̃ charitas ipsum finẽ habet pro obiecto.Hinc tota diuersitas in meredo ad diuersitatem reducitur charitatis,Sicq; charitas uiæ distinguet mansiones per modum meriti.Vnde nec opera meritoria sunt,nisi ut charitate informantur.Hæc Thomas in Scripto.

Richard. ¶Concordat Petrus,cuius scripta continentur in istis.Addit autẽ Richardus:Aliqui non improbabiliter dicunt, quod beatitudo electorum post iudicium,non erit maior intensiuè,quia in corporum resumptione non augebitur lumen,seu habitus gloriæ, nec per illam resumptionem habebit anima perfectius esse naturale: qm̃ esse creatum, vltra essentiam non vĩ importare nisi solam relationem ad datorem essendi.Anima autem per corporis resumptionem non erit perfectioria essentiæ,sicut per separationem a corpore nihil de essentia fuit diminutum.Sed contra istud videtur esse auctoritas Augustini, dicentis duodecimo sup Genesim,animã a corpore separatam,non sic posAugust. se conspicere incommutabilem ueritatem ut sancti angeli uident,seu alia latentiore causa, seu iõ: qm̃ inest ei quidam naturalis appetitus administrãdi corpus,quo appetitu retardatur quodãmodo, ne tota intentione feratur in summum bonum.Su per illud apocalypsi quoq;: Vidi subtus altare in-Apocal. terfectorum,asserit Glossa: Ideo animæ sanctorũ dicuntur modo subtus altare: quia nunc sunt in minori dignitate,quàm erunt quando ultra stolã nunc datam,stolam quoq; corporis obtinebunt. Cumq; corpora ordinentur ad resurrectionẽm propter animam intellectiuam, frustra fieret resurrectio corporum, nisi animæ sanctæ per hoc fierent maioris virtutis ad intelligendum, ac diligendum.Hinc mihi uidetur dicendum,quòd beatitudo animæ maior tunc erit etiam intensiuè, ita qđ tunc clariùs Deum videbit.Vnde, & Magister affirPetrus Lombar. mat,quòd maiorem gloriã suæ claritatis tũc Deus eius mõstrabit,non quòd anima receptura sit tũc maiorem glorię habitum, sed quia augebitur perfectio suæ naturalis virtutis.Quanto autem perfectior est animæ virtus naturalis,tanto cum æquali adiutorio supernaturali Deum clariùs uidet.Qđ autẽ naturalis uirtus,& modus essendi animæ erũt tunc perfectiores,probatur ut supra ex Thoma.

Albertus. ¶Concordat Albertus, dicendo: Augmentum gloriæ potest intelligi extensiuè,ita qđ erit de pluribus,& ita augebitur.Et intensiuè,nec ita augebitur, nisi pro ꝗto naturali desiderio quietato, qđ dependet ad corpus anima fortiori intentione cõuerteretur ad Dei contemplationem.

Bonauen. Beatitudo duplex. ¶Bonauentura quoq; circa præhabita loquitur: Beatitudo est duplex.Vna ſatians obiectiuè, & effectiuè uidelicet Deus,& sic omnium vna est beatitudo,ac merces.Alia ſatians formaliter, & inhæsiuè, sicq; omnium est vna beatitudo,unitate conformitatis,& unitate cõnexionis: attamen differens quãtitate remunerationis,& gaudij.Nam vnus alio clarius uidet, uehementiùs gaudet, ac strictiùs tenet. Hęc Bouanentura.

Argent. ¶Præterea Argentinensis, multa hic scribit de hoc,in cuius potentiæ actu consistit,fęlicitas,& diuersas super hoc narrat opiniones prætactas: tandem, & eã quę dicit quod beatitudo essentialiter consistit in sola visione deiratis per speciem,quæ uisio est actio intellectus;opinionem quoq; dicentiũ quod in sola actione uoluntatis,puta in fruitione, & addit:Nulla harum opinionum ab aliquo catholico est modo tenẽda:qm̃ contra, se euidenter habet Decretalem editam a domino Benedicto, in Benedictꝰ Papa. qua determinatur qõ diu uentilata de uisione animarum sanctarum,quam qõnem diu uentilauerat anteceſſor Benedicti Iohannes 22.in qua determinatione habetur,quòd beatitudo consistit in uisione,& fruitione diuinę essentiæ,quorum primũ est Dio Cart. contra Argentinen. actus ſtelle&us,ſcđm uerò actus est uolũtatis.Hæc Argentinensis. ¶Cuius dictum non vĩ idoneum. Nam quamuis Decretalis affirmat, qđ beatitudo consistat in visione,& fruitione,non tñ negat quin principaliter,& essentialiter cõsistat in uno illorũ.

Scotus. ¶Deniq; Scotus ait:Ad hoc,quòd appetitus quietetur,non oportet,quòd habeat omnem perfectionem,cuius est capax,seu sibi possibilem,imò sic sola anima Chri habet appetitũ suum simpliciter quieta

ttaũ. sed sufficit, quòd tanta habeat perfectionem, fœlicitatem, & gloriam, q̃ta sibi conuenit secundũ diuinam iustitiam, & secundum rectam rationem, ac voluntati rationi, ac sapientiæ consonam, atq; diuinæ iustitię cõformatã, ac subditã. Hæc Scotus.

Parrhisi. ¶Præterea super his scribit Gulielmus libro de Quæstio Vniuerso: habet quæstionem, utrum fœlicitas illa mutationem recipiat saltem in maiùs, ac meliùs hoc est, an possit augeri. Videtur quippè non parũ augenda: Primum, si glorificatis hominibus tantus futurus est amor diuinæ iustitiæ, & exterminationis omnis iniquitatis, & iniustitiæ, omnisq; miseriæ a sanctis, & electis hominibus quomodo possibile est eos ista videre fieri, nec nouum gaudium eis inde accrescere? Omne namq; desideratum, & amatum suo obtentu, & adeptione, aut nouum ingerit gaudium, uel auget præhabitum. Secundò ex glorificatorum corporum receptione. Si etem sanctis animabus tantus amor est corporum suorum in ista deformitate, atq; miseria positorum, quomodo non incomparabiliter maior amor eis erit ad corpora sua, dum ea viderint glorificata? Nam iuxta magnitudinem amoris in amatum, est gaudii magnitudo in adeptione amati. Manifestũ est ergo, ex receptione corporum glorificatorum eis accrescere inæstimabile gaudium, cum, & in illa glorificatione perficientur animæ, ipsæ, secundum uires suas exteriores, imò, & interiores organicas. Tertiò, cum, & tantus amor sit angelis sanctis ĩ animas electas, aĩabusq; sanctis iam beatis in animas electas glorificandas, quomodo non ex consortio & aduentu earum augebitur gaudium utrorumque imo uniuersorum, & singulorum iuxta vehemẽtiam dilectionis in inuicem. Nam (vt alibi demonstraui) gaudium vniuscuiusq; angelorum sanctorum, ac ciuium supernorũ de gaudio vniuscuiusq; suorum conciuium, tam angelorum, q̃ animarum seu hominum beatorum, maius erit omnibus gaudijs, q̃ in hac uita sunt, & in hoc mundo: Qm̃ igitur non vnum tantum, sed innumerabilia millia huiusmodi gaudiorum unicuiq; tam beatorum angelorum, quàm animarum fęlicium accrescent ex his omnibus, qui de iudicio assumẽtur ad utrorumque consortium, quomodo non augebitur fœlicitas vtrorumque prius glorificatorum ex tot milibus gaudiorum tantorum. Et adhuc multo plus augebitur huiusmodi gaudium beatorum ex inspectione forinsecus gloriæ, ac magnificentiæ supergloriosissimi creatoris in suis effectibus, & ex resplendentia sapientiæ, & omnipotentiæ, æquitatis, atq; clementię eius in suis operibus, quem præ omnibus incomparabiliter præ amabunt. Quod si

Obiectio. quis instet, & dicat, quòd gaudia fœlicitatis illius sunt ex cognitione, quæ in beatis tantæ est claritatis, & perfectionis, ut futura tanq̃ p̃tia uideãtur ibidem. ideoq; ex glorificatione illa nil gaudij ipsis accrescet. Dico ad hoc, quòd istud non est huc certè, ac liquidè demonstratum. Et quamuis sic esset: attamen multum distat inter appræhensionẽ qua apprehenditur res futura, & eam qua apprehẽditur esse præsens. Similiter inter cognitionẽ qua

Quæstio. quis cognoscit se bonum aliquid habiturum, & eam, qua cognoscit, & sentit, se iam illud habere.

Hęricus. Hęc Gulielmus. Qui, & alio loco differuit: Si quæras qualiter animę sanctę tot gaudiis poterunt simul gaudere? Respondeo, quòd instar angelicorũ spirituum omnia simul cognoscunt in uerbo æterno, & libertati, ac expeditioni nobis inexcogitabili sunt donatæ.

AMplius locum hic habet, quod duodecimo, Quodlibeto quærit Henricus: Vtrum videlicet habens naturalia meliora, existens claritate, & gratiam æquali cum charitate, & gratia alterius habentis naturalia minus bona, clariùs, atq; intentiùs diliget Deum, quàm ille alteri.

¶Videtur quod imò: qm̃ actus conformatur potentiæ, habituiq; agentis. In oppositum est, quia si sic tunc habens chariratem minorem, haberet gloriam tantam, ut habens charitatẽ maiorem. Respõdeo, quòd in actu glorioso duo considerantur. Primum est ordo actus ad obiectum in quo consistit fœlicitas. Secundò est ordo actus ad subiectum. a quo actus elicitur. Ex ordinatione ad obiectũ, act⁹ recipit formã, & speciem. Ex ordinatione ad subiectum recipit intentionem, & remissionem iuxta dispositionem subiecti. Verumtamen ex parte subiecti, prout ad præsentem pertinet quæstionem, est distinguendum, quia dispositio subiecti penes quã actus recipit intentionem, & remissionem, est duplex, utpotè naturalis potentia agentis, & habitus potentiam informãtis. Et tam potentia, quàm habitus considerari possunt dupliciter, uidelicet quo ad eorum substantiam, & quo ad eorum feruorẽ ad actum eliciendum. Similiter ex parte intentionis, & remissionis oportet distinguere: qm̃ illa aut consistit in substantia actus, ut tendit in obiectum, uel in modo expeditionis in eliciendo actum ex subiecto. Itaque considerando intentionem, & remissionem primo modo, sic semper sequitur subiectum, ex quo elicitur secundum dispositionem vtramq;. Principaliter tamen ratione feruoris, quo ad actum merendi in uita præsenti, & quo ad substantiam actus, ut tendit in obiectum, & quo ad expeditionem eliciendi ipsum ex obiecto. Nam secũdum maiorem feruorem potentię, & habitus charitatis intensior actus merendi elicitur, & expeditius, & hoc merito ex nobis est, & ex Deo, quo ad actum primum recipiendi in vita gloriosa, quo ad intentionem verò, & remissionem eius in sua substantia, ut tendit in obiectum solum, sequitẽ secundum dispositionem habitus: quia in ipso consistit meritum, cui redditur præmium secundum intentionem actus, ut tendit in obiectum, & hoc a solius Dei liberalitate. Sed quo ad intentionẽ modi eliciendi expeditè actum ex subiecto, sequitur secundum dispositionem utramq;. Hinc dico, qđ habens naturalia meliora in charitate æquali, expeditiùs elicit actum intelligendi, atq; uolendi, quã habens naturalia minus bona actibus intelligendi & uolendi existentibus æqualibus in vtriusq; iuxta æqualitatem habituum gloriæ, ficq; concedendũ, quòd habens æqualem gloriam in melioribus naturalibus, non uidet nec diligit Deum intentiùs, quamuis actus illos quantum in se est, eliciat expeditiùs, nulla tñ difficultate eliciẽdi existẽte in alio. Hinc quoque ille meliora naturalia habens, non erit beatior. Beatitudo namq; non est maior, aut minor in patria ratione expeditionis, sed solum rõne intentionis, & remissionis ipsius actus in sua substantia, qua tendit in obiectum, & agentem vnit intentiùs remissiue obiecto. Hæc Henricus. Cuius responsio satis est inuoluta. Nam, & præhabita uerba Augustini, quòd scilicet anima separata retardatur, ne tota intentione, nec tam plenè feratur in Deum, exponit solum quantum ad expeditionem iam tactam, non quo ad intentionem, ut alij quidam, cum & naturalia cooperari dicant gratuitis.

¶Præinductis quoq; consonat rñ sio huius doctoris

ctoris 14. quolibeto, ad quęstionem qua quærit. vtrum intellectus beatus possit p̃ficere in cognitione multitudinis rerum cognoscibilium, non p̃ficiendo in cognitione diuinæ essentiæ. Ad quod respondet, quòd imò: qm̃ per cognitionem talium in diuina essentia non augetur essentialis beatitudo, sed bene quoddam gaudium accidentale. Diuina quoq; essentia, in qua uniuersa relucent, est superliberrimum speculum, ideo repræsentare, se potest ut uult, ita quòd uel plura, uel pauciora cognoscuntur in ea. Vnde 5. Confessionum loquitur Augustinus. Infelix homo qui scit omnia, & te nescit. Beatus uerò qui te scit, quamuis ista ignoret. Qui autem te, & ista nouit, non propter ista beatior, sed propter te solum beatus. Hæc Henricus, ex quibus patet, qualiter, beatorum gaudium accidentale potest augeri, nõ aucto prẽmio essentiali.

QVAESTIO III.

REstat nunc q̃rere, *utrum sancti in patria uident deitatis essentiam clare, & intuitiue per speciẽ, & an comprahendant eandem, atque an omnia inueantur, ac noscant in ea.* ¶Vĩ, quòd nulla mẽs creata posset diuinam essentiam in seipsa clarè, & immediatè conspicere quia (vt ait Apostolus) Deus lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus homo vidit, nec uidere potest: Secundò, super illud Iohannis, Deum nemo vidit unquam, scribit Chrysostomus Cœlestes essentię Seraphim, & Cherubim Deum ut est, nunquam potuerunt uidere. Tertiò beatus Dionysius hoc ipsum ĩ multis locis sentire uidetur. Nam in libro mysticæ Theologiæ declarat, quòd perfectissima cognitio Dei est p̃ omnium abnegationem ab ipso. In epistola quoque ad Caium monachum Diuinæ inquit: tenebręq; cooperiuntur omni cognitioni, & absconduntur omni visioni. Et si aliquis uidens Deum, intellexit qđ uidit, non ipsum Deum uidit, sed aliquid eorum quæ sunt circa ipsum. Idem asserit Damascẽ. libro primo cap. quarto. Item secundum Philosophum intellectus noster ad manifestissima naturæ. i. ad cognitionem substantiarum separatarum se habet, sicut oculus noctæ ad solis lumen. Deus autẽ in infinitum eminet omni substantię separatæ creatæ, ergo nulla est proportio, nulla dispositio, nulla capacitas intellectus nostri ad claram, & intuitiuam Dei cognitionem. Rursus omnis intellectiua lis cognitio fit per aliquam intelligibilem speciẽ intellectui inexistentẽ, & ipsum intelligibile reprę sentantem. Omnis autem creata similitudo, ac species a clara, & quidditatiua representatione diuinæ essentiæ occumbit, ac deficit penitus infinitæ: ergo per nullam huiusmodi speciem potest uideri, nec diuina essentia, quæ est res summa in se subsistens, nulli inherens, potest sic intellectum informare, & actuare ad uidendum Deum per speciẽ.

¶In oppositũ est illud Apostoli: Videmus nũc per speculũ in enigmate, tũc autem facie ad faciẽ.

¶Ad hæc Thomas rñdet: Sicut secundum fidẽ ponimus ultimum finem uitæ humanæ esse uisionem Dei per speciẽ, ita Philosophi posuerunt ultimam hominis fęlicitatem esse intelligere substantias separatas: Ideo circa hanc qõnem eadem dificultas, atq; diuersitas inuenitur apud Philosophos, & apud theologos. Quidam namq; Philosophi posuerunt, quòd intellectus noster possibilis nunquã potest ad hoc deuenire. ut intelligat substantias separatas, quantum ad quid est, ut Alpharabius, & Auenpothe, dixerunt, quòd ex hoc ipso, quòd intellectus noster pertingit ad intelligendum quæcunq; intelligibilia. pertingit ad uidẽdum essentiam substantiæ separatæ. Ad quod ostẽdendum processerunt duobus modis, quorũ primus est, qđ sicut natura speciei non diuersificat in diuersis indiuiduis, nisi secđm qđ coniungitur principijs indiuiduantibus, ita forma hominis intellecta non diuersificatur apud me, & te, nisi secundũ quod coniungitẽ diuersis formis imaginabilibus idcirco dũ intellectus separat formã intellectã a formis imaginationis, remanet quidditas intellecta, q̃ est una, & eadem apud diuersos intelligentes, & talis est quidditas substantiæ separatæ. Hinc dum intellectus peruenit ad sumuam abstractionem quidditatis intelligibilis cuiuscunque intelligit per hoc quidditatem substantiæ separatæ, quæ est similis ei. Secundus modus est: qm̃ intellectus noster natus est abstrahere quidditatem abõibus intelligibilibus habentibus quidditatem. Si ergo quidditas, quam abstrahit ab hoc singulari habente quidditatem, sit quidditas non habes qđ ditatem, intelligendo eam intelligeret quidditatem substantiæ separatæ, quæ est talis dispositionis, eo quòd substantiæ separatæ sint quidditates per se subsistentes. Quidditas enim simplicis. est ipsum simplex, ut perhibet Auicenna. Si autem quidditas abstracta ab hoc particulari sensibili, sit q̃ditas habent quidditatem, ergo illam quidditatẽ intellectus natus est abstrahere: & ita cum nõ sit ire ĩ infinitũ, erit deuenire ad quidditatẽ nõ habentem quidditatem, per quam intelligitur qđ

ditas

1. Timo. 6. Ioham. Io. Chri.

Philosop.

Obiectio.

1. Cor. 13. Thomas.

Auerrois

Auerrois

Augustin.

ditas separata. Sed nec iste modus videt sufficiens. Primò: quoniam quidditas substantiæ materialis quã abstrahit intellectus, non est vnius rõnis cum quidditatibus substantiarum separatarum: ideo p hoc, quod intellectus noster abstrahit quidditates materialiũ rerũ, & eas cognoscit non sequitur, qđ cognoscat quidditatem substantiæ separatæ, præsertim diuinã essentiã Secundò, qm̃ dato, quòd esset rationis eiusdẽ, tñ cognita quidditate rei cõpositæ, nõ cognoscitur q̃ditas separatæ substãtiæ, ni si scđm genus remotissimum, ió est cognitio penitus imperfecta, quousq; perueniatur ad ꝓpria rei.

Auicenna. ¶Hinc aliũ modũ intelligendi substantias separatas, tangit in sua Metaphysica Auicenna dicendo quòd intelliguntur a nobis per intentiones quidditatum suarum, q̃ sunt quædam earum similitudines non abstractæ ab eis, cum ipsemet sint immateriales, sed impressę ab eis mẽtibus nostris. Sed nec iste modus proposito nostro vł sufficere. Qđ em̃ in aliquo recipit in eo per modum recipientis. Ió similitudo diuinæ essentiæ intellectui nostro impressa, erit in eo per modum intellectus nostri, q̃ modus existit deficiens a perfecta receptione diuinæ similitudinis. Defectus autem perfectæ similitudinis, potest tot modis contingere, quot modis dissimilitudo inuenitur. Nam uno modo deficit similitudo, quando forma participatur secundum eãdem rationem speciei, sed non secundum modum perfectionis eundem, ut similitudo eius, qui habet modicum de albedine ad illum, qui multum habet de illa. Secundò est magis deficiens, quando nõ peuenitur ad eandem rationem speciei, sed generis tantum ut est similitudo inter eum, qui habet calorem citrinum, & eum qui habet albedinem. Tertiò adhuc plus, quando non peruenitur ad eandem generis rõnẽ, sed tantum secundum anologicam, ut est similitudo inter substantiam, & accidẽs, inquãtum utrũq; est ens. Sicq; deficit omnis similitudo recepta in creatura respectu diuinæ essentię. Porrò ad hoc, quod uisus cognoscat albedinem, oportet, quòd in eo recipiatur similitudo albedinis, secundum rõnẽ suæ speciei, quamuis non secundum eundem modum essendi: qm̃ forma in censu, hẽt esse alterius modi, quã extra in re. Similiter ad hoc quòd intellectus intelligat aliquam quidditatem, oportet, quod fiat in ea similitudo eiusdem rationis secundum speciem quamuis forte non sit idẽ modus essendi utrobiq;. Non enim forma existens in intellectu, aut sensu, est principium cognitionis scđm modũ essendi, quẽ hẽt utrobiq; sed scđm rõnẽ, in quo cõmunicat cũ re exteriori. Vnde constat quòd per nullam similitudinem receptam in intellectu creato, potest Deus immediatè videri clarè in sua essentia. Hinc qdẽ dicẽtes diuinã essentiã solum hoc mõ videri, dixerũt, ꝙ ipsa essentia nõ cernet, sed quidam fulgor tanquã radius eius propter ea nec hic modus sufficit ad diuinæ essentiæ uisionẽ, quã quærimus. Accipiendus est ergo alius modus, quẽ ẽt quidã Philosophi posuerunt, vc3 Alexãder, & Auerrois. 3. de aĩa. Cum enim in qualibet cognitione necessaria sit aliqua forma, qua res cognoscatur, aut videat, forma ista, qua intellectus perficitur ad intelligendũ substãtias separatas, nõ est q̃ditas, quam intellectus abstrahit a rebus cõpositis, ut dixit prima opinio; neq; impressio aliqua relicta in intellectu, ut dixit secũda positio, sed est ipsa substãtia separata, q̃ coniungit intellectui nostro, ut ipsa sit hoc, quod intelligitur, & qua intelligit, & q̃quid sit de alijs substantijs separatis: tamẽ hunc modũ oportet nos suscipere in uisione Dei: quia quacunque alia forma, seu specie informetur intellectus nõ põt per eã ad claram visionẽ diuinæ essentiæ in seipsa immediatè pertingere, quod tñ nõ est intelligendum quasi diuina essentia fiat uera forma intellectus nostri, a ut ꝙ ex ea, & intellectu nostro fiat unum simpliciter, sed quòd proportio diuinæ essentię ad nostrum intellectũ est sicut proportio formę ad materiam: qm̃cũq; em̃ aliqua duo quorũ unũ est perfectius alio, in eodem recipiuntur, proportio perfectioris ad minus perfectũ, est sicut ꝓportio formę ad materiam, scđm quã lux, & color recipientur in diaphano. Sicq; cum in anima recipiatur diuina inhabitans essentia, & uis intellectiua, quamuis non p modũ eũdẽ, diuina essentia se habebit ad nostrũ intellectũ sicut forma ad materiã, idq; sufficere ad uisionem diuinæ essentiæ, sic probatur, sicut ex forma naturali, arq; materia fit vnũ simpliciter, ita ex forma, qua intellectu intelligit, & & intellectus fit unum in intelligendo. Porrò in naturalibus res per se subsistens, non potest consistere forma alicuius materiæ, si illa res habet materiã partẽ sui, quia non potest esse, ut materia sit forma alicuius rei. Si autem res illa per se subsistens sit forma tantũ, nil prohibet eã fieri formam alicuius materiæ, ac fieri, quo est alicuius compositi, ut patet de anima. In intellectu autem oportet accipere intellectum in potentia quasi materiam, & speciem intelligibilem quasi formam, & intellectus actu intelligens erit quasi compositum ex utroq;. Hinc si sit aliqua res, quę non habeat aliquid in se præter id, quod est intelligibile in ipsa poterit esse forma, qua intellectus intelligit, quælibet verò res intelligibilis est, secundũ quod habet de actu, non secundũ id quod habet de potentia. Cũq; Deus sit purus actus diuina essentia potest esse forma, qua intellectus intelligit; & hæc erit uisio beatificans. Vnde Magister dixit prima distinctione secundi Sententiarum, quod unio animæ ad corpus, est quoddam exemplum beatificæ nisionis, qua Deo creatus spiritus unitur.

Obiectiõ solutio 1. Time. 6

¶Ad primum ergo dicendum, quòd Deus inhabitat lucẽ innaccessibllem, id est, incomprehensibilẽ, vel inaccesibilem naturali uirtute, quem, & nemo uidere põt, nec vidit corporali intuitu in Deitatis natura. q̃s in hac uita naturaliter sensitiua humana põt eũ per speciem intueri, per qđ patet solutio ad scđm. Ad tertiũ rñdendum, ꝙ beatus Dionysius loquitur de uisione Dei in uia per formas creatas, & per effectus, per quos non cognoscitur Deus nisi a posteriori, & imperfectè, & quia est, non qđ est sicq; magis cognoscitur quid nõ est, q̃ quid est & intelligit nõ deitas in se cõpletè, & quid sit, sed prout in rebus relucet. Diuinæ quoq; tenebræ appellantur superminens, & comprehensibilis plenitudo copiæ, & claritas lucis ęternæ supersplẽdidissimæ, ac immensæ. Ex his patet aliorũ solutio, quia (ut dictum est) cognitio illa beata est prorsus supernaturalis & per speciem increatam, ita qđ diuina essentia unitur menti beatæ, loco, & uice intelligibilis formæ, sicq; diuina essentia est qđ id est, obiectum, & species: quamuis ẽt in creaturã, & creatorẽ, seu inter finitũ, & infinitũ, non sit ꝓportio naturalis, perfecta uniuoca est tñ ibi proportio, imitatiua, incõpleta, & anologiæ cuiusdã, quæ potius proportionalitas, q̃ ꝓportio nũcupatur. Aduertendũ ꝓterea, ꝙ tam in uisione corporali, q̃ intellectuali triplex est mediũ cognoscendi. Primũ, sub quo res videtur, quod perficit uisum ad uidendum in generali,

rali, non determinans uisum ad aliquid speciale subiectum, & ita se habet lumen corporale ad uisum corporalẽ, & lumẽ obiectũ intellectus agentis ad intellectum possibilẽ. Secũdũ est mediũ, quo vł, & hęc est forma uisibilis, qua determinatur visus uterque ad speciale obiectum, sicut per speciem lapidis ad lapidem cognoscendum. Tertium est medium in quo vł, & hoc est id, per cuius inspectionem ducitur uisus in aliam rẽ, quemadmodum speculum intuendo, cernit ea, quæ repræsentanẽ in illo, sicq; intellectus per cognitionem effectus ducit in cãm, & econtrario. In uisione itaq; patrię non erit tertium medium, ut scilicet Deus per aliorum species cognoscatur ut nunc, propter quod dicimur uidere per speculum, nec erit ibi scđm mediũ: quia diuina essentia erit, quasi intelligibilis forma, sed erit ibi tantũ medium primum, quod eleuabit intellectum nostrum ad hoc, quod possit coniungi diuinę essentię, ꝙ medium est lumen gloriæ. Verum ab hoc medio non dł uisio mediata, q̃a non cadit inter cognitionem, & recognitam, sed est id, ꝙ dat cognoscẽtiuum, seu efficta cognoscẽdi. Deniq; ex his habetur responsio ad hanc qõnem, vtrum sẽti post resurrectionẽ videbunt Deũ in deitatis natura oculis corporalibus glorificatis. Constat enim qđ non tanquam visibile taliter per se, cum sit pœnitus immaterialis, sed quasi per accidens, inquantum in gloriosis, & preclarissimis eius effectibus patebit, atq; videbitur eius maiestas. Quamuis em̃ intellectus tunc non conspiciet, nec cognoscet eũ ex creaturis. tamẽ uidebit eum in creaturis. Et iuxta hanc modum intendit beatus Augustinus in fine de Ciuitate Dei, quòd Deus tunc corporalibus videbitur oculis.

2. Cor. 5.

Augustꝰ. Quæstio. ¶Cõsequenter dum quæritur, an uidentes Deũ per speciem, comprehendent eum. Dicendum, qđ comprehendere dicitur, quasi simul prędere. Hinc propriè comprehenditur, quod totum capitur simul cũ oĩbus, quæ sunt eius, sicq; omne comprehensum includitur in comprehendente, sicut contentum in continente, & sicut corporaliter contineri dicitur, quid in alio: quoniam clauditur infra terminos eius, nec dimensiones eius excedit, ut vinum in dolio: sic res dł spiritualiter contineri ab alio, quod substat uirtuti eius, & ipsum in nullo excedit continens illud. Hinc res dicitur per cognitionem comprehendi, dum res cognita stat sub actu uirtutis cognoscitiuæ, nec ipsam excedit omnis autem excessus est secundum aliquam quantitatem, & secundum hanc quantitatem, cognoscibile excedit uim cognitiuam, secundum quam cognoscibile est ab ea. Sensibile verò cognoscibile est à sensu secundum quantitatem dimẽsiuam, & ẽt uirtualẽ. Vnde nec totam terrã potest simul videre, nec lumẽ solis in suo splendore. Intelligibile aũt non cognoscitur ab intellectu sub ratione quantitatis dimensiuæ, nisi per accidens, inquãtum accipit à sensu, sicq; intelligit cum continuo, & tẽpore, ꝓp qđ impedit à cõprehensione intelligibilis ꝓp excessum quantitatis, ut à comprehensione lineæ infinitę, infinitiq; numeri. Sed per se loquendo, intelligibile comparatur ad intellectũ scđm rõnẽ quãtitatis virtualis: qm̃ ꝓpriũ obiectũ intellectus est, ꝙ, qđ est, ió in his, q̃ sunt separata à sensu, non impeditur intellectus a comprehensione, nisi ꝓ excessum quãtitatis virtualis, qñ vc3 intelligibilitatis, q̃ intellectus capere, seu cognoscere q̃at. Cumq; diuina essentia sit infinitæ actualitatis, & lumen intellectus creati finitũ sit ẽt lumẽ glorię, cõstat, ꝙ sẽti in patria a uera, & plena comprehensione diuinæ essentiæ deficiũt infinitæ. Veruntamen comprehẽsores uocantur comprehensionem sumendo pro clara rei cognitione in sua essentia, uel pro ipsa peruẽtione ad Dei uisionẽ. scđm ꝙ cõprehensio dł spei succedere, sicq; ait Apostolus. Currite, ut comprehendatis non tñ simpliciter cõprehendunt eo mõ, quo loquitur Augustꝰ in li. de uidendo Deũ. Comprehẽditur, quod ita vł, ut nihil eius lateat, seu cuius fines circunspici possunt. Et q̃uis beati totam Dei essentiam uideant, non tñ totaliter, id est, non tam perfectè, & plenè, sicut ipsa ex sua natura uisibilis est. Insuper videntium Deum vnus alio clarius videt eum. Cum em̃ principiũ actionis sit forma, qua agitur, oportet ex parte formę accipi actionis mensuram. Potentia autem cognoscitiua subditur formæ, qua cognoscit, scđm quod habet cognoscẽdi uirtutẽ, sicut id, quod facit uisum potentem ad uidendũ, facit eum receptiuũ similitudinis uisibiliũ rerũ. Sicut aũt intellectus possibilis per lumẽ intellectus agentis fit cognoscitiuus cognoscibiliũ naturaliũ ita per lumen glorię superadditum, fit visiuus diuinæ essentiæ. Ió quo aliqs beatorũ in lumine gloriæ plus abũdat, eo Deũ clarius conspicit: & quanto quis in charitate, & puritate perfectior fuerit, eo lumen gloriæ copiosius sortietur, ac dominũ maiestatis gloriosiùs, profundiùsq; cognoscet.

1. Cor. 9. Augustꝰ.

Quæstio. ¶Porrò dũ quæritur, an videntes Deum, omnia in ipso uideant, & cognoscant. Dicendũ, ꝙ Deus videndo suam essentiã cognoscit omnia, quæ sunt, fuerunt, aut erunt. Et hęc dł cognoscere notitia uisionis, quia ad similitudinem uisionis corporalis cognoscit ea tanquã prędentia. Intuẽdo quoq; suã essentiam, nosci omnia, quæ facere potest, quãuis nunquã fecerit ea, neq; facturus sit, aleas non cognoscere perfectè suã potentiam. Nõ em̃ põt cognosci potentia, nisi sciantur eius obiecta, & hęc dł cognoscere notitia simplicis intelligentiæ. Impossibile aũt est, quòd aliquis intellectus creatus videndo diuinã essentiam, cognoscat oĩa, q̃ Deus facere potest: qm̃ quanto aliquod principiũ perfectius cognoscitur, tãto plura in ipso sciuntur, sicut in eodẽ demonstrationis principio, qui perspicationis ingenij est, plures cõclusiones cognoscit. Cumq; quantitas, seu magnitudo diuinæ potentiæ attendatur scđm ea in qua põt, si aliqs intellectus creatus videret in Dei potentia omnia, quę potest efficere, comprehendet eam plenarem, & esset eadẽ quantitas perfectionis intelligendo, quæ est quãtitas diuinæ potentię in producendo, & sic comprehenderet eam, & æquaretur eidem. Verum omnia, quæ scit Deus scientia visionis, cognoscit aliqs intellectus creatus in verbo, uidelicet aĩa Christi, ut dictũ est 3. libro. De alijs, aut videntibus diuinã essentiam est duplex opinio. Vna, quòd omnes uidentes diuinam essentiam, uidẽt in ea omnia, quæ Deus scit, scięntia uisionis. Sed hoc repugnat dictis sanctorum, dicentium angelos aliqua ignorare, & inferiores à superioribus edoceri. Hinc alij dicunt, quod alij à Chro, quamuis uideant Dei essentiam, non tamen in ea oĩa vident, q̃ Deus uidet in ea scięntia uisionis: qm̃ eam non comprehendũt, nec oportet, quòd sciens causam, sciat uniuersos eius effectus, nisi causam plenariè cõprehendat. Hinc unusquisq; uidentium Deum tanto plura in ipso cognoscit, quanto eum perfectiùs, ac clariùs intuetur: & de his, quæ præ alijs scit, potest inferiores instruere, sicq; angelorũ, & animarũ sanctarum scientia põt augeri vsq; in dię iudicij, sicut, & alia, q̃ ad accidẽtale

tale præmiũ pertinent. Vlterius uerò non creſcet, quia tunc erit vltimus ſtatus rerum, atq; in ſtatu illo poſsibile erit quòd omnes omnia ſciant quæ ſcit Deus ſcientia viſionis. Itaq; quod ait Iſidorus libro de Summo bono, Angeli in verbo Dei oĩa ſciant antequam fiant, non oportet de omnibus angelis accipi, nec oportet, quòd omnes illa omnia plenè, & diſtinctè prænoſcant. Nam, & eandem rẽ unus alio perfectius noſcit, & alium inſtruit de his, quæ plenius nouit: Veruntamen his multa obijci poſſunt. Primò, quod 4. Dialogorũ ait Gregorius: Quid eſt, quid ibi neſciant, ubi Deum ſcientem omnia omnes ſciunt? Secũdò, qui poteſt, quod maius eſt, poteſt quod minus eſt, ſed multo maius eſt Deum p eſſentiam cernere, quã alia omnia in ipſo uidere, ergo cum omnes beati videant Dei eſſentiam multo plus vident omnia creata in ipſo. Tertiò, qui videt ſpeculum clarè, & immediatè, videt uniuerſa q̃ relucent in ſpeculo. Cum ergo diuina eſſentia, ſeu uerbum æternum ſit ſpeculum ſuperclariſsimum, in quo uniuerſa refulgent, vt, quòd omnes qui ſpeculum illud indefinenter inſpiciunt, cuncta in eo inceſſanter agnoſcant. Quarto, homo naturaliter ſcire deſiderat, ergo deſiderium iſtud ibi implebitur, ita quod unuſquiſq; vniuerſa, & ſingula ſciet. Et reſpondendum ad primum, ex auctoritate illa Gregorij patet, qđ in patria, & in cognitione beata eſt ſufficientia ad omnia intuenda ex parte diuinæ eſſentiæ in qua, & per quam omnia ibi noſcuntur. Quod uerò aliqui quædam non ſciunt, eſt ex defectu intellectus creati, qui diuinam non comprehẽdit eſſentiam. Ad ſecundum, quod maius eſt uidere diuinam eſſentiam, & alia multa ſeu oĩa in ea, quà eam videre, & pauciora in ipſa. Ad tertiũ, qđ ſpeculum illud increatum eſt ſapientiale, iuſtum, acliberum, iõ libẽ ſe oſtendit beatis ſecundum uniuſcuiuſq; diſpoſitionem, & dignitatem, ac meritum. Ad quartum, quod deſiderium electorũ quo oĩa ſcire deſiderant, ex ſolo implebitur, quod ſummam ueritatem clarè conſpicient: quemadmodum deſiderium, quo omne bonum habere peroptant, implebitur in hoc, quod Deum beatificè poſſidebunt. Oĩa quoque, q̃ ſcire optauerit, ſcient. Sed rurſus obijcitur, quia vt ait Auerrois 3. de anima. Si intellectus agẽs eſſet forma intellectus poſsibilis, oĩa intelligeremus. Cũ ergo diuina eſſentia multo clarius repræſentet omnia menti creatæ, quàm intellectus agens, & ſit ei unita quaſi intelligibilis forma, ſequitur, quòd beati uniuerſa, & ſingula conſpiciant in eadem. Rurſus apparet, quòd ſaltẽ poſt diem iudicij omnes beati cuncta, & ſingula ſcient. Dicendum, quòd intellectus agens eſt forma proportionata intellectui poſsibili, ſicut potentia materiæ eſt proportionata potentiæ naturalis agentis ita qđ omne, q̃ eſt in paſsiua potentia materiæ, & intellectus poſsibilis, eſt in actiua potentia agentis naturalis, & intellectus agentis: iõ ſi intellectus agẽs fiat forma intellectus poſsibilis, oportet, quòd intellectus poſsibilis intelligat omnia, ad quę ſe extẽdit naturalis uirtutis intellectus agentis, ſed diuina eſſentia non eſt taliter alicui intellectui creato ꝓportionata, iõ non eſt ſimile. Veruntamen nil prohibet dicere, quòd poſt diem iudicij, dum gloria angelorum, & hominum electorum fuerit penitus conſummata. omnes beati ſcient oĩa quæ ſcit Deus ſcientia uiſionis, ita tamen, quòd nõ omnes omnia uideant in diuina eſſentia, ſed in ea anima Chri oĩa plenè videbit ſicut nunc videt. Alij aut videbũt ibi plura, aut pauciore ſecundum gradũ, quo Deũ cognoſcent, ſicq; aĩa Chriſti de his, quæ prę alijs uidet. omnes alios illuminabit, iuxta illud Apocalypſis. Claritas Dei illuminabit illam, utpotè ciuitatẽ beatorum, & lucerna eius eſt agnus. Conformiter alij beati ſuperiores illuminabunt inferiores, non noua illuminatione, ita ut inferiorum ſcientia per hoc augeatur, ſed quadam continuatione illuminationis, uelut ſi ſol quieſcens illuminet aerem. Vnde in Danieli legitur: Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

Obiectio. Grego.

Philoſo.

Auerrois. Obiectio.

Apoca 21

Danie. 12

¶ Præterea quæritur, an aliquis intellectus creatus ex puris naturalibus poſsit pertingere ad clarã, & immediatam viſionem diuinæ eſſentiæ. Vt quòd ſic: qm̃ multa de Deo cognoſcimus, quæ non conueniunt niſi ei ſoli, ſeu diuinæ eſſentiæ, ut qđ Deus eſt purus actus, ueritas prima, bonitas ſumma: & ſic intuitiuè intelligimus eum, ita quòd intellectus noſter immediatè fertur in eum. Et reſpondendũ, quòd ſicut nunc patuit, intellectus noſter Deũ per eſſentiam nequit videre, niſi diuina eſſentia uniat ei quaſi intelligibilis forma. Forma uerò non coniungitur perfectibili, niſi dum perfectibile habet diſpoſitiones ad hoc, quemadmodum anima non cõiungitur corpori, niſi conuenienter diſpoſitio. Ad hoc ergo, quòd intellectus uniatur diuinæ eſſentiæ modo iam tacto, oportet intellectum congruẽter diſponi ad hoc, quod fit per lumẽ gloriæ, quod nulli intellectui creato poteſt eſſe naturale. Vltima enim diſpoſitio ad formam, ſecundum eandem rõnem recipitur in perfectibili, & ipſa forma, ita qđ ſi vnum eſt naturale, & aliud: qm̃ perfectibile per vltimam diſpoſitionem, ad formã attingit eandẽ, Porrò forma, quæ eſt diuina eſſentia, omnem facultatem, & capacitatem naturalem excedit. Potẽtia namq;, & proprius eius actus ſemper in eodẽ genere accipiuntur, propter quod actus, & potentia nõ ſe extendit, niſi ad ſui generis formam. Hinc tã diuina eſſentia, ſeu eius uiſio clara per ſpeciẽ, quã ultima diſpoſitio ad eandem, excedit omnem naturalem mentis creatæ uirtutem, quæ diſpoſitio eſt glorię lumen, de quo fertur in Pſalmo: In lumine tuo videbimus lumen. Hinc intellectus creatus ex naturalibus ſuis non poteſt cognoſcere Deum, niſi ꝑ formas ſpecieſq; creatas, inditas vel acquiſitas.

Quæſtio.

Iſaiæ 6. Iob 42. Gene. 32. Num. 12. Exod. 33. 1. Cor. 13. 2. Cor. 5. Exo. 33.

Pſalm 35

¶ Quæritur quoq;, an Deus in hac uita per eſſentiam poſsit uideri. Et quod imò, vt ex ſcripturis ꝑbari, cum Iſaias teſtetur, Vidi dñm ſedentem ſuper ſolium excelſum: & S. Iob fateatur: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Iacob. item in Gene. Vidi dominum facie ad faciem, atq; de Moſe in Nume. legitur: Palã, & non per ænigmata uidet Deũ. De quo denuo ſcriptum eſt, Loquebatur dominus cum Moſe facie ad faciem, ſicut loqui ſolet homo cum amico ſuo.

Quæſtio.

¶ In oppoſitum eſt illud Apoſtoli. Nunc cognoſcimus ex parte. Et rurſus: Per fidem ambulamus, non per ſpeciẽ. Et in Exodo dñs ait: Nũ videbit me hõ, & uiuet: dicendum, qđ beatitudo eſt ultimus finis creaturæ rõnalis, à quo diſtat, quã diu in via eſt, in qua tendit ad illũ. Hęc aũt beatitudo, & finis eſt viſio Dei per ſpeciẽ, q̃ eſt delectabiliſsima operatio rõnalis creaturæ, nec põt operatio talis eſſe niſi in potentia oĩno diſpoſita, & perfecta ad ſummum obiectum, quæ diſpoſitio (ſicut iam claruit) habetur per lumen gloriæ, non tranſitoriè, ſed permanenter inhærens menti creatæ, quod nulli puræ creaturæ poteſt competere in hac uita: Nihilominus ſicut multa alia miraculosè cõtingunt ſine naturali

turali diſpoſione, ſic ſupernaturaliter omnipotẽte Dei virtute fieri poteſt, ut intellectus viatoris ſine præfata ſupernaturali diſpoſitione ad diuinæ uiſionem eſſentiæ eleuetur, ex qua tamen viſione non eſt beatus ſimpliciter, ſed ſecundum quid, inquantum ad horam cõmunicat in actu beati. Sicq; Paulus in raptu ad tertium cœlum, & Moiſes in hac uita Deum uidiſſe creduntur ſecundum Auguſtinũ in libro de videndo Deũ. Nempè quod Moiſi in libro Exodi legitur denegatum, Deo dicente ad ipſum, faciem meam videre non poteris. Non enim uidebit me homo, & viuet, poſtmodum in libro Numerorum legitur ei conceſſum, domino protẽ ſtante de ipſo: Palam. & nõ per ænigma videt Deũ. Ad obiecta ergo dicendum, quòd ſecundum diuinum Dionyſium quarto capitulo eccleſiaſticæ hierarchiæ, omnes huiuſmodi auctoritates ſcripturæ ſunt intelligendæ, non de apparitione Dei in propria perſona, aut clara per ſpeciem viſione, ſed per creaturam ſubiectam. Et quia oſtenſæ ſunt ſanctis uiris aliquæ formæ corporales, aut imaginatæ, & hoc miniſterio angelorum, quorum illuminatione alloquutione, ac viſione manuducti ſunt, & cõfortati ad percipiendum, & cognoſcendum ſupernaturalia, & diuina: hinc angelus ita apparens, interdum uocatus eſt dominus: quoniam loquebatur in Dei perſona, & ad eius cognitionẽ ac cultum principaliter intendebat perducere, fuit quoq; miſſus, & directus à Deo, & efficatiam ſortitus ab eo: interdum autem angelus appellatur quia miniſter fuit propter quod dixit Gregorius. Angelus qui Moiſi loquebatur, interdum dominus, interdum angelus nominatur. Angelus, quia exteriùs loquendo ſeruiuit: Dominus, quia interiùs præſidẽs loquenti efficatiam tribuit. Deniq; per hoc, quod de Iacob, legitur. Vidi dominum facie ad faciem, notatur quædam præminentia viſionis illius: quia vt Rabbi Moſes gradus prophetiæ diſtinguens teſtatur, Eminentior eſt prophetia, quæ fit in uigilia, q̃ quæ in ſomno. Et hoc cæteris paribus, Eminentior quoq; eſt, quando ille, q̃ loquitur, ſeu oſtendit uiſionem, apparet ad oculum, q̃ qñ ſolũ auditur. Rurſus eminentior eſt, qñ apparet in figura angeli, q̃ in figura hoĩs tantum. Viſio demum Moſi, & Paulo in hac vita conceſſa fuit valde priuilegiata: decuitq; idem priuilegium communicari doctori gẽtium, quod conceſſum fuit legiſlatori iudæorum. Nec in illa uiſione dixerũt in vita humana, ſed fuerunt tunc in abſtractione, & alienatione a corporalibus ſenſibus maxima. Attamen quidam dixerunt, quòd in viſione illa non viderunt Deum per ſpeciem, ſed per contemplationem eminentiſsimam uię, mediam inter contemplationem beatorum, & viatorum communiter. Sed hoc non videtur conſonare dicto ſanctorum. Verum quantum ad hoc fuit media, quòd non fuit manſiua, nec perfectè beata, ut dictum eſt.

Gen. 32. Gregori. 2. Cor. 12.

¶ Præterea quãuis in vita hac per creaturas creatorẽ intelligamus, attamẽ in ipſum immediatè cõuerti ualemus. Etenim dum aliquid per ſimilitudinem alterius rei vt, poteſt videns immediatè cogitare de re, uiſa, ſine hoc, quòd cogitatio eius conuertatur ad aliud, qa medium illud reſpicit nõ vt rem quandam, ſed ſolum ut ſimilitudinem rei, quã videt per eam. Idem qppè eſt motus ipſius intellectus in imagine, & in imaginatũ, q̃uis alius motus ſit ipſius intellectus in imaginem, ut eſt res quædã, atq; in id, cuius eſt imago. Idcirco dum intellectus per ſimilitudinem creaturæ conuertitur in creatorem, non ut eſt res quædam, ſed ut eſt ſimilitudo aliqua Dei tunc cogitat immediatè de Deo, quam uis non immediatè uideat Deum. Atuerò ut ſuper illud Pſalmi, Diminutæ ſunt ueritates, loquif Gloſa, ab una ueritate increata deriuantur, ac reſultãt multę veritates in rebus creatis, animabuſq; noſtris ſicut ab una facie deriuantur multæ ſimilitudines in pluribus ſpeculis. Et rurſus, ſicut multarum ſimilitudines facierum in eodem ſpeculo repręſentantur, ac lucent, ſic omnium creaturarum ueritates in diuina eſſentia idealiter fulgent, & conſpiciuntur. Hæc Tho. in Scrip.

Pſalm. 11.

¶ Inſuper in Summa contra Gentiles libro tertiò multa ſcribit de his. Nam, & ibi explanans qualiter Deus à beatis per eſſentiam poſsit uideri: Qm̃, inquit, uerum eſt perfectio intellectus, illud intelligibile in genere intelligibilium eſt, ut verum tantum, quod eſt ueritas ipſa, quod conuenit ſoli Deo. Cũ enim uerum ſequatur ad eſſe, illud tantum eſt ſua ueritas, quòd eſt ſuum eſſe, quod eſt propriũ Deo. Hinc alia intelligibilia ſubſiſtentia non ſunt in genere intelligibilium vt pura forma, ſed ut formam habentia in ſubiecto. Eſt namq; vnumquodq; eorum uerum, non veritas, ſicut eſt ens nõ eſſe. Hinc diuina eſſentia comparari poteſt ad intellectum creatum, ut ſpecies intelligibilis, qua intelligit, qđ non conuenit alicui ſubſtantiæ ſeparatę. Deinde oſtendit ibidem qualiter ad obtinendum huiuſmodi diuinę eſſentię uiſionem, neceſſaria ſit influentia, ſeu infuſio, & inexiſtentia luminis gloriæ in intellectu creato tam angelico, quàm humano: qm̃ ad tam ſupernaturalem, deificam, ac beatificam uiſionem mens creata eleuari, ac perduci non ualet niſi Deo ſupernaturaliter conformetur, & ſuæ deitatis quodãmodo particeps fiat, & confors per tãti luminis ſuſceptionem. Nam ſicut ad promerendum indiget lumine gratię, ſeu gratia gratum faciente, ita ad exercendum beatitudinis actus, qui ſunt præmia meritorium, ęget luminæ gloriæ. Rurſus, quo actiones illę felicitatis ſunt eminentiores, ac magis diuinæ, eò mens creata ad earum participationem, & exequutionem indiget ſuper naturaliori præparatione, vehementiori confortatione, atq; præclariori deficatione: quod totum ſit per luminis gloriæ infuſionẽ, per q̃ eſſentia intellectualis creata, ſortitur eſſe, & uiuere gloriæ. Hęc Thomas ibidem, quantum ad ſenſum.

Petrus.

¶ Addit his Petrus: Aliter lux, aliter color uidef ab oculo. Color enim videtur per ſui ſimilitudinẽ lux per ſuam preſentiam. ſic aliqui dicunt Deum in futuro videri ab intellectu creato, ita, quòd ſicut modo videtur ab anima per ſimilitudinẽ imaginis in anima concreatam, ſic tunc per ſimilitudinem expreſſiorem impreſſam, & nihilominus facie ad faciem, ſicut homo videt hominem facie ad faciem, & tamen per ſimilitudinem ſuam in oculo uidebitis receptam. Alij dicunt hoc nõ fieri &c. ſicut in Thoma. Et iſti dicunt, quòd intellectus beatus tali Dei ſimilitudine informatus, dirigit aſpectum in increatum obiectum, & uidet per eſſentiã ex parte uiſibilis, attamẽ per effectum ex parte medij diſponentis.

Queſtio.

¶ Cum verò inquiritur, utrum Deus a ſanctis cõprehendatur: dicendum, quòd intellectus in actu ſit per coniunctione potentię intellectiuæ cum obiecto intelligibili, quæ coniunctio dupliciter poteſt intelligi, puta per ſimplicem applicationem & adęquationem. Quod intelligitur primò modo, videtur, non comprehenditur, quod autem ſecũdo

do modo, uidetur, & comprænditur, & primo: mõ uidetur Deus à sanctis, non modo secundo quia posibile est infinitam uirtutem uirtuti finitæ applicari, non adequari. Intelligibile autem diuinum, quamuis sit simplex per essentiam, ideoq; totum intelligatur à sanctis secundum rem, tamen secundum rationem intelligibilitatis per comparationem ad intellectum creatum, est multiplex: Vnde intelligi potest ut sapientia, non tamen ut bonitas. Sic quoq; intelligi potest eius sapientia, non tamen tota sapientia, id est, non totaliter, & perfectè, seu comprehensiuè.

Quæstio. Causa cognoscitur bifariam.

¶ Amplius dũ quæritur, an beati omnia videant in Deo. Dicendum, quòd Deus est omnium causa, in qua cuncta relucent, sicut effectus in causa, Contingit autem causam cognosci dupliciter. Primò, quantum ad id, ꝙ est in se. Secundò, inquantum est causa, seu in ordine ad effectum. Qui scit cãm primo modo, non propter hoc scit id, cuius est cã. Qui verò scit causam secundo modo, necessariò scis, in cuius est causa, Sic, & Deum contingit uidere dupliciter. Primò, quantum ad suam essentiam, sicq; videtur ab uniuersis beatis, & ita est obiectũ beatitudinis. Secundo, inquantum est causa: & sic aliquo modo videtur, & aliquo modo non: quia ut est causa potens non operans à nullo intellectu creato totaliter potest uideri: quoniam potest infinita: inquantum uerò est causa potens, & operans uidetur, quantum uult, cum sit uoluntaria causa. Hæc Petrus.

Philoso.

¶ Circa prehabita quærit Scotus: vtrum natura humana sit beatitudinis capax. Respondet, ꝙ imo. Sed dubium est an hoc possit naturali ratione ostẽdi, quia Philosophus primo Ethicorum describit beatitudinem in communi, sed in speciali dubitasse videtur. Ponere namq; uidetur, ꝙ homo nõ ualeat cognitionem habere de Deo, nisi ex sensibilibus: ergo oportet, ꝙ ex conceptu qui ex sensibilibus fieri potest, Deum noscamus: hoc autem non est Deum cognoscere nisi in generali, obscurè, & abstractiuè, & talem possumus habere cognitionẽ etiam de eo, quod nõ est. Sicq; secundum Philosophum, non possumus Deum cognoscere, nisi obscurè, & in generali. Et si obijciatur quia naturale desiderium non est fruſtra, sed naturale desideriũ cognoscendi Deum inest hominibus, ergo, &c. Verũ istud non sequitur, quia non sufficit ostendere hoc posibile esse naturę, sed quod possumus naturaliter apprehẽdere ipsum secundum rectam rõnẽ & naturaliter hoc ipsum appetere. Vnde ad illam felicitatem non potuit Philosophus peruenire per rationem naturalem, Quod si dicatur, quia sic homo appetit Deum videre sicut sibi reputat esse possibile, sed non credit ex naturalibus, quod aliter possit Deum videre quam per creaturas: quia non est aliter expertus aliquis lumine naturali. Mihi verò apparet, quod lumine naturali possit probari, quòd homo sit beatitudinis uerę capax, videlicet quòd possit Deum immediatè uidere. Nam omnis potentia habens obiectum primum, & adæquatum. potest in quodlibet contentum sub, illo primo per se obiecto. Primum uerò adæquatum obiectum intellectus humani est ens, ergo potest in quodlibet contentum sub ente, sed Deus per se continetur sub ente, cum sit primum, & perfectissimum ens, ergo intellectus potest apprædendere ipsum. Perfectibile aut non quietatur nisi in optimo ente ad quod est in potentia. Conceptus autem Dei uniuersalis, & confusus nõ est optimus, ergo in tali non põt qetari: si ergo qetatur oportet, ꝙ hoc fit in summo ente secundũ se uiso. Forsan dices, quòd Deus non continetur sub ente, qđ est nostri intellectus obiectum, cum eius obiectũ sit qdditas rei materialis potissimè in hac uita, sed hoc nihil est: quia impossibile est aliquam potentiam cognoscere aliquid sub rõne vniuersaliori, q̃ sit rõ sui obiecti. Intellectus autem etiam viatoris. cognoscit ens sub rõne uniuersaliori, quàm sit qd ditas rei materialis. Rursus, quod est perfectionis simpliciter in inferioribus, nõ debet superioribus denegari, sed in usu corporali perfectionis est intueri obiectũ suum sibi præsens, ergo intellectui posibile est intuituè uidere suum obiectũ, ergo, & summũ, ac maximum suum obiectum, ergo habere potest de Deo claram, & intuitiuã notitiam. Hæc Scotus. Qui in his videtur suæ, ut fertur, subtilitatis omnino oblitus, cum ista sint puerilia nimis, & grossa.

Dio. Car.

Philoso.

¶ Itaq; ꝙ primò ait, ꝙ Aristoteles vr posuisse, ꝙ hõ nõ põt cognitionẽ habere de Deo, nisi ex sensibilibus: verum est, quantum ad inchoationẽ naturalis cognitionis nostræ de Deo: quia ut primo Posteriorum testatur. Omnis nostra cognitio intellectiua oritur ex præuia sensitiua, nihilominus proficiendo paulatim ex sensibilium cognitione deuenimus ad considerationem ordinis uniuersi, & ex cognitione motuum ad cognitionem mouentiũ, ex cognitione quoq; effectuum ad contẽplationẽ causarum, ex speculatione compositorũ, & generabilium, ac corruptibilium, ad agnitionẽ simpliciũ, immaterialium perpetuorum, atq; ex talium consideratione ad contemplationem unius altissimi entis, primi motoris, summi gubernatoris causæ cãrum, simplicissimæ rei, quę est purus actus. Et ex his, ac consimilibus uijs, & perscrutationibus deuenit Aristoteles ad ualde certam, solidam, ac subtilem notitiam Dei altissimi. de quo multum reuerenter, ac profundè disseruit 12. primæ Philosophiæ. Iõ falsum censetur, quod Deus non possit à nobis naturaliter cognosci, nisi in uniuersali, cum agnoscamus multa de ipso, quæ ei duntaxat conueniunt, ut potè, ꝙ est bonitas pura, & infinita, ens absolutè perfectum, simplicissimum esse in se subsistẽs. Insuper hoc, quod naturale desiderium nõ est fruſtra, probabiliter persuadetur, ꝙ hõ sit beatitudinis capax. Et si Aristoteles non potuit ex naturali ratione pertingere ad ueræ felicitatis notitiam, quomõ Scotus potuit hoc? an quia subtilior ingeniosiorq; philosopho tãto? Qui (vt fatet Hieronymus) fuit grande miraculũ in tota vniuersitatis natura, cui vr infusum qcquid naturaliter potest sciri. Consequenter quod ait, hoc posse probari, ꝙ hõ sit uitæ beatitudinis capax, fateor ad hoc posse adduci rationes quasdam suo mõ probabiles, nõ demonstratiuas, loquendo de beatitudine supernaturali, quã scriptura promittit: loquẽdo autẽ de beatitudine naturali, reor posse demõstrari aĩam posse beatificari, sicut probat, ꝙ immortalis cõsistit. In probatione verò Scoti multa qtinent obscura. Primũ est, ꝙ ens est primum, & adæquatum obiectum intellectus humani. Verum est tamen, quod asserit Auicenna, quòd ens sit primum, ꝙ cadit in intellectu: & sic aliquo mõ ponitur primũ intellectus obiectum, sed nõ obiectum intellectus humani adæquatũ nec propriũ: imò sic potius qdditas rei materialis ponitur eius obiectum, ut ẽt tertio de anima docet Philosophus. Nec itellectus humanus potest in omnia cõtẽta sub ente, ita ut ualeat

ea

ea in se clarè, & immediatè videre, cum & ipsemet. Scotus alibi dicat, ꝙ intellectus noster in hac vita non intelligat nisi phantasmata speculando, imò, qđ nullus subtantiæ etiã materialis quidditatẽ hic q̃at cognoscere alias naturali ratione possumus inter hostiã consecratam, & non consecratam discernere, prout constat ex scriptis super primum, & secundũ, & ex allegatis ibidem ex ipso. Præterea iam ex dictis sancti Thomæ, ac aliorum euidenter ostensum est, Deum non posse naturaliter ab aliquo intellectu creato immediatè, & in se, aut secundum se, id est, sicuti est videri. Deus quoque supereſſentialis, & prius incomprænsibilis, potiùs est super omne ens, & super omnem ordinem rerum, quàm sit sub ente contentus, sicut in libro de causis probatur, vbi, & dicit, quòd causa prima est superior omni narratione, & non narratur nisi per causas secundas.

Dio. Car in Scotũ

¶ Præterea respondendo ad istud, utrum homo ex puris naturalibus beatitudinem consequi possit, multa inducit. primò contra rationes specialiter. Thomę, & Henrici: qui tamẽ in ista materia rationabiliter, & optimè, scribunt, nec aliquid idoneum contra eos adducit. Itaque inter cætera scribit. Tales multiplicant verba, & propositiones non necessarias, nec uadunt ad articulum, sicut Aristoteles aliquando facit: quoniam ubi non est necesse, multiplicat uerba, & propositiones: ubi autem necesse est, tacet. Ideo ad propositum dico, quòd omne creatum est finitum, quantumcumq; sit proximum Deo, & Deus est infinitus: & tamen habet proportionem immediatum ad finem cum omnibus medijs. Ad hoc, quod doctores præfati non negant omne creatum aliquo modo assimilari suo creatori, cuius, & radius perhibetur, nec negant rationalem creaturam ad summæ, & superbeatissimę trinitatis imaginem, & similitudinem esse productam, etiam in puris naturalibus suis consideratam. Nihilominus cũ veraciter dictũ sit, finiti & infiniti nullã esse ꝓportionem, dicunt duplicem esse propotionem, vt patuit sępe, nec intellectũ creatum ex naturalibus suis posse pertingere ad claram, & immediatam diuinæ essentiæ visionem ex imbecilitate virtutis intellectiuæ respectu obiecti excellentiæ tam immensæ, atque ob incomparabilem excessum intelligibilitatis, actualitatis, formalitatis, & perfectiones supereſſentialis illius obiecti, sic, quòd inter obiectum illud superdignissimum, & mentem creatam nulla existat proportio propriè dicta, naturalis vniuoca, simpliciter dicta, sed proportionalitas quædam, & aliqua habitudo, & assimilatio imitatiua, & sic debilis illa obiectio, in æquiuocis est laborans. Deinde adiungit: Ad rationem alterius doctoris, dicentis, quòd obiectum non potest cognosci à cognocente, quòd non est in eo secundum modum cognoscendi, qui conuenit intellectui creato, quod argumentum destruit semetipsum, &c. Ad hoc dico, ꝙ

Dio. Car. cõtra Scot.

argumentum istud est validum, si integrè recitetur, & præcedentia, ac consequentia attendantur. Nempè hoc doctor ille intendit, quòd obiectum naturaliter nequit cognosci, nisi insit potentiæ cognoscentis per modum illi naturaliter conuenientem. Postmodum addit. Deus potest causare in intellectu nostro speciem tantæ virtutis, ut valeat diuinam repræsentare essentiam. Ad hoc dico cum sancto doctore, quòd omnis forma speciesque creata, necessariò est perfectionis finitę esse, & agere. Idcirco à clara repræsentatione diuinæ essentiæ, qua in seipsa immediatè quantum ad quid est agnoscatur, prorsus occumbit, ac deficit. Vnde & Proclus Platonicus in Elementatione sua theologica contestatur, quòd vniuersa catena Deorũ incomparabilis est summo Deo, nec ipsum capere queunt, nec imaginari, nec intelligere, sicut in se est: cum ipse sit virtus virtutum, infinitè superpositus vniuersis, nec aliquid entium, imò super omnia entia, super omnia intelligibilia, & intelligentia incomparabiliter superexaltatus, quod & in libro de Causis ostenditur. Consequenter assumit: Intellectus creatus maximè ordinatur ad visionem Dei Ad hoc dico, quòd naturaliter ordinatur ad visionem suæ naturæ posibilem, & conuenientem. Supernaturaliter verò, ex inæstimabili charitate, pietate, & munificentia creatoris ad cognitionem Dei supernaturalem, quæ est per speciem increata, & facie ad faciem. Addit quoque, lumen gloriæ non esse ponendum, & charitatem sufficere. Ad quod nullam rationem condignam proponit. Et dico, quòd non solum lumen gloriæ requiritur in patria, sicut lumen gratiæ in via, sed etiam donum sapientiæ consummatæ in intellectu, quamuis non negetur, quin omnipotens Deus de absoluta sua potentia sine lumine gloriæ posit mentem beatificare. Ampliùs scisitatur, an homo in vita hac beatitudinem consequi possit. Ad quod respondeo sua non videtur à communi, & solida auctenticorum virorum doctrina dissonare, saltem tam multum, vt in prætactis. Clarum est autem, quòd beatitudo propriè dicta, & secundum perfectam suam rationem accepta, omnem excludat miseriam pœnæ, & culpæ, omnem mortalitatem propriè dictam, ac pœnam. Vnde, & Christus quamuis secundum mentem perfectissimus comprænsor fuerit in hac vita: tamen secundum vires inferiores, & corpus fuit viator.

Quæstio Scoti.

Proclus

¶ At verò septimo quodlibeto mouet Henricus tres quæstiones, ad istam materiam pertinentes. Prima est, vtrum diuina essentia queat cognosci ab intellectu creato beato, absque hoc, quòd res creatæ cognoscantur in ea. Secunda est, vtrum purus homo in hac vita sensibus vtens, potest esse perfectè beatus, ac Deum perfectè videre. Tertia, vtrum videns diuinam essentiam, videat cuncta creata in ea. Ad primam respondet. Quamuis quibusdam appareat probabiliter posse dici, quòd videns diuinam essentiam, videt in ea omnes rerum essentias, quarum ipse est naturalis similitudo perfecta, & exemplar, per quod aliud non solum videtur, sed etiam in quo aliud videtur, quemadmodum viso speculo, necessariò videntur, quæ repræsentantur in eo, præsertim si vna, ac eadem speculi forma repræsentatiua sit suijpsius, & omnium facierum. Quamuis enim esset voluntariè repræsentans, potens se manifestare, & non manifestare, tamen cum sit voluntariè se manifestaret, non posset alia non manifestare, cum per eandem formam manifestarentur. Veruntamen sicut esset gradus in videntibus essentiam quantum ad magis, & minus clarè videre, sic, & gradus in visione rerum in ea. Probabiliùs tamen videtur dicendum, quòd diuina essentia est, & obiectum quoddam cognoscibile, & ratio cognoscendi se, & alia, sed aliter, & aliter, quia, vt quoddam absolutum, & secundum se consideratũ, est ratio cognoscendi seipsum: est autem ratio cognoscendi alia, inquantum exemplar, & idea ꝓ quã dã relationem ad alia. Verum, vt septimo de Trinitate asserit Augustinus: Omnis res, quę relatiuè dr, est aliquid præter relationem. In talibus verò, quam

Ad primã

Augnstin.

uis essentia rei esse non possit sine quodã respectu, intellectus tñ creatus quantum est ex parte cognoscibilis, potest concipere absolutum absque consideratione, & relatione ad alterum, potissimè quando nulla necessitate cognitum cognoscitur, sed solum prout vult se manifestare. Nam, & scientia quamuis secundum se respectum, ac dependentiam habeat ad scibile: attamen potest apprehendi, vt qualitas absoluta. Conformiter diuina essentia videri potest ab intellectu creato absque repræsentatione, & cognitione creaturæ cuiuscunque in ea, aut per eam, visione, inquam, distincta quia ad minus necesse est videndo diuinam essentiam videre indistinctè creaturas in illa, quemadmodum visa imagine Herculis, videtur in ea Hercules indistinctè, videlicet non distinguendo Herculem à sua imagine, nec econtra. Attamen secundum eleuationem aliquam superiorem, secundum quod communiter videtur diuina essentia, à beatis nequit ipsa videri nisi creaturas conspiciendo in ea.

Ad 2. Resp. ¶Ad secundum respõdet: Omnis Deum vident, videndo ipsum beatus est, sed in videnti requiritur aliquid, vt absolutè possit videre. & aliquid vt perfectè possit videre: quorum primum potest esse sine secundo, non econtra. Potest enim quis Deum videre per essentiam aliqualiter, ac per hoc aliqualiter esse beatus: cum tamen perfectè eum non videat, nec perfectè beatus sit. Nam, & ex parte videnti requirit aliquid, vt videat Deum, quo non existente, impossibile est, vt videat ipsum, vt scilicet vis visiua intellectiua non sit distracta, nec impedita. Nisi enim omnino, & perfectè in se collecta exiterit, essentiam illam videre non poterit. dicente Gregorio 23. Moralium libro: Sancti omnes, quam diu in hac vita sunt, diuinæ naturæ secreta nondum sicut sunt contemplantur, quia nimirum tunc secreta diuinitatis cognoscimus, cum ab huius mundi tum vltuosa concupiscentia in mentis nostræ cubicula segregamur. Aliud quoque requiritur, vt perfectè videat, quod nisi affuerit, non videbit perfectè, videlicet, vt vis visiua sit inesse suæ naturæ perfecta, ad quod duo requiruntur. Ex parte animæ vnum, quòd suo corpori sit vnita. Secundum, quod corpus sit ita dispositum, quòd non aggrauet, nec retrahat animam, & propter hoc secundum, anima quantumcunque sit à sensibus abstracta: in corpore tamen corruptibili manens, perfectè esse beata non valet. Hinc nemo corporeis sensibus vtens, Deum potest per essentiam intueri. Vnde in libro de videndo Deum loquitur Augustinus: Necesse est ab hac vita abstrahi mentem, quando in illius visionis in effabilitatem assumitur, & archanum: Gregorius quoque: Quisquis sapientiam, quæ Deus est, videt: huic vita funditùs moritur, ne eius amore iam teneatur.

Gregor. Gregori⁹ Augustinus

¶Ad tertium dicit: Nulla creatura in essentia diuina videtur, nisi cuius ipsa essentia est ratio idealis. Ipsa autem est aliquorum idea per se, ac propriæ, quorundam verò antequam, nisi per hoc, quòd illa, quorum ipsa propriè est idea aliquo modo se habent ad eam, quæ habitudo est accidentalis: ¶Quemadmodum natura specifica habet se accidentaliter ad secundas intentiones, & ad indiuidua, ac numeros, quorum diuina essentia non est per se propria Idea, quæ cum se nõ habet ad ideam essentiæ seu speciei, nisi inquantum ipsa natura specifica quodammodo habet se ad illa, ideo omnia illa accidentaliter habent se ad ideam. Cumque cognito aliquo non necessariò cognoscantur omnia, quæ se accidentaliter habent ad illud ab intellectu creato, præcipuè cum illa sint infinita, ideo visa diuina essentia, non necessariò videntur in ea cætera vniuersa, quæ in illa proriè non habent ideam, sed per modum alium reuelantur, prout disposuerit Deus: imò etiam, sicut iam patuit ea, quæ propriè habent ideam in diuina essentia, non necessariò conspiciuntur in ipsa, sed quantum, & taliter, & quantum, & qualiter placuerit Deo. Hæc Henricus, cuius hæc vltima responsio procedit secundum opinionem ipsius de diuinæ mentis ideis, de qua opinione quid videatur censendum, expressum est in Scripto primi.

QVAESTIO. V.

PRæterea quæritur, *An de ratione beatitudinis patriæ sit infastibilitas, impeccabilitas, & sempiterna securitas confirmatioque in bono.*

¶Videtur, quòd non, quia de ratione liberi arbitrij est nõ necessitati ad vnum, sed in vtrumque oppositorum posse diuertere.

Augustin. ¶In oppositum est Augustinus in libro de Ciuitate Dei in pluribus locis.

¶Circa hæc scribit Guliel. Infastibilitas est de perfectionibus diuinæ naturæ, & inuariabilis bonitatis, & gloriæ, atque dulcedinis eius, alioquin, nec prima esset, nec pura, neque perfecta. Non enim mediocris perfectio in bonitatibus, est infastidibilitas ipsa. imò si beatitudo, dulcedo, & gloria fastidibilis esset, fieret, & molesta, ac possessorem suum contristans. Denique appropinquatio ad creatorem, elongatio est ab omni defectione diuinæ perfectioni contraria. Quæcumque enim in vltimate propinquitatis ad ipsum sunt, etiam in vltimate elongationis totius recessus, & auersionis ab ipso, præsertim cum non sit appropinquatio ad creatorem loco, sed assimilatione sanctitatis, & bonitatis, ac participatione perfectionis ipsius. Intellectuales ergo substantiæ, quæ sunt in vltimate. i. finali, & extrema plenitudine appropinquationis ad ipsum, sunt in summa participatione perfectionis diuinæ in omni incorruptione. inauertibilitate, ac indeuiabilitate ab ipso, ideo sunt confirmati in ipso auertere. Insuper si virtutes, & scientiæ exercitationesque sanctæ defendunt animas in statu miseriæ inquinamentis, atque contagijs vitiorum, seductionibusque errorum, vbi tot, & tam fortes insultus, & quasi continuè, & tam longè repellunt ea ab ipsis, quanto magis virtutes gloriæ, & perfectiones felicitatis supernæ, quę incomparabiliter maiores, & fortiores sunt virtutibus huius vitæ, prohibebunt vitia, & errores à beatis illis conciuibus? Adhuc autem amor æternorum, ac cœlestium gaudiorum animas humanas facit fastidire corporales delitias, & resistere eis, imò, & dissolutionem à corpore affectare, quanto magis inexcogitabilis illa felicitas suauitatis diuinæ, & inundantissimus fons, atque exhuberantissimus torrens diuinarum, ac spiritualium mundissimarum deliciarum extinguet, & aufert in æternum ab ipsis beatis omnem inclinationem, & amorem ad ea, quæ huius miseriæ sunt, ac præsentis exilij? Rursus, aliquantula degustatio futuræ illius voluptatis in isto incolatu percepta, facit animas pias, ac virtuosas hoc seculum fastidire, quanto plùs decore domus supernæ locus gloriæ tantæ, ac plena degustatio suauitatis, diuinæ facit beatissimos illos conciues inuariabiliter inhærere datori, ac fonti beatitudinis tam immensæ?

Amplius.

Amplius, ardore illo in suo vigore, & illo amore in suo ardore manente, impossibile est amorem cõtrarium aduenire, seu oppositum desiderium admisceri in beatis spiritibus. Si igitur aduenit, necesse est amorem illum tepescere, aut frigere: Et hoc vno trium modorum, videlicet, aut societate, aut fastidio, aut peruersitatis corruptione. Iam autem alibi patefecimus tibi, quòd quamuis cumulatissima sacietas, & omnium desideratorum refertissima plenitudo sit ibi, nunquam tamen per illam minuitur, aut tepescit amor, & ardor, ac complacentia in eisdem, quemadmodum corporales deliciæ sua satietate protinus in fastidium vertunt. Suauitas verò primæ, ac summę bonitatis, si taliter satiaret, non esset perfecta: imò videmus, quòd multæ virtutes, & spirituales profectus, quo pleniùs acquiruntur, eo plùs appetuntur.

Hebr. 12.

¶Item Deus ignis vocatur, cuius calor est amor & ipse omnipotens est quasi fornax immensi feruoris, ideo mentem sibi consummatè coniunctam frigere non patitur, imò sua amabilitate immensa, sua incomparabili gratiositate, atque dulcedine mentem ipso fruentem totaliter trahit in se, & inauertibiliter eam tenet sibi coniunctam, cum, & amor ipsius sit fortissimum vinculum, & tanto indissolubilius, quanto intentiùs.

¶Ac verò mentes illæ beatæ propria voluntate à Deo auerti non queunt: quoniam omne, quod ab alio voluntate propria separatur, non separatur ab illo nisi altero duorum modorũ, seu alterutra duarum causarum, videlicet, quia, aut aliquid sibi molestũ sentit in ipso, quod impossibile esse in prima, ac superpurissima bonitate, aut quoniam aliud sua dulcedine, ac virtute fortius attrahit ipsum sibi, quod esse non potest, cum Deus æternus omni creato, & cunctis simul creatis incomparabiliter præstantior, amabilior, dulciorque consistat. Et huius appositum sentire, aut dicere, est hominis prorsus ignari, qui diuinæ bonitatis proprietates, & animarum naturam nescit, nec ad modicum nouit.

¶Adeo quippè rapit, & tenet in se pulchritudo, bonitas, & dulcedo Dei animas, ac spiritus, quibus se intuendum, fruendumque exhibet, vt aliud cogitare non libeat, aut forsan non possint, & quicquid aliud viderint, amauerint, egerint, in ipso, & propter ipsum hoc faciunt. quapropter non tanquam separatim, & seorsum aspectu declinato ab inexcogitabili pulchritudine creatoris id intuentur, sed ipso intuitu pulchritudinis increatæ tanto clariùs, ac certiùs vnumquodque aliorum cognoscunt, ac vident, quanto ipsorum intuitus magis defixus est in ipsum totiùs pulchritudinis fontale principium. Propterea dico, quòd quicquid cognoscunt, magis cognoscunt illud in creatore, hoc est, intuendo creatorem, quàm aciem intellectus dirigendo in illud. Hæc Gulielmus libro de Vniuerso, in locis diuersis. Cuius hoc vltimum verbum de cognitione beatorum in Deo, certitudinaliter verum est de notia pertinentium ad felicitatem eorum.

Scoti. Quæstio.

¶Insuper Scotus hic scisitatur, vtrum ad essentiam beatitudinis spectet securitas. Ad quod respondendo inter alia dicit: Concedo, quòd nihil aliud à Deo habet esse formaliter necessarium, sed simpliciter contingens: tamen aliquod creatum dicitur habere incorruptibile esse, pro quanto non habet contrarium, vel à nullo creato destrui potest, sed tantummodo potest annihilari Deo non conseruante, sicque concedi potest beatitudinem incorruptibilem esse. Verum sic incorruptibile non est ex se perpetuum, nisi possibiliter: quoniam sicut esse suum habet contingenter à Deo cõseruante, sic, & perpetuitatem. Ideo natura creata intellectualis eadem manens, semper est capax beatitudinis, atque miseriæ. Et quamuis beata sit, non tamen necessariò fruitur summo bono. Ideo dico, quòd causa perpetuitatis beatitudinis electorum non est forma beatitudinis, quasi per ipsam beatitudo sit formaliter necessaria. Nec natura potentiarum istarum, videlicet intellectus, ac voluntatis, quasi circa obiectum beatificum necessariò perpetuè operentur, nec habitus in potentia quasi necessariæ determinent potentias ad operandum per petuè, sed ex sola voluntate diuina, quæ sicut perficit talem naturam intensiuè, ita conseruat eam in tali perfectione perpetuè. Hinc beatus est impeccabilis in sensu composito, non in sensu diuiso. Hæc Scotus.

¶In cuius dictis multa continentur communi doctrinæ doctorũ contraria, & quæ supra primum, ac 5m euidenter sunt improbata, vbi ostensum est, quòd summo bono clarè viso, ac beatificè præsentato, ac fruitiuè possesso, impossibile est mentem creatam ad illud non affici. Nec potest se inde auertere, sed necessariè, & inuertibiliter intenta est illi, sicut frequenter declaratum, atque ostensum est hoc, & ita senserunt viri verè heroici, & perfecti, mysticam Theologiam eminenter experti, Augustinus, Thomas, Hugo, Alexander, Bonauentura, & similes, eis. Et sicut ex Gulielmo Parhisiensi viro profundi sensus, ac feruido modo inductum est: aliter sentire, est hominis prorsus ignari, qui diuinæ naturæ proprietates, & animarum naturam, nec ad modicum nouit.

Dio. Car. cõtra Sco.

¶Deniq; 9 Scotus ait, Beatos impeccabiles esse in sensu composito, non diuiso, nõ aliud est, 9 quod formaliter peccare non quæunt, vc3, vt beati. Attñ materialiter possint peccare, & ita non essent absolutè confirmati in bono, nec aliter viderentur impeccabiles, quàm sicut prædestinati non possunt damnari, quia in sensu composito prædestinatus non potest damnari, sed in sensu diuiso.

¶Præterea sicut de formali, atq; intrinseca rõne hois est, esse animal rationale mortale, ita de formali, & intrinseca ratione veræ beatitudinis est, quòd sit status omnium bonorum aggregatione perfectus, ergo, & securitatem perpetuam cõprehendit, & infelix posse peccandi, prorsus excludit, inauertibilẽq; confirmationẽ in bono cõplectit. Hinc beatissimi nostri doctores, Hieronymus, Augustinus, ac similes eis hoc in erroribus Origenis præcipuè detestantur, 9 dixit beatos posse peccare, & cadere, vtpotè non confirmatos in bono, & talem beatitudinem vocant sępissimè falsam felicitatem.

Boethius. Hieronym. Augustin. Obiectio.

¶Istud etiam tenet, & declarat Henricus 7. quod libeto, quæstione, qua quærit, vtrum Deus facere possit, quòd intellectus clarè videat ipsum, ita, quòd voluntas non diligat ipsum, & pleniùs alibi. eodem quodlibeto interrogat, vtrum Deus possit à creatura diligi absq; hoc, 9 aliud secum diligatur ab ea. Ad quod respondet, Deus potest præsentari intellectui creato tam viatori, quàm beato, ita, quòd simul cum ipso non præsentetur aliud aliquid, sicut iam ante probatum est. Idcirco etiam bene potest sic diligi absque hoc aliquid aliud secum diligatur. Et si objiciatur, quia non potest diligi Deus, nisi diligatur & proximus: Respondendum, quòd Deus non potest per charitatem actualiter diligi, nisi, & proximus saltem habitualiter diligatur. Hæc Henricus.

QVAESTIO VI.

Iohan.15. Iohan.16. ETiam iam quærēdum. *An gaudium sit de essentia beatitudinis.* ¶Et videtur, quòd gaudium sit ipsa fęlicitatis. Ait namque saluator apud Iohannem: Petite, vt gaudium vestrum plenum sit. Et rursus: Hæc, inquit, loquutus sum vobis, vt gaudiū vestrū sit plenum. In quibus insinuari videtur, quòd gaudium sit bonum finale, ad quod cætera omnia sunt referenda. Imò, nec visio, neque fruitio multum appeteretur, nisi gaudium esset eis annexū, ergo gaudium videtur esse quid optimum.

Boethius, Augnstin⁹ Richardus ¶Ampliùs gaudium est quietatio vltima in bono, quòd beatitudini potissimè cōuenit. Et si beatitudo est statua omnium bonorum aggregatione perfectus, ergo potissimè delectationem gaudium ve includit. Hinc, & decimo Confessionum differuit Augustinus: Ipsa est vita beata, gaudere de te, ad te, & propter te,

¶Ad hoc respondet Richardus: Quamuis aliqui dicant, quòd gaudium sit quoddam accidentale beatitudinis complementum, ab ipsa inseparabile per quamcunque potestatem creatam: non tamen concedunt, quòd sit de essentia namque beatitudinis consistit in coniunctione perfecta rationalis creaturæ in Deo, de cuius cōiunctionis essentia nō est gaudium cum non sit visio, neque fruitio, nec summa securitas, sed aliquid causatum ex eis. Alijs videtur, quòd gaudium sit de essentia beatitudinis, cum sit de ratione perfectæ vnionis voluntatis cū summo bono. Voluntas namque vnitur summo bono, non solum se mouendo immediatè ad ipsum propter ipsum, qui motus dicitur amor fruens, sed etiam immediatè patiendo ab ipso, quæ passio gaudium appellatur.

¶Insuper amor non potest priùs ordine naturæ quietare voluntatem, quàm, voluntas gaudeat de re amata. Beatitudo autem comprehendit in sua essentia, quicquid est de ratione perfectæ quietis voluntatis in summo bono. Ampliùs si gaudium esset accidens beatitudinis, posset Deus de potentia absoluta hominem facere beatum, non gaudentem de Deo. aut saltem beatitudo hominis intelligi posset simplici apprehensione sine gaudio, sed Deus nullo modo posset aliquem facere beatum de ipso nō gaudentem, nec beatitudo sine gaudio potest intelligi. Hęc Richardus.

¶Et ista secunda positio videtur mihi probabilis, magisque consona Augustino, ac beatitudinis perfectioni. Hæc Richardus.

Scotus. Philosꝙ. ¶Has quoque duas opiniones recitat Scotus, apparetq; ei, quod prima probabilior sit: quoniam delectatio est quædam perfectio operationis, in qua essentialiter beatitudo consistit, quia (vt ait Philosophus) delectatio ornat, & perficit operationem, quemadmodum pulchritudo iuuentutem. Item, quia Philosophus asserit decimo Ethicorum, quòd multa appeteremus, quamuis nulla delectatio sequeretur, ita, quòd delectatio sequitur operationē perfectam. Hinc, inquit, dico, quòd delectatio non est de essentia beatitudinis. Veruntamen propter obiecta sciendum, quòd voluntas potest considerari dupliciter. Primò, in quantum est elicitiua actus seu operatiua. Secundò, inquantum est receptiua spiritualium passionum, quę esse possunt in voluntate. Voluntas ergo primo modo considerata perficit operatione, quę essentialiter est ipsa beatitudo, sed secundo modo perficitur delectatione x

¶Verum horum veritas clariùs potest intelligi e verbis sancti doctoris, in distinctione quærentis; Vtrum aliqua delectatio sit quid optimū, Ad quod respondet: Triplex fuit delectatione opinio. Vna Epicureorum, dicentium omnes delectationem esse bonam, & quandam delectationem esse quid optimum. Alia Stoicorum, & Platonicorum, ponentium omnem delectationem esse malam. Tertia Peripateticorum qui dicebat quasdam delectationes esse bonas, & aliquas malas, imò, & aliquam delectationem esse quid optimum in genere humanorum bonorum, quod est fęlicitas, & ita delectatio consequens eam, quid optimum erit. Nec ista duo sunt consideranda quasi duo bona, sed sicut vnum bonum completum. Nam sicut ex perfectibili, & sua perfectione constituitur res vna perfecta, ita ex dectatione, & operatioue consistit operatio vna perfecta, quæ est fęlicitas, cum delectatio sit operationis perfectio: Verum quid horum sit propter aliud eligendum, an scilicet operatio propter delectationem, an contra, Philosophus decimo Ethicorū, insolutum reliquit. Videtur tamen, quòd delectatio ordinetur ad operationem, sicut ad finem, sicut & omnes perfectiones secundæ non propter aliud sunt, nisi propter perfectibilia sua perficienda. Vnde proprijssimè loquendo, delectatio non est optimū, sed aliquid optimi, puta fęlicitatis. Felicitas namq; secundum Philosophum decimo Ethicorum, declactationem includit. Hæc Thomas. Cuius responsio consonat præinductis, inquibus asseritur, quòd beatitudo potest considerari dupliciter. Primò, quantum ad suam essentiam, & ita est operatio simplex, & optima Secundò, quo ad suam existentiam, hoc est, quo ad id, quod est essentialiter, est & etiam, quo ad ea, quæ ad suum esse concurrunt, ac requiruntur, & compræhenduntur in ea. Sicque describitur esse status omnium bonorum aggregatione perfectus,

Aug. ¶Præterea, quod Thomas refert dixisse Platonicos, omnem delectationem esse malam, non est ita simpliciter accipiendum, vt sonat. Nec Stoici tam simpliciter hoc dixerunt. Imo Plato attribuit gaudium Deo, secundum quod Augustinus libro de Ciuitate refert Platonē dixisse, quòd summus opifex Deus mundo perfecto gauisus est. Et in primo Timæi, atque Phædone testatur, intellectuale spirtualeque gaudium esse laudabile, ac syncerum, & tale gaudium Tullius. Seneca, Macrobius, dixerunt abundare in viris heroicis. Delectationem ergo, quam dixerunt vniuersaliter esse malam, intellexerunt esse. passionem appetitus inferioris, eo modo, quo & omnes passiones dixerunt esse malas, intelligendo per passiones irrefrenator animi motus, aut sensitiui appetitus irrationabiles motiones, iuxta quem modum etiam quidam catholici patres loquuntur.

QVAESTIO VII.

QVæritur nunc & de dotibus animæ, quia de dotibus corporum glorificatorum, tractatum est supra. Itaque quæritur, *Vtrum assignandæ sint dotes animabus beatis, & quæ, & quot sint atque in quibus, hoc est, an etiam in angelis, & in Christo consistat.* Thomas. ¶Videtur, quòd non sint huiusmodi dotes ponendæ. Non est ponenda pluralitas sine necessitate, sed beatitudo sufficiens est ad dotandum, contentandum, quietandumque animam, cum beatitudo sit status omnium bonorum aggregatione perfectus.

¶Circa hæc scribit Thomas, primò respondendo ad hoc, an dotes sint assignandæ beatis. Dū beati in gloriam

gloriā trāsferuntur, aliqua eis dona ad eorum ornatū spectantia diuinitus dantur, qui ornatus à Magistris, dotes vocatæ sunt. Hinc dos, prout nunc sumit, taliter diffinitur: Dos est ornatus perpetuus animæ, & corporis vitæ sufficiens, in æterna beatitudine iugiter perseuerans, quæ descriptio sumit ad corpora his similitudinē dotis, qua sponsa ornat, ac viro, pui det, vñ sufficiēter valeat sponsam, liberosq; nutrire, & tñ dos ipsi sponsæ inamisibiliter conseruatur, vt ad eam separato matrimonio reuertatur. Verū de ratione nominis, diuersi diuersimodè opinant. Nā aliqui dicunt, quòd dos non accipitur ex aliqua similitudine ad matrimonium corporale, sed ꝑm modum loquendi, quo omnem ornatum seu perfectionem, dotem vocamus, sicut scientificus dicitur sciētia esse dotatus. Sicque dixit Ouidius:

Et quacunque potes dote placere, place.

Sed istud non videtur omnino conueniens, quia dū nomen quodcunq; impositum est ad aliquid significandum, non consueuit transferri ad alia, nisi secundum aliquam similitudinem. Cumque ꝑm primam institutionem nomen dotis ad matrimonium carnale pertineat, oportet, vt in qualibet alia acceptione, attendatur aliqua similitudo ad primum significatum. Hinc secundum alios in hoc similitudo attenditur, ꝙ dos propriè dicitur donum, quòd in carnali matrimonio datur sponsæ ex parte sponsi quando traducitur in domum sponsi ad ornatum pertinens sponsæ, quod patet ex hoc, quòd Sichem dixit ad Iacob, ac filios eius. Augete dotem munera postulate. In Exodo quoque habetur: Si seduxerit quis virginem dormieritque cum ea, dotabit eam, & accipiet eam in vxorem. Vnde & ornatus, qui à Christo exhibetur sanctis, quando introducuntur in domum gloriæ, dos vocatur. Sed hoc est manifestè contra id, quod aiunt Iuristæ, ad quos pertinet, de his tractare, dicentes, quòd dos propriè est quædam datio ex parte mulieris facta ijs, qui sunt ex parte viri, pro onere matrimonij, quod sustinet vir, sustentādo. Id verò, quod sponsus dat spōsæ. vocatur donatio, propter nuptias. Sicque sumitur dos 3. libro regum, quo legitur, quòd Pharao accepit Gazer, & dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Salomonis. Nec contra hoc faciunt auctoritates inductæ. Quamuis enim dotes à parente puellæ cōsueuerunt assignari: interdum tamen contingit, quòd sponsus, aut pater sponsi, assignat dotes vitæ patris puellæ, quod contingit dupliciter. Primò, ex nimio affectu ad sponsam, sicut fuit in Sichem. Vel in pœnam sponsi, vt puellæ à se corruptę dotem de suo assignet. Ideo secundum alios dicendum, quòd dos in matrimonio corporali propriè appellatur, quod datur ab his, qui ex parte sunt mulieris, eis, qui ex parte sunt viri, ad sustinendum matrimonij onera. Verum sic remanet difficultas, quomodo significatio hæc aptetur huic proposito, cum ornatus, qui sunt in beatitudine, dentur à sponso ipsi sponsæ. Ad quod dicendum, quòd pater sponsi, vtpotè Christi, est sola persona patris. Pater verò sponsæ, est trinitas tota. Hinc huiusmodi dotes in spirituali matrimonio propriè loquendo magis propriè dantur à patre sponsæ, quàm à patre sponsi. Effectus namque in creaturis ad totam pertinent trinitatem. Attamen ista collatio, quamuis à tribus fiat personis, nihilominus singulis personis secundum aliquem modum appropriatur. Personæ quidem patris, vt danti, quia in ipso est auctoritas, ei quoque paternitas respectu creaturæ appropriatur, vt sic idem sit pater sponsi, & pater sponsæ. Filio autem, inquantum propter ipsum, & per ipsum datur Spiritus sancto, inquantum in ipso, & secundum ipsum datur. Amor enim, omnis donationis est ratio. Denique in spirituali matrimonio interior decor requiritur, iuxta illud Psalmi. Omnis gloria eius filiæ regis abintus. In matrimonio autem corporali decor exterior. Dotes etiam consueuerunt dari in desponsatione, sed dum sponsa in domum introducitur sponsi, vt præsentialiter habeat eum, & quia in hac vita peregrinamur à domino, ideo dona gratiæ in hac vita desuper data, non dicuntur dotes. Psalm.44. 2 Corin.5

Questio ¶Quæritur quoq;, an dos sit idem, quod beatitudo. Videtur, quòd sic: quoniam beatitudo secundum quosdam est essentialiter visio, secundum alios fruitio, & horum vtrumque dos nominatur. In oppositum est, quod beatitudo est vna, dotes sunt tres. Dicendum, quèd de hoc est duplex opinio. Vna, quod sint idem in re, & sola differant ratione: quoniam dos respicit spirituale matrimonium, quod est inter Christum, & animam. Sed ꝙ hoc est, quod beatitudo consistit in operatione, dos aut non est operatio, sed qualitas. aut dispositio q̄dam. Hinc secundum alios respondendum, ꝙ realiter differunt, vt beatitudo dicatur operatio perfecta, qua anima beata Deo coniungitur. Dotes verò sunt habitus, aut dispositiones, vel quæcunq; aliæ qualitates, quæ ordinantur ad huiusmodi operationem perfectam. Visio autem dupliciter sumitur. Primò actualiter pro actu vidēdi, & ita est beatitudo, non dos. Secundò habitualiter, pro habitu, à quo operatio illa elicitur, hoc est, pro ipsa gloriæ charitate, qua anima illustratur ad Deum videndum, & ita est dos, atque principium beatitudinis. Conformiter dicendum de fruitione.

Quæstio. ¶Præterea quæritur, an Christo cōpetat dotes habere. Et respondendum, quòd de hoc quoq; est duplex opinio. Vna dicentiū, quòd in Christo est vnio triplex. Vna, quæ consentanea nuncupatur, quę Deo coniungitur per connexionem amoris. Secunda dignatiua, qua natura humana vnitur diuinæ. Tertia, qua Christus vnit ecclesiæ. Dicuntq;, ꝙ ꝑm duas primas vniones conuenit Christo habere dotes sub ratione dotis, & quantum ad tertiā, conuenit ei excellentissimè id, quod est dos, quamuis nō sub rōne dotis, quia in tali coniunctione Christus est vt sponsus, & ecclesia tanquam sponsa. Dos aūt datur sponsæ quantum ad proprietatem, atq; dominium, quam uis detur sponso ad vsum, sed hoc non vī esse conueniens, quia in vnione, qua Christus vnitur parti p consensum amoris, & inquantum est Deus, non dī esse matrimonium aliquod, cū non sit ibi subiectio aliqua, quàm oportet esse sponsæ ad sponsum. similiter, nec in coniunctione humanę naturæ ad diuinam, quæ est in vnitate personæ, vel etiam per volū tatis conformitatem, potest esse propria rō dotis. Primò, quia exigitur ibi conformitas naturæ inter sponsum, & sponsam in matrimonio illo, in quo dotes præstantur, quæ conformitas deest in coniunctione humanæ naturæ cum diuina. Secundò, quia exigitur ibi distinctio personarum. Natura autem humana assumpta, non est personaliter à verbo distincta. Tertiò, quia dos datur dum sponsa de nouo introducitur in domum sponsi. Sicque pertinere videtur ad sponsam, quæ de non coniuncta fit coniuncta. Natura verò humana in Christo fuit vnita verbo à suæ creationis exordio. Hinc cum alijs est dicendum, quòd aut omnino nō cōuenit Christo ratio dotis, aut non tā propriè, vt alijs.

Nihilominus ea, quæ dotis dicuntur, excellentissimè competunt Christo. Vnde humana natura in Christo non dicitur esse propriè sponsa ratione coniunctionis cum verbo, cum non sit ibi personarum distinctio: tamen interdum dicitur desponsata; quoniam habet aliquem actum sponsæ, quia inseparabiliter verbo coniungitur, & est eo inferior, regiturque per verbum sicut sponsa per sponsum. Porrò nomen ecclesiæ dupliciter sumitur. Primò pro corpore mystico, quod Christo tanquam capiti coniungitur. sicque ecclesia rationem sponsę sortitur, nec Christus hoc modo est membrum ecclesiæ, sed caput ipsius, influens omnibus membris eius. Secundò ecclesia sumitur, prout nominat simul corpus, & caput. Sicque Christus vocatur membrum ecclesiæ, inquantum habet distinctum officium ab omnibus alijs, puta influere cæteris vitam, iuxta illud Apostoli ad Corinthios: Vos estis corpus Christi, & mẽbra de membro. Glossa, de Christo. Quamuis non multum propriè dicatur membrum, cum membrũ importet partialitatem, & bonum spirituale in Christo non fuit particulatim, sed integre, propter quod ipse est totum bonum ecclesiæ, nec ipse cum alijs est aliquid maius, quàm ipse solus. Sic ergo loquendo, ecclesia non solum nominat sponsam sed sponsum, & sponsam, prout per spiritualem coniunctionem ex eis est quid vnum effectum. Hinc quamuis aliquo modo dicatur membrum ecclesiæ, tamẽ nullatenus potest dici membrum sponsæ, & sic ei non conuenit ratio dotis.

1.Cor.2.

Quæstio.

¶Quæritur item, An angelis competat ratio dotis. Ad quod dicendum, quòd ea, quæ ad dotes animæ pertinet, certum est angelis conuenire sicut hominibus, sed non ita secundum rationem dotis: quoniam angelis non tam propriè conuenit ratio sponsæ sicut hominibus. Angeli namque non sunt eiusdem naturæ cum Christo. Veruntatem cum in his, quæ metaphoricè dicuntur, non requiritur similitudo in omnibus, non potest ex vna dissimilitudine concludi, quòd vnum de alia metaphoricè non dicatur. Idcirco concedi potest, quòd & angelis aliquo modo competat dotes habere, non tam propriè sicut hominibus.

Quæstio.

¶Insuper quæritur, an tantum sint tres animæ dotes. Et respondendum, quòd ab omnibus communiter ponuntur tres animæ dotes, sed à diuersis diuersimodè nominantur. Nam à quibusdam dicuntur visio, delectatio, fruitio. Ab alijs visio, fruitio, cõprehensio. A nonnullis visio, delectatio, fruitio. Oẽs tñ assignationes reducuntur in idem, & eodem mõ earũ sufficientia sumitur. Dictum est enim, quòd dos est aliquid animæ inhærens, per quod ordinatur ad operationem, in qua beatitudo consistit, in qua operatione duo requiruntur, vtpotè substantia operationis, quæ est visio, & perfectio eius, quæ est delectatio. Oportet eũ beatitudinem esse operationem perfectam. Visio autem delectabilis existit dupliciter. Primò ex parte obiecti, inquantum id, quod vr, est delectabile. Secundò ex parte visionis, inquantum ipsum videre est delectabile. Sicque delectamur in cognitione malorum, non quod ipsa mala nos delectent, sed eorum cognitio, quæ vtilis est. Cumq; operatio, in qua beatitudo consistit, debeat perfectissima esse, oportet, quòd visio illa sit vtroq; modo delectabilis. Ad hoc quoq;, quòd visio sit delectabilis ex parte videntis, vel visionis, requiritur, & facta sit delectabilis seu connaturalis ipsi videnti per habitum aliquem. Ad hoc ẽt, quòd sit delectabilis ex parte visibilis, duo requirunt. Vnum est conuenientia, quæ est per affectum. Et quantum ad hoc, ponitur à quibusdam dos ipsa delectatio, vel dilectio, & à quibusdam fruitio, secundum quod fruitio pertinet ad effectum. Illud enim, quod summè diligimus, conuenientissimum æstimamus. Requiritur quoque ex parte visibilis coniunctio, & sic ponitur à quibusdam compræhensio, quæ nil aliud est, quàm in præsentia Deum habere, & in ipsum tenere. Secundum alios verò fruitio, prout fruitio est nõ spei sicut in via, sed rei sicut in patria: Sicque tres dotes tribus virtutibus theologicis correspondẽt, videlicet visio fidei, compræhensio, seu fruitio secundum vnam acceptionem spei, delectatio seu fruitio secundum acceptionem aliam charitati. Fruitio quippè perfecta, vt est in patria, includit in se delectationem, & compræhensionem, ideo à quibusdam accipitur pro vno, à quibusdam pro alio. Porro nonnulli attribuunt has tres dotes tribus viribus animæ, visionem scilicet rationali, delectationem concupiscibili, fruitionem irrascibili, inquãtum talis fruitio per victoriam est accepta. Sed hoc non est propriè dictum, quia concupiscibilis, & irascibilis non sunt in parte intellectiua, sed sensitiua. Verum his obijci potest, quia secundum Anselmum, ad beatitudinem animæ pertinent ista, sapientia. amicitia, concordia, potestas, honor, securitas, gaudium. ergo ratio dotis eis conuenire videtur, sicque essent plures, ac aliæ dotes, quàm tres iste. Boethius quoque ponit quinque ad felicitatem spectantia, quæ sunt: sufficientia, quam promittunt diuitiæ, iucunditas, quam promittit voluptas, celebritas, quam promittit fama, securitas, quam promittit potestas, reuerentia, quam promittit dignitas. Et dicendum, quòd quinque ista à Boethio enumerata, sunt quædam beatitudinis conditiones, nõ dispositiones ad beatitudinis actum, eo, quòd beatitudo ratione suæ perfectionis sola, & singulariter habet per se ipsam quicquid, ab hominibus in diuersis quæritur rebus, vt etiam primo, & decimo Ethicorum ait Philosophus. Hinc Boethius ostendit illa quinque in vera beatitudine esse: quoniam hæc sunt, quæ ab hominibus temporali felicitate quæruntur, quæ vel pertinent ad immunitatem à malo, sicut securitas, vel ad consequutionem boni, ac conuenientis, & perfecti, sicut sufficientia, vel ad manifestationem boni, sicut celebritas, inquantum bonum vnius in notitia est multorum, & reuerentiæ, inquantum notitiæ illius boni signum aliquod exhibetur. Reuerentia namque consistit in exhibitione honoris, qui testimonium est virtutis. Sicque patet, quòd quandoque ista non sunt dotes, sed quædam beatitudinis conditiones, similiter, nec illa, quæ Anselmus enumerat. Dotes namque sunt immediata principia operationis, in qua beatitudo ẽsistit. Quæ verò Anselmus enũerat, sunt beatitudinem qualitercunque concomitantia, vel consequentia, non solum in comparatione ad sp̃ósum, ad quem sapientia inter illa pertinet, sed etiam in comparatione ad alios, vel pares, ad quod pertinet amicitia, quantum ad vnionem affectuum, & concordia, quantum ad consensum in agendis. Vel ad inferiores, ad quos pertinet potestas secundum quod a superioribus inferiora disponuntur, & honor secundum quod ab inferioribus eis non debetur, & etiam per comparationem ad seipsum, ad quod spectat securitas quantum ad mali remotionem, & gaudium ad boni adeptionem. Hæc Thomas in Scripto. In quibus Scripta Petri continentur, & omnino concordant.

Obiectio.

Anselm.

Philosõ

¶Richar-

Richard.

¶Richardus demũ circa hæc scribit: Dotes insunt oĩbus beatis quantum ad id, quod sunt, hoc est, materialiter, quia in omnibus illis est clara visio, perfecta fruitio, atq; perfectio securitatis perpetuitatis vtriusque. Loquendo aũt de dotibus formaliter, non insunt omnibus, nisi vt dictum est: Et si obijcia tur, quòd dos datur sponso a patre sponsæ, sed omnia dona beatitudinis dantur beatis à patre sponsi, qui sponsus est Christus, ergo in nullo beato est aliqua dos. Dicendum, ꝙ quamuis dos assignetur spõso a patre sponsæ, tamen proprietas manet sponsæ, licet vsus debeatur sponso. Sic, & dotes beatorum sunt ad gloriam sponsi, & ad perfectionem propriã beatorum. Potest etiam dici, quòd dictum illud intelligitur de dote, quæ datur ex parte sponsi, vt dictum est. Hæc Richardus. Qui insuper scisciatur, vtrum tentio sit dos specialis.

Obiectio.

¶Respondet, Tertiò non est propriè dos distincta ab alijs, Tenere enim secundum Papiam, est habere, vel possidere. Intellectus autem videndo Deũ, subratione summi veri habet eum. Voluntas quoque fruendo eo, habet ipsum sub ratione summi boni. Hinc tentio summi veri idem est, quòd clara visio eius, & tentio summi boni. est idem, quòd perfecta eius fruitio, Nec hoc dicens volo dicere, quòd visio, & fruitio propriè loquendo sunt dotes, sed dotium actus. Dotes namque sunt qualitates. Vnde dos visionis, seu visio, vt est dos est quidam habitus luminosus in intellectu, quo ipse intellectus eleuatur ad clarè videndum Deum, sed & dos fruitionis est perfectus charitatis habitus, quo anima fruit Deo. Porrò dos tertia ab alijs distincta, est habitus perfectus, quo voluntas est perfectè secura de perpetuatione tentionis præfatæ. Nam sine ista assecuratione non potest intelligi mens esse Deo perfectè coniuncta. Vnde non est dicendum, illam assecurationem non esse nisi timoris exclusionem, imò est quidam actus in voluntate respectu Dei, sub ratione, qua est ens summè arduum, quo excluditur omnis huiusmodi timor. Itaque secundum rationem intelligendi, prior est dos visionis. Secundò dos fruitionis. Tertiò dos perfectæ securitatis,

¶At verò memoriæ, & intelligentiæ, seu intellectui non correspondet nisi habitus vnus, seu vna dos habitualis, quia in vita beata memoria non respicit Deum, nisi mediante intelligentia: quoniam actus memoriæ ibi est claram visionem tenere. Sicque obiectum eius immediatum, est visio clara, Dos quoque respondens spei, non est tentio, vt tactum est, sed securitas perpetuationis visionis, & fruitionis. Hæc idem.

¶Quocirca sciendum, quòd verba Richardi in aliquibus videnẽ discordare ab alijs. Nam multi tatentur, quòd tentio sit dos, & sicut iam patuit, secũdum quosdam fruitio est dos, similiter uisio. Verũ hæc concordantur, distinguendo de diuersa acceptione nominum horum, vt tactum est. Vr quoque Richardus sentire in his, quòd fruitio, vt est dos, sit realiter charitas ipsa habitualis perfecta. Conformiter iuxta hoc dici posset, quòd habitus luminosus in intellectu ad clare videndum Deum, cuius habitus actus est visio beata inde immediatè illicita, sit realiter habitus sapientiæ, id est sapientia habitualis, præsertim, quæ donum est, & hoc secundum gradum suum supremum. Verum tunc oritur quæstio, quomodo dotes dicuntur dari introductione animarum sanctarum in patriam beatorum, ad præsentiam Dei: quoniam charitas viæ non excidit secundum Apostolum, sed manet in patria. Similiter sapientiæ donum, imò, & alia dona, vt patuit super secundum. Ad quod iuxta istum doctorem videretur dicẽdum, quòd dotes istæ duæ tunc conferuntur, non quantum ad essentiam earundem, sed quantũ ad earũ cõplementũ, quia tunc plurimũ perficiunt.

¶Amplius quærit Richardus, vtrum in voluntate beata sint realiter idem fruitio, & gaudium. Respondet, quòd non. Illa enim fruitio est, summo bono clarè uisio inhærere amore perfecto propter seipsum. Si autem per amorem non est gaudere, sed gaudium inde causatur. Et secundum eos, qui dicũt quòd fruitio compræhendit dilectionem, & gaudium, oportet fateri, ꝙ fruitio, & gaudium differũt sicut totum, & pars Nec est concedendum, quòd gaudium non sit nisi dilectio boni præsentis. Idcirco verbum Augustini 14. de Ciuitate, dicentis amorem boni habiti esse lętitiam, nõ est prædicatio per essentiam, sed per causam. Hinc gaudium propriè est spiritualis, ac specialis passio in appetitu intellectiuo. Hæc Idem.

Augustin.

¶Quod etiam dictum est ex Thoma, tres dotes non posse attribui rationali, concupiscibili, & irasci bili, eo, quòd concupiscibilis, & irascibilis non sint nisi ex parte sensitiua, non absolutè concludit, quia vt dictum est super ẽm, concupiscibilis, & irascibilis à valde magnis doctoribus ponuntur ẽt in parte intellectiua, quamuis non sint ibi propriè, & distinctè sicut in parte sensitiua. Imò, vt in libro de Ciuitate Dei Augustinus refert, approbat etiam Plato posuit vim concupiscibilem, & irascibilem in parte intellectiua, quem modum loquendi sequitur Ambro. in Procemio super Lucam.

Thomas.

Augustin Bonauen.

¶Præterea Bonauentura scribit hic: Actus gloriosi non sunt tantum in Deum, vt in obiectum, sed ẽt in bona creata per comparationem ad Deum. Gaudebit enim homo beatus de proximo, & diliget eũ, sed quia substantiale prẽmium in Deo consistit. ideo principales actus gloriæ sunt, per quos anima in Deum conuertitur, atq; scdm hos actus dotes assignantur, quia ꝛm hos actus aĩa dotes immediatè vnitur, sicut sponso sponsa, & in his ditat, repelet, nec solũ uigorat. Iõ dicunt dotes quasi diuitiæ aĩæ desponsatæ. Hos verò actus aliqui dicunt esse tres: qm̃ tria requirũtur ad hoc, qđ anima gaudeat perfectè de Deo, puta perfecta visio, perfecta dilectio, & pfecta fruitio. Fruitionem quoque dicunt non esse secundum potentiam aliam, quàm secundum rationalem, & concupiscibilem. Nam irrascibilis non h3 ibi actũ in Deũ, h3 tñ ibi aliquẽ actum, vc3 gloriari p virtutes, quæ manẽt in patria: quoniam donum timoris, & fortitudo manent ibidem. Verum ista positio dupliciter videtur incompetens. Primò, quia sic tertia dos non differt à prima, & secunda, nisi secundum rationem, quod ineptum est dicere. Secundò, quia absurdum est, quòd irrascibilis non habeat in gloria actum tendentem in Deum. Hinc dicendum, quòd omnes vires, quæ per gratiam habent actum tendentem in Deum, habebunt etiam per gloriam actus perfectos in eum. Vnde rationalis (cuius est credere per fidem (tunc videbit apertè), concupiscibilis (cuius est amare per charitatem imperfectam in via) diliget tunc perfectè, irascibilis (cuius est inniti seu coronari per spem (tunc tenebit continuè, & securè. Et secundum istos tres actus distinguuntur tres dotes, quæ sunt, visio, dilectio, compræhensio seu tentio. Nam fruitio propriè sumpta, hæc tria complectitur. Hæc Bonauentura, qui in his sentire videtur, quòd dotes sin actus,

Actꝰ principales gloriæ qui

Antisiod. ¶Præterea Antisiodorensis in Summa sua libro 4. Dos, inquit est donum, quòd sponsus dat sponsæ, vt inde uiuat. Qñ ergo ex tribus, puta cognitione, dilectiõe, fruitione, viuit anima immediatè, quia per ea mouetur immediatè in Deum, iõ tria hæc tantũ sunt animæ dotes. In irascibili aũt (vt vr̃) non erit dos, quia non erit aliqua virtus per quam immediatè moueatur in Deum. Tres ergo sunt dotes, duę secundũ naturã, vc3 visio, & dilectio, & tertia, q̃ erit earũ perfectio, puta fruitio seu delectatio, quæ propriè erit in visione, quæ tota est merces ſm Augustinum, quod verum non esset, nisi fruitio esset in uisione, imò fruitio propriè loquendo, non est nisi in fide. Si enim propriè esset fruitio in dilectione, æque esset in dilectione merces, & sic Christus æque potuisset dixisse: Hæc est vita æterna, vt diligãt te Deũ sicut dixit: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deũ. Veruntñ tam visionis, quàm delectionis est delectatio illa, sed diuersimode, quia est visionis, vt in qua est, & dilectionis. vt à qua est, & à qua tenetur, & augmentatur. Ad hoc nãq; tendit dilectio, vt per visionem delectetur in amato, iuxta illud. Vbi amor, ibi oculus Compræhensio quoq; realiter idẽ est, quòd fruitio. idcirco compræhensio impropriè dr̃ succedere spei. Charitas aũt coniungit nos Deo, sed non est ipsa coniunctio: qñ coniunctio conuenientis cũ conueniente, in cognitione consistit. Solus etenim intellectus imago est Dei. Vnde propriè loquendo, in sola coniunctione imaginis ad id, cuius est imago consistit. Attamẽ verum est, quòd charitas mouet ad illã, & facit, ac tenet eam in esse. Propter quod totum attribuitur ei videlicet frui, & delectari. Hæc Antisiodor. In cuius dictis multa continentur, quæ secundum eius opiniones procedunt, in quibus frequenter est singularis: tamen in hoc, quod beatitudinem asserit in actu consistere intellectus, consonat approbatis. Sed non oportet ideo opinari, quòd vnio, & fruitio magis spectent ad intellectum, quàm ad voluntatem. Verum de his eius opinionibus dictum est super secundum & tertium. Iam quoque ostensum est, quòd vis irascibilis habebit aliquem actum in patria. Ampliùs, de beatitudine electorum adhuc multa restant dicenda, sed cogor ordinem dicendorum paulisper mutare, & me de aliquibus quæstionibus expedire, quo facto, intendo supplere, quæ de beatitudine sanctorum hoc loco transilio.

QVAESTIO VIII.

REstat ergo nunc de auteolis prosequi, *quid sint, quibus meritis debeantur de numero quoque, ac ordine earundem.* ¶Videtur, quòd aureolæ non sint ponendæ: quoniam non est pluralitas sine necessitate seu vtilitate ponenda, beatitudo aũt principalis seu præmium essentiale, est bonum perfectum ple ne contentatiuum, & quietatiuum desiderij mentis creatæ, ergo nihil addendum est ei. Rursus, quòd modicum est, pro nihilo reputandum est secundum Philosophum. Sed aureola ad accidentale pertinet præmium, quod comparatur ad præmium essentiale, quod est beatifica visio Dei, sicut stellicidiũ vnum ad totum Occanum, & ita modisimum est, ac modisimè reputandum, nec ponendum in numerum.

Philo.

Exo. 25. ¶In oppositum est, quòd super illud Exodi, facies alteram coronam aureolam, asserit Glossa: Ad coronã pertinet eantium nouum, quòd solæ virgines concinunt coram agno, ergo aureola est quædam corona, non omnibus, sed aliquibus specialiter repromissa.

¶Circa hæc diffusiùs cæteris scribit Thomas: Præmium, inquiens, essentiale beatorum methaphoricè aurea nuncupatur, cum ex parte meriti, quòd cum quadam pugna peragitur, iuxta illud Iob: Militia est vita hominis super terram, tum ex parte præmij, per quod beati fiunt deitatis suo modo participes, ac regiæ dignitatis, atque hæredes regni cœlestis, iuxta illud Apoc. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Corona autem regiæ dignitatis est signum. Eademque ratione præmium, quòd essentiali adiungitur, corona vocatur. Corona rursus ratione figuræ suæ circularis, perfectionem designat; sed quia, quòd superadditur, minus est eo, cui additur, rectè hoc meritum additum, aureola nominatur.

Thomas.

Iob. 7

Apoc.

¶Denique essentiali præmio aliquid dupliciter additur, Primò, ex conditione eius, qui præmiatur, quemadmodum beatitudini animę superaddit gloria corporis. Vnde, & ipsa corporis gloria, interdum uocatur aureola, propter quod super illud verbum Exodi iam prætactum loquitur quædam Glossa: Aureola superponitur, cum in scripturis asseritur, quòd sublimior gloria in receptione corporum sanctis addetur. Sic autem de aureola modo non agitur. Secundò, ratione meritorij operis, quòd rationem meriti habet ex duobus, ex quibus etiam rationem accipit bonitatis, videlicet ex radicè charitatis, qua refertur in vltimum finem. sicque debetur ei præmium essentiale. Secundò, ex genere actus quod laudabilitatem quandam sortitur ex circunstantijs debitis, & habitu eliciente, ex proximo fine, & ita debetur ei quoddam præmium accidentale, quod vocatur aureola. Sicque de aureola modo fit sermo, & est quoddam gaudium aureæ additum, de operibus proprijs habentibus rationem victoriæ excellentis, nec consistit immediatè in coniunctione, & fruitione increati obiecti. Ad obiecta ergo dicendum, quòd beatitudo includit omnia bona necessaria ad perfectam hominis vitam, quæ consistit in perfectissima hominis actione: aliqua tamen adduntur non quasi necessaria ad operationem illam perfectam, ita vt illa fine illis esse non valeat: sed quia his additis, beatitudo est clarior, ita, quòd pertingit ab bene esse, & condecentiam eius, quemadmodum felicitas politica ornatur nobilitate, & pulchritudine corporis. sine quibus tamen esse potest, vt primò dicitur. Ethicorum. Quamuis etiam auteola, accidentaleq; præmium sit modicum respectu præmii essentialis, nihilominus in se consideratum, & per se acceptum, est grande bonum, omnibus huius seculi bonis ineffabiliter maius.

Exod. 25.

¶Quæritur quoque, an virginitati debeatur aureola, Videtur, quòd non, quia si sic, hoc esset propter difficultatem continendi. Sed hoc non: quoniam viduis laboriosiùs est penitus continere, quã virginibus, cum dicat Hieronymus: Quanto maior est difficultas expertis illecebras carnis, ab ipsis illecebris abstinere, tanto maius est præmium. Et loquitur in commendatione viduarum. Philosophus quoque in libro de animalibus: Iuuenes, inquit, corruptæ plùs appetunt coitum propter rememorationem delectationis, ergo aureola viduis potiùs deberetur.

¶Insuper quædã personæ ex naturali dispositione, aut gratiæ p̃cipua ope faciliter continent, & beatissima virgo sine oĩ difficultate continuit, ergo eis deberet aureola. Dicendũ, q̃ vbi est specialis excellens victoria, debetur specialis corona. Cumq; per virginitatẽ homo specialem acquirat victoriã p̃ra

pro-

propriam carnem, & assiduam eius impugnationẽ, a cunctis conceditur, quòd aureola uirginitati debetur: sed cui virginitati non similiter oẽs dicunt. Nã, q̃dam affirmant actui deberi aureolã, sic, quòd persona virgitatem actu conseruans aureolam habebit, si sit de numero saluandorũ. Sed hoc non vr̃. Sic. n. virgines multæ nubere proponentes, & ante exequutionem propositi morientes, haberent aureolã. Hinc alij dixerunt, quòd aureola ista debeatur non actui, sed statui, vtpotè promitentibus virginitatem seruare perpetuò, quod etiam non apparet: quoniã aliqs ex pari, aut certè maiori deuotione potest virginitatẽ seruare sine uoto, sicut alter ex voto. Aliter dici potest, quòd meritum omne debetur actui virtutis à charitate ſperato. Virginitas verò ad virtutis pertinet genus secundum quod perpetua incorruptio mentis, & corporis cadit sub electione. Hinc illis tantum virginibus debetur aureola, quæ proposuerunt. virginitatem seruare perpetuò, siue propositum hoc voto firmauerint aut iuramento, siue nõ quod dico, propriè sumẽdo aureolam, vt præmium quoddam merito redditum: quamuis hoc proposuerit aliquando fuerit interruptum, integritatem tamen carnis manente, dummodo in fine vitæ inueniatur. Integritas enim mentis potest recuperari. nõ integritas corporis. Si autem aureola largè sumatur pro quocunque gaudio patriæ vltra præmium essentiale sit, & incorruptis carne correspondebit aureola, quamuis non habuerunt propositum seruandi virginitatem perpetuè. Cõstat enim, quòd de carnis incorruptione gaudebunt, sicut & innocẽtes de hoc, quòd immunes à peccato fuerunt, quamuis nõ dum potuerunt peccare, vt patet de pueris baptizatis. Sed ista aureolæ acceptio impropria est, & valde communis.

¶Ad obiecta ergo dicendum, quòd quantum ad aliquid virgines grauiorem sustinẽt pugnam in cõtinendo: & quantum ad aliquid viduæ cæteris pares. Virginibus namque concupiscentiam auget desiderium experiendi, quasi ex quadã curiositate procedens, qua fit vt homo libẽtius videat, q̃ nunquam vidit. Aestimatio quoq; maioris delectationis, quàm sit in veritate, atq; consideratio incommodorum, ac onerum talem delectationem sequentium. Et quantum ad hæc, viduæ minorem sustinent pugnã. Maiorẽ verò, ex memoria delectationis præhabitæ vt in diuersis vnum diuersimodè præiudicat alteri ſm diuersitas hominum dispositiones: qñ quidam magis mouentur isto, aliqui illo. Quicquid verò sit de quantitate pugnæ, certum est, quod maior sit victoria virginum, quàm viduarum. Perfectissimum quippè victoriæ genus est, atq; pulcherrimum, hosti nunquam cessisse. Corona autem non debetur pugnæ, sed victoriæ de pugna. Porrò de sacratissima uirgine est duplex opinio. Vna, quòd pro virginitatis præmio non habet aureolam propriè sumptam sed aliquid maius aureola, propter perfectissimum seruandæ virginitatis, propositum, alia, quòd etiam aureolam propriè sumptã habet excellentissimam. Quamuis enim pugnam non senſit ex nimia excellẽtia suæ perfectionis, & subiectionis carnis sub spiritu, habuit tamẽ pugnam aliquam carnis. Sed istud non vr̃, cum in corporabilis virgo credatur fuisse à fomitis inclinatione omnino immunis propter eius sanctificationem eximiam, nec tẽtatio, quæ est à carne, esse valeat sine peccato, vt ait Glossa super illud Apostoli: Datus est mihi stimulus carnis meæ &c. Hinc dicendum, quòd aureolam habet virginitatis, vt in hoc membris ecclesiæ, aliisque conformetur in qbus virginitas reperit̃. Et q̃is nõ habuit pugnã carne, habuit tñ ab hoste, qui Christũ præsumpsit tẽtare. Porrò in statu innocentię, virginitas nõ fuisset virtus, neque aureolam meruisset, quemadmodum nec in veteri testamento, dum cultus Dei carnali propagatione diffundebatur, nisi ex speciali Dei vnisset instinctu, vt de Ieremia creditur, & Helia, quorum non loquuntur coniugia. Si autem virgo violenter oppressa virginitatem amittat, non perdit aureolam dummodo seruet propositum continentiæ virginalis ꝑpetuæ, nec actui illi ꝑsentiat: & hoc siue pro fide, siue pro alia quacunque causa sustineat. Imò si pro fide erit meritorium ei, & ad genus pertinebit martyrij. Vnde beata dixit Lucia: Si me inuitam feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam, non quòd habeat duas virginitatis aureolas, sed quòd duplex præmium reportabit, vnum pro virginitate totis viribus custodita, aliud pro iniuria irrogata. Dato demum, quòd talis violenter oppressa concipiat, nec ex hoc virginitatis meritum perdit. Atuero si frigidi, & eunuchi propositum habeant seruandi virginitatem perpetuè, etiã si facultatem haberent coeundi, virgines sunt dicendi, aureolamq; merentur, quia de necessitate faciũt sibi virtutem.

¶Insuper, quæritur, an martyribus debetur aureola, Videtur quod non: quoniam omne meritum cõsistit in operatione, martyrium verò in pari. Item compassionis affectus, & dolor interior frequenter excedunt exteriorem dolorem: non tamen debetur eis aureola, ergo nec exteriori dolori martyrij. Respondendum, quòd sicut inest quædam pugna spiritui contra interiores concupiscentias, sic etiã inest homini pugna contra passiones foris illatas. Hinc sicut perfectissimæ victoriæ, qua de carnis cõcupiscentijs triumphatur: puta virginitati, debetur specialis aureola: ita & perfectissimæ victoriæ, quæ habetur de inpugnatione, exterior aureola datur. Perfectissima autem aureola de exteribus passioni bus. consideratur ex duobus. Primò ex magnitudine passionis. Inter omnes verò passiones, extra illatas, maxima est mors, quemadmodum in passionibus interioribus concupiscentiæ venereorũ existunt, præcipuè. Ideo dum quis obtinet victoriam de morte, & ordinatis ad mortem, ea inordinatè non metuendo, ac æquanimiter tolerando, perfectissimè vincit. Secundò, ex causa pugnæ, quando videlicet pro honestissima causa pugnatur, vt pro Christo. pro fide, pro iustitia &c. & hæc duo in matirio attenduntur, scilicet mors susceptæ pro Christo: qñ martyrẽ non facit sola pœna, sed pœna simul & causa. Debetur quoque martyrio præmium, nõ secundum quod ab exteriori infligitur, sed secundum quod voluntariè sustinetur, quia non promeremur nisi per ea, quæ in nobis sunt. Nec soli voluntati, patiendi debetur præmium tantum, sed voluntati, & passioni. Sunt etenim aliqui actus, qui dum actualiter exercentur, maiorem habent delectationẽ, aut difficultatem, & in talibus superaddit ad rationem meriti siue demeriti exterior actus. Vnde & ceteris paribus grauiùs peccat actu luxuriãs, quã in actu consentiens: quia in actu voluntas augetur sic & voluntas martyrij non pertingit ad meritum quod debetur martyrio ratione difficultatis, quamuis possint puenire ad altius præmium, considerata radice merendi: quoniam vnus potest velle pati martyrium ex charitate maiori, quàm alter hoc sustineret, & ita plus, aut tantum meretur de præmio essentiali vt alter. Denique sicut delectationes

tactus

tactus sunt maximæ, ita & dolores secundum tactũ, vt in vlneribus, & mortis inflictione, ideo illis debetur aureola magis, quàm interioribus doloribus. Si autem, quis pro fide fœtaliter vulneretur, & superuiat ad tempus, nihilominus meretur aureolam. Si verò vulnus non sit lætale, & tamẽ inde mortem incurrat, videtur idem dicendum, quamuis aliqui dicant contrarium, quia ex negligentia, atque incuria sua incidit mortem, Veruntamen quoniam vulneratio illa est sibi prima mortis occasio, non videtur priuari aureola, nisi incuria, & negligentia illa esset tam magna, quòd esset mortale peccatum. Amplius de innocentibus quidam dixerunt, quòd in eis acceleratus fuit vsus rationis, quemadmodum in glorioso, & sancto Iohanne baptista in vtero matris, & ita perfectè martyres extitissent. Alij dicunt quod fuerunt martyres tantum actu, quòd videtur sentire beatus Bernardus, assignãs tria martyrij genera. Vnum sola voluntate, aliud solo actu, tertium ex vtroque.

De innocẽtibus martyribus.

Bernard. Quæstio. Conciona toribus vbi diuinidebeã aureola.

¶ Præterea quæritur, an doctoribus, & prædicatoribus verbi Dei, debeatur aureola. Et respondendũ, q̃ sicut per martyrium, & virginitatem perfectissimam victoriam obtinet homo de mundo, & carne ita perfectissima victoria obtinetur contra diabolũ dum quis illum reijcit resistendo, & expellit prævalendo, non solum ex se, sed item a proximis, quod per prædicationem agitur, & doctrinam. Ideo prædicationi, & doctrinæ ex charitate exhibitæ, debetur aureola sicut virginitati, atq; martyrio. Nec solum, vt aliqui dicunt, prælatis, quibus ex officio prædicare cõpetit, & docere, sed q̃buscunq; licitè exercẽtib⁹ actum hunc, nec conuenit prælatis, nisi hunc actum exerceant, vt oportet. Non enim coronatur, nisi qui legitimè certat.

¶ Quæritur itẽ, an Christo, & angelis aureola debeatur. Dicendum, quòd de Christo est duplex opinio. Vna quòd imò, quia pugnauit, & prævaluit mũdo, atque diabolo, sed diligenter pensando, dicendum, q̃ quamuis Christo competat propriè aureola, seu corona ĩtñ aureola, q̃a aureola ex hoc, qd̃ diminutiuè vocatur, importat aliq̃d, qd̃ participatiuè quadam, non plenitudine possidetur. Hinc illis competit, in quibus est participatio perfectionis victoriæ ꝑm imitationem eius, in quo consistit plena ratio perfectè victoriæ. Cumque in Christo fuerit huiusmodi victoriæ plena, principalisq; ratio, per cuius victoriam, & imitationem alii efficiuntur victores, non conuenit ei aureola, sed aliquid vnde omnes aureolæ originantur. Vnde in Apocalypsi protestatur: Qui vicerit, faciam eum sedere mecum in trhono meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Quamuis ergo fuit verisimè virgo, martyr, & doctor: attamen præmium accidentale his correspondens non habuit in ipso quãtitatem notabilem in comparatione ad magnitudinem præmij essentialis. Idcirco non habet in ipso rationem aureolæ sub ratione aureolæ.

1. Timo. 2.

Chfo non conuenit aureola.

Apocaly. 2

¶ Atuerò angelis non debetur aureola, quia aureola propriè correspondet cuidam perfectioni excellenti in merito. Ea autem, quæ in hominibus ad excellentiam meriti pertinent, sunt angelis connaturalia, aut etiam spectant ad statum eorum cõmunem, vel ad præmium ipsum. Hinc ratione horum, qua hominibus debetur aureola, angeli non habẽt aureolas.

Angelis ñ debetur aureola.

Quæstio.

¶ Præterea si quæratur, vtrum corpori debetur aureola: respondendum, quòd aureola propriè est in mente, cum sit gaudium de operibus, quibus debetur aureola, sed sicut ex gaudio præmii essentialis redundat decor in corpore, qui est gloria corporis, ita ex gaudio aureolæ quidam in corpore resultat decor, sicque aureola essentialeter est in mente, ꝑ redundantiam verò in carne. Veruntñ decor cicatricum, qui erit in corporibus martyrum, non põt aureola appellari: quoniam multi martyres habebunt aureolam, in quibus huiusmodi cicatrices nõ erunt, vt qui submersione, fame, incarceratione sunt interempti.

Menti nõ corpori debetur aureola essenti aliter.

Quæstio.

¶ Nunc quæritur an sint tres tantum aureolæ, & quæ earum sit potior. Ad quorum primum dicendum, quòd aureola est quoddã præmiũ priuilegiatum priuilegiatæ correspondens victoriæ. ideo ꝑm priuilegiatas victorias in tribus pugnis tres sumuntur aureolæ, & hoc patet ex introductis. Quidam verò distinguunt eas secundum tres animæ vires, vt dicantur tres aureolæ tribus præcipuis actibus triũ uirium animæ correspondere. Potissimus quippè actus potentiæ rationalis est veritatem fidei, ac salutis aliis communicare. Cui actui confertur doctorũ aureola, Potissimus autem actus irascibilis est, mortem pro Deo tolerare, ac vincere, cui debetur aureola martyrũ. Potissimus demũ concupiscibilis potẽtiæ actus est, à delectationibus maximis totaliter abstinere, cui actui debetur aureola virginum.

Aureolarũ cõparatio ad tres animę vires

¶ Alii distiguunt aureolas secundum ea, quibus Christo potissimè coformamur. Ipse enim mediator fuit inter patrem, & mundum. Fuit igitur doctor secundum quod veritatem, quam à patre accepit hominibus prędicauit. Fuit & martyr, prosequutiones, & mortem à mundo propter iustitiam sustinendo. Fuit & virgo excellẽtissimè, ficq; in his sibi præcipuæ conformantur uirgines, martyres, & doctores.

Quæstio.

¶ Ad secundum quæsitum dicendum, quòd præminentia aureolarum adinuicem, dupliciter sumitur. Primò ex parte pugnæ, vt aureola illa sit dignior, quæ grauiori pugnæ debetur, vt est aureola martyrũ, deinde aureola virginum: quoniam pugna carnis est periculosior, inquantum est diuturnior, & ab hoste magis domestico, ac vicino. Secundò ex parte eorum, de quibus est pugna. Sicque aureola doctorum est potior, quia huiusmodi pugna versatur circa intelligibilia bona, aliæ autem pugnæ circa sensibiles passiones. Verum eminentia ex parte pugnæ essentialior existit aureolæ, quia aureola ex propria ratione respicit pugnam, atque victoriã Difficultas etiam pugnæ, quæ attenditur ex parte ipsius pugnę, est potior, quàm illa, quę ex parte nostri attenditur, inquantum est nobis vicinior. Itaque simpliciter loquendo, aureola martyrum maior est, & i commemoratione sanctorum, martyres doctoribus, atque virginibus præordinantur. Attamen quantum ad aliquid, nil prohibet alias aureolas esse eminentiones. Hoc quoque est euidẽs, quod vnus sanctorum excellentiùs alio habet aureolas istas, aut minus secundum quod magis, aut minus meruit eas. Meritum autem aureolæ potest intendit duplicite: Primò ex parte radicis. Secundò. ex parte operis Et intentioni, quæ est ex parte radicis, videlicet charitatis, correspondet intensio, sed augmentum aureæ. Intensioni autem, quę est ex parte operis. intensio correspõdet aureolæ. Hæc Thomas in scripto.

Aureola martyrum potiora lis.

Richard.

¶ Cõcordat Richardus, & addit: In beatis est præmium essentiale habens pro obiecto bonũ increatum, & gaudiũ accidentale, habens pro obiecto bonum creatum, & vocatur accidẽtale, non quia accidens

Richard. Præmiũ accidẽtale

dens, quia sic etiam præmiũ essentiale diceretur accidentale, sed qa non pertinet ad essentiam beatitudinis aĩæ: imo sine illo anima esset beata beatifica fruitione. Itaq; beatitudo corporis pertinet ad accidentale præmium animę, sed est essentiale præmium corporis, qd̃ sine illo non posset esse beatũ. Porrò nõ omne præmium accidẽtale est aureola, sed illud dũtaxat, quod habetur de opere priuilegiato, ac arduo sicut expositum est Sunt autem & alia multa accidẽ talia præmia, de operibus virtutum non priuilegiatis. In Christo autem sunt aureolæ quantum ad id quod sunt, non sub ratione aureolæ, vtpotè prout aureola est, quædam remuneratio militi data à principe, cum ipsemet Christus sit militum Dei princeps: nec in angelis aureola habet locum, cum sine difficultate, & labore exequantur cuncta, quę eis iniungunt.

Quæstio.

¶ Sed quæri potest, vtrũ beati habebunt aliquod præmium accidentale pro operibus bonis, quæ fecerunt in peccato mortali. Et rñdẽdum, quòd sicut pœna est duplex, puta inflicta à iudice, & alia acta ab ipso peccante, qui peccando sibimet nocet, & seipsum deordinat, sic duplex est gaudiũ accidẽtale in beatis. Vnum à Deo receptum misericorditer, præmiante opera facta ex charitate. Aliud actum à beato, qui recogitando, quæ gessit, complacentiam habet etiã, q̃ talia bona peregit. Primũ quæ gaudiũ magis habet rationem præmij, quàm istud secundũ, & primum illud multo pręclariùs est, & magis intensum.

Premium accidentale duplex

Quæstio.

¶ Quæritur rursus, an quilibet beatus tñ gaudeat de bono proximi sui, quantum de suo dicendum, quòd in patria ordo permanet charitatis. Cumque clarum sit, quòd beati plus gaudeant de bono illius quem ampliùs diligunt, plus gaudent de bono proprio, quàm de bono alterius: quoniam unusquisque eorum post Deum maximè diligit semeptisum, quãtum ad actus intentionem, prout charitatis exigit ordo. Hinc Linus plus gaudet de sua fœlicitate, & gloria, quàm de fœlicitate, & gloria Petri, quamuis forsitan Petrus propter maiorem gaudẽdi virtutem magis gaudeat de bono Lini, quàm ipsemet Linus de proprio bono. Hæc Richardus.

Bonauent.

¶ De præfatis demum areolis scribit Bonauentura in Breuiloquio cap. vltimo: Qñ præmiatio illa finalis fieri debet, secundum quod exigit retributio iusta, productio virtuosa, gubernatio ordinata, & ẽt reparatio virtuosa, & in diuersis Christi membris diuersa sunt charismata gratiarum, non solum quantum ad dona interiora, sed etiam quãtum ad exercitia exteriora; nec solum quantum ad habitus uerum etiam quo ad status: & non solum quantum ad perfectionem charitatis in mente, verum etiam quo ad perfectionis, decorem, & pulchritudinem in opere corporali: hinc aliquibus Christi membris non solum debetur stola animæ cum tribus dotibus eius, & stola corporis cum quatuor dotibus suis, verum etiam excellentia quædam gaudij ac decoris propter excellentiam perfectionis, ac pulchritudinis habitæ in opere uirtuoso. Cumque triplex sit opus pręcellenter perfectum, ac pulchrum spirituali formositate venustum secundum triplicem vim animæ, puta rationalẽ, ad quam pertinet prædicatio veritatis, perducens alios ad salutem, & concupiscibilem, ad quam pertinet declinatio concupiscentiarum per integritatem perpetuam continentiæ virginalis, ac irascibilem, ad quam spectat perpessio mortis ad Dei honorẽ: hinc tribus iustorum generibus, scilicet prędicatoribus martiribus, virginibus, debetur excellentia præmij accidentalis, quæ aureola nominatur, quod facit non solum ad decorem animæ, verum etiam corporis: quia non redditur tantummodo voluntati, sed & extrinseco operi, substernens sibi meritum, ac præmium charitatis, quòd in septiformi dote consistit, videlicet triplici animæ, atque quadruplici corporis, in quibus clauditur consumatio, integritas, plenitudo vniuersorum bonorum, ad gloriæ cõplementum spectantium. Hæc Bonauentura.

Hẽrici q̃stio.

¶ Præterea ad hæc pertinet quæstio, quam. 7. Qd̃ libeto mouet Henricus, videlicet utrum digni licẽtiari in theologia, qui non licentiantur, aureolam adipiscantur. Respondet. Ad promerendum aureolam plus respicitur actus, quo homo meretur, quàm status. Nempè cuiuscunque conditionis, aut status sit homo, si pro fide, atque iustitia mortem sustineat, meretur aureolam martyrum. Similiter cuiuscunque status, vel conditionis sit virgo, si pudicitiam virginalem propter Deum custodit, ex ꝓposito iugiter sic manendi, meretur aureolam virginum. Similiter ergo docens alios verbo prædicationis, aut lectionis, quatenus per viam veritatis eos ad vitam perducat æternam, cuiuscunque sit status siue magister, siue non, meretur doctorum aureolã. In tãlibus enim consideratur actus magis, quàm status. Itaque si qui dignus sit ad magisterium promoueri, quamuis non promoueatur, tamen si docet, vt dictum est, meretur aureolam: & quamuis non esset dignus gradu magisterij in theologia: Attamen prædicando, atque docendo posset aureolam promereri. Si autem per hoc, quòd non promouetur, neque admittitur ad magisterij gradum, impedit ab actu docendi, ac prædicandi, quamuis ad hoc bonam habeat voluntatem, quamuis pro bona, & charitatiua sua voluntate remuneratur præmio essentiali, non tamen meretur, neque fortitur aureolam: quia ad promerendum aureolam non sufficit bona voluntas, sed requiritur actus, vt credo, quod tamen in se bonam continet quæstionem. Hæc Henricus. Ex præhabitis inferunt quidam, quòd in beatis ita se habet aureola, velut si regio diademati super ponatur sertum de floribus speciosis.

Parthifie.

¶ Postremò his consonant, & clariorem horum intelligentiam valent ea, quæ scribit Gulielmus libro de vniuerso: generaliùs tamen loquens, quàm dicta de aureolis exigunt: Certum est, inquiens quòd quanto sanctiores sunt mentes creatæ, tanto intensiùs cupiunt lumen primæ, increatæque veritatis, suauitatem quoque, & degustationem summæ, & incomparabilis bonitatis. Idcirco in vita præsenti afliguntur famæ, & siti illius, sicut dixit propheta: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ. Et denuo: Anima mea sicut terra sine aqua tibi, In ipso igitur creatore finis, & quies est vltimata, qui hanc virtutem, ac largitatem contulit multis subsantijs naturalibus, vt sua applicatione, & contactu assimulent sibi receptiua virium, seu virtutum suarũ, & actionũ, vt patet in igne ferrum sibi assimiluate, & omnis facies speculum sibi ỏbiectũ, sit mundum, ac tersum, expressissimè sibi assimulat, similitudinem suam imprimens illi. Sic in odoribus & saporibus, alijsque innumerabilibus rebus se habet, quanto plus uirtus, & largitas creatoris perfecta, & penitus infinita, assimilabit sibi animas beatas immediatè vltimata. ac proxima approximatione sibi coniunctas, vt non solum sint deificatæ, sed etiam dij, ac deæ? Imo si viri sancti in ista peregrina

P salm. 41. Psalm. 14.

tione

tione ex permodica approximatione ad Deum huic vitæ possibili dij vocati sunt, iuxta illud. Ego dixi, dij estis: quanto plus ex illa beatifica approximatione ineffabiliter pleniori, deificantur? Nemo.n. intelligens, dubitat gloriam incomparabiliter eminentiorem gratia esse, quod manifestum est inde, quòd nec stillam gloriæ sustinere potest vitæ huius infirmitas.

Psalm.81. Ioh.10.

¶ Ampliùs, si pulchritudines, bonitates, & suauitates sensibilium rerum ita in se rapiunt animas hominum, vt præ amore insanire quodammodo videantur, quid factura est pulchritudo creatoris, & bonitas, ac dulcedo ipsius, quas nec attingit admiratio, nec vlla æstimatio comprehendit? Differt aũt qñ amor huiusmodi ad creata, & vnio animarum nostrarum ad sensibilia, ebrietas est imo insania, captiuitas, & excæcatio earundem. Illa verò illuminatio est earum.

¶ Deniq; sicut immensitas munificentiæ Dei altissimi, quàm redundantissime se effundit in animas gloriosas, sic & animæ beatæ in corpora sua diuitias claritatis, ac gloriæ affluent, atque internæ iucũditatis immensitas in corpora glorificata copiosissimè redundabit. Et quanto corpora ipsa in hac vita animabus laboriosiùs, ac fideliùs, promptiùs, ac perfectiùs sunt cooperata, imo etiã, & compassa, eo gloria animarum fœliciùs, atque splendidiùs relucebit, & exhuberabit in ipsis corporibus, qđ facile est pensare ex hoc, quòd etiam in hac uita dispositio bona in mente tam citò, ac euidenter refulget in facie, & interna serenitas, deuotionis dulcedo, conscientiæ puræ serenitas, consolatio, & gratiosa præsentia spiritus sancti tam celeriter, ac delectabiliter resplendent in vultu, & totum corpus redũdat. Hinc enim spiritus tristis exsiccat ossa, & animus gaudens ætatem floridam facit. Et sapientia hominis lucet in facie eius, atq; ab occursu faciei cognoscitur verè sẽsatus. Hinc dixit Propheta. In ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & refloruit caro mea. Cum itaque amor, & bonitas, pulchritudo amænitas, & dulcedo creatoris, tã validissimè, & in cõparabiliter attrahat sibi, & quasi absorbeat in se mentes ciuium supernorum, & incomparabiliter dulcius, iucundiusq; eas afficiat, quàm quæcunque obiecta seculi huius: constat, quòd cuncta ista carnalia vehementissime vilipendãt, ac respuant. Hinc constat, quòd paradisum carnalium delitiarum penitus detestentur, nec possibile est huiusmodi paradisum sanctis dari pro præmiò, cum, & in vita præsenti ex aliquantula degustatione dulcedinis Dei, carnalia habeantur fastidio, vnde innotescit carnalitas, stultitia, excæcatio Sarracenorum, carnalem expectantium paradisum, Infinitaque uilitas, turpitudo, damnatio impijssimi Mahumeti. Hæc Gulielmus libro præfato, & partim in libro de fide, & legibus vbi de his plenius pertractatur.

Proue 17. Eccl. 8 Eccl. 19 Psalm. 27.

QVAESTIO. IX.

In Mahumetanas infanias.

IAm quæritur, *Quid sit fructus, & quomodo ab aureola differt, atque de triplici parte, seu specie eius.*

¶ Videtur, quòd fructus, & aureola idem sint. Nã fructus centesimus correspondet virginitati. Similiter aureola vna. Item fructus uidetur idem, quod delectatio, Aureola autem gaudium mentis est. Delectatio verò, & gaudium idem sunt. Itẽ super illud Apostoli: Alia claritas solis, alia lunæ, habetur in Glossa. Claritati solis illorum dignitas comparantur, qui centesimum fructum habent: claritati verò lunari, qui sexagesimum; claritati autem stellarũ, qui tricesimum.

1. Cor. 15. Luc. 8.

¶ Circa hæc asserit Thomas. Primò respondens ad hoc vtrum aureola differt à fructu. Ea, quæ metaphoricè dicuntur, variè accipi possunt secundum varias adeptiones ad rerum proprietates, a quibus transsumptio sumitur. Cumque in corporalibus fructus dicatur de terræ nascentibus. Hinc secundum diuersas conditiones, quæ in corporalibus fructibus inuenientur, fructus spiritualiter diuersimodè capitur. Fructus namque corporalis dulcedinem habet: quoniam reficit, secundum quod in vsum hominum venit: estque vltimum ad quod naturæ operatio se extendit. Est etiam id, quòd expectatur ex agricultura. Quãdoque fructus specialiter sumitur pro eo, quod reficit, tamquam vltimus finis, & sic sancti dicuntur Deo frui perfectè in patria, imperfectè in via, & ex hac significatione accipitur fruitio, quæ est dos, & ita de fructibus modo non loquimur. Interdum fructus spiritualiter sumitur pro eo quod reficit tantum, quamuis non sit vltimus finis: sicque virtutes vocantur fructus, inquantum mentem syncera delectatione reficiunt, ut ait ambrosius & sic fructus accipitur ad Galatas. Nec sic de fructibus modo est mentio. Sed tertio potest etiam accipi fructus spiritualis ad corporalis similitudinem fructus: inquãtũ corporalis fructus est commodũ quod dam, quod ex labore agriculturæ expectatur, vt sic fructus dicatur præmium illud, quod homo consequitur in hac vita ex labore, quo laborat sub sole, sicque omne præmium, quòd in futuro habebitur ex laboribus nostris virtuosis fructus vocatur. Et ita accipitur ad Romanos, quo habetur. Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Nec sic de fructu nunc agimus, sed prout consurgit ex semine. Sic enim dominus de semine loquitur apud Matth. vbi diuidit fructum in centesimum, tricesimum. Fructus autem secundũ hoc potest prodire ex semine, secundum quod vis sementiua est efficax ad conuertendum humorem terræ in suam naturam, & quanto hæc uis est efficatior, & terra ad hoc paratior, tanto sequitur fructus vberior. Porrò spirituale semen, quod seminatur in nobis, est verbum Dei. Hinc quanto plus quis in spiritualitatem conuertitur, recedens a carne tãto maior fructus verbi Dei in ipso est. Secundum hoc ergo fructus differt ab aurea, atq; aureola: quoniam aurea consistit in gaudio cõcepto de Deo, aureola in habito gaudio ex perfectione operũ Dei. Fructus verò in gaudio, quòd habetur de dispositione operantis secundum gradum spiritualitatis, in quem p fecit ex semine verbi Dei. Quidam autẽ distinguũt inter fructum, & aureolam, p aureola debetur pugnanti, iuxta illud Apostoli. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Fructus laboranti, iuxta illud. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Alij dicunt, quòd aurea respicit conuersionem ad Deũ, fructus, & aureola ea, quæ sunt ad finem, ita quòd fructus principaliùs respicit voluntatem, aureola corpus. Sed cum in eodem sit labor, & pugna, & secundum idem, & præmium corporis ex præmio dependeat animę, non esset differentia inter auream & aureolam, ac fructum, nisi secundum rationem, quod eẽ non valet: cũ quibusdam asignatur fructus, quibus non asignatur aureola. Itaque ad obiecta dicendum, non esse inconueniens eidem merito secundum vniuersa, quæ in ipso sunt præmia correspondere diuersa. Vnde virginitati datur aurea prout ex charitate seruatur: aureola, prout est opus perfectionis habens victoriam excellentem. Fructus quoque secundum quod homo per virginitatem

Thomas

Ambros. Galat. 5.

Roman. 3.

Matt. 13.

Aurea. 2. aureolam quo consistant.

2. Tim. 2.

Sapient. 3.

virginitatem transit in quandã spiritualitatẽ. Glossa autem præallegata, aliter sumit fructũ, quàm sumitur hic, utpotè largè, secũdum quod quælibet remuneratio fructus vocatur, quamuis etiam fructus & aureola cõueniunt, genere, quia utrumq; est gaudium quoddam secundum modum prætactum non tamen simpliciter idem sunt, sicut nec homo, & leo.

Quæstio.

¶ Quæritur item, an fructus debeat virtuti continentiæ tm. Dicendũ, quòd imo. Dictũ est. n. quòd fructus est quoddam præmium homini debitũ ex hoc quod à vita carnali trãsit in spiritualẽ, quod p cõtinentiam specialiter agitur: quia per eã concupiscentijs dominamur, & a voluptate retrahimur, per quã homo intantũ subijcitur carni, quod in actu carnali spũs prophætiæ nunquam tetigerit mentes prophetarum secundum Hieronymum, nec durante illa delectatione, possibile est intelligere aliqd, vt ait Philosophus. 7. Ethicorum. Hinc potissimè asscribitur fructus virtuti continentiæ.

Hieronym. Philosop. 7. Ethic.

Quæstio.

¶ Ad id verò, quod quæritur de partibus seu speciebus fructus: rñdendũ, quòd sm diuersum modum, & gradũ spiritualitatis, quam continentia parit in nobis, diuersi fructus distinguuntur. Est. n. spiritualitas quædã necessaria, quædã superabundans. Necessaria est, vt rectitudo rõnis ex delectatione carnis non peruertatur: quod fit, dum homo sm rectũ ordinẽ rationis vtitur delectationibus carnis: & hæc est spiritualitas coniugatorũ. Spiritualitas superabundans est, per quam à concupiscentijs, & delectationibus illis oĩno se abstrahit. Et hoc dupliciter. Primò sm omne tempus, & hæc est spiritualitas virginum, uel sm aliquod tempus, & hæc est spiritualitas viduarũ. Seruantibus ergo continentiam coniugalẽ, datur trecesimus, vidualem, sexagesimus, virginalem, cẽtesimus. Rõne quam Beda asignat, quãuis posit, & alia asignari ex ipsa ratione numerorum. Tricesimus. n. numerus ex ductu ternarij in denarium surgit. Ternarius uerò est numerus omnis rei, vt dicitur primo Cœli, & habet in se perfectionem omni rei communem, videlicet principiũ, medium, & finem. Hinc conuenienter, coniugatis deputatur in quibus vltra communem obseruationẽ decalogi, qui per denarium designatur, non additur aliqua perfectio nisi communis, videlicet infima ista spiritualitas continentię coniugalis, sine qua eis esse nõ valet salus. Porrò senarius, ex cuius ductu in denarium surgit sexagenarius, habet perfectionem ex partibus, cum constet ex omnibus partibus suis aggregatis. ideo correspondeẽ viduitati, in qua est perfecta abstractio à delectationibus carnis, quantũ ad omnes circunstãtias, quæ sunt quasi partes actus virtuosi. Cum nulla enim persona, & nullo tempore viduitas vtitur delectabilibus carnis, & ita de circunstantiis cæteris. Centenarius autem correspõdet virginitati, quia denarius ex cuius ducta centenarius surgit, limes est numerorum, sicut virginitas limes est spiritualitatis. Habet namque centenarius inquantum quadratus est numerus, perfectionem ex figura; quia figura quadrata ex hoc perfecta est, quod ex omni parte habet equalitatem, vtpotè habens æqualia omnia latera sua, pp quod competit virgitati, in qua quãtum ad omne tempus, incorruptio æqualiter innenitur. Veruntamen non oportet quòd in omni saluando sit aliquis fructus, vt patet de incontinentibus in fine pœnitentibus. Atuerò distinctio fructuum accipitur potius secundum numerorũ species, aut figuras, quàm secundum eorum quantitates. Tamenetiam quantum ad quantitatis excessum potest aliqua ratio asignari. Coniugatus namq; obstinet tm̃ a non sua. Vidua uerò à suo, & non suo: sicque inuenitur ibi quędam ratio duplici, quemadmodũ sexagenarius est dupelx ad trecenarium. Centenarius autem vltra, & sexagenarium addit quadragenarium, qui consurgit ex ductu quaternarii in denarium. Quaternarius quoq; est primus numerus solidus, & cubicus. Sicq; conuenit talis conditio uirginitati, quæ supra perfectionẽ uiduitatis, incorruptionẽ addit perpetuã. Quem admodum aũt Beda testatur, fructus tricesimus debetur coniugatis: qa in repræsentatione, quæ fit in abaco triginta significatur per contactum pollicis & indicis sm eorũ summitatẽ, & sic ibi quodãmodo se osculantur. Vnde tricenarius oscula coniugatorũ designat. Sexagenarius uerò numerus significatur per contactum indicis super medium articulũ pollicis, sicq; per hoc, quod index super pollicem ponitur opprimens eum, significat oppressionem, quã uiduę patiuntur in mundo. Cumq; ad centenarium numerando peruenimus, transimus à læua in dexteram. Vnde per centenarium uirginitas designatur quæ habet portionem angelicæ dignitatis, quæ est in dextera, hoc est, in gloria. Nos uerò in sinistra, ꝓpter imperfectionẽ uitæ præsentis. Et quãuis repræsentatio hæc numerorũ sit, ex institutione humana, fundatur tñ aliquo modo super rerum naturam, inquantum secundum ordinem digitorum, & articulorum, atque contactuũ numeri gradatim designantur. Hæc Thomas in Scripto.

Matth. 13. Beda. Philosop.

¶ Præterea Henricus 7. Quodlibeto concordat his, Rñdendo ad istud. Vtrum numerus tricesimus approprietur coniugatis, sexagesimus uiduis, centesimus uirginibus. Hi, dicens, numeri non appropriãtur statibus illis ex natura aliqua rei, sed ex similitudine, & proportione quadam in illorum numerorum, compositione, ac modo uiuẽdi in statibus illis. Duplex quippè est modus uiuendi, sm quod duplex est uita, puta actiua, & contemplatiua, quarum prima pertinet ad uitam præsentis miseriæ, secunda ad vitam beatam in gloria: Fuitq; inchoata in statu innocentiæ, sed intermissa, homine propter peccatum à paradiso expulso. Vita autẽ actiua est imperfecta in genere suo, & habet duplicem statum, uidelicet infimum, qui est coniugatorum, & continentium qui in duplici statu sunt, utpotè uiduali, & uirginali. Cumq; uita coniugalium in obseruantia consistat decalogi ex fide trinitatis, ut opera procedant ex fide, & unificentur per opera, ternarius fidei quasi multiplicabitur per denarium mandatorum, & multiplicatio denarii per ternarium, & econtrario consurgit in tricesimum numerũ. Et quoniam infimus gradus uitæ actiuę consistit in decalogi obseruatione ex fide trinitatis, sine qua non est salus, iõ tricesimus huic infimo gradui, & statui coniugalium appropriatur: sed quoniam gradus uidualis illo superior non solum in decalogi obseruantia simplici in fide trinitatis consistit, sed in obseruantia illorũ pfecta, & perfectio operum per senarium designatur qa sm legem sex diebus, quibus licèt operari, vita, præsens decurrit. Imperfecta autem obseruãtia operũ, opera perfectionum generat, atque ex generata perfectione opera perfecta procedunt, sicq; senarius perfectus quasi multiplicatur per denarium operũ Multiplicatio uerò denarii per senarium, & eõrio surgit in sexagesimũ numerum, qui ob hoc rectè statui uiduarum appropriatur. Et quoniam status altior illo, vc3 uirginalis, ab actione se transfert ad cõtemplationem, in qua vitæ humanæ perfectio cõsummatur, quasi denario mandatorum in seipsum deducto,

Henrici. quæstio.

deducto,ex qua deductione consurgit centenarius numerus,ideo dispositioni vitæ perfectæ cõtemplatiuę in virtutibus appropriatur. Et ista responsio, seu expositio ost moralis. Alia verò magis est literalis,accepta ex mõ formandi numeros designantes ꝑmia dicta. Tricesimus. n. appropriatur coniugatis ꝑp molle osculũ,seu contactũ digitorũ,q̃bus formatur, qualẽ exercere solent ꝓiugati. Sexagesimus aũt appropriat viduis ꝑp cõpressionẽ digitorum, q̃bus format. Vita.n.viduarũ in afflictione,& compressione habet consistere. Centenarius verò appropriatur virginibus propter circulum,quem perficit,vbi formatur, quo virginalis corona exprimitur. Hæc Henr.

Quæstio. ¶Qui quodlibeto sciscitatur eodem, de transitu numeri tricesimi in sexagesimũ,à dextera in sinistrã ad quod prolixè rñdet,magistraliter tñ,quod breuitati studens dimitto, quia ñec multũ ad propositũ pertinet:Primò quoq;.Quodlibeto interrogat, quõ intelligat illud Hieronymi de numero centesimo, quod incipit à dextera,& tendit ad læuã, & rursus redit ad dexteram. Ad quod rñdet. In tractatu cõputus,distinguitur numerus triplex, vc̃ numerus articulus,numerus digitus,& numerus ex vtroq; cõpositus Numer articulus sicut iste,vnus,duo,tres,&c. vsq; decẽ,q̃ ẽ nu.primus. Numerus digitus,à quo incipit primus nu. ꝯpositus ex articulo, & digito,est vndecim,duodecim &c.vsq; viginti, qui est secundus numerus digitus, à quo cum articulis erunt secundi numeri compositi vsq; triginta,qui est tertius numerus digitus, sicque deinceps vsque ad cẽtum,qui est decimus digitus, & appellatur numerus articulus,& numerus digitus, transsumptiuè à digito,atque articulo manus,in quibus antiquitùs consueuit computatio fieri. Denarius namque numerus dicitur digitus,quia in quolibet digito manus,qui sunt quinq; pollex,index, medius medicus & auriculatis, à trunco brachij vsque ad digiti extremitatem sunt quinque articuli. Vnus transiens per palmam manus, in qua digiti non separantur, & alij tres,vsque ad digiti extremitatem,secundum quos digiti sunt ab inuicem separati. Hi quoq; quatuor articuli sunt interualla inter quinq; diuisiones Semper. n. in vno diuisiones excedunt interualla vt ait Philosophus in libro priorum. Deniq; istarũ quique diuisionum duæ sunt in extremitatibus digitorum, vna in extremitate in trunco brachij,altera in extremitate opposita in fine digiti. Tres aũt aliæ diuisiones sunt infra digitum in iũcturis articulorum Vnde atiqui facientes computos suos in digitis manus,numeros articulos appellabant illos,qui signabantur super digiti,& articulorum diuisiones,faciebant cõputum in manu super diuisiones predictas & infra manum, & extra,bis tangendo quamlibet diuisionẽ. Cumq; in quolibet digito sint quinq; diuisiones,tangendo in numerando quamlibet diuisionẽ bis,semel infra manũ, & semel extra,numerabãt in quolibet digito bis quinq;,& appellabat totum illum numerum digitum : qm̃ super oẽs diuisiones digiti intus,& extra acceptus fuit. Cumq; in duabus manibus decẽ sint digiti,numerabantur in duabus manibus centum,& sic numerus excrescens incipiẽdo numerare ab extremitate pollicis manus dextræ exteriùs in trunco brachij, discurendo per oẽs diuisiones pollicis usq;ad eius extremitatẽ interiùsi brachii trunco,sicq; per cæteros digitos quousq; deueniat ad extremitatem auricularij manus sinistræ in parte interiori in trunco brachij & excrescit numerus centenarius, incipiendo computũ à principio pollicis manus dextræ,exteriùs vsq; in principium articularii manus sinistræ,interiùs bis signando numerũ super quamlibet iuncturam cuiuslibet digiti. & hoc antiqui assignabant perfectioni numeri centenarij. Quod si vlteriùs oportet procedere numerando,oportet incipere a primo articulo, & ab vnitate:quoniam vltrà centum computando nõ procedit compositio numerorũ,sicq; oportebit vlteriorem computum reuerti ad dexteram, & iterato incipere vbi,& priùs,& ordine eodem procedere. Et hoc est,vt puto, quod Hieronymus, & Beda intelligunt circa perfectionem numeri centenarij, quòd incipit à dextra, & terminatur in læuam & hinc reuertitur rursus in dexteram, si debeat vlterior computatio fieri numerorum. Hæc ille.

Philoso.

Si mali in inferno peccabunt. Distin. L.

De statu & conditione damnatorũ & malorum post iudiciũ quantum ad rationẽ & voluntatem. August. in enchi. ad Laurentiũ ca. 112. Iuit secundum diuersos. Augu. in l. de fide ad Petrũ c. 3.

HIc oritur qõ, ex præmissis ducens originem. Supra.n. Aug. loquens de malis in inferno damnatis,& de bonis in cœlo glorificatis, dixit,quòd nec bonis voluntas,nec malis facultas esse peccandi poterit. Et de bonis quidem cõstat:sed de malis,à quibus voluntatem malam non remouet,quęritur qũo sit verum eos non posse peccare,imo quomodo verum sit eos non peccare cum malam habeant voluntatem. Quidam autumãt illam voluntatem non esse pcm̃, sed supplicium tantum. Alii verò peccatum esse fatentur, sed per illud eos non mereri aliquam pœnam,quia non est ibi locus merendi. Illud ergo peccatũ dicũt non esse meritum supplicii,sed suplicium mali meriti,quod in hac vita præcessit. De hoc aũt Aug. ita dicit. Tempus acquirendi vitam æternam in hac tantum vita Deus hominibus dedit,vbi voluit etiam pœnitentiam esse fructuosam,ideo hic pœnitentia fructuosa est,qa potest hic homo deposita nequitia benè uiuere,& mutata uoluntate, merita, simulq; opera mutare,& ea gerere,quæ Deo placeant. Quod qui in hac uita non fecerit,habebit quidem pœnitentiam in futuro seculo de malis suis,sed indulgentiam in conspectu domini nõ inueniet, qa etsi erit stimulus pœnitudinis:tñ nulla erit ibi correctio uoluntatis A talibus enim ita culpabitur iniquitas sua,ut nullatenus ab eis possit,uel diligi, uel desiderari iustitia. Voluntas enim eorum talis erit,ut habeat semper in se malignitatis suę supplicium:nunquam tñ recipere possit bonitatis affectum. Quia sicut illi, qui cũ Christo regnabunt, nullas in se malæ uoluntatis reliquias habebunt, ita illi, qui erunt in supplicio æterni ignis cum qua diabolo,& angelis eius deputati, sicut nullam habebũt ulteriùs requiem,sic bonã nullatenus poterunt habere uoluntatẽ. Et sicut cohæredibus Christi dabitur perfectio gratiæ ad æternam gloriam ita, consortibus diaboli cumulabit

bit ipsa malignitas pœnam:qñ exterioribus deputati tenebris,nullo illustrabuntur interiori lumine veritatis. Ex his apparet,reprobos in inferno pœnitentiam sic gesturos ut per eam prauam uoluntatem non deserant : & illa maligna uoluntas erit eis ad cumulum pœnæ,per quam tamen non merebuntur,quia nullus meretur nisi in hac vita. Matt. 15.

Quare dicuntur tenebræ exteriores.

Hic quæri potest,quare ille tenebre,q̃bus inuoluentur mali in gehenna,dicũtur tenebrę exteriores. Quia tunc mali penitus extra lucem corporalem, scilicet * dñi erunt. Nũc.n.etsi patiantur tenebras in cęcitate mentis,nõ tñ penitus extra lucẽ Dei sunt,nec corporali luce priuantur. De hoc Aug.sic ait:Ira Dei in iudicio erit,& hic est in cæcitate mentis,cum dantur mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebræ erunt, qa tunc peccatores penitus erunt extra Deum. Quid est enim penitus esse extra Deũ,nisi esse in summa cæcitate? Siquidem habitat Deus lucem inaccessibilem. Hæ autem tenebrę hic iam incipiunt in peccãte,cum ab interiori Dei luce secluditur: sed penitus dum in hac uita est. Ecce quare ibi pctõr dr̃ pati exteriores tenebras,& non hic:quia ibi secludetur penitus à luce Dei,quòd non hic. Sed quomodo intelligenda est.illa secluſio. An quia non videbunt Deum ꝑ speciem:Sed aliquis videt hic Deum per speciem, An per dissimilitudinem,q̃ facit pctm̃ inter Deum,& hominem? Sed & hic multi ꝑ grauia pcta elõgantur a Deo. An qa Deum odiunt,ita vt velint eum non esse? Sed & hic multi Deum oderunt,de quibus scriptum est,Superbia eorũ qui te oderunt,ascendit sp. Quæ est ergo illa elongatio? Sane exteriores tenebræ intelligi pñt q̃dã malignitas odij,& voluntatis q̃ tunc excrescet in mentibus reproborum,& q̃dã obliuio Dei: qa tormentorum interiorum , & exteriorum doloribus adeo afficient,& turbabunt̃,vt ab illis ad cogitandum aliquid de Deo vix,vel rarò,vel nunquã mentem reuocent. Vt q nimio premunt̃ põdere,adeo stupescunt,& turbant,vt interim in aliã cogitationẽ non se extendant:sed illuc tendit impetus cogitationes,vbi sentiẽ vis doloris. Sed in hac vita nullus adeo malꝰ est, vt penitus secludatur à cogitatione Dei:qa nec perdit appetitum beatitudinis,quend ã boni amorem,quem naturaliter hꝫ rõnalis creatura,Illas aũt exteriores,& profundissimas tenebras reprobos perpessuros post iudicium dicit Aug. opponens de illo diuite, q in inferno positus,eleuans oculus,vidit Abraam,& in sinu eius Lazarum,cuius cõparatione coactus est confiteri mala sua vsque adeo, vt & fratres roget ab his premoneri:qd̃ ante iudicium factum legitur, sed post iudicium in profundioribus tenebris erunt impij,vbi nullam Dei lucem videbunt, cui confiteantur.

* Deum. Matth. 13 Aug. sup. Psal. 9. 2. Tim. 6. Psalm 73. Luce. 16.

De animabus damnatorum,si quam habent notitiã eorũ, qua hic sunt.

Pręterea quæri solet,si reproborum aĩæ,q̃ nunc in inferno cruciant̃, notitiã habeant totum,q̃ circa suos in hac uita gerunt̃,& sic aliquo mõ doleant super infortunijs suorũ charorum. Hanc qõnem Aug. commemorat,ex parte eam explicans,ex parte verò insolutam relinquens. Ait.n. Quæri aliquis,an ullus dolor tãgat mortuos de his, q̃ in suis post mortem cõtingunt:vel quomodo ea,q̃ circa nos aguntur,nouerint spiritus defunctorum. Cui respondeo magnam esse quæstionem,nec in præsenti differendam. Verum tamen breuiter dici potest,quòd est cura mortis de suis charis,vt de diuite legitur, qui dum tormenta apud inferos pateretur,leuauit oculos ad Abraam, & inter alia dixit. Habeo enim quinq; fratres:mittè aliquem ex mortuis,ut testetur illis, ne & ipsi veniẽt in hunc locum tormentorum. Habent enim mortui curam de uiuis,quos sciunt uiure:quia nec in locis pœnarum uident eos,ubi dies sine fratribus erat:nec in requie beatorum,ubi Lazarum,& Abraam quamuis à longe agnoscebat. Non tamen ideo consequens est eos scire,quæ circa charos suos aguntur hic,uel læta uel tristia.

Aug. sup. psalm. 118. Luce. 16.

Quomodo accipienda sunt, quæ de Lazaro, & diuite leguntur.

Si quis autẽ q̃rat,quomodo intelligatur,qd̃ de Lazaro,& diuite legitur. Audiat Aurñsum dicentis. Si quis putat aĩas corpore exutas,locis corporalibus contineri , cũ sint sine corpore,non deerunt,qui faueant,& diuitem sitientem in loco. corporali fuisse cõtendant,ipsamq; animam corpoream præparasse linguam . & stillam de Lazari digito cupijsse. Sed meliùs est dubitare de ocultis,quàm litigare de incertis. Diuitem in suppliciio,pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quomodo intelligatur diuitis ligna,digitus Lazari,flamma inferni,sinus Abraæ,& huiusmodi,vix a mansuetis,& contentiosis nunquam inuenitur.

Aug li. ad super Ga. ad literã. cap. 5.

Si se vident boni, & mali.

Solet ẽt quæri,vtrum uicissim se videãt illi,q̃ sunt in inferno,& illi,q̃ sunt gloria. Scut sc̃i tradunt,& boni malos,& mali bonos vident vsq; iudiciũ. Post iudicium verò boni

videbũt malos,ſed non mali bonos. Vñ Greg. Infideles in imo poſiti, ante diẽ iudicij fideles ſuper ſe in requie attendunt, quorum gaudia poſt contemplari non poſſunt.

De chaos inter bonos, & malos.

Lucæ.16. Sed cũ ſctĩ malos in tormentis videãt, nonne aliqua cõpaſſione erga eos mouentur nõne eos de tormentis liberari cupiunt? Recole illud euangelicũ, qđ Abraã diuiti rñdit Inter nos, & uos chaos magnũ firmatũ eſt, ut. q volunt hinc tranſire ad uos, non poſſint neq; inde, huc tranſmeare. Quid eſt illud chaos inter bonos, & malos, niſi hinc iuſtitia, inde iniquitas, q̃ nullaten⁹ ſociari valent. Adeo. n. ſctĩ Dei iuſtitię addicti ſunt, vt nulla ↄpaſſione ad reprobos tranſire valeãt nulla, ꝓ eis inter ſanctos fiat interceſſio. Qũo ergo inde uel ĩtaliq trãſire ad illos, ſed nõ poſſunt? Quia ſi Dei iuſtitia admitteret, ñ fieret eis moleſta liberatio eorum: Vel ita dicuntur velle & non poſſe, non q̃a velint, & non poſ- Grego. homil. 40. ſint, ſed q̃a etſi vellent, non poſſent eos iuuare. De hoc ita Greg. ait: Sicut reprobi à pęnis ad gloriam ſanctorum tranſire volunt & non poſſunt, & ita iuſti, per miſericordiã men te ire volunt ad poſitos in tormentis, vt eos liberent, ſed non poſſunt, q̃a iuſtorum aĩæ etſi in naturæ ſuæ bonitate mĩam habent iam tunc auctoris ſui iuſtitię coniunctæ, tan ta rectitudine conſtringuntur, vt nulla ad reprobos compaſſione moueantur.

Quòd viſa impiorum pœna, non minuit beatorum gloriam.

Grego. homilia 40. Poſtremò q̃ritur, an pęna reproborum, uiſa, decoloret gloriã beatorũ, an eorum beatitudini ꝓficiat. De hoc ita Greg. ait: Apud animũ iuſtorũ non obfuſcat beatitudinẽ aſpecta pęna reproborũ: q̃a ubi iã ↄpaſſio miſeriæ non erit, minuere beatorum lęticia non ualebit. Et licet iuſtis ſua gaudia ſufficiant: ad maiorẽ tñ gloriã uident pęnas malorum quas per g̃ram euaſerunt: q̃a q Dei claritatẽ uident, nil ĩ creatura agitur, quod uidere nõ Hier. l. 18. ſuper Iſa. cap 66. poſſunt. Non eſt aũt mirandũ ſi ſctĩ iã immortales reprobos uideant mentis intelligentia cũ prophetę mortales adhuc uidere hęc oĩa meruerunt. Egredientur ergo electi non loco: ſed intelligentia uel uiſione manifeſta, ad uidendum impiorum cruciatus: quos uidẽtes non dolore afficientur, ſed lętitia ſatiabuntur: agentes g̃ras de ſua liberatione, uiſa impiorum in eſtabili calamitate. Vñ Iſaias impiorum tormenta deſcribens, & ex eorum uiſione lætitiã bonorũ exprimens, ait. Egredientur, electi. ſ. & uidebunt cadauera uirorũ Iſai.66. Pſalm 75. Iſai. 6. qui præuaricati ſunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguet̃, & erũt uſq; ad ſacietatẽ uiſionis omni carni. i. electis. Lætabitur. n. iunctis cũ uiderit uindictã.

Epitome finem operi imponens.

Hæc de pedibus ſedentis ſuper ſolium excelſum, quos ſeraphin duabus alijs uelabãt ſcriptori, etſi non auditori commemoraſſe ſufficiat: qui à facie exorſus ſedentis, per media ad pedes uſque u ia duce peruenit.

Summa diſtinctiõis. L. PRæcedente diſtinctione tractatũ eſt de gloria beatorũ, hic agit. Magiſter đ calamitatibus, atq; ſuplicijs reproborum. Et primò inducit quæſtionem, quo intellectu aſſerũt non peccare, & ſoluit. Secundò interrogat, qualiter dicantur eſſe in tenebris imo, & in tenebris exterioribus Tertiò ſcrutatur qualem notitiam habeant de rebus, & geſtis viuentium in hoc mundo, & an doleant de aduerſitatibus propinquorum, & olim charorum ſuorum. Quartò inquirit, vtrum damnati in inferno poſiti, videant beatos in gloria, & econtra Quintò, vtrum beati compatiantur damnatis. Vltimo ſciſcitatur, an tantarum miſeriarum inſpectio aliquo modo minuat, aut obfuſcet gloriam electorum, an etiam de pœnis, & infœlicitatibus impiorum beati aliquo modo lætentur.

QVAESTIO. I.

CIrca hæc quęritur primò, *Vtrum damnati ex deliberatione velint ſe non eſſe, & omnino malint nõ eſſe, quam tot pœnis affligi.* ¶ Videtur, quòd non: quoniam omne ens potiſſimè rationem habens, naturaliter appetit eſſe, & refugit, ac abhoret non eſſe, qđ autem ineſt à natura, inſeparabiliter adeſt, nec ad oppoſitum quis aſſueſcit. Iterum Auguſt. libro de libro arbitrio loquitur. Conſidera quantum bonum Auguſtin. eſt eſſe, quod, & beati, ac miſeri volunt. Meliùs enim eſt eſſe, & miſerum eſſe, quàm omnino non eſſe. Auguſtin Ratio quoque Auguſtini ibidem eſt, Prælectio ſupponit electionem, ſed nõ eſſe non eſt eligibile, cum nihil ſit, & naturaliter horeatur.

Apocal. ¶ In oppoſitũ eſt illud in Apocalip. in diebus illis deſiderabunt hoĩes mori, & fugiet mors ab eis. Aliqui ẽt in hoc mundo cupiunt, imo & inferunt ſibi mortẽ, ut huius vitæ euadant miſerias, & tormẽta, q̃ tñ multo minora ſunt pęnis, calamitatibusq; inferni. Rurſus ĩ Eccleſiaſtico hr̃: O mors, q̃ bonũ ẽ iudiciũ tuum homini indigenti, & q minorat̃ viribus.

Thomas. ¶ Ad hoc Thomas rñdet. Non eſſe poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo per ſe, & ſic nullo modo põt appetibile eſſe, cum nullam boni habeat rõnem. imo ſit pura, & mera boni priuatio, Secundò, in quã tum eſt oblatiuũ pęnæ, ac terminatiuũ, ac miſeræ vitæ, & ita non eſſe, rõnem quandã boni ſortitur: qm̃ malo carere eſt aliquod bonum, vt 5 Ethicorum fatetur Philoſophus. Vnde de proditore dixit ſaluator. Bonum ei eſſet, ſi natus non fuiſſet homo ille. ſu Philoſo. Matth. 26. Ierem. 20. Hierony. per illud Ieremiæ, Maledicta dies, in qua natus ſum, dicit gloſſa Hierony. Meliùs eſt non eſſe, quàm malè eſſe. Sicq; damnati poſſunt eligere, & præeligere nõ eſſe, ẽt deliberatiua rõne, q̃ ĩ tot, ac tãtis miſerijs eſſe. Hinc auctoritas Augu. intelligenda eſt, ꝙ nec miſeri poſſunt uelle non eſſe per ſe prout non eſſe eſt pura eſſendi priuatio, ſed per accidens appeti põt, A ugſtin. Philoſo. vt eſt miſeriæ finis, atq; corruptio. Vnde & 9. Ethicorum teſtatur Philoſophus, quòd quamuis eſſe, ac viuere ſint omnibus per ſe appetibilia, in quantum huiuſmodi

huiuſmodi, attamẽ eſſe, & uiuere in miſerijs & impiè viuere, non eſt appetibile: potiſiſmè autem eſſe, & uiuere in tot, & tantis miſerijs ſine fine, & ſine ſpe euadendi, eſt in infinitum fugibile, ac horrẽdum. Hæc Thomas in Scripto.

Petrus. ¶ Concordat Petrus, nec addit, niſi quòd damnati uoluntate abſoluta non cupiunt non eſſe, ſed uoluntate conditionata, & per hoc beati Auguſtini ſoluuntur auctoritates.

Richard⁹. ¶ Porrò Richardus: Damnatos, inquit, velle non eſſe, dupliciter intelligi poteſt, ſcilicet aut uoluntate naturali, aut deliberatiua. Primo modo non uolunt, nec velle poſſunt non eſſe: quoniam eſſe in pęna meliùs eſt, quàm nihil eſſe, cum ĩ nihileitate nul Philoſo. la penitus ſit bonitas. Et ut dicit Philoſophus 2. de Generatione. In omnibus meliùs, eſt deſiderare naturam, loquendo de melioritate naturali. Loquendo autem dę uoluntate deliberatiua, contingit aliquid uelle tripliciter, utpote per ſe, & primò, item per ſe, & non primò, atq; per accidens. Primo modo, quicquid voluntas vult, vult ſub ratione boni poſitiuè. Secundo modo vult carentiam mali, etiã ſi in illa appræhendatur aliqua poſitiua ratio boni. Carentia enim mali eſt appetibilis per ſe, non tamen primo, quia non appetitur: niſi quoniam ordine naturæ priùs appetitur bonum. Tertio modo uolũtas deliberatiua appetere põt nõ eſſe, inquãtũ ad nõ eſſe ſequit̃ carentia mali, ſed primo, & ſecundo modis non uolunt non eſſe, ut patet de ſe. Hæc Ric.

Quæſtio. ¶ Qui etiam quærit, Vtrum damnati debeant uelle non eſſe. Ad quod reſpondet, in damnatis perpẽditur malum culpæ, in quo ſunt obſtinati, & malũ pœnæ, cui ſunt perpetuò deputati, & per reſpectũ ad malum culpæ, potius deberent etiam ſecundum rectam rationem uelle non eſſe, quàm ſic eſſe, quia magis tenentur Deum, quàm ſeipſos diligere. Per reſpectum uero ad malum pœnæ, quæ iuſta eſt, & à Deo inflicta, non deberent uelle non eſſe ad hoc, ut pęnam euaderent. Nobilior enim participatio Dei eſt eſſe, quàm gaudium, imo ſecundum Dioniſium 5. cap. de diuinis nominibus, Inter omnes participationes diuinas eſſe eſt nobilior, ſumẽ- S. Diony. do alias cum præciſione, quantum ad illud, quod dicunt vltra eſſe. Rurſus, in nõ eſſe nullũ eſt bonũ. in pœna autem eſt aliquod bonum. Hæc Richard. Contra quæ obijci poſſet, quòd naturale eſt uoluntati creatæ appetere gaudium, velle beatitudinem, Obiectio. refugere pœnam, atq; optare bene eſſe, quibus omnibuș contrariatur eſſe in tam inęſtimabili calamitate ſine fine, & ſpe euaſionis. Verũ de his dictũ eſt pleniùs ſuper ſecundum, tractatu de dæmonibus.

Bonauen. Pręterea Bonauentura. Aliqui, inquit, reſpondet quòd damnati mallent non eſſe, quàm ſic eſſe, ſed appetitus eorum eſt indiſcretus, & inordinatus, atque phantaſticus: quoniam appetit, quod ſibi nociuum eſt, inſtar fabricantis, qui appetit corruptiua, qui appetitus non uenit ex natura, ſed ex phantaſtica imaginatione: quia exiſtimat ſibi prodeſſe, quod nocet, ita damnati, quia imaginantur ſe habituros quietem, ſi omnino non ſint, appetunt potius non eſſe, quàm eſſe in pœnis. Et hoc uidetur dicere Aug. libro de libero arbitrio. Sed Salomon. Auguſtin. Eccle. 4. Matth. 26 Fęliciorem, inquit, utroque iudicaui eum, qui nondum natus eſt. Et increata ſapientia proteſtatur: Meliùs erat ei ſi natus non eſſet. Ideo aliter eſt dicendum, quòd non eſſe nullo modo eſt appetendum appetitui recto, ſimiliter nec eſſe damnatum, aut eſſe infęlicem. Et ſi horum aliquid appetatur, phantaſia eſt, non ordinatio naturæ imo unumquodque eorum eſt fugiendum. Cumq; ſe habeat ſicut excedentia, & exceſſa, utrunque altero magis eſt fugiẽdum diuerſis reſpectibus. Nempe cũ non eſſe ordinatorum bonum, partim magis fugiendũ eſt, quàm pœna. Pœna autem cum ſit diuturnior, puta æterna, conuerſio autem in non eſſe ſit momentanea, ideo quo ad hoc, magis appetendum eſt, non eſſe, quàm eſſe in pęnis, ſicut reus potius vult decolari quàm ſecari & uri. Simpliciter tamẽ loquẽdo, quia corruptio in non eſſe in infinitum excedit intenſiuè in infinitum inquam, ſecundum proportionem. pœna uero in infinitum excedit extenſiuè ſecundũ ueritatem, ideo credo, quòd ſi poneretur in optione damnati, ſeu non damnati, magis appetendum eſſet prorſus non eſſe, quàm in æternum torquęri, loquendo de appetitu refugiente incommodum. Nam hoc iudicat mens tolerabiliùs eſſe. Veruntñ ſecundum rationem boni honeſti: quoniam cruciatus ſpiritus iniqui eſt ad gloriam Dei, malle debent ſubiacere ſupplicijs ad continuam Dei laudem, q̃ per omnimodam corruptionẽ effugere. Ipſi tñ ſimpliciter mallent non eſſe. Hæc Bonauentura.

Henricus. Miſericordia duplex Auguſtin. Philoſo. Auguſtin. Inſuper Henricus. 1. Quodlibeto, Vt omnes, inquit, huius quæſtionis ſinus excutiamus, ſciendum quòd duplex eſt miſeria. Vna pœnę, alia culpę, & de vtraque q̃ſtio habet difficultatem: Et quo ad miſeriam pœnę, tractat eam Auguſtinus libro de libero arbitrio: quantum ad miſeriam culpę, Philoſophus. 4. & 9. Ethicorũ. Itaq; (vt recitat Auguſtinus) quidam dixerunt, quòd non eſſe magis eſſet eligendum, quantum eſt ex parte eligibilis, quàm eſſe pęnale, & ẽt ex parte eligentis, ita quòd homo magis debet eligere non eſſe, quàm eſſe pœnale, Sed qđ modo contrarium accidit, cõtingit ex duplici cauſa. Prima eſt, quòd hõ magis vult miſer eſſe, quàm non eſſe, ne poſt non eſſe, exiſtat miſerior. Sicque minorem miſeriam præferat maiori. Alia ẽ: qm̃ homo dicere poteſt, malo miſer eſſe, quia iam ſum, & ideo poſſum aliter mihi conſulere. Cõtra iſtos oſtẽdit Auguſtinus, quòd non eſſe quantum eſt in ſe, nullo modo põt eſſe magis eligibile, quàm miſerũ, Auguſtin. eſſe, ſicut econtra, quia non eſſe priuat omnem rationem boni, non autẽ miſerum eſſe. Secundò oſtẽdit, quòd ſimiliter ex parte eligentis hõ non debet magis eligere non eſſe, quàm miſerum eſſe: quoniã nõ eſſe non eſt meliùs, quàm miſerum eſſe. Et iterũ qm̃ homo nõ ẽ melior cũ ꝑtingit ad nõ eſſe, quàm dũ pertingit ad miſerum eſſe. Simpliciter ergo dicẽdum, & abſolutè, quòd magis eligendũ eſt eſſe in pęnis, & meliùs tã ex parte eligibilis, quàm ex parte eligẽtis, q̃ nõ eſſe. Verũtñ ne credatur, quòd omnino Meli⁹ multo miſerũ eſſe quoq; omnino non eſſe. nõ eſſe nullo mõ poſſit magis eligi, q̃ in pœnis eſſe cõſequẽter oſtẽdit, quo mõ hoc ſit poſſibile, & qũo nõ, diſtinguẽdo, qđ uoluntas eligere põt, ut eſt natura, & ut eſt deliberatiua. Et dicit quòd primo mõ nequaquã põt appetere non eſſe, ſed ſolũ eſſe, qualecunq; ſit illud. Si uerè eligat uoluntas inquantũ deliberatiua, ſubdiſtinguit. Aut enim eſt deliberata recta ratione, aut falſo errore decepta. Et primo mõ diſtingui p̃t de nõ eſſe, q̃a aut eſt nõ ſimpliciter eſſe, & ſic adhuc nõ põt plus eligere nõ eſſe, q̃ eſſe pęnale, q̃a nõ eſſe hmõi nihil habet eligibile in ſe, & recta rõ nihil eligit niſi eligibile ſecundũ ſe, aut eſt nõ eſſe in uno ſtatu, ꝑꝑ meliùs eſſe in alio ſtatu, ſm̃, quod Apoſtolus dixit: Cupio diſſolui, & eſſe Philoſ. 1. cũ Chriſto, & ita poteſt appeti nõ eſſe hic, ut alibi meli⁹ ſit. Si aũt ſit falſa rõne decepta, & hoc circa nõ eſſe tãquã eligibile cõceptũ, hoc ↄtingit dupliciter Aut enim iſta deceptio contingit circa non eſſe in

uno statu, ꝓpter meliùs esse circa ipsum in alio statu, ut putant, sicut qui se occidunt, ut ueniant ibi meliùs se habere credunt. Aut contingit circa ipsum non esse simpliciter, putando ipsum non esse magis eligibile, quàm esse pœnale, & hoc propter rationis obnubilationem ex perturbatione pœnæ. Nempe ut asserit Augustinus, qui urgente pœnali miseria sese interimit, etiam si nullum se futurum crediderit, falsa est electio eligentis Nã si eligit nõ esse, conuincitur se fateri se nihil eligere, quemadmodum Cato nolens subijci Cæsari, se peremit. Vnde Augustinus super hoc suam intẽtionem concludens, adiecit, ut de tota hac re dicam, quid sentio. Nemo cum se necat, aut quouis mõ mori desiderat, non intendit ibi naturalem sensum, & appetitũ. Cum ergo, quis credens se post mortem amplius non uicturum: tamen molestijs uictus occidit se, tã quam meliùs sit omnino non esse, quàm pœnaliter esse: in sensu tamẽ habet desiderium naturale, quietis, & quod quietum est non potest penitus nihil esse. Omnis itaq; ne appetitus est in uoluntate mortis, nõ ut qui moritur non sit, sed ut requiescat. Hęc Henricus, qui consequenter uidetur mentem Augustini exponere, si tamen eam ritè exponit, quia ut Bonauentura insinuat, intentio Augustini esse uidetur, quòd nemo quantumlibet miser. & augustiatus, possit uelle non esse simpliciter: aut si hoc uult hoc est ex deceptione: quia in ueritate miserum, & pœnale esse eligibiliùs est, quàm omnino non esse. Sed quid super hoc sentiendum sit, iam ex Thoma & Richardo compendiosè expressum est. Cõsequẽter Henricus prosequit, an propter miseriã culpæ uitandum magis debeat homo eligere non esse, q̃ esse: Super hoc, inquiens, est expressa sententia Philosophi, quòd sic, imo quòd homo uirtuosus magis debet eligere mori, quàm in uitio uiuere, & mori in maiori actu uirtutis, quàm uiuere in minori. Et circa hæc scribit hic doctor diffusè, multa hinc inde inferendo, in quibus sunt quædam incerta.

Augustin. Cato. Augustin. Augustin. Philoso. Scotus:

¶Præterea Scotus hic recitat opiniones aliorum prætactas, cum earum rationibus, quas impugnat, & suam responsionem subiungens, affirmat. Nullus potest appetere non esse. Non enim est appetendum propter miseriam pœnæ, nec propter miseriã culpæ. Primum probo. Nullus secundum rectam rationem potest appetere non esse, nisi proprer fugã alterius, quod simpliciter est magis uitãdum, quàm non esse. Sed malũ pœnæ non est huiusmodi malũ respectu non esse, quia nullus secundum rectam rationem appetit plus non iustum, quàm iustum. Pœna autem est aliquid iustum: non esse uero nihil habet de ratione iustitiæ. Itẽ nullus recta ratione potest eligere contra naturalem inclinationem consonam uoluntati diuinæ, seu quando uoluntati diuinæ conformis est, sed ad esse propositum est appetitus naturalis, quia meliùs est esse, quàm non esse, atque ad esse omnia agunt, estque diuinæ consonum uoluntati: quia sicut uult rem esse, ita conseruat eam in esse, & dat esse: ergo nullus potest rectè eligere non esse, ad uitandum aliquid, quod sit cõsonum uoluntati diuinæ sed pœna, & esse in miseria est secundũ uoluntatem diuinam. Hæc Scotus.

Dio. Car. cõtra Scotum.

¶Circa quę dico, quòd non esse est potius appetendum ipsi damnato, quàm in tãtis esse supplicijs Nec obstat, quòd supplicia iusta sunt, id est, iustè inflicta, quia ut talia, non appetuntur non esse, & non inferri, sed in quantum sunt afflictiua, & nociua naturæ, appetitui quoque naturali contraria, rationem pro magna parte absorbentia, atque ingenitæ libertatis naturaliter desideratæ uehemẽter impeditiua. Denique secundum Augustinum in Enchiridio: Non tenemur uoluntatem nostram conformare uoluntati diuinæ semp in uolito, imò licitè possum desiderare patrem meum infirmitate sibi iustè inflicta, & ab instante agone sanari, finaliterq; saluari, quem Deus iusto iudicio non uult sanari, sed mori, & condemnari. Ad aliud dico, quòd q̃uis naturalis appetitus sit ad esse, non tamen est ad esse miserum, afflictionibus plenum, æternæ calamitati subiectum, imo naturalis appetitus refugit & abhorret huiusmodi esse. Et quamuis meliùs sit esse in pœnis, quàm prorsus non esse per comparationem ad ordinem uniuersi, & inquantum in hoc relucet diuina iustitia: non tamen est meliùs ipsi misero condẽnato, nec Deus requirit ab ipso, ut malit esse tam miser, quàm nõ esse: imo ipsemet iudex supmùs asseruit: Meliùs illi esse, natum non esse: Denique fortissimus Machabęus deprompsit. Meliùs est nobis mori in bello, quàm uidere mala gentis nostræ, & sanctorum, quanto magis meliùs esset nõ esse, quàm in æternum damnari?

Augustin. Matth.26 1.Mach.3

Consequenter Scotus probat, quòd non esse nõ est appetendum propter malum culpę uitandum, quia sicut maximum peccatum est Deum odire, ita post hoc grandissimum est peccatum, uelle se nolle esse. Et rursus uelle non esse, & uelle annihilare.

Dio. Carth. Scotum.

Ad quod dico, quòd sicut ualde uirtuosum, & sanctum est se dare in mortem temporalem tempore opportuno pro Deo, fide & æquitate, sic licitum est uelle non esse propter euadẽda æternæ dãnationis tormenta. Nec hoc Deus reprobat, imo naturæ impressit naturaliter abhorrere tam intolerabile malum. Præterea sanctorum patrum doctrinæ concorditer clamant, quòd ordo charitatis id exigit ut unusquisq; Deum super omnia toto corde incomparabiliter diligat, propter quod Dei ipsius offensa, amissiõe, iniuria, incomparabiliter debet dolere, ut uera requirit contritio, & omnia dona naturæ perdere malle, quàm ipsum offendere, & nonne erubescibile est ut christianus doctor de enormitate, fugibilitate & odibilitate peccati remissiùs sentiat, quam gentilis ille Philosophus Aristoteles, qui (ut patuit) apertissimè docet, quod magis eligendũ sit homini non esse, quàm esse, seu uiuere in peccatis? Imo ut ait scriptura, Odio sunt Deo impius, & impietas eius: Verum in huius quæstionis solutione alia multa tangit Scotus, contra quæ multa obijcere non esset difficile, de quibus pertranseo.

Philoso. Sapiẽ. 14.

QVAESTIO II.

Qværitur item hic, *Utrum beati, & damnati inuicem se cognoscãt, ac intueãtur, ita quod damnati uideãt gloriam electorum, & electi miserias dãnatorum.* Videtur, quòd non: quoniam reprobi, & damnati æternæ obliuioni sunt traditi. Rursus dãnati, & intus sunt excæcati, nec possent uidere beatos in gloria ante futurum iudicium nisi interioribus oculis, qui in eis sunt obtenebrati. Salomon quoque dixit. Quia nec sapientia, nec scientia, nec ratio erunt apud inferos, ergo nec cõsideratio mẽtis circa gloriam electorum.

Eccle.9. Lucæ.16

¶In oppositum est, quod in Euãgelio legitur. Dines in tormentis leuasse oculos, & uidisse Abraam à longe. Lazarumque in sinu ipsius.

Bonauent

Circa hæc scribit Bonauent. Cõsideratio, seu cognitio gloriæ beatorũ, ẽ dãnatis, ac reprobis pœna. Consideratio quoq; damnationis, ac pœnæ impiorũ, gaudiũ est electis, quia damnati attendunt gloriam beatorum tanquam amissam, & eis iustè ablatam. Electi uero miserias reproborum, ut iustam ultionem, atque perpetuam calamitatem, quã misericorditer euaserunt. Ideo scriptum est: Lætabitur iustus cum uiderit uindictam. Quoniam ergo gloria electorum perpetuè manet, & post iudicium copiosior erit, ideo & nunc intuentur, & extunc sine fine conspicient supplicia reproborum. Vnde 22. de ciuitate dixerunt Augustinus. Qui tunc erũt in gaudio illo, quid foris agatur in tenebris, in suo lumine scient. ideo dictum est, egredientur, quoniã eos non latebunt hi, qui foris tunc erunt. Si enim hæc non dum peracta prophetæ olim uidere potuerunt, per hoc, quòd Deus per aliquantam prophetiæ lucem in eorum mentibus fulsit, quomodo immortales effecti, & tunc glorificati præsentes in circunscriptibili lumini Dei, & illud clarè in seipso conspicientes, iam facta non cernerent: Videbunt igitur tunc in Deo, æternoque speculo, ut conferat ad eorum gloriam cumulandam. Post iudiciũ quoque intantum augebitur calamitas iniustorum, ut eis considerare non liceat honorem, gloriamque sanctorum, neque ab eis auxilium petere, sicut diues ab Abraã postulauit: quoniam magnitudinẽ tormentorum suorum non potuerunt sustinere, imo intantum absorbebunt suarum acerbitate pœnarũ quòd alijs intendere non ualebunt. Veruntamen, nec sic interim cernunt gloriam electorum, quod ipsam essentiam gloriæ intuentur, aut spiritualia illa bona cœlestia distinctæ, & clarè intelligunt, sed in generali considerant, quòd sunt in maxima felicitate, atque lætitia, & ipsi econtra in summa infelicitate, & miseria, quatenus opposita iuxta se posita, clariùs perpendãtur, & uehementiùs miserrimos illos contristent, sicut infirmus, & desolatus attendit sanitatem, & prosperitatẽ eius, quẽ odit, & inde magis affligitur. Hinc quoque post diem iudicij non penitus erunt immemores cœlestiũ gaudiorum, quamuis enim maioribus tormẽtis absorpti non poterunt se, ut ante extendere ad cogitandum de beatorum iucunditate: attamen amissionẽ, carentiamq; ipsius habebunt in mente, ut grauiùs contristentur. Hæc Bonauentura.

Lucæ. 16. Philoso. Aquinas. Sapiẽt. 5. Petrus.

¶Concordat Thomas: Damnati, inquiens, ante diem iudicij uidebunt beatos in gloria, non quod cognoscent: quæ & qualis sit illa, sed solum modo cognoscent eos esse in gloria quadam inæstimabili atque ex hoc ineffabiliter turbabuntur tam ex inuidia de felicitate iustorum, iuxta illud libri Sapientiæ: Videntes turbabuntur timore horribili, quàm ex mœrore, quod tantam gloriam neglexerunt, & amiserunt. Post diem uero iudicij omnino beatorum uisione, ac lumine priuabuntur, nec tamen ex hoc eorum miseria minuetur, sed intendetur, quia memoriam habebunt gloriæ beatorũ, quam in iudicio conspexerunt ante, & hoc erit eis supplicium. Vlteriùs etiam affligentur ex hoc, quòd uidebunt se reputari in dignos uidere utramq; gloriam beatorum. Hæc Thomas in Scripto.

Consonat Petrus: Gloriam, dicens, beatorum uideri, intelligi potest dupliciter. Primo in uniuersali, ita quòd uideant illos esse in gloria magna, & taliter uident damnati gloriam electorum. Secundò in particulari, ut scilicet noscant qualis sit gloria tanta, & ita non uidebunt, præsertim post diem iudicij, quia tũc eorum cogitatio potissime deflectetur ad proprias pœnas. Vident autem gloriam beatorum non speciem innatam, aut acquisitam, sed infusam Deo reuelante. Nec est inconueniens, ut fiat eis infusio alicuius scientiæ sine infusione gratiæ: quoniam primum illud confert ad eorum afflictionem, & illud secundum spectat ad recipientis utilitatem. Hæc Petrus.

Richardꝰ. Damnati quo beatorũ gloriam cognoscant.

¶Porrò de his pleniùs scribens. Richardus. Dãnati, ait, propriè loquendo de uisione, non uident gloriam electorum, cum uisio proprie sit cognitio intuitiua, & clara. Si namque non posset uideri gloria beatorum, nisi uiderentur, & ipsi beati, imo & Deus, cum eorum gloria in perfecta coniunctiõe cum Deo consistat. Non enim potest immediatè, & clarè uideri aliquorum coniunctio, quin uideatur ipsa coniuncta. In generali tamen, & partim in speciali cognoscunt gloriam beatorum, quasi intra se arguendo: quoniam nullum iustorum secum conspiciunt. Vnde cogitur eorum intellectus sentire ueram esse scripturam. Et qa felicitas promittitur iustis in scripturis non solum in generali, sed & aliqualiter in speciali, ac particulari, quamuis non in ratione purè specialissima, quia sic lingua hominis non posset eam narrare: hinc damnati cognoscunt gloriam illam aliqualiter in particulari, nec ad hoc requiritur speciei infusio: quoniam ex certissimis effectibus, & proprijs exprimentis, atque ex memoria eorum, quæ hic nouerunt, id scient. Aliqui tamẽ dicunt, quòd per speciem infusam &c. Beati uero multo perfectiùs uidẽt damnatorũ supplicia, quia uidebunt ea in uerbo, & etiam clarè per species inditas in proprio genere speculando, eo quòd uisio illa sit æqualiter ad augmentum accidentalis præmij electorum: quia uidendo Dei iustitiã in suis effectibus, gloriantur, nec miseris compatiuntur: qa diuinæ uoluntati, & æquitati sunt plenariè, ac immobiliter conformati, propter quod uolunt quicquid uident Deum simpliciter uelle. Hæc Richard.

Scotus. In Scoti

Insuper Scotus hic aliqua scribit, difficultando materiam, qualiter beati uident supplicia damnatorum, an scilicet ratio cognoscendi huiusmodi sit diuina essentia, uel proprietas personalis, & utrum pœna habet ideã in Deo, & utrum beati uident pœnas illas, ut quid uolitum. Verum ista sunt huic loco prorsus impertinẽtia, & magis expedire uidetur de his planè loqui ad compungẽdũ, ac metuendũ quàm curiosæ subtilitati insistere ad disceptandũ, contendendũ. Ad ea quoq;, quę tacta sunt, qualiter scilicet creata, & negatiua, ac priuatiua cognoscuntur in Deo, & a Deo, & qualiter habeãt i Deo ideã, patet responsio ex dictis super primum, & alibi.

Addit etiam Scotus: An beati uideãt uisione sensibili pœnas damnatorum, ita quod tãta distãtia nõ impediat huiusmodi cognitionem, nõ me intromitto. Amplius quomodo Deus, aut uoluntas beatorũ se habeat ad supplicia dãnatorũ, nescio: nec uideo quomodo, cum nec Deus, nec uoluntas beata consoleat, aut gaudeat de pœnis illorũ. Imo apud Isaiã dominus protestatur. Heu ego consolabor super hostibus meis, qui cum dicat; Heu, loquit quasi cõdolẽdo: quoniam proprium ei est misereri, & parcere, nec lætatur in perditione uiuentium. Vnde nõ ordinat aliquos ad pœnã, nisi quadã ratione necessitatis in natura, eo quòd nõ potest aliter ordinare saluo iure, quo ordinari debet culpa sub pœna. Nõ tamẽ pœna illa est uolita simpliciter, nec a Deo neq; à beatis, sed solum secundum quid. Gaudent enim in obseruatione iustitiæ. Veruntñ iudex (cuius est pœnam infligere) aliter debet gaudere de pœna iustè inflicta, quàm alij quorum non interest.

Isaię. 1. Iudith.

Deus namque acceptat pœnā dānatorum: quoniā iusta est,& sit in uindictam suæ offensæ.ideo eius intereſt maiorē habere complacentiā in pœnarum illarum inflictione, quàm habeant inde beati, imo minorem debent complacentiam in hoc habere, quia ad eos non pertinet uindicta: quoniā si Deo placeret,uellent liberationē damnatorū,vel saltem eis nō displiceret. Vnde Deus acceptat illud, quod iustum est in se, Beati vero acceptant illud pro tanto, quia est ordinatum, & inflictum à Deo, qui est primum obiectum eorum uolitum, in quo omnia uident,& uolunt:quod vident Deum uelle, & acceptare,hoc uolunt. Hæc Scotus. In quibus uidetur obscurum,quòd ait Deum non ordinare alios, scilicet reprobos,ad pœnam,nisi quadam ratione necessitatis in natura,eo quòd non potest aliter ordinare:debet enim culpa esse sub pœna. Omnipotēs namque superliberrimus Deus,nec electos prædestinauit,nec alios præsciuit, ac reprobauit necessitate naturæ,& absolutè loquendo potuit aliter ordinare,& taliter potuit, ac posset cum ipsis disponere præsertim de absoluta potentia, qua & posset eos saluare,& ad tempus punire:& ab omni tormēto eripere, quæ omnia patent ex dictis super primum de prouidentia,prædestinatione, præscientia atque potentia Dei,cum & Apostolus protestatur, quod Deus omnia agit consilio, & secundum propositum voluntatis suæ, nec aliquid agit ad extra ex necessitate naturæ.

¶Postremò,quod Scotus fatetur se non scire neque,quomodo Deus, & beati se habeant ad pœnas damnatorum,non uidetur tam specialem,aut grandē difficultatem habere. Gaudet quippe in illorū punitiōe nequaquam ex crudelitate, cum sit bonitas pura, & naturaliter pius, & clemens,ac essentialiter dulcis,rectus,& gratiosus,sed ex amore suę infinitæ iustitiæ, inquantum illa pœna est effectus suæ iustitiæ moderatus moderamine infinitæ suæ sapientiæ,& complacet sibi in iusta, ac debita refrenatione,ac castigatione prauissimarum rebellium uoluntatum,quemadmodum per Oseæ testatus est Iuxta desiderium meum corripiā eos, Itē Exosos habui eos propter malitiā adinuentionum ipsorū: de domo mea eijciam eos, non addam ut diligam eos. Et rursus per Ezechielem. Ecce cōplosi manus meas super malitias eorū, & succendā eos in igne furoris mei,sicut conflatur argentum in medio fornacis,& requiescam. Etenim iustus dominus,& iustitias dilexit.

QVAESTIO. III.

Amplius quæritur, *An dānati valeant uti sciētia atq; notitia acquisita in uita præsenti.* ¶Videtur, quod non:quoniam Salomon ait. Quodcunque potest manus tua, instanter operare: quia operare:quia nec sapientia, nec scientia, nec opus, nec ratio erunt apud inferos. Iterum dictum est, quod post diem iudicij reprobi ita erunt pœnarū suarum acerbitate absorpti, quod de cętero considerare nequibunt gloriam beatorum:ergo ex tunc ratione carebunt. Insuper pęna inferni, imo & purgatorij acutior,intolerabiliorq; consistit omni pęna uitæ pręsentis,quamquā immanissima tormenta sancti martyres sint perpessi,ut in libro de pęnitentia loquitur Augustinus. Qui etiam nudo corpore in calidissimo iaceret fornace,scientia uti non posset.¶ In oppositum est,quod apud Lucam de damnato diuite recitat ueritas, quēadmodum positus in inferno,deprecatus sit Abraham:Mitte Lazarum in domum patris mei &c.

¶Ad hoc Thomas respondet: Sicut propter perfectam sāctorum beatitudinem nil erit in eis, quod non sit gaudij,ac gaudēdi materia, ita nil erit in dānatis,quod non sit materia pœnæ,& causa tristitiæ nec aliquid ad tristitiam pertinens deerit eis, ut sic sit eorum miseria consummata. Porrò consideratio agnitorum quantum ad aliquid, inducit lætitiam, & hoc, vel ex parte obiectorum,inquantum amantur,aut ex parte cognitionis inquantum conueniēs est,& perfecta. Conformiter cognitio potest esse tristitiæ ratio,tam ex parte cognitorum, inquantum sunt contristatiua, & ex parte cognitionis, ut dum eius imperfectio consideratur,ut cum quis perpendit se deficere in cognitione rei, cuius perfectionē appeteret. Itaque in damnatis erit consideratio actualis eorum, quæ ante sciuerunt, ut materia, & obiectum tristitiæ,ac tormenti,non ut causa consolationis,aut gaudij. Considerabunt etenim mala,q̄ gesserunt,bona quæ omiserunt, amata,quæ perdiderunt,& omnem calamitatem,vilitatem, ac despe rationem: quam incurrerunt, atq; ex his omnibus affligentur, Considerabunt quoque imperfectam esse notitiam,quā de rebus speculabilibus habent, seque amisisse summam eius perfectionem, quam poterant adipisci:& inde cruciabuntur. In præsenti demum anima coniuncta corruptibili corpori, retrahitur, & impeditur à considerando. In futuro autem anima non ita trahetur a corpore,imo quātumcūque corpus affligatur: tamen anima semper considerabit lucidissimè illa, quæ possunt ei esse cā mœroris. Ab his vero, quæ possent consolationem aut releuamen inducere,impedietur,ne ea attēdat, & sic uerificatur,quod Salomon loquitur. Sed nec diurnitas potest in eis obliuionem inducere.

¶Quæritur quoque, an damnati cogitent interdum de Deo. Videtur,quòd sic, quia assiduè odiūt maledicunt, & blasphemant maiestatem ipsius,qđ fieri nequit sine præuia apprǣhensione, & cogitatione illius. Dicendum,quòd Deus potest dupliciter considerari. Primò secundum se, & secundum id, quod propriū est ei ex se,utpote ut bonitas summa, & causa totius boni. Sicque nullo modo cogitari potest sine delectatione, nec sic cogitabitur à damnatis:Secundò,prout est causa, quorundam effectuum displicentium uoluptati peruersæ,hoc est secundum id quod est ei,quodammodo accidentale in suis operibus, ut punire &c. & ita à damnatis cogitatur, quæ cogitatio inducit eis afflictionem nec odiunt Deum nisi ratione punitionis, & prohibitionis eorū,q̄ appetunt. Hinc nō considerāt Deū, nisi ut punitorem,& prohibitorē. Hæc Thomas in Scripto. In quibus uidetur intricatū,quod ait,Deū secundum se,ut est rerum principiū, nō posse cogitari sine delectatione,cum & multi deuoti fateātur se nō delectari, neq; dulcedinē experiri orādo,psallēdo,meditādo,etiam quādo conantur ad hoc. Vn̄ & sanctus pater Bernardus loquit̄ ī sermone:Quid est,qđ scriptura tā simpliciter exhortatur,delectare in domino, quasi ad manū sit nobis delectari in domino? Alias etiam quæstiōes mouet hic sanctus doctor, de cognitione animæ separatæ a corpore, de quibus pertranseo: quoniam determinatæ sunt super secundum,& cætera.

¶Concordat Richardus,qui etiam quærit, utrū damnati cognoscunt ea,quæ fiunt circa nos. Respōdet,damnatos cognoscere ea,quæ fiūt circa nos tripliciter pōt intelligi. Primò,an ea cognoscāt p sciētiam. Secundò,an per coniecturam. Tertiò, an per reuelationem. Primo modo ea non noscūt, quia sic ea

ea cognoscere nequeūt,nisi accipiendo similitudines a rebus,ad quas accipiendas requiruntur proportionata propinquitas intellectus ad rē ipsā. Et quamuis distantia nō impediat cognitionem intellectus respectu rei, cuius iā speciē habet, tn̄ improportionata distantia inter animas,quæ sunt in inferno,& ea quæ fiunt in hoc mūdo, impedit cognitionem intellectus,respectu rei,cuius non habet speciē qm̄ prohibet speciei acquisitionem. Secūdo modo videlicet per coniecturam, multa queunt cognoscere de his,quæ circa viuos aguntur,rememorando præterita,quæ hic viderunt. Tertiò etiam modo quædam horū cognoscunt, siue per reuelationem dæmonum,siue animarum ad eas descendentium. Hæc Richar. Qui rursus sciscitatur, an anima separata possit se mouere de loco ad locū naturali virtute. Ad quod respondet, quod imò nisi superiore virtute prohibeatur. Est em̄ in loco diffinitiue,nec determinata ad illum ex sua natura, sed potest esse in alio. Quæritur quoque,an naturali virtute possit mouere aliquod corpus. Ad quod eodem mō rn̄det, q̄ imò. Et credūt,inquit,aliq̄ q̄ interdū sic mouet. Refert nāq; Gregorius quarto Dialogorū, Germanū episcopū Capuanū inuenisse Paschaliū diaconum defunctum stantem,& obsequentē in balneis. Cumque anima illa non fuerit illius corporis forma constat, q̄ fuit motor ipsius secundum locum: nec dicendum, vt aliqui dicunt, q̄ fuit angelus bonus,aut malus in specie Paschasij. Nam Paschasius fecit illa pro pœnitētia sua: nec fuit verum corpus. Paschasij: qm̄ anima separata diuina p̄hibetur virtute mouere corpus, quod antea informauit,imò, quodcunq; corpus,quod aliquando fuit informatum anima rationali,aut etiā bestiali,ne hoc fiat hominibus occasio incidendi vilem, & horrēdum errorem opinantium intellectū humanum transire de corpore vno ad aliud, ita q̄ successiuè sit proprius motor corporum diuersorū,& q̄libet animā, quodlibet posse ingredi corpus,vt Pythagorici fabulant̄. ¶Denuo sciscitatur, an anima separata posset naturali virtute fieri proprius alicuius corporis motor Rn̄det, q̄ nō: Nam spiritus dicitur propriùs motor corporis: qm̄ specialiter deputatus est ad mouēdū corpus illud aliquo speciali modo, quo nullū aliud corpus mouet, & quo corpus illud ab alio nullo mouet̄: sicq; anima q̄diu manet in corpore, est proprius motor corporis sui,& separata non potest fieri alteriùs corporis forma, imo nec proprij, quousque illud diuina uirtute debite disponatur ad vnionem cum anima. Hæc Richard. ¶Præterea ad quæsitū hoc, vtrū anima separata cognoscat,q̄ circa nos, fiūt rn̄det Bonauentura,& Petrus: Cognoscitur aliquid, vtpote propria consideratione, & alterius instructione. Cognitio ex propria consideratione, est duplex vna est certitudinalis,ac rei præsentis, alia coniecturalis, ac rei absentis. Cognitio quoq; per instructionē, est duplex:vna per alterius relationē, alia p Dei reuelationē. Cū ergo sit quadruplex modus cognoscendi, primo mō nō cognoscunt actus nostros q̄diu sunt in locis sibi deputatis: qm̄ nimis distant a nobis, nisi diuina permissione veniāt ad nos:sed secundo mō vc3 cōiecturaliter possunt eas cognoscere, loquēdo de animabus malis. Tertio quoque modo, videlicet relatione, tam bonæ, q̄ malæ aīæ possunt actus nostros cognoscere. Sed quarto modo, puta per reuelationem, bonæ animæ præsertim eos cognoscere queunt. Hæc illi.

¶Quocirca allegat Alber. illud Iob de mortuo vitioso, Siue nobiles siue ignobiles fuerint filij eius non intelligit. vbi ait Gregorius: Sicut viuētes ignorant, quo loco habeantur animæ mortuorum, sic mortui nesciūt qualiter disponatur vita eorū quos post se relinquerunt in corpore.

Quæstio. | Quæstios | Gregor. | Quæstio. | Quæstio: Bonauen. Petrus. | Modus cognoscē di quadruplex. | Albertus: Iob.14.

QVAESTIO. IIII.

Restat iam sciscitādū, *An omnis voluntas damnatorum sit praua*, ita vt nunquam pœniteant nec valeant pœnitere, & an vellent omnes secum esse damnatos, & vtrum demereantur, ac odiant Deum. Tamen ad ista satis patet responsio ex dictis super. Secundum, de casu, dānatione obstinationeque dæmonum ideo sufficit nunc breuiter tangere. ¶Itaque Thomas ad ista respondens: in damnatis inquit, est duplex voluntas, videlicet naturalis, & deliberatiua: Naturalē habēt immediatè a Deo, qui naturæ intellectuali, ac rationali impresit huiusce modi inclinationem, quæ appellatur naturalis voluntas. Cumque remanet in damnatis natura in se bona, nec naturalis bonitas posset corrumpi totaliter per peccata, potest etiam esse in eis aliqua bonitas voluntatis naturalis, cum dictum sit, q̄ & beatitudinem saltem in generali naturaliter appetant, q̄uis affectione exili, ac rara. Voluntas verò deliberatiua semper in eis est mala, quia pfectè auersi sunt ab vltimo fine: nec aliqua voluntas pōt consistere, bona, nisi aliquo modo ordinata ad finē illum. Imo si damnati interdum velint aliquod bonum, nō tn̄ hoc volunt bene, nec recta intentione. ¶ Porrò dū quæritur, an pęniteant. Dicendū, q̄ pęnitere de peccato contingit dupliciter. Primo modo per se secūdo per accidens. Per se de peccato pęnitere est peccatum abominari, & de eo dolere, inquantum peccatū est, & contra Dei præceptum, eiusq; offensiuū & ita damnati nō pęnitent, imo voluntas malitiæ peccati iugiter manet in eis. Pęnitere verò per accidens est dolere de eo propter adiuncta, id est ratione pęnæ pro ipso inflictæ, & taliter pęnitent iuxta illud Sapientiæ. Dicentes intra se, pęnitentiā agētes. In hoc etiam mundo, quantumcunq; obstinati, per accidens pænitent de suis excessibus, si pro eis acriter puniantur, vt loquitur Augustinus libr. lxxxiij. quæstionū. Videmus etiam ferocissimas bestias dolore pęnarum a maximis voluptatibus abstinere. ¶Deniq; ad hoc, an vellent oēs secū esse dānatos. Dicendū, q̄ sicut in beatis est perfectissima charitas, ita in damnatis est maximū odiū. Hinc sicut beati de omnibus bonis gaudebunt, sic cōdemnati de omnibus bonis dolebunt, sicq; ex cōsideratione beatitudinis sanctorū affligentur, iuxta illud Isaiæ. Videant, & cōfundant̄ zelantes populi. Vnde omnes bonos vellent esse dānatos, imò tanta erit, eorum inuidia, q̄ etiā propinquorū gloriæ inuidebunt, cū ipsi sint in summa miseria. Attamen minus inuident propinquis, q̄ alijs, & maior esset eorū pęna, si omnes propinqui eorum damnarentur, q̄ si aliqui de suis propinquis saluarētur. Hinc diues petijt fratres suos a damnatiōe præseruari. Sciebat nāque, q̄ aliqui homines saluarentur: maluisset tamē fratres suos cū cæteris omnibus cōdemnari. Hinc cōstat, q̄ damnati nō cōseruabunt amicitiā ad eos, quos in vita hac dilexerūt. Dilectio quippè, quæ nō fundat̄ super bonum honestum, citò dissoluit̄, præsertim in malis hominibus. vt 9. dr̄ Ethicorum. Verum ī hoc volūtas eorū manebit peruersa, qđ cām vitiosæ dilectiōis perpetuè retinebūt, q̄uis etiā eorum suppliciū augeat̄ ex multitudine condēnatorū tn̄ intantū in eis excrescit inuidia, qđ malunt cum pluribus magis affligi, q̄ cum paucioribus minus.

¶Insuper an demereant̄, dicendū, quòd de damnatis

Gregor. | Thomas. Damnatorū voluntas duplex | Quæstio. Pœnitentia duplex | Sapien. 5. | Augustin. | Isai. 62. Inuidentia dānatorum. | Lucæ. 16. | Philoso.

natis ante iudicium, & post iudicium est distinguẽdum. Omnes enim cõiter confitentur, ꝙ post diem iudicij non erit aliquod meritũ, vel demeritũ, qm̃ meritũ, atq; demeritum ordinantur ad aliquod bonum, vel malum vlteriùs cõsequendũ. Post diẽ aũt iudicij erit vltima consummatio bonorũ, ita ꝙ nihil erit addendum de bono, aut malo, propter qđ bona volũtas in beatis non erit meritũ, sed prẽmiũ & parua volutas in damnatis non erit demeritum, sed tantum suppliciũ. Sed ante iudiciũ aliqui dicũt beatos mereri, & dãnatos demereri, quod tñ esse nõ potest respectu præmij essentialis, aut pœnæ principalis: quoniã quo ad hoc vtriq; peruenerũt ad terminos suos, sed respectu præmij alicuius accidentalis, aut secundariæ pœnæ, quę possunt augeri vsque ad diẽ iudicij &c. ꝓut totum istud pleniùs dictum est super secundum, vbi ẽt elucidatum est, an damnati odio habeant Deum. Nempe Deum secundum se ipsum consideratum non odiunt, sed rõne suorum effectuum, inquantum vc3 tantã eis pœnam infligit, ac perire ꝓmisit. Hæc Tho in Scripto, qbus cõcordãt Albert⁹, Bona. Petr⁹, Richard. alijq; cõiter.

Bonauen. ¶Veruntamen Bonauentura in parte aliter sentiens, respondendo ad istud, vtrum damnati velint

Mala voluntas duplex. se peccasse: Mala inquit voluntas dupliciter dicitur scilicet act⁹, & habitus. Dico ergo, quòd timor seruilis damnatis non aufert habitum malæ uoluntatis, sed actum, Dãnatus em̃ nõ vult luxuriari, quia timet puniri pro mala voluntate, habitum tamẽ nõ aufert: quia si sperareturimpunitas, vellet luxuriari Sic intelligendum est in damnatis: quoniam dolor pœnę aufert ab eorũ volũtate actũ uolẽdi peccare, quia reuera damnatus non optat luxuriari, nec dãnari propter pœnas quas sentit se ex actibus illis incurisse. Itaq; vult non peccare, non quia peccatum displiceat sibi, sed pœna. Hæc Bonauentura.

Obiectio. Quibus obiici posset, ꝙ eadem ratione timerent neque auderent blasphemare, ac maledicere Deo. Denique sicut iam tactum est, de cætero non poterunt demereri, sicut, nec mereri, saltem post diem iudicij. Verũ de hoc Bonauentura in alia loquitur quæstione. Quamuis in damnatis aliquo mõ remittantur affectiones libidinosæ, quæ delectationem habent annexam propter pœnarum acerbitatem, aliæ tamen affectiones, in quibus consistit pœnalitas, quæ scilicet in seipsis pœnales sunt, & amare, vt ira, inuidia, odiũ augentur in ipsis. Vnde vniuersos beatos vellent esse damnatos.

¶Præterea Henricus Quodlibeto octauo respondens ad istud utrum damnati possent reuerti ad bonũ. Quadruplex ait est bonum puta naturæ, moris, gr̃æ, & gloriæ. De bono naturæ non põt qstio ista intelligi, quia naturalia non sunt damnatis ablata. Si aũt quęstio intelligatur de bono moris, aduertẽdũ, ꝙ hoc bonũ ꝓsistit in actu deliberatiuo, in quo duo cõsiderãtur, videlicet substantia actus, & forma, q̃ imponit intẽtio operantis, & quãtũ ad substãtiã actus bene concedit, ꝙ dãnati possunt redire ad bonũ Nã possũt aliquẽ informare, & vera respõdere, rectã consulere. Quãtũ vero ad formã actus, intẽtionẽq; finis, dicunt aliqui, ꝙ possunt exire in actũ bonũ ex naturali pietate, sicut est dare eleemosynã

Augustin. Psalm. 6. ad subueniendũ naturæ, quod sentire videt Augu. super illud in psalmo: In inferno autem quis confitebitur tibi: dicens. Sic confessus est in inferno diues ille, adeo ꝙ moneri petijt suos, vt se a suis cohiberent peccatis, quod non nisi ex deliberatione rogauit. Sed contrariũ sentire videtur. Gregorius, 18, Moralium dicens: Omnis voluntas damnati iniusta est. Voluntas vero non est iusta, neq; iniusta nisi ex fine. Hinc mediã viã tenendo, est distinguendũ: ꝙ aliquis põt velle bonũ ex deliberatiõe dupliciter Primò per se propter ipm̃ bonum, & eius amorem ac odiũ mali. Secundò per accidens ꝓp fugã pœnæ vel ꝓpriæ, vel alienæ, & sic possunt in actum bonũ naturæ, moris flecti, vt uelle nunq̃ peccasse ne puniren̄, q̃ tñ in hoc non est bona bonitate moris: qm̃ actus ille non displicet eis: qm̃ malus, sed rõne pœnæ pro eo ipsis inflictæ, quẽadmodũ ẽt vellent non esse, ꝓp acerbitatẽ pœnarũ, quas sustinent. Propter fugã verò pœnæ aliorũ, posset qs dicere, ꝙ nequa q̃ per se volũt bonũ, imo absolutè vniuersi dãnati hoies, ac dæmones vellent alios oẽs secũ esse dãnatos, & ad nullũ neq: ad se iuicẽ, nec ad Deũ pñt habere actum amoris deliberatiui, sed solũ ad seipsos, statuẽdo sibi finẽ peruersè in seipsis, imò ad oẽs, & ad inuicẽ odiũ hñt summũ. Per accidẽs aũt pñt alijs velle bonũ, sicut diues in inferno: qm̃ ætimauit se posse corpori suo restitui, & sic mitti ad illos, ac pęnas euadere. Hæc Henricus, quæ præscindo, quia super secundum me recolo ea scripsisse.

Luc. 19. Insuper quinto ĩterrogat: Quodlibeto, an Deus, sit causa dãnationis malorũ. Ad ꝙ plixè rñdet, & rñsio stat in hoc, ꝙ cũ dãnatio impiorũ includat culpã, & pœnã. Deus nequaquã est cã dãnationis illorũ, quãtũ ad culpã: nec per se, qa nõ est cã aduersionis ab ultimo fine, q̃ est ipsemet: neq; p accidẽs sicut natura per suã absentiã est cã naufragij. Deus aũt nullũ relinq̃t quãtũ in se est, nec permittit quẽq̃ pire, nisi aliqua ꝓpria culpa ꝓmerẽte. Malũ verò pœnæ est duplex, videlicet pœna sensus, & pœna dãni Et pœnæ sensus Deus est cã, cũ sit creator ignis, qui est instrm̃ diuinæ iustitiæ vlciscẽtis. Est tñ & alia cã ĩterior hmõi mali pœnalis. Principale aũt malũ pœnę dãni ĩ dãnatis ẽ amissio, seu carẽtia visionis diuinæ qa ad ipsam obtinẽdã ordinati erãt, & conditi. Huius aũt mali cã nõ est Deus, qa quãtũ in se fuit, paratus fuit gloriã dare, sed ipsi ex culpa sua fuerunt in dispositi, & indigni. Deus vero intendit malum culpæ ordinare primò per malũ pœnæ dãni, deinde ꝓ malũ pœnę sensus, ꝙ est triplex, vc3 duplex ab intra, tanq̃ necessariò cõcomitãs, quorũ vnũ est incidẽs ex apphẽsiõe amissiõis illius boni: Aliud aũt est vermis cõsciẽtiæ, q̃ est dolor incidens ex remorsu cõsciẽtię de peccato, quod est cã amissiõis gloriæ: Tertiũ ẽ malũ pœnæ sẽsus, ab extra cõtingẽs. Hæc Henricus, q̃ scribit de his per tot distinctiões, vt ꝓlixũ fit recitare, qb⁹ & multa obijci possent, cũ ĩ scripturis dominus sæpe testeť: Ego indurabo cor Pharaonis. In Deuteron. quoque habetur: Noluit Seon rex Hesebẽ filijs Israel dare transitum: qm̃ induratum dñs Deus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas. Sic & apud Isaiã inducitur. Tu dñe pater noster, quare nos errare fecisti de vijs tuis, indurasti corda nr̃a ne timeremus te: Atq; in psal. Declinasti semitas nostras à via tua.

Exodi 4. Deuter. 2. Esai. 6.

In quibus oĩbus ĩsinuat Deus oĩporẽs aliquo mõ causa horũ effectuũ. Quocirca iuxta expositionem Augustini, & aliorũ sanctorũ, Deus asseritur causa horũ nõ influendo malitiã, sed non infundẽdo gratiã, quod quamuis iustè acciderit propter impiorũ demerita, nihilominus Deo talia ascribuntur, eo quod gratia haberi non valet nisi ab eo, quã licet oĩbus quantum in ipso est largiri paratus sit: multi tñ ex sua peruersitate, negligentia, aut alia cã, & culpa non recipiũt eam, & hoc attribuitur Deo nõ, ut cãæ directæ, aut vt causæ efficienti, & causæ per se, sed vt cãæ permittẽti, & ĩdirectæ, siue per accidens.

Quæ-

QVAESTIO. V.

Vlteriùs quæritur, *de panis damnatorum, an solo igne torqueantur, & utrum vermis, quo affligũtur, sic corporalis, an etiam fletus eorũ sit talis, & in qualibus tenebris collocentur.* ¶Videtur, quòd

Matt. 25. solo igne puniãtur, iuxta illud: Ite maledicti ĩ ignẽ æternum. Itẽ, si frigore, hoc esset refrigerũ, eis nam

Eccli. 7. Iudith. 16 Esai. 66. immoderate æstuantibus igne solatiũ est frigus ac

Psalm. 10. cipite. Insup in Ecclesiastico legitur: Vindicta carnis impij, ignis, & vermis. Et in Iudith. Dabit ignẽ, & uermen in carnes eorum, sed ignis ille erit corporeus, ergo & vermes. Rursus in Isaia, vermis eorum non morietur, ergo vermis ille est uiuens, &

Iob. 24. immortalis, quod etiã Haymo tenet ibidem. In oppositum primi est illud psalmo: ignis, sulfur, & spi-

Aquinas. ritus procellarum, pars calicis eorum, & illud Iob,

Basilius. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium.

¶Ad hæc Thomas respondet per ordinem. In ultima, dicens, mundi purgatione fiet (ut ait Basilius) separatio quædam in elementis, ita quòd quicquid purum, ac nobile est, manebit superiùs ad gloriam beatorum, quicquid fetulentum, atque ignobile, in infernum proijcietur ad supplicium reproborum, quatenus sicut omnis creatura Dei beatis est materia gaudiorum, ita damnatis ex omnibus creaturis accrescat tormentum, iuxta illud li. Sapientiæ, Pu-

Sapien. 5. gnabit pro illo orbis terrarũ ꝓra insensatos. Hoc quoque conuenit diuinę iustitiæ, vt sicut ab vno summo recedentes, per culpam in rebus materialibus, quę multa sunt, & diuersa, finem sibi ultimam constituerunt, ita & multiplicitæ affligãtur ex multis. Sed qm̃ ignis ob suã actiuitatem est maximè afflictiuus, per ignem quæcunque afflictio vehemẽs designatur. Denique damnati transibunt a vehemẽtissimo calore ad intentissimum frigus: sine reductione ad mediũ siue temperiẽ, sed quoniam pœna purgatorij non est principaliter ad affligendũ, sed purgãdum, iccirco per ignẽ duntaxat fiet, qm̃ ignis

1. Corin 3 Psalm 28. Basilius. uim habet maximè purgatiuã. Vnde ad Corinthi. ait Apostolus. Vniuscuiusque opus quale sit, ignis, probabit. Hæc demum respõsio roboratur per hoc super illud psal. Vox domini intercidẽtis flammam ignis, ait Basilius, Virtute Dei separabitur claritas ignis ab eius uirtute aduſtiua, & claritas cedet in gaudium electorum: ustiuũ uerò in supplicium dãnatorum, ꝙ qualiter ĩtelligẽdũ sit supra expositũ ẽ.

Quæstio. ¶Ad secundũ quęsitũ, qualis sit uermis: dicendũ quòd in mundo innouato nõ manebit aliquod animal irrationale, neq; mixtum, vt dictum est 48. distinctione. Hinc uermis ille non corporalis est, sed ꝓpãlis, uidelicet conscientiæ remorsus, qui dicitur uermis: quoniam ex turpitudine causatur peccati, animamq; affligit, quemadmodum corporalis vermis ex putredine ortus affligit corpus pungendo.

Vermis damnatorũ quis. Ab obiecta verò dicendum, quòd aię damnatorũ vocantur carnes eorum, quia carnales fuerunt, & carnalitati subiectæ. Ad tertiũ, quòd in fletu corporali sunt duo, quæ sunt resolutio lacrymarum, &

In fletu corporali duo sunt. cõmotio, atq; turbatio capitis, & oculorum. Quantũ ad primũ, non erit ibi fletus: qm̃ motu primi mobilis quiescente, gñratio corruptio, & alteratio in mundo cessabunt: quãtũ vero ad secundum, poterit esse fletus in illis. Nã corpora damnatorum nõ solum extrinsecus affligentur, sed ẽt a cã interiori, secundũ quod ad aię passionem corpus immutat siue in bonum, siue in malũ, & quantũ adhoc, fletus resurrectioni carnis attestatur, declaratiõiq; culpæ

Tenebræ inferni. quæ fuit in corpore, & anima. ¶Ad ultimum respõdendum, ꝙ dispositio in (correspõdet ferni erit talis, ut maximè competat miseriæ damnatorum, iõ taliter sunt ibi lux, & tenebræ, prout spectãt ad dãnatorũ miserias maximè, quãuis aũt videre sit secũdum se delectabile, & optandum, tñ per accidens, est afflictiuũ, inquantum uidemus aliqua nobis cõtraria, & nociua. Ideo infernus quantũ ad lucẽ, & tenebras ita dispositus existit, & erit, quòd nil ibi ꝓ spicuè conspicietur, sed sub quadam umbrositate, quo ad illa, quo afflictionẽ, horrorẽ, & abominationum possunt cordi ingerere. Vnde simpliciter loquendo, locus est tenebrosus: attamen ex diuina dispositione est ibi aliquid luminis, quantum sufficit ad uidendum illa, quę damnatos possunt torquere ad quod ꝓfert naturalis situs loci: qm̃ in medio terræ ubi ponitur esse infernus, non potest esse ignis nisi feculentus, turbidus, ac quasi fumosus. Quidã verò harum causam tenebrarum assignant ex commassatione corporum damnatorũ adinuicẽ, q̃ multitudine sua ita replebunt infernũ, ꝙ nihil de aere ibi manebit, sicq: nihil erit ibidẽ de natura diaphani, quod poterit esse lucis subiectum. Hæc Thomas in Scripto.

Lux infer ni quæ.

¶In quibus uidetur incertũ, quòd ait in purgatorio non esse nisi ignis tormentũ loquendo de pœna sensus. Nempe si uera sunt, quæ in legenda sancti leguntur Patricij, alijsque diuersis tractatibus de uarijs reuelationibus, & apparitionibus factis nõnullis, & in aurea legenda sanctorum, imo & in Dialogo sancti Gregorij, oporteret fateri purgatorias pœuas non solum per ignẽ, sc3, & ꝓ umbras, & glacies, per dæmonum ictus, ac alijs fieri modis.

Dionysius Gregorij Quæstio.

¶Insuper circa hæc quærit Thomas, Vtrũ beati videbunt pœnas damnatorum, an compatientur damnatis, & utrum lætentur de ipsorum supplicijs ad quæ ex introductis patet solutio.

¶Consonat his Albertus, qui & dicit corpora dãnatorum ita (ut tactum est) compunienda, & quasi commassanda: quod si uerum est, quomodo uidebunt seinuicẽ: Sed de hoc dictum est supra.

¶Insuper Petrus dictis concordat, & quærit, utrũ dãnati, peccent. Ad ꝙ respondet, qđ non propriè peccant, quia nõ demerentur, atq; in termino sunt ꝓstituti, nec eis ꝓfigitur lex uiuendi in actione virtutũ: attamen male agunt, & odiũt Deũ, blasphemãt, ac maledicunt, quod totũ in eis potius est pœna, q̃ culpa, qa vt asserit Auguſt. beatis voluntas, damnatis facultas nõ erit peccandi. Dæmones, qui adhuc exercendi alios habent officiũ, adhuc peccãt, quia nec plene in termino sunt. Hinc nõ oĩs mala voluntas peccatũ est, imo q̃dã est culpa tantũ, & nõ pœna, uidelicet primũ pcm̃, q̃dã ẽ pœna, & culpa, ut pcta media, q̃dã pœna tm̃, ut illa, quam nõ cõcomitat̃ supplicium vltimũ. Porrò de fletu damnatorũ dicẽdũ, ꝙ duplex est fletꝰ. Vnus spiritualis, vc3 dolor interior qui est erit æternaliter in damnatis. Alter corporalis, uidelicet dolor exterior, in quo duo considerãtur, uidelicet lacrymarũ effusio, & turbatio atque obnubilatio oculorũ, &c. vt supra. Nec erũt in inferno uermes corporei: Quod si obijciaťur, quòd in Isaiam Haimo protestatur ¶Ignis iehennalis nunq̃ extinguetur, in quo uermes immortales esse credẽdi sunt, ꝙ carnes cõmedant impiorũ, & addit, Sicut ergo ignis ille corporeus ẽ, ita & vermes corporei sunt Dicẽdũ, ꝙ istud fuit opinio Haymonis, nõ ueritas. Hæc Petr⁹. Quocirca sciẽdũ ꝙ ipsemet Petr⁹ ĩ cõmẽtario suo sup Isaiã, uideť in loco prælegato sequi in isto Haymonẽ, vel saltẽ non contradicit.

Augustin. Dæmonũ peccata.

Præterea q̃rit, quæ pœna sit maior in inferno, pœna damni, uel pœna sensus. Respondet, In pœna

In pœna duo considerandu.

duo considerantur. Primum est diuisio perfectionis a suo perfectibili, secundum est sensus diuisionis, sicq; pœna vna potest dici altera maior, aut secundum damnum diuisionis illius, & ita carentia visionis Dei maior est omni pœna. Aut secundum sensum diuisionis, & sic non omnis carentia visionis illius est pœna maior, sed quædam. Est enim q̃dam carentia cũ sensu doloris de ipsa carentia, ut in adultis, & hæc est grauior pœna, quàm gehenna Quædam vero sine sensu doloris, vt in paruulis, & ista est minor. Et de prima illa carentia, quæ est cũ sensu doloris, intelliguntur verba Chrysostomi, asserentis. Ponamus ante oculos, quarti doloris sit excludi, & proijci a regno cœlorum, quia (ut mihi videtur) grauior est ipsa gehenna. Multi horrent gehennam, ego casum a gloria illa multo maiorẽ pœnam aio esse: Quid intolerabiliùs est gehenna: Verum mille gehẽnas, quis ponat, nihil tale dicet quale est excidi a gloria ista, & odio haberi a Christo. Hæc Petrus. Dicit quoque Isidorus: Habebunt impij lucẽ ad damnationem, ut uideant vnde doleant sed non habebunt ad consolationem, ne videant vnde gaudeant: sicut ignis non arsit ad trium puerorum supplicium, arsit verò ad dissoluenda ligamina uinculorum.

Johannes Chrysost.

Excidere a gloria intolerabilius est gehenna.

Isidorus.

Dani. 3.

¶Circa hæc pleniùs scribit Richardus. In damnatis, inquiens, est pœna damni, & pœna sensus: Pœna damni est carentia uisionis diuinæ, ad quàm rei erant apti ex peccato causata. Pœna uero sensus ẽ quælibet pœna causata ex apprehensione læsionis sensuali, aut intellectuali. Pœna damni nõ est essentialiter dolor neque tristitia, sed ipsa pœna apprehensa, ut ex commissione, & emissione propriæ uoluntatis causata, est tristitiæ causa. Porrò pœna sensus est essentialiter dolor, seu tristitia. Dico ergo, ꝙ inter pœnas damni carentia visionis diuinæ est maxima, tristitia quoq; causata ex illa carentia apprehensa: ut proueniens ex actuali malitia propriæ voluntatis, est maxima inter pœnas sensus, Nam quamuis damnati non appetant Deum videre ex amore suæ propriæ bonitatis: tamen vehemẽtissimè appetunt hoc ex desiderio propriæ delectationis, eo ꝙ firmiter credere cõpelluntur ex illa visione maximam delectationem in videnter causari. Carentia etiam visionis illius apprehensa, vt ex actuali malitia propriæ voluntatis proueniens, maior est pœna q̃ aliqua pœna sensus. Etenim pœna damni, & pœna sensus conueniunt in eadem ratione pœnæ analogicè dictæ de illis. Communis namq; ratio pœnæ est malum existẽs in creatura rationali propter peccatũ. Illa ergo pœna est maior, in qua plus est de ratione mali, sed præfata carentia plus est de ratione mali, quàm in aliqua pœna sensus, quod dupliciter patet. Primò quia maxima pœna sensus est causata ex prædicta carentia. Plus autem de ratione mali inuenitur in causa mali, quàm in effectu Secundò, quia illa carentia cum sit priuatio, non dicit formaliter essentiam aliquam. Pœna autem sensus non est priuatio pura. Cumq; bonum, & ens peruertantur in præfata carentia, maior est bonitatis defectus, quam in aliqua pœna sensus.

Richard.

¶Insuper quæritur, verum in inferno maior sit pœna vermis, quàm pœna ignis: Et respondẽdum, quod uermis dupliciter accipi potest, videlicet proprie ꝙ verme corporali, & methaphoricè pro verme spirituali, id est, remorsu conscientiæ, & utroq; modo aliqui dicunt vermem inesse dãnatis. Et quãuis Augusti. 21. de Ciuitate, relinquat sub dubio, an in inferno erunt uermes corporales; communiter tamen tenetur, quòd non, quia facto indicio, non manebunt bruta, nec mixta inanimata. Itaque quærere, an in inferno maior erit, pœna uermis, q̃ ignis, est quærere, utrum remorsus conscientiæ sit in eis maior pœna, quàm afflictio, & incẽdiũ ignis.

Quæstio.

Verum dãnatorũ, ꝙ Augustin.

Ad quod simpliciter dicendum, quòd sic. Quemadmodum enim magnitudo delectationis causat ex tribus, puta ex magnitudine boni coniuncti, & ex bona dispositione potentiæ ad suscipiẽdum passionẽ delectationis atque ex perfectione coniunctionis, sic magnitudo doloris pensatur ex magnitudine mali coniuncti, & ex hoc, quod potẽtia est multum dispositа ad patiendum ab illo malo ex forti, quoque coniunctione mali affligentis cum illa potentia. Malum quippe interiùs animam affligentis damnatam, est perpetua suæ perfectionis carentia ad quam fuerat apta, inquantum illa apprehenditur tanquam certa, & certitudinaliter sibi in esse, ꝓ peccato proprie voluntatis. Hæc etiam carentia, ut sic apprehensa, est maximum malum, quòd affligit damnatum, quòd bonæ dispositioni animę longè magis contrariũ est, quàm actio, seu afflictio ignis. Anima quoque magis dispositа est ad patiendum a malo illo, quàm ab igne, quoniam ignis ille non est aptus natus affligere anima ex propria uirtute immediatè. Non enim eam affligit, nisi ut instrumentum diuinæ iustitiæ, & post iudicium affliget animam in corpore. Anima uero patitur a prædicto malo spirituali immediatè, & per se. Coniunctio etiã fortior est, qm̃ fortiorẽ apprehensio per intellectũ, quàm per sensum. Et quãuis post corporis resumptionem, malum, quod uoco vermen, anima apprehẽdet per intellectum, principaliùs tñ apprehendet ignem per sensum, & vermen per intellectũ quia uermis est, quid magis intelligibile, utpote spirituale, quàm ignis. Vermis itẽ præsentior est aĩæ, q̃ ignis, qm̃ corporalia nequeunt esse intra animam sicut spiritualia. Idem ꝓbat auctoritate Grego. super illud Iob Deuorabit eum ignis, qui non succenditur. Clibanus, inquit, intrinsecus ardet: is autẽ, q̃ ab igno deuoratur, ab exteriori parte incipit cõcremari, ut ergo sacra scriptura ardere interiùs atque exteriùs reprobos demonstraret, eos & ab igne deuorari, & sicut clibanum poni testatur, ut per ignẽ crucientur in corpore, & per dolorem ardeant in mente. Cum ergo calidior sit ignis clibani, quia inclusus est, cui comparat interiorem dolorem. i. conscientiæ remorsum, q̃ ignis exterior non inclusus, expresse nobis insinuat maiorẽ esse pœnã uermis, q̃ ignis, Nec obstat, quod asserit Augustinus 12. de Ciuitate: Nihil molestius igne vrente, Hoc enim intelligitur de molestia illata per instrumentum corporeum, quamuis ẽt modo in hominibus plus uigeat apprehensio sensibilis, quam intellectualis, attamẽ in damnatis magis uigebit intellectualis in ostendẽ vnde doleant condemnati. Hæc Richardus.

Gregor.

QVAESTIO. VI.

ADhuc quærendum est hic, qualiter ignis infernalis, & frigus tartareum, ac cætera corporalia afflictiua in inferno existentia, agere quaunt, & agãt in spirituales substantias, scilicet dæmones animas uitiosas vsque ad corporeum suscitationem, & generale iudicium, atq; deinde in corpora resuscitata, & ãas, de qua re, quã superiùs dicta sit multa, hic tamen ꝓ clariori intellectu, imo potius pro vehementiori compunctione, ac formidine excitãdis, aliqua sunt addenda.

Itaq; Henricus Quodlibet ij. sup his loquitur Dolor,

lor, sicut, & alia quælibet animi passio, ad tertiam pertinens speciem qualitatis, ex duplici procedit radice, vc3 prima, & proxima. Radix prima passionum ad fugam pertinentium, ut sunt dolor, timor tristitię est immutatio corruptiua, seu offensiua dispositionis conuenientis naturæ: quemadmodum prima radix passionum pertinẽtium ad insequutionem, ut sunt desiderium, concupiscentia, delectatio, spes. est immutatio inductiua, & conseruatiua dispositionis conuenientis. Radix uerò proxima omnium huiusmodi passionum, est ipsius immutationis apprehensio. Apprehendens namque immutationem conuenientem, delectatur, & apprehendens disconuenientem, tristatur. Cumq; apprehensio sit virtutis cognitiuæ, quæ non percipit nisi, quod fit in ipsa, aut in organo suo, ideo passio non est nisi ex immutatione in virtute cognitiua, aut organo eius, propter quod ex immutatione, q̃ fit in oshibus, & partibus, seu materijs non sentientibus. nullus consequitur dolor in animali, quia nequaquam apprehẽditur immutatio illa. Porrò dispositio conueniens aliter est in viribus sensitiuis, & intellectiuis, quia in uiribus sensitiuis attenditur ex parte organi: non autem in uiribus intellectiuis: qm̃ inorganicæ sunt, nisi forrè per accidẽs in nobis, in quibus intellectiua cognitio ex sensitiua procedit. Et quamuis doloris sunt duæ prefatæ radices, tñ secũdũ quosdam apprehensio sola sufficeret, si esse posset sine præuia immutatione corruptiua, sicẽt ꝙ multo maior esset dolor ex sola apprehensione. Et uerũ est, ꝙ pro quanto immutatio illa corrumpit organi proportionem, pro tanto diminit sensitiuam apprehensionem, & consequenti dolorem: ita, ꝙ si fieri posset, immutatio illa ex fit apprehensio illa, quã sequitur dolor, absque remeraméti læsione, aut corruptione, fieret apprehensio integra. Vnde ẽt sequeretur perfectissimus dolor. Dicũtq; aliqui, ꝙ possibile sit sic esse & ꝙ damnati taliter cruciabuntur in corpore, ꝙa habebunt corpora incorruptibilia. Dicunt enim quòd ardẽtissimus sit ignis inferni, q̃ attingẽs carnes illorum, non eas comburet, imo nec immutabit reali, & naturali, immutatione per abiectionẽ contrarij: sed caro, ossa, ac nerui manebũt in sua naturali dispositione, ac temperamento absq; calefactione. Immutabit aũt per speciem intentionalem caloris, ac summè calefierent, ac arderent. Organo demum sic immutato per speciem caloris intentionalem, immutabitur excessiuè uis tactiua sensatione tactiua, ad quam summus dolor sequeretur. ¶Verum in nobis pro statu uitæ presentis ita non est, quoniam ignis non potest naturaliter sensum sic excessiuè immutare, nisi calefacit medium, & organum realiter, & nõ solum intẽtionaliter, & ita corrumpit proportionem qua impeditur apprehensio tam excessiua, iccirco in nobis sequi non potest dolor tam excessiuus. Sed qualiter hoc naturaliter fieri queat non uideo. Si namq; in tali immutatione, nulla fit abiectione iuxta modũ immutationis realis, nihil in tali immutatione percipitur naturaliter, nisi sensibile sub ratione sensibilis sub q̃ ratione perceptio non est nisi salubris, cõueniensq; naturæ: & ita ex ea sequeretur delectatio, & non dolor, & ita ignis nõ nisi supernaturaliter, & miraculosè corpora damnatorum torqueret. Si ergo secũdũ fidẽ oporteat ponere, ꝙ corpora damnatorum ab illo igne naturaliter affligentur, quantum est ex parte corporum: qm̃ verè, & naturaliter passibilia erunt, imò aliter fruſtra passibilia naturaliter essent, si nũquã naturaliter paterentur nec oĩs paterenẽ cãlefactionẽ neque infrigidationẽ, sed supernaturaliter solum dolorẽ, q̃ huiusmodi immutationes naturaliter concomitatur, & ita non propter intemperamentũ sensum, neq; ex modo sentiendi seq̃reẽ ille dolor, sed a Deo immediatè imprimereẽ, nec ad hoc necessarius esset ignis, nec immutatio intentionalis scdm rẽ, & apprehensione non decepta, quamuis apprehẽsione cum perceptione decepta, posset uerus dolor causari ab igne, sicut indormientibus somniantibus se cõburi ab igne. Dicendum est ergo, quòd dolor nullatenus causari naturaliter potest, nisi duę illæ asſint radices, videlicet immutatio, & apprehensio. Inanimata namque immutãtur immutatione corruptiua, nec dolent, ga non sentiunt. Animata verò sensitiua si nõ sint immutata, quamuis sentiant subiecta, non dolent, quia non apprehendunt immutationẽ sensitiuam lęsiuam. Est ergo sciendum, ꝙ circa apprehensionẽ sensitiuã duo cõsiderantur, videlicet actus apphensionis, & perceptio ipsius actus. Ex actu apprehensionis scdm se seorsum considerato, nunquam sequit dolor, sed delectatio potius. Ex actu uerò perceptionis seorsum acceptę, sequit dolor, non tamen potest esse sine apprehensione. sicq; dolor sequitur apprehensionem, ut causam; sine qua non perceptionem uerò directè: & ita ad actum apprehensionis, inquantum includit perceptionem, sequitur dolor non ratione apprehensionis, sed perceptionis. Et quamquam secundum communem modum loquendi sumamus apprehensionem, prout perceptionem includit: differunt tamẽ (vt patet) ex differentia obiectorum: quia obiectũ apprehensionis sensitiuæ est ipsum sensibile, ut color uisionis, sonus auditionis. Propriũ uerò obiectum perceptionis sunt intentiones circa sensibilia uel intelligibilia, quæ intentiones sunt ꝓ se causæ passionum doloris, delectationis, & consimiliũ. Illę nãq; intentiones important rationem conuenientis, & disconuenientis, & habet in se uim rerum, circa quas sunt, ad excitandum passiones. Hęc Henricus.

Apprehensio radix ẽ passionum

Doloris duæ radices, ac causæ.

¶Qui insuper scisitatur, utrum formalis rõ doloris sit solum in cognitiua, uel potius appetitiua Respondet: Oĩs passio animalis dispositio est ad operationem, seu motionẽ cãdã, cõtinuandã, uel subtrahẽdã. Oportet ergo qđ maximè sit in eo, qđ est cã motus uel operationis, seu cõtinuationis subtractionisve eius: & hoc est appetitus, non apprehensio: quia ad impetũ appetitus mouet hõ ad motũ, aut operationẽ continuationẽ, aut subtractionẽ uel aliquã operationẽ. Hinc dico, ꝙ oĩs passio in solo est appetitu, aliter em̃ appetitus in animali non est mouens motum, nisi quia per apprehensionem mouetur alteratione, quæ est passio, & tunc appetendo mouet alia. Hæc idẽ, de quibus alibi pleniùs dictũ est. Ex qbus ostẽditur, ꝙ & supra probatum est, corpora damnatorum ab igne infernali realiter immutari, affligi, calefieri, nõ consumi. Et simili mõ affliguntur frigore illo tartareo, ac alijs afflictiuis.

Quæstio.

¶Insuper ultra ea, q̃ de his ex Gulielmo sunt allegata, aliqua addi possunt. Ait enim in libro de Vniuerso: Qm̃ quidam ex sapientibus Chrianorũ dixit ꝙ ignis ille sola imaginatione sui sufficit torquere, animas bonum scire, quæ rõ illum induxit ad hoc uel inducere potuit. Nõ em̃ prætereũda, aut negligenda sunt uerba tanti sapientis. Dico ergo primis quod tormentum, quod anima humana patitur ab igne

Parrhiſi. Gregor.

Quo anima humana uti possit.

ignue per corpus suum, non est nisi uel in vi apprę-
henſiua, uel in vi motiua, aut in ambabus. Quocũ-
que autem mõ se habeat tormentum illud, in aĩa
est cum omnis pasſio neceſſariò fit in patiente. Cũ
que anima ſit ſpiritualis ſubſtantia, impoſsibile eſt
in ea eſſe formam aliquã corporalẽ: idcirco neceſ-
ſe eſt tormẽtũ illud in anima ante futurum genera-
le iudiciũ eſſe formam ſpiritualẽ. & in oĩbus apprę
henſionibus corporalium, & ſenſibilium rerum ſi-
militer ſe habere oportet, vt ſcilicet impreſsiones
huiuſmodi ſpirituales ſint, quare nec calor, nec ar
dor ẽ huiuſmodi impreſsio, tamẽ calere, & ardere
ſe perhibet anima, quæ ſic patitur: nec ignoras ani-
mam humanam, nec calidam nec frigidã eſſe, quia
huiuſmodi qualitates ſunt corporales, & in ſolis ha
bent corporibus eſſe. Ardet igitur anima humana
teſte ſeipſa, cum nihil caloris in ipſa ſit. Vides ergo
quòd forma ſpiritualis, eidem per corpus ab igne
impreſſa, cum nec ignis, nec calor ſit, eũdem tamẽ
vrit, & facit vt ipſamet cõfitetur. Quid igitur mirũ
ſi ſola imaginatione ignis ardere ſibi videatur, &
ardere, ſe iudicet, cum ipſa imaginatio ſit vicinior
ſubſtantiæ animę, quàm ſenſus, & ſolum ſpirituale
ſit, quod per impreſsionem ſenſualem ad eius ſub-
ſtantiam venit, & intrat eandem. Quòd ſi dixeris,
quia reuera humana anima non vritur, neq; ardet,
ſed hoc ei vĩ propter fortiſsimam cõiunctionem,
& vnionem cũ corpore, propter quod iudicat ſe pa-
ti, qđ patitur corpus: quia non ſolum in corpore
eſt, imò, & ipſe continet corpus tunc redit, ꝙ dixi,
ꝙ ſcilicet anima non patitur huiuſmodi paſſioni-
bus tãquam proprijs, ſed magis condoler tanquã
alienis, Auferes ergo veritatem, & proprietatẽ do-
loris ab animabus humanis, quod fas nõ eſt. Et qm̃
ſpecies phantaſma, ſeu ſimilitudo, ſeu quocunque
alio modo nomines, cum fuerit in apręhenſiua mo
uet affectiuam, atq; motiuã, neceſſe eſt vt ipſa ſpe-
cies in ui motiua, ſeu effectiua imprimat huiuſmo-
di paſsiones, quę dolores, & gaudia appellantur.
Et ſi ſpecies æque fortis in imaginatiua, ac eſt in vi
ſenſitiua, dum ſentitur ſenſibile, non minor eſſet
impreſsio in imaginatiua, quam in ſenſitiua, ꝙ pa-
tiet in hoĩbus intenſæ imaginationis: quia non mi-
nus delectantur in imaginando quędam viſu dele
ctabilia, quàm delectarentur videndo propter qđ
quidã mihi notus, videre haſtiludia, nõ curabat, di
cens ſe lõgè amplius delectari in imaginando ea, q̃
delectaretur in videndo. Nouiẽt hominem qui ſo
lo aſpectu medicinæ mouebatur ad purgationem
quoties opus fuit. Quid ergo mouebat eum niſi ſi-
militudo impreſſa? quod, & in apprąhenſione, &
forti imaginatione venereorum facile eſt videre,
imò, & experiri. Hinc merito videri potuit illi tan-
to viro, puta beato Gregorio, ꝙ ſpecies triſtabilis
aut moleſtabilis impreſsionem faciens fortẽ, ſimi-
liter delectabilia per ſe ſufficiant facere delectatio-
nes, & triſtitias, gaudia, & cruciatus in aĩabus tan
quam reſ ipſæ: & harum paſsionum quantitates
erunt iuxta quantitatẽ fortitudinis huiuſmodi ſpe
cierum, & rerũ, quarũ ſunt ſpecies. hoc eſt, quanto
fortior fuerit apprąhenſio ipſa, & quo fortius, id
eſt, magis delectatiuum, aut cõtriſtatiuũ fuerit res
apprąhenſa, & imaginata, tanto erunt delectatio-
nes, & cõtriſtationes vehemẽtiores ex eis. Ampliùs
manifeſtũ eſt de ſomnijantibus, quia interdum lom
niant ſe ardere, & eſſe in igne, & intollerabiliter
crucijantur, quod ſola ſimilitudine ignis, & imagi-
natione peragitur. Qđ ſi dixeris non eſſe poſsibile,
qđ tã grande tormentum ſit a ſola ignis imagina-
tione, quantum à vera eius præſentia, iam tibi re-
ſpondi: quia ſi uera ꝓſentia ignis non addit imagi
nationi non addet tormento: hoc eſt, ſi illam non
auget, nec iſtud augebit. Deniq; ex his patet, ꝙ non
ſolum poſsibile facile ſit omnipotẽtiſsimo creatori
cruciare aĩas quas uoluerit huiuſmodi ardoribus,
atq; incendijs ꝓ ſolã imaginationem uel intellectũ
ſed ẽt oĩ genere tormentum: qm̃ poteſt depingere,
atq; deſcribere in ui imaginatiua, & apphẽſiua qua
cunque horrificas ſpecies omnium generum ſup-
pliciorum. Quod ſi quis inferat, ergo ſuperuacuè
creatus eſt ignis huiuſmodi. Reſpondeo, qđ multæ
ſunt utilitates ipſius, quarũ una eſt ut uerè, ac cor-
poraliter torqueat corpora damnatorum, & ẽt ani
mas ipſas. Rurſus cum Deus ſit auctor, & dominus
ueritatis, non decet magnificentiam eius uti men-
datijs ſomniorum. Iterum motus ſomniandi ardo
res nõ ſatis deterrent, ac retrahunt homines a pec-
catis: quia pauciſsimi capiunt hoc quomodo ani-
mę valeant ſomnijs, & ſuppliciorum imaginatio-
nibus cruciari. Nec dubites omnipotenti creatori
multos modos uindicandi pctã in impios eſſe poſ
ſibiles, nec oĩs mihi, nec alteri homini in vita hac
eſſe notos. Hæc Guliel. Quę oĩa ſapienter dicta ui
dentur, propter quod uidentur incautum, quod q̃-
dam præſumunt tam pręcisè determinare qualiter
ignis infernalis agat in dæmones, & animas, vtpotè
per allegationem duntaxat: & totum fundamentũ
eorũ videtur incertum, videlicet, ꝙ animæ, & dæ-
mones ſint prorſus immateriales, & incorporales
in ſua natura conſiſtãt; quod quamuis probabili-
ter dictum ſit, & dictis Ariſtotelis, ac Peripateticо-
rũ plus conſonet: non tamen demonſtratiuam cer
titudinem habet, nec ſolum. Plato atq; Platonici,
ſed ẽt Origines, ſãctiq; patres, Auguſtinus, Bernar
dus, ac alij plures dixerunt contrarium, ut dictum
eſt pleniùs ſuper ſecundum, & primũ. ¶ Prærerea p̃
inductis conſonant dicta Henrici. Quodlibet 11. Henricus,
proteſtantis. Obiecta perceptionis ſunt intentio-
nes, id eſt, rationes conuenientiæ, & diſconuenien-
tiæ ſenſibilium, & intelligibilium rerum dicente,
Philoſopho, de motibus animalium: Alterant Phan Philoſo.
taſiæ, & ſenſus, & meditationes Phantaſia autem, &
intelligentia habent rerũ imaginarum, & intellecta
rum uirtutem, & quo fortiùs imprimuntur ipſæ ſpe
cies, & intentiones, imaginationes, apprąhẽſione ſi-
que rerũ, eo intentiùs mouent, agunt, terrent, lætifi
cant, tanquã res ipſe, ita ut imaginans ſiue intelli-
gens vix queat diſcernere inter ſimilitudinẽ, & rẽ,
& utrũ præſens ſit res aliter apprąhenſa, ac imagi-
nata, uel ſola ſimilitudo ipſius. Quantũ em̃ operet Auguſtin.
& mariet in effectu imaginatio fortis, Auguſtinus
declarat in ouibus Iacob, atq; in multis qui nimia
cogitatione rerũ ſenſibiliũ illecti, aut territi ẽt eiuſ-
modi uoces redente ediderunt, quaſi reuera in me
dijs ralibus actionibus, aut paſsionibus uerſarent.
Cuius exemplum dat Auguſtinus de imaginante Auguſtin.
intenſiſsime intus mulierem placentem, mulierẽ
imaginatam putat quaſi uerè ꝓſentẽ: & ſe quaſi cõ-
mitteri exiſtimans, genitalibus fluit. Vnde conſtat
eandem uim immutandi, q̃ habet res ad extra ha-
bere eam ut eſt taliter imaginata, & apprąhenſa.
Hæc Henricus, qui iſta ex dictis Ariſtotelis, & Au-
guſtini diffusè proſequitur.

AMplius circa finem huius ultimæ diſtinctio-
nis addenda ſunt aliqua de gloria beatorũ,
ut vehementiùs inardeſcamus, effi cacius q; appere-
mus ad illam. De hac re ſcribit Gulielmus libro de Gulielm.
Vniuerſo: Habet, inquiens, quæſtionem de choris,
ſeu

Imaginati, delectat, aut cruciat.

Gregor.

ſeu choreis, & geſticulationibus, an in ſtatu gloriæ
erunt. Qõnẽ hanc reddunt difficiliorem ſermones
ſapientium, qui præceſſerunt in gente chriſtiano-
rum, qui hoc euidenter ſcripſerũt. Natura quoq;
& Naturalũ experientia atteſtari videnẽ. Nempè
in hoc ſtatu modica gaudia hoĩes ferre nequeũt ſi
ne ſuorũ corporũ motu. Vides quomodo ex gau-
dio cordis os mouet ad riſum, totaq; facies indi-
cijs hilaritatis pfundit. Vides viros, ac mulieres,
adoleſcentes, ac adoleſcẽtulas præ gaudijs diſſiliẽ-
tes, ſtrepentes, choreas ducentes, carmina decãtes,
ſonis quoq; cantilenatũ, ac melodijs muſicorũ in-
ſtrumentorũ ſeipſos concordare conãtes effigia-
tione uariorũ motuũ corporis ſui. Multos vidiſti,
qui cãtando, aut cãtus audiẽdo ab huiuſmodi effi
giatione geſticulationis corpora ſua nequeũt con
tinere. Cumq; geſticulationes iſtæ exhuberantiæ
quædã ſint, & redũdãtiæ præſentiũ gaudiorum, q̃
tam parua, & quaſi nulla ſunt cõparatione gaudio
rũ fęlicitatis æternæ, quare poſsibile eſt incompa-
rabiliter exhuberantias, redundantias cõueniẽtiũ
ſaltationum, & exultationum conuenientiſsimè
correſpondendum, ineſſe beatis ex gaudijs illis.

Verũ gaudium quid

¶ Quocirca reſpondentiũ mihi vr, vera, & ſpiri
tualiſsima gaudia illa non mũdare in corpora glo
rificata per huiuſmodi, geſticulationes, & effigia-
tiones, quia (vt ait quidam ex ſapientibus) verum
gaudiũ res ſeuera eſt, non frangens, non frangens,
non emoliens, neq; diſſoluens gaudentem, quin po
tius confortans, & erigens ipſum. Corporalia uerò
& non uera gaudia, merito, talesq; exhuberantias
influunt in corpora ita gaudentiũ, & conſtat qđ
huiuſmodi geſticulationes, atq; ſaltationes magis
eſſe videantur exagitationes, & quædam inſaniæ
quàm verorum exhuberantiæ gaudiorũ. Hęc Gu-
lielmus, cuius verba ſanè ſunt accipienda, aliàs ca-
lumniam paterentur cum, & 2. Regũ libro deuotiſ
ſimus Dauid rex ante arcam Dei ex plenitudine
ſpiritalis lætitiæ, q̃ ex cõtemplatione infinitæ excel
lentię Dei, beneficiorũq; eius concepit, totis uiri-
bus ſaltaſſe legat. Deniq; quidã uiri cõtẽplatiui ual
de interni, qui & hoc ipſum creduntur experti te-
ſtati ſunt, & reliquerũt in ſcriptis, ꝙ nonnulli ferui
di, ac deuoti præ admirabili abundãtia iucũditatis
internæ, præ ineffabili dulcedine amoris diuini, p̃
conſolationis exhuberãtia cęliformi, præ ſuperna
turali repletione contemplationis, viſitationis, un
ctionisq; ſpiritusſancti, ſe ipſos cõtinere, ac repri-
mere nequeũt a corporali diſcurſu, manuumq; ap
plauſu, a cantu, & pedũ motu, ac conſimilibus ge-
ſtibus. Variis namq;, & ineffabilius modis operat
Chriſtus in ſuis electis, tam uiatoribus, q̃ compręhen
ſoribus. Ad ꝙ ẽt ptinet, ꝙ apud Malachiã dñs re-
promittit: Egrediemini, & ſalietis quaſi uituli de ar
mento: Veruntñ: qm̃ ſcriptũ eſt: Oculus non vidit,
nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt
quæ pręparauit Deus diligentibus ſe. ſuper homi-
nem eſt in ſpeciali, ac uniuerſaliter determinare, q̃
& quales erunt diſpoſitiones, motiones, ſtationes,
ſituationes, atq; interioris iucunditatis ſigna, exhu
berantiæ, & effectus in beatiſsimis illis. Præterea
cum in patria beatorũ ſit ineffabiliter ſpecioſiſsi-
ma conſonantia, correſpondentia, proportio præ-
miorum ad merita, quemadmodum, & in inferno
tormẽtorum ad merita, & peccata, probabile reor
ac piè credendum, quòd electi, qui in hoc mundo
amore Dei, ac vitę beatæ ſeipſos perpetuè recluſe
runt, aut incarcerationes, & vincula ſunt perpeſſi,
ſpecialiter exultabunt in actibus, & motibus dotis
agilitatis in liberrima, ac celerrima perambulatio-
ne, vel potius peruolatio cœli empyrei, aliorũve
ſpatiorũ. Nec em̃ dos agilitatis expers erit proprii
actus, quãquam de his Gulielmus paulo aliter vi-
deatur ſenſiſſe, ſcribens in libro de Vniuerſo: Re- Quæſtio.
uertar ad inueſtigandum, an motus erit ibi in ſtatu
futuro. Et dicam, quia ſi motus erit ibi, ergo, & tẽ- Apoca.10.
pus, de quo prædictum eſt: qm̃ tempus vltra non
erit, ergo nec motus, nec ulla mutatio, quæ non ha
bet fieri niſi in tempore.

¶ Veruntamen motum ibi non prohibet infir-
mitas, aut debilitas corporis, laſſitudo, aut labor,
ſed potius diſpoſitio ſtatus illius, qui erit æternita
ti ſimillimus, quæ non permittet ibi eſſe priùs, aut
poſteriùs, nec continuitatem uel ſucceſsiuam ul-
lo modo.

¶ Idem probatur ex perfectione ſtatus illius, q̃
oẽ indigentiam a beatis excluſſet. Motus autem in Mutusquæ
naturalibus ex indigentia oritur, ẽi uero obijciat, mũ ſit bea
ꝙ quidam ſunt motus ex delectatione vt deam- torum.
bulationes iucundæ: dico, quòd ſermo iſte, ſermo
eſt hominis inexercitati in naturalibus rebus, Si Obiectio.
enim deambulatio eſſet ibi, hoc non eſſet niſi pro-
pter obtinenda alia loca, aut ꝓꝓ videndos amicos,
aut alia delectabilia. Et rurſus alia loca, q̃ quærent,
aut eſſent æqualia in dignitate prioribus locis, aut
non, ſi æqualia ergo fruſtra quæruntur: ſi inæqua-
lia, ergo in eorũ acquiſitione eſt uel augmentum
uel minoratio fęlicitatis prioris. Inſuper fęlicitas il
la eſt tota ſimul, & inamiſsibilis eſt in toto, & ĩ par
te. Sermo autem deambulationis iucundę, & uiſio
nis amicorum, ac delectabilium, ſermo eſt homi-
nis modici intellectus utpotè appropinquãs erro-
ri. Sarracenorum, ac Iudæorum, paradiſum carna
lium deliciarum expectantium. Hęc idem.

¶ Verum iam ſupra clarè oſtenſum eſt horum
oppoſitum, & quòd beati reſumptis corporibus
motum localem habebunt in eis, nec uerũ eſſe, qđ
omnis motus ex indigentia oriatur, ſed aliquis ex
plenitudine gaudij, & ad communicandum alijs
bona. Ex dictis quoq; ipſius ſequeretur, quòd nec
in inferno eſſet motus poſt diẽ iudicij, nec uicisſi-
tudo pœnarũ, tranſeundo, a calore nimio ad ni-
uiũ aquas. Et qđ de loci arguit dignitate, nihil eſt:
qa nec angeli ſancti deſcendendo è dignisſimis ſe
dibus cœli empyrei ad loca iſta opaca, & infima,
ullam incurrunt fęlicitatis, perfectionis, aut digni-
tatis minorationem.

¶ Deniq; ſecundum Auguſtinum, aliosq; docto
res communiter, quamuis in mentibus beatorum
nulla erit ſucceſsio aut uariatio, ſeu inouatio, quã
tum ad actus, in quibus præmium eſſentiale conſi-
ſtit: tamen in cogitationibus, & apprąhenſionibus
circa creata erit in eis uicisſitudo perpetua, præ-
ſertim ſecundum quod ea conſpicient in proprio
genere, & per ſpecies inditas, ac creatas. Superiùs
quoq; ipſe Gulielmus aſſeruit, quòd corpora glo-
rificata mouebuntur in inſtanti, qđ quãuis ita non
ſit. ex hoc tamen conſequitur, quòd non erunt per
petuè, immobiliterq; in loco eodem idem de acci
dentali præmio faſſus eſt, ꝙ variationem, & incre-
mentum ſuſcipiat.

¶ Poſtremò, qđ addit ſermonẽ iſtũ motus, ſeu
deambulationis approximare errori Sarracenorũ,
ac Iudæorũ, nil obtinet, quia eadem ratione dicere
oporteret, quòd exteriores ſenſus non eſſent habi-
turi ſuas delicias in ſuis obiectis, cuius oppoſitum
clariſsimè eſt oſtẽſum. In hoc aũt increduli illi deli
rãt, ꝙ poſt reſurrectionẽ arbitrant beatos in uene-
reis

Amoris diuini impetus continere ſe nequit.

Malach.4.

a.Reg.6.

reis,ac cibis potibusq; gloriaturos,& hoc in para
diso terrestri. Hæc breuiter cōtra dicta illa tetigisse
sufficiat. Nā,& ꝙ arguit de tēpore, supra solutum
est. Etenim sicut corpora resuscitata, & glorifica-
ta,nō depēdebunt a motu cœlesti in esse, & dura-
tione,ac operatione, sic nec quantū ad motionem
& ambulationem a tempore, ꝙ est mensura mo-
tus cœlestium,& inferiorum naturalium corporū
Sapien.3. imò (ut ait scriptura) tanquam scintillæ in arundi
neto,discurrent,& ubi voluerit spiritus,ibi, & cor
pus protinus erit, vt Augustinus, Anselmus, ac alij
sancti fatentur.

Quæstio. ¶Prærerea,quia Gulielmus etiā vr̄ uelle proba-
re,ꝙ in patria nō erit laus vocalis,restat de hoc ip
so inquirere,vtrum in patria post diem iudicij erit
perpetuè laus uocalis. Vr̄ quòd non,quia ad hoc
reqreretur aer, & fractio eius,ac motus localis: &
laudatio illa, aut aliquando interrumperetur, aut
non.Si sic.videretur cessatio sequi iucunditatis ex
eo prouenientis,si non,videretur nunquam quies
esse,neq; silentium,quæ tū cōtemplationis secretū
potissimè decent.

Plato. DE hac re scribit hinc inde libro de Vniuerso
Parrhisiensis. Non parum admirationis,quę-
stionisq; habet,an uita gloriæ habeat harmonias,
delectabilesq; concentus. Et quanquam Plato po-
suerit harmonias in cœlis mobilibus, in cœlo tn̄
immobili ponendæ non sunt secundum eius doctri
nam: propter motum enim ipsorum ponit harmo-
niam in ipsis. Habet ēt qōnē si ibi sint harmoniæ, &
homiuū uoces, an uniuocè sint uocibus, quas hic
habemus,certumq; est, quòd animæ nostræ nō sta
bunt,neq; finaliter inhærebunt harmonijs,seu uo-
cibus illis,aut delectationibus sensibilibus quibus-
cunq;,sed erunt eis uiæ ad bonitatem,suauitatem,
& pulchritudinem creatoris uniuersæ bonitates,
pulchritudines, ac dulcedines creaturæ. Tunc em̄
iuxta sermones sapienciū, ac sanctorum creaturæ
omnes glorificatis hominibus intuentibus eas,ma
nifestè apparebūt uestigia,uiæ nutus, & signa crea
tori ducentes ad ipsum,eumq; ostendentes. Et hic
Sarracenorum est error. est error, quo gens Sarracenorum inuoluta est mi
serabiliter,& seducta, quoniam sic credunt, se esse
delectandos in rebus sensibilibus, atq; per sensum
delectabilibus, sicut delectari se sentiunt in hoc
mundo. Sed ita non erit, imo hoc quod maximè
delectabit homines glorificatis in creaturis, erit
ipse creator,& forsitan ipsemet propriè, & per se,
quemadmodum in uestigijs,& alijs signis dū sunt
delectabilia solum propter ea, quorū uestigia sunt
& signa illa propriè,& per se delectant, quorum si
Modulationes harmoniæ q̃ ī uita beata. gna,& vestigia sunt. De modulationibus autē, &
harmonijs quales ibi futurę sint,manifestum est in
dubitanter,quòd spirituales erunt. De corporali-
bus verò melodijs determinandū est ex alijs. Nem
pè non leuiter moueri quis potest. Si quis dixerit,
ꝙ in patria tantæ fęlicitatis,tacebuntur ore laudes
creatoris,cum decētissimū,ac debitū modis omni
bus uideatur,& corde,& ore ibi laudari altissimū
ab eis,in quo incogitabiliter profusa erit benificē-
tia munificentiæ eius. Virtus quoq; gratitudinis
hoc vr̄ exigere. imo non parua nec contemnenda
pars beatitudinis, & glorię uideretur statui illi de
esse,si delectatio harmoniorum,suauitasq; concē-
tuū harmoniaci gn̄is ibi defuerit. Sed iā docui,hūc
sermonem diuertere in errorē ponentiū paradi-
sum sensibiliū uoluptatū. Iamq; prohibitus tibi est
error ille ꝑ me,& reprobatus destructionibus de-
monstratiuis. Non immeritò aūt scrutandum est,

quid sit,qđ delectet animas nostras in uocibus mu
sicatis, & melodiatis, & forsitan videatur alicui
non irrationabiliter, quod non uoces ipsæ dele-
ctent,sed potius numeri, proportionesq; musicę
qui non audiuntur,sed intus percipiuntur cogi-
tantur. Cuius non leue est signum,ꝙ quosdā vide
mus dissonè imò absurdissimè canentes, & in iu-
cunda percussione aures audientium offenden-
tes,suis cantibus non mediocriter delectari. Intus
igitur apud ipsorum aīas est, ꝙ eos delectat, alios
Quæ sit laus beatorum. grauat. Quid ergo necessaria est beatis melodia
exterior, quibus interiùs sonat, & constat omnis
proportio? Nō enim dubitandum est tibi,quin oīs
pulchritudo,oīs apta coniunctio,oīs conueniens
applicatio tunc futura, resonet illo in statu boni-
tatem,pulchritudinem,sapientiam creatoris,imo
totum uniuersum uniuersaliter,hoc est, in omni
bus partibus suis spūalibus, & corporalibus erit
quędam omnipotentis resonantia conditoris, &
uelut carmē pulcherrimum arte,ac sapientia crea
toris ineffabili artificio modulatum, glorificatis
hominibus auditu iucundissimum,non forinseco
strepitu tumultuosum. Postremo, quid uocali ex-
pressione egebunt,ubi omnium corda cunctis pa
tebunt. Hæc Gulielmus. Qui de his hinc inde pro
lixè inquirendo,argumentando,difficultates mō
uendo differui. Nam,& de hoc plurimū perscru
tatur,dato quod in patria laus erit vocalis, quo-
modo posset hoc esse, & quomō erit, an scilicet
ex unius ore uniuersę uoces, & omnium uocum
atq; sonorum melodiæ,& consonantiæ simul, &
semel promentur,cum ibi non possit esse succes-
sio,neq; tempus,neq; aliquid præterirè,nec nouū
gaudiū nasci Et nihil ur̄ manere potentialitatitis
& imperfectionis ibidem,magnitudoque gaudio
rum,& claritas apprǽhensionum,& cogitationū
cogit omnia ibi delectantia simul sentiri. Vis ergo
uocalis,ex qua procedunt modulationes, emit-
tet simul omnes uoces,ac sonos,quos naturaliter
pōt emittere. Erit ergo os uniuscuiusq; homines
glorificati,sicut cithara suauissimarum, innume-
rabiliumq; chordarū, & sicut organum in cōpu-
tabilium fistularum,& erit sonoritas ex ore unus
cuiusq; beati,sicut concentus innumerabilium so
norum,ac uocum,mira, & inexcogitabili suauita
te sibi inuicem consonantium, & auribus perfe-
ctionis illius simul audibilium. Hæc ex isto docto
re sufficiat tetigisse,in quibus uult omnia gaudia
ēt accidentalia in beatis actualiter simul esse,& ni
hil ibi de nouo sciri, nec aliquid delectationis, ac
crescere,qđ iuxta præhabitā stare non ualet,cum
S.Diony. & iuxta diuini Dionysij documenta,imò secundū
scripturas Canonicas,Angeli inferiores superiori
bus multa addiscant,ac didicerūt de Christi myste
rijs,de diuinis effectibus, & de operū rōnibꝰ secre
torū, atq; in accidentali præmio ēt angeli sancti
usq; ad diem crescant iudicij. Verū in essentiali ꝑ-
mio,& beatitudine principali,imò & in accidenta
li ꝑmio ꝓcipuo uniformiter stāt fixi hoc est, in co-
gnitione, dilectione,delectatione,quas hēt ī Chri
sti humanitate,& gloriosissima uirgine, quāq̃ san
cti resumptis corporibus, glorificati plenariè in
anima,& corpore magis,quā ante, specialive mo
do gaudebunt in corporali aspectu, auditu, fra-
grantia assumptæ humanitatis,& in comparabi-
lis uirginis. Veruntamen omne gaudium illud ac
cidētale in patria,cōparatione gaudii, ac gloriæ
essentialis, erit sicut gutta ad uniuersum Oceanū
& sicut punctus ad lineam. iō eius additio siue de
tractio

tractio nullius est momēti,nec ob hoc beatitudo
illa interpolatur, aut interruptionem incurrit.
¶Insuper quod doctor iste iam dixit, quod erea-
ta,& oīs eorū pulchritudo,suauitas,ꝑfectio, erit
beatis uia ad Deū,& eleuatio quædam ad ipsum,
De viatoribus bonis veriùs diceretur. Nam iuxta
inducta,beati Deum in seipso clarè, ac immedia-
tè uidendo,omnia vident in ipso:sicq; eius essen-
tia ut ratio idealis, potius eis est rō, ac medium
cognoscendi creata,quàm econtrario. Nihilomi-
nus ex consequenti vidēt qualiter excellētia crea
toris in suis refulget effectibus nec dubitū,qn oīa
ad ipsum purissimè referant, quod etiam boni fi-
deles suo mō agūt in terra. Nunc aliorum respon
sa doctorū super hac qōne sunt inducenda. Et ait
Antisiod. Antisio.in Summa lib. 4. quòd beati glorificati
in corpore,laudabunt in patria Deū uocaliter,ut
nihil in ipsis uacet ab honorificentia creatoris.
Thomas. ¶Insuper Thomas supra distinctione 44. differ-
uit, quòd in beatis glorificatis uiuis, auditus, ta-
ctus,odoratus,erunt in actu. Et secundum quos-
dam ētiam gustus aliquo modo, non cibum, &
potum sumendo, sed modo prætacta distinctio-
ne inducto. Vbi & sctūs doctor allegat, quòd ec-
clesia cantat. Odoris suauissimi erūt corpora san
ctorum. Et addit: Laus etiā vocalis erit in patria.
August. Psal. 149. Vnde Augustinus super illud in Psal. Exultationes
Dei in gutture eorum, affirmat: Corda, & lingue
Richard. sanctorum non cessabunt laudare Deū. Idem ha-
bet in Glossa super illud Oseæ. Incātatio,& cym-
Psal 149. balis. Et rursus asserit ibi beatus Thomas: Erit in
patria laus uocalis, quamuis quidam aliter dicāt
quod sola immutatione spirituali organum audi-
tus immutabitur in beatis:& erit ibi propter per-
fectionem sensus,& delectationem. Quomodo au
tē vox ibi possit formari, dictum est libro secūdò,
dist. 2. Consonat Petrus.

¶Richardus quoq; superiùs,distinctione 49. In
patria,i nquit,erit sonus: qm̄ ibi erit laus uocalis,
vt asserit Glossa super illud, Exultationes Dei in
gutture eorum. Et immutabit auditum,non facta
aliqua immutatione naturali,& materiali in audi
tu,neq; in medio. Generabit quoq; ī medio absq;
materiali passibilitate, vel in aere reseruato in lo
co formationis ipsius vocis. Vel dici potest, quòd
patres cœli empyrei diuidi possunt abinuicem,&
reuniri,ut aer. Potest etiam moueri motu tremo-
ris,& pati passione necessaria ad vocis formatio
nem,& ad inspirationem,ac respirationem. Cum
enim hic motus sit uitalis, dicunt aliqui, qđ erit
in beatis. Vnde ita se habebit cœlum empyreum
ad corpora glorificata,quemadmodū aer ad cor-
ruptibilia corpora. Cœlumq; ita aliquando, se ha
bebit ad ea,sicut terra ad corpora nostra,quantū
adhoc,quòd beati corpore glorificati, habebunt
pedes suos super conuexitatem aquei cœli, seu
chrystallini, quamuis quandocunque uoluerint,
poterunt,se inde leuare sine difficultate. Hæc Ri-
chardus.

Henricus. ¶Insuper his concordat Henricus in cōclusio
ne quamuis de mō formandi laudē uocalē in cœ
lo empyreo aliter sentiat: Maior,inquiens,dubita
tio est,quō ibi erit laus uocalis,quàm an erit:qa si
esset manifestū,quō posset ibi formari, non dubi
taretur, sed planè supponeretur,ꝙ esset, qa in ui-
ta gloriosa nihil erit imperfectū. Quælibet aūt uis
actiua est imperfecta,scđm qđ in habitu,seu in po
tentia,est respectu eius,quod est actus illius habi-
tus,seu potentiæ. Hinc oportet,ꝙ in uita gloriosa

omnes vires tā corporales, quàm spūales sint per-
fectæ,existentes in actibus suis secundis,potissimè
qn̄ actus secundi sunt perfectionis simpliciter:qđ
dico,propter potentias partis vegetatiuæ, quæ nō
erunt in actu ibidem. Cumq; ꝓpria operatio oris,
& linguæ,ac dentium sit loquutio, & modulatio
uocum, sicut operatio oculorū est uisio, iō sicut
ponimus, quòd visus erit ibi in nobilissimo,ac iu
cundissimo actu videndi, sic os,lingua, &c. erunt
in præclarissimo,atq; lætissimo actu loquendi,ac
modulandi, quo beati senuicem alloquentur, &
laudes concinent creatoris. Verum quō fiet hoc,
cum ibi non sit aer inspiratus,& expiratus: Et uo-
Quō in cœlo vox possit formari dubiū. lunt aliqui dicere,quòd sicut intestina corporum
gloriosorū plena erūt aliquo humore, sic guttur,
arteria, & os aere, quo beati poterunt uoces for-
mare. Si ergo ponamus cœlum empyreū,in quo
erunt, esse ut cameram magnam concauitatem
habentem intra superficiem undiq; circundantē
corpora beatorū aere plenam, cessaret hæc quæ-
stio. Sed & qm̄ nullū corpus purè,elementare, po
nitur ibi futurū,remanet difficultas quomō pote
rit ibi uox formari, & per quod mediū differri,ꝓ-
sertim supponendo,quòd cœlum empyreū sit so
lidū,nō fluxibile sicut aer:quia si fluidū esset pos-
set dici, quod fieret in eo sicut in aere. Ponendo
autem cœlum empyreum esse solidum, non inter
cisum continuum,non cameratum:dicendū vide
tur,quod corpora gloriosa,& cœlum illud erūt
penetratiua simul,sicq; corpore glorificatus in so
liditate cœli illius sine diuisione ipsius, existens
potest mouere linguam,labia,dētes, harmonicas
motibus,ac si moueret ea in aere,interceptis sine
discontinuatione patribus aeris inter linguā,den
tes, & labia per ipsorum diuisionem: quare sicut
in partibus aeris interceptis per diuisionē,ex cō-
tactu harmoniaco dictorum membrorum, uox
formatur in aere sic formabitur in partibus cœli
empyrei ex contactu,ut transitu dictorum mem-
brorum ꝑ partes empyrei in harmoniacis moti-
bus suis,usq; ad partes illas non interceptas, qua
si usq; ad illas repercuteret aeris partes, & cū par
tes illæ sonitus uocem receperint: multiplicant
eum per partes continuas circumquaq;,toto em-
pyreo corpore resonante in summa, ac suauissi-
ma melodia, quemadmodum,& quidam Philoso
phi posuerunt corpora cœlestia ex mutuo in suis
extremitatibus cōtactu, dulcem efficere sonum.
Si autem modus iste non placet, est ad miraculū
confugiendū,dicendo,qđ sicut corpora illa sunt
miraculosè glorificata,atq; in cœlo empyreo mi
raculosè locata,& cœli penetratiua,sic miraculo-
sè uox ab eis formaē,& formata diffunditur,ac de
fertur,ad aures perueniens singulorū. Totus etem̄
ille status est super narurā. Hęc Hænricus.

¶Porrò Bonauētura relinquit istud sub dubio
distinctione præhabita, quāquàm alibi magis de-
clinet ad hoc,quod erit ibi laus ista.

QVAESTIO. VII.

REstat inquirere. *An gratia, & gloria idē sint.*
¶Ad quod 9. Quodlibeto rn̄det Henricus.
Henricus. Quamuis gloria multipliciter capiatur, uidelicet
pro obiecto gloriæ,pro actu gloriandi,pro clara
cum laude notitia: hic tamen accipiē pro habitu
potissimè intellectus: de quo dubitatio maior est,
quàm de habitu ex parte uoluntatis. Charitas nā
que est habitus,quo Deū in pręsenti, & in futuro
diligimus. Nō sic autē ex parte intellectus est ali-
Quæstio. quis habitus,quo in uia,ac patria Deum cognoscimus.

scimus.Iõ quæritur,utrũ in futuro sit aliquod lumẽ gloriæ beatis infusum,realiter ab essentia gratiæ differens, quæ immediatè in essentia animæ existens,ipsam in supernaturali esse ꝑficit, & Deo reddit acceptam, & ab essentia animæ redundat in eis potentias:& secundum hoc gratia, & uirtus gratificans,realiter idem sunt.

Et est donum charitatis voluntatem perficiẽs ad actũ voluntarij supernaturalis amoris, intellectũ quoq; ad actum supernaturalis cognitionis: qđ iõ dicimus,quia ad id,quod fieri potest per pauciora,non sunt plura requirenda.Hoc itaq; inquirendũ,an gratia perficiens totam animam modo prædicto, sufficiat perficere eam in patria: quia si sic,idem sunt: sin autem,sunt diuersa. Dicuntq; aliqui,quod cognitio,Dei in uia,&in patria si omnino alterius rõnis.idcirco diuersæ dispositiones seu habitus requirũtur ad eas.Cũq; dispositio ad eã sit gratia, & dispositio eius in patria sit gloria, nõ erũt idẽ in re. Opinio. Alij dicũt,qđ dilectio Dei in uia, & in patria non differunt,nisi sicut perfectũ,& imperfectum in eodem genere diligendi. Triplex uerò est modus cognoscendi. Vnus est credendo.Secundus,intelligendo per sapientiæ donum, uel ꝑ sapientiam,includendo in ea omnes habitus cognoscitiuos. Cognoscẽdi modus triplex. Tertius,videndo per deitatis claram præsentiam,& qa actui fidei,quæ non manet in patria,succedit uisio,ad quã eliciendam non ordinatur sapientia:qm̃ est secundum modum cognoscendi.Hinc habitus disponens ad actum videndi erit lumen gloriæ:qđ non est in essentia animæ, sed in intellectu: nec derinatur a gratia,sed immediatè a Deo infundit,ut dicit ista opinio,sicq; realiter differt a gratia.Sed in ista opinione nõ video necessitatem.Actus nãq; uidendi Deũ non elicit intellectu ex aliquo habitu:qm̃ habitu utimur dũ volumus.& sic absque præsentia diuinæ essentiæ se manifestantis, posset actus videndi ex illo habitu elici,quod est falsum:imo sola præsentia luminis in creati elicit actum illum in intellectu videntis,iõ si oportere ponere habitum illum,qui est lumen gloriæ,hoc non videretur nisi ad disponẽdũ aptandũ,& eleuandum ipsam potentiam intellectiuam ad hoc, quòd præsentia deitatis eliciat in ea actũ illũ videndi,ad qđ habitus sapientiæ uidetur sufficere,sicut ex parte uoluntatis sufficit habitus charitatis,sicq; habitus sapientiæ inquantũ ita eleuat,& disponit ad beatificam uisionem,põt lumẽ gloriæ appellari,& est idem,quod gratia, qa ex habitu gratiæ redundat in intellectu.Hæc Henricus. ¶ Verũ in his positio sancti Tho. de lumine Thomas. gloriæ verior esse videtur,nec aliquo modo uerũ censet,quod habitus sapientiæ,& gratia gratificãs sint idẽ in re, cum gratia ẽt scđm istum doctorẽ, sit subiectiuè in essentia animæ,& sapientia in intellectu.Nec uerum est,ꝙ gratia sit effectiuè causa sapientiæ huius,imò sapientia ista est immediatè à Deo infusa,sicut,& cætera dona spiritus sancti,ut patuit super secundum.Deniq; sapiẽtia ista esset effectus gratiæ,potius sequeretur,quòd realiter distinguerent ab inuicem,cum nihil sit causa subijpsius:nec valet obiectio illa inducta,qm̃ nullus in hac vita tam promptè, ac libere utitur aliquo habitu, quã promptè,liberrimè, iucundissimè,indesinentissimè sine ulla unquã interruptione beati utunt lumine gloriæ,secundum,quod illud ad beatificã uisionẽ requirit. Postremò,si sola præsentia luminis increati.i.ipsummet lumen increatum,elicit actum uidendi, hoc est, actualem uisionem beatificam in intellectu beato, sic intellectus ad illũ actũ non haberet se, ut apparet, nisi passiuè,& esset (ut sequi vr̃)intellectiua illa potẽtia præclarissimis habitibus decorata,expers propriæ operationis.Hinc ueriùs æstimatur,quòd diuina essentia intellectibus beatorum loco intelligibilis speciei,seu formæ unita, tã supernaturaliter, & eminenter actuat,eleuat,roborat, atque illuminat eos, quod ipsi per habitũ sapientiæ consummatæ,cooperante superaltissima deitate.eliciunt, & perducunt in se, & ex se actum illum uidendi, quemadmodum,& voluntas beata ex habitu suæ perfectissimæ charitatis elicit, & producit in se, cooperante omnipotente,superdulcissimo increato amore actum illum amandi finaliter fruitiuè.

De fælicitate & gloria electorum ex Gulielmo Parrhisiensi.

Parrhisi. Retributio quid. Augustin. CIRCA finem tractatus sui de uitijs,& uirtutibus ait Gulielmus Parrhisi.Post hæc loquemur de retributionibus sanctorum.Retributio sanctorum secũdum suum principale, imò scđm suum totũ,dr̃ gloria animarum sanctarum,ut August. sentire vr̃:gloria uerò corporis non partem beatitudinis. sed redundantiam eius appellat,dicendo. Tanti fecit Deus animam rationalem,ut ex beatitudine eius non solum beatitudo,quæ fruentis,& intelligentis est ꝓpria, sed & sanitas incorruptionis in inferiorem naturã.i.in corpus,sensitiuamq; partem redundet Tota ergo beatitudo,quæ sanctis promittitur,animarum est,quæ propriè frui ac intelligere queunt. Secunda stola qd. Porro secunda stola, quæ est gloria corporis,non beatitudo nec pars beatitudinis existit: est tamen pars remunerationis.i.totius boni,qđ in fine dabitur sanctis.Nominatur autem gloria hæc beatitudo,qm̃ ipsa finis est, plenitudo,& cõtẽtatio omninm desideriorum nostrorum,iuxta diffinitionẽ beati,quia dicitur:Beatus est,cui oĩa optata succedunt. Beatus quos dicatur. Vita quoque æterna ab ipsa uita Vnde Saluator: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum &c. & nuncupatur uita æterna, quoniam uitæ temporali est multũ contraria. Iohan 17. Quemadmodum enim uita temporalis tota fluit. & euanescit, nil stabile habens, ita illa in soliditate suæ perpetuitatis stat fixa, non defluens. Et sicut uita ista temporalis totum commune habet cum morte,& uitã, quæ ex peccato est attingit, ita illa tota seorsum est seiuncta, & immunis a morte,& se totã uitæ primæ imprimens,in nullo morti approximat.Dicitur quoq; pax,propter omnimodam elõgationem, & securitatẽ ab omni periculo,& spirituali,corporaliq; bello,& requies,cũ sit finis omniũ laborum, commotionum, & concussionum nostrarum.Vocatur item libertas, cum sit elongatio consummata ab omni oppressione,exactione Roman. 8 & angustiatione,iuxta illud Apost.Creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorũ Dei.Nominatur item lux, & claritatis, qa ab ignorantijs,erroribus,opinionibus est penitus aliena.Sic,& alia nomina multa his consimilia ei conueniunt: qm̃ ipsa est torrens uoluptatis Psalm. 35. diuinæ,gloria,& exultatio ultima electorum, deliciosissima refectio,magna,& interminabilis cœna.Dicimus ergo in primis,quia perfectio in unoquoq; perfectibili non est,nisi actus suæ potentiæ

poten-

potentialiter ultimus,ac supremus,qui in rationali creatura uocatur fælicitas:quã nisi assequi posset,videretur creator omnipotens magis deuiasse quam sapiẽter egisse,huiuscemodi creaturam instituendo. Cũq; uis intellectiua animæ humanæ potentialiter speculũ sit oĩum intelligibilium, ex necessitate sequit,qđ eius perfectio ultima sit hoc ipsum esse in effectu completo,ut scilicet sit speculum oĩum intelligibilium,speculum,inquã,euidẽtissimè expressionis,atq; clarissimæ apparationis, ita vt in ea reluceãt expressissima resultatione intelligibilia uniuersa. Erit ergo speculũ vniuersi,& exemplũ,cuius exemplar est tota series seculorum sicq; efficitur intelligibilis mundus, & imago perfecta speculi increati,quod est speculum vniuersalis speculationis,ac verbum vniuersalis dictionis,quo Deus pater dixit,& expressit seipsum, & omnia in ipso,ac per ipsum, quæ dictio fuit generatio verbi istius. Etenim nihil aliud est dictio vbicunq; sit nisi generatio uerbi.Nã visio non est nisi assimilatio uidẽtis,vt uisio albi est assimilatio albi, & oculi per similitudinem albi receptã in oculo: ergo & visio, qua supergloriosissimum, & incircumscriptibilem Deum videbimus oculo intellectuali erit assimilatio. Deiformis nostri intellectus ad ipsum. Iohan 3. Vnde dixit euangelista Iohannes: Scimus:qm̃ cum apparuerit,similes ei erimus,qm̃ videbimus eum sicuti est. Cumq; ipse in se,& per se sit exemplar,cuius exemplum,quamuis incomparabilis distantiæ est totum hoc uniuersum, erit etiam intellectus noster tũc exemplum,in quo relucebit similitudo exemplaris illius altissimi, ꝓut naturalis capacitas, meritorumq; dignitas intellectum nostrum adiuuerint.Amplius, non ignoras hanc speculorum esse naturã, dũ mõ æqualia sint pura,tersa,polita,ut inuicẽ sibi opposita recipiant ab inuicem formas relucentes in ipsis: quanto magis speculum mentis humanæ depuratæ, ac sanctæ, speculo uerbi æterni immediatè, & conuenientissimè applicatum recipiet ab eodem impressionem simillimã,& assimilationem completam,vt,& ipsa sit speculum in effectu? Hinc dicit 2.Cor.13. Apostolus: Videbimus tunc facie ad faciẽ. Facies quippè nostri intellectus ad faciem adorandã speculi æternalis coaptata,& applicata,faciem illam repræsentabit similitudine euidẽti. Propter quod dixit Apostolus:Tunc cognoscant, sicut & cognitus sum. Quid est hoc? nisi quemadmodum Deus uerbum in seipso tanquam in super splendidissimo speculo intuetur hæc omnia,ita & ego quantum ad uim intellectiuam factus speculum perfectæ assimilationis ad ipsum, cognoscam,& in ipso,& etiam in meipso, quæcunque in huiusmodi speculo per irradiationem primi speculi resultabunt. Tunc igitur vis nostra intellectiua æterno, ac cœlesti sponso suo beatissimis amplexibus copulata,non tam concipiet,quàm pariet filium, ac uerbum ad imaginem,& similitudinẽ primogeniti uerbi, ac filij, cuius resultatio intellectu nostro verum,& speciale erit exemplũ primi verbi, quo spirituali dictione dicet omnia dicibilia sibi, dictione lucidissima,ac perfecta.Præterea si quærat, utrum omnia,& singula,quæ sunt vel esse possunt tunc usuræ sunt animæ nostræ in gloria illa:respõdemus,quòd quicquid decebit,aut delectabit eas videre, videbunt tunc, quod autem nec decere, nec delectaret eas videre,non videbũt.Si uerò,qs quærat. vtrũ Deus videbitur à beatis per præsentiam suam,& ueritatem,quæ indubitanter præsentissimã se exhibebit tũc sanctis in patria:qõ ista ad propositum pertinet,quia potissimum fælicitatis, & gloriæ beatorum erit uisio intellectus,propter quod libro de Doctrina Christiana loquitur Augustinus:Promittitur nobis aspectus pulchritudinis summæ.Et alibi in sermone:Promittitur nobis visio Dei veri Dei, summi Dei. Et rursus:uisio est tota merces,quæ sanctis ꝓmittitur,vbi autem præsentissima est ueritas deitatis, non requiritur imago,aut vmbra,aut medium aliud,quanquam non sola essentialis præsentia visionem illam efficiat, cum sic omnibus præsens sit. Deniq; beatifica visio Dei super omnem æstimationem& admirationem est menti creatæ delectabilis,& iucunda.Cũ enim coniunctio conuenientis cum conueniente sit delectatio diffinitiuè,id est,causa delectationis vt dixerũt Philosophi:nec aliquid ita conueniens sit intellectui nostro, ut lux illa purissima,& immensa:coniunctio quoq; mentis creatæ ad eã cõueniens est in ultimitate,id est in fine, & summa excellentia conuenientiæ,constat visionem illam summè,& incõparabiliter delectabilem esse. Idẽ patet per aliam delectationis diffinitionẽ, qua dr̃ delectatio est perceptio potentiæ appræhendentis rẽ sibi cõnaturaliter congruentẽ, Adeo aũt cõueniẽs est superaltissimus Deus mẽti creatæ,vt ꝑ ipsum, & eius intuitiuã fruitionem ipsa creata sit & reparata. Amplius oẽs delectationes æquales sunt ibi appræhensionibus suis,id est, cognitionibus,ex qbus oriuntur,quemadmodum, & uirtutes suis effectibus:iõ sicut visio illa beata est summæ perspicuitatis,& certitudinis.sic gaudiũ ex ea procedens,est vltimatæ summæ,& incomparabilis suauitati.Insuper,cum totus status ille patriæ totus sit gloriosus,& gloria nihil habeat imperfectum,aut diminutũ,nihil perfectioni incongruũ, manifestũ est vniuersas delectationes, quæ in regno sunt gloriæ, excellentissimas, & perfectissimas esse,unamquamq; in genere suo.Prærerea de hoc,quod sancti testãtur fidei succedere visionẽ,si fides strictè sumatur,videlicet vt est caput,& fundamentum religionis, dicimus, quòd visio beata propriè est rerum fundamentalium,puta,ad fundamentum religionis spectantium,& fidei illi succedet hæc visio. Porrò hæ sunt res, quæ primò prædicandæ sunt introducendis christianam religionem, videlicet Deum esse,& ipsum esse remuneratorem sperantium in se, obedientium & seruientium ei,atq; hniusmodi aliqua,quæ sunt rudimenta introducẽdorũ ad fidẽ catholicã. Similiter dono intellectus succedet uisio clara eorum,quæ signis prodigijs sunt reuelata,misteriorumq; omnium. Dono uerò cõsilij succedet clara visio utilitatũ, aliorum bonorum,quæ ꝑ illud electa sunt, periculorum quoq;, & aliorum malorum, quæ ꝑ illud sunt declinata.Eodem mõ dono scientiæ succedet clara cognitio diuersarũ spẽrũ, & ramorũ ipsarum.Prudentiæ ẽt succedet clara eorũ cognitio,circa quæ ipsa uersat. Visio autẽ,q̃ est tota merces,est potissimè cognitio sapiẽtialis,quæ est nobilior,atque intimior,q̃ scientialis cognitio, propter qđ in libro Ethicorum dixit Philosophus, qđ virtus oĩ arte certior meliorq; consistit.Cuius exẽplũ est in oĩ gustabili.Vinũ nãq; ex suo splendore & colore, tanquã ex quibusdã radijs suæ naturæ, ac ueritatis scientialiter noscitur.Sapientialiter verò agnoscitur ex suo sapore,& odore,q̃ cognitio tanto certior est quanto odor, & sapor intimiores sunt vino.Cũq; Deus altissimus sit ipsa sua veritate

ritate

ritate luminosissimus, & sua etiã bonitate suauissimus, necesse est vt animæ glorificatæ nõ tã sciãliter eã cognoscant ex irradiatione suæ luminosissimæ veritatis in eas, quã sapientialiter ex torrente voluptatis, & inundatione bonitatis suæ in ipsas sciãt, atq; degustẽt. Deniq; de visione Dei erit triplex gaudiũ in beatis. Primũ de illustratione, & pfectione virtutis nr̃æ intellectiuę. Scd̃m de pulchritudine spõsi, in qua erit delectatio tanto maior, q̃ in aspectu cuiuscunq; alterius pulchritudinis: quanto ipsa spõsi pulchritudo oĩbus alijs pulchritudinibus incõparabili supereminentia antecellit, ipsaque rõnalis vis beata, vehemẽtiore amore, strictioribus, quoq; amplexibus eidem increatæ, superessentiali, & supinfinitissimæ pulchritudini adhęrebit, imò, & inhærebit, & inauertibili prorsus aspectu æternaliter, affectuosissimè, ac securissimè infigeẽ. Tũc planè amouebit pallas, peplũ desup faciẽ suã, quatenus spõsis intuendã illã beatissima fruitione exhibeat: Tertiũ gaudiũ erit de uisione gloriæ eius: qm̃ ibi lympidissimè apparebit ipsum esse regẽ, ac dñm oĩum seculorum. De hac gloria dixit in propheta: Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Huius fœlicitatis refectio est cœna magna, quã Chr̃s suis pparauit electis, ad quã nos dignet pducere, q cũ patre æterno, & adorãdo paracleto superdulcissimo spũ sc̃tõ viuit, & regnat sup omnia Deus sublimis, & benedictus Amen.

Visio Dei triplex parit gaudiũ in beatis. — *Psalm. 16.* — *Lucæ. 16.*

Conclusio ex Alberto Magno, in qua breuissimè per modũ orationis tractatur materia li. 4. Sen.

DOMINE Iesu Chr̃e, qui per formas sacrorũ uisibiles inuisibilem nobis gratiã administras, vt iustificemur, humiliemur, & inuisibilia cognoscamus, qui ppria nos sanas auctoritate, effectu medicinalis gr̃ę p dicta mãdatorũ, p uasa sacrorũ, q̃ magna sunt, efficatia, essentia, significatione, & effectus progatiua: cõcede ut p baptismũ simul, & pñiam paulatim a morbo aĩæ curemur, p cõfirmationẽ cõfortemur, p mr̃imoniũ pseruemur, per ordinẽ, & extremã unctionẽ melioremur, p eucharistiã oĩno d̃ sanemur. Dñe, q baptizari voluisti a Iohãne, p tuæ humilitatis exhibitione, dignitatis apparitione, & pro nr̃a instructione: Qui circũcisioni, q̃ pro bono obediẽtiæ, signo, distinctione, doctrina sacrorum data fuit p remedio originalis peccati, tuę mortis simplicitate, & characteris ppetuitate non iterabili, in remissionẽ pc̃tõrũ, in infusionẽ gr̃æ, in extinctionẽ mundanæ, & humanæ cupiditatis, in salutẽ spũalẽ & apertionẽ ianuæ paradisi, & pp utrũq; sexũ baptisma succedere uoluisti, ut gr̃a totaliter auferat pœnã illã, quã p se facit pc̃m̃, sȝ pœna inflicta p pc̃tõ remaneat, p nr̃i humiliatiõe, p timoris incussione, p desiderio uitę melioris, & p cõtẽptu psentis uitę: ꝯfirma nos verbo intẽtione, auctoritate, nitore ꝯsciẽtię, lętitia spũali, odore bonæ fame, & uirtutum robore. Amen. ¶Oratio secunda.

DOmine Iesu Christe, qui es pasca nostrum a quo, & p quẽ, & ad quẽ transimus, q finito ueteri pasca, ut doceres legalia finiri, ut memoriã tui mẽtibus nr̃is firmiùs imprimeres, ut ueritas rñderet umbræ, ut pmissiones æternorũ nobis confirmares, sacrm̃ eucharistiæ instituisti, pro tui cõmemoratione, scȝ passionis, amoris, liberationis pro exemplo, meritoq; fidei, p liberatione spei nostræ, pro instructione, refectione, reuiuificatione nostra, & p remissione peccatorũ uenialiũ: & hoc sub forma panis, & uini, vt fides habeat meritum ne abhoreat iustus, ne insulet hęreticus: & ne carnalis intelligatur cibus. Da nobis p fidẽ dignè dijudicãdo spiritualiter te masticare, in te delectari, assimilari, & ĩcorporari, ut p masticationẽ, & delectationẽ nos te spũaliter comedamus, & p assimilationẽ, & ĩcorporationẽ à te comedamur. Orõ iij.

DOmine Iesu Christe, da nobis per ueram cõtritionẽ a peccati uestigijs liberari pro pœna satisfacere, animo tranquillari, a debito pœnæ absolui, & immediatè nos ad te habere per purã confessionẽ. Da nobis peccati cognitionem, purgationẽ, gratiæ infusionẽ, & augmẽtũ, pœnę relaxationem, & Dei honorationem, ad satisfactionis fundamentũ. Præsta nobis a peccatis abstinere ablata restituere, occasiones, opportunitates, & cõsortia peccatorũ uitare, orare, largiri, & ieiunare, opera consilij, & supererogationis pficere, causas peccatorũ uiolẽter, & simpliciter excidere. Custodi nos ne peccatis aliorũ cõmunicemus pcepto, consilio, consensu, adulatione, recursu, participatione, silentio, permissione, & occultatione. Et lȝ peccata penitus dimissa non redant, nec quantũ ad essẽtiã, nec quãtũ ad reatũ: qa tñ tenemur Deo non solũ ex cõmisso, sed ẽt omisso, ne redeãt quãtũ ad magnitudinẽ p omissionẽ gratiarũ actionis, p cõtẽptũ rñdendi beneficiis Dei, uel p redditionẽ malorũ p bonis. Fac nos destruere habitũ uenialis, & mortalis peccati, ne faciamus nobis laqueũ peccati de creaturis, q̃ debẽt nobis esse via ad deũ, & oẽs deberẽt habere oppositionem quã dã ꝯ pc̃m̃. Inchoa in nobis solutionẽ peccatorũ, dimittẽdo culpã, & pœnã æternã, quã cõsummet dimittẽdo, aliqd ex ui clauiũ p impositionẽ manũ, qa ut solus remittis peccata auctoritate, plati uerò ministerio nõ operãdi, sed cooperãdi ad illã. Doce non discernere pmissionẽ, ꝯfessionẽ, indulgẽtiã, & tolerãtiã, & qd̃ uirtutes, q̃ sunt quãtũ ad Deũ, nõ mutanẽ, nec quãtũ ad essentiã, nec quãtũ ad motus. Sed q̃ sunt quãtũ ad pximũ, lȝ nõ mutẽtur quãtũ ad essentiã, mutanẽ tñ quãtũ ad motus & ĩter morale naturæ, qd̃ est immobile, & disciplinę, quod est mobile. ¶Oratio quarta.

DOmine Iesu Christe, qui ad esse rei, vel bonum esse das potẽtiã naturalẽ, & actũ: ad reparationẽ uerò naturæ potẽtiã miraculosam, & actũ naturalẽ. Ad partũ uirginis potentiã miraculosam, & ad resurrectionẽ mortuorũ, similiter, q̃ nõ põt esse naturalis: qa fiet in momẽto, qua corpora fiẽt immortalia, & fulgida, Et qa idẽ numero corpus resurget, in quo resurget qcqd est de ueritate humanæ naturæ quãtũ ad eẽ, uel quãtũ ad bonũ, & integrũ esse, vel quãtũ ad essẽtiã, & ornatũ, nõ qcqd est de uirtute humanæ naturæ, quãtũ ad pfectionẽ corporis: qa tũc habebit claritatẽ, impassibilitatẽ, subtilitatẽ, & agilitatẽ, qd̃ tãtæ nobilitatis, & dignitatis erit, ꝙ penetrare poterit alia corpora, & nõ penetrari, sicut aĩa purgata a macula peccati, & similitudine diaboli pfectione a uestigijs peccati per pœnitẽtiã, p ignẽ purgatoriũ, uel suffragia ecclesiæ, hãc cognitionem, dilectionẽ, & fruitionẽ. Cuius passibilitas, quã hẽt ex parte corporis, tolleret per corporis impassibilitatẽ. & passibilitas, quã habet p uiã superiorẽ, tolleẽ p cõfirmationẽ charitatis: quia nũc delectamur, & fruimur Deo p fidẽ, & in futuro p uisionẽ. Qui est sup oĩa Deus sublimis & benedictus in secula. Amen.

D. DIONISII CARTHVSIANI *doctoris ecstatici vitæ gesta, ac sanctimonia.*

DIonysius Carthusiẽsium ordinis alumnus vir magna sanctitate clarus, contẽplatione sublimis, eruditione copiosus, mirabilis ingenio memoria singularis, pietate incõparabilis, circa annũ dñi millesimũ quadringẽtesimũ qnquagesimũ, tã vilis mundo, q̃ Deo charus floruit. Huic in Hasbania Leodiensis diocœsis Richel vicus patria fuit, distans ab oppido Sancti Trudonis stadijs non minus viginti. Parentes habuerit admodum honestos, secundum seculi fortunam nõ infimæ sortis, quibus auitum genus, de Leuuis indidit cognomen. Ab his adhuc puellus extra patriam literis traditur erudiendus. Inerat autem illi incredibile discendi desideriũ, adeo vt noctu quoq; (quemadmodũ in libro de munificentia Dei articulo 26. confitetur) ad fulgorẽ lunę sæpenumero excitatos, surget, ad scholas exiturus atq; diẽ æstimasset, nisi domus fores inuenisset obseratas. Erat etiã memoria pditus admirabili, quia semel quicquid legerat, nisi graui labore tenebat. Vnde factum est vt tam fœlicitate ingenij, quã studij assiduitate, breui mox tempore, non sine multorum admiratione, tam doctus euaserit, vt perfectis Philosophis possit adnumerari. Verum quia optimæ indolis adolescentulo, non solũ scientia, verum etiam pietas cum ætate accreuerat, quod ab infantia meditatus fuerat, iugo domini statuit innocentiæ suæ colla submittere. Cupiebat enim ante relinquere mundum, quã mundi laqueis irretiretur. Eam ob rem Carthusianę eremi desiderio flagrãs, quid ageret, quõve id impetraret, nesciebat. Nã vigesimũ necdum attigerat annũ, quã ętatẽ ordo illa in suscipiẽdo exquirit alumno. Porro in seculo manere, & inter castitatis naufragia tutũ enatare, haud possibile videbatur. Itaque amore Carthusiani instituti in dies crescente, visum fuit licet nimiũ adhuc adolescenti, duabus in domibus Carthusiensium instãdo tẽtare, si illorũ sodalitio, ac institutis sociari mererẽ. Festinat igiẽ ad Carthusiã montis S. Iohãnis Baptistæ in Zeelẽ propè Dyest. Inde Ruremũdã quæ est Gelsdriæ oppidum cõcedit, in vtraq; preces offerẽs, sed utrobiq; ab earũdẽ domorũ patribus, quia per ætatẽ aliter nõ licuit, receptio eius potius differtur, q̃ negatur. Itaque desiderio suo tunc frustratus Dionysius, qd̃ animo cæperat, non propterea abiecit, sed in tempus magis distulit opportunũ. Veruntñ quid ageret interea, quomodove tutus mundo imponeret & Carthusianę aptiorẽ se redderet solitudini, dũ aĩo tractare cœpisset, in mentem ei venit, quod post exercitia illa spiritus ad Deum affectiua, quæ maximę in ordine illo (quẽ erat ingressurus) frequentãtur, nihil sibi foret dulcius, nihil commodius quã intelligentia scripturarum. Igitur nihil moratus, euestigio Coloniam Agrippinã, vbi Academiã nouerat Germaniæ celeberrimam, se contulit: in qua theologiæ studiis se applicans, vt fieret doctissimus operam omnem nauauit: vbi quãtus euaserit, testatur liber, quẽ de ente, & essentia ilico post adepta magisterii insignia scripsit: testãtur, & libri eius cæteri, quos ĩ ordine subinde scripsit Carthusiano, a doctis semper laudati potissimè sup utriusq; testamẽti paginis, aliique varii, ac pene innumeri: adeo, ut in ecclesia Dei tãtundẽ scribendo sudauerit, qui tot libros eruditione iuxta, ac pietate refertos ediderit, parẽ habuerit neminẽ. Cui tametsi abbas Spanhemensis solũ prę ferat Augustinũ, quẽ nos quoque, si de eruditione, ac pietate certetur scribentium, præferimus, certissimum est tñ, ex his, quos ipse in suo de ecclesiasticis scriptoribus recenset in libro neminẽ quãta Dionysius hic Carth. scripsisse. Vñ cõijcio abbatẽ Spãhemẽ. Diony. libros non omnes uidisse Quorum profecto tantus est numerus, ut iuranti etiam mundo nõ crederẽ possibile fore tot libros eodem, authoræ natos prodijsse, inter quos grandia plurima sunt uolumina, nisi unius Dionysii, & ingenium, & stilum, manum quoque, ac characterem, prorsus eandem ubiq; conspexissem. Suos eñ ipse conscripsit libros re religit, correxit, rubricaq; illuminauit. Quę oĩa notissima, singularis manus eius, & character testantur. Et hoc quidẽ pro constanti relinquimus. Vnde neminẽ audiui, qui viri huius laborẽ sine stupore viderit, qui non senserit mecum absq; ingenti miraculo fieri non potuisse, ut unus vir tot scripserit libros, quantũ ipse æstimandus est non habuisse temporis, imò (ut verius dicam) quantum incredibile vr̃, ẽt quelibet alium ab omnibus feriatum posse legere. Nã ut cæteras eius occupationes, quibus a scribendo fuit remoratus, taceam, certe in ordine illo uixit Carthusiano, a cuius diuino officio, qd̃ satis est plixũ, nunquã abfuit, in quo procurationis, & Prioratus officia aliquanto tẽpore obiuit. De monasterio abstractus a domino Cardinale Nicolao de Cusa summi põtificis Legato, aliquã diu ecclesię negotij seruiuit. Contemplationi præterea, ac orationi mõ peculiari fuit dedissimus. Porrò lectioni, ac studio, quod in libris eius manifestissimũ est pene assedit continuus. Ad hæc ex tota pene Germania p consilijs ad eũ coufluebãt innumeri adeo ut in dandis cõsilijs, & epistolis scribẽdis fere nũquã non fuerit impeditus. Accedit postremò, ꝙ in monasterio tũc suo nõ habuit, qbus indigebat, qbus, & usus est libris. Inde illi occupatio in modica parabaẽ p codicibus aliũde cõquirendis. Verũ hæc de multitudine librorũ, in quibus si diligens sit lector, si nõ inuidus spectator, pinde ĩueniet, qd̃ possit mirari. Adeo nãq; plenus est eruditione, adeo copiosus uarietate, adeo pietate refertus, ut nihil supra. Videbis plane, quã nihil, qd̃ cæteris pspicuũ fuerit, illũ fugerit: quã multa insup, q̃ nõ q̃sieris, q̃ non speraueris, ad suauitatẽ, & p desiderio tuo administret. In lucubrationibus tñ suis vbiq; circa scripturæ texũ uersaẽ, nec ostẽtãdi se ullã admittit occasionẽ, qua ab instituo diuageẽ. Accedit pterea ad Dionysii laudẽ, qd̃ in illius libris nihil fucatũ, nihil tumidũ, nihil habeaẽ a piis moribus alienum sed, ut dixi eruditio tã lucida, q̃ abũdãs adeo ut nihil in illius libris tibi desiderãdũ restet, nisi fortasse elegãtia verborũ, stylusq; uenustior. In quo tñ pt excusari qppè qui suo scripsit seculo, suæ ætatis hoĩbus, atq; eo tpe, quo lingua Latina psertim politior, neq; ĩ usu neq; ĩ precio doctis fuerit. Nã si ĩ nostra incidisset tẽpora, si pceptores literatos, & liberos sortitus fuisset Latinos, cũ ipse fuerit literarũ desiderãtissimus credimus ẽt ĩ politioribus illũ uix alicui fuisse scd̃m. Obsecro aũt eos, q hæc sunt lecturi per Chr̃m, ne ita me putent uelle extollere Dionisiũ ut cęteros deprimã, aut qb. anteferẽdus nõ est, hũc anteponã. Manet singulis sua pminẽtia q̃ nõ supaẽ ab aliis. Pari mõ huic nr̃o Dionysio tribuendũ est, ut in ipso pmineat aliquid eidem singulare, quod desideretur in cæteris, Hunc virum o lector, huiusque eruditionem, & Carthusiana re

Cõmendatur Dionysius a discendi desiderio a felicitate ingenii, & memoria admirabile. — *Flagrat desiderio Carthusianæ religionis Dion.* — *Coloniæ studiis se applicat Theologicis Dio.* — *Nicolao de Cusa Cardinale charus, & in obsequio fuit Diony.* — *Scriptores Diony. encomion.*

Eugenij pontificis de Dion. præconiũ.

ligio,& ecclesia omnis catholica,acceptũ referre meritò debet academiæ Agrippinensi, in qua studia sua initiatus,tantus euasit,vt in eremo etiam Carthusiana postea fieret uotus,orbi,cunctisq;,& doctis,& pijs celebris haberetur. Nã de illo summus etiam pontifex Eugenius dixisse fertur,quando librorum eius quendam sibi vidit oblatũ. Letetur mater ecclesia,q̃ talẽ habet filiũ.Igitur(vt ad enarrandam uitæ eius conditionem pergamus) ab Agrippina Colonia recedens. Rure mundã cõcessit,ibi Carthusiam desideratam repetens,posthabitis omnibus,monachum se Deo consecrauit. Vbi mox vt sacrum habitum suscepit,tam religiosè,tãq; integrè vixit,ut ẽt perfectis viris in se ostẽderet qđ dignũ foret imitari.Adeo namq; se a mũdi amore abstraxit,adeo ab otiosis sermonibus tẽperauit,adeo ab immoderato creaturarũ vsu abstinuit,adeo se inutilibus nõ occupauit,adeo denique nudum,liberumq; à uitijs animũ Deo obtulit,ut diuini amoris dulcedine ebrius, frequentes pateretur ad Deum mentis excessus,& diuinis cõsolationibus cõtinuè illustraretur. Siquidẽ in oratione sæpenumero raptus ad Deum, tres aut plures horãs stetit sine sensu immobilis, viribus animæ in Deum abstractis. Quid multa?adeo charus Deo factus est in solitudine,vt supernis illũ reuelationibus dignatus sit. & merita eius, ac preces quantum apud se valerent, etiam mundo ostenderit.Sensere eius orationũ virtutem desolati, ac tristes,senserunt itẽ inferni potestates. Sed illi vnde gaudebant,hæ vnde incidebant.Porro siue loqueretur,siue scriberet,licet tenui esset facundia prẽditus,eruditionis nihilominus gratia eminebat singulari.Orationi verò tanto instabat feruore,vt præter eas preces,quas ordo ille habet prolixas,Dauid cum sæpenumero eodem die perorarет psalterium. Erat autẽ procero, ac robusto corpore,laborum,vigiliarumq; patiẽtissimus.Vnde iuxta ordinis sui priscum illum rigorem, post cantatas cum fratribus præces matutinus, quicq̃d superfuit noctis,nõ q̃eti,aut somno,sed studijs ac rationibus dedit.Nonnunquã ẽt integras noctes in oratione repertus est uigilasse.Atq; iõ cum cæteri in hoc illum mirarentur,respondisse fertur Ego ferreum habeo caput,& æneũ stomachũ.Cõstat sanè optimis,ac robustis illũ naturæ uiribus fuisse,quibus arduũ,singularemq; viuẽdi modum humilitatis,ac modestiæ cã tribuit. Verũtñ deuotionis gratia in illo longè fuit potentior, quæ ad hæc,& alia complura cæteris fortasse haud possibilia,ipsum magno impulit feruore. Fuit & mirũ in modũ humilis,quippè quẽ magnificiẽtibus cũctis,ipse se cõtẽnebat. Nec qđ cũ seipso vilia sentiret cõtẽtus, cupiebat etiam in aliorũ oculis vilis haberi.Idcirco ꝑ defectibus vel maximè exiguis grauiter se accusans,& palã,& secretè humiliabat Nec aliter modica delicta,in quibus pleriq; solẽt gloriari,ac cæteri magna,plangebat Conuersationis internæ semper illi studium fuit: iõ satagebat vt secũ habitãs, semp dño sabbatixaret. Quo fiebat, vt sensuũ oblectatio in illo ferè mortua esset Nã & ea,q̃ citra nauseã cæteri vix possint intueri, ipse ꝑ cibo sumebat.Butirũ tabefactũ vermibus, cerasa,& alia id genus multa à limacibus prægustata, comedere nõ respuit dicẽs hoc genus vermiũ nihil habere letalis veneni,nec metuendũ cũ eiusmodi sumere eundẽ cibũ. Haleca si qñ salsa fuissent nimiũ,aquis immergi atq; in aerem iussit suspẽdi, nec edebat donec cellã putore opplerẽt.

Rure mũdæ monachũ se cõsecrat Deo Diony.

Ferreum caput, & stomachũ æneũ habere se dixit. Diony.

Vitæ sanctimonia.

Monitus ne sumeret illa,malo inquit,potẽtia in cibũ sumere,quã falsa.Abdicauerat enim iã pridem a se omnem delectũ cibi,& ob feruorem exercitiorũ spũaliũ diẽ sẽpenumero ad noctem, usq; transigebat mediam. Adeo namq; in legendis scribendisq; libris erat assiduus, adeo in oratione feruidus,ut prandium pp illa non nunq̃ differret,& frigidio sæpius vteretur cibo.Semper ẽt, siue uestiret, siue exueret se, aut aliud q̃d operis ageret, nihilominus orabat. Abstinẽtia eius in cibo,potuq; fuit mirabilis,nec multis imitanda:Se quid opus est ad præconium uiri nostris uerbis, quando quidam scripta eius prẽclara hunc nobis abundè latis commendant? Dionysij integritas longè manifestius ex eius codicibus, q̃ nostris sermonibus prædicatur.Vnde uisum est aliqñ patribus domus suæ,propter uiri dexteritatem,illum officio procurationis præficiendũ.Qui licet contemplationi aptior foret,q̃ actioni:ne tñ propriæ volũtatis,quàm obedientiẽ tenacior videretur, officij huius prouinciam obiuit. Verum de colligendis animabus maior illi, atq; de pecunijs cura fuit. Nam Iudæũ magno tunc studio conuertens ad orthodoxam fidẽ,sacrũq; adduxerit baptisma. Hanc ob rem Iudæus ne Dionysij zelo,ac paternæ solicitudini haberetur ingratus,patris sui spiritualis nomen sibi in baptismate imposuit. Vocatus est enim Dionysius Dionysij. Hic creditur Dionysiorũ familiæ in Rure munda (quæ hodie propagata cernitur), & nome,& posteriratem dedisse.Cæterũ, quia spiritus eius genererosus distractiones rerũ caducarũ, temporaliumq; non poterat,ferre,relicto officio, exercitijs deuotissimis cellæ, libris scribendis, & cupitẽ solitudini est restitutus. In qua tamen non potuit adeo latere,quin pontifices, & principes, atq; alii inferioris gradus,undeque ad illum confluerẽt,scriberẽt,nuntiarẽt, atq; certatim suis cõsilijs admouerent. Quippè quorum nemo,qui semel illi adfuisset, quantæ synceritatis, quantique apud Deũ meriti forte DIONYSIVS ignoraret: nemo,q̃ non ad illum redire gestiret.Vnde factum est ut reuerendissimus dominus Cardinalis de Cusa, in Germania Apostolicæ sedis legatione fungens,dũ huius uiri eruditionem,& sanctitatem cõperisset,ipsum e claustro edoctum,suo contubernio in utilitatem ecclesiæ asciuit. Verum Dionysius non impiger,datã sibi hanc occasionem in lucra conuertit animarum.Nam in contubernio domini Legati constitutus, quod de seipso quoque scribit,vtriusq; sexus monasteria multa, reformationis gratia visitauit, atq; de reformatione monialium perutilẽ tunc edidit librum.Propter hæc, & alia multa, quibus gloriã Dei,animarumq; salutẽ zelabaẽ Dionysius, diabolũ in sui ꝑsecutionem excitauit. Hinc nãq; bonorũ oĩum inimicus moliebatur multa, ut in uisum, atq; exosum redderet mundo Dionysiũ.Sentiebat eñ inuidus quãtæ castris suis quotidie ꝑ Dionysiũ aĩarũ copiæ abducerenẽ.¶Referã igitur seculis inauditũ posteris mirabile,& qđ hodie quoq; nemo crederet,nisi uerita te,atq; re ipsa vinceret.Mulier q̃dã Gebula(id eñ erat illi nomẽ) diabolo consentiẽs,initio fœdere, eidẽ homagiũ fecerat,atq; sit lõgius a spe recuperãdẽ salutis abduceret,persuasa diabolo chirographum sanguine ꝓprio scripsit.Itaq; pessimo huic incubo mulier facinorosa diu sociata,ducebaẽ in remotissimas mundi partes,& ubicunq; uel Asia, uel in Aphrica ludi,aut spectacula publica exhiberentur, ibi diabolo duce mox aderat. Pugnabat hasta

Procurator factus Iudæum Diony: cõuertit.

Mulieris cuiuspiam quẽ diabolo homagium fecerat, post mirabilia gesta conuersio.

hasta, imo quocũq; armorum, aut pugnandi genere expeteretur,congrediens vincebat. Decijebat equis tenera mulier armatos viros, & suo clã adiuta amatore, mũdo sic diu illũsit.Sed q̃d misericordia diuina profundiùs.Quid cõsiliis eius super filios hoĩum inuestigibilius. Hẽc tãdẽ in se reuersa,consilio videri,cũ R.dñs Cardinalis de Cusa adesset, quẽ (ut supra dixerã) comitabatur iam Dionysius ad pœnitentiæ remedia confugit.Si q̃dem Dionysii monitis,& orationibus confortatã non propria facinora, nõ sacrilegia,promissa, nõ scriptum chyrographum, non deniq; ex amatore iam hostis minæ poterant à spe diuinæ miserationis absterrere.Sed post innumera flagitia,post fœdissimas abominationes, post spurcissima cum diabolo cõmertia,rupto sacrilego fœdere,ad diuinæ clementiẽ sinũ peccatrix lacrymabunda cucurrit.O Dionysij zelũ,ac sapiẽtiã. O mulieris fidem. O Christi infinitã mĩam.Quis credere hanc diaboli iã faucibus absorptã posse aliqñ emergere?Quis speraret eã,q̃ diabolo se,dediderat,ex illecebroso eiusdẽ stupro,quo fuerat polluta,in adoptionem filiorũ Dei posse redire? Verũ quod hoĩbus vr̃ impossibile, facillimum benignissimo est creatori. Itaq; hæc infusa lacrymis, ad Cardinalẽ est adducta.Ibi amatori suo diabolo abrenuntiãs. iterũ se Christo deuouit, factaq; eidẽ criminũ suorum confessione,& pœnitentiẽ haud exiguo labori astricta,a peccatis oĩbus, & diaboli pactis absoluta est.Et ita quidem licet esset Christo recõciliata, non tñ ab improbissimi incubi est penitus vexatione liberata, diuina (quod reor) iustitia id permittente, ut cui se olim vltro cõsignauerat ad culpã, per hunc modũ vel inuita peteretur ad pœnam. Itaq; sẽpenumero improbus ille ad eã veniens, aut futura nunciabat, aut quocũq; poterat modo à pietatis studijs illã impediebat. Vnde uenerandus pater Dionysius (quia tunc morabatur extra monasterium suum cum Cardinale, & libertate qua potiebatur,seruire Christo cupiebat) cũ fratres suos in Rure munda adiret, sæpius quoq; hãc pẽnitẽtẽ mulierẽ cõfortaturus visitabat. Verũ diabolus inuisum habens Dionysium,quod præda hac tam nobili, & aliis compluribus per eundem fuisset spolitatus:cum illam sentiret aduenire,præcurrens ad Gebulam. Ecce inquit, Dei Taterbech vñ vuynsuper Kompt vch besucKen.Quod latinis sonat:Impeditæ linguæ homo,uniq; ingurgitator, inuisurus te accedit.Hæc autem dicebat,nitẽs Dionysium aut probris ad indignationem cõmouere aut ab eius ueneratione mulierem auertere.Reuera enim Dionysius minus expeditã habuit linguã, minusq; facundam. Vtebatur ẽt tunc vino ad refocillationem corporis,ex labore studiorum exercitorumq; aliorum attenuati.Quamobrem calumniam illi diabolus struere nitebatur. Verum nihilominus parum diaboli calumnias vir Dei formidabat,quin ẽt magnopere illa agere contendebat, q̃ diabolus calumniareẽ. De hac muliere Dionysius in secundo quẽ super Sententias scripsit libro refert,se vidisse cicatricẽ,vnde sanguinẽ ipsa homagium diabolo scriptura eduxerat. Postulat nũc res vt huic facto simile aliud virtutum eius referam, licet nõ eodem tempore gestum.¶Est castrum Hornæ non longe a Ruremunda trans Mosam ædificatum, cui præfuit olim gñosus dñs Godefridus de Vldorp. Carthusiæ Ruremundensis, & amicus, & bñfactor.Ad hunc locum Dio.dum ex Buscoducis (vbi Carthu.iãpridem vt ex reuelatione futurum acceperat ẽdificari cœptæ præfuerat) reuerteret amicitiæ gratia quasi extinere diuertiẽ. Contingit tunc præfecti uxorẽ dominã Catharinã graui infirmitate tentam,& paulo post morituram, horribilibus signis,motibusq; se huc, illucq; in lectulo uertere, & quasi aut fugæ, aut defensionis ꝑsidiũ quærere.Erat enim timore nimio perculsa,& propemodũ desperatione uicta adductus pater Dionisius,confestim vt intrat cubile,videns multitudinem horrẽdorum spirituũ,haud aliter,atq; examen apum uolitãtium,exituramq; animã expectãtium,magna uoce clamauit.Filioli,quid video?Sine mora oẽs quẽso accurrite. Festinate, & ad orationem genua flectite,hic locus vt atomis radii solis,dæmonibus plenus est. Hæc dicens, cum exire uellet cubile,mulier ægrota quantum poterat uirtute uestes Dionysii appræhendens, tenuit illum, & clamauit:Heu pater,noli me derelinquere,in fide tua hodie serua me. Conuersus Dionisius stetit & fide solita in dæmones armatus. oratione, qua potuit ardentissima ad Deũ fusa,ui deuotionis,ac charitatis pugnabat. Ad cuius orationem diuina mox uirtus adueniens,turmam illam immundorũ spirituum omnem proflagauit. Nã dæmones orationum eius uiolentiam. cũ diutiùs non possent ferre,clamauerũt:Heu heu,quã uiolẽtiã ab hoc cucullato patimur sene.Et excutientes baculũ,cui innitebatur de eius manibus,procul iecerunt. Cunctis quoq; astantibus reliquis (licet nullus horum dæmones videret) & rei finem expectãtibus, spũs infernales oranti Dionysio alapã dederunt uiolẽtam,uehementerq; grauem,cuius vestigijs cicatriceq; dũ uixit,uisus est nunquã carere. Ad hanc tamẽ iniuriam nihil motus.Dionysius,ꝑsistit in oratione Spũs uerò maligni patientia eius territi.fugerunt,mulierem deserentes,Redijt igitur interea ad spem nemo,& animosior facta est,quæ pauloante desperatione fuerat ꝑculsa, nec aliud expectaret, q̃ infernali se puteo iam iamq; absorbendam.Fuerat enim in uita non minus vitiis quã opibus abũdans.Amore quoq; seculi,cæterisq; uanitatibus,atque adeo illecebris carnis,quibus seruierat nimiũ occupata.Veruntamen Dionisij orationibus(ut dixi) munita,fugatis tenebrarũ ministris, trãquillitati mentis,& fiduciæ bonæ in Deũ restituta est.Tũc astantibus dixit Dionysius: Laudate charissimi, & magnificate misericordiẽ viscera Dei nostri, qui huic aĩæ donauit salutẽ.Mulier ẽt magna cõtritione,& spe ueniæ roborata mox spiritũ ĩ manus reddidit creatoris.Post hæc descẽdẽs de castro Dionysius,adueniẽtẽ habuit obuiũ dñm Godefridũ, defunctæ maritũ. Cui blãdiẽdo appræhensam illius trahẽs auriculã,q̃d agis,inq̃t,hic o fili?non tibi hic expedit diutiùs morari. Festina hinc egredi, ne te peiora ĩuoluãt.Paruit ille iussionibus uiri Dei.atq; locũ cõtinuo mutauit.Hẽc pauca dicta sint ex multis,ne uideaẽ mirũ quãobrẽ virũ Dei Dionysiũ diabolus odio sit ꝑsequutus.Cõtinua eñ ĩter illos versabaẽ pugna,quorũ studia fuere ꝯ̃ria.Diabolus eñ moliebaẽ aĩas dispergere.Dionysi⁹ studeat colligere.Ille vulnerabat,hic sanabat:ille iugulabat,hic ꝑ gratiã Dei resuscitabat.Atq; iõ sctis nõ solũ orõnibus,& exhortationib⁹ Dionysij ĩuidebat diabolus sed ẽt q̃buslibet eius pijs studijs erat molest⁹.Maximè ãt ferebat moleste,qđ Dionysi⁹ scribẽdis libris piis,elucidãdisq; scripturis sctis assiduè assisteret. Inde eñ sibi formidabat maiorẽ spoliorũ suorũ iacturã.Quapropter aliquando terrore, aliqñ strepitu, ĩterdũ ad ostiũ cellulẽ, vbi scribebat, pulsu Dei

Miraculũ aliud.

Recupit alapã a diabolo Dio.

Quid maxime tulerit moleste diabolus de Dio.

hominē ad impatientiā, aut tędium, aut ut scriben
do cessaret, nitebatur perducere. At Dionysius fi
de munitus, semper illū contempsit. Semel etiam
cum dæmonis tanta urgeret improbitas, atq; q̄
placuit Dionysio foret molestior, surrexi uir Dei,
& occurrens contra diabolū se ingessit dicens:
Quid tibi uisum est improbe, famulum Dei tan
te præsumptione inquietat, atq; tuis incursibus,
molestijsq; impedire? Tu animosum te simulas, cū
sis bulla, & nihil: nobis uerò Deus dedit animum
& uirtutem præstigia tua contemnere. Vbi igitur
hinc ocius, & post hac nō rediturus, ab hac demē
tia tua desiste. Paruit ille licet inuitus, nec dein
ceps scribenti Dionisio molestus fuit. Dicet fortas
se quis, illum posuisse mundo, dum extra mona
sterium uel authoritate Cardinalis euocatus, uel
ordinis sui superioribus ad officia institutus, inter
homines moraretur: non itē profuisse, dum in cel
la sederet solus. Haud quaq̄. Quin potius multo
uberiorem frugem credendus est intulisse in soli
tudine, q̄ si vixisset in mundi perturbatione: qñ
quidem tunc, & animus eius ad Deum purior, &
oratio potuit esse feruentior. Nā discursus, labo
ris, curas, sermones ad extremū conatus omnes,
quis nesciat arduis in rebus sæpe numero fuisse
inanes, donec uiri cuiuspiā Deo electi, uel procul
constituti, feruida ad Deum fusa oratio ui robur
daret, & fructum? Mosis, Eliæ, Elisæi, Danielis (ut
priscos aliqd ex multis recenā) orationes dicat
quęso quid ualuerint mundo, hoc est, quid afflictis
contulerint liberādis, quid nocuerint aduersarijs
superandis, quæ beneficia impetrauerint mundo
quæ mala sustulerint: Deo, & inueniet externis cu
ris, atq; laboribus, quibus distrahitur animus, lon
go interuallo ante ire orationem, hanc uidelicet,
quo feruore deuotionis, ac puritate cordis fun
ditur. Quæ profecto solitudine, silentio, corporis
castigatione, continentia sensum, cæterisq; cum
eremi, tū monastices institutis iuuatur, atq; fulcit
maxime. Hęc namq; oratio, utputa pura, ac feruēs
mox cœlos penetrat, uim facit omnipotenti co
git: inuincibilem, & immutabilē Deū a iustitia ad
misericordiā flectit. Atq; iō qui orationi, atq; con
templationi hoc mō uacant, haud quaquā in ec
clesia Dei otiosi sunt, sed utilissimi, quālibet abti
tissimis etiā fuerint locis inclusi. Hæc dicta sint in
eos, qui cum dies suos nugis, & fabulis conterāt,
aut gloriæ humanæ studeant, audent quasi occu
pati cōtēplatiuorū sanctum otiū calumniari. Qd
si ēt absq; malo animo plerique cū Martha in his
conquerantur, non oportet tñ illorū dictis offen
di, quæ Christus olim refellens. Mariæ partē, hoc
est, contemplationis, & orationis officium prætu
lit actioni. Quā ob rē adamauit Dionysius noster
Rachel suam, prætulitq; Liæ: nec sine stomacho
ferre poterat, si quis uel de monachorum statu,
uel de religione minus dignè uideretur sentire.
Quare cuidā monasticæ religionis æmulo doctō
ri scribens, temeritatis illum arguit his; dole de tā
usurpatis, & periculosis iudicijs, nec pnus sit iudi
care religiosos. O quā parū agnoscis, quid operet
altissimus in ueris solitariis, quos abscondit in ab
scondito uultus sui a conturbatione hominum, &
protegit eos a contradictione linguarū, quos du
cit in solitudinem ut loquatur ad cor eorum, quo
rum mentes præstringit, & ducit eas ad gaudia si
lentii ad diē, qui est sine tumultu, in regionē lucis
immensæ, ad mysticas uisiones, & theoriæ contē
plationis synceritatē, ad raptum & ecstasin, ita ut
in sanctæ deitatis, in æternæ neritatis abyssum de
mersi, sup naturalēs fidei veritatis, & ordinem cre
dendorum, ecclesiasticęq; hierarchię, ineffabiliter
clariùs, ac certiùs intueantur, quā ex scholastica
notitia conspici queat. Nonne fortius est lumen
gratiæ, q̄ naturæ: illuminatio, q̄ exercitatio, super
naturalis inspiratio, q̄ scholastica disputatio? Cer
te sicut in statutis nostri Carthusien. ordinis fer
tur, baptismata lacrymatum, feruores orationum
excessus contēplationū, nulla re magis, q̄ solitudi
ne iuuantur. Non ergo despicias taliū scripta, ac
monita Hęc Dionysius quibus reuera non alia te
status est, atq; in se fuerat expertus. Nam in cella
quālibet inclusum, cōpertum est orationibus suis
homines, & loca uaria sibi ignora protexisse. E q̄
bus ne omnia simul tacere videar, unū aut alterū
commemorasse sufficiet. ¶ Illustrissimus dux qdā,
cuius nomē modestiæ cā tacemus, missō nūtio ro
gabat Diony. ut oīpotēti supplicās, reuelationem
sibi fieri peteret, atq; instructionē de fine, euētuq;
belli, quod parabat in filium sibi rebellem, simulq;
oraret, ut bello gloriā daret patris victoria. Iam
eм palā factum erat, Dionysium sua apud Deum
oratione posse multa, rēuelationibusq; dignum
haberi. Itaq; accepto nuntio uir sanctus id nullo
modo se facturum respondet, nec posse huic im
pietati, cuius inter patrem, & filiū auctor esset dia
bolus orationibus suis opitulari. Orauit tñ per in
tegram ferme noctē, satagens calamitatem hanc
infelicissimā imminētem, futurasq; inde belli ærū
nas, animarū excidia, ac postremo miserabilem pa
triæ destructionem deprecari. Neq; eм id, qđ dux
rogauerat, sed, q̄ Deo, dignū, quod patriæ foret
salutare, ęstimabat orādū. Orabat igitur, ne tā hor
renda mala, cædes corporum, perditiones anima
rum ne deniq; tot iniurias, atq; contēptus nomi
ni suo glorioso fineret Deus. Orabat ne paternas
manus filij sanguine, aut e diuerso, filius sanguine
se paterno pollueret. Sic oranti, ac flenti, ecce ap
paruit angelus domini, qui Dionysio, si non respi
scant ad pacem princeps, & nisi cum clero uul
gus, ad pœnitentiæ lamenta emendatione, neq; ui
tæ se conuertant, mala futura per ordinem cuncta
prænuntiauit. Docuit in pterea quemadmodum p̄
moneret principes furore obstinatos, ac quomō
patria ipsa placatū sibi redderet Deum, iam olim
sceleribus offensum. Ad hæc nihil moratus Diony
sius, ducibus epistolam scripsit, haud satis accura
tā, tñ virtute, & spiritu plenā. Eandemq; tam patri
quā filio misit. Interim uerò, ut illorū cor da emol
lirentur, dominum rogauit. Paruerunt princeps
monacho æquè humili, ac sancto nec aliter ab eo
quæcunq; monuit, quā Dei iusa, ut erant, accepe
runt. Multū certe, ac sæpius ante fuerat tentatum
per principes, per proceres, per doctores, idq; mo
dis omnibus, quibus tractari poterat humanis, ut
non solū manifesta persecutione, uerumēt simul
tate quacunq; extincta, pater, & filius naturæ fœ
dera non uiolarent, excludebaf oē cōsiliū, nihilq;
erat reliq̄, q̄ ut sanguine manus impias commacu
larent. At Dionisi. imò uirtus diuina in seruo suo
Dionysio, quē glorificare corā gente, illa instituе
rat, orando hortandoque bello finem, principi
bus amicitiam, patriæ redidit pacem. Mirabantur
omnes, ac nouis gaudiis tribudiabant, quod inui
sus bellorū apparatus, felici omine in pacem subi
to mutaretur. Nec tamen diu patrię incolas late
re potuit pacis auctor. Qua propter ad uiri Dei ue
nerationem conuersi uocabant eum rusticо mo
re,

Vtilius in solitudine q̄ in mundi uiuitur perturbatione.

Exod. 32. 3. Reg. 17. 4. Reg. 6.

Eccli. 35.

Interni ac cōtemplatiui, quam sint utiles mundo.

Luc. 10.

Genes. 19.

Psalm. 30. Oseæ 2.

Efficacia orationis Dionysij declaratur miraculo.

Dictus est Dionysius uir cui angelus loquitur.

re, uirū qui angelo loquitur. Nō ab re putare de
bet: qm̄ principiū fecimus mētionē, si de epo ēt quo
dā narrationē historiæ, psequamus. Fuit hic de quo
loqui volumus) neq; enim nominatim traduci par
est) vir seculo quidē idoneus, atq; minus, quàm par
fuit, præstaret episcopū. hic spectacula, torneamen
ta, cæterosq; id genus ludos militares, in pia illa in
stituit Ruremunda. Sic enim placet, nec immerito
quidem. pium vocari illud oppidū, quòd hactenus
prædicatum fuit deuotioni aptius, quàm vanitati,
nec hodie puto tam refertū armis, q̄ doctis, pijsq; vi
ris. Itaq; ad hāc Ruremūdā vndecunq; aduocatos
nobiles dum ipse in oppido expectaret, necessariaq;
theatricis his ludis vir ecclesiasticus prouideret, ac
cidit illum interea Carthusiam petere, vbi postquā
cum Dionysio (quem sanctitatis opinio magnū, atq;
multis effecerat celebrem) varia contulisset, non eru
buit se iactitare, quam magnis impensis militaribus
his ludis inhiaret, quamq; daret operam nobilibus
excipiendis, & manificè tractandis. Ingemiscēs Dio
nysius: O, inquit reuerendissime pr̄, hæc etsi admit
tēda sunt principibus, ecclesiasticis tñ viris, & pci
puè episcopis, penitus non conueniunt. Indignissi
mū est, ac prorsus inquū, vt Christi patrimonium in
scenicos hos vsus profundas. Parce igitur quæso re
uerentiæ tuæ pater episcopus es, parce honestati cle
ricali, parce, vel tandem pecunijs, & ab hac demē
tia prorsus desiste. Ad hæc episcopus: Scio me episco
pū, cui hæc prophana spectacula iā olim sacri cano
nes interdicunt. At fateris etiam necesse est, me prin
cipē esse, ducē, marchionē, atque comitē, quos arma
venustāt, quibusq; iudicia, imperiaq; tpalia subsunt.
Horū nunc munus mihi obeūdū est. Cui Dionysius:
Non propterea pater. episcopus es factus, vt princi
pem geras, aut ducem, sed vt præstantior, digniorq;
habearis episcopus, vtq; malis terribilior, atque ad
tuendas Christi, ecclesiæ q̄; leges sis potentior, datus
est tibi ab ecclesia principis, & gladius, & honor. Ita
que officium suum est, gregis dominici curam age
re, diaboli laqueis irretitas animas eruere, oues tibi
commissas Dei verbo pascere, aberrantes reducere,
resipiscere nolentes ad ouile compellere, præstare
te Christi uicarium, non mercenarium, se pastorem
animarum agere, ouibus exempla sanctę conuersa
tionis quasi iter ad sequendum ostendere, odore bo
næ famæ præire, atq; vt simul multa dicam gregem
tibi commissum cęlis introducere, non ad inferna
detrudere. Inter hæc autem, cum omnia benefeceris, scire, quòd seruum te vocat inutilem dominus.
Vnde tibi cauendum est, nobisq; vehementer miran
dum, cum tua solicitudo pro singulis animabus ti
bi commissis rationem sit reditura, ne, vel vna pa
reat, quomodo per ignauiam tuam quasi securus
possis, vel audeas de ludis, & spectaculis militaribus
cogitare. Quid quæso pater Deo respondebis pro
creditis tibi animabus, quas interea hoc diabolico
negocio turpe scandalizas, Qua fronte audebis ap
parere corā iudce Christo, cui tu aīas precioso eius
sanguine redemptas abducis, ac morti æternę tra
dis, quorum lacte, & lana abstractis, tu in delicijs vi
uis? Vt quid ecclesiæ bona, quæ pauperibus, & diui
no cultui erogare deberes, in scenica hæc spectacu
la, ad Chri opprobriū, ad ecclesiæ dispendiū, in per
ditionē aīarū luxu tuo, pfundis? Quòd si omnino, q̄
digna sunt pontifice, renuis agere, parce saltē ouі
bus, qñquidē minoribus impensis, ac laboribus po
tes tu solus æterna tibi tormenta comparare. Hæc
episcopus audiēs, tā indignabūdus, q̄ sui ppositi p
tinax abijt. Cui iā recedenti dixit Dionysius: Rogaui
mus te pater, vt quoniā in religionis positus exem
plum spectacula hæc una non perficias in perniciem
animarum, sed audire contemnis. Rogabo potentio
rem dominum, cui te quoq;, uelis, nolis, subiectum
esse oporter, hic me exaudiet, hic insipientiæ tuæ co
natus, etiam te inuito, impediet. Surrexit episcopus,
& nescio quid secum stomachans, relicto Dionysio,
quod cœperat, moliebatur perficere. At contra Dio
nysius illud præuenire festinat. Si quidem ad domi
num conuersus, eisdem utitur, & cōtra episcopum
armis, fletu uidelicet, & oratione. Quid amor? Nihil
profuit episcopo inflata potestas, nihil contulit ei
quo pficeretі dustria accelerans. Plus ualuit oratio
ne Dionysius. Nam episcopus mox, ut abierat, ante
q̄ peruenisset ad domum suam, podagræ doloribus
vehementissimis corripitur, adeoque pedibus do
let, vt ludos, & torneamenta, quæ ante noluerat in
termittere rogatus, nunc cogatur non exequi etiam
inuitus. Itaque post inutilem magnæ pecuniæ ero
gationem, post infamiæ notam quicquid episcopus
præparauerat, quicquid instituerat, quicquid cępe
rat intermissum desijt. Ipse verò postea doloribus
aliquantulum remissis, q̄ primū gressum potuit re
cuperare pedum, plenus irarum Carthusiam acces
sit, & conquerens cœpta sua Dionysij orationibus
destituta se verò doloribus propterea, ac ignomi
nia etiam affectum, verbis eundem asperioribus
multauit. Verum æquanimiter hęc Dionysius tole
rat, gaudens etiam, q̄ pro Christi gloria dignus es
set, vel ab episcopis contumelias pati. Vtinam tales
hodie multi essent Dionysij, quomodo huic episco
po nimium similes inueniuntur pontifices. At qui
si miserabilem postea huius defuncti sortem atten
derent, nec aulicorum adulationibus acqiescerent,
ad meliora fortasse, quam primum se mutarent. Nā
hunc, quem præfati sumus episcopum, postea de
functum, cum pro eodem Dionysius post matutinas
in festo diuæ Chatarinæ virginis in cella vigilans
oraret, vidit a duobus teterrimis gigantęæ formæ
spiritibus ante se adductum, ac ardentibus flammis
circumseptum. Qui dixerunt: Ecce pro, quo oras,
dominus tuus. Intuens illum Dionysius diligen
ter, vidit circa ventrem, & genit alia eius in men
sum agmen serpentum, & bufonum, qui miserum
corrodebant: Fuerat enim in vita præter vanitates
alias episcopo indignas in concupiscentijs fœmi
narum, virginumque stuprator. Expauit vehemen
ter vir sanctus, admirans æquitatatem iudiciorum
Dei, & cogitans illud, quod potens potenter tor
menta patienter, aduertit illum esse damnatum.
Quippe cum nihil pro se miser flagitaret suffragij,
nihil orationis, & subitò a nigerrimis illis Aethio
pibus, ab oculis intuentis abriperetur. Cæterum,
quia hic defuncti unius memoriam fecimus, de spi
ritibus defunctorum hoc generaliter tenendum est
septimè Dionysio hos apparuisse, quæsisse ēt pœna
rum remedia, quæ ille uir spiritu, & corpore in fati
gabilis liberalissimè impertiebatur. Interrogatus
aliquando à fratre Carolo, ministro suo ad modum
dilecto, Deo que deuoto, an sępenumero animæ il
li apparuissent defunctorum, respondit: Etiā. Imò cē
ties, atque centies. Nouitiusquidam, non longe ab
oppido sancti Trodonis natus, Ruremundæ in Car
thusia ex infirmitate ad extrema vitæ deuenit, huic
Dionysius promisit post mortem duo legere psal
teria, quæ ille nouitius, nisi morte fuisset præocupa
tus, soluere debuisset, uerùm, quia multorum tunc
dubia, cosscientiarūq; scrupuli uarijs ex locis ad Dio
nysiū, cōtinuè deferebant, quibus sine mora fuerat

Epiſcopus quidā. Dionysio corripitur

Præualuit Dionysius orōne contra episcopum.

Actor. 5.

Sapien. 6.

Oñditur Dionysio episcopi crudeliſſimæ pœnę.

Defuncto tū debita uulla rōne differēda.

respondendum,contingit Dionysij sic occupatum,
quod promiserat,differre . Defunctus igitur noui-
tius, quia suffragiis egebat ad Diony.rediit,& tardi
tatis illum augens durè obiurgauit . Ad hæc Dio-
ny.cum se iustam putabat excusationem produ-
cturũ,adeo ad nouitij huius increpatiõé subito
obriguit,vt ne hiscere qdẽ auderet,.Itaq; intelligẽs
defunctis suffragij debita nulla esse rõne differẽda,
& ipse deinceps tarditatẽ cauit, & alios,vt cauerẽt,
p̃monuit.¶Fratrem quẽdã suæ domus,ex eorũ pro
fessione,quos Donatos vocãt,iã pridẽ sepultũ, post
matutinas in cella sua reperit flãmis ardẽtẽ.Quẽ in
terrogãs quis esset,qdve peteret,audiuit:Frater sum
tuus,nup hac luce defunctus. Conqueror aũt,ꝙ ne-
gligentius iusto agunt fratres.Nam non solũ chari-
tate exuberãte non mihi subueniunt,verũ ẽt vincen
te socordia,quæ mihi debent ex obediẽtia ordinis,
differendo non exoluunt.Qua pp nisi correxerint
se,& suas,& meas postea dabunt pœnas Correpti
frẽs hortatu Dionysij , defuncto suffragia otius im-
pẽderũt.¶Venerabili cuidã sacerdoti in ordine Car
thusiano tunc nouitio,spũs quidã in illius cella mo
lestus fuit.Si qdẽ strepitu,& pulsu fratrẽ quiete som
noq; deturbabat.Perlata est quærimonia ad virum
Dei Diony.Qui rñdẽs:Dicite inquit, nouitio , vt in
hunc modũ spũi imperet:Vade ad fratrẽ Dionysiũ.
Res mira.Paruit Dionysio nouitius,paruit,& noui-
Familiaritas cũ Deo fiduciam peperit Dio.orandi propatre suo.
tio spũs.Nã relicto nouitio,ad Dionysiũ venit.Dio-
nysius verò hunc adesse sentiens,tanto mox eũ ora
tionũ feruore flagellauit,vt iã illi neq; nouitiũ,neq;
Dionysiũ liberet repetere, sed abiens, pœnisq; oĩ-
bus solutis,ad Deũ auolare.¶Captus est aliqñ Dio-
nysius magno desiderio sciendi,qũo haberet aĩa pa
tris sui iã pridẽ defuncti.Fiducia igĩt,quam familia
ritas quædã ad Deũ illa pepererat, roboratus , post
vesperas die quadã in cellę suæ oratorio procidens,
vbi esset aĩa patris sui,certiorẽ se fieri præcabatũ. Cũ
aũt diu hoc desiderio in oratione perstitisset , vocẽ
audiuit sibi rñdentẽ: Quid pro aĩa patris tui adeo te
sciendi curiositas torquet?Nunquid non pium est
pro defunctis orare?Ora igitur pro tuo patre , qui
si in pœnis est,& in gratia Dei e uita eccessit,tua ora
Psalm.34 tione refrigerabitur; sin minus , in sinũ tuũ oratio
redibit.Hoc responso cęlitus accepto Diony.pseue
rat,nihilominus pro patre orans; non tñ qũo ante,
de secretis Dei inuestigando , sed vt requies detur
defuncto.Interea quadã nocte dũ leui teneretũ som-
no,visit patrẽ suũ inter duos spiritus Aethiope ni-
griores teneri mediũ,atq; valida ad se voce claman
tem:Fili amantissimè miserere mei,& tuis orationi
bus patri succurre. Quod verbũ statim,vt misit, ab-
stractus à dęmonibus, & camino ardenti iniectus,
cædi ẽ,virgisq; ferreis flagellatur.Hæc licet in som-
nis viderit Dionysius,cuiusmodi visionibus nũquã
arbitratus est tutũ credere:nihil tamen de veritate
huius dubitauit Qua propter non destitit orare pro
parte,donec ille desijt esse miser.¶Alia multa ex spi
ritibus sibi apparentibus didicit,multa quoq; illis
laborum,& orationum suarum impendit , quæ ne-
mini manifestauit. Hæc enim sola non tacuit , quæ
ne taceret,necessitas imperauit.Sępe namque neces
sarium fuit,nonullis indicari cur torquerentur cer
tæ animæ defunctorum,vt viuentes , & negligentiæ
suæ pœniterent,& mortuis opem ferrent.¶Qua pp
operæ precium est de magistro Iohanne Louanien
si adhuc referre, cuius post mortem erũmnam , nec
Dionysio licuit omnibus tacere.Hic æuo suo vene
randus.vir bonæ ac integre vite fuit,sobrietatis quo
que honestatis,ac pudicitiæ custos, religionis ama-
tor,iustitiæ tenax(& quod rarissimum est)qui ma-
gnopere publicum bonum suo anteferret . Huius
hic laudem recenseo propterea,vt discatur,quibus
meritis pericula euaserit æternæ dãnationis.Si qdẽ
nisi tã præclaræ fuissent in eo inuẽtæ virtutes,nisi tã-
ta ẽt contritione pœnitens seculo emigrasset,ob ec
clesiastica beneficia,quæ multa possederat,suppliciũ
ęternum, quod multi hodie non formidant:nõ eua
Pluralitas bñficiorũ periculosa sisset.Et licet ex beneficijs cõgestas pecunias in pijs-
simos expedisset vsus.nam canonicorum regulariũ
in Ruremunda ædificauit dotauitq; cœnobium,&
Coloniæ,atq; Dauentriæ S.Hieronymi collegia,post
mortẽ tñ diu,& grauibus est cruciatus. purgatorii
pœnis.Nam,& quia sepultus in choro Carthusien-
sium fuerat Ruremundę,anniuersarium pro animę
eius salute annis singulis ab eiusdem loci patribus
celebratur.Itaque dum primum eius egeretur anni
uersarium,& iam in officio defunctorum ad canti-
cum Zachariæ ventum esset,Dionysius vigilantibus
oculis contuitus est super defuncti sepulchrum, in
modum feretri flammas igne as se conglobasse,quæ
fumi obscuritate,atq; sulphuris fœtore visu erant
horribiles.Exterritus Dionysius,fratrem , qui iuxta
stabat,pulsans,spiritualis visionis esse mysterium in
tellexit, atque vehementer doluit,recolens defun-
cti sobrietatem , atque integritatem. Flebat autem
potissimum,quòd nesciret,purgatorij ne,an gehen
næ incendia hæc visio significaret . Redit sequenti
anno anniuersarius dies,quo perinde,ac superiori
speciem ignis iuxta defuncti monumentum Diony-
sius conspexit, flamma tamen erat magis tenuis,cla
rior,ac mitior.Porrò tertio anno raptus Dionysius
in ecstasim mentis,iam non vt ante corporeis ocu-
lis,nec immaginaria,sed intellectuali , vt ita dixe-
rim,visione didicit futuram defuncti salutem , vi-
dens simul iudicia Dei mirabilia , occulta inuesti-
gabiliaque,& certa alia,quæ fas non erat , nec pos-
sibile effari.Qua propter scripsit cuidam,qui defun
cti testm̃ curare debuerat,& exeq, admones,vt om-
ni mora post habita,defuncto suffragia acceleraret.
¶Optarem hic plura ad legentium ædificationem
narrare,ex his,quæ per virum Dei gesta sunt , nisi
quorundam formidarem de prolixitate fastidium.
Referunt enim præter prædicta,& alia pene innume
ra de Dionysio miracula,admirabilia,non circa de-
functos tantum sed etiam circa viuentes. Multa au-
tem,quæ illi reuelauit Deus,ab eodem semper ab-
sconsa,nobisq; pœnitas sunt occulta.Hæc enim so-
la de futuris, aut etiam præsentibus manifestauit,
quæ vt manifestaret,à domino præceptum habuit.
In quorum tamen reuelatione mirum , quàm hu-
milis fuit,nihil sibi tribuens præter vilitatem, quam
ipse quoque expauit,admirans prouidentiæ diuinæ
consilium,cui placeret vti se indigno, & vniuerso-
rum,quæ ad seculi prudentiam attinent imperito,
tanquam ministerio,ad ecclesię ędificationem. *Horis multis sæpius in raptu ecstatico fuit Dionysi⁹.*
¶Fuit in ecstasim mentis sepenumero raptus ad
multas horas,quod dum potuit,celauit.Verum vbi
fratrum suorum aliquo,aut conuentu pręsente fuis
set abstractus ad Denm,& ad humana mansisset ve
lut mortuus,ac immobilis,deluit verecundus,ꝙ la-
tere non poterit.Quid tamen interea senserit , quid
didicerit,quid sibi reuelatum fuerit , nemini , aut
paucissimis,idque rarissimè, patefecit.Quæcunque
etiam illi fuere reuelata,quæcunque ostensa, non
per similitudines,non per rerum imagines,aut sen
sibiles visiones tradita sunt,sed nobiliori modo do
cebatur,sublimioriq;,ac puriori.Siquidem intelle-
ctus eius,vt diuino lumine fuit illustrat⁹,atq; a seipo
mens

mens eius deficiens, per amorẽ in Deum absorpta
deoq; unita,didicit quęcunq; diuinitatis radius illũ
docere voluit.Iuuabatur autem,imò (vt veriùs di-
cam)etiam renitens rapiebatur,occasione externa
quacũq; præstita‘vnde ad cœlestium contemplatio
nem,aut ad inuestigabilis sapientiæ Dei admiratio-
nem,aut bonitatis eius amorẽ mens eius erigeret.
Qua propter qñq; dum ecclesiæ inciperentur can-
tica,vt sunt: Veni sancte spiritus, aut , suscepimus
Deus misericordiã tuã,atq; id genus alia:aliquando
dum in tubis esset,& frequentia hoĩm,interdum in
castris corã nobilibus (qui eius consuetudine,eru-
ditione,atq; consilijs vehementer oblectabantur)
4.Reg 6 inter loquendum de Deo,rapiebatur ipse in regio-
nem lucis inaccessibilis,& immensæ,alijs, qui ade-
rant,interim circa sua humana hic relictis.Nonnun
quam etiam,vt alter Elisæus,dum organorum sua-
uem audiret melodiam,facto in se spiritu Dei , ad
cœlestis illius melodiæ concentum aspirabat. Hinc
subito mens eius,quia intra se contineri non po-
tuit,ad eorum gustum, quibus æstuanter inhiabat,
secessit,atq; adeo secessit,vt per aliquot horas fixa
non reuerteretur.
Rapitur In ecstasim Dio.
¶Buscumducis oppidum est Brabãtiæ nobilissimũ,
in quo diui Iohannis templum habetur miro modo
ornatum.Si quidem nihil in illo cernitur neglectũ,
nihil desideratur,quod ad pietatem,ad deuotionẽ,
ad collectionem deniq; spiritus iuuandã pertinet.
In hoc Dionysius forte ingressus , quiá ad diuina
tunc in organis canebatur , melodia suaui auribus
hausta,confestim corde cœpit liquefieri, vultu, &
mente mutari, a seipso deficere,& collectis aĩæ viri
bus,totus in Deum ire.Aderat ei tunc Abbas sancti
Martini in Colonia,qui intelligens , quòd futurum
erat,traxit illum in sacellum,quod iuxta aderat,vbi
rigidus,immobilisq; horis ferme tribus mansit.Hoc
autem eo tempore illi accidit,quo cepta est Carthu
sia extra ipsum oppidum ad honorem sanctę So-
phiæ ædificari,cui idem licet iam senex pp sanctita
tem suam initiator institutus fuerat,& rector: Roue
latum fuerat Dionysio iampridem, eo in loco, quo
nunc ædificatum cernitur,construendum esse Car-
thusiense cœnobium,vbi Deo sanctificarentur ani-
mæ,& laudes canerentur diuinæ. Porrò occasionẽ
huic cœnobio extruendo magnam dedit Dionysij
sanctitas vulgata,Eam ob rem monasterij fundator
ab ordinis primate hunc nouę plantationi rectorẽ
impetrauit.Quamdiu autem morabatur vbi Diony
Burgundionum principi charus fuit Dio.
sius , Philippus magnus ille Burgundionum Dux,
in magna eum habuit veneratione,euocatũq; ad se,
in magnis,arduis,ac secretis negotijs consuluit. Cæ
terum, quia noua hæc ædificatio distrahebat eius
animum,& ipse iam senex viribus erat exhaustus-
obtento superiorum assensu,ad suæ tandem profes
sionis domum redijt.
¶Tradunt ad huius reditum tunc chorũ templi Car
thusiæ Ruremundensis aliquor noctibus sub matuti
nis lucæ cœlitus superfusa illustratum . Ignorantes
Ordinis Carthusi. & mundi lux Dio.
monachi quid potenti hoc foret , attoniti stabant.
quidam egressi,cœlum contemplabantur , verum
nihil insueti vidẽter,tandem Dionisii reditum(qui
ordinis lux erat,& mundi)intellexerunt.Videbat ip
se quoq; Dionysius sæpe post matutinas ad cellas
regredientes monachos comitari spiritus cãdidos,
atq; cum eisdem eorum intrure cellas, quos ange-
los illorũ nõ dubitabat esse custodes.¶Eo tpe Ma-
humetus Turcarũ rex, Constantinopolim,omnesq;
orientalis imperii fines abstulit Christianis. Vnde
fides christiana fere omnino concidit in Gręcia ma
gnusque inde timor,ac dolor omnibus Christianis
ortus est,pręcipuè viro Dei Dionysio, qui die, no-
ctuq; iam senex flebat,quòd cultui Dei abrogratio,
contumelia fieret nominĩ christiano.Videbat præte
rea in occidente à priscis illis moribus sanctis, eccle
siam degenerare,atque à fidei calore charitateque
tepescere.Eã ob rem formidabat iram Dei eis etiã
locis venire,quæ Romano parent imperio. Contra
hæc mala,vnũ erat illi remedium oratio. Hac enim
Dei iram ab ecclesia auertere,hac inter ecclesiæ ca-
lamitates studebat semetipsum consolari. Reuela-
uerat aũt illi Deus peccata christianorum , præci-
puè prælatorum,& cleri,iustitia sua impunè , diu- *Deut.25*
tius tolerari non posse, sed e duobus alterum fore
necesse,aut semetipsos prælati , & clerus corrige-
rent,aut per eos indignè finerentur castigari , qui-
bus nulla esse in clerum reuerentia,nulla auctoritas.
Ad hæc cum Dionysius illorum nomine,emendatio
nem Deo promitteret,atque uehementiùs hoc pa-
cto pro misericordia flagitaret,audiuit:Iuxta men-
suram emendationis vestræ , temperabitur iustitiæ
meæ censura. Addensque dominus: De emendatio
ne,inquit,quòd promittis nomine prælatorum,hoc
teneas:Etiã si iurauerint in nomine meo, viuit do-
minus,hoc ipso falso iurabunt. In hac autem reue
latione,de futuris malis,atq; ecclesiæ calamitatib⁹,
nonnulla didicit secreta,quæ fas non erat manifesta
ri.Mitebat tñ epistolas ad pontifices, ad principes,
ad ecclesiæ prælatos,& quoscunque poterat, ad vi-
tam correctiorem inuitabat.Nec sua tantum oratio
ne contentus hortabatur omnes,quibus potuit mo
dis,ad emendationem vitæ,& vt à se Dei iram de-
precarentur. Fuere tunc licet pauci, ex primatibus,
qui huius monitis credentes,ad meliorem se vitam
receperunt.Reliqui,quamuis vsq; ad summum pon
tificem reuelationes,Dionysijq; consilia nunciata
fuerint,surdis auribus,& corde duro audierũt.Nec
mirum,cum hodie quoq;(licet anno superiori Ro-
mæ,& in Germania aliquot iam annis clerus ferat
non modo calamitatẽ, sed pene etiam excidium ex
pectet)pauci corrigantur. Quotus est enim hodie
in monasterijs,aut canonicorum collegijs , qui ex
persecutione cleri,cæterisq; malis,quibus atteritur
mundis,factus sit melior?Crebrescunt mala,præmit *Crebescũt in dies mala.*
nos profana potestas.persequitur violentia,& nihi-
lominus vitia nostra perseuerant.Verum hæc maio
ribus relinquimus prædicanda , nobis ad Diony-
sium nostrum est redeundum.
¶Hic inter eiusmodi studia,incõmoda incidit sene-
ctutis,quæ deinceps crebris infirmitatum augeba-
tur molestijs.Nam assiduis ex paralysi,calculo, atq;
uesica,doloribus torquebatur. Accebant præterea
ulcera , quæ vtrumq; crus corroserant. Verum in-
ter hęc non est tacenda patientia Dionysij,qui licet
grauiter,nec raro(vt fit)lederetur, dum ligamina à *Incommoda senectutis ad patientiam exercent*
ministerio,aut soluerentua,aut stringerentur,haud
quanquam tamen tunc vocem emisit,aut gemitum:
sed velut insensibilis ad dolores,nihilominus oran
do scribendove perseuerabat.Agebat tunc quadra-
gesimum septimum annum,ab eo, quo Carthusia-
sio initiatus fuerat instituto, nec hactenus scribere
desierat , licet corpore esset imbecilli,ac pene effœ
to.Quipppè,quòd vigilijs,abstinentijs , infirmitati-
bus,atq; exercitijs spiritus continuis fuerat consum
ptum:crescentibus quotidie molestijs, ipse manum
domini patienter ferebat. Ad hæc etiam exultans
domino gratias agebat,qui quod suis oĩbus largi-
tur amicis,non negasset illi,argui,& castigari,bona
agere, & mala pati. Itaque anno vltimo vitæ suæ *Matth.25*
parauit

parauit se, vt media nocte venięti exiturus occurre
ret sponso, intraretq; cum illo ad nuptias. Et tunc ẽt
cessauit scribere. Siquidem vltimus librorum eius
fuit quidẽ de meditationibus inscripsit, in cuius fi-
ne post innũeros alios immediatos libros, post ingẽ
tes labores ad quietẽ aspirans, in hæc verba definit,
dicens: Hoc meditationum mearũ opusculum, quas
non tam habeo, q̃ merito haberem, gratanter susci
pite charissimi fratres, atq; pro me iugiter exorate,
qui de cętero ad securæ taciturnitatis portum me
trãsferre intẽdo, & ad securũ exitũ (prout dominus
dederit) plùs solito parate, præsertim, quia, & vires
corporis multũ deficiunt, & istud opusculum anno
vitæ meę lxvij: finio. Anno dñi M.CCCC.LXIX. Ha-
ctenus Dionysius ab eo tempore, quia mortem sibi
vicinã nouerat, quã ẽt semper vt præsentem fuerat
meditatus, lætus per inde, ac olor canendo illam ex
Tria infirmus frequentebat Cantica Dionysius pectat. Vnde sciens certissimè hoc se annum mori-
turum inter infirmitates, quibus p̃mebatur, tria fre-
quentabat cantica, & nunc vnum, nunc aliud repe-
tens, canendo animũ solabatur. Primũ horũ, quod
illi asiduũ erat, fuit: Requiẽ æternã dona eis dñe,
2 & lux perpetua luceat eis. Ad hãc ẽm sortẽ maximè
aspirabat, vt lucis æternæ beatitudine frueretũ. Aliũ,
quo ad deuotionẽ cõpungebatũ, fuit: Maria ergo vn
3 Iohan. 12. xit pedes Iesu, & haud dubiũ Mariæ deuotionẽ er-
ga Iesum, atq; rursus dulcedinẽ cordis Iesu erga di
lectricẽ suã recolens. Exin amorẽ eorũ mutuũ, quo
sese alterutrũ vulnerabant, contemplabatũ: Quibus
ipse quoq; sui cordis amorẽ ad illos, & quasi inter
4 vtrũq; tertiũ se intermiscebat. Carmen tertiũ, quod
canere solebat, fuit: Sancti, qui, sperant in dñm, mu-
Isai.40. tabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquilæ, vo
labunt, & non deficient. Hoc excitabat spiritum,
fiduciamq; suam pascebat, assecutusque, quod tot
annis desiderat, proquo certauerat, sudauerat, om-
nesque vires suas impenderat Itaq; crescente infir-
mitate, mortem nõ longe abesse sentiens, in festo S.
Thomæ Aquinatis in sacellum S. Dionisij, vbi missę
sacrificium Deo multo tempore offerre solitus
erat, ductus est. Ibi qua solebat ardentissima de
uotione audita missa, & sumpto viuifico corpore
domini nostri Iesu Christi, tanquam viatico iam
præmunitus, ad iter, quo visurus erat salutare Dei,
Psalm 41. accinxit se. Reductus ad cubiculum, astantibus fra-
tribus dixit: Adest charissmi fratres tempus, quod
prædixi, quod desideraui, quod denique expectaui.
Vale vltimũ fratibus dicit Dio. Si diutiùs vixero, aliorum me duci manibus neces-
sum est eroque fratribus onerosus. Post hæc omnẽ
fastidiens cibum, ægritudine ingrauescente, & viri-
bus semper magis deficientibus, ad extrema vitæ
peruenit. In festo igitur diui Gregorij Dionysius
virtutũ, ac meritorum plenus circa duodecimam
horam, superatis omnibus vitę huius miserijs, san-
ctam Deo animam reddidit, Anno dñi M.CCCC.
Moritur Dionysius. LXXI. postquam in ordine Carthusiauo VIII. & XL.
annos Christo militauerat.
¶Hæc de vita beati patris Dionysij, viri scientia pa-
riter, ac virtute clarissimi. Cuius scripta cur hacte-
nus lateant vehementer admiror: quippè, qui in ec
clesia Dei scribendo fere plus omnibus laborauit,
cuius libri vberrima etiam scatent eruditione, atque
adeo lucida, vt sua ætate doctissimus, ac plenè ad-
mirabilis habitus sit. Quare (vt dixi) miror, quòd la
teant, q̃nquidẽ aliorum scriptorum interim vnde-
cumq;, nobis copia offertur, quorum tñ neq; inge-
niũ, neq; eruditio quicquã ad hunc Dionysium ac-
cedit. Verum hoc tua incuria, atq; negligentia fit or
do Carthusiẽsium, qui innumeros habuisti viros
doctissimos, pientissimosq;, quorũ bona pars cum
in vita, tum post mortem claruerunt miraculis: re-
Expostulatio cum ordine Carthusiano. qd suorũ non euulgat opera liqui doctrima excellentes posteris sui nominis im-
mortalitatem dederunt, si per te id liceret, hoc est,
si in medium tu illorum libros dares. Itaque hos tu
intra sinus tuos recondis, perinde, ac si tibi dunta-
xat, aut vni monasterio tm̃, non item posteris, atq;
cunctis vixerint mortalibus, aut quasi, quòd ad vni-
uersæ pertinet ecclesiæ, decorem, vtilitatemq; abscõ
dere pietas sit. Verũ quid pro Dionysio hic expostu
lo, q̃ñ institutori tuo diuo etiã Brunoni primo Car-
thusiano, reliquisq; tuis alumnis fere omnibus iti-
dem feceris: Nam hunc Brunonem, quem omnis ca
labria (illic enim curiam Vrbani papæ, cuius fuerat
olim præceptor, simulque sarcinam pontificalem
fugiens diem obijt extremum) veneratur, vt atrium
etiam illud, quòd pœnitentiæ, & amoris lacrymis
rogauerat, flexis circumeat poplitibus, osculisq; lã-
bat, hactenus tu adeo seruabas ignotum, vt extra
illam patriam, quis Bruno, quisve ordinis tui fue-
rit auctor, pene mundus ignorauerit. Vnde factum
est, vt nõ pauci historię veritatem ignorantes, illum
ipsum doctorem, qui Parrhisijs post mortem dam
natum se reuelauit, cuiusq; iudicio territus Bruno
cum alijs sex, hoc genus viuendi, quod Carthusia-
num dr̃ instituit, falsò putauerint fuisse Brunonem.
Quem propterea tãtum abfuit existimari sanctum,
vt etiam impiè dicerent, & damnatũ, & à Deo pror
sus fuisse alienum. Interea tu satis tibi putabas, quòd
miracula Brunonem tuum viuere loquerentur, nec
quid mundus ignoraret, aduertebas. Quid, quod prę
clarissima eius opera præcipuè in Paulũ, Psalteriũ,
& plura alia, nunquam dedisses in lucem, nisi studio
sorum tibi sagacitas imposuisset, eaq; è manibus
tuis prudenter satis eripuisset? Adde nunc sanctissi- Hugo Gration.
mos illos duos episcopos Hugones, quorum alte-
rum Grationopolitanum, nisi Innocentius sua spon Hugo. Linconiensis.
te, alterum verò, nisi instante Anglia, Honorius ter-
tius tunc pontifex miraculorum eminentia permo-
ti, sanctos etiam te dissimulantem declarassent, quẽ
quæso hodie illorum ædificarent sanctitatis exem- Guigo car Basili' car
pla? Taceo nunc Guigonem, Basilium, cęterosque
primæ Carthusiæ tuæ priores, qui hactenus te ma-
gna sanctitatis opinione gubernarunt, quorum mul
ti etiam tam claruere miraculis, quàm fulsere do-
ctrinis: quos tamen præter te, licèt innumeros, ne- Bernardus Carthusi.
mo nouit. Prætereo dominum Bernardũ Priorem
Portarum, quem ad vitam redeuntes mortui, tacen
te te, prædicant, alia quoque complura, quæ per
illum dominus fecit prodigia, eius sanctitatem lau-
dant. Huic diuus Bern. Clareuallensis vix habuit,
quem tantopere diligeret, similem. Nam ad huius
præces Canticorum cantica exposuit, & apud Ro-
manum pontificem vehementer egit, quod episto-
læ quoque eius testantur, vt Bernardus ad episco- Stephanus Ancelinus
patum de monasterio extraheretur. Omitto Stepha
num miræ sanctitatis episcopum Diensem. Ancelinũ
quoq; episcopum Beliacesem, cuius sanctitatẽ præ-
ter alia miracula testabantur lumina ad eiusdem fu
nus cœlitus accensa. Defficeret me tempus si recen-
sere uellem reliquorum illustrium uirorum aliquot
legiones, sanctitate conspicuos, eruditione præstan-
tium: quos cum alieni magis laudibus efferunt, tu
quasi in gremio absconsos tuos filios hactenus si-
luisti. uerum noui quid respondeas: Humilitatis tu-
tandæ gratia, tuos nulla uelle gloria ostentari: nulla Matth.5 Lucæ.11
eminentia offerri. At quæ ista est humilitas, quæ reli-
gio, sub modio faces abscondere ardentes, ne lu-
ceãt ijs, qui in domo sunt, subtrahere oculis lumen,
ne, aut

ne, aut loci spectet amænitas, aut sine offendiculo
ambuletur? Non iniuria hac ex parte eruditissimus
quidã (quod tua pace dicã) te coarguat, quod pietas
in te lateat, & adeo lateat, vt uix cõspici possit. San-
ctissimorum uirorũ doctorũ libros, animarum the-
sauros penes te seruas absconditos, nec p̃ducis, ut
Prou.5. ex te multi gaudeãt, multi reficiãtur. Quapp (quod
Sapiens monet) deriuentur fontes tui foris, & in pla
teis aquas tuas diuide. Verum hæc tua pace dixer-
im, idq; quam institueram diffusius. Equidem vnius
Dionysij gesta ennarranda susceperam. E quibus
tñ solo, q̃ certissima ueritatẽ, & gesta, & scripta cõpe
ri, huc cogessi. Nam referuntur alia quędam sancti-
tatis eius argumenta, nõ minus præclaro, quàm stu-
pẽda, de quorum etiam veritate nihil prorsus ambi-
gitur: quia tamẽ narratione sola nobis tradebantur
haud quaquam huc inserenda decreui.
¶Reuelationũ Dionysio diuinitùs factarum eo ma-
ximo tp̃e, quo Turca Cõstantinopolitanũ sibi subiu
gauit imperiũ, vnã alteram ædificationis gratia an
nectere hic placuit, propterea quod ĩ hæc ipsa quo
que nostra tempora respicere viderentur: quarum
veritatem sentimus heu iam magis, quàm credimus
Has inter complures alias, sua manu, ac stilo scri-
ptas relinquit Dionysius: suo tamen supresso nomi
ne, idq; humilitatis gratia, ne suam non Dei gloriã
quæsisse uideretur.

Reuelatio prima. QVidam religiosus in solentitate. Purificatio-
nis beatissimæ virginis in summa Missa, toto
conuentu præsente, & inspiciente, ab exterioribus
sensibus alienatus, atque in spiritu factus, & mente
ad dominum raptus, post aliquantulã increatæ lu-
cis, ac super beatissimę trinitatis, contemplationem
more sibi solito cœpit mos totis præcordijs diuinã
exorare clementiam pro tota militante Ecclesia, &
eius reformatione in omnibus. Cui dñs maiestatis
inuisione intellectuali, & anagogica statim respon
dit: Quid uis? & q̃d oras pro ecclesia? & ille: O beni-
gnissime Deus, vt digneris eam pijssimè intueri, ac
reformare, atque de manibus perfidorum, à quibus
nunc credulissimè deuastatur, eruere, ad pristinum
quoq; gratiæ decus reducere. Ad hæc dominus vni
uersitatis protinus dixit. Ecclesia quasi tota auersa
est a me, & deformata: & a summo vsq; ad infimũ, à
ueritate usq; ad calcaneũ non inuenitur in ea inte-
gritas ulla, pro maxima parte: Attamen multi bo
ni, imo sancti aliqui sunt in ea. Ad quod frater re-
spondit: misericordissime Deus, petimus misericor
diam. Duplex est via veniendi ad te. via misericor-
diæ, & uia iustitiæ. Petimus vt supermisericordis-
simè agas nobiscum. Cui dominus ait; & vis
vt tot, & tanta scelera ecclesię dimittam prosus inul
ta? vis vt non agam iuxta tenorem sapientiæ meæ?
Ad quod frater. O clementissime domine Deus ro
gamus vt superpijssime præuenias nos, & corda no
stra compungas, emolias, & conuertas ad te. Maior
est in infinitum bonitas tua, quàm prauitas nostra.
Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da
Psalm 113. gloriam. Non secundum peccata nostra facias no-
Psalm. 78. bis, Ad quod dñs: Quamuis ego omnia possum, tñ
iuxta censuram sapientiæ meæ omnia ago, & in ope
ribus meis mĩam iustitiam contempero. Hoc ipsum
quoq; protestatus sum, maximam esse misericordiã
quod per flagella, & aspera vito in præsenti, sicq; ho
minum corda admoneo. & cõuerto: indurata sunt
corda vestra, nec per sola pietatis beneficia vultis
cõuerti ad me. Diu sustinui: frequenter admonui, &
imminentia hæc aduersa prænunciaui, & quia non
sequitur emẽdatio, necesse est, vt visitem per aduersa
quatenus vexatio tandem det intellectum auditui
Ad hæc frater respondit in spiritu. O superdulcis- Isai 28.
sime Deus, etsi nos omni miseratione tua sumus in- Ioel.2.
digni: tamẽ parce nomini tuo magno, parce locis
sacratis. Ecce iam multæ ecclesiæ miserabiliter sunt
destructæ, loca sanctissima profanata, vasa sacra, &
Christi sacramenta impijssimè conculcata & Chri-
stiana religio blasphematur. Ad quod Deus. Tu mi-
raris, & defles, quòd materialia templa, & vasa sa-
cra, & sacramenta conculcari, & profanari per-
mitto. & non potius, quod immaterialia templa, vi-
delicet ecclesiasticæ personæ seu animæ mihi in ba-
ptismate consecratę, in quibus per, & veram gr̃am
habitaui, ab inuisibilibus hostibus taliter conculcã-
tur, violantur? Nonne hoc est mihi maximè iniu-
riosum? Imo quid mirum si illud iustè permitto,
q̃ñ uos ipsi sponte subditis uos spiritualiter constu
prandos, ac violandos aduersarijs mei honoris, ac
vestræ salutis? Ad quod frater. O benignissimè Deus
in his persecutionibus perfidorũ multi simplices, &
quodammodo innocentes lamentabiliter opprimũ
tur, & trucidnatur, sed cultus tuus minuitur. Et vbi
pauloante Christina religio viguit, & Christi cele-
brabantur mysteria, iam sacrilega Mahumenti fig-
menta coluntur, & bestia illa spurcissima contra
agnum mundissimum videtur quodammodo præ-
ualere. Ad hęc dominus dixit: O opressionem illam
simplicium ego bene scio eis ordinare in meliùs,
& per temporalia hæc aduersæ eos in perpetuum
saluo. Ego demum tam bonus, & sapiens sum, quòd Isai.9.
pessima mala, quæ tangis à perfidis fieri nequaquã
permitterem, nisi decreuissem maxima bona ex
eis elicere. Et quo maiora sunt hæc aduersa, quo ob
scuriora sunt tempora ista, eo p̃speriora sequentur,
& aurea post hęc tempora erũt. Non ita permitterẽ
Ecclesiam deprimi, nisi hac occasione vellem eam
erigere. Ecclesia ad extremam quãdam deformatio
nem, ruinam, peruersitatem, ingratudinemq; perue
nit, nec facili disciplina potest purgari, qui optimi
essent in ea, prauissimi facti sunt, & sine rubore
præuaricantur. Sed & nomen meum intolerabilius
inhonoratur ab his, qui fideles se nominant, quam
ab his, qui eos impugnant. Ad hæc locutus est fra-
ter: O Deus altissime, non est, qui sapientiæ tuæ va-
leat respondere: Attamen scire desidero, an perfidi
isti sanctam ciuitatem. Romanam obtinebunt, an
principes etiam Crristiani contra eos præliaturi suc Iob.8.
cumbent in prælijs, Ad quod dominus: Hoc tibi
dici vel alijs prænunciari nõ expedit. Sed & si succu
buerint in prælijs, meliùs vincẽt, quàm si corporali
ter præualerent. Ex hac respõsione frater aliquid in
tellexit, quod non putauit huic schedulæ inserendũ
Propter quod ardentissima affectione conuersus
ad dominum, rursus cœpit pro communi bono Deut.25
Ecclesiæ exorare. Et ecce vidit in spiritu, totam Apoc 18.
triumphantem Ecclesiã diuinæ maiestati humillimè
inclinatam, & pro tota militante Ecclesia deuotissi-
mè deprecantem, & quasi conantem tenere manum
omnipotentis extentã ad percutiendum Ecclesiam
in exilio isto degentem: nec aliud potuit obtinere
ecclesia triumphans responsum à domino, nisi hoc
Iuxta mensuram emendationis Ecclesiæ, erit mensu
ra temperationis imminentium persequutionum.
Ex hac responsione frater aliquantulum consolatus
& confortatus, clamauit in spiritu. O benignissime
Deus, omnes emendabimus nos. Summus pontifex
curia eius, cæteri tam superiores, quàm inferiores
se emendabunt. Ad quod dominus. Etiam si iuraue
rint in nomine meo uiuit dominus, hoc ipsum fal-
se

se iurabunt. Quia responsione diffusiùs intellecta, quàm in schedula hac tangetur, frater non mediocriter animo consternatus, sensuque cæpit sibiipsi dimitti, atq; eodem momento clamauit repente ad dominũ: In quo igitur o Deus benignissimè, in quo dat finalis conclusio? Et responsum est ei a domino iuxta mensuram emendationis vestræ, erit mensu-
Deut. 25. ra temperationis castigationis meæ. Quo audito, finita est visio ista, qua Deus dignationis immensę cum homuncione pauperculo, cum fragili, ac luteo
Cõclusio. vasculo, dignatus est ex sua pietate immensa, taliter se habere, & sic loqui. ¶ Cœpitq; frater ad seipsum reuerti, ac sibi restitui, viresq; corporis paulatim resumere, ac sensibus reddi, non sine graui fragilis carnis afflictione. Deinde post hoc etiam in aliorum præsentia à lacrymis se continere non valens sic manſit ex præscripta visione compunctus, & debili tatus, quod in prædio mãducare nequiuit, sed distulit refectionem in cœnam. Durauit autẽ hæc visio p totum fere tempus Missæ conuentualis hoc anno Præterea in tota, hac visione Deus habuit se per modum regis ac iudicis indignantis, irati, & amaricati propter nimia peccata Ecclesiæ: ita quod videbatur non posse flecti à rigore suæ iustitiæ, nisi pe emenda
Colloss. 1. tionem cõdignã populi Christiani. Itaq; religiosus, cui offensa sunt ista, quantum ad suam pertinet paruitatem; totis p̃cordiis vniuersos, & singulos exortatur, & affectuosissimè rogat, vt vnusquisque iuxta suæ exigentiam vocationis efficaciter se emendet quia reuera valde, ac summe necessarium est, vt non solum temporalia hæc aduersa, sed æterna tormen
1. Cor. 13. ta euadere mereamur, atque perpetuam beatitudinem obtinere. Nec quisquis miretur, quòd frater hanc visionem personaliter publicauit: quoniã dona gratiæ gratis datæ ad communem dantur vtilitatem. idcirco sunt publicanda, prout causa requirit & expedit. Hinc enim sancti prophetæ, quamuis humillimi, tamẽ visiones suas diligentissimè descripserunt, totique mundo infinu auerunt, sicut & vas electionis beatissimus Paulus apostolus raptum suum vsque ad tertium cœlum, & reuelationem arcanam
2. Cor. 12. toti significauit ecclesię.

Reuelatio secunda

ANno domini M.CCCC.LXI. Dominica in passione, in ipso Missæ officio, religiosus præfatus astante, & conspiciente cõuentu, ab exterioribus sensibus alienatus. pro communi bono ecclesiæ domino exorauit in spiritu, dicens: Vsquequo ò superi misericordissimè, & superdignissimè Deus non est inuenire diu desideratam, ac frequenter postulatam misericordiam coram te? Quãdiu claudis oculos benignitatis tuæ immensæ à calamitatibus, oppressionibus, ac ruinis tuæ Ecclesiæ, nec preces pauperum seruulorum tuorum exaudis? Ecce aduersa pessima mala excrescunt, augent, & inualescunt quotidiæ Ordo iuris subuertitur, & dies imminere videnẽ de quibus diu insonuit rumor. Ad hæc verba mentalia mox diuinum responsum factum est fratri in spiritu, dicens. Quicquid de re audisti, & cogitasti, ita in veritate habet. Audierat autem frater isto paulo ante tristes rumores de quibusdã tribulationibus magnis in aliquibus terris paulatim nascentibus: cœpitq; cogitare hæc esse præambula tribulationum maiorum in ecclesia paulo post futurarum, de quibus quidam diu prædixisse leguntur. Itaque responso illo audito, locutus est frater. Confido o domine quod prænunciatio illa de imminentibus illis malis ad comminationis pertineant prophetiam, quæ non semper impletur. Respondit dominus; Viam misericordiæ pœnitentibus non præcludo: atque vt ante aliquot annos cõtestatus sum tibi i simili visione, secundum mensuram vestræ emendationis, erit mensura mitigationis meæ castigationis, seu futuræ afflictionis. Reuelationem tunc tibi factam vndiq; propalasti, & vsque ad Romam infinuasti, & quæ interim emendatio est secuta? Nonne in ipse sentis, ac dicere soles, quòd incomparaliter magis expediat genti peccatrici, ac deformatissimæ plebi Ecclesiæ taliter castigari, suppeditari, depauperari, q̃ in hac pessima vita, q̃non est vita, sed mos, secularitèr prosperari, ac damnabilissimè perdurare, atq; impune peccare? Ad hoc frater prædictus respondit: Nil veriùs dici potest Sed vtinam reformatio ecclesiastici status fieret ordinatè, & asque tua offensa. Ad qđ responsum est fratri: Etsi non hi, ad quos ex iure, & officio spectat. Ecclesiæ diligentiam debitam non impendant pro reformatione eadem, & imprimis pro emendatione propria, & condigna, nonne iusto id putas permitti iudicio eius, qui vniuersa moderatur, ac temperat, vt dispositiuè fiat per eos, qui ad hoc auctoritatem non sortiuntur? Respondit frater. Etiam domine Deus omnipotens, in cuius dispositione, & gubernatione sunt cuncta posita: Hoc certissimè constat, quòd summa, perfectissima, & supergloriosissima prouidentia tua, sine iusta, & rationabili causa, nil mali sinat fieri: imò interdum grauissima, & generalia fieri mala permittis, quatenus ex eisdem præclarissima, atque communia bona elicias. Verũ o gratiosissime Deus, de hoc nunc cupio pleniùs edoceri, quid tot, tantisque malis imminentibus restet populo Christiano potissimè clero agendum. Respõdit dominus vniuersitatis: quid q̃ris, quod ex scripturis agnoscis? Nonne scis scriptum
Iob. 34 Semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit? Hac responsione susceptа, frater conuersus introrsum, & quasi in regione lucis immensæ se positum cernens, suauissimè cum in ingenti tranquilitate clamauit secretò, non per strepente, aut foris sonante clamore, ad secretissimum, & verè abscondi tum incomprehensibilem Deum O superamabilissime Deus, tu ipse lux es, & regio lucis, in te ipso lux es, regio quoq; lucis., in qua tui electi dulciter conquiescunt, repausant, soporantur. obdormiũt. Tu uelut superuastissima, planissima, ac impmeabilis, eremus in qua mẽs verè deuota, & a priuato amore, prius purgata, desuper illustrata ac valide inflammata, inenarrabiliter deuiat, atq; indeuiabiliter errat, fęliciter deficit, indeficienterque conualescit. Nempè in te neque principium inuenit, neque finem, sed omnimodam potius incomprehensibilem. Te superplẽdidissimo totius sapientiæ fonte mẽtem illustrante repente, veritas innotescit, neque pijssimæ illustrante, nunc cerno, quid nobis miserrimis restet agendũ hoc vtique, vt vnusquisque fidelium secundum suæ exigentiam vocationis tibi condigne seruire conetur, ac reformare seipsum, & tuum meruendissimũ
Coll. 1. 1. Corin. 9 formidare iudicium. ¶ In his, & consimilibus col-
Cõclusio loquutionibus mentalibus, ac internis fuit prænominatus in prætacta abstractione, & mansit frater ille per totum ferè officium Missæ, in qua multa audiuit, & vidit, quæ nec audet, nec expedit in ista conscribere schedula. Et certè nec ista sine grandi tangit rubore. Nec enim huiusmodi mentis secretum esset pandẽdum: nisi magnitudo exigeret causæ, & bonum efflagitaret commune. Hinc nemo hæc legens, seu audiens interpretetur siniſtre. Siquidem & frater istæ propriæ sibi conscius defectuositatis, occultum quoque Dei expauescens iudicium,

mallet quantum in ipso est, quòd ista, & consimilia per alios ipso multo meliores Deus gloriæ reueleret, ac nunciaret. Porrò dispositioni voluntatiq; eius
Esther. 13. nemo valet resistere, qui sua vtitur creatura liberrime veluti instrumẽto. Nunc igitur frater iste vniuersos, ac singulos hortatur, & precatur fideles, potissimè clerum, & præsidentes, ac prelatos, vt se protinus cum omni diligentia, & conatu emendent, & reformẽt, reconciliẽtq; Deo, ne tantis, ac talibus plagis, flegellis ac cladibus visitentur, quod ab exordio ecclesiæ usque in præsens nunquam huiuscemodi contigerunt: imò potissimè ne æternaliter con-
Matt. 7. demnentur. Breuis namque est vita præsens, & arcta
Psalm. 5. omnino via salutis. Denique modo verissimè dicit illud Psal. nisi conuersi fueritis, glaudiũ suum (summus iudex) vibrabit, arcum suum tetendit, & paravit illum. Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit: Et quod ait in euangelio saluator Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et
Lucæ. 13. denuo, quod sanctificatus in vtero Ieremias prædixit. Ecce turbo dominę indignationis egredietur, & tempestas e rumpens super caput impiorum veniet Non reuertetur furor domini vsque dum faciat: & impleat cogitationes cordis sui, dabitque impios in vexationem, & maledictionem, & stuporem, ac sibilum, & ob probrium sempiternum, eo quòd non audierunt verba eius, nec præcepta eius impleuerũt Postremò in uisione prefata vidit frater præfatus futuram reformationem Ecclesiæ, & omnem spiritalem eius decorem designatum per pulcherrimam
Psalm. 44. ac præciosissimam vestem indicibili venustate artici-
Mich. 2. osissimæ uarietatis colorum, ac picturarum perfusam, iuxta illud. Mirra & gutta, & casia à vestimentis tuis, a domibus eburneis Astitit regina à dextris tui in vestitu deaurato, circundata varietate. Verum de hoc tantundẽ tetigisse sufficiat. Et illud Micheæ prophetæ formidolosè pẽsemus, ac deproximo imminere sciamus, nisi emendatio iam præscripta interueniat: Ecce ego cogito malum super familiam istam, dicit dominus, de quo non auferretis colla vestra, & non ambulabitis superbi, eo qđ tempus pessimum sit.

Reue 3.

Ezechiã.

QVamuis secreta diuina soleant frequentiùs seruis Dei reuelari non in medio hominum, aut in præsentia plurimorum, sed in solitudine, aut seorsum (propter quod ad Ezechielem prophetam dominus dixit: Egredere in campum, & ibi loquar tecum) interdum tamen in præsentia aliorum manifestat altissimus incerta, & occulta sapientiæ suæ, ac
Psalm. 5. futurorum. quatenus seruis Dei, quibus talia ostenduntur, celeriùs, certiùsq; credatur, atq; hi, quos reuelata concernunt, formidolosius audiant ea, & se diligentiùs emendare conentur. Porrò reuelatio talium ad dona pertinet gratiæ graris datæ: ideo ordinantur ad vtilitatem cõem, vt supradictum est. Et si occultentur, vergit in detrimẽdum boni cõis. Hinc manifestatio horum non vanitati, sed virtuti est ascribenda. Sic ergo accipiantur hic recitanda.

¶ In dominica tertia post octauas Paschæ, in prima celebratione cuiusdam deuotissimi fratris, frater præfatus ab exterioribus sensibus alienatus, & factus in spiritu solito sibi more, tanto effectuosiùs cœpit mentaliter deprecari fontem pietatis immẽsè Deum excelsum pro pacificatione, atque concordia principium Christianorũ, quanto tũc tristiores audiuit rumores de imminente graui conflictu principuorum totius Christianę religionis magnatũ: regum, ac ducum. Sicq; frater iste in precibus suis affatus est dominũ: O misericordissime Deus, vsq; quo non succurris ecclesiæ tuæ, quandiu permittes eã sic conculcari? Ecce principes isti magni, qui modo essent primi in defensione fidei, & expugnatione aduersariorũ ecclesiæ tuæ, in dilatatione fideliũ, & cultus tui diuini, in confortatione populi Christiani nunc (vt fertur) disponũt se ad impugnandum se in uicem. Heu quanta strages inde consequeretur. nõne totus populus Christianus esset vnus exercitus ad dimicandum concorditer contra Christianæ religionis, ac fidei inimicos? Et quid tã prauũ, tã periculosum in ipso exercitu, sicut diuisio, discordia, & impugnatio mutua? O quantum gaudent perfidi Turcæ, increduli Saraceni, omnesq; hostes Euangelicæ legis, dũ tale, ac tm̃ esse malũ audiunt in populo Christiano. Nonne in sua roboratur malitia? Celeriter quoq; ac fœliciter præualituros se iactant, insipientiamq; derident Christianorum. Ad hæc, & multa ꝑsimilia, querulosa, ac deprecatoria verba iterna rñsum est desupu frater quasi ex ore Christi, deinde ex ꝑsona vniuersalis Ecclesiæ. Dixit quippè saluator Vides ne ingratitudinẽ populi Christiani, & principum horũ? Pro modica hæreditate terrena exacuũt corda, & arma, cũ tm̃ aliter, ac meliùs ad iustã suę disensionis cõcordiam posseni pertingere. Porrò pro recuperanda hr̃ditate mea electa, & sancta terra, in qua redẽptionis hũanæ cõpleui mysteria, nullo, aut modico feruent zelo. Interim in suis lasciuiunt stratis, & longos capiunt somnos, quasi pacata iam sint oia: nec fratribus fatrum suorum, ab infidelibus crudelissimè oppressorũ, calamitatibus condolent, aut succurunt. Numquid per tales expugnabo incredulos, qui ipsis incredulis sunt peiores? Indecẽtissimè quoq; sunt vestiti. Ideo nisi iã resipiscant, arguunt eos in furore, & rigore iustitiæ, & quibus plura dõnaui. & maiora commisi officia, acerbiora infligam
Iob. 38. supplicia. Ad hæc, & plura huiuscemodi frater rñdit. O clementissimè Christe, verbum æternum, pp nos incarnatũ, & crucifixũ, parce queso, ignosce, & subueni plebi tuæ. præueni, tange, uerte corda nostra quamuis excecata, & indurata, vt quæramus, & sapiamus, quæ tua sunt, sicq; unanimiter resistamus
Iohan. 14. hostibus tui honoris, nostræque fidei, ac salutis. Ad hæc iudex rñdit supernus: Scriptum nosti. Semel loquitur Deus: qm̃ in scripturis suam aperit voluntatẽ: Quid tibi ampliùs habeo respondere? quid restat consulere? Aduerte scripturam, audi matrem tuam sponsam meã sanctam ecclesiam, quæ inhabitãtem se habet spiritum meum. spiritum sanctum, qui omnem docet, & suggerit veritatem.

Cõclusio.

¶ Tunc repẽte quasi ex persona Ecclesię insonuit vos interioribus auribus fratris. Audi fili mi voces, & gemitus matris tuæ, perpẽde singultus, & lamẽtationes doloro sissimę, fidelissimæ, & affectuosissimæ matris: Pungunt, & penetrant me intolerabiles, amarissimique dolores, ipsis quoq; inferni doloribus quodammodo grauiores. Nonne dolor compassionis frequẽter excedit dolorem passionis? quemadmodũ, & in sponso, ac dño meo propter me, & vos cruci affixo. Qualiter putas me excruciari, affligi imo doloribus absorberi, dum recolo qualis fuerim olim, quam glorioſa, potens, & inclyta, omnibus diuinorum charismatum affluentijs decorata, toto
Iob. 19. orbe terrarũ lõgè, ac latè diffusa, sanctis prelatis undiq; fulgens, strenuissimis, ac virtuosis principibus gaudẽs, & p eos de aduersarijs meis præclare triũphãs, innumerabilibus turmis deuotissimorũ religiosorũ vtriusq; sexus coruscans, collegijs quoque innumeris, & personis constitutis in sacris ordini-

bus,in timore Dei,& obseruantia regulari conuer-
santibus. perornata? Ex quibus omnibus plebs cõis
mirabiliter,ac salubriter ædificabatur, & numero,
ac merito creuit intantũ quod & ifideles pasim, &
vndiq; conuertebãtur ad Christũ, & mihi incorpo
rabantur. Insuper in quatuor mendicantium ordini
bus gloriabar,in quibus abundaui personis litera-
tis,ac feruidis,regulariter exemplariterq; viuentibus
per quos saluberrimè fructificaui,ac conuersionem
profectum,ac beatitudinem plurimorum. Sed heu
heu heu, iã omnia sunt euersa, deformata,& lapsa.
obscuratum est aurum, mutatus est color optimus
Et ego ipsa olim tam gratiosa, & pulchra,tã potens
ac splendida, deformis effecta sum,exanguis, & hir-
pida, egena infirma,& conculcata,atq; ad hunc an-
gulum occidentis redacta ,& coarctata. Nec tanta
mea calamitas angustia,& præssura sufficit hostibus
meis, quinimo in hoc etiam angulo me conantur
opprimere, & delere. Iam quatuor patriarchales
amisi Ecclesias,& perfidi quoque illi Ro. Sedis locũ
& vrbẽ psumunt adipisci,ac demoliri. Præterea hoc
nunc super omnia me contristat,& viscera charita
tis , ac pietatis meæ tranfodit, dilacerat , & extor-
quet, quod nõ obstantibus tot,ac tantis aduersitati
bus , cladibus,& dimẽbrationibus mei, video filios
meos contra se inuicem inflamari, dissidere, con-
fligere,ficq; hostium suorum manus iuuare, ac illis
cooperari,in diminutione, conculcationeque mei,
imo in dilaniando,ac persequendo me matrem suã
Tren. 4. mœstissimã.Nunc ergo o filij redite ad cor, audite
me,& acquiescite mihi ignoscite mutuò, & causas
vestras secundum tenorem iustitiæ prosequamini
charitatiuè confugiendo ad superioris vestri iudi-
cium,id est,Romani põtificis, aut synodi generalis
quæ certè à spiritu sancto dirigitur. Nolite me ma-
trem vestram in filijs meis proximis vestris, igne
& gladio deuastare, egenos opprimere,ac inuicem
trucidare.Imo potius per veram contritionem re-
conciliamini Deo & condolete proximis, & confi
delibus vestris, qui ab infidelibus, & tyrannis seuis-
simis quotidiè deuorantur gladio, famæ,captiuita-
te,tributo vastantur. Quorum filij,& filiæ adhuc in
fantes ad infidelium terras mittunt quatenus à san-
ctissima,atq; mundissima Christi lege abstracti, im-
buantur lege, imo turpissima fece, superstitiosis fi-
gmentis, falsissimisque doctrinis spurcissimi,ac im
mundissimi Mahumeti. Hanc fidelissimæ, ac desola-
tissimæ matris vestrę benigne admonitionem gratã
ter,obedienterque suscipite,& inplete. Ad laudem,
gloriam omniPotentis Amen.

Vita hæc eadem ab Erudito viro M. Elegio Euchario Gandensi Panegyrico carmine contexta.

TEmporibus nostris quibus,& monacharus
& omnis.
Religio contempta iacet Dionysius ille.
Prodijt in lucem tuus o charthusia fœtus
Ille quidem fœtus,quo fœtificante sacrarum.
Diues opum facta est ecclesia:cuius abundans,
Doctrina,innumeris mundi per climata libris.
Enituit,de quo Heroum Pæana,sonare.
Dum meditor,tantis ac tot se afluxibus offert
Hubertas, vt de multis vix tangere pauca
Exiguæ vires possint, tamen vt mihi sanctum.
Pneumã aspirabit, de paruo hoc munus agello
Nostra camœna dabit,boni & æqui consule lector.
Pingimus ecce suis hæroa coloribus illum
Cuius natalis celeber,celeberrima vita.
Mors non incelebris,tria ritè probanda fuere.
Hoc ceu funiculo triplici irrupto,sibi in altis
Cœlitum tectis æterna palatia struxit.
Non flammis arsura vllis,non flatibus vllis.
Dissoluenda feros contra perstantia fluctus
Chasmata non terræ metuentia , non mala
quæuis.
Insidiatorum molimina Ditigenarum.
Ric Kelin Hasbana locus est regione,remotus
Bis denis stadiis sancti Trudonis ab urbe,
Quem Dionysiaci clarum ferere parentes
Prole suma Leueis nacti cognomen auitum
Qui virtute ambo insignes,neque dotibus orbi
Fortunę,gnatum à teneris non segniter annis
Eruiendum illud mittunt,vbi dogmata sacra
Imbibat,ac omni visu,studioq; probatis
Moribus assuescat:quem sic diuina secuuta est,
Præuenit, cinxitque manus, dum uixit, ut omni,
Se desiderio perdiscendi optima quæque
Dediderit:sepę,& Lunæ ad lucentis in ipsa,
Nocte iubar surgens, somnum sibi ademerit:ortum
Esse ratus solem,properasset ad ipsa scholarum.
Limina,ni foribus clausis obstacula noscet.
¶Tam valuit memori mente, vt magno, absque
labore.
Tantum lecta semel non sint oblita legenti.
Talibus ornatus,diuino munere neruis.
Ingenij,inque dies factus se doctior ipso.
Admirante graui doctorum classe uirorum
Inter amator es sophiæ mox cœpit haberi
Non minimus,cœpitq; in eo apparere probandæ.
Indolis indicium, pietas accrescere vt ætas
Imo in corde latens scintila,incendium amoris.
Gignere,ab immundis illum reuocare lacunis.
Ad vitæ angelicæ fontem.ad Carthusides undas
Quarum haustu degustato, sordere voluptas
Fluxa, caduca,breuis,mala,momentanea, fallax.
Posset ei obstabat tamen immaturior ætas.
Quam propter minus est voto feruente potitus,
Tum visum est studiis bonis,rebus sacratis.
Dedere se,& quanta posset virtute parare
Ingenuas artes,& agendæ accomoda vitæ.
Dogmata.Discipulum,quę sancta Colonia dicta est,
Nutriuit,totumque suum limauit ad unguem.
Imbuit,& tanta doctrina, vt scripserit ingens
Librorum pondus, vix à lectore legendum
Centoculo:librorum inquam,quos laudibus æquis,
Non offerre queant mortalia gutura: quorum
Qui tegitur verbi sub corticæ,spiritus ardens
Afficit interiorem hominem,vt terrena perosus,
Pectore,solicito,tantum ad cœlestia anhelet.
Rure munda,tuos ornans Carthusia muros.
Vestibus hunc nostrum Dionysion induit albis
Quas Carthusiacus miles velut arma,potentes
Contra Erebi insidias,contra tentamina carnis
Et mundi accingit, domino ad pia uota trahente,
Dat cunctis sacræ exemplum peramabile vitæ,
Abstrahit à vitijs animum,& uirtutibus ornat.
Pauciloquus,prudens,crebra prece sidera pulsans:
Nonnunquã esse hominẽ se oblitus. in extasim altũ
Raptus,in extincto rationis lumine semper
Cœlica contemplans,nil non sublimiter audet
Perfecto dignum monacho:dum pluribus horis
Sæpe Deum alloquitur,Deus illi arcana reuelat.
Fert ægre Stygius Pluto stratagemata clara
Inuicti

Inuicti athletæ Christi,nec proficit hilum.
Eius,nec meruit vires Dionisius ullas.
Adde,quod infractio,& robusto corpore, nullum
Horruit,ob Christi Decus immortale, laborem
Ferre,fuit non impatiens algoris, & æstus,
Tempore succisiuo usus captare quietem.
Rennuit:atque adeo, vt sic respondisse roganti,
Cur foret in somnis toties,prompto ore, feratur.
Ferrea inest capiti,stomacho uis ænea nostro.
¶Quid de præcipuis naturæ dotibus illi
Ceu sertum varijs in textum floribus addam?
Quàm fuerit vilis sibi,quàm sibi durus,& asper,
Quàm per crebra suam cohibensieiunia carnem,
Quo studio,quibus eximias conatibus artes.
Quæfierit,quando lacrymarum lauerit imbre,
Vel leue delictum, quàm semper adhæserit uni
Rebus in omnigenis domino , pia sabbata du-
cens.
Quàm tenui uictu fuerit contentus, ab omni
Quàm se intemperie intactum seruauerit, & ipse,
Per sua commonstrat diuina volumina, & impar
Viribus est nostris,ipsum depingere totum.
Tale sui specimen præbens Dionysius aptum,
Consilio patrum œconomus fit, cura peculi
Attamen vsque minor fuit ei,maiorque animarum
Nam per eum cupiens Iudæus fonte renasci
Purificq,sacras Christi confugit ad alas.
Nomen habens, & cognomen Dionysij ab illo
Verum ubi compertum est meditanti cęlica obesse
Fluxarum rerum studia, arctis liber habenis
Suaue iugum Christi cupiditas admittit in ulnas,
Redditus,& cellæ, tractare negotia mauult
Soliuago tractanda viro. conscribere libros
Scilicet interno dominum lenire precatu,
Carne mori mundo satagens,& viuere Christo
Mente,piè sic affectus dum delitet, ecce
Ecclesiæ proceres plures sacri,atque prophani,
Nec non nobilitas ad eum, & plebs indiga sani
Consilij accurrens, fortiq; utuntur Atlante
Vt subcellet eos,ut agendis impiger adsit.
Rebus,ut in tutos deducat carbasa portus.
Id quod Cardineo Cusanus clarus honore.
Sedis Apostolicæ docuit legatus, amicos
Inter præcipuos numerans Dionysium,& eius
Erga animas zelum expertus.
Gebula maligni
Dæmonis ilaqueata dolo(mirabile dicam)
Fędus init cum rege Erebi,& se denouet Orco
Mancipium:quæ cum permulto tempore, uotis
Freta suis, vasti nusquam per climata mundi
Non carpsisset iter, nusquam non bellica victrix,
Gesta attentasset,vicisset cominus hostem,
Eminus inq; fugam vertisset,agente satana,
Tandem ad cor redijt suasu Dionysij, & imo
Diluit omne nephas lacrimis è corde profusis.
Rẽ tulit ægro animo eacodæmon, nec male cessat
Intentare bonis.Gebula orbatus, opinam
Prędam aliam sectatur hians.
Godefridi Vlodórpi
Præfecti Hornensis coniunx Catharina supremum
Vitæ tempus agens,moritura horrescere cępit
Et trepidare metu,& nullam sperare salutem
Accersitus adest vir sanctus, & omnia lustrans,
Nec non spiritum immundorum, examina cernés,
Instar aptum volitantium huc, illucque, admonet
omnes
Vt genibus flexis, vna cœleste precentur
Auxilium, capit ipse etiam imperterritus arma
Contra Acheronthæam gentẽ, victaq; triumphat,
Grande cucullato monacho probrum ingerit illa
Eijciens baculum è manibus, cui innixus adhæsit:
Dansq; alapam oranti, cicatrice inde relicta.
Qua neq; dum vixit caruit,se in tartara misit.
Fœmina desperans,dudum, tristisque Barathri
Absorbenda lacu, sancti prece patris adepta est
Spem veniæ à domino, & contritio corde salutem
Obtinuit moriens. Godefridus ad optima sese
Postea diuertens,monitoris iussa capessit
¶Hic ego prætereo quoties Dionysius hostem
Tarrareum sibi mille cruces, conuicia mille
Mille die,& noctu patientem tædia, verbis
Interpidis licet inuitum Cocitica stagna
Compulerit,tentare fugam, cupidumq; quietis
Non lassare virum.Non est opus edere uersu
Quæ monachus præclara domi patrauerit orans
Sedulo,qua uirtute animæ æquiparauit, & ipsos
Testamenti vtriusque patres.
¶Quos audijt esse Isai. 24.
Osores Mariæ, & præconia dicere Marthę,
Arguit arbitrij insani,desertaque uita,
Ipso teste, nihil non de feruore superno
Suppetitat.Natura minus,quàm gratia confert.
¶Dux quidam(cuius minus est meminisse decorũ)
Succensetgnato,clarum cui nomen Adolpho.
Vir sanctus neutrius agens sine iudice causam
Veridico angelicis monitis instinctus, vtriq;
Bello interdicit,litesq; extinguit obortas.
¶In quendam merito inflammatus episcopon ira,
Dedocet ecclesiæ proceres spectacula mundi
Curare,esse nihil luci, & commune tenebris
Affirmans,quæ spiritui non paruit,in se
Errorem minus agnoscens, male finij annos.
Extremos, visusq; patri est Dionysio ab atris
Dæmonibus cœlo excludi, moriturus in æuum.
¶Defunctorum animæ, suffragia nostra morantur,
Et precibus nostris adiutę (quamlibet hostis
Grunniat)accelerant regnum ad cœleste volatum
Commutant q; nouis loca purgatoria tectis
Quod tibi sancta patris monstrant miracula aperta
¶Hic etiam extremis digitis attingo, quod istam
Dum terrenam habitat sedem,misteria secum
Diuina assiduo cordis feruore volutat,
Ectaseos crebre rapitur vi, fortis amoris
Multiiuga ardescens facule,dante organo amœnũ
Mellifluumq; sonum, totus liquefactus Olympũ
Transilit affectu mentis.¶Dux ille Philippus
Laus Burgundaicæ ditionis fauit amico
Quem canimus, nocte in media existente sereno,
Aere,dum Ruremundam Dionysius esse
Regressus,velut angelicos ire, atq; redire
Custodes, monachi cernunt sua claustra tuentes.
¶Sed nunc, quid dicam, de Constantinopolitis?
Christicolis de tot regnorum calde cruenta.
De Christi grege per Turcas turculenter adempto,
De conspurcatis templis, de uirgine passa
Raptorem,de conculcata religione?
Flere libet potius , fleuit Dionysius æui
Infortunati nimium infortunia tanta
Cognouitq; Dei tam iustam vindicis iram
Ob sceleros am hominum vitam , plebisq;,patrũq;
Et cleri sæuire magis,reuerentia cleri
Quæ maior, magis hoc æquum est meliora sequat
Peccanti populo veniam à Dionysius orat
Pontifices monet,vt citius resipiscere curent,
Principibusq; eadem inculcat præcepta reuelat
Illi plura Deus, mundi quàm fœda futura
Sit facies,quas in sordes lapsura sit omnis
Catholicæ fidei pietas, quos terruit isto

Ver-

Verborum tonitru, sese mendasse feruntur
Perpauci: ac ideo, quos clausit culpa, reclusit
Pœna oculos: nodoq; malo cuneus malus æque
Est inuentus, ut attriti, vel cladibus omnes
Dediscant luxum, & fastum, quæstusq; prophanos.
¶Prætereo, ꝙ vir prouectæ ætatis, habebat
Affectum morbis corpus, varioq; dolore,
Quos æquo est animo passus, ceu pignus amoris
Diuini, Nã quos adamat, castigat Olympi
Rector, in hac valle ærumnis lacrymisq;, referta
¶Dum mille, & quadrigenti, deciesq; sequuti
Sex anni, atq; nouem fuerant primordia Christi,
Scribendi finem fecit vir sanctus: ab illo
Tempore, donatus veluti rude, mitis ad horam
Mortis anhelabat semper, requiemq; laborum,
Vnde sciens se migraturum, terna frequenter
Cantica suspenso, in cœlum cantabat hiatu.
Cordis, spiritibus defunctorum omnibus optans
Aeternam requiem, Mariæq; vngentes Iesum
Toto animi affectu teneros recolebat amores.
Confisusque Deo (de cuius munere sancti
Assumptis veluti pennis aquilæ, alta volatu
Sidera conscendunt) spem vitæ concipit amplam
Festus Aquinati Thomæ, lucescere cœpit
Mane dies capit altaris munimen, iturus
Ad patriam pater, & Christi se corporis esu
Sanguinis, & potu vegetans, cellæq; reductus,
Astantes fratres tali sermone moratur.
Tempus adest socii ò chari, ut migrare necesse
Sit mihi, quo dudum mea mens desiderat isse.
Reddere depositum cogor, mihi viuere Christus,
Estque mori lucrum, vobis committo salucm
Vestram hodie, sperate Deum fandi atque nefandi
Sic memorẽ, vt cunctis æqua omnia lance repẽdat
Cuius in amplexus animas comendo, meamque
Et vestras, mecum per secula cuncta valere
¶Grægorij lux illa fuit, Dionisius astra
Qua petijt rutilans operum splendore bonorum,
Quæ Deus in nobis veluti sua dona coronat.
Liberum enim arbitrium diuina ita gratia semper
Addiuuat, vt sine ea sit inanis cuncta potestas.
¶Summe hilari vultu heroum Pæana pusillæ
Ingenij vires, quod peperere mei.
Confiteor, dicendus erat maiore camœna
Estaticus doctor, sed mihi venia minor
Redde vicem nobis, redama te semper amantes
Pro nostra ad dominum funde salute præces.

Et hæc quidem de Dionysii vita. Cæterum de ipsius scriptis, vt cognoscas librorum eius elenchum, operæ pracium est illum quem sua manu scriptum ipse reliquit, afferre, vt sequitur.

A Religiosis aliisq; venerandis amicis frequẽter, atq; per plures annos, ego frater Dionysius Carthusiensis rogatus sum scribere noïa, seu titulos opusculorũ meorũ. Distuli aũt hucusq;, reputans apud me ne forte hoc ipsum vanitati, non virtuti asscribatur, præsertim cum quidã magnorũ legantur occultasse opuscula pro posse, quoadusque vixerunt in carne. Sed reclamauit syntesis virtus, submurmurans, & affirmans, & si bonũ est talia ex hũilitate celare, meliùs tñ & fructuosiùs est ex charitate huiusmodi propalare, & cõicare: cũ & sacratissimus dicat princeps apostolorum, Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administranter. In Ecclesiastico quoque legitur. Thesaurus in usus, & sapientia absc̃dita, quæ vtilitas in vtrisque. Ad hoc accedit, & confert, quod Gabriel dixit archangelus. Qui multos eruditi ad iustitiã fulgebunt, vt stellæ in perpetuas æternitates. Interera forsan, quis dicet: iã tot & tanta a sanctis catholicis viris, illuminatis doctoribus cõscripta sunt, ut opus, non sit plura conscribere. Verum ad hoc Iohannes Cancellarius Parrhisiensis respondet. In mensa sapientiæ, in resurrectorio militantis Ecclesiæ, in cõuiuio Christi, condecet assidue noua fercula exhiberi, diuersaque alimenta proponi, vt cuius internum palatum vnum pabulum, aut non, aut minus delectat, aliud prouocet, Nam iuxta varietatem gustus corporei, inuenitur differentia gustus interni, & quosdam vetera, quosdam noua magis oblectã. Hinc inductus, statui prętactæ obtemperare petitioni, potissimè tñ ad hoc, qm̃ scio, ꝙ multa mihi ascribuntur opuscula, quæ non feci, quæ vtriq; tãtæ eminentiæ esse queunt, vt tantæ imperitiæ, defectuositatisq; homini ipsa indecens sit asscribi. Nihi lominus quædam illorum talia fortè sunt, vt nõ mihi duntaxat, sed & ordinis sancto scandalum consisteret, talia ædita esse a fratre religionis tam sanctæ, Verum quãdo ista scribo, ad discernendũ opuscula mea ab alijs, non reor sufficere titulos, seu nomina opusculorum exprimere nisi, & eorũdẽ exordia finesque tangantur. Siquidem & à diuersis frequenter conscripti sunt libri nominũ eorundẽ, & de eisdem materijs. Istud tñ pro nunc nequeo adimplere: qm̃ opuscula ipsa mea pro maxima parte iã alijs sunt concessa, nec exordiorum, ac terminorũ ipsorũ recordor, nisi ꝙ omnia, vel pene omnia siniuntur his verbis. Qui est super omnia Deus sublimis, & benedictus, amẽ. Per articulos quoq; procedo. Ex stilo, itẽ tenore, & forma poterũt ꝓbabiliter saltẽ decerni. Insup ad vitãdã ꝓlixitatẽ, aciactãtiæ speciẽ, posse multa summatim ꝓstringere, ita scribẽdo. Sup totã Bibliã scripsi: sed qm̃ multi hoc ipsum egerũt, & plures sup quosdã Bibliæ libros scripserũt, ex illa breui sũmaria ꝓstrictiõe expositiũculæ meæ, seu cõmẽtariola ab aliorũ expositiõibꝰ, & cõmẽtarijs discerni nõ possent, cogor sigillatim exprimere. Quãtũ itaq; occurrit memorię. Primò scripsi sup li. Psalmorũ. ¶Quinquagenæ primæ Prooe. Dixit Dauid filius Isai, dixit vir, cui cõstitutũ ẽ de Cro Dei Iacob egregius psaltes Israel, Spũs dñi locutꝰ ẽ per me, & sermo eius per linguã meã. Quinquagenæ secũdæ Proę. Testimoniũ perhibẽs Deus Dauid, dixit; Inueni Dauid virũ ẽm cor meũ, qui faciet omnes voluntates meas. ¶ Quinquagenæ tertiæ. Prooe. Dedit Dauid confessionẽ sc̃tõ, & excelso, & omni corde suo laudauit Deũ, qui fecit illum ¶Et librũ illũ Psalmorũ, quantũ desup datũ est literaliter, allegoricè, tropologice, & anagogice exposui, quatũ textus ipse ꝓmisit. Sup septẽ Psalmos pœnitẽtiales Prooe. Scrutemur vias nostras, & q̃ramus & reuertamur ad dñm. Leuemus corda nr̃a cũ manibus ad dñm in cœlos. Nos iniq̃ egimus, & ad irã ꝓuocamus Deũ. Sup Isaiã. Proę. Isaias ꝓpheta magnus, & fidelis in cõspectu Dei, spũ magno vidit ultima, & consolatus est lugẽtes vsque in sempiternũ ¶Hũc librũ sicut, & cæteras veteris Test. scripturas literaliter, spiritualiterq; exposui. Sup Genesim, ꝓmiũ. Dilectus Deo, & hominibus Moyses, dedit illi dominus legẽ vitę, & disciplinę, docere Iacob testamentum

mentum, & iudicia sua Israel. ¶Super Exodũ, prooe
Prouer 6 mium. Iusti sunt omnes sermones mei, & non est
in eis prauum, quid neque peruersum.
Prouer. 3 ¶Super Leuiticum, Prooe. Honora dominũ de tua
substantia, & de primitijs frugum tuarum, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua
redundabunt. ¶Super librum. Numerorum. Prooe.
Isaiæ. 4 Qui educit in numero militiam eorum, & omnes
ex nomine vocat. ¶Super Deuteronomium Prooe.
Prouer 7 Serua mandata, & legem quasi pupillam oculi tui,
liga eam in digitis tuis, & in tabulis cordis tui liga
Eccli. 47 eam. ¶Super librum Iosue Prooe. Fortis in bello Iesus Naue, successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus secũdum nomen, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, vt conseq̃retur hæreditatem Israel. ¶ Super librum Iudicum
Eccli. 46 Prooe. Iudices singuli suo nomine, quorum non est
corruptum cor, qui nõ auersi sunt à domino, vt sit
memoria illorum in benedictione. ¶ Super librum
Ruth, Articulus. 1. Teste sancto Hieronymo &c.
Gene. 17. ¶Super quatuor libros Regum, Proœmium. Reges
ex te egredientur. ¶Super libros Paralipo. Prooe.
Deus fecit ex uno homine. ¶ Super Esdram, Proœm.
Lex veritas fuit in ore eius. Super Nehemiã. Prooe.
Nehemias in memoria multi temporis, qui erexit
nobis muros euersos, & stare fecit portas, & seras,
Eccli. 49 & erexit domus nostras. ¶Super Tobiã, Prooe. Qui
pronus est ad misericordiam, benedicetur, de panibus enim suis dedit pauperi. ¶Super Iudith, Prooe
Prouer. 2. miũ: Hæc vocabitur virago. ¶Super Esther, Prooe-
Gen. 2. mium: Sicut sol oriens in mundo in altissimis Dei,
Eccli. 26 sic & mulieris bonæ species in ornamentũ domus
suæ. Super Iob, Pro. Disciplinam domini filij mi ne
abijcias, & ne deficias cum ab eo corriperis: quem
Prouer. 3. enim diligit dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. ¶Super Psalterium, ut supra. Super librum Prouerbiorum. Prooe. Dixit dominus
Salomoni: quoniam postulasti sapientiam, ecce dedi tibi cor sapiens, atque intelligens in tantum, vt
nullus ante te similis tibi fuerit, nèc post te resurre
3. Reg. 3. cturus sit. ¶Super Ecclesiasten. Prooe. Quemadmodum Salomon tria sortitus sit nomina, & iuxta illorum trium nominũ interpretationem tria ædiderit
Prouer. 1. volumina, ad tres hominum status spectãtia, introductum est supra.
Isai. 62. ¶Super Cantica canticorum, Prooe. Gaudebit spõsus super sponsam. ¶ Super Ecclesiasticum, Prooe.
Mirabantur omnes in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius. ¶Super Isaiam, vt supra. ¶ Super
Luce. 4. Ieremiam. Pro. Hic est fratrum amator, & populi
Israel, hic est, qui multum orat pro populo, & vni-
2. Mac. 15. uersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei, vir
ætate, & gloria mirabilis, & habitudine magni decoris. ¶Super Threnos, Prooemium: Videns Iesus
Luce 9. ciuitatem fleuit super eam.
Ierem. 36. ¶Super Baruch, Pooe. Dixit Baruch ad princeps Iudeæ. Ex ore suo loquebatur Ieremias quasi legens
omnes sermones istos, & ego scribebam in uolumi
ne atramento. ¶Super Ezechielem, Prooe. Sapien
tia per nationes in animas sanctas se transfert, ami
cos Dei, & Prophetas constituit. ¶Super Danielem
Sapien. 6. Amos. 3. Prooe. Non faciet dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. ¶Super duodecim prophetas minores, Prooe. Sapiẽtiã
Eccl. 39. omnium antiquorum exquiret sapiẽs, & in prophe
tis vacabit.
Gen 49. ¶Super libros Machabæorum, Prooe. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum. Catulus leonis Iuda.

In omnes libros noui Testamenti.

¶Super Matthæum, Prooe Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena, & quasi sol refulgens sic iste effulsit in domo Dei. ¶Super Marcũ Sapien. 6.
Prooe. Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum.
Eccli. 24. ¶Super Lucam, Prooe. Doctrinam quasi ante lucanum illumino omnibus, & enarrabo illam vsque in longinquum, & illuminabo omnes sperantes in domino, & relinquam illam, quærentibus sapientiam. ¶Super Iohannem, Prooe. Ego sicut aquæ ductus exiui a paradiso, & fluuius meus propinquabit ad mare: quoniam doctrina quasi ante lucanũ illumino omnibus. ¶Super omnes diui Pauli apostoli epistolas, Prooe. Audite me: quoniam de rebus
Prouer. 2. magnis locuturus sum, & aperientur labia mea, ut
recta prædicent. Iusti sunt omnes sermones mei.
¶Monopanton, id est, unum ex omnibus epistolis
beati Pauli ad materias contractum, Prooe. Reuerẽ
disimo in Christo patri.
Prouer. 3. Super Actus apostolorum, Proę. Beatus homo qui
inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.
Cantico. 5 ¶Super septem epistolas canonicas, Pro. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.
Isai. 24. ¶Super Apocalip: Prooe. Ecce puer meus electus,
quem elegi, dilectus meus, in quo beneplacui animæ meæ, ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nunciabit. ¶Epitome siue nobiliores sententiæ totius Bibliæ, Prooe. Tota sacræ Bibliæ
scriptura distinguitur in duo Testamenta, Vetus vi
delicet, & Nouum.

Hæc super Bibliam.

Tituli operum doctrinalium, & de diuinis.

In libros B. Dionysii Aropagitæ.

Hebreo. iii ¶Super angelicam, seu cœlestem hierarchiã. Prooe. Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuẽ
tis Ierusalem cęlestem, & multorum millium ange
lorum frequentiam. Super ecclesiasticam hierarchiam, Prooe. Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis, sanctorũ minister, & tabernaculi veri, quod fixit Deꝰ,
& non homo. ¶Super libros de diuinis nominibus
Proue. 30 prooe. Quis ascendit in cœlum, atque descendit, qs
colligauit aquas quasi in vestimẽto, quis suscitauit
oẽs terminos terrę, quod nomen est eius, & quod
nomen filij eius si nosti. ¶ Super mysticã theologiã,
prooe. Dominus dixit, vt habitaret in caligine.
Eccli. 24. ¶Super vndecim epistolas Dionysij, proœmium.
Videte: quoniam non solum mihi laboraui, sed om
nibus exquirentibus veritatem.

In quatuor libros Sententiarum.

¶Super quatuor libros sentẽtiarum scripta doctorum scolasticorum famatissimorum reduxi in vnũ
videlicet Alexandri de Hales, sancti Thomæ, Alber
ti magni, Bonauenturæ, Aegidij de Roma, Petri de
Tarãtasia, Richardi de media villa, Gulielmi parrhi
sienſis, domini Gulielmi Antisiodorensis, Henrici
de Gandauo, Vltrici, Scoti, & Hanniballis.
Eccli. 43. ¶Collectaneorũ in primũ librum sentẽtiarũ, prooe,
sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens
Iob. 12. ¶Collectaneorum in secundum librum sententiarum, Prooe. Quis ignorat, quod manus domini fecit hæc omnia? in cuius manu est anima omni uiuẽ
tis, & spiritus vniuersæ carnis. ¶ Collectaneorum
in tertium lib. sententiarum, Prooe. Dixit Gabriel
ad Danielem: septem hebdomades abbreuiatæ
sunt super populum tuum, vt deleatur iniquitas, &
adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio,

& pro-

& propheta,& vngatur sanctus sanctorum,& occi
detur Christus. ¶Collectaneorum in quartum li-
brum Sententiarum, Proœ.Sanabo cõtritiones eo
rum diligam eos spontaneæ; quia auersus est fu-
ror meus ab eis .

Summę fidei orthodoxæ libri. IIII.

¶Libri primi, Proœ.Neminem diligit Deus, nisi q
Sapien.7. cum sapientia inhabitat.¶Libri secundi Proœ.Au-
Eccli.3. ris bona audiet omni concupiscentia sapientiam.
¶Libri tertij.Proę. Omnis gloria eius filiæ regis ab
intus i fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus.
Psalm.44. ¶Libri quarti Proœ.Beatus homo, qui inuenit sa-
Prouer.3. pientiam,& qui affluit prudentia. ¶Sacræ Theolo-
giæ Epitome,Proœ. Sicut vera dilectione diligitur
Deus super omnia.¶ Super Boethium de consola-
Matth.22 tione philosophiæ literaliter,& mysticè,Proœ.Ho
mo sanctus in sapientia manet sicut sol, stultus mu-
Eccli.27. tatur,ut luna.
Ephesi.5. Enarratio hymnorum præsertim veterum . Proœ.
Implemini spiritu sancto , loquentes vobismetip-
sis in psalmis , & hymnis , & canticis spiritua-
libus , cantantes , & psallentes in cordibus ve-
stris,domino gratias agentes pro omnibus:

Archetypus salutis, duobus libris admirãda ma
iorum facta,posteris imitanda describens.

Genes.28. ¶Libri primi Proœ. Vidit Iacob in somnis scalam
stantem super terram,& cacumen illius tangens cę
lum,angelos quoq; Dei ascendentes, & descenden
tes per eam,& dominum innixum scalæ,dicentem
sibi:Ego sum Deus.¶Libri secundi Proœ. Declara-
tio sermonum tuorum illuminat , & intellectũ dat
Psalm.118. paruulis.¶De exemplis,& documentis authenticis
Sapien.3. Proœ. Sapiẽtiam sanctorum narrant populi,& lau
dem eorum nunciat ecclesia. ¶De ente,& essentia
Proœ.Quemadmodum Aristoteles profitetur,Rerũ
Aristoteles 1.Peri. aliquæ sunt uniuersales,aliquæ particulares .
¶De scientia vniuersaliũ.Proœ. Desiderabilius est
Aristoteles in 2.cœli. de sublimibus,imo de vno alto ente paucum scire,
quàm de decliuibus multam habere agnitionem.
¶Compendium philosophicum, seu elementatio
Prouer.3. philosophica. Proœ. Pręciosior est sapientia cũctis
opibus,& omnia, quę desiderantur,huic non valẽt
comparari.¶Compendium Theologicũ,seu elemẽ
tatio Theologica,Proœ.Comparate vobis sapien-
Eccli.50. tiã sine argento,& collũ vestrũ subijcite iugo eius.

De diuina essentia Nondum inuentum.

¶De lumine christianæ Thæoriæ,libri ij proœ. Om
nis processio secundorum à primo, & cõuersio eo
rundem per similitudinem efficitur vtrorumq;.
¶Dialogion de fide catholica contra gentiles,con
tinens octo libros partiales,proœ. Magna & mira-
Apoc. 15. bilia sunt opera tua domine Deus, omnipotens,iu
stæ. & veræ sunt omnes viæ tuæ rex sanctorũ. Quis
non timebit te,& magnificabit nomen tuum? quo
niam tu solus pius es. Tu enim domine creasti om-
nia,& pp volũtatem tuã creata sunt.Tu solus om-
Esther.13 nium dominaris,& in ditione tua cuncta sunt posi
ta:qm̃ tu solus æternus es. ¶Contra perfidiam Ma-
humeti, & contra multa dicta Sarracenorum libri
quatuor,proœ.Regi magno,ac prępotenti Impera
tori Sarracenorũ,omnibus legis Mahumeti docto-
ribus, atq; cultoribus,quidam religiosus &c,¶Dia
logus disputationis inter Christianum, & Sarrace-
num de lege Christi , & contra perfidiã impijssimi
Mahumeti.proœ.Sic Deus dilexit mundum,ut filiũ
suum vnigenitum daret,vt omnis , qui credit in eũ
Iohan.3. nõ pereat,sed habeat vitã æternã.¶Epistola ad prin
ceps catholicos paranetica, de instituẽdo bello ad
uersꝰ.Turcã.ꝓœ.Viuersis pricipibꝰ. Chrianis &c.

¶Contra artes magicas,& errores Valdẽdũ,proœ.
Caue ne imitari velis abominationes illarum gen-
tium,nec inueniatur in te, qui lustret filium suum, Deut.18.
aut filiam ducens per ignem , aut qui hariolos sci-
scitetũ,& obseruet somnia,atq; auguria, nec sit ma-
leficus,nec incantator, neque pythones consulat,
nec diuinos, & quærat a mortuis veritatem ,Om-
nia enim hæc abominatur dominus.¶Contra sup-
stitiones,proę. Dominum Deum tuum timebis , & Deute 6.
illi soli seruies. De natura æterni, & veri Dei,proę. 1.Iohan.5
Scimus qm̃ filius Dei venit,& dedit nobis sensum,
vt cognoscamus verum Deum. Ipse enim vnigeni-
tus Dei patris in hoc natus est , & ad hoc venit in
mundum,ut testimonium perhibeat veritati.

De diuina essentia. Nondum est inuentum.

¶De uenustate mundi,& pulchritudine Dei,proę. Eccli.8.
Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens
rex metuendus nimis,sedens super thronum,domi
nans Deus Creaturarum in ordinem , ad Deum cõ
sideratio Theologica proœ.Delectasti me domine
in factura tua, & in operibus manuũ tuarũ exulta- Psalm.91.
bo.¶De distantia perfectionis diuinæ, & humanæ,
proœ.Estote perfecti sicut , & pater vester cęlestis Matthæ.5
perfectus est . De munificentia , & beneficijs Dei,
proę.Anima mea desiderauit te in nocte , o unige- Isai.26.
nite patris ęterni, sed & spiritus meus in in præcor
dijs meis sitiuit in te. ¶De laudibus superlaudabi-
lis Dei.proę.O Deus præstantissimè,tu bonus natu
raliter dominator altissime.
¶Laudes Dei deuotissime,proę.Tu domine Deꝰ no
ster naturaliter bonus es .

¶De donis spiritus sancti libri quatuor proœ. Sapien.9
Quis hominum poterit scire consilium Dei, aut qs
poterit cogitare, quid velit Deus, nisi tu dederis sa
pientiam,& miseris spiritum tuum de cœlis.¶Ho-
ræ de sanctissima Trinitate,proœ. Adsit nobis sup
immensa tua clementia Deus omnipotens Trinitas
adoranda.¶Horæ deuotissimæ de passione dñi no-
stri Iesu Christi,proœ . Deus in adiutorium meum Psalm.69.
intende.¶Meditationes siue de modo recordatio-
nis dominicæ passionis.Hunc librum aliqui eundẽ
asseruunt olim euulgatum sub titulo.De vita, & be
neficijs saluatoris,cuius orationes habent plerunq;
exordia.Benedico,& gratias ago tibi domine, ꝓę.
Si desideras pfectè mũdari à vijs, si nobiliter ditari
in uirtutibus, si altissimè illuminari in scripturis,si
gloriosè triumphare de inimicis,si copiosè conso
lari in aduersus,si deuotè conuersari in terris,si fre
quẽter cõpungi in cubilibus,si dulciter flere in ora
tionibus, si frequenter accendi in meditationibus,
si preseruare in bonis actibus , si repleri spirituali-
bus gaudijs,si rapi in excessu mẽtis, si diuersis frui
secretis , si fæliciter mori in extremis , si perẽniter
regnare in cœlis,exerce te in vita,& in passiõe Iesu
Christi filij dei. ¶Expositio dominicæ passionis ſm
quatuor Euãgelistas,proœ.Recõciliati sumus Deo
per mortẽ filij eius.¶Expositio missæ,proœ Memo Roman.5 Psal 110.
riã fecit mirabiliũ suorum misericors,& miserator
dñs,escã dedit mẽtibus se. ¶ Dialogus de celebra- 1.Corin.
tione, & sacro altaris.Proę. Quicunq; mãducaue-
rit panem hunc,& biberit calicẽ dñi indignè, reus
erit corporis,& sanguinis dñi.¶Tractatus de sacra
cõione frequentãda.proœ. Qui præest, in solicitu-
ne pſit,¶Sermones sex de vniuersabili sacro.proę. Roma.12
Caro mea verè ẽ cibꝰ. De laudibꝰ beatissimæ virgi Iohan.6
nis Mariæ libri quatuor , pro. Quæ ẽ ista,q̃ ꝓgredit
quasi aurora ꝯsurgens , pulchra vt luna, electa vt
sol &c.De pconio,& dignitate eiusdẽ,libri iiij.ꝓę. Cantic.6
Inimicitias ponã iter te, & mulierẽ ipa ꝯteret caput Gene.3
tuum

tuũ & tu insidiaberis calcaneo eius . ¶De mutua co
Ephes.4 gnitione beatorũ in patria,Proœ. Pater gloriæ det
vobis spiritũ sapientiæ in agnitione eius. ¶De san-
Psalm.68. ctorũ reliquiarumq; veneratione , & modo agendi
processiones,Proœ.Zelus domus tuæ comedit me.
¶Titul operum quibus formant status hominũ.
¶De causa diuersitatis euentuum humanorum.
¶De deformatione,& reformatione ecclesiæ.Nõ
Matt.11. dũ inuentũ.¶De auctoritate,& officio summi pon-
Lucę.10. tificis,Proœ.Confitebor tibi pater dñe cœli,& ter-
ræ,qa abscondisti hæc à sapiẽtibus,& prudentibus,
& reuelasti ea paruulis.¶De potestate, & iuridictio
ne summi pontificis.Proœ.Pro iustitia agonizare ꝓ
Eccl.4. anima tua,& vsq; ad mortem certa pro iustitia , &
Deus expugnabit pro te.¶De auctoritate generaliũ
conciliorum,Proœ.Verba sapientum quasi stimuli,
& quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum
concilium data sunt à pastore vno,his amplius fili-
Acto. 20. mi ne requiras.¶De uita & regimine præsulũ,Proę.
Attendite uobis & vniuerso gregi , in quo uos spi-
ritus sanctus posuit episcopps regere Ecclesiam
Dei, quam acquisiuit sanguine suo . ¶De officio vi
Sapien.6. ta , & regimine Archidiaconorum , Proę . Iudici-
ium durissimum in his, qui præsunt , fiet . ¶ De re-
gimine prælatorum . Nondum inuentum.¶ De of-
ficio legati. Nondum inuentum . ¶ De uita & statu
canonicorum , sacerdotum , & ministrorum ec-
clesiæ , Proœ. Maledictus homo qui facit opus dei
negligenter ¶ Dialogus siue colloquium inter pa-
tronum & canonicum , Proœ. Quoniam me pecca-
torem grauem intueor , quid mirum si per meip-
sum Deum iudicem iustum accedere vereor?¶De
Leui. 21. vita,& regimine curatorum, Proœ.Sacerdotes san
cti erunt Deo suo,& non polluent nomen eius: in-
censum enim domini,& panes Dei sui offerunt,ideo
Philoso. sancti erunt.

¶De honesta conuersatione clericorum . Non-
dum inuentum.

De doctrina scholasticorum,Proœ.Quemadmo-
dum Aristoteles in libro ait Politicorum. Sicut om-
nium animalium optimum est homo,si scientijs,at-
que virtutibus decoretur , sic inter animantia vni-
uersa vilissimum,prauissimumque consistit , si ra-
tionis gubernaculo derelicto , per vitiorum deuia
gradiatur,ignorantiæ tenebris se inuoluens

¶De vita nobilium,Proœ.Quicumque glorifica-
uerit me glorificabo eum , qui autem contemnunt
Sapien.6. me erunt ignobiles.

¶De regimine principum libri iij.Proœ . Audite
reges,& duces,& intelligite principes, discite iudi-
ces finium terræ, diligite lumen sapientię omnes,
qui præestis populis.Si delectamini in sedibus, &
in sceptris,diligite sapientiam, vt in perpetuum re-
gnetis.

¶Dialogus inter Christum,& principem , Non-
dum inuentus.

¶Dialogus inter Christum & principissam,Proę.
Illumina domine Deus meus oculos meos , ne vnq̃
Leuit.13 obdormiam in mortem .
¶De vita militari. Proœ. Labora sicut bonus miles
Christi.¶De vita mercatorũ,& iusto precio rerum,
Eccli.10. proœ.Nolite facere iniquũ in iudicio,& põdere, in
mensura,in regula,nec decipiat unusquisq; ꝓximũ
suum.¶De regimine politiæ,Proœ.Secundum iudi
cem populi,sic,& ministri eius. Qualis est rector ci-
uitatis,tales sunt inhabitantes in ea.
¶De laudabili uita coniungatorum,proœ. Dixil do
1.Corin.7. minus:non est bonum hominem esse solum , facia-
mus ergo illi adiutorum simile sibi.

¶De laudabili uita uirginum,proœ.Virgo cogitat,
quę domini sunt , vt sit sancta corpore , & spiritu.
¶Inter Iesum,& Senem dialogus . Proœ . Ne indi- Gen.18.
gneris domine Iesu, si loquar ad te dominum Deũ
meum,cum sim puluis,& cinis.¶Inter Iesum,& pue
rum dialogus , Proœ. Complexans Iesus paruulos,
imposuit manus super illos,& benedixit eos.

¶De vita,& exemplis antiquorum patrum.Non- Marci.10.
dum inuentum.

¶De præconio siue laude ordinis Carthusiensis, Galat.5
Proœ.Qui autem sunt Christi,carnem suam cruci-
fixerunt cum vitijs , & concupiscentijs .

¶Enarratio in tertiam regulam sancti Francisci,
Proœ.Quicunq; hanc regulam secuti fuerint , pax Galat.6.
super illos,& misericordia supꝛ Israel Dei.¶De refor
matione claustralium.Proœ.Omnia honestè, & se-
cundum ordinem fiant in vobis.

¶De reformatione monalium Proœ.Vox sponsi: Treno. 3.
Aperi mihi soror mea sponsa.¶De vita solitariorũ,
Proœ.Sedebit solitarius,& tacebit , quia leuauit se
super se.¶De vita,& fine solitarij,Proœ.Super quẽ Isaię. 66.
requiescet spiritus meus,ait Deus benedictus,nisi su
per humilẽ,& quietũ,& timẽtẽ sermones meos¶De
laude, & præconio solitariæ vitę, Proœ. Dixit Ie- Marc.6
sus discipulis,Venite seorsum in desertum locũ, &
requiescite pusillum . ¶De vita inclusarum. Proœ.
Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine. psalm 30.

¶Tituli eorum operũ,quæ præmissos status in fę-
licem dirigunt finem.

¶Sermonum opus primũ de tpe,cum enarratio-
nibus euangeliorum, & epistolarũ dominicaliũ ad
seculares,Proœ.Labia sacerdotis, custodiũt sciẽtiã,
& legem de ore eius requirent,quia angelus dñi ex
ercituum est.¶Secundum opus ad eodem , eodem
mõ de sanctis,Proœ.Laudemus viros gloriosos, &
patres nostros.¶Sermonum opus tertium de tẽpo-
re ad religiosos.Proę.Fratres sancti vocationis cęle
stis participes,considerate apostolũ,& pontificẽ cõ Hebre.3
fessionis vestræ Iesum.¶Quartum opus sermonum
ad religiosos de sanctis,Proœ.Religio munda,& im Iacob.1.
maculata apud Deum,& patrẽ hæc est immaculatũ
se custodire ab hoc seculo.¶Summa de vitijs,& vir
tutibus,siue illuminatoriũ salutaris scientiæ,Proœ.
Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suę, Iaco.5.
saluabit animam eius à morte, & operit multitudi-
peccatorum.¶Contra pluralitatem benedictorum,
Proę.Lata est porta,& spaciosa via,quæ ducit ad ꝑ Matt.7
ditionẽ,& multi sunt,qui inueniunt eam.¶Contra
Simoniã liber primus,Proœ.Gratis accepistis, gra-
tis date.¶Contra Simoniam liber secundus, Proœ.
Pecunia tua tecum sit in perditionem : existimasti Matt.100.
enim donum Dei pecunia possideri.

¶Contra ambitionem,Proœ.Venerabili,ac deuo Acto.8.
tę psonę.¶Contra ambitionẽ,Proœ. Reges gentiũ
dominant eorũ,& qui potestatẽ habẽt super eos,be
nefici vocant.Vos aũt non sic:sed qui maior est in
vobis,fiat sicut iunior,& qui præcessor est,sicut mi-
nister.¶Contra vitium proprietatis monachorum,
Proœ.Primò videndum quid dicatur peculium.

¶Contra detestabilem cordis inordinationem in
diuinis laudibus, aliàs inscriptus laus Carthusiana,
Procemium:Muscæ morientes perdunt suauitatem
vnguenti.

¶De mõ deuotè psallendi,Proœ. In oĩ opere Da- Eccl 10.
uid dedit confessionem Deo excelso, & sancto in
verbo gloriæ,& de omni corde suo laudauit Deum,
& dilexit dominum,qui fecit illum.

¶De modo,& ordine iudicandi , & corripiendi,
Proœ. Quæstionem mihi proposuistis.

Iob.29. ¶De actu visitationis. Nondum inuentum.
¶ De grauitate, ac enormitate pcti Procœ. Deus solus est, & cogitationem eius nemo auertere pōt, id circo à facie eius turbatus sum, & considerans eum timore solicitor: ¶Dialogus de conuersione peccatorum. Proemium. Conuertere ad dominū Deū, quoniam corruisti in iniquitate tua.
Osee.14.
Mich. 6. ¶De arcta via salutis, & contemptu mundi, Procœ. Indicabo tibi ò homo quid sit bonum, aut quid requirat dominus à te: vtiq; facere iudicium, & iustitiam: & solicitum ambulare cum Deo. ¶ Speculum amatorum mundi, Procœ, Videte quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tps: qm dies mali sunt. ¶ Institutio siue exortatorium nouitiorum, Procœ. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.
Ephe.6.
Lucæ. 5.
2.Cor.12. ¶ De uotis, & professione religiosorum, Procœ. Excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, & cymbalum tinniens.
1.Cor.13. ¶ De fructuosa temporis deductione. Procœ. Seruaui mandata tua, & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.
¶De triplici via. Nondum inuentum.
¶De via purgatiua. Procœ. Volens purgari de peccatis. gratiam, & indulgentiam consequi salutarem, in scripturis illuminari, & tandem totus Christo inardescere. ¶ De uia purgatiua exercitium, Procœ. Sicut dicit Apostolus. Stultum fecit Deus sapientiam huius mundi. mundus enim stultam reputat scientiam Dei.
1.Cor.3.
Osa.13. ¶De mortificatiōe viuifica, & reformatiōe interna, Procœ. Pro oibus mortuus est Christus, vt q viuūt iam non sibi viuant, sed ei, qui ipsis mortuus est.
¶De fonte lucis, ac semitis vitę, Procœ. Quis sapiens & intelliget ista, intelligens, & sciet hæc? quia rectæ viæ domini, & iusti ambulabunt in eis, præuaricatores verò corruent in eis. ¶De remedijs tentationum Procœ. Militia est uita hominis super terram:
Iob.17.
¶ De discretione spiritum. Nondū inuentum.
2.Cor.15. ¶De passionibus animæ, Procœ. Primus homo de terra terrenus. secūdus homo de cœlo cœlestis. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus, & imaginē cœlestis. ¶ De puritate, & felicitate animæ, Procœ. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. ¶ Cordiale, siue præcordiale, Procœ. Quid dilecte mi? quid dilecte cordis mei? quid est amantissime frater? Ne dederis cor tuum vanitati, neque dispergas animam tuā in multis. ¶ De custodia, & profectu spirituali. Procœmium: Gratia super gratiam mulier sancta, pudorata, & tacita.
Matth.5.
Prouc.32.
Eccle.26.
Rom.15. ¶De gaudio spirituali, Procœmium. Deus spei repleat nos omni pace, & gaudio in credendo, vt abū damus in spe, & virtute spiritus sancti.
¶De pace interna, Proœmium Deus patientiæ, & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrū secūdum Iesum Christum, vt vnanimes vno ore honorificetis Deum, & patrem domini nostri Iesu Christi.

¶De eleuatione mentis in Deum. Nōdum inuentū.
¶De oratione, Procœ. Oportet semper orare, & non deficere. Luc.18. Iob.20.
¶De mediatione, Proœmium. Cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.
¶ De contemplatione libri tres. Libri primi Procœ. Sapientiam amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam eam mihi assumere. & amator factus sum formæ illius. ¶ Libri secundi. Procœ. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu. ¶ Libri tertij Procœ. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostrā & enarrari non potest. ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur sapientes. Sap.8. Iob. 17. 1.Cor.3.
¶Inflammatorium diuini amoris, Proę. Quid dominus Deus tuus requirit a te, nisi vt diligas eum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & omnibus viribus, & ambules in omnibus vijs ipsius? Deut.
¶Dialogus de charitatis profectu. Nondum est inuentum.
¶Dialogus de perfectione charitatis, Procœ. Super oia charitatem habete quo est vinculum perfectionis. Coloss.3.
¶De regulis vitæ Christianorum. Procœ. Qui dicit se Chō manere, debet sicut Christus ambulauit, & ipse ambulare. Nondum est inuentum. Iohan.3.
¶De particulari iudicio animarum, Procœ. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnus q̄sq; ppria corporis, prout gessit, siue bonū siue malum. ¶ De quatuor hominis nouissimis, Procœ. Gens pbsque consilio est, & sine prudentia. vtinam saperent. & intelligerent, ac nouissima prouidetent. 2.Cor.5. Deut.32.
¶ Collationes duæ pro capitulo generali ordi. Carth.
¶Collatio missa Capitulo generali fratrum minorū de obseruantia.
¶Epistolæ Multæ ad Card. Nicolaum de Cusa Leg.
¶Epistola ad vniuersos principes Christianos.
¶Epistola episcopo Leodien. Iohannē de hynsberh.
¶Epistola ad episcopū Monasterien. ducē Bauariæ.
¶Epistola ad episco. Traiecten. Dauit de burgundia
¶Epistolæ ad principes Geldriæ.
¶Epistola de cursu ad sanctum Michaelem, Procœ. De super illustrari. ¶ Epistola. ō desperationem.
¶Epistola pro quodam tribulato. Procœ. Charissimè pater vestræ afflictioni multum condoleo: tamen si informatiouem accipere vultis in promptu est medicina.
¶Epistola consolatoria ad quandam viduam.
¶Epistola ad arnoldum Campion aduocatum, & risdoctorem, qua respondet qnibusdam satis arduis quæstionibus. ¶Elegia de iudicio mortis, & varijs casibus eius, Procœ. Lex metuenda præmit, mortalibus omnibus vna. ¶ Et varia item alia carminum genera. Sermones, Collationes, Epistolæ, & solutiones dubiorū sine numero. ¶Apocalypsis, siue reuelationes sibi a domino Deo factæ. Hierony.

Finis Elenchi.

DIVI DIONYSII CARTHVSIANI QVAESTIONVM PRINCIPALIVM ET MINVS PRINCIPALIVM, in hoc quarto Sentent. libro expeditarum.

INDEX.

DISTINCTIO I.

Samaritanus ille piissimus.

1 Vid sit sacramentum, & de variis diffinitionibus, seu descriptionibus eius. 6 a
2 An in qualibet lege humanum genus indiguit sacrametis. 9 b
An in statu innocentiæ fuissent sacramenta? 10 a
An in lege naturæ sacra necessaria erant? 10 b
An sacramenta legis naturalis addenda erant alia tempore Mosaicæ legis. 10 b
An in euangelica lege debebant alia sacramenta institui. 11 a
3 An sacramenta consistunt in verbis, & rebus. 12 a.
4 An sacra euangelilicę legis differunt à sacris veteris testi, per hoc, qđ sacra euāgelicę legis continent, & causant gratiam, illa verò solum significabant. 13 a
An præter increatam virtutem sacramenta virtutem aliquam habeant creatam. 13 b
An ni sacramētis sit aliqua virtus spiritalis ad gratiam inducendam in animam. 16 a
An sacramenta nouę legis hæbeant in se potentiā creatiuam. 16 b
An sacramēta nouę legis habeant spūalē, ac specialem virtutem ipsis formaliter inhęrentem. 16 b
An creatura posset habere actionem respectu termini creationis. 17 a
5 An gratia sacrorum, q̄ in eorum susceptione confertur, differt realiter à grā virtutū, atq; donorū, à qua virtutes, & dona emanare dicuntur. 17 b
6 An sacra veteris testi fuerunt grę contiua, & an eorum obseruatio fuit meritoria, atque a carnis immunditijs purgatiua. 19 a
7 An circuncisio fuit sacrm in remedium originale pctm, & cur primò data est Abrahæ, ac pro maribus tantum. 20 b
Cur fęminæ non circuncidebantur. 21 a
An necessarium fuit dari circuncisionem. 21 b
An dies octauus fuit ꝺ necessitate circūcisiōis. 21 b
An licuit præuenire diem octauum. 22 a
An circuncisio etiam actualia peccata abstulit in adulto. 22 a
An circuncisio cotulit gratiam. 22 a
8 An legalia cessare debuerunt euangelio diuulgato. 23 a
An teneatur Christianus ad aliqua legalia. 24 a
9 An in lege naturæ proles fide parentum saluabatur. 24 b
An ad remissionē originalis suffecit pro paruulis sola fides parentum. 25 a
Quare magis fides requirebatur parentum in circūcisione puerorum. 25 a
An requirebatur sacrificium in remedium originalis peccati in adultis. 25 a

DISTINCTIO II.

Iam ad sacramenta nouæ legis.

1 An tm̄ sint septem sacra eccle. & an illa oia ordinentur, & instituta, ac data sint contra defectum culpabilem. 28 a
An sacramenta in remediū sint contra pęnā. 29 b
2 An sacra euangelicę legis sint immediatè instituta a Christo tempore magis apto. 30 a
Cur patres olim in lege naturæ, ac Mosi habuerunt quædam sacramenta, &c. 30 a
An sacramenta nouæ legis debuerunt institui Christo mox nato. 30 b
3 An uirtus sacramentorum sit immediate à Christi passione. 31 a
Cur ex latere Chri dicātur sacramēta fluxisse. 33 b
4 Quæstio de coordinatione sacramento tum quantum ad prioritatem, & dignitatem. 33 a
An oīa sacramēta sint de necessitate salutis. 33 b
5 An baptismus Iohannis fuit sacramentum sufficiens ad salutem. 33 b
An Iohannis baptismus fuit sacramentum. 34 a
An baptismus Iohannis fuit institutus a Deo. 34 b
Quando baptismus Iohannis cessauit. 34 b
An baptizati baptismo Iohānis rebaptizari debebant Christi baptismate. 34 b

DISTINCTIO III.

Post hæc videndum.

1 An diffinitio baptismi tradita à magistro sit apta. 38 a
2 An ista sit tota, ꝙ inuariabilis forma baptismi, Ego baptizo te in nomine patris &c. 41 a
An verè detur baptismus addendo aliqua formæ, vt si dicatur, Ego baptizo te in nōe patris, & filij & spiritus sancti, & beati Petri &c. 41 b

An p corruptionē formæ impediatur baptismus. 41 *b*
An liceat mutari forma baptismi. 41 *b* (42 *b*
An liceat formę baptismi aliqd addi, aut subtrahi.
An in forma hac possit fieri interpositio, uel trāspositio. 43 *a*
3 An sola aqua simplex sit materia sacramenti baptismatis,& cur hoc. 43 b
Quando Christus baptismum instituit. 43 *b*
An baptismus fieri debet in simplici aqua. 44 *a*
An ī qualibet aqua simplici fieri qat baptism⁹. 44 *a*
4 An immersio in aquam sit de necessitate baptismi,& quota requiratur 45 b

DISTINCTIO IIII.

Hic autem dicendum est.

1 An non ponētes obicem recipiāt in baptimo sacrm,& rem sacramenti: 50 a
An baptismus deleat omnem pœnam. 51 *a*
An baptismus tollat omnem pœnam temporalem actuali peccato debitam. 51 *b*
An tollat omnem pœnam originalis peccati. 51 *b*
An pauuli in baptismo iustificantur. 51 *b*
Quid sit in baptismo res sacramenti. 52 *a*
2 De cæteris baptismi effectibus. 52 a
3 An fictio impediat baptismi effectū ,& rē seu gr̄æ infusionem, ita quod fictione abiecta infunditur gratia. 53 a
An inuitus seu coactus baptismum accipiat. 54 *a*
An adultus non consentiens possit recipere effectum baptismi. 54 *a*
4 An baptismus in vniuersis, qui baptizā tur, equalem causet effectum. 54 b
An culpa in omnibus habeat effectū æqualē quantum ad mali amotionem. 54 *b*
An æqualis gratia in baptismo omnibus confera tur. 55 *a*
An pueri in baptismo equalē sortiātur gratiā 55 *a*
5 An carentibus vsu rationis baptismus sit exhibendus. 55 b
6 An sine baptismo tpe euāgelii diuulgati nemo queat saluari,& de multiplici gne baptismi, ac comparatione eorum ad inuicem. 56 a
An baptismus penitentiæ sufficiat ad salutem. 56 *a*
Quis baptismus sit potior. 56 *b*
7 An iudeorū ac aliorū ifideliū filii, ac filię sint baptizandi inuitis parentibus. 57 a
An sanctificati in utero essent baptizandi. 58 *b*
An iam iusti, & virtuosi sint baptizandi. 58 *b*
An infans expositus sit baptizandus cum ignoretur an sit baptizatus. 59 *b*

DISTINCTIO V.

Post hæc sciendum est.

1 An hæretici, scismatici, pagani, & alij quicunq; possint verè baptizare. 60 a
An baptizare sit proprium ordinis diaconorū. 61 *a*
An mali possunt cōferre sacramētū baptismi. 61 *b*
An per malos conferatur res sacramenti baptismalis. 61 *b*
An baptismus per meliorem ministrum collatus meliorem sortiatur affectum. 61 *b*
An malus minister peccet baptizando. 61 *b*
An recipiens in se vel in alio sacramentum à malo sacerdote excedat. 61 *a*
Quid agendum sit si sacerdos baptizare nolit sine precio. 62 *a*
An non baptizatus possit in necesitatis articulo baptizari. 62 *a*
2 Qualē potest potestatem intus mundan diā peccato habuit Chīs ut hō, qualem potestate m dedit ministris cooperandi ad purgationem interiorem. 62 b
Quæ sit illa potestas, quam potuit Christus dare ministris, nec dedit. 63 *a*
An ministris Christi cōferri potuit potestas cooperationis. 64 *b*
An angelo bono, aut malo conuenire valeat potestas baptizandi. 65 *b*

DISTINCTIO VI.

Nunc quibus liceat.

1 An paruuli in vtris matrum sint capaces baptismi, quid censendum de his, qui ioculariter baptizantur. 68 a
An aliquis debeat ministrare baptismum quando sumitur baptizationem vergere in periculum vitæ corporalis eius qui suscipit. 69 *a*
2 An ad baptismum requirantur fides,& deuotio, recta quoque intentio tam ex parte baptizantis quam baptizati. 70 a
An ad baptismū necessaria sit recta intentio. 70 *a*
An intentio, vel voluntas requiratur in baptizando. 70 *a*
3 An baptismus queat reiterari,& de pœna iterantium illum. 71 a
An vnus possit baptizari simul à pluribus, & plures simul ab vno. 72 *a*
Cur in primitiua ecclesia differebatur baptismus vsque ad duo festa. 72 *a*
An ioculariter baptizati sunt rebaptizandi. 72 *a*
Quibus temporibus celebrādum sit baptisma. 73 *a*
Quid censendum de his, qui ioculatorie baptizantur. 73 *a*
Quid sit exorcismus, an demon expellatur a puero per exorcismos. 73 *b*
An catechismus pertinet ad sacerdotes. 74 *b*
An exorcismus præcedere debeat baptisma. 74 *b*
An infans delatus ad baptismum moriēsque in via sine baptismo, damnatur. 75 *b*
An talis habeat minorem pœnam, quam alius paruulus. 75 *b*
An talis puer sit in cemiterio sepeliendus. 75 *b*
An monstro ut duo vel plura capita habenti impo ni debeat nomen vnum vel plura. 75 *b*
An dicendo, Ego te baptizo, & cætera, monstrum sit baptizatum. 76 *a*
4 De charactere an sit character. 77 a
Cur, & propter quos datur character. 78 *a*
Quod sit characteris subiectum. 78 *a*
An character sit magis affectiua, quem intellectiua. 78 *b*
An character posit deleri, an fuit in Christo. 78 *b*
An character maneat in patria. 78 *b*
Quis numerus, & ordo sit characterum. 80 *a*
An character sit habitus. 80 *a*
Ad quid vtilis vel necessarius sit character. 80 *b*
In quo sit subiectiuè character. 80 *b*
Per quid imprimitur character. 80 *b*
An character sit indelebilis. 80 *b*

DISTINCTIO VII.

Nunc de sacramento confirmationis.

1 An confirmatio sit sacramentum,& ab omnibus suscipiendum, ac ipso baptismo sublimiùs. 83 a
2 An chrisma sanctificatum sit confirmationis materia. 85 a
3 An forma sacramenti confirmationis huiusmodi, Consigno te &c. conuenien tur si data. 87 a
4 De effectu confirmationis, an.s. characte rē imprimat, & gratiam largiatur. 88 b
5 De ministris confirmationis, an detur a solis episcopis. 90 a
An Christus debuit sacramentum confirmationis accipere. 91 *b*
An mulieribus, & pueris conueniat sacramentum confirmationis accipere. 91 *b*
An vniuersis adultæ etatis ēt mutis, & morientibus confirmatio sit præstanda 91 *b*
An confirmatio sit summenda à ieiunis confessione p̄missa, & aliquo confirmandum tenente. 92 *a*
An confirmatio posit iterari. 92 *a*
An episcopi de gratia ti possint confirmare. 92 *a*
Quę sit pœna confirmationem iterantium. 92 *b*

DISTINCTIO VIII.

Post sacramentum baptismi, & confir.

1 An Eucharistia sint sacramentum verū & vnū noibus vitiis rectè designat. 95 a
2 An sacrm eucharistię fuit in lege naturali, ac scripta per figuratum. 97 a
An Magister sufficiens exprimat figuras eucharistiæ. 97 *a*
An sacramentum æucharistię expressius fuit figurata m in lege naturę, quàm Mosi. 97 *b*
3 An hoc sacrm fuit cōuenien ter, opportunoq; tempore iastitutum. 98 a
4 An q̄libet sumptio alimentarū medicinarū,& cōfectionū īpediat tāti sacri celebrationem,& communionem. 99 a
5 An forma cōsecrationis corporis Christi verè ponatur, hæc esse Hoc est enim corpus meum. 100 a
An Christus consecrauit proferens hęc verba, Hoc est enim corpus meum. 100 *a*
In consecrationis forma quid desiget illud pronomen Hoc. 101 *a*
Cur Christus potius dixit, Hoc est corpus meū, quàm Hæc est caro mea. 102 *a*
Cur circa formam consecrationis quædam habentur quæ in euangelio non inuenientur. 102 *a*
Quę sit forma consecrationis Eucharistię, & an habeat vnam formam. 102 *a*
An sacerdos consecraret per illa sola verba prętermissis alijs in canone. 104 *b*
6 An forma consecrationis sanguinis integre exprimatur per hæc verba, hic est calix sanguinis mei. 105 a
An in verbis formarum istarum sit aliqua virtus supernaturalis causatiua sacramenti. 109 *b*

DISTINCTIO IX.

Et sicut sunt duæ res.

1 An Chīs sacro vere, & realiter manducetur,& quot sint modi cōicandi. 108 a
An Christi corpus debeat sumi p modum manducationis. 109 *b*
An pctōr manducet corp⁹ Chīi sacr̄liter. 110 *a*
An infideles mādacet corp⁹ Christi sacr̄aliter. 109 *b*
An sacramentū hoc accipiatur à bruto. 110 *b*
An manducet corpus Christi spiritaliter, qui non manducat sacramentaliter. 110 *b*
An corpus suum manducanit sacramentaliter, & spiritualiter Christus. 111 *b*
2 An pecet mortaliter, q̄ sci⁹ sibi de pctō mortali accipit corp⁹ Chīi. 111 b 114 b
3 An peccator peccet corpus Christi videndo. 111 b
4 An peccet mortaliter, qui corpus Chīi accipit sperans se nō esse in pctō mortali, cum tamen sit in eo. 111 b 112 b
Cur magis illicitum sit corpus Christi tāgere, quàm videre. 112 *b*
An peccatum communicantis indignè enormiùs sit omni alio peccato. 113 *a*
An hęreticus magis peccet indignè cōicans, quàm fideli indignè manducans. 113 *b*
An peccato carnis subiacens magis peccet cōicando, quàm subiacens peccato spiritali. 113 *b*
An peccet accedēs cōtrit⁹, sed nōdū cōfessus. 114 *a*
5 An nocturna pollutio, impediat communem sacramenti. 114 a
An propter immunditiam purè corporalem sit à sacramento abstinendum. 116 *a*
6 An sacramentum hoc dandum sit his qui noscunt esse indigni, 117 a
An suspectis de crimine dāda sit hostia sacra. 117 *b*
An amentibus danda sit Eucharistia. 117 *b*

DISTINCTIO X.

Suut quidam alii.

1 An in sacro altaris, id est hostia sub speciebus panis corpus Chīi, & sub speciebns vini sanguis ipsius realiter continetur,& quomodo ibi sint. 120 a
An Christus cōtineatur in sacro q̄tū ad aīam. 121 *b*
An Christus contineatur sub speciebus panis solū secundum carnem animatam. 122 *a*
2 An corpus Christi sit in sacramento circumscriptiuę, aut diffinitiuè, & si non quomodo ergo. 123 b
Ab corpus Christi posit simul esse in pluribus locis. 125 *a*
3 An corpus Christi sit totum in qualibet particula hostię. 125 a
An damnatum hostiæ etiam moueatur corpus Christi. 125 *a*
4 An oculus glorificatus posit videre corpus Christi in sacramento. 127 b

An angelus videat corpus Christi in hostia. 128 *a*
An Christus seipsũ videat in hoc sacramẽto. 128 *a*
An oculo corporali Chr̃s se vid ℞ t in sacr̃o. 128 *a*
An naturaliter angelus possit videre corpus Christi sub sacramento. 130 *a*
An Christi corpus miraculosè apparens in hostia vel sanguis sint sumenda, 130 *b*
5 An corpus Christi in sacr̃o tãgatur à specie sacr̃ali, sub qua est, an tangi possit. 131 *a*
6 An sacerdos possit quantuncunq; materiam magnam panis, vel vini conuertere ī corpus uel in sanguinẽ Christi. 131 *b*

DISTINCTIO XI.

Si autem quæratur.

1 An panis, & vinum substantialiter, & in stantanie conuertantur, &c. 134 *a*
An substantialis forma panis facta consecratione remaneat. 136 *a*
An conuersio in sacramento sint successiuè. 137 *b*
An conuersio in sacramento miraculosior, potẽtior seu mirabilior sit omni alia mutatione. 138 *b*
2 Per quæ verba, ac noĩa aptiùs exprimat̃ hæc supernaturalis conuersio. 142 *a*
An ista sit vera, Panis fit corpus Christi. 142 *b*
An ista sit vera, de pane fit corpus Christi. 142 *b*
An ista sit vera panis põt esse corpus Chr̃i. 142 *b*
3 An in solo pane triticeo ꝑficiat corp⁹ Chr̃i, & sanguis ei⁹ in vino vitis tm̃. 144 *a*
An corpus Christi confici possit ex pane mixto de tritico, & alio grano. 145 *a*
An aqua vino sit apponenda, an hoc sit de necessitate sacramenti in quali quantitate. 145 *a*
An aquam artificialem liceat vino apponere.
4 An Chr̃s in cœna corpus suum sub sacramento accepit, ac sanguinem suum sub speciebus vini consecrati patuit. 147 *a*
An de amido possit fieri consecrabilis panis. 147 *a*
An Chr̃s sacr̃m corporis sui tradidit Iudæ. 147 *a*
An corpus Christi conficiendum sit in fermento vel in azimo. 147 *a* (*Iudæi.* 148 *a*
Cur nos seruamus Pascha quarta decima Luna sicut
6 Quale corpus dedit Christus discipulis in cœna sub sacramento. 149 *a*
7 An aĩa Christi separata à corpore pendente ī cruce, & sepulto manere potuit corpori eius sub sacr̃o vnita, an corpus Christi sub specie sacr̃aliter consistens ī casu possibili passum, crucifixũ, ac mortuũ fuisset ibidẽ, si aliquis apostolorum consecrasset in triduo, an ī corpore consecrato fuisset anima Christi. 150 *a*
An corpore Christi mortuo in triduo seruari potuisset in pixide. 151 *a*

DISTINCTIO XII.

Si autem quęratur, de accidentibus.

4 An sub sacr̃o accidentia per se existant hoc est, sine subiecto. 153 *a*
1 An accidentia in sacr̃o remanentia possint facta consecratione agere, & pati, q̃ ante consecrationem. 157 *b*
An accidentia in sacramento possint aliquid extrinsecum essentialiter immutare. 159 *a*
Accidentia in sacr̃o, quõ queant corrumpi. 159 *a*
An ex accidẽtibus ī sacr̃o possit aliqd gñari. 159 *b*
An species sacramentales possint nutrire. 160 *a*
An aliquis liquor possit speciebus sacramentalibus vini misceri. 160 *b*
An reuersio substantiæ panis, & vini, desinente ibi sacr̃o sit creatio, gñatio, alia ve mutatio. 164 *a*
An accidentia illa habeant potentiam conuertendi alia in sacramentum. 143 *a*
3 An corpus Chr̃i frangat̃ in sacr̃o. 162 *a*
An speciebus sacramẽtalibus cõpetat fractio. 163 *a*
4 An ꝑ hoc sacr̃m augeant̃ virtutes. 163 *b*
An sacramentum altaris prosit beatis ad augmentum glorię. 163 *a*
An effectus sacramenti altari impediatur per solũ peccatum mortale. 163 *a*
An virtute hui⁹ sacr̃i pcĩa vẽialia dimitt̃atur. 164 *a*
An virtute huius sacramenti etiam peccata mortalia dimittantur. 164 *b*
An hoc sacr̃m remittat pœnã mortalis pcti. 163 *a*
An effectus huius sacr̃i sit adeptio gloriæ. 164 *a*
An sacramentum hoc præseruet hominem etiam a peccatis futuris. 164 *a*
An per sacramentum veniale impediatur effectus huius sacramenti. 164 *a*
5 An expediat homini sæpe celebrare, & communicare. 164 *b*
An sit quotidie celebrandum, seu cõicandũ. 164 *b*
An sufficiat semel in anno communicare. 165 *a*
Quomodo concordentur vnus ꝑcipiens oĩ dominico cõicandum, alius semel in anno &c. 165 *a*
Quæ pœna infligenda sit ei, qui per annũ non semel quidem communicat. 165 *b*

DISTINCTIO XIII.

Solet etiam quæri.

1 An oĩs sacerdos ritè ordinatus, & ꝑsecratus quantunq; iniquus, excõicatus, scismaticus, hr̃ticus, interdictus, siue suspensus verè conficiat dum intendit ꝑficere debita forma, & materia adhibitis. 167 *a*
An potestas sacerdoris magis consistat in aĩa sacerdotis, quàm in forma verborum. 167 *b*
An plus valeat Missa boni sacerdotis, q̃ mali. 168 *a*
An liceat sacerdoti a celebratiõe oĩno cessare. 168 *a*
An plures sacerdotes possint eandem numero hostiam consecrare. 168 *a*
2 Quid sit propriè hæresis, & quid faciat hæreticum. 168 *b*
An hęretici sunt sustinendi. 169 *a*
3 Quid faciendum illi, qui per negligentiã suam, aut alias in celebrando defectũ vel in solitum quid percipit. 169 *a*
Quid agendum si celebrans ante cõsecrationẽ moriat̃, alienetur vel ĩfirmitate aliqua ĩpediatur, vt nec Missã pficere, nec sacr̃m ꝑcipere valeat. 170 *a*
Quid agendum si sacerdos, ante consecrationem, vel post recolit se aliqd comedisse, vel bibisse aut alicui peccato mortali non confesso vel excomunicationi &c. subiacere. 160 *a*
Quid agendũ si sacerdos perpendat muscã araneã vel

vel aliquid aliud venenum in calice esse. 170 *b*
Quid faciẽdũ cũ ꝑ negligentiã ministri nõ apponitur aqua, vel vinũ, nec sacerdos aduertit hoc. 170 *b*
Quid agendũ si sacerdos non recolit se verba cõsecrationis dixisse vel aliquid omisisse. 170 *b*
Quid agendũ si quando dilabitur hostia ex frigore consecrata, seu non consecrata damnu sacerdotis in calicẽ ante fractionem seu postea. 171 *a*
An ꝑ miraculũ. & oĩpotentiã possit unum, & idẽ corpus simul esse in diuersis locis localiter. 171 *a*

DISTINCTIO XIIII.

Post hęc de pœnitentia.

1 An pnĩa sit sacr̃m: quid sit pnĩa. 177 *a*
An pœnitentia sit virtus. 177 *b*
An penitere sit actus specialis virtutis. 178 *b*
Ad quã virtutẽ cardinalẽ pnĩa reducatur. 178 *b*
2 An pnĩa concipiatur timore, &c. 180 *a*
An pœnitentia sit prima virtus. 180 *a* 181 *a*
Qũo modo pnĩa vocat̃ sc̃da tabula post naufragiũ.
In qua vi animę sit pœnitentia. 182 *a* (181 *a*
An pœnitentia sit virtus acquisita. 182 *a*
An aliquando formetur actus pœnitendi non elicitus ab aliquo pœnitentię habito. 182 *a*
3 In quibus naturis, & personis locum habuerit, aut habeat pœnitentia ista, seu pœnitentia virtus. 183 *a*
4 Aa pnĩa d3 vsq; finem vitę ꝓtinuari, an gaudio, interrumpi, an valeat iterari. 184 *a*
An dolorẽ pnĩæ oporteat gaudio interrumpi. 184 *b*
5 An debeat esse aliqua solemnis pœnitentia, & de ritu illius, an possit iterati. 185 *a*
6 An per pœnitentiam auferantur, ac dimitantur peccata. 185 *b*
An ꝑ pnĩam dimittatur reatus, id est, obligatio ad
An pnĩa restituat hoĩ opera bona (pœnã &c. 186 *a*
priùs mortificata per culpam. 186 *b*
An perfecta pœnitentia restituat hominem in pristinum statum. 186 *b*
A per pœnitentiã reliquiæ peccati tollãtur 187 *a*
An sine pœnitentia pctõr remissionem consequi valeat peccatorum. 188 *b*

DISTINCTIO XV

Sicut prædictis auctoritatibus.

1 Quid sit fatisfactio, an hõ pro peccatis suis satisfacere valeat Deo. 192 *a*
An satisfactio sit uirtus, vel actus virtutis. 193 *a*
Cuius virtutis sit satisfactio. 193 *a*
Qũo hõ possit pro peccatis satisfacere Deo. 103 *b*
2 An homo possit satisfacere ꝑ vno peccato sine alio. 194 *b*
An homo contritus, & cõfessus de peccato, ac pœnitentiam sibi iniunctam in charitate facere incipientis, & ante eius completionem in mortale vitiũ corruens, & satisfacit ꝑ illis cõfessis. 195 *a*
An opera satisfactoria extra charitatem facta ad ueniente charitate reuiuiscant. 165 *b*
An opera bona extra charitatẽ facta sint meritoria alicuius boni temporalis. 196 *b*
3 An satisfactionem oporeat fieri per opera pœnalia &c. 197 *b*
Satisfactio quid sit. 199 *b*
4 An restitutio sir pars satisfactionis, & necessaria ad salutem. 200 *a*
An solũ ille, qui accipit alienum ad restitutionem teneatur. 200 *b*
An restitutio facieda sit ſp ei, q̃ dãnum passus est.
An sufficit restituere simplum. 200 *b* (200 *a*
An restitutio sit pars satisfactionis. 202 *b*
An dãnum inferens alĩs in bonis animæ vel corpis tenetur ad restitutionem. 202 *b* 206 *b*
An damnificans iniustè alium in fama tenetur ei restituere famam. 202 *b*
Quid faciendũ cũ aliqua mulier ex adulterio suscipit falsum hęreolem bonorũ 203 *a* 205 *b*
An homo tenetur restituere ea, quæ legitima mercatione lucratus est de bonis, quæ ipse, vel pater eius adepti sunt vsuram. 204 *b*
An hõ tenetur restituere, q̃ reperit fortuna. 205 *a*
An homo tenetur restituere ea, quæ lucratus est ꝑ ludos prohibitos. 205 *a*
Quid debeat restitui. 305 *b*
Quo tempore tenetur quis restituere iniusta. 205 *b*
An restitutio sit pars restitutionis. 207 *b*
An ad restitutionẽ tenẽtur currẽtes cũ fure. 208 *a*
An generalis necessitas ecclesiæ dispensẽt seu excusẽt a restitutione. 208 *b*
Quid agẽdũ cũ, qs ꝑticipat furto, rapinæ, et c. 208 *b*
An adepta per hypocrysin, adulationem, vel fraudẽ sint restituenda. 208 *b*
Quid intelligatur per ludum aleæ. 210 *a*
An beneficium ecclesiasticum per hypocrisim adeptum debeat restitui vel resignari. 210 *b*
An habens rem apud se restituendam teneatur statim restituere. 211 *a*
An recipiẽs aliqd ab eo, cui⁹ bona sunt partem iustè partim iniustè adepta restituere teneatur. 211 *a*
An recipiẽs aliqd pro mutuo tenẽt restituere. 211 *b*
5 Quid sit eleemosina, cuiusvi rtutis sit act⁹ qũo sit satisfactionis, cũ multi quibus illicitum est dare eleemosinas satisfaciũt Deo sicut eleemosinarũ datores, de speciebus, & diuisionibus eleemosinæ. 211 *b*
An eleemosina cadat sub prẽcepto sicut aliarum actus virtutum. 212 *a*
Quinã eleẽosint dare possint, & qb⁹ sit dãda. 212 *a*
6 An ieiuniũ sir pars satisfactionis. 212 *a*
An omnes teneantur ad ieiunium. 212 *b*
An esus carnium frangat ieiunium. 213 *a*
An gula & ebrietas frangant ieiunium. 213 *a*
An electuaria frangant ieiunium. 213 *b*
7 Quid sit oĩo, quotuplex oĩo, q̃d faciat efficacẽ oĩonẽ, quot oĩonis genera. 214 *a b*
quę oratio sit satisfactoria. 214 *b*

DISTINCTIO XVI.

In perfectione autem pœnitentię.

1 An hæc tria, contritio, confessio, satisfactio sint partes pœnitentiæ. 216 *a*
An pnĩa ꝑdicẽt de trib⁹ his simul an sigillatim. 216 *b*
An cõpunctio, & contritio sint realiter idẽ. 218 *a*
An de peccato originali pœnitere oportet. 218 *a*
An de venialibus pœnitere tenemur. 218 *b*
Quid sit realiter pœnitentia sacramentalis. 218 *b*

An veniale peccatum posit dimitti voluntate ad monente. 219a
An vnũ peccatum sine alio posit dimitti. 219a
*An vẽiale peccatũ posit dimitti sine mortali.*219b
An veniale peccatum posit dimitti sine nouæ gratiæ infusione. 219b (*dimittere.*219b
An gratia sine contritione posit veniale peccatũ
An ad venialiũ pctorũ confessionẽ tenemur. 220a
*Per quę remedia dimittantur pctã venialia.*220a
2 An de peccatis precedentibus baptismũ oporteat ante susceptionem baptismi pẽnitere,& confiteri. 220a
An circunstantia sit ꝓprietas actus moralis. 222a
Quę circunstatiæ magis grauent peccatum. 221b
An circanstantia trahere posit in aliam speciem culpæ. 222a
*An circunstãtia culpam grauet in infinitum.*222a
*An oĩs circunstantiæ peccati sint confitendę.*222a
*An circũstãtia posit vẽiale mutare ĩ mortale.*223a
Quæ sit principalior pars pnĩæ,absolutio,cofessoris, an compunctio confitentis. 223a
3 An hypochrisis,ludus,mercatio,militia & similia impediant pẽnitentiã. 213b

DISTINCTIO XVII.

Hic oritur quæstio.

1 Quid sit iustificatio:& de his,quæ requiruntur ad ipsam. 229a
An iustificatio sit idem,quòd vocatio, & renouatio mentis. 229b
An ad iustificationẽ exigatur quod homo se preparet ad gratię infusionem &c. 229b
*An infusio gratiæ reqratur ad iustificationẽ.*230a
An ad iustificationem requiratur motus liberi. arbitrij in Deum. 230a
2 Quid priùs sit deletio,seu remissio culpę aut infusio gratiæ. 231a (*culpæ.*231a
An infusio gratię necessariò procedat expulsionem
*An contritio precedat impij iustificationem.*231b
*An atritio fiat cõtritio.*231,b 234b 236a 237a
An motus liberi arbitrij præcedat gratię infusionem. 232a
3 An iustificatio impij sit miraculosa,& mirabilior mundi creatione &c. 232b
An maior sit resuscitatio animę mortuę,quàm corporis mortui. 234a
4 Quid sit contritio,qũo differt ab atritione,& compunctione &c. 234b
In qua potentia animę sit contritio. 235a
An contritio sit dolor. 235b
*An de pctis oĩbus simul requiratur contritio*237a
An requiratur contritio & confessio distincta de singulis peccatis. 236B 237a
An atritio eius, qui facit,quod in se est necessariò fiat contritio. 237b
*An contritio posit intendi,seu augmentari.*237b
Penes quid attendatur contritionis intentio seu augmentum. 237b
An contritio quantumlibet parua sufficit pro dimittendis peccatis quantumlibet magnis ;& multis. 237b 241a
*An in cõtritione posit fieri excessus,& qũo.*238b
An oporteat habere maiorẽ contritionẽ de uno peccato,quàm de alio. 238b
An dolor de pctis posit esse nimis magnus. 234b
An contritio debet esse continua toto tempore vitæ presentis durans. 239b
*An ãæ post hãc vitã de suis cõterantur pctis.*240a
An contritio remittat peccata, an causet gratiam an totam pœnam posit diluere. 240b
5 An cõfessio sit de iure diuino,vel positiuo,& necessaria ad salutem: 241b
An confessio sit de iure naturali. 242a
An cũ aliquo posit dispẽsare ne confiteatur. 242a
An homo conscius sibi de peccato mortali teneatur mox cofiteri, 242a 243b
An confesio in lege scripta fuit instituta. 243b
6 Quid sit confesio, & cuius virtutis sit actus. 245a
7 Cui sit confitendum,an necesse sit confiteri proprio pastori &c. 245b
An confessus ei,q habet potestatem episcopi,tenetur eodem anno confiteri proprio pastori. 247a
An liceat homini contra voluntatem sui superioris confiteri alteri discretiori. 248b
An oporteat confiteri in secreto vel magis in publico. 249a
Quis maius ius habeat in ꝑdicando,& confessiones audiẽdas,prelatus an eius vicarius. 256a
*An pctã semel cõfessa teneamur iterũ cõfiteri.*256a
*An confessi fratribus ordinis ꝑdicatorũ, & minorũ teneantur eadẽ confiteri ꝓprio curato.*251a
8 An teneamur ex charitate confiteri,an is,q confitetur sine contritione impleat preceptum ecclesiæ,& cętera. 251a
An confessionem oporteat esse integram. 251b
An pctã quorũ non meminit in confessione, postea occurentia,tenetur quis eidem sacerdoti hæc cõfiteri,an confessa ante teneatur peccata reconfiteri cum alijs occurentibus. 251b
Quid agendũ cum sacerdos non põt confitentem de omnibus,sed de aliquibus absoluere. 252a
An qs posit cõfiteri per aliũ vel per scripta. 252a
An cõfessio liberet à morte pctĩ,a pœna,an aperiat paradisum,an tribuat spem salutis. 252a
*Quæ sint cõditiones siue ꝓprietates cõfessiõis.*252a
*An mulier teneatur confiteri peccatũ Venerũ proprio parrochiali,quod cum ipso commisit.*252b
An penitẽs teneatur statim confiteri. 253b

DISTINCTIO XVIII.

Hic quæri solet.

1 An in eccłia sint claues spiritalesad apperiendum pœnitentibus regnum cœlorum &c. 256b
An penitus habeat illa peccata,de quibus cõteritur atque absoluitur,an non habet. 257a
An clauis ligandi,atque soluẽdi sit idem quod sacerdotalis character. 257b
*Clauis ligandi,atque soluẽdi quãdo cõfertur.*257b
An sit tantum vna clauis huiusmodi 257b 258b
An scientia sit clauis. 259b
Quare potestas conficiendi non est clauis. 259b
An clauis aliquando erret. 259b
2 An

2 An macula sit culpa:q̃d macula.an pctm̃ possit dimirti quantum ad maculã,non quantum ad pœnam. 259b
Quomodo post absolutionẽ sacerdotis remanent debitum pœnæ temporalis. 160b
Si confessori esset reuelatum totam pctis pœnã debitã esse penitẽti dimissam,an adhuc deberet ei ali quam satisfactionem iniungere. 260b
3 An prãs clauiũ se extendat ad remissionẽ culpæ,ac pœnæ ẽt sẽpiternæ &c.261a
An sacerdos potestate clauium vti posit ad placitum. 262a
An sacerdos pssit ligare,& soluere iuxta arbitriũ proprium. 262b
An potestas clauium se extendat ad diminutionem pœnę. 263a
4 An ecclesia possit, ac debeat quemquã excommunicare. 264b
Qũo,& cur conueniat ecclesię aliquem credentium excommunicare. 265b
An pro tẽporali dãno excõicandus sit homo. 265b
An excõicatio iniustè lata sortiatur effectũ. 266a
An excommunicatus,vel suspensus valeat excommunicare. 266a
An aliqua vniuersitas,seu tota communitas valeat excommunicari. 266b
An liceat excommunicato cõmunicare in purè corporalibus. 266b
An cõicans excõicato sit excommuuicatus. 267a
An participale cum excõicato in casibus non concessit sis semper peccatum mortale. 267a
An quilibet sacerdos subditũ suum ab excõicatione queat absoluere. 267a
*An aliqs ab excõicatiõe absolui posit inuiõ.*267b
An quis absolui posit ab una excõicatione, & nõ ab alia,aut alijs,in quibus est. 267b
An sententia excõicationis lata cota contra communitatem teneat. 268a
An mulier excõicari posit pro pctõ sui mariti,& filij,aut filiæ ꝓ suorũ excessu parentũ, uel rex pro populi sui vitijs. 268a
*An pœnitẽs,& cõfessus teneatur obedire suo cõfessori quantamcunque pnĩam ei iniunxerit.*268a
An sacerdos tenetur subditi sui audire confessionẽ quando voluerit confiteri. 268a
An cõfessor peccet mortaliter absoluendo a vicijs à quibus non potest. 268a
Quis posset excommunicare. 268b
Quando beato Petro data sit vtraque hæc ptãs ligãdi,soluendi,scilicet,& excõicandi. 268b
Quomodo excommunicatio sit ferenda. 268b

DISTINCTIO XIX.

Postquam ostensum est.

1 An soli ecclesiastici sacerdotes habeant claues ecclesiasticas. 272a
An uiri sancti non sacerdotes vsum clauium habeant. 272b (272b
An sacerdotes uitiosi habeãt claues ecclesiasticas.
An heretici,scismatici,excommunicati,suspensi,degradati habeant has claues. 273a
An sacerdos q̃at vti clauiõ in oẽm hoẽm. 273a
An parrochianus posit semper absoluere subditũ de quacunque peccato. 273a
An sacerdos simplex posit absoluere superiorem de quocunque peccato. 273b
Correptio fraterna,quæ sit, cuius sit,in quos,an ẽt ad eam sint obligati. 274b (274b
*An oẽs ad correptionẽ fraternã teneãt.*275a276a
An liceat peccatori in pcto manenti corripere proximum. 275b
An prędicans,an docens existens in peccato mortali peccet mortaliter. 275b 276b
An inferior teneatur corripere suũ prælatũ. 276b
An sacerdos corripere debeat proximos suos facto. 276b
An aliquis vadẽs ad prædicandũ reficiẽdus vbi ꝑdicauerit,videns que villã illã destitutã bono pastore, in qua putat se non lautè reficiendum, per transit,& transit ad uillam aliam, in qua putat se bene hospitandũ,peccet mortaliter &c. 276b
An sacrm̃ pœnitentiæ ex virtute clauium &c. possit habere effectũ magis,quàm semel. 279b
An subditus habens peccatũ occultum, de quo suspicatur prælatus teneatur prelato dicere veritatẽ interogatus de illo peccato. 277b
An si prelatus iuberet alicui scienti crimen fratris sui,ut illi dicat illud,aut etiam propriam culpam occultam teneatur implere. 277a
An generalia interdicta in prouincijs, ciuitatibus & ecclesiis sint licita. 277b

DISTINCTIO XX.

Sciendum est etiam.

1 An confessio serò facta sit efficax. 280a
An debita pœna infligatur secundum magnitudinẽ excessus peccati,vel secundum delectationes vehementiam,ac mensuram. 281a
An confitens obligetur ad pœnam maiorem, quàm sibi a confessore iniungitur. 281b
An vnus pro alio sacisfacere possit. 283b
2 An sit pœna purgatorij. 282b
Purgatorij locus vbi sit. 282b
An pœna purgatorij sit voluntaria. 283b
An dęmones puniat animas in purgatorio. 283b
An purgatio,q̃ fit in purgatorio sit a culpa vel solũ a pœna. 285a
An ignis purgatorij est materialis. 285b
3 Indulgentię,q̃ sint, vnde fiant, per quos fieri debent,quibus possint. 286a
An indulgẽtiæ tãtũ valẽt sicut ꝓnũciantur. 288a
An pro temporeli subsidio possint indulgentię fieri 289a
4 Quis indulgẽtias ꝓferre possit, an q̃libet sacerdos parrochialis hoc possit. 289a
An diaconus facere possit indulgentias. 289b
An existens in peccato mortali indulgentias facere possit. 290a
Quibus indulgentiæ prodesse possint. 290b
An indulgentiæ valent existentibus in purgatorio. 290b
An prelatus ecclesię posset indulgentias facere ad libitũ suæ voluntatis quando voluerit,quibus voluerit,& quantum voluerit. 292a

DISTINCTIO XXI.

Solet queri.

1 An post vitam hanc aliqua dimittantur peccata. 295 a
An mortalia queant sine gratia dimitti, an habentibus gratiã queant contritione auferri. 295 b
An venialia mortali adiuncta possint dici, fœnum lignum, stipula, & cætera. 296 a
An peccatum veniale post vitã hanc expietur quantũ ad culpã vel solum quantũ ad pœnam. 296 b
2 An generalis cõfessio deleat nõ solum venialia, sed ẽt mortalia oblita. 297 b
An pctã, quæ homo non confitentur ex ignorantia, per confessionem generalem deleantur. 298 b
An liceat in cõfessione aliena referre pctã. 299 a
3 An in omni euentu, & casu Christus iusserit confessionem celare. 299 b
An confitens possit confessori dare licentiam reuelandi pctã, quæ sibi confessus est. 300 a
An confessor sciens peccatũ confessi alio modo quã per confessionem tenetur celare. 300 b
An sigillũ confessionis ad alia se extendat, quã ea, quæ cadunt sub confessione. 300 b
An solus sacerdos habeat confessionis sigillũ. 300 b
An clericos non sacerdos assumens habitum confessoris, confessionemque audiens, & hoc facto gaudens se percepisse secreta confitentium possit ad sacros ordines promoueri. 301 b
An confessor ex confessione sciens aliquem sibi cõfessum velle occidere alium, possit illud aliũ auisare, vt caueat sibi ne occidatur. 301 b
An Abbas ex confessione tantum agnoscens monachum suum esse corruptorem parrochiarum suarum, debeat illum a cura remouere, & reuocare ad claustrum. 301 b

DISTINCTIO XXII.

Cumque multis authoritatis.

1 An pctã semel dimissa redeant. 302 a
An ingratitudo sit speciale peccatum. 303 b
An per ingratitudinem redeant uenialia pctã dimissa, peccatum quoque originale. 304 a
An per hæc quatuor peccata, negligere pro beneficijs sibi datis aliqd retribuere cum possit, contẽnere beneficia sibi data cum affectu beneficiorũ obliuisci, retribuere mala pro bonis, potius redeunt peccata dimissa, quam per alia venia. 304 a
An recidiuans tenetur confiteri priora sua peccata de quibus confessus est. 304 b
An post quodcunque mortale peccatum quo quis recidiuat sit confessio reintegranda. 305 a
2 Quid in pnïæ sacrõ fit sacrm tm̃ ac res & sacramentum, & res tantum. 305 a
An interior pnïa sit res sacramẽti istius. 395 b
An remissio peccatorum sit tantum res huius sacramenti. 306 a
An pœnitentia sit vnum sacramentum. 306 b
An verba absolutionis debeant per modum deprecationis proferri. 306 a
An hoc sacramentum fuerit institutum ante Christi aduentum, vel solum in euangelica lege. 306 a
An error sit dicere confessum alicui, qui potest absoluere, quãuis non nisi ex gratia, & priuilegio, teneri iterum peccata eadem illi confessa confiteri proprio sacerdoti, &c. 307 a
An ex concessione per priuilegium de absoluendo a peccatis simpliciter cõcedatur potestas absoluendi à maioribus criminibus episcopis reseruatis. 307 a
An episcopi tenentur iuxta contenta in iure eos punire, qui non confitentur semel saltẽ in anno proprio sacerdoti, &c. 307 a
An expediat subditis pro sua voluntate eligere cõfessores. 307 a
An abbas aut prælatus religiosi confessiones audiẽtis subtrahere aliquem casum, qui aliàs de iure pertineret ad ipsum, possit. 307 a
An prælatus possit subdito suo confessiones audiẽti concedere plures casus, a quibus absoluat, quã iura concedunt. 307 b
An sacerdos subditus possit confitentem absoluere a casibus, qui pertinent ad se, & de alijs remittere ad superiorem. 307 b
An inferior possit illum absoluere de pertinente ad superiorem sub ista conditione. Si superioratũ habuerit, an possit illũ absoluere de pertinẽtibus ad se ad ipsos, quousq; superiori cõfiteatur 307 b

DISTINCTIO XXIII.

Præter præmissa.

1 An vnctio extrema sit sacrm euangelicæ legis à Christo institutum. 309 a
Quid agendum si sacerdos inungens ante completionem vnctionis deficiat. 310 b
Quomodo per extremam vnctionem dimittatur veniale peccatum. 312 a
2 Quæ sit forma vnctionis extremę, deq; effectibus eius. 312 b
An unctio imprimat characterem. 314 a
Quę sit melior forma sacramenti vnctionis deprecatiua, an indicatiua. 414 a
Quando vnctio sortiatur suum effectum. 314 a
3 Quorum sit vnctionem ministrare, & quorum sit eam recipere. 314 b
An in omni infirmitate sacramẽtum vnctionis accipiendum sit. 315 a
An in eadem infirmitate unctio extrema sit iteranda. 315 a

DISTINCTIO XXIIII.

Nunc ad considerationem.

1 An ordo sit sacrm euãgelicę legis. 320 a
An apta sit forma sacramenti huius, scilicet, accipe potestatem, & cætera. 320 a
2 An clericis, & sacris ordinibus constitutis conuenit coronam habere. 322 a
An corona sit ordo. 322 b
An tonsuram accipientes teneantur renanciare tẽporalibus. 322 b
An clerici nõ beneficiati, nec in sacris constituti teneantur portare tonsuram. 323 a
An clerici vxorati non bigami teneantur portare tonsuram. 323 a
An bigami teneantur non portare tonsuram. 323 a
An clerici, qui de boni ecclesię sustentantur teneantur ad horas canonicas. 323 b
3 An in ordine imprimantur gratia, & character. 323 b
An character ordinis p̃supponat in suscipiente characterẽ baptismi, & ẽt confirmationis. 324 a
An character vnius ordinis idferiori. 324 a
An, & quomodo character ordinis consignet. 324 a
4 An in recipientibus ordinem requirantr̃ virtuosis vitæ, scientia, etiam non totius sacræ scripturę: 325 a
An promouens ad ordines indignos peccet. 326 a
An existens in pctõ mortali peccet mortaliter vtendo ordine sibi collato. 326 a 332 b
An subditus possit sacramenta percipere à sacerdote existenti in peccato mortali. 326 a
5 An sint tantum ordines septem. 327 a
Quare hoc sacramẽtum distinguitur per tot species magis, quàm alia. 327 a
Cur in ecclesia plures sint ordines ordinũ. 327 a
An ordines distinguantur per sacros, & non sacros. 328 a
6 Qm̃, & in quo actu ordines, & eorũ characteres imprimantur. 328 a
7 An episcopatus sit ordo. 329 b
8 An supra sacerdotalem potestatẽ oportuit ordinari potestates iuri sdictionales eminentiores. 330 a

DISTINCTIO XXV.

Solet queri, si hæretici.

1 An soli episcopi catholici conferre valeant ordines sacros. 336 a
An præsbyter possit consecrare episcopum. 337 b
An epͣs degradatus cõferre possit ordines. 338 a
An in in hæreticis sint vera sacramenta. 338 a
2 Quid sit simonia, quibus committatur modis. 338 b
An dãs ordines, seu aliquod spirituale simoniacè ex hoc fiat hæreticus. 339 a
An simonia sit peccatum in fide & moribus. 339 a
Quid sit simonia. 339 a
An simonia sit hęresis. 339 a
An simõia ipediat executionẽ ordinis sacri. 339 a
In quibus rebus committatur simonia. 339 a
An spiritalia sacramenta possint vendi. 340 a
An in emptione, & venditione eliorum spiritaliũ committatur simonia, 340 a
An liceat prædicare pro pecunia. 340 b
An liceat docere, & legere pro pecunia, 340 b
An iudices possint p iudicio petere pecuniã 340 b
An committatur simonia in emptione, & venditione eorum quę spiritalibus annexa sunt. 340 b
An simoniacus sit, qui consanguinitatis intuitu, aut amore prętat beneficium. 341 b
3 An sacerdos habens competens beneficiũ possit alteri licitè deseruire. 342 b
4 Quæ nam impediant hominem ab ordinis sacri susceptione. 343 b
An sexus fœmineus, minor ætas, seruitus, homicidiũ natiuitas illegitima, defectus mẽbrorũ impediãt tantum susceptionem ordinis sacri. 344 b

DISTINCTIO XXVI.

Cum alia sacramenta

1 An cõiugiũ sit opus naturæ, ac licitum an exerceri possit sine peccato. 347 a
An matrimonium adhuc sit in præcepto. 348 a
An actus matrimonialis possit esse meritorius vel virtuosus. 348 a
An copula carnalis fuerit in præcepto. 348 b
An copula matrimonialis fuit in præcepto ante peccatum. 348 b
2 An mrimonium sit sacrm, an diuinitus institutum, an ante peccatum &c. 349 a
A quo matrimonium fuerit institutum. 350 a
An cõmixtio carnalis sit de ītegritate sacri. 350 b

DISTNCTIO XXVII.

Post hoc aduertendum.

1 Quid sit mrimonium, an ꝺsensus p verba determinata expressus sit causa ipsius. 355 a
An per verba de presenti matrimonium contrahatur, si desit intentio interior. 356 b
Quid consulendum alteri coniugum cum alter dicit se nunquam consensisse, nec consentit. 357 a
2 An alter coniugum possit religionem intrare altero nolẽte ante carnalem copulam, vel post eam. 357 b
An viro religionem ingresso mulieri liceat nubere alteri. 357 b
An matrimonium non consummatum possit dissolui per mutuum dissensum. 357 b
An matrimonium non consummatum queat dissolui per genitalium abscisionem. 358 b
An post matri. mediũ consummatum alter coniugũ alio inuito religionem ingredi possit. 358 a
3 Quid sint sponsalia, quando cõtrahi possint, & quomodo dirimi. 358 a
4 An p bigamiã hõ fiat irregularis. 359 a
An bigamia tollatur per baptismum. 360 a
An clericus celebrate matri. p verba de psenti. sed nondum consummato, ii postea promoueatur in sacerdotem, possit debitum rederre vxori, vel illum exigere. 360 a
An matri. in facie ecclesiæ rite, ac solemniter cõtracti valeat solui per religionis ingressum. 361 a
An homicida ante baptismum possit post baptismũ promoueri ad ordines. 361 b

DISTINCTIO XXVIII.

Hic quæri solet

1 An ad matrimonium cõtrahendum exigatur expræssio mutui consensus ī facie ecclesiæ &c 363 a
An cõsensus cõditionatus faciat matrimoniũ. 363 b
An consensus tacitus faciat matrimonium. 363 b
Quid ille consensus contrahentimm legitimè per verba de præsenti, 363 b

DISTINCTIO XXIX.

Oportet autem.

1 An coactio impediat veritatem matrimonii. 365 a
An coactio metus cadat in uirum constantẽ. 366 a
Qũo cõsensus coactus tollit matrimonium. 366 b

An

An quis præcepto patris sui possit compelli ad contrahendum matrimonium. 366 b

DISTINCTIO XXX.

Nec solum coactio impedit.

1 An error impediat matrimonium, quis error & quomodo. 368 a
An omnis error impediat matrimonium. 369 a
An matrimo esse possit ex consensu alicuius in aliqua propter causam inhonestam. 369 b
2 An inter beatam Mariam & Ioseph fuerit verũ ꝑsummatũq; mrimoniũ. 370 a
An virgo beata debuit esse viro matrimonialiter iuncta. 370 a
An matri. illud fuerit aliquando cõsũmatũ. 371 a

DISTINCTIO XXXI.

Post hoc de bonis coniugii.

1 An tria illa bona matrimonii ipsum honestent, an ipsum excusent ab omi peccato. 374 b
Quid triũ bonorũ matrimonij sit principalius. 355 a
An tria ista bona sint matrimonij inquantum est in remedium culpæ.
An actus matrimonij excusari possit à culpa sine præfatis bonis matrimonij. 376 a
An peccet, qui vtitur coniuge solum ad vitandum fornicationem. 376 a
An peccet mortaliter vtens vxore, non intendẽtes aliquod matrimonij bonũ, ꝓp delectationẽ 376 a
An oporteat esse tria mat. bona in contrahentiũ intentione. 376

DISTINCTIO XXXII.

Quod verò sine consensu.

1 An uterque coniugum teneatur ex præcepto alteri reddere debitum indifferẽter quocunque tempore. 378 a
An propter lepram alterius coniugum altera reddendo debitum excusetur. 378
An vxori non petenti teneatur vir reddere debitum. 378 b
An mulieri menstruatę liceat petere debitũ. 378 a
An vxor, ac maritus eiusdem sint auctoritatis in petendo, reddendo q; debitum. 379 a
An liceat temporibus sacris & festiuis reddere debitum. 379 b
An nuptiæ interdicendæ sint temporibus in litera expressis. 379 b (380 a
An tempore impregnationis liceat exigere debitũ.
An matrimoniũ contractum tempore interdicto sit separandum. 380 a

DISTINCTIO XXXIII.

Quæritur hic de antiquis.

1 An habere plures vxores sit contra legẽ naturæ, an licitum fuit. 382 a
An habere concubinã sit contra legẽ naturę. 384 a
An habere concubinã aliquando licuerit. 384 b
2 Diuortium, quid, quidque de hoc sentiendum. 386 a (388 b
An sub lege Moysi licui vxorem dimittere. 387 a
An repudiatę licuerit contrahere cũ alio. 387 b
An licuit viro repudiatã ad se iterũ assũere. 387 b
Repudij causę, quæ. 387 b (388 b
3 An virginitas sit virtus, & qualis virtus.

DISTINCTIO XXXIIII.

Nunc superest descendere.

1 Impedimenta matrimonii, quæ sint. 392 a
Quare sacramento matrimonij potius assignentur impedimenta, quàm alijs sacramentis. 392 a
2 Quæ sint impedimenta matrimonii in speciali. 392 b
An maleficiũ excludẽdũ sit ꝓ maleficiũ. 394 b

DISTINCTIO XXXV.

Hic etiam notandum est.

1 An propter fornicationem vnius cõiugum alius possit illum abijcere. 396 a
An & propter scelus contra naturam possit diuortium celebrari.
An vir tenetur vxorẽ adulterã dimittere. 397 a
An vir proprio iudicio possit vxorem a dulteram dimittere. 397 a
An in causa diuortij vir, & mulier ad paria iudicentur. 397 b
Quis magis peccet adulterẽdo, vir an mulier. 397 b
An post diuortiũ vir alteri possit nubere. 397 b
An post diuortiũ vxor possit viro recõcilliari. 397 b
An adultera separata possit reuocari à uiro. 398 a
An possit fieri diuortium sine præuia culpa. 398 b
Cuius adulterij culpa grauior, viri, aut mulieris. 398 b

DISTINCTIO XXXVI.

Nunc de conditione videamus.

1 An soli liberi contrahere possint. 399 a
An seruitus possit matrimonio superuenire. 400 a
An filius sequitur ventrem, vel magis conditionẽ patris. 400 a

DISTINCTIO XXXVII.

Sunt ergo quidam ordines.

1 An soli ordines sacri matrimonialẽ impediant contractum. 401 a
An matrimonia possit supuenire sacer ordo. 402 a
2 An liceat viro vxorem adulteram trucidare, præsertim dum eam actualiter in crimine inuenit. 402 b
Quid sit grauius peccatum, occidere matrem an cõiugem propriam. b
An occidere ꝓpriã cõiugẽ impediat mrimoniũ. 402 b

DISTINCT. XXXVIII.

Nunc de uoto.

1 Quid sit uotum, de diuisione eius, quomodo impediat coniugium. 405 a
An uotum tantum sit de bono meliori. 406 a
An is, qui non sui iuris possit vouere. 406 b
An dolosè vouens tenetur. 406 b
Quomodo differant iuramentum, & uotum, 406 b
An religiosus possit vouere ingressum alterius altioris religionis. 407 a
2 Solẽnitas uoti q̃ de diuisione uoti. 407 a
Quomodo votum solemnizetur. 407 b
An votum simpliciter obliget. 408 a
De uouente religionis ingressum, & religiosi nolunt eum habere. 408 a
An votum simplex dirimat contractum matrimonium, an faciat hoc votum solemne. 408 b
3 An

3 An in uoto ualeant dispensari. 409 a
An uoto continentię solemni possit summus pontifex dispensare. 409 a
An qlibet ꝓlatus possit dispẽsare in voto. 410 a
An uotum possit commutari. 410 a
An propria auctoritate possit homo uotum suum mutare. 410 a
An debens aliquid ex vna causa, liberet se faciẽdo illud ex alia causa. 411 b
An religiosus à mort e resurgens, tenetur redire ad pristinum votum. 411 b

DISTINCTIO XXXIX

Post hæc de dispari cultu.

1 An dispar cultus impediat matrimoniũ 415 a
An catholicus cum hereticа contrahens, ineat cũ illa verum coniugium.
An inter infideles possit esse verum cõiugiũ. 415 a
An coniux conuersus ad fidem posset manere cum illa, quam in fidelitate accepit &c. 415 a
An fidelis conuersus possit relinquere infidelẽ nolẽtẽ sibi cohabitare sine cõtumelia creatoris. 415 b
An liceat discẽti ab ifideli vxore ducere aliã. 415 b
Alia quoq; vitia, q̃ infidelitas soluant matri. 416 a

DISTINCTIO XL.

Nunc supereſt de cognatione.

1 Quid sit ꝓsaguinitas, quare impedit matrimonium. 417 a
An consanguinitas sit vinculum. 418 b
An & quare cõsanguinitas ĩpediat matrim. 418 a

DISTINCTIO XLI.

Nunc de affinitate.

1 Affinitas quid sit, vnde causetur, qũo impediat matrimonium, 422 a
An affinitas impediat matrimonium. 423 a
An affinitas per seipsum habeat gradus. 423 a
An affinitatis gradus extendatur sicut gradus consanguinitatis.
An filij illegitimi debeãt ex sua illegitimitate dãnũ incurrere.
An filius illegitimus possit legitimari. 423 b
An matrimonium contractum ex affinitate, vel cõsanguinitate sit per diuortium dirimendũ. 423 b

DISTINCTIO XLII.

De parentalium graduum.

1 An spũalis cognatio ĩpediat mrimoniũ quid sit, & quæ sit causa ipsius. 427 a
An per solum baptismum contrahatur spirituale cognatio. 427 b
Inter quos contrahatur spiritualiis cognatio. 428 a
2 Adoptio. q̃d sit, an impediat mrimoniũ
An secundæ nuptiæ liceant. 429 a (428 b

DISTINCTIO XLIII.

Postremò de conditione resurrecti.

1 An in fine seculi fiet oĩum resurrectio mortuorũ oĩpotente Dei virtute. 447 a
An resurrectio erit naturalis. 458 a
An erit illi ĩ extremo iudicio tanta efficatia. 451 a
An resurrectio fiet in instanti. 452 a 456 a
An resurrectio erit media nocte. 452 a
An omnes ante resurrectionem morientur 452 a
An resurrectio erit à cineribus. 452 b
An illi pulueres habebunt naturalem inclinationẽ ad animas, quibus iungentur. 452 b
An idem numero homo resurget. 453 a
An corpore sufficienter dispositio ad ãæ reunitionẽ possit se ãnima naturali virtute vnire. 453 b
In quo loco homines resurgent. 454 a
An resurrectio erit miraculosa an naturalis. 454 a
2 An in hora iudicij oẽs distinctè cognoscent sua, & aliorum peccata. 456 b
Quid cruciatus oriatur ex his electis, & quid pœnæ iniquis. 457 a
An omnia peccata simile in vno momento possint accusari. 457 a
An quilibet legere possit in cõscientia alterius omnia, quę scripta sunt in ea. 457 b
An uniuersi in iudicio videbunt omnia ista intuitu vno, & instanti vel successiuè. 457 b
An in iudicio oĩa simul videbuntur, an oĩbus. 457 b

DISTINCTIO XLIIII.

Solent autem nonnulli.

1 An quicquid fuit in corpore in eo resurget, & in eisdem membris. 460 a
Quid sit veritas humanæ naturę, quę resurrecturæ perhibetur.
An omnia corporis membra resurgent, similiter capilli vngues &c. 461
An capilli, vngues & c. informentur ab omnia rationali. 461 b
An totum, quod fuit in corpore de veritate humanæ naturę resurget in eo. 461 b
An quicquod fuit in hominis membris materialiter resurget in eo. 462 a
An reformitates manebunt in corporibus damnatorum. 463 b
2 An omnes resurgent in æquali, ætate, pari statura, &c. 463
An omnes resurgent in sexu virili. 464 b
3 An sunt tm̃ quatuor dotes corporũ electorum an specialiter impassibilitas sit dos corporis. 465 a
An corpus glorificatũ valeat penetrare ꝓ dotẽ subtilitatis, corpus aliud non glorificatum. 465 b
An impassibilitas erit etiam in paruulis. 465 b
An dotes corporis glorioſi sint quatuor. 466 a
4 An impassibilitas corporis glorioſi conueniant æqualiter omnibus corporibus glorioſis. 466 a
An omnes erunt in actu in beatis. 467 b 469 b
An gloria corporis in his consistens dotibus sit originaliter a felicitate animę. 469 a
An corpora electorum erunt impassibilia. 470 a
An corpus glorioſum sit impassibile passione ab extrinseco veniente. 470 a
5 An corpori glorioſo ex sua subtilitate ꝯ ueniat naturaliter, vel supernaturaliter simul esse in eodem loco cum corpore glorificato, & non glorificato. 471 b
An corpora beatorũ erũt palpabilia. 473 b (474 a
An corpora beatorum erunt subtibiliora elemẽtis
6 An glorificati corpore, & anima peragilitatem suam in instanti mouebuntur

per

per corpus,quod voluerit anima, præce peritq; voluntas,sine fine qescent.475 b
An glorificata corpora mouebũtur in instãti.466a
7 An corpora electorum erunt clara clari tate preceptibilis oculis viatorum.477 b
Quanta erit luminositas corporũ glorioſorũ. 479 a
An anima glorioſa resumpto corpore posit aliqd videre sine sensu intermedio. 480 a
8 An corpora damnatorum erunt deformata,& ab igne inferni sine corruptione,& morte perpetuè affligenda:an aię ante corporis,resumptionem possint ab igne cruciari. 480a
Qũo in corporibus damnatorum simul esse poterit immortalitas,& passibilitas. 480 b
An corpora damnatorũ ex propria dispositione incorruptibilitatem habebunt. 480 b
An corpora damnatorum simul cum suis deformitatibus resurgent. 481 a
An corpora damnatorũ erunt corruptibilia. 481 a
An ignis inferni sit corporalis, eiusdemque speciei cum igne seculi huius. 482 a
An aïa separata posit corporali igne punire 483 a
An animæ separatę,& dęmones valeant corporeo igne affligi. 485 a
An damnati cruciabuntur perpetuò à tribus alijs elementis videlicet terra,aqua & aere. 485a
An damnati simul ab omnibus affligentur elementis. 485 a
Qũo ignis sit afflictiuus spirituum. 485 b 486 a
An corpora dãnatorum affligentur, consumentur, an corrumpentur. 485 b
An ignis corporeus agat in spiritum, an dęmones ardeant igne corporeo. 486 a
An homines damnati post iudicium cruciabuntur igne infernali. 486 b
An corpus damnati in inferno posset esse simul summè calidum,vel frigidum. 486 b
An damnati corpus realiter posit alterari ab igne inferni. 486 b

DISTINCTIO XLV.

Præterea sciendum.

1 Quæ,& quot sint receptacula animarum post hanc vitam, 490a
An limbus patrũ,& limbus puerorũ sint idẽ. 491 b
Quomodo animarum receptacularum post hanc vitam distinguantur. 491 a
An receptacula aliquo modo augeant gaudium animarum sanctarum. 492 a
2 Ausuffragiis viuentiũ valeant adiuuari animæ defunctorum,quibus, & qualibus prosint. 492 b
An suffragia viuentium prosint decedentibus in peccato mortali. 493 a
An suffragia facta p malos prosint defunctis. 493 a
Quę nam suffragia plus valeant specialia, scilicet an generalia. 493 b
An defuncti possint iuuari operibus viuorũ. 493 b
An suffragia facta p iniquos pſint defunctis. 494 a
An suffragia,quæ quis facit pro alijs prosint sibi ad meritum. 494 a
An suffragia prosint damnatis. 494 a
An suffragia prosint existentibus in purgatorio,in limbo, in cœlo. 495 a
3 An ecclię suffragia sint tantum tria in genere. 496 a
Quare omnia ecclesię sacramenta non prosint post mortem. 496 a
An suffragia,prosint oĩbus æqualiter, an potius ei pro quo fiunt. 496 a
An indulgentię prosint defunctis. 497 a
An cultus exequiarum prosit defunctis. 467 a
An suffragia,quæ fiunt vno defuncto, plus prosint ei,quam alijs. 497 a
An suffragia,quæ fiunt pro multis tantum prosint singulis, ac si pro vno quoque singulariter fierent. 497 b
An suffragia cõia tantum,valent illis, quibus specialia non fiunt, quàm illis prosint communia, & specialiter simile. 497 b
quantum prosint suffragia existentibus in purgatorio. 498 a
4 An sancti orationes nostras agnoscant an semper exaudiantur pro nobis. 498a
An sancti semper exaudiantur pro nobis,& etiam pro seipsis. 499 a
An sancti semper exaudiantur. 499 a
An animæ beatę orent pro animabus detentis in purgatorio. 499 b

DISTINCTIO XLVI.

Sed quæritur hic de valde malis.

1 An Deo conueniat iustitia in seipso, & in operibus suis. 402 a
An opus Dei dicatur iustum ex hoc solo,quia ei sic placet. 502 b
An Deus possit prætermittere aliquid horum,quo concurrunt ad iustitiam operis sui. 503 a
An Deus neminem puniat nisi pro culpa. 503 a
An Deus iustiùs agat cum vno,q̃ cum alio. 503 b
2 An pro temporali infligat iustitia Dei æterna supplica. 503 b
Ad qd vtilis erit æterna miserorũ punitio. 504 a
Ad Deus iustius agat cum vno quam cũ alio. 505 b
3 An in Deo sit mĩa:de eius effectib⁹. 504b
An secundum eadem rationem in Deo dicantur misericordia,& bonitas. 505a
An quod attributum diuinæ naturę opus misericordiæ reducatur. 505 b
An Deus ex misericordia sua semper puniat citra condignum. 505 a
In quo peccato damnati aliquid misericordie consequantur. 505 b
An in omni opere Dei mĩa, & iustitia coniungantur. 505 a
quomodo Dei misericordia, & iustitia sint in opere creationis. 505 a
An per infinitam Dei misericordiam aliquando terminabitur omnis pœna &c. 506 a
An saltem pęna omnium hominum damnatorũ tandem sit terminanda. 506 a
An pœna damnatorũ Christianorũ finietur 406 a
An homines misericordes mortui in peccatis mortalibus liberabuntur. 506 a
An secundum rationẽ intelligendi priùs sit in Deo misericordia quàm iustitia. 506 b
An in eodem opere Dei mĩa, & veritas. 507 a
An mĩa,et veritas ĩ ope dei aliquo separẽtur. 507a
An mĩa, & veritas Dei possint separari. 507 a
An Deus possint peccatori infligere tantam pœnã quantam meretur eius mortalis culpa. 507 b
An Deus possit aliquid facere, quod eum facere non decet. 507 b

DISTINCTIO XLVII.

Solet autem queri.

1 An finale iudicium,ac gñale in fine seculi sit futurum &c. 509 a
Quare iudicij locus sit determinatus non tps. 508b
An tempus iudicij sit ignotum. 510 b
An aliqui iudicabunt cum Christo. 510 b
An iudiciaria potestas correspõdet voluntariæ pertati. 511 a
An angeli sancti iudicabunt cum Christo. 511 a
An post iudicium dæmones exequentur sententiam iudicis in damnatis. 511 a
An uniuersi homines etiam paruuli inbaptizati in iudicio comparebunt. 511 b
An aliqui boni iudicabuntur in iudicio. 511 b
An aliqui mali iudicabuntur. 511 b
An iudicabuntur angeli. 511 b
An deceptatio in iudicio erit uocalis. 512 a
An deceptatio erit solum de operibus mĩæ. 512 b
An iudicium finale diu durabit. 512 b
An iudicium fiet in tempore vel in instanti. 513 b
2 An regio elementaris purgabit ignẽ cõflagratiõis,quousq; ignis ille ptĩgit. 514b
An ignis ille consumet omnia mixta,bruta, & homines. 514 b
An virtus illius ignis sit naturalis. 514 b
An ignis purgatorius sit elementum. 514 b
Quare purgatio huiusmodi fiet per ignem. 515 a
Ignis purgatorius quousque extendet se. 515a
An ignis iste prætendet iudicium. 515b
An ignis hic eiusdem sit speciei cum igne elementari. 516 a
An ignis ille purgabit cęlos superiores, an consumet alia elementa. 516 a
An ignis ille omnia purgabit elementa, ita qđ pertinget vsq; sphærã cõtinentẽ alia elemẽta. 517 a
An ille ignis præcedat iudicium. 517 a
An ille ignis habebit eosdem effectus in homines & alia. 517 a

DISTINCTIO XLVIII.

Solet etiam quæri in qua forma.

1 An Christus in iudicio apparebit in forma glorioſa. 519 a
An Christus in eadem dispositione apparebit bonis, & malis,& cætera. 519 b
An Christus in iudicio apparebit in forma glorificata humana. 520 b
An deitas sine gaudio queat videri. 520 b
2 An secundum Christi aduentum præcedent aliqua signa. 521 a
3 An in secundo Chri aduentu innouabitur,mũdus,an corporum cęlestium tũc cessabunt,an corpa superiora, & elemẽta a bũdãtiori venustare ornabunt. 522b
An ĩ cęlestibus corporib. augebatur claritas. 523 b
An innouabuntur elementa post iudicium. 524 a
An mixta remanebunt post diem iudicij. 524 a
An naturaliter idem sint innouatio, & purgatio mundi. 524 a
An cęlestia corpora cessabunt; moueri in loco illo situ,in quo sunt creata. 524 b
An corpora cęlestia remunerabuntur. 524 b
An corpora cęlestia quietabuntur. 524 b
An corpora cęlestia innouabuntur. 524 b
An post resurrectionem erunt aliqua individua cõposita in hoc mundo. 525 a
An cessatio motus cęli post iudiciũ erit causa incorruptionis corporum damnatorum. 525 b

DISTINCTIO XLIX.

Post resurrectionem verò.

1 Quid sit beatitudo,in quo ꝑsistat:an beatitudo sit,qd creatũ vel increatum. 527a
An beatitudo magis consistat in his,quæ sunt voluntatis,quàm in his,quæ sunt intellectus. 527 a
An beatitudo magis consistat in actu intellectus speculatiui, quàm practici. 527 b
An beatitudo habeatur in vita presenti. 528 a
An beatitudo sit quid increatum. 528 a b
An beatitudo sit actus. 528 b
An beatitudo sit idem,quod vita ęterna. 528 b
An beatitudo sit idem,quod pax. 528b
An beatitudo sit idem,quod regnum cœlorũ. 528 b
An omnes homines naturaliter appetant beatitudinem. 528 b
An appetere quis possit miseriam. 526 a
An beatitudo sit actꝰ ĩtellectus,vel volũtatis. 529a
An appetendo beatitudinem qs mereatur. 529 a
An omne,quod quis uult, velit propter beatitudinem. 529 a
An beatitudo sit tantum actus animæ,an etiam totius hominis. 529b
An beatitudo sit actus intellectus, & voluntatis simile. 529b
An omnes veram appetant beatitudinem. 530 a
An beatitudo per se consistat in actu voluntatis, aut intellectus. 531a
An beatitudo consistat in vnica operatione,vel in pluribus. 532a
An omnes homines uelint summè beatitudinem. an propter beatitudinem appetitur quicquid appetitur. 533 a
2 An beatitudo p priùs respiciat essentiã animæ rationalis,q̃ eius potẽtiam. 535 b
3 An beatitudo,& gloria electorũ maior post diem iudicij,quàm nunc sit. 535 b
An beatitudo ab omnibus æqualiter participabitur. 535 b
An mansiones in patria distinguantur penes gradus charitatis diuersos. 536 a
An beatæ animæ possint simile multis gaudijs gaudere. 536b
An fœlicitas illa superna possit augeri. 537 a

An habens naturalia meliora existens in charitate, & genera equali cum eo, qui habent naturalia minus bona clariùs,& intentiùs Deum diliget, quàm ille alter. 537 ab
An intellectus beatus posit proficere in cogitatione multitudinis rerum cognoscilium, non proficiendo in cognitione diuinæ essentiæ. 538 a
4 An beati vidēt deitatis essentiā clarè per essentiam an cōpræhendāt eam, an omnia noscant in ea. 538 a
An sancti post diem iudicij videbunt Deum in deitatis naturę,oculis corpalib.glorificatis. 541 a
An videntes Deum p spēm cōprehendent eū. 540 a
An videntes Deum omnia videant, & cognoscant in eo. 520 b
An aliquid intellectus creatus ex puris naturalibus posit pertingere ad claram essentię diuinæ visionem. 541 b
An Deus ī hac vita p essentiā videri posit. 541 b
An Deus comprehendi posit a sanctis. 542 b
An beati omnia vincant in Deo. 543 a
An humana natura sit capax beatitudinis. 543 a
An homo in hac vita posit consequi beatitudinem. 544 a
An diuina essentia queat cognosci ab ītellecto creato beato, absq; hoc, q res creatæ in ea cognoscantur. 543 a
An homo hac uita viuens posset esse perfectè beatus, ac Deum perfectè videre. 544 a
An videns essentiā diuinā oīa videat in ea. 544 a
5 An ratione beatitudinis patriæ sit instabilitas, impeccabilitas,& æterna confirmatio in bono. 545 b
An ad esētiā beatitudinis spectet securitas. 546 a
6 An gaudium sit de essentia beatitudinis. 547 a
An aliqua delectatio sit quid optimum. 547 b
7 An dotes assignādę sint animabus beatis quę,& quot sint, an etiam angelo, vel Christo consistant. 547 b
An Deus animæ idē sit quod beatitudo eius. 548 b
An Christo competat dos. 548 b
An ratio dotis competat angelis. 549 a
An animæ dotes sint tantum tres. 549 a
An tentio sit dos specialis. 550 a
An ī volūtate brā sint idē fruitio, & gaudiū. 550 b
8 Quid sit aureola, quibus debeatur meritis, quotuplex etiam sit. 551 a
An virginitati debeatur aureola. 551 b
An martiribus dabeatur aureola. 552 b
An doctoribus, & prædicatoribus debeatur aureola. 551 a
An Christo, & angelis debeatur aureola. 553 a
An corpori debeatur aureola. 553 a
An tantum sint tres aureolæ 553 b
Quantum aureolarum potior sint. 553 b
An beati habebunt aliquod præmium accidentale pro operibus bonis, quæ fecerunt in peccato mortali. 554 a
An quilibet beatus tantum gaudeat de bono proximi sui quantum de suo. 554 a
An digni licentiari in theologia qui non licentiantur habebunt aureolam doctoratus. 554 b
9 Quæ sit fructus, quō differt ab aureola, de triplici parte, seu specie eius. 555 a
An fructus debeatur virtuti tantū cōtinētiæ. 556 a
Quid sint partes, seu species fructus. 556 a
An numerus tricesimus approprietur coniugatis, sexagesimus viduis, cētesimus virginibus. 556 b
Quomodo transitu, de numero tricesimo ad sexagesimum, & de eo ad centesimum. 557 a

DISTINCTIO L.

Hic oritur quęstio.

1 An damnati ex deliberatione velint se non esse,& oīno malint non esse quàm in tantis pęnis esse. 559 a
An damnati debeant velle non. 560 a
2 An beati, ac damnati inuicem se cognoscant, ita ut beati videant miserias damnatorū, & dānati gloriā beatorū. 561 b
3 An damnati valeant vbi scientia, atque notitia acquisita in vita pręsenti. 563 a
An damnati interdum cogitent de Deo. 563 b
An dānati cognoscāt ea, quę fiunt circa nos. 563 b
An anima separata posit se mouere de loco ad locum naturali virtute. 563 a
An anima separata naturali virtute posit mouere aliquod corpus. 564 a
An anima separata posset naturali virtute fieri ꝓprias alicuius corporis motor. 563 a
An aīa separata cognoscat, quę circa nos fiūt. 573 a
4 An omnis voluntas damnatorum sit praua &c. 563 b
An damnati pęniteant. 563 b
An dānati oēs secum vellent esse damnatos. 563 b
An damnati demereantur. 563 b
An damnati velint se peccasse. 564 a
An damnati posint reuerti ad bonum. 564 a
An Deus sit causa damnationis malorum. 564 b
5 An damnati solo igne torqueant. 565 a
An verbis in dānati sit corporalis in spūalis. 565 a
An beati videbūt dānatorū, an cōpatiant ei, an lætentur in eorū pęnis. 565 b
An dānati peccēt. 565 b
An pęna sēsus sit maior an pęna dāni. 565 b (555 a
An in dānatis maior sint pęna vermis q̄ pęna ignis
6 Quomodo corporalia afflictiua in inferno agere possint in spiritualibus substantiis &c. 566 a
An formalis ratio doloris sit solum in cogitiua, vel potius in appetitiua. 567 b
An in patriam post diem iudicij erit perpetuè laus vocalis. 568 a
An vita glorię habeat harmonias, delectabilesque concentus. 570 a
An gratia, & gloria sint idem. 571 a
An in futuro sit aliqđ lumē glorię beatis infusum realiter ab essentia gratię differens &c. 571 b
An gratia perficiens totam animam sufficiat perficere eam in patria. 572 a
An oīa, quæ sunt, & esse possunt visuræ aīę nostræ sint in illa gloria. 573 a (573 a
An Deus videbit à beatis p suā pñtiā, & veritatē.

Ex

EX PRIMO TOMO

operum minorum D. Dionysij Carth. ex elementatione Theologica.

De septem institutione sacramentorum, & presertim sacræ Eucharistiæ: Item de fine mundi, extremo iudicio, & retributione finali, Epilogus.

DOminus ac saluator euangelicæ legis dator,& institutor añ recessum suū à seculo isto, per ascensionē in cęlū, septē instituit sacra nouę,& euangelicę legis, tanq̄ septē medicinalia vasa, per quæ virtus, gratia,& meritū oīm horū, q̄ assumpsit, fecit ptulitq; ꝓ nobis, applicant hoībus. Qđ est, qm̄ Chrs dñs venit in hūc mūdū p humanitatē assumptā, vt genus curaret humanū ab oī labe, infectione,& lāguore culparū, puta peccati origialis,& psonalis: peccati actualis,& habitualis: pcti mortalis, ac venialis: queadmodū, itaq; medicus carnalis, ac naturalis, accedens ad ęgros multos varijs ægritudinibus laborantes, secū affert plura medicinalia vasa, in qbus diuersa cōtinent medicamēta variarū ęgritudinū curatiua: Sic medicus ille spiritalis, cęlestis, oīpotens, sup sapiēs, quē nil latet ī carne mortali assumpta, inter hoīes cōuersans añ sua passionē instituit septē sacra, tanq̄ medicinalia vasa saluberrimaq; vngenta ad oīm vitiorū medelā,& curā idonea, in qbus virtus,& gra nō solū figuraliter, vt in sacris veteris testi, designat: verū ēt efficaciter, atq; causaliter, mō admirabili, vix cōpræhēsibili,& effabili continet: Etem̄ virtus,& meritū passionis Chri est sicut vniuersale remediū ꝯtra oē pctm̄, qđ ad curādū diuersa vitia hoīm particularia opus est applicari,& cōicari hoībus p instra varia ꝓportionata, ad ꝓducēdū distinctos particulares effectus curationū interiorū, ac grarū, donorū, virtutū, fructuū, beatitudinū,& pfectionū. Interim: qm̄ rōnalis creatura ex corporali,& spiritali ꝯstat substātia, atq; p sensibilia ad spiritaliū, ac diuinorū agnitionē deducit, Chrs sacra ista in sensibilibus signis materijsq; instituit, in qbus spiritales græ, ac virtutes curatiuæ, cōseruatiuæ,& pñtatiuę ꝯtinent. Postremò, q̄uis aliqua sacra euāgelicę legis añ saluatoris aduētū instituta legant, vt matrimoniū,& pœnitentia in lege naturæ, nihilominus à Christo sunt instituta, scđm q sunt ecclesiæ sacra gratiæ contentiua, signatiua,& effectiua. Postremò sacra ista desuper in septenario numero sapientissimè sunt statuta: nā,& septenario vniuersitas designat. Hæc aūt sacra tā pauca vniuersorū procedentium sacrorum virtutes,& efficacias continent, septē quoque donis spiritus sancti correspondant,& septē, imò vniuersa eijciunt,& expellunt dæmonia, id est peccata mortalia. Primū horū sacrorū, puta baptismus, est introeuntiū ecclesiā militantē. Secundū, vt confirmatio, est pręliantiū in eadē ꝯtra aduersarios suæ salutis. Tertiū, puta Eucharistia, cib⁹ est, atq; viaticū vtrorūq;: Quartū, id est, pęnitētia, est reuiscentiū,& resurgentiū à peccato: Quintū, videlicet extrema vnctio, est exeuntiū præsens exiliū: Sextū, scilicet ordo, est ministrantiū in ecclesia, ac amministrātiū alijs ecclesiastica sacra: Septimum, est prolificantium, ad participandum sacramenta præfata, vt matrimoniū, quo conseruantur fideles. ¶In alijs sacramētis Christus virtualiter per suos continet effectus: in eucharistiæ aūt sacramento, verè, substantialiter incompręhēsibiliterq; consistit. Quòd est, quia in omni vniuersitate,& genere, vbi plura inueniuntur talia per participationē, est vnū tale per se,& suam essentiam. Cætera verò sacra sunt sancta, nō perfectè formaliter, quia subiectū gratiæ, ac virtutis,& sanctitatis, nō est nisi rōnalis intellectualisq; creaturæ. Veruntñ gratia in alijs sacris aliquo mō est, sicut p tactū est, p esse remissum virtuale, ac debile. Porrò in hoc sacro fons oīs gr̄æ,& virtutis Chrs dñs, Deus verus,& hō perfectus, verè realiter adest, cuius aīa plenitudinem ꝯtinet gratiarū formaliter. Præterea sacrm̄ hoc cibus est atq; refectio cōicantis: cibū verò oportet cibādo realiter applicari, vniri, inuiscerari. Ampliùs: istud est sacrm̄ summe,& pfectissimę charitatis, certūq; est, q huiuscemodi charitas talisve amator, nequaq̄ cōtentus est sua cōiare dilectis, nisi cōicet, donet, ac intimè vniat illis ēt semetipsum. Christus ergo in hoc super mirabili sacro est dator,& donū, sacerdos,& hostia. Cū etem̄ pp nos incarnatus sit,& oīa passus,& operatus, decētissimū,& rōnabilissimū fuit, vt qcqd de nr̄o assumpsit,& habuit, nobis cōicaret,& rependeret ad nostrā salutē, oīq; mō possibili liberalissimè conuerteret, exhiberet, ac largiret. Iō sicut semel se in cruce visibiliter obtulit Deo patri ꝓ nr̄a recōciliatione, gr̄a,& salute, ita instituit se quotidie in hoc sacro inuisibilr ꝓ eisdē causis vsq; ī finē seculi immolādū, ꝯsecrādū, tractādū, sumēdū, edēdū, ad maximū,& excellētissimū Dei honorē, laudē,& gloriā, totiusq; suæ ad nos dilectionis, pietatis munificētiæ, cōmemorationē,& regratiationē, ob multiplices quoq; aīarū nostrarū ꝓfect⁹, opes,& gr̄as, ineffabiliter grādes,& copiosas. Ad verò mā sacri huius sunt panis triticeus,& vinū vitis, ita, q panis trāssubstātiat oīpotēti creatoris virtute in Chri corpus,& vinū in sanguinē eius, sic, q directè,& p se ex vi cōuersionis sub specie panis tm̄ est corpus dñicū: cōcomitāter verò,& directa sequela, sunt ibi sanguis,& aīa Christi, ac deitas eius, seu increata verbi æterni psona. Cōformiter sub specie vini ex vi ꝯuersionis,& sacri, est sanguis Chri: ꝯcomitāter verò, corpus, aīa,& deitas eius. Deniq; Chrs in sacro hoc est corporalis, dimēsionatus, imò tātus, vt in terris ꝯuersans, in cruce pēdēs, atq; in summo cœlo iā residēs, nec minus clarus,& fulgēs in manibus sacerdotis,& q̄ in throno,& sinu altissimi patris. Veruntñ in sacro nō ē quātitatiuo, corporeo, ac diuisibili mō: nēpè ad ꝓpriū locū cōparat,& ī eo collocat, circūscribit, ꝯtinet p ꝓpriā quātitatē, dimēsionē, figurā. Ad existētiā verò in sacro rōne ꝯuersionis,& p species alienas panis viniq; remanētes, q̄ q̄diu veraciter manēt, manēt sub eis corp⁹,& sanguis redēptoris: ad quas species p pri⁹ cōparat substātiæ corporis Chri, ac sanguinis ei⁹, q̄ ꝓpria quātitas eorū: deinde ꝓpria q̄titas horū cōcomitāter, cū nō sit realiter separata ab illis ppea ī qualibet parte specierū panis,& vini tot⁹ ē Chrs. Insup species illæ in hoc sacro sunt sacrm̄ tm̄: corp⁹, aūt & sanguis Chri, sunt sacrm̄,& res: signant nāq; p species illas sacrales,& signāt mysticū Chri corp⁹, quòd est in sacro, hoc ē res tm̄. Gr̄a quoq; sacraliter,& incorporatio trāsformatioq; in Chrm, seu visio beata, pōt vocari res tm̄ sacri istius. Hinc trahit, q sacrm̄ hoc tripliciter accipi pōt: Primo sacraliter tm̄, sicut, q sumit indigne ipsum sacrm̄. Scđo sacraliter,& spūaliter, vt q digne accipit illud, ritè vꝫ p̄paratus. Tertiò spiritaliter solū, vt q fide,& charitatis affectu accipit illud, sine reali p̄sentia sacri. Interim: qm̄ verbū æternū tā incomp̄hēsibiliter,& grosissimè assumpsit corpus humanū, congruētissimum fuit,& est: vt tot,& tanta mirabilia prorsus incōpræhensibilia opet in illo,& p illud, q oēm fandi, intelligēdi,& regi atiādi superet facultatē. Hoc ergo est sacrm̄ fidei,& spei,& charitatis: Fidei, qa in ipso fides potissimè locū sortit, inenarrabiliter ꝓmeret, ac maximè necessaria esse cognoscit: Spei qa viaticū ē ad patriā beatorū, pignus,& arra nr̄æ salutis,& ex ipso ppēdimus qd dñs,& saluator daturus sit in futuro suis electis, qbus se in ista peregrinatione taliter p̄stat: Charitatis, qa in illius institutione,& exhibitione, ac iugi permansione nobiscū, ondit nobis clarissimè, certissimè quoq;, ac fidelissimè noscimus, q̄ indicibiliter nos dilexit. Vñ hoc diuinissimū sacrm̄ tractādo, sumēdo, videndo, colendo, debemus diuino amore, ac frna dilectione miro mō accēdi: gaudere ꝓficere. Etem̄ qcqd corporaliter cibus, ac pot⁹ operat in corpore, id efficit sacrm̄ hoc in aīa. Porrò forma sacri huius sacerdotib⁹ nota est, nec alijs eā pādere est necesse. Cōiūctio aūt hæc, ENIM, in forma illa posita, nō est de necessitate sacri, sed à sacratissimo archiapostolo ꝯueniēter ē intermixta. Hoc ergo est sacrm̄ sacrorū, sacrm̄ summū,& incōparabiliter dignissimū, ac diuinū, purissima mente sumendum, quòd qui sumit indignè, reus erit corporis,& sanguinis domini, iudiciumque bibi manducat,& bibit, non diiudicans corpus domini.

De

VoniÃ Christus in euãgelio proteſtat: De die illa,& hora nemo ſcit:Nihilominus tãgit aliqua ſigna,ſmſuũ aduẽtũ,ac diẽ iudicij p̃ceſſura aliqua quoq; p̃dixit futura anteq̃ veniẽt ſigna illa, ꝓtra ꝓxima erũt ſecũdò eius aduẽtui, puta Antichi aduentũ. fallacias,& acerbiſſimas pſequutiones, quas p̃ ſe,ac ſuos ſatellites inferet Chriſtianis, quibus narratis, adiecit,Statim poſt tribulationẽ dierũ illorũ ſol obſcurabit,& luna non dabit ſplendorẽ ſuũ: & tunc apparebit ſignũ filij hoĩs in cœlo,& erit cõſummatio. Veniet ergo Antichriſtus,ſed qñ,nõ valemus determinare, nec certò p̃noſcere: Veniet inquã,& p̃ cunctis pſequutoribus,ac tyrannis eccleſiã atrociſſimè pſequet, ac plures decipiet p̃ ſimulatã ſanctitatẽ,p̃ apparẽtẽ,& deceptoriã allegationẽ ſcripturæ,p̃ crudeliſſimas mortes,quas infliget,cõſtantibus Chriſtianis:p̃ dona,& p̃miſſa, tpalesq; ꝓſperitates, quas deceptis à ſe largietur. Porrò ſigna, quæ faciet oĩa erunt mendatia:qñ ad fallendum,ac mentiendum ordinabuntur ab ipſo,ac ſuis:Aliqua tñ faciet vera ſigna,non vtiq; ſimpliciter miraculoſa,hoc eſt totã facultatẽ naturæ creatæ tranſcendentia, niſi forſan præſtigialiter tñ. Interim,quia oĩpotens Deus non permittit hoĩes tentari totaliter vltra vires,iccirco in tantis periculis piè ſuccurret,atq; ad p̃dicandum contra Antichriſtum duos mittet efficaciſſimos teſtes, ſanctiſſimos viros, prophetas egregios, in paradyſum tranſlatos, nondum defunctos, beatiſſimos Heliã,& Enoch,qui Antichriſti detegent falſitates. Iudæos quoq; pro maxima parte,ac alios multos conuertent,ac tandẽ ab Antichriſto occidentur,& paulo poſt etiã ſceleratiſſimus Antichriſtus,virtute dñi noſtri. IESV CHRISTI repente interficietur. Quo facto pene omnes ab ipſo decepti reſipiſcent, & credent in Chriſtum,qui in euangelio conteſtatur: Helias cum venerit, reſtituet omnia Veruntamen quidam induratiſſimorum ſatellitum Antichriſti in ſua manebunt impietate,dicentes,Quamuis princeps noſter occiſus ſit, nos tñ pacem habemus. De quibus ſcripſit Apoſtolus: Cum dixerint pax,& ſecuritas,tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Saluator quoque:Sicut in diebus Noe erant comedentes,& bibentes,donec venit diluuiũ, & tulit omnes: ita erit aduentus filij hoĩs. Si aũt obijcias,quia ordo,atq; perfectio vniuerſi conſiſtit in ſpeciebus,& permanentijs rerum, non ergo totaliter deſtruentur hæc inferiora, & mixta. Dicendum,quòd plantæ,& bruta,ac mixta non viua,non ſunt de integritate,& perfectione vniuerſi, niſi ſecundum ſtatum mutabilitatis præſentis. Poſtremò ſicut perſequutio Antichriſti erit grauiſſima, ſic erit, & breuiſſima, in qua cultus Chriſtianitatis maximè deprimetur,atq; latebit,tñ ad modicũ tp̃s:ſed & Antichro occiſo aliquanti dies concedent deceptis ab ipſo ad pœnitẽdũ,& pauci,vt crediť. ¶ Vniuerſale quoq; iudiciũ, Chr̃s in nã aſſumpta efficiet: qñ hoĩes in hac vita peccant in corpore,& aĩa,iõ in vtroq; ſimul iudicabunť,& punient, aut glorificabunť. Deniq; etſi interim vnuſquiſque particulariter iudicetur in morte ſcdm aĩam, vt determinata pſona:condecet tñ vt in gñali iudicio iudicet, vt pars totius gñis humani,ac vniuerſi cũ cæteris. Et rurſus, vt Deus altiſſimus ab oĩbus tũc ſimul clariſſime agnoſcat eſſe iuſtiſſimus iudex,& ſua maieſtas tũc oĩbus excellentiſſimè referent. Itẽque,vt Chr̃s pp hoĩes ab hoĩbus impijs ignominioſiſſimè iudicat⁹,& trucidat⁹,tũc glorioſiſſimè in p̃ſentia oĩm honorificet. Itaq; eminẽte gñali illo iudicio. oĩpotẽti Dei virtute vniuerſi mortui ſuſcitabũť in,eiſdẽ corporib⁹ in qb⁹ vixerũt in ſcło iſto,& erũt tunc pulueres corporũ defunctorũ ĩ obediẽtia ꝓrſus pleniſſima,ita,ꝙ oĩpotẽtis Dei impio,ac miniſterio angelorũ,redibũt qq; ad loca,& mẽbra,ac corpora ſua: Reprobi quoq; ſuſcitati ad locũ iudicij ab angelis deferent, ſcĩ verò vi ſuę agilitatis aduenient,mox nãq;,vt ſua receperint corpora,bti tudo aĩarũ earũ redũdabit ĩ corpa, ipſaq; corpora Deo effectiuè agẽte glificabunť,& quatuor dotib⁹ ornabunť. Corpora verò impiorũ iacebũt ĩ terra, luto, & plũbo grauiora fętidiſſima,imò,& turpiora, q̃ dum erat in ſepulchris, ꝓ media parte corroſa,in tm̃, ꝙ obſtupeſcẽt ſup̃ tãta ſuorũ miſerrimorũ corporũ ſęditate, dformitate,& abhominabilitate. Interim aduẽtũ,ac faciẽ ſupremè tuẽdiſſimi iudicis p̃cedet ignis cõflagratiõis, q̃ mũdum iſtũ inferiorẽ exuret,& purgabit,& q̃ in eo viua inuenerit cõſumet,ac ipſo durãte ĩcẽdio Chr̃s cũ oĩbus ſctis diſcẽdet,& diſeptabit ꝓtra iniquos,ac ipſos cõuincet, nec ignis ille ĩ corpora aget ſctõrũ ſ3 ĩflãmabit ĩ circuitu aduerſarios Dei. Deniq; oĩpotentis iudicis ſũmi potẽtia citò cõplebiť illud iudiciũ,diceręq; Chr̃s electis: Venite bñdicti p̃ris mei,poſſidete regnũ. Ad reprobos aũt: Ite maledicti in ignẽ ętnũ: moxq; ignis cõflagratiõis inuolues iniuſtos,& cũ oĩ ſuo calore,fœtore,immũditia deſcẽdet cũ illis ĩ tartara,qđ verò lucis,puritatis, & amœnitatis ĩ ipſo extiterit,ad ſupiora aſcẽdet. Poſtremò eodẽ momẽto electi cũ inæſtimabili gloria cernẽtib. reprobis cõcẽdẽt cũ Chr̃o in cęlũ empyreũ,innouabiť mũd⁹, ita ꝙ nõ ſolũ cęleſtia corpora,imò ẽt elemẽta venuſtiori, ac ampliori lũine,pulchritudine,amęnitate decorabunť. ¶ Et ſicut electi in cęlo empyreo oĩ fęlicitate, & gaudio incogitabiliter implebunť, ſic reꝓbi,& iniuſti in inferno,in ſupplicio,calamitate, triſtitia erũt ꝑpetuò inenarabiliter adſpleti,qa vniuerſi electi erunt in ſũmo cęlo:ꝙ ẽ loc⁹ dignisſim⁹,atq; pulcherrim⁹,corp⁹ admirãdæ,& valde incognitę virtuoſitatis,ac ibi erũt immediatè vniti ꝓfundiſſimè quoq; immerſi,itẽq; calidiſſimè,ſuauiſſimè, inauertibiliter,ac ꝓrſus totaliter abſorpti in fortẽ toti⁹ boni, in obĵectũ obtibiliter pulętiæ infinite,in ipſã ſupeſſentialẽ dulcedinẽ ĩcreatã,ĩ ſupamęniſſimũ,ſupamabiliſſimũ, ac ſup̃ pulcherrimũ Deũ. cui⁹ bonitatis fruitiõe,cu⁹ ſupſplẽdiſſimę veritatis ĩtuitiõe,cui⁹ potẽtię participatiõe tã fęliciſſimè,ac abũdãtiſſimè replebunť,tã ſuauiſſimè afficiẽter tã feruẽtiſſimè,ac immobiliter inardeſcent,ꝙ plùs apparere ñ valebũt. Deniq;,ſicut,qs tot⁹,ac toraliter repleret dolorib⁹,ac tormẽtiſſi,ĩ mediũ æſtuãtiſſimę fornacis ꝓijceret,ac teneret,ſic beatiſſimę illę creaturę creatori tã plenè, ac ꝓximè counitę,inæſtimabiliter delectant feruẽtiſſimè diligũt,p̃cordialiſſimè regratiant,devotiſſimè,ac iucũdiſſimè laudãt,atq; vt ꝓbabiliter crediť, in glorificatus hoĩb⁹ laus erit vocalis,inenarrabiliter ꝓcor,dulcis, iucũda, Inſup̃ clarè cõtẽplabunť, deliciоſiſſimę ſapient,voluptuoſiſſimè ꝑfruent,ac ſentiẽt ſupglorioſiſſimę trinitatis coicationẽ, & emanationem ad intra,mutuã intuitionẽ fruitionem dilectionem,amplexum,in quibus omnibus indicibiliter,ac pęnitus contentatiuè gloriabuntur,ſic,ꝙ ampliùs affectare nequibunt. Hæc eſt eſſentialis,ac p̃incipalis oĩm electorum beatitudo, & gloria cuius comparatione vniuerſa iucunditas in obiectis creatis conſiſtens, eſt tanquam punctus, & veluti gutta permodica, ad totũ Oceanũ;q̃q̃ & illa lætitia,illud p̃miũ accidẽtale merces illę accidẽtalis,ſecũdaria, &. adiecta,ineffabiliter oĩa huiꝰ mũdi gaudia ſuperet,& excedat,potiſsimè ſpeculatio humanitatis verbi æterni,ac p̃clariſſimæ mr̃is eiꝰ, deiñ oĩm ciuiũ ſupnorũ. Deniq; tres erũt dotes aĩarũ fęliciũ,viſio,tẽtio,fruitio,q̃ quãto fuerint eminẽtiores ĩ illis, tãto p̃clariores erũt. Inſup̃,& quatuor dotes,ĩ earũ corporib⁹ erunt, nẽpè impaſſibilitas,claritas,agilitas,atq; ſubtilitas,q̃ vtiq; corpora ẽt ſuauiſſimi erũt odoris. In tãta demũ beatitudine erit ſecura ęternitas,& æterna ſecuritas. Verũ ĩ infęliciſſimis reprobis, & dãnatis oĩa ſe habebũt oppoſito mõ,ĩ qb⁹ erit grauiſſimũ, & pœnaliſſimum odiũ Dei,ac deteſtatio oĩs boni honeſti,mutu⁹ quoq; importabilis rancor,ĩ coruerſibil à ſummo bono auerſio,ſup̃ męſtiſſima mẽs,deſolatiſſim⁹ animus,ꝑpetua,& intolerabili deſpatiõe pleniſſim⁹,ſulphureũ,inextinguibile affligentiſſimũq; ĩcẽdium:ſed & intenſiſſimum frig⁹ ĩfęliciſſimũ iudicioſiſſimũq; ꝓſortiũ,maledictio,atq; blaſphemia ſupſanctiſſimi creatoris,pœna ſẽſus,& pœna dãni. Poſtremò,ĩ ſolo originali defuncti,erunt ĩ lymbo ſeu loco ſuo abſq; ſenſibili pœna,nãli fęlicitata ꝓtẽti. Vt ergo tãtas reproborum euadam⁹ miſerias,tãq; indicibilẽ electorum beatitudinem ꝓſequamur, coram creatore, & ſaluatore nr̃o indeſinenter timorati, cuſtoditi,feruentes,atq; ſolliciti ſimus, ad laudem, & gloriam omnipotentes, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis,& benedictus. Amen.

FINIS.